
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
22 — M
29
ROMA

F. FRANCISCI LYCHETI BRIXIENSIS,

OLIM REGVLARIS OBSERVANTIAE MINISTRI GENERALIS ORNATISSIMI,

Theologi Præstantissimi, & in doctrina Scotica eruditissimi, ac Scoticarum disciplinarum propugnatoris acerrimi.

In Primum, Secundum, & Tertium Scoti Sententiarum Libros,

AC IN EIVSDEM QVOLIBETA COMMENTATIONES subtilissimæ, multis annis à Franciscanæ Familiæ patribus desideratæ, maximis, quibus antea scatebant, erroribus purgatæ, marginibus ditatæ,

CONTRADICTIONIBVS APPARENTIBVS in Doctrina Scoti cum suis solutionibus auctæ,

Copiosissimis Indicibus quatuor, dictis Sanctorum Patrum, atque Philosophorum propositionibus amplificatæ, ita vt singulis ex eorum animi sententia liceat vti.

Nunc cura, summoq; labore, ac studio Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. F. CONSTANTII Sarnani S. R. E. Cardin. tituli S. Petri de Monte Aureo de eo optimè merentis pristino candori restitutæ, sub SIXTO V. Pontifice ter quaterq; Maximo fœliciter dominante in lucem felicissimè prodeunt.

Cum Priuilegio Summi Pontificis, Senatus Veneti, & aliorum Principum.



VENETIIS, MDLXXXIX.

Apud Ioannem, & Andream Zenarium.

SIXTO QVINTO PONT. OPT. MAX.

F. CONSTANTIVS CARDINALIS SARNANVS diuturnam vitam, & perpetuam fœlicitatem.



OMINVM imbecillitas facit (Beatissime Pater) vt alter alterius ope indigeat; & ea quisque lege teneatur, vt alter alteri opitulari, hominiq; homo (vt in Prouerbio est) Deus esse debeat, assiduèq; studeat. Sed qui Deo sese in claustris addixerunt, huiusmodi lege multo quàm cæteri homines magis obstricti sunt. Quippe qui Religioni se se religarunt, vt charitatis vinculo cæteris cum hominibus arctius religarentur; vtq; maius otium nacti illa relegerent assiduè, quę Dei optimi Max. gloriæ, hominumq; vtilitati vsui essent. At qui in altiori dignitatum fastigio locati sunt, certè non sibi ipsis, verum alijs in eo sese locatos existimare debent; vt maiorem potestatem nacti, magis, magisq; cæteris hominibus prodesse possint. Itaque qui in claustris inane otium quærunt; qui in eminentiori dignitate vitæ commoda, & oblectamenta spectant; qui denique cuiuscunque sint conditionis sibi tantùm viuunt, humanitatis, charitatisq; omnino expertes, ac Deo iniuncti, si etiam sint necesse est. Sed hæc, quæ Philosophi, Theologiq; omnes passim docent, abs te vno melius multò disci possunt, quam ab illis. Tu enim summo Christianæ Reipub. bono, & natus es, & vixisti semper, & dignitatibus plurimis functus, ac Pontifex factus es. Bone Deus quis explicare posset, quantùm doctrina, sapientia, eloquentiaq; tua profueris hominibus, quot labores exantlaueris; quot pericula adieris; quot incommoda pertuleris, vt alijs vsui esses? Sed anteacta omissa vita, quæ tibi laboriosa fuit, cæteris autem fructuosa semper, Pontifex factus ea gessisti, quæ non admirabilia tantum sunt, sed admirationem omnem vincunt. Proh Deus, quàm fœliciter exigui temporis curriculo scelera penè omnia vindicasti, fugasti, sustulisti, tranquillitatem, securitatem, salutem iamdiù desideratas reuocasti, Religionem labefactatam restituisti, Christianam Rempub. legibus non modò saluberrimis, ac sanctissimis; verum etiam exemplo tuo rectissimè constituisti, copiam in ma-

gna penuria peperisti, ærarium expleuisti, opera magnificentissima partim inchoasti, partim absoluisti: Quibus in rebus tantam curam, diligentiam, vigilantiam, solertiam, sollicitudinem adhibere consueuisti, vt apertè quisque intelligat te cæteris dominari, vt illis omninò seruias, teq; verè seruum seruorum Dei non veteri tantum Pontificum consuetudine vocari, sed re ipsa, & esse, & cognosci velle. At laudibus tuis recensendis in altum me prouectum sentio (Beatissime Pater) contraham igitur vela; ad institutumq; meum me referam, quod eiusmodi est, vt ostendam me hominum religiosorum, ac Præsulum officio, tuiq; exemplo monitum iam diu didicisse, quid mihi agendum esset; & quantoperè laborandum, vt exiguum talentum mihi à Deo impertitum cæteris etiam hominibus qualecunque est, impertire studerem. Itaque Franciscani Ordinis homo, & priuatus Theologus eam, quam potui operam ordini, humanoq; generi præstare destiti, nunquam præsertim concionando, diuersisq; ordinis, ac Ciuitatum in Gymnasijs docendo, interpretando, disserendo, mea & aliorum scripta edendo dedi operam, vt de alijs pro mearum virium exiguitate quam optimè, maximèq; mererer: Sed nunc quanto magis id mihi curandum, quantoq; maiora præstanda sunt? Namque probè intelligo mihi onus impositum non Ætna modo (vt aiunt) sed toto terrarum Orbe longè grauius, & sanè triplex: onus inquam satisfaciendi Deo, tibi, & hominibus. At vbi vires, quibus tot, tantisq; creditoribus faciam satis? Deus me hominem, Sancti Francisci Ordinis hominem, non indoctum hominem, Doctorem, Concionatorem, Theologum fecit: in ordine ipso multarum dignitatum participem esse voluit. Te denique mouit, vt me in Cardinalium Collegium cooptares. Tu verò (benignitate tua incredibili) me fouisti semper, ornasti, auxisti honoribus in ordine nostro non contemnendis; denique S. Rom. Eccl. Cardinalem creasti, hoc est in illum me legisti Senatum, qui Apostolicus, ac totius Orbis augustissimus est, qui Diuino potius, quàm humano splendore præfulget, quiq; vnà cum Dei Vicario Christianam Rempublicam regit. Verùm non tam spectare libet dignitatem ipsam, quam rationem, qua tanta dignitate auctus à te sum: etenim cum in ordine nostro quamplurimi essent amplissimi Præsules, maximiq; nominis viri, me nec tale quidquam sperantem, nec optantem, nec procurantem, nec efflagitantem, nec cogitantem, nec denique promerentem ecclesiæ Dei cardinem fecisti; quodque admirabilius est, ad

gradum

gradum hunc celsissimum, ad quem per longos, arduosq; anfractus peruenire cæteri solent, tuque ipse peruenisti, me priuatum Theologum per compendiariam viam è Perusino Gymnasio perduxisti, equidem sic existimo, nullum vnquam huic par beneficium ab homine in hominem esse collatum. Quamobrem beneficij tui magnitudo immensa facit, vt gratiæ referendæ facultatem omnino desperem. Veruntamen in eo me cum Deo, tum etiam tibi aliqua ex parte satis esse facturum arbitror, si meam in cæteris hominibus iuuandis consuetudinem non retinuero solum, sed dignitate auctus etiam auxero. Id quod assiduè, libenterq; me facturum, quoad viuam cum Deo, tum etiam tibi spondeo, recipioq;, idq; vt citius præstare incipiam, cùm iamdiu Fratris Francisci Lycheti Ordinis Minorum Regularis obseruantiæ olim Generalis opera in Primum, Secundum, & Tertium Sententiarum latuerint, ac nonnullis hucusque essent polluta erroribus, illa nunc diligentius quam per me fieri potuit, reuisa, ac expurgata, notationibusq; in marginibus illustrata denuò in lucem edere, ac maximo felicissimoq; nomini tuo dicare volui; ea enim ratione, non illis modo, sed auctori ipsi, hominibusq; cunctis lucem non exiguam allaturum me sum arbitratus. Tibi igitur lucubrationes hę dicandæ omnino erant, qui & litteras non minus foues, quàm amas, & me tibi ita deuinctum habes, vt cogitationes, actiones, facultates, doctrinam, labores, lucubrationes, meaq; omnia ad te referre iure quidem optimo debeam. Idq; vt apud omnes homines testatum facerem, epistolam hanc tam altè repetitam edere potissimum volui. Quod verò ad munusculum hoc attinet, te rogatum summopere velim, vt hilari maximè vultu, gratissimoq; animo illud accipias, foueasq; atque adeò existimes, vt mei erga te, tuosq; omnes deuinctissimi, deditissimiq; animi perpetuam significationem, atque testimonium futurum. Vale Beatissime Pater, ac diu, felicissimèq; viue.

INDEX QVÆSTIONVM

FRATRIS FRANCISCI LYCHETI

REGVLARIS OBSERVANTIÆ

Ministri Generalis,

In Primum, Secundum, & Tertium Sententiarum Libros, Vnà cum Quæstionibus Quolibetalibus.

Cura Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini CONSTANTII *à Sarnano S. Rom. Eccl. Cardinalis amplissimè nuper in lucem editus.*

In Primum Librum Quæstiones Præambulæ.

Vtrum

Vtrum



F. FRANCISCI LYCHETI
BRIXIENSIS, ORDINIS MINORVM
REGVLARIS OBSERVANTIAE
OLIM GENERALIS, THEOLOGI
PRAESTANTISSIMI,
In Primum Sententiarum.

QVÆSTIONES SVBPTILISSIMÆ,
Nuper cura Illustrissimi & Reuerendissimi CONSTANTII SARNANI Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis ornatissimi è tenebris eruta in lucem fœlicissimo auspicio prodeunt.

Quæstio Prima.



Titulus quæstionis quomodo sit intelligendus.

VTRVM homini pro statu isto sit necessariũ aliquam doctrinã specialem supernaturaliter inspirari ad quam non possit attingere lumine naturali intellectus. ¶ Titulus huius quæstionis sic debet intelligi. Posito, q homo sit ordinatus ad æternam beatitudinẽ: de qua sancti & catholici loquuntur, & velit eam efficaciter: an ad ipsam adipiscendam sit ipsi homini pro isto statu (qui est status viæ) necessaria aliqua specialis cognitio: ad quam via naturali attingere non possit. Intelligitur ergo de necessitate suppositionis, & non de necessitate absoluta: quia posito, quòd velit beatificari: an sit necessaria talis cognitio supernaturalis.

Necessariũ sumitur hic pro necessario ex suppositione.

Hoc idem quæsitum mouet Scotus in Prologo primi senten. quæst. 1.
Diuus Thomas prima parte summæ quæst. 1. artic. 1.
Ricardus primo sent quæst. 1. Prologi.
Franciscus de Mayronis, in Prologo primi sent. quæst. 21.
Baconitanus primo sent. quæst. 1. Prologi.

Opinio Aristo. & sequacium.

In ista quæstione videtur esse controuersia inter philosophos, & theologos. Opinio philosophorum est, quòd omnis notitia necessaria ad vltimam perfectionem hominis ex causis merè naturalibus potest acquiri. Et hic nota, quòd si vltima perfectio hominis consisteret in sola speculatione abstractiua substantiarum separatarum, de qua. Ar. 10. Ethic. capit. 10. nulla esset difficultas: quia ad illam acquirendam non requiritur aliqua cognitio merè supernaturalis, sed loquendo de fœlicitate, de qua sancti loquuntur: quæ est in clarà visione deitatis, & fruitione eiusdem: tunc quæstio habet difficultatem. Et si philosophi teneant absolutè, quòd omnis cognitio necessaria homini, volenti acquirere fœlicitatem, quam catholici expectant, potest acquiri ex causis merè naturalibus. Contra hanc opin. Doc. specialiter arguit tribus medijs satis euidẽtibus, quibus probat, quòd homini pro statu isto agenti propter vltimam fœlicitatem, quam expectamus sit necessaria aliqua cognitio merè supernaturalis.

Scotus in 4. sent. dis. 49. quæst. 1. facit multas rõnes, quibus ostendit quod naturaliter Do *clarè visus est finis noster naturalis, & hic probat oppositum.*

Prima ratio est ibi. Contra istam positionem potest argui tripliciter. Et ratio breuiter stat in hoc. Omne agens propter finem aliquem: si agit per cognitionem, de necessitate cognoscit finem, propter quem agit, sed homo pro statu isto non potest ex puris naturalibus distinctè cognoscere vltimũ finem, propter quem agit: ergo est sibi necessaria aliqua cognitio supernaturalis, qua cognoscat distinctè vltimum finem, propter quem agit Maior sillogismi patet in littera Doctoris, & probatio stat in hoc: quia agens propter finem, agit ex appetitu finis: modo nihil potest appeti nisi præcognoscatur, vel ab ipso appetente, si est cognoscens: vel ab alio dirigente ipsum ad talem finem: vt patebit infra distinc. 2. q. 1 In proposito, homo est agens per cognitionem, & per se agens, vt patet 2. Phy. t. cap. 50. hoc est per formam propriam, si ergo agit ꝓpter finem vltimum, agit ex appetitu talis finis, & debet intelligi de appetitu rationali, qui sequitur cognitionem, vt patet a Doct. in pluribus locis. Minor patet in littera Doct. quæ satis clara est, & stat in hoc. Aut enim philosophus sequẽs viam naturalem posuit vltimum finem hominis cõsistere in sola speculatione substantiarum separatarũ; & tunc errauit: quia (vt dixi) finis vltimus hominis est in visione clara Dei, & fruitione eiusdem. Vel posuit vltimum finem hominis, vt christiani ponunt, & hoc non apparet ex dictis eius, nec aliqua naturali ratione hoc probauit. Aut fuit dubius de vltimo fine hominis, vt patet per illud 1 Ethi. cap 9. vbi dubitando ait. Si quidem igitur &c. Ista auctoritas sic exponitur a Commen. Ibi enim philosophus dubitando quæri: an fœlicitas sit res scibilis per intellectum: an acquisibilis per assuetudinem: aut alio modo adipiscendi, vt per prouidentiam Diuinam: aut per fortunam, & casum. Sed manifestum est: quoniam si fuerint hæ res aliquæ, quas largitur Deus hominibus: dignius est, vt sit fœlicitas ab eo donata ipsorum: maximè cum sit præstantior rerum quæ pertinent hominibus, hæc ille. Sequitur ergo q tũc philosophus nõ cognouit distinctè vltimum finem hominis: quia si distinctè cognouisset nullo modo dubitaret. Si ergo Arist. princeps omnium philosophorum non cognouit distinctè vltimum finem hominis pp quem homo agit, stat ratio Docto. q sit ei necessaria aliqua cognitio distincta de fine vltimo, quę via naturali haberi non possit. ¶ Secundo probatur eadem minor per rõnem. Hic Doc. probat eandem minorẽ per rationem sumptam a posteriori, & minor est ista. Sed homo pro statu isto non potest cognoscere distinctè vltimum finem propter quem agit, & probatio est satis clara in litera: præsupponendo vnum. s. q aptitudo alicuius naturæ ordinatæ, vel aptæ ad aliquem finem potest dupliciter cognosci in esse tali naturæ, scilicet, vel per cognitionem perfectam, & distincta talis naturæ per quam arguimus talem aptitudinem inesse: sicut per cognitionẽ distinctam hominis con-

Respondetur q Scotus in hac re de fine semper fuit problematicus, & istæ rationes sunt persuasiones, vide Ioannem de Bassolis in 4. distin. 49. quæst. 1.

Aptitudo, posse alicui naturæ inesse, potest dupliciter intelligi.

cludimus aptitudinem ad ridendum de ipso homine, vel per operationem talis naturę, sicut per actum ridendi hominis concludimus ipsam proprietatem inesse homini. Ad propositum. Doc. præsupponit q pro statu isto non possumus via naturali cognoscere distinctè, & sub ratione propria aliquam substātiam, vt probat infra dist. 3. q. 3. Ideo omittit istū modum cognoscendi aptitudinem ad finem proprium inesse tali substantiæ, & accipit secundum modum cognoscendi, s. a posteriori, & per operationem, cognoscimus n. talem herbam esse ordinatam ad talē finem, puta ad talem sanitatem inducendam propter operationem ipsius, & sic clara est ratio Doct. quia nullam operationem experimur in nobis propter quam possimus concludere hominem ordinari ad claram visionem Dei, & fruitionem eiusdem, vt patet. Et posito, quòd hinc concludi possit: tamen loquendo de fine vltimo, & perfectissimo hominis, & completo, qui vltra visionem, & fruitionem Dei includit perpetuitatē ipsius visionis, vt clarè patebit in quarto. 49. dist. ad concludendum via naturali animam esse immortalem, quod tamen sola fide tenemus, vt probat Doct. in quarto, dist. 43.

Finis non cognoscitur nisi per operationem à posteriori.

DVBITATVR de ista propositione, omni agenti per cognitionem necessaria est cognitio distincta sui finis. Primò quia fidelis agit pp vltimum finem, & tamen nō est ei necessaria cognitio distincta vltimi finis: quia talis de communi lege nō habetur: vt patet a Doct. præsenti q. Dico, q propositio Doct. debet sic intelligi, q est necesse, vt cognoscere distinctè, an a. sit finis, vel ne: & nō est necesse, vt cognoscat distinctè a. in se. Volt ergo dicere, quòd agens efficaciter pp finem vltimum, puta propter fruitionē Dei est ei necesse scire distinctè an fruitio Dei sit vltimus finis, vel ne: quod tamen non potest scire ex puris naturalibus, sed tantum per reuelationem, posito modo q per reuelationem sciat fruitionem esse finem vltimum: non est postea necesse, vt cognoscat distinctè illam in se, nec obiectum illius ad hoc, vt possit efficaciter agere propter illam. Si enim esset neuter: puta q nesciret determinate an fruitio sit vltimus finis, vel ne: non posset agere propter ipsam: oportet enim, q distinctè, & determinate sciat ipsam esse vltimum finem si efficaciter agit ad illam: licèt illam nō cognoscat in se distinctè. Et sic intelligitur propositio & ratio doctoris.

Quadā dubiā ad notitiam primæ rationis doct. necessaria.

Respōsio ad primum.

Cognitio distincta finis sumitur ī hoc loco pro certa cognitione.

¶Secundo dubitatur de illa ppositione. s. q philosophus soli rationi naturali innitendo, vel errabit circa vltimum finem hominis, vel dubius remanebit: quia philosophus secundum rationem naturalem habuit ponere finem vltimū perfectè quietare potentiam beatificabilem, patet quia beatitudo est bonum perfectum: habuit etiā illam ponere in ente perfectissimo, vt patet 10. Ethic. c. 10. via etiam naturali potuit scire, q cognitio distincta primi obiecti in se sit perfectior omni alia, & magis obiectum esse per se quietatiuum, vt perfectè cognitum, & perfectè amatum: ergo ponendo fęlicitatem in tali obiecto sic cognito non errasset, quia nec nos erramus secundum fidem, nec dubius fuisset. Nec valet dicere, q via naturali non potuit cognoscere primum distinctè: quia nec nos possumus cognoscere de lege cōmuni. Dico, q si philosophus cognouisset esse possibile homini sic posse cognoscere, & amare primum, non errasset nec dubius fuisset, sed non potuit via naturali cognoscere hoc esse possibile homini.

Secundum dubium.

Beatitudo est bonū perfectum.

Ad secundum.

¶Tertio dubitatur de illa propositione. s. vltimus finis nō potest cognosci ex actibus quos experimur, esse conueniens nobis. Primo dubitatur, quia Doc. in prin. dist. 1. q. 2. dicit, q vltimus finis est obiectum beatificum sub ratione perfectissima. hoc idem in 4. dist. 49. vult etiam in primo, dist. 2. q. 1. in quarta ratione de infinitate primi, quòd voluntas nostra actu elicito non potest vltimate quietari nisi in ente infinito, & hoc cognoscit homo p actus suos: quia dicit Doc. præsenti q. quòd pro statu isto saltem per actus quos experimur cognoscimus potentiam ordinari ad tale obiectum: si ergo voluntas per quemcunque actum elicitum circa ens finitum experitur se non quietari, & hoc erit notum intellectui: ergo intellectus naturaliter poterit scire voluntatem ordinari ad ens infinitum, & sic potest cognoscere naturaliter.

Tertium dubium principale.

¶ Secundo sic supponendo, quòd dicit Doc. in q. primæ prologi, quòd intellectus habet naturalem inclinationem ad omne ens, & naturaliter cognoscit hoc per actus suos: quia data cognitione cuiuscunq; entis finiti adhuc appetit cognoscere ens perfectius, sicut dictum est de voluntate supra: ergo naturaliter scit se appetere perfectissimum ens: patet per philosophum in prohe. metha. qui facit hanc consequentiam, omnes homines naturaliter scire desiderant: ergo maximam scientiam maximè desiderabūt: maxima scientia est circa maximè scibilia cuiusmodi sunt substātiæ separatæ: ergo homo per actus suos scit se non posse quietari, nisi in ente perfectissimo perfectissime cognito: ergo naturaliter scit finem summum sibi naturaliter conuenire ex actibus suis: licèt illum finem in se non cognoscat distinctè, quem nec nos etiam illuminati distinctè cognoscimus. ¶Tertio appetitus noster naturalis appetit summam beatitudinē summæ, & in particulari, vt patet a Doc. in quarto, distin. 49. ergo intellectus noster potest scire per actus suos se naturaliter appetere illam: quia posito quocunque actu circa alia a summa beatitudine non quiescit.

¶Respondeo ad primum concedendo propositiones Doc & dico, q ratio cōcluderet si intellectus via naturali posset scire obiectum infinitum, vt clarè visum esse possibile homini: quāuis sciat, quòd maior perfectio est in obiecto, vt clarè viso, nescit tamen an talia visio possit conuenire homini. Cum dicitur voluntas vult illud: ergo &c. Dico, q ex hoc solo, q vult nō concluditur illud esse possibile illi: quia etiam voluntas est impossibilium, vt probat Doc. in secundo, dist. 6. q. 1. Cum dicitur appetitus naturalis appetit illud, vt sic, & appetitus naturalis non est ad impossibile, vt Doc. concedit in quarto, dist. 43. q. 2. Dico, vt dicit ibi Doc. quòd oporteret prius pbare illud esse possibile, quod non probatur via naturali.

Ad tertium principale.

Voluntas est impossibilium.

Appetitus triplex vide Scotū in 4. sen. dist 49. q. 10.

¶ Ad secundum concedo ppositionem Doc. s. q intellectus naturaliter potest scire se habere appetitum etiam respectu entis perfectissimi, sed naturaliter non potest scire, se habere appetitum naturalem, circa illud perfectum qualitercunque cognitum: quia oporteret probare, quòd appetitus naturalis, esset ad cognitionē perfectissimam, cuiusmodi est clara visio. Et posito etiā, quòd inesset ei talis appetitus naturalis, adhuc non sequitur, quòd intellectus cognoscat illum sub illa rōne, qua appetit illum finem sub rōne perfectissima, q oporteret cognoscere relationem illius appetitus, quæ terminatur ad illum finem: quę cognosci non potest, non præcognito termino. Prima tn̄ responsio vr̄ melior. Et cum dicit, quòd intellectus habet naturalem inclinationem ad omne ens, concedo, sed oportet probare, quòd habeat naturalem inclinationem, vt intuitiuè, cognoscibile a tali potentia. Sicut etiam, non sequitur intellectus habet naturalē inclinationem ad cognoscēdum ens infinitum, & illud est cognoscibile cognitione formaliter infinita: ergo naturaliter appetit sic cognoscere, non sequitur, quia hoc est simpliciter impossibile.

¶Ad tertium dico, quòd non intelligit de beatitudine in particulari de qua sancti loquuntur: sed loquitur de beatitudine in esse verè reali, quia non appetit illam sic in communi, quia non esset actu existens, sed appetit aliquod bonum summum vltimate

Quō beatitudo appetitur in particulari secūdum esse existentiæ, ut distinguitur contra beatitudinem in cōmuni.

quietat.

quietatiuum: & posito quòd appetat id in particulari: non tamen sequitur, quòd appetat illud naturaliter, vt clarè visum. Dico etiam, quòd tantùm appetit illud, vt bonum commodi: obiectum autem non beatificat, nisi vt clare visum & amore amicitiæ principaliter amatum. Et posito etiam, quòd sic appetat, adhuc non sequitur, quòd intellectus cognoscat illum appetitum sub illa ratione, qua sic appetit: & sic patet.

Quartū dubium principale.

Dubitatur de illo, quod dicit, scilicet ad efficaciter inquirendum finem vltimum est necesse scire, quòd perpetuo possit conuenire homini in anima & corpore. Contra, quia vltimus finis sub sua ratione formali est simpliciter appetibilis: ergo sufficit ad efficaciter operandum cognitio illius finis: ergo non est necesse scire sub ratione perpetuitatis. Secundo, quia conditio per se obiecti primi, est perfectior, quam conditio eius per accidens, patet, quia si finis vltimus est beatitudo nostra, erit magis beatitudo sub ratione formali, quàm accidentali.

Respondeo ad quartū principale.

Respondeo, quòd aliud est loqui de fine vltimo in se clare viso, & aliud vt obscurè cognito. Primo modo homo efficacissime moueretur ad illum, etiam si sciret ipsum durare tantùm per instans. Secundo modo nota, quia cōiter quis non mouetur efficaciter, pota ad sanitatem, si sciat parum duraturam. sic de fine vltimo, etiam nobis reuelato, nisi sciret ipsum perpetuo habere, non moueretur, saltem ita efficaciter ad illum acquirendum. Dico secundò, quòd Doct. non dicit expressè, quòd quis non moueretur efficaciter ad finem vltimū, nisi sciret illum dari perpetuo in anima, & in corpore: sed quòd non ita efficaciter: quia illę conditiones reddunt illum finem appetibiliorem.

Ista media nō sunt media ex natura rei, sed tantum ex voluntate diuina contingenter ordinante talia media.

SECVNDA ratio principalis, quæ est ibi. Secundo sic, omni cognoscenti agenti &c. hic Doct. intendit probare, quòd homini volenti efficaciter vltimum finem, sit necessaria cognitio mediorum ad finem: quia nunquam aliquis agit efficaciter propter aliquem finem acquirendum: nisi cognoscat media necessaria ad illum finem. Sed homo via naturali non potest media huiusmodi cognoscere: & tota ratio est. Quia meritum ordinatum ad talem finem, consistit in sola acceptatione diuinæ voluntatis: vt diffusius probabit, infra distinctio. 17. Posito ergo, quòd homo via naturali cognosceret vltimum finem distinctè, (cuius tamen oppositum probatum est in prima ratione) adhuc est ibi necessaria cognitio: qualiter talis finis possit acquiri. Non enim posset ex puris naturalibus cognoscere: quòd talis finis est sic, vel sic acquisibilis: puta per talem, vel talem operationem hominis: quia collatio talis præmij, est ex sola determinatione voluntatis diuinæ. Et posito, quòd etiam hoc cognosceret: adhuc ignoraret, quæ, & quot opera requiruntur: & an illa sufficiant, cum hic omnia consistant in sola acceptatione voluntatis diuinæ, merè liberè & contingenter, sic vel sic acceptantis: & sic patet ratio Doct.

Dubium.

Sed hic occurrit dubium. Quia ex quo voluntas diuina declarauit vitam ęternam posse acquiri per obseruantiam præceptorum Dei: & homo ex puris naturalibus potest scire, si obseruat præcepta Dei vel ne: vt patet. & sic sequitur, quòd possit certitudinaliter scire via naturali: se esse dignum vita ęterna: cuius oppositum sancti tenent.

Responsio notanda.

Deus de potentia absoluta sine charitate potest aliquem iustificare. vide Scotum in 3. li. dis. 13.

Respondeo quòd ad hoc, vt quis sciat se esse dignum vita ęterna per obseruantiam præceptorum: oportet scire se obseruasse in charitate: & ex instinctu charitatis. Omnis enim actus meritorius, elicitur liberè à voluntate, & hoc charitate ad huiusmodi actum inclinante voluntatem, vel partialiter concurrente cum voluntate, vt alia causa partiali: vt patet à Doct. infra distin. 17. & patet per communiter Doct. sed hoc scire non potest.

IBI, contra istas duas rationes instatur, &c. vt clarius Doctor. intelligatur: hunc ordinem intendo seruare: videlicet, quòd exposito argumento contra dictum Doctorem ad illud immediatè respondebo: notando semper locum responsionis in Doctore. Deinde exponam secundum argumentum: & immediatè exponam responsionem ad illud: & sic deinceps.

Arguit ergo Doct. primo contra primam rationem: probando, quòd homo ex puris naturalibus, potest distinctè cognoscere suum vltimum finem: cuius oppositum prima ratio ostendit. Prima ergo ratio est ibi. Omnis natura creata essentialiter dependet &c.

Dubia de demonstratione, quia.

DVBITATVR de illa propositione Doct. scilicet quòd ex causato cognito potest demonstratione quia, quęlibet eius per se causa cognosci: quia pono, a, causatum: si ex cognitione, a, potest cognosci eius per se causa: aut hoc est: quia immediatè effectus causat cognitionem causæ: & hoc est impossibile, quia tunc effectus virtualiter contineret entitatem causæ: vt patet à Doct. in primo, distinct. 2. quæst. 1. distinct. 8. quæst. 1. in secundo, distinct. 3. quæst. 10. in quolib. quæst. 14. aut quia cognitio effectus, est causa cognitionis causæ: & hoc habet minorem probabilitatem, cum cognitio causæ, sit perfectior: aut præmissæ, vt cognitæ, & pertractatæ: ita quòd minor recte sumatur sub maiori: & hoc nota: quia medium, quod est effectus in tali demonstratione: quia non continet virtualiter notitiam causæ: quæ causa scitur per demonstrationem ergo per effectum, nullo modo scitur demonstratione, quia, ipsa per se causa.

Secundum dubium.

Secundò si per effectum scitur eius per se causa: aut scitur per effectum, inquantum dependet ab illa causa, aut per effectum in se absolutè cognitum.

Concedo effectum cōtinere causam non in esse reali, sed in esse cognito.

Nota primo, cum talis dependētia sit relatio: quæ non cognoscitur, non præcognito termino: vt patet à Doct. præsenti quæst. & quæst. 3. distin. 8. quæst. 1. & in quolib. quæst. 14. artic. vlt. Tum etiam, quia talis dependentia cognita non est ratio cognoscendi terminum ad quem, nec fundamentum: vt ostendit Doct. contra Hen. distinct. 8. quæst. 1.

Nota secundo, patet, quia in tali effectū se absolutè cognito, cum nullo modo virtualiter contineat causam, non sequitur cognitio causæ: quia semper quæritur à quo causatur talis cognitio, & tamen ex alia parte, si ex causato cognito non possit cognosci eius per se causa, non demonstratur per effectum demonstratione quia, & sic perit doctrina phylosophi primo Poste. & primo Phys. & primo Metaph. & alibi.

Responsio ad primū.

Quomodo causa cognoscitur per effectum.

Respondeo quòd, nec effectus, nec cognitio effectus in se est causa cognitionis causæ distinctæ: sed si est causa: erit tantùm causa cognitionis causæ in conceptibus communibus: sicut etiam expositum est de Deo. dist. 3. q. 1. quo per creaturas cognoscitur in cōceptibus communibus. Secundò dico, quòd per effectum deuenimus in cognitionem causæ: sic quòd cognito aliquo effectu: intellectus quærit causam illius effectus: puta diuidendo: vt cum cognosco hominem esse risibilem, quæro causam immediatam illius effectus diuidendo: puta si est effectus: ergo ab aliquo ente, non ab ente in communi: quia tunc omne ens posset esse causa, non absente quod est substantia: & sic diuidendo vsque ad animal rationale: & hoc modo procedo ab effectu ad causam: qua cognita tunc demonstratione quia, per effectū demonstratur causa de homine: sed illa causa prius cognoscitur, licet postea demōstretur incipienti homini per effectum.

Responsio ad secundū.

Ad secundum dico, quòd per effectum in se absolutè cognitū inuestigatur causa: vt supra dixi. Si verò

cognoscitur sub illa dependentia distinctè: qua dependet à causa. Dico, quòd per illam non acquiritur cognitio causæ in re imò illa cognitio dependentiæ, dependet à cognitione tã effectus, quàm causæ: prius enim cognoscitur terminus, & fundamẽtum, quàm cognoscatur relatio: & sic præhabita cognitione, distinctè tam causæ, quàm effectus & cognitione ipsius dependentiæ. potest postea demonstratione quia, cognosci causa de effectu. sic arguendo a. dependet in esse à Deo, ergo Deus est causa a. vel sic cognosco distinctè a. dependere a Deo vt efficiente, ergo cognosco distinctè Deum esse causam a. Ex his patet sensus illius propositionis: qua declarata adduco primam rationem Doct. quæ vt clarius intelligatur. Doct. supponit aliqua. Primo quòd dependentia causati est idem realiter cum ipso causato: & hoc quãdo terminatur ad talem causam: sine qua impossibile est causatum habere esse. vt patet ab ipso in 2. distin. j. & sic dependentia, qua homo dependet a prima causa: est eadem res realiter quòd homo. Secundo supponit ꝙ cognoscens dependẽtiam aliquam, & hoc distinctè, cognoscit etiam terminum talis dependentiæ. patet, quia omnis dependentia causati ad causam est relatio: & relatio non potest distinctè cognosci, nisi distinctè cognoscatur terminus, ad quem est talis relatio, vt patet. Tertio supponit, quòd dependentia hominis causati à prima causa, terminatur ad absolutũ in prima causa puta ad Deum sub ratione deitatis: patet in alijs relationibus: nam paternitas in creaturis, non terminatur ad filiationem, sed terminatur ad rem absolutã quæ est filius, & hoc patebit à Doc. infra dist. 30. & in 3. dist. 8. Patet etiam, quòd deitas sub ratione deitatis est terminus dependentiæ creaturę ad ipsam, vel saltem illud, quod est ratio formalis creandi. vt patet à Doct. in quolib. q. 9. Ijs præsuppositis formatur ratio sic. Cognoscens aliquam naturam distinctè, cognoscit & relationem eandem sibi realiter, & per consequens cognoscit terminum talis relationis distinctè. vt patet ex tertio præsupposito. Sed natura humana est naturaliter cognoscibilis ab ipso homine: ergo dependentia ipsius ad Deũ, est naturaliter cognoscibilis: ergo & deitas q̃ est terminus talis dependẽtiæ est naturaliter cognoscibilis. Et sic patet ratio Doct. quæ tenet cõparando naturam, vt dependentem, in ratione causati effectiuè ad ipsum Deum causantem. Potest hæc ratio Doct. etiam formari, comparando naturã humanã ad ipsum Deũ: vt ad vltimum finem. Nam dependentia naturæ humanæ vt terminata ad Deum in ratione ultimi finis: est idem realiter cum ipsa natura humana. & sic, naturaliter cognoscens talem dependentiam: naturaliter potest cognoscere Deum in ratione ultimi finis: & eodẽ modo formetur ratio sicut prima: posito etiã quòd talis relatio, quæ dicitur dependentia, sit realiter distincta, adhuc stat ratio: quia cognoscens aliquã naturam, ut causatam, uel ut ordinatam ad aliquem finem, ad quem dependet ut à causa finali. potest cognoscere talem dependentiam. & per consequens terminum dependentiæ. ¶Ibi. Confirmatur ratio. Ista confirmatio clara est, quia si per cognitionem alicuius naturæ inferiuris, natura humana cognoscitur, eius finis similiter, per cognitionem naturæ humanæ cognoscitur ultimus finis ipsius: patet similitudo: quia natura inferior, puta lapis in ratione finiti, non minus dependet ad suum propriũ finem: quàm natura humana finita ad suum finem. ¶Ibi. Ex hac etiam ratione. Ista litera clara est ex declaratis, supra in probatione minoris primæ rationis. Vbi dixi ꝙ potest cognosci aptitudo ad finem proprium: vel ex cognitione substantiæ aptæ ad talem finem: uel ex actibus illius substantiæ. uide supra. ¶Ibi. Si autem dicatur, &c. Quia posset dici ad rationem quòd cõcludit de fine naturali hominis: puta de fęlicitate naturaliter acquisibili. De qua Philosophus. 10. Ethic. sed non concludit de fine supernaturaliter acquisibili: qui est clara uisio Dei. ¶Ibi. Contra. Aug. Hic Doct. intendit probare, quòd etiam talis finis sit naturaliter acquisibilis. Et ratio clara erit quibusdam præsuppositis. Primo, quòd natura humana, & potentia, siuè aptitudo ad aliquid, sunt una res realiter: & per consequens cognoscens naturaliter naturam humanam: naturaliter cognoscit aptitudinem illius: & cũ omnis aptitudo sit formaliter relatio: sequitur, ꝙ cognoscens naturaliter aptitudinem aliquã, naturaliter cognoscit terminum ad quem est. Secundo præsuppono ex dicto Augu. primo de prædestinatione sanctorum, quòd homo naturaliter habeat aptitudinẽ ad fidem, & charitatem: dicente Augu. Posse habere fidem, & charitatem naturæ est hominum. Tertio præsuppono, quòd fides habeat Deum sub ratione deitatis pro obiecto, ut probat ipse in 3. distin. 23. & similiter charitas. ut patet ab ipso ubi supra dist. 27. Et sic sequitur quòd cognoscens distinctè fidem, & charitatem, cognoscit etiam distinctè obiectum fidei & charitatis. Formatur ergo sic ratio. Cognoscẽs naturaliter naturam hominis & hoc distinctè. naturaliter cognoscit aptitudinem ad fidem & charitatem: cum sit eadem res natura humana, & per consequens cognoscit ipsam fidem, & charitatem naturaliter. Et ultra sequitur, quòd naturaliter possit cognoscere ipsum Deum sub ratione deitatis. ut patet ex tertio præsupposito. ¶Vel sic potest formari. Cognoscens naturaliter dispositionem ad ultimũ finem, naturaliter cognoscit illum. Sed fides, & charitas disponunt ad ultimum finem hominis. ergo naturaliter cognoscens fidem, & charitatem: naturaliter cognoscit ultimum finem hominis: posito etiam, quòd talis aptitudo esset realiter distincta, adhuc sequitur propositum: quia cognoscens naturam humanam, potest cognoscere eius aptitudinem. ¶Ex ista ratione fundata super dicto Augu. apparet quomodo, quidam nouus expositor primæ par. Sum. S. Thom. nõ rectè intellexit rationem Scot. quia fundamentum rationis stat in hoc: quòd posse habere fidem naturaliter inest homini, id est, quòd natura hominis habet naturalem aptitudinem ad fidem & charitatem: nã si non haberet talem aptitudinem, nunquam posset eam recipere. Et quod dicit ille expositor, quòd homo tantum est in potentia obedientiali ad fidem, & & charitatem: & sic debet intelligi dictum Aug. Hoc nihil est: quia omnis potentia obedientialis præsupponit aptitudinem, id est non repugnãtiam ad illud, ad quod est in potentia obedientiali: & talis aptitudo, cui inest naturaliter inest: stat enim aliquid esse aptũ ad a. & non naturaliter inclinari ad illud: si enim esse sursum non repugnat b. ergo b. est aptum natũ esse sursum: & tamen talis aptitudo non potest dici naturalis inclinatio. Et sic stat ratio Doct. quòd cognoscens talem aptitudinem naturaliter ad fidem & charitatem, naturaliter cognoscit fidem & charitatẽ. Dico etiam, quòd homo habet naturalem inclinationem ad fidem, & charitatem: ita quòd non tantũ est in potentia obedientiali ad illas, ut dicit ille expositor: sed etiam in potentia naturali: quia natura humana habet naturalem inclinationem ad perfectionem sibi conuenientem, ut patet. ¶Secundo arguit Docto. Ibi. Item homo naturaliter appetit finem istum, &c. Ratio Doct. stat in hoc, supponendo aliqua. Primo quòd appetitus naturalis est realiter idẽ quòd natura appetens. vt probat ipse in 4. dist. 49. Secũdo, quòd appetitus naturalis hominis est ad summam perfectionem & in particulari, vt ipse probat vbi supra, & quòd voluntas non põt perfectè quietari, nisi in ente infinito: vt ipse probat in 1. dist. 1. q. j. & dist. 2.

Quomodo demonstratio quia, p̃supponat cognitionem causæ.

Caietanus 1 par. Sum. q. 1. Arti. 1. dicit quod magnum discrimen est iter D. Thomã, & Scotũ de Deo, & de fine.

D. Thomas tenet quòd Deus est finis nobis supernaturalis

Scotus tenet quòd naturalis, & p̃bat tribus medijs, & quia Caietanus tenet quòd Deus vt finis est supernaturalis.

Respondet ad rationes Scoti, & ad primam rationem dicit, quod D. Augustinus cõparat naturam humanam ad naturã brutorum ac si diceret. D. Augustinus posse habere fidem natura hominum est, non brutorum, ex hoc non sequitur ꝙ hoc sit naturale hominibus posse habere cognitionem Dei supernaturalem.

Respondetur quòd D. Augustinus non comparat hominẽ ad bruta, sed ad hominem fidelem simpliciter, posse habere fidẽ naturæ hominum est, sed posse habere actum, fideliũ est.

Ad secundam rationem negat minorẽ Caietanus vide hic Lychetum bene respondentem.

Ad tertiã rationem, negat Caietanus antecedens.

Notandum est, quòd aliud est loqui de potẽtia quatenus est propensa ad actum, & aliud est loqui de potẽtia, quatenus est sub actu actualiter, hic est, & potest esse supernaturalitas, vt homo inclinatur ad beatitudinem, hic nõ est supernaturalitas, ꝙ autẽ homo actu sit beatus hic est supernaturalitas, Caietanus ꝑponit de potẽtia sub actu, sed in rei veritate inter D. Thomam & Scotum in hoc, nulla est differentia, Scotiza.

& dist.2. par.1. q.j. & in 4.dist.49. Istis præsuppositis arguitur sic. Homo naturaliter potest cognoscere seipsum: ergo sub illa ratione, qua appetit vltimum finem: cum ille appetitus sit idem, quòd homo: ergo naturaliter potest cogooscere vltimũ finem, ad quẽ ordinatur. patet, quia talis appetitus naturalis, siue inclinatio: naturalis terminatur ad illum finem: & sic patet ratio Doct. ¶Tertio arguitur. Ibi. Item naturaliter cognoscibile est. Ista ratio satis clara est in litera & potest multipliciter formari. Nam potentia quælibet non potest perfectissimè quietari; nisi in optimo contento sub adæquato obiectio illius potentię. Si ergo potẽtia visiua naturaliter cognoscit adæquatum obiectum: naturaliter potest cognoscere quodcunque contentum sub illo. vt patebit, infra in ista q. Quia cognoscere obiectũ, vt adæquatum, est cognoscere illud, vt inclusum in omni per se cõtento: & sic est cognoscere quodlibet contentum. Hoc idem dico de intellectu respectu entis inquantum ens. & sic patet ratio Doct. Et confirmatio sequẽs tenet ex hoc fundamento, quòd omnis potentia cognitiua habet naturalem inclinationem ad suum obiectum, & per consequens si perfectè cognoscit se ipsam: perfectè cognoscit se, vt inclinatam ad tale obiectũ: & sic tandem cognoscit obiectum, ad quod naturaliter inclinatur. & sic patet tota ratio. ¶Ibi. Contra secundam ratiooem. Hic Doct. arguit contra secundam rationem principalem, qua ꝓbat esse oecessariam cognitiooem mediorum ad finem vltimum acquirendũ, & illa secunda ratio supponit (vt supra visum est) ꝙ via naturali possit cognosci natura humana sub illa ratione, qua ordinatur ad vltimum finem, & quòd finis vltimus possit cognosci: & licet hoc sit falsum, vt supra patuit: tamen hoc supposito, adhuc probat Doct. quòd saltem est aliqua doctrina supernaturalis necessaria homini, quæ erit respectu mediorum, & ratio patet supta. Nunc Doct. probat, quòd si naturaliter cognoscitur homo, & vltimus finis hominis: quòd etiam naturaliter cognoscuntur omnia media necessaria ad illum finem acquirendum. Arguit ergo sic. cognoscens naturaliter extrema, inter quæ cadit medium, naturaliter cognoscit medium inter illa: patet si eni cognoscit extrema, sub ratione extremorum, quæ vt sic, includunt media inter illa: necessariò cognoscit media inter illa: ergo naturaliter cognoscens hominem, & vltimum finem ipsius: naturaliter potest cognoscere omnia media ordinata ad talem finem: maximè: quia necessitas mediorum accipitur à fine vt infra patebit, q. de praxi. ¶ Cõfirmatur ratio. ita enim in proposito entium ad finem, scilicet vltimum, videtur necessaria connexio ad ipsum finẽ vltimum; quia talis finis non videtur posse acquiri sine illis medijs, à quibus necessario dependet: vt patet de sanitate, & de medijs ad illam: modo propter talem connexionem in alijs finibus ad media, ex cognitione talium finium cognoscuntur talia media, ergo, & in proposito, ex cognitione vltimi finis hominis cognoscuntur omnia media, ordinata ad illũ finem. ¶Deinde respondet Doct. ad ista argumenta. Ad primum licet procedat de fine, qui est causa finalis. Dat Doct. duas responsiones ad primam rationẽ. Prima est, quòd ratio illa concludit de fine, qui est causa finalis. Nota, quòd Deus potest dici finis hominis dupliciter. Vel, vt causa finalis: & sic dicitur finis omnium rerum inquantum mouet metaphoricè voluntatem suam ad causandum res ad extra. Et mouet inquantum amatus, & desideratus, & hoc modo dicitur finis, qui est causa fioalis: quia voluntas diuina amaodo, & desiderando ipsum Deum, producit omnia in ordine ad ipsum. Et sic Doct. concedit, ꝙ ratio concludit de isto fine. Et finis huiusmodi non est finis beatificatiuus: quia vt sic, lapis beatificaretur in Deo, cum sit causa finalis ipsius. Sed non concludit ratio de fine attingibili per operationem, sicut dicimus, quòd finis vltimus potentiæ visiuæ in quo quietatur perfectè, est perfectissimus color, vt attingibilis per visionem: Et hoc modo finis beatificatiuus, ex hoc dicitur beatificatiuus potentiæ inquantũ natus est perfectè attingi per operationem talis potentiæ.

Potẽtia non quietatur nisi in perfectissimo.

Contra secundam rationem arguit Scotus.

Qualiter Deus dupliciter possit dici finis hominis.

¶Sed occurrit dubium. Videtur enim quòd homo naturaliter possit cognoscere Deum sub ratione deitatis, si illa ratio concludit de vltimo fine, qui est causa finalis, patet, quia dependentia ipsius finiti terminatur ad ipsum Deum absolutè, vt dixi supra in ratione prima: ergo cognoscens talem dependentiam naturaliter: poterit naturaliter cognoscere ipsum Deum sub ratione propria: & tunc vltra: si cognoscit Deum sub ratione propria: potest etiam cognoscere ipsum esse vltimum quietatiuum hominis, vel nõ: & sic tandem naturaliter poterit ipsum cognoscere sub ratione finis attingibilis per operationem hominis. Similiter in illa ratione prima potest concludi, ꝙ naturaliter potest cognosci Deus, vt primum effectiuum, & sic sub ratione propria. patet per dictũ Doct. q.8. quol. quòd illud est ratio terminandi dependentiam causati, quod est ratio formalis producendi illud: sed voluntas diuina est ratio formalis causandi: vt patet ab ipso in pluribus locis: ergo erit ratio formalis terminandi talem dependentiam. Et sic naturaliter cogooscens dependẽtiam causati ad primam causam: naturaliter poterit cognoscere terminum illius dependentiæ. Ideo responsio Doct. non videtur multum efficax. ¶Dat ergo alia responsionem, negando minorem, scilicet quòd homo naturaliter possit cognoscere seipsum sub ratione propria: & sub ratione illa qua ordinatur ad vltimum finem, vt attingibilem per operationem: & litera plana est.

Dubium.

Dimittit Lychetus hãc instantiam concludere contra Doctorem, sed hoc certum nihil est, nã Arist. cognouit sic Deũ, & talẽ dependẽtiam creatura ad ipsum, & ex hoc non cognouit Deũ distinctè, & sub ratione beatificatiui.

¶Sed ex ista responsione. Oritur difficultas contra Doct. & videtur stare argumentum primum. Nã ipse vult expresse in q.14. quolib. quòd anima separata non possit ex puris naturalibus cognoscere Deum sub propria ratione: & tamen certum est quòd ipsa anima separata perfectissime cognoscit se ipsam sub ratione propria, ergo & dependentiã ipsius ad Deũ: & per consequens ipsum Deum sub ratione propria. Et formetur ratio, vt supra. ¶Deinde vult ipse expresse, quòd angelus ex puris naturalibus non possit cognoscere Deum, sub ratione propria: vt patet in 2. dist. 1. quæst.10. & tamen ipse concedit, quòd angelus possit cognoscere seipsum distinctissime, & perfectissimè, & hoc ex puris naturalibus: vt probat in 2. dist. quæst.9. & alibi.

Difficultas.

Quomodo angelus non cognoscit Deum.

¶Dico ergo, quòd posito, quòd homo cognoscat seipsum distinctissime, & similiter angelus & anima: adhuc non sequitur quòd cognoscat distinctissimè dependentiam, qua dependet ad Deum, vt efficientem: vel vt causam finalem. Et tota ratio stat in hoc: quia nulla relatio potest distinctè cognosci, nisi præcognito termino: vt patet à Doct. in ista quæst. pen. prolo. & dist.8. primi. Modo Deus sub ratione deitatis via naturali non potest cognosci. ergo nec relatio terminata ad ipsum. Et cum dicitur quòd talis relatio est idem realiter cum tali natura: & per consequens cognoscens naturam, cognoscit & relationem. Negatur consequentia: quia sufficit, quòd distinguatur formaliter: & sic talis relatio: formaliter distinguitur à fundamento: vt patet à Doct. in 2. distinct.j.

Responsio.

Nulla creatura distinctissime cognoscit relationem dependentia sua ad Deũ.

¶Si iterum dicatur, quòd ex quo angelus cognoscit seipsum intuitiuè: & cognitio intuitiua terminatur ad rem existentem inquantum existens: vt patet à Doct. in 1. dist. 1. & distin.8. & alibi, Sed quæ sunt idem realiter, dicunt eandem existentiam. ergo si an-

Cognitio intuitiua.

gelus cognoſcit ſe intuitiuè: etiam intuitiuè cognoſcet talem relationem: & per conſequens terminum relationis. ¶Dico quòd cognitio intuitiua talis relationis dependet non ſolum à fundamento: ſed etiam à termino. Dico vltra quòd licet talis relatio dicat eandem exiſtentiam realiter: nō tamen dicit formaliter. ¶Sequitur nunc litera Doct. Et dicit in litera.

Nulla natura pro ſtatu iſto cognoſci poteſt ſub propria ratione.

Ad primum argumentum: ꝙ nec anima, nec natura noſtra poteſt cognoſci naturaliter pro ſtatu iſto ſub ratione propria, & quiditatiua, ſed tātum ſub rationibus generalibus. puta, ꝙ eſt ens, vel ſubſtantia finita, & huiuſmodi. Et quomodo ſic cognoſcatur, exponetur, infra diſt. 3. q. 3. Modo anima inquantū ens, vel ſubſtantia non ordinatur ad talem finem: quia ſi hoc conueniret ſibi ratione entitatis, vel ratione ſubſtantiæ: tunc quælibet ſubſtātia ſic poſſet ordinari: quod eſt falſum. ¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ mens ſiue anima eſt eadem ſibi, & proportionabilis ſibi in ratione entitatis: cum ſit penitus eadem anima ſiuè intellectus: ſed non eſt proportionabilis ſibi pro ſtatu iſto in ratione obiecti. Vult dicere, ꝙ licet intellectus ſit penitus idem ſibi: non tamen pro ſtatu iſto poteſt intelligi ſub ratione propria: quia non proportionatur ſibi in ratione obiecti: quia pro ſtatu iſto non eſt in proxima diſpoſitione, vt poſſit intelligi. Et ratio eſt: quia pro ſtatu iſto, vt patebit, infra diſtin. 3. q. 3. nihil poteſt mouere intellectum, niſi tantum ſenſibile.

Quomodo anima eſt proportionabilis ſibi. & pro quocunque acta poteſt habere cognitionem imperfectā iſtorum terminorum Deus eſt trinus & vnus, vide tertiā diſtinct. huius.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ anima, vel intellectus eſt proportionabilis ſibi in ratione obiecti, non ſub ratione propria, ſed ſub ratione generali, abſtracta a ſenſibilibus: puta ſub ratione entitatis: quia ſenſibile mouet intellectum pro ſtatu iſto, non tantum ad cognitionem ſui: ſed etiam ad cognitionem omnium ſuperiorum: vt patebit, infra diſtin. 3. q. 3. ¶Ad confirmationem dico. In iſta litera Doct. concedit vnum, quod eſt valde ponderādum, ſcilicet quòd ex cognitione alicuius ſubſtantiæ, poteſt cognoſci finis proprius illius ſubſtantiæ. Si abſolutè hoc intelligeretur non poſſet euadi, quin angelus ex puris naturalibus poſſit cognoſcere Deum ſub ratione deitatis: ſupponendo ꝙ finis proprius, & vltimatus ipſius: ſit Deus ſub ratione deitatis.

Quomodo intelligitur dictum Docto. quòd cognita ſubſtātia poteſt cognoſci finis.

¶Dico ergo, quòd hoc dictum ſic debet intelligi, quòd ex cognitione ſubſtantiæ poteſt cognoſci finis proprius illius ſubſtātiæ: ſi cognoſcatur ſub illa ratione, qua ordinatur ad talem finem: & ſic angelus, licet naturaliter cognoſcat ſeipſum ſub ratione propria, & abſoluta: non tamen ſub illa ratione, qua ordinatur ad vltimum finem. ¶Ibi. In propoſito autem deficit vtraq; via, id eſt, quòd finis vltimus hominis non poteſt naturaliter cognoſci: nec per cognitionem diſtinctam ipſius hominis: quùm non poſſit haberi pro ſtatu iſto: nec per aliquā operationem ipſius hominis: quia vt ſupra patuit per nullam talem poſſumus concludere naturaliter talem finem conuenire homini. Et hoc eſt, quod dicit, infra ibi.

Vide Ochā in 1. ſent. diſtin. 14 in 2. Artic. vbi dicit quod duplex eſt finis quidā naturalis vt ſanitas, poſitis potentibus, ac medicamentis applicatis. Alius eſt finis merè liber vt Deus.

Sed probatio minoris tetigit, id eſt, ꝙ probatio minoris primæ rationis factæ pro opin. (quæ minor fuit talis: ſed homo pro ſtatu iſto non poteſt naturaliter cognoſcere vltimum finem) tetigit vnam viam de ignorantia actus: quia, ſcilicet nullum actum experimur in nobis, per quem concludere poſſumus talem finem ſic poſſe conuenire: ſupponendo aliam viam de ignorantia naturæ in ſe, ſcilicet poſito quòd natura humana non poſſit in ſe cognoſci: & per conſequens nec finis vltimus illius. Aliquis poſſet dicere, quòd talis finis poſſet cognoſci p cognitionem alicuius operationis humanæ: & hoc excludit in probatione illius minoris. ¶Ad ſecundū de Auguſtino: litera patet ex ſupradictis. Dicit enim quòd illa potentia habendi charitatem, vt ipſa, ſcilicet charitas eſt diſpoſitio reſpectu Dei in ſe ſub propria ratione, id eſt, vt ipſa diſponit ad amorem Dei in ſe, & propter ſe: vt patet, in 3. diſt. 28. & 29. quia inclinat primo ad amorem Dei in ſe: vt patet ibi, & habet Deum ſub ratione deitatis pro obiecto, vt patet: vbi ſupra, & 27. diſt. 3. & ſic potentia habendi charitatem ſub iſta ratione conuenit homini, ſecundum rationem ſpecialem, non communem ſibi, & ſenſibilibus, & ideo non eſt illa potentialitas naturaliter cognoſcibilis de homine, ſcilicet ſub illa ratione ſpeciali, quæ ſic reſpicit charitatem. & poſito, quòd natura humana poſſit naturaliter cognoſci in ſe, ſub ratione propria: non tamen ſequitur, quòd poſſit naturaliter cognoſci ſub illa relatione, qua ordinatur ad charitatem: vt ipſa charitas diſponit. ¶Ibi. Et ita reſpondeo. Dicit Doct. quòd iſta reſponſio eſt ad propoſitionem oppoſitam minoris primę. Nam minor primæ rationis eſt: ſed homo naturaliter non poteſt diſtinctè cognoſcere vltimum finem: & oppoſita minoris eſt iſta. homo poteſt naturaliter cognoſcere vltimum finem: quod probatum fuit per auctoritatem Augu. ſcilicet potens cognoſcere hominem, inquantum poteſt habere fidem & charitatem, &c. Sed poſtea negat iſtam, ſed homo poteſt cognoſcere naturam humanam naturaliter, inquantum ordinatur ad fidem, &c. Sed inquantum adducitur contra illam reſponſionem de potentia naturali, & ſupernaturali, &c. Dicit Doct. quòd auctoritas Augu. poteſt immediatè adduci contra minorem primæ rationis. Et patet reſponſio, vt ſupra. Vel poteſt adduci contra reſponſionem datam ad primam rationem, factam contra concluſionem Doct. quæ dicit, quòd illa ratio bene concludit, hominem naturaliter poſſe cognoſcere ſuum finem naturalem: non autem ſupernaturalem. Modo auctoritas Augu. poteſt adduci ad concludendum etiam de fine ſupernaturali: & inquantum ſic adducitur. Reſpondet Docto. ibi. Concedo Deum eſſe finem naturalem hominis.

Quomodo Deus ſit finis naturalis hominis.

Hoc ſic debet intelligi, quòd Deus ſub ratione deitatis eſt finis naturalis hominis, id eſt ad quem naturaliter inclinatur, ſed talis finis non poteſt naturaliter attingi, id eſt, quòd intellectus ex puris naturalibus non poteſt ipſum Deum cognoſcere diſtinctè: nec cognitione intuitiua: nec cognitione abſtractiua.

Dubium.

¶Sequitur in text. Et hoc probat ratio ſequens de deſiderio naturali quam concedo. ¶Sed videtur quòd ratio Docto. de deſiderio naturali non ſit ſoluta: quia licet homo pro ſtatu iſto nō poſſit ſe cognoſcere naturaliter ſub illa ratione, qua naturaliter inclinatur ad vltimum finem: quia nec ſeipſum diſtinctè: ut patet, ſupra tamen ratio videtur concludere, quòd ſaltem anima ſeparata poſſit cognoſcere vltimum finem diſtincte: quia diſtincte cognoſcit ſeipſam. ergo, & inclinationem naturalem ad vltimum finem: cum illa nihil addat ſupra naturam animæ: vt patet à Doct. 49. 4.

Reſponſio.

¶Dico breuiter, quòd non cognoſcit diſtinctè, & ſub ratione propria illam inclinationem naturalem, vt terminatam ad ultimum finem: quia talis non poteſt perfectè cognoſci, niſi vltimus finis, ad quem terminatur diſtinctè præcognoſcatur. ¶Ibi. Ad aliud negandum eſt illud quod aſſumitur.

Homo pro ſtatu iſto nō poteſt cognoſcere finem vltimum ſub ratione propria.

Hic Docto. ex hoc negat hominem pro ſtatu iſto poſſe cognoſcere vltimum finem ſub ratione propria: quia ſub obiecto intellectus ipſius non continetur talis finis: vt patet in litera. Et videtur innuere, quòd ſi pro ſtatu iſto haberet ens, inquantum ens pro obiecto adæquato: poſſet naturaliter cognoſcere vltimū finem ſub ratione propria.

Nonnulla dubia ſunt hic videnda.

Mentem eſſe ſibi nota

CIRCA aliqua dicta Doct. ſunt aliquæ difficultates. Prima in hoc quod dicit. licet mens ſit eadem ſibi: non tamen pro ſtatu iſto eſt proportionabilis ſibi in ratione obiecti intelligibilis. hoc enim videtur repugnare, ponere animam perfectè præſentem intellectui,

potest intelligi duobus modis, vno modo habitualiter, & est quod mens est sufficiens ad hoc vt possit exire in actum secundum, nisi esset impedimentum.

tellectui, & non posse cognosci ab illo, cum ad cognitionem nihil aliud requiratur, nisi præsenoa obiecti, vel in se: vel in specie intelligibili. hoc enim facit perfectam memoriam, vt pater à Docto. infra dist. 2. par. 2. quæst. 3, & dist. 3. quæst. 7. Si ergo anima est in se præsens intellectui proprio: poterit in eo causare speciem intelligibilem sui: & sic abstractiuè intelligi: sicut etiam essentia angeli vt præsens intellectui suo potest saltem in eo partialiter causare speciem intelligibilem: vt patet à Doct. in 2. dist. 3. quæst. 11. Si etiã in se præsens potest intuitiuè cognosci; cum ibi tantum requiratur præsentia obiecti in se: vt patet à Docto. infra dist. 1. quæst. 2. dist. 8. quæst. 3. Nec valet dicere, quòd non est præsens in ratione obiecti intelligibilis: quia quæro quid sit esse præsens in ratione obiecti intelligibilis, si in cognitione abstractiua, sufficit species intelligibilis. si in intuitiua, sufficit præsentia in se: & si aliquid aliud requiratur: assignetur illud. secundum enim Doct. obiectum dicitur esse præsens in ratione obiecti intelligibilis; quando intellectus, & tale obiectum sic sunt sufficienter approximata: quòd nullum apparet impedimentum, quin actio sequatur. Nec oportet fugere ad sensibilia: quia intellectus in cognoscendo non dependet à sensibus: & quamuis secundum Doctor. infra dist. 3. quæst. 1. prima motio sit à sensibilibus: non tamen sequitur quòd facta prima motione, quin possit se intelligere propter perfectam præsentiam.

Alio modo actualiter, siue in actu secundo, & sic non intellexit. D. Augustinus.

Responsio.

¶ Ad istam instantiã dico breuiter; quòd, & si anima sit intellectui proprio perfectè præsens (cum sint idem realiter) non tamen est præsens in ratione obiecti intelligibilis actu (quod tunc est: quando potest mouere potentiã ad sui cognitionem: vel aliorum virtualiter, vel essentialiter contentorum in eo, vt habet rationem obiecti intelligibilis) & nulla alia ratio assignari potest: nisi quia Deus ordinauit intellectum nostrum nihil pro statu isto posse naturaliter intelligere: nisi sensibilia in se, vel essentialiter, vel virtualiter inclusa in sensibilibus: vt patet à Doct. infra dist. 3. quæst. 3. non tamen sibi repugnat: nec, vt est in se: patet, quia separata à corpore perfectè intelligit: nec vt in corpore absolute: patet, quia vt in corpore glorioso perfectè intelligit se. Est ergo ex sola ordinatione diuina, quæ disposuit tantum cooperari sensibilibus ad motionem intellectus: non autem insensibilibus.

Quare anima non cognoscit se intuitiuè.

Dubium.

¶ Secunda difficultas est circa hoc quod dicit, quòd per actus quos experimur concludimus potentiam respicere tale ens pro obiecto. Ex hoc infero, quòd tunc per talem actum concludimus naturaliter vltimum finẽ esse conuenientem nobis: patet, quia ex cognitione entis imperfecti intellectus appetit naturaliter cognoscere perfectissimum: quia tantum in illo perficitur. Secundo ex actibus arguitur, quòd intellectus habet naturale desiderium ad omne ens. ergo ad perfectissimum ens. ergo ex actibus potest scire perfectissimum ens esse obiectum conueniens sibi: habet etiam naturalem inclinationem ad omnem cognitionem: vt patet infra præsenti quæst. & hoc cognoscit se habere talem inclinationem per actus suos ad perfectissimam cognitionem: quæ est de perfectissimo obiecto: patet, quia quacunque alia posita: & ista non posita nõ quietatur. ergo si per actus nostros concludimus tale obiectum esse conueniens potentiæ: concludimus etiam de infinito.

Responsio.

¶ Respondeo ad primum concedendo, quòd cognito ente imperfecto habet desiderium ad cognoscendum perfectissimum: non tamen sequitur, quòd sub ratione perfectissima, nisi prius probetur, quòd talis cognitio possit conuenire homini: quod naturaliter probari non potest. Concesso etiam, quòd sit ei possibile sic appetere cognoscere etiam intuitiuè illud: negatur postea, quòd intellectus per actũ suum possit naturaliter cognoscere se habere tale desiderium sub illa ratione qua inclinatur ad illud.

Intellectus habet inclinationem ad obiectum cognoscendum, sed non habet potentiã illud pertingendi.

Ad secundum dico, quòd illa propositio non intelligitur de quacunque cognitione, scilicet quòd inclinetur naturaliter ad cognitionem perfectissimã cuiuscunque entis: & posito quòd sic inclinetur: non tamen ad intuitiuam primi entis; nisi probetur illã esse possibilem homini: posito etiam quòd sic inclinetur nõ sequitur quòd intellectus per actum suum possit naturaliter cognoscere sic se inclinari. Hoc idem dico ad illam propositionem Doct. scilicet quòd intellectus naturaliter inclinatur ad omnem cognitionẽ, & quacunque naturaliter perficitur.

Apparens cõtradictio.

¶ Tertia difficultas est in hoc, quod videtur concedere respondendo ad Auer. quod si intellectus haberet ens, inquantum ens pro obiecto adæquato: quod naturaliter posset in quodcunque ens: & sic naturaliter posset cognoscere vltimum finem: & in hoc videtur sibi contradicere: quia expresse vult quod intellectus separatus nõ potest ex puris naturalibus distinctè cognoscere vltimum finem in se: vt patet. q. 14. quol. & d. 3. q. 9. 2. Et tamen concedit ipse quod ens inquantum ens est obiectum adæquatum intellectus nostri: & hoc ex natura ĩtellectus: vt patet, infra dist. 3. q. 3, & dist. 1. & alibi. ergo ex puris naturalibus potest cognoscere Deum sub ratione deitatis.

Solutio.

¶ Respondeo & dico primo, quod ista stãt simul quod intellectus habeat ens inquantum ens pro obiecto adæquato: & quod naturaliter non cognoscat quodlibet ens contentum: quia ad cognitionẽ obiecti non tantum requiritur potentia, sed etiam requiritur præsentia obiecti, vel in se: vel in aliquo repræsentatiuo: vt patet, infra dist. 3. q. 6. Et etiam requiritur quod tale obiectum concurrat actiuè ad cognitionem illam: vel aliquid supplens vicem obiecti: vt patet ab ipso, infra dist. 3. q. 7. & in quol. q. 14. & 15. Sed tamen ista conceditur: potest cognoscere ens inquantum ens, vt adæquatum obiectum intellectus. ergo potest cognoscere quodlibet contentum: sed in proposito negatur ista: quod intellectus separatus possit cognoscere ens inquantum ens naturaliter: licet habeat ens inquãtum ens pro obiecto adæquato.

Alia cõtradictio.

¶ Si dicatur per dictum Doct. in ista quæstione: quod cui naturaliter nota est aliqua potentia, ei naturaliter notum est obiectũ illius potentiæ. Cum ergo intellectus separatus naturaliter cognoscat seipsum sub ratione propria & distinctissima; ergo naturaliter notum erit ei ens inquantum ens: cum sit eius obiectum adæquatum.

Solutio.

¶ Dico quod ista propositio debet sic intelligi: quod si alicui nota est aliqua potentia sub ratione distincta: & sub illa ratione qua respicit obiectum adæquatum, quod ei notũ erit tale obiectum. Sed in proposito licet intellectus separatus cognoscat seipsum sub ratione distinctissima: nõ tamen sub illa ratione, qua respicit ens, inquãtum ens sub ratione adæquata. Et sic patet quomodo Doct. sibi non contradicit.

Actus primus.

Actus secundus quid sint.

¶ Infra. Quod autẽ addit de Aug. in confirmatione illius rationis. Dictũ Aug. est quod mens est sibi nota. Et dicit Doct. quod hoc est verũ de actu primo ex se sufficiente ad actum secundum. Nam actus primus pro nunc est principium operationis: actus secũdus est operatio. Et in proposito: intellectus est sufficiens principium producendi cognitionem sui nisi impediatur. Modo pro statu isto impeditur exire in cognitionem sui sub ratione propria: quia pro statu isto natus est tñ moueri à sensibilibus; vt dixi supra. Et est simile sicut de colore qui est sufficiens principium mouendi potentiam visiuam: & moueret nisi impediretur. Sic intellectus est sufficiens principium causandi cognitionem sui: & statim causaret nisi impediretur. Impeditur autem pro statu isto, vt dixi: & sic patet expositio ista.

Intellectus tantum mouetur à sensibili.

¶ Ibi. Si obijciatur contra ista. homo in statu naturæ potuit cognoscere naturam suam igitur finem

naturæ ex deductione propriæ rationis.

Cur naturã nostram non possimus cognoscere sub propria ratione, sicut Adam in statu innocẽtie, dicit D. Augustinus propter peccatum.

¶ Respondet Doćto. quòd oporteret scire qualis fuerit cognitio ipsius: sed in præsenti loquitur de homine pro statu naturæ lapsæ. Dico etiam, quòd posito, quòd Adam potuerit distinctè cognoscere naturam suam absolutè: non tamen sequitur quòd naturaliter potuerit illam cognoscere sub illa ratione, qua ordinatur ad vltimum finem: quia etiã hoc fortè negaret Doct. vt patet in quolib. quæst. 14. nisi fortè dicatur, quòd aliud est cognoscere naturaliter, a, esse vltimum finem, & aliud est ipsum, a, distinctè cognoscere in se. licet ergo Ang. non possit naturaliter cognoscere vltimum finem distinctè, & in se: puta Deum sub ratione deitatis: vt probat in quolib. vbi supra. fortè tamen potest naturaliter cognoscere ipsum Deum, vt clarè visum esse vltimum finẽ, & perfectissimam beatitudinem natam conuenire creaturæ rationali: & fortè etiam hoc potuit cognoscere Adam naturaliter: licet nec Angelus nec Adam potuerint illum naturaliter in se cognoscere, & distinctè: nec intuitiuè, nec abstractiuè. ¶Ibi. Item contra responsionem ad rationem vltimam. si ideo non cognoscitur quid sit primum obiectum intellectus: quia non cognoscitur intellectus sub ratione propria, sub qua respicit tale obiectum. ergo non potest cognosci de quocunque, quòd ipsum sit intelligibile. quia non cognoscitur potentia, sub illa ratione, sub qua respicit quodcunque, vt obiectum intelligibile ¶Concedit Doct. quòd pro statu isto non habetur cognitio

Quid sit obiectum potentia quomodo cognoscitur.

ita distincta de anima, vel potentia animæ, quòd ex tali cognitione possit cognosci tale obiectum sic correspondere, sed tantum à posteriori arguimus potentiam respicere tale pro obiecto: quia experimur in nobis tales actus terminari ad tale, & tale obiectum, ita quòd obiectum potentiæ non concluditur ex cognitione potentiæ, sed ex cognitione actus, quem experimur. sed de obiecto supernaturali neutram cognitionem possumus habere, scilicet, nec per cognitionem potentiæ, nec per actum, quia non experimur in nobis aliquam cognitionem terminari ad obiectum supernaturale: ideo deficit ibi vtraque via cognoscendi finem proprium illius naturæ, scilicet per cognitionem naturæ in se, & per actus nostros.

Nota hic.

¶Sed, nota in responsione in qua dicit, quòd cognitio vltimi finis excedit facultatem naturalem naturę, scilicet lapsæ, quasi velit inferre, quòd non excedit facultatem naturæ institutæ cuius tamen oppositum tenetur: quia nec angelus ex puris naturalibus potest habere talem cognitionem, vt dixi. ¶Dico q̃ Docto. non intendit, inferre, quòd natura instituta hoc possit: sed, quia in præsenti quæstione tantum loquitur de natura lapsa. ideo non est præsentis speculationis de natura instituta: an possit ex puris naturalib⁹, &c. Et sic patet responsio. ¶Ibi. Ad argumentum contra secundam rationem patet, quia supponit quoddam negatum, scilicet, quòd finis vltimus cognoscatur naturaliter, & similiter quòd cognoscatur ordinatum ad talem finem sub propria ratione. Ad confirmationem, &c. nota, quòd media, ex natura rei sunt illa, quibus absolutè positis ponitur finis. quibus non positis impossibile est finem poni. vt patet de agente naturali, quod non potest immediatè inducere animã intellectiuam, nisi prius transeat per omnia media, quia prius acquiritur vegetatiua, & post sensitiua: sed media ad placitum sunt illa quæ si etiam non ponantur finis absolutè posset acquiri. patet, quòd non sic media ex natura rei requirantur; quia sicut Deus ordinauit dare beatitudinem per merita: ita potuisset dare sine aliquo merito. vt patet à Doct. in pluribus locis. sunt ergo merita præcisè media ad placitum diuinæ voluntatis.

Medium ex natura rei quid sit & medium ad placitum.

Via naturali non possumus concludere quod. prima substantia sit finis noster sub illis proprietatibus, quæ sibi conueniunt, cum omnino ignoremus illas, vt puta, quia beatificat. vt in tribus personis, & quod agit contingenter, & similia.

TERTIO principaliter arguit Docto. contra opin. Philosophorum probando, quòd via naturali non possumus acquirere cognitionem vltimi finis: maximè necessariam agẽtibus propter illum finem. ¶ Hic aduerte, quòd Docto. non intendit probare per hanc rationem tertiam, quòd naturaliter non possumus cognoscere primam substantiam in se, & sub ratione propria, & sub proprietatibus sibi tantum competentibus: quia etiam hoc negat ab ipso Angelo. vt patet. quæst. 14. quolib. hoc etiam patet per illud, quod dicit ibi. Contra tres rationes simul, &c. sed intendit probare, quòd via naturali non possumus concludere, quòd prima substantia sit vltimus finis noster sub illis proprietatibus, quæ sibi tantum conueniunt cum omnino ignoremus illas. vt puta quòd beatificat vt in tribus personis, vel quòd beatificat tantum contingenter. Si enim naturaliter concludimus hoc, etiam naturaliter possumus concludere primam substantiam esse vnam in tribus: vel agere merè contingenter, licet non possimus naturaliter illam cognoscere in se: & hoc est quod Doct. intendit in ista tertia ratione: si enim Deus vt in tribus tantum beatificat, oportet prius scire quòd prima substantia sit trina, & vna, licet hoc in se non cognoscatur, & secundo, quòd vt sic sit obiectum conueniens creaturæ rationali, vt huiusmodi. Et sic primo adducitur prima ratio ibi. Cognitio substantiarum separatarum est nobilissima, &c. ¶ Vt ista ratio clarius intelligatur. Præsuppono primo, quòd vltimus finis hominis est beatificatiuus sub ratione nobilissima. Cognitio enim nobilissima debet esse de nobilissimo obiecto, sub ratione nobilissima, patet, quia ponimus cognitionem substantiarum separatarum esse nobilissimam: quia circa nobilissimum genus. vt patet. 6. Metaphy. t.c.2. honorabilissimam, inquit, scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse. hoc ille: ergo erit de prima substantia principaliter sub ratione nobilissima, quod est ipsum cognoscere non præcise in conceptibus communibus nobilibus, & sensibilibus, sed sub proprietatibus, quæ tantum ei conueniunt. & præcipuè ipsam cognoscere sub ratione propria, vt patebit. infra quæst. 3. Secundo præsuppono, quòd voluntas hominis si rectè vult beatificari: debet velle illum finem sub illa ratione, qua verè est beatificatiuus. Sed non potest ipsum velle sub tali ratione: nisi vt sic præcognoscatur, & præostendatur sibi ab intellectu: sed intellectus pro statu isto non potest cognoscere vltimum finem sub ratione nobilissima: ergo ad hoc, vt voluntas possit agere propter illum, est sibi necessaria cognitio talis finis. Et quòd non possit haberi via naturali: patet probatio in litera Doct. duplici via. Prima, quia si propria substantiæ separatæ via naturali possent cognosci: præcipuè talis cognitio tradita esset in Metaphysica, sed hoc non: vt claret ex litera Doct. quia huiusmodi propria non includuntur virtualiter in primo subiecto Meth. vt patebit. infra quæst. præsenti. tractat enim de omnibus in communi non in particulari.

Cognitio dicitur nobilior duobus modis, vno modo ex obiecto, alio modo secundum proportionem. vide Scotum in 1 dist 3. q. 2. Artic 2. & Antonium Andream 1. Met. q. 2.

Dubitatio. Metaphysica non est scientia ratione subiecti vniuersalis, sed ratione subiecti principalis.

Sed hic occurrit dubium. Quia Doct. vult quòd subiectum Metaphysicæ sit ens inquantum ens: vt patebit. infra distin. 3. quæst. 2. & in sua Metaphysica. Tunc arguo sic. Perfectus Metaphysicus perfectè cognoscit subiectum Metaphysicæ, ergo perfectè cognoscit ens inquantum ens. probatur consequentia: quia per Docto. vbi supra, quod est subiectum adæquatum Metaphysicæ est obiectum adęquatum intellectus. Tunc ultra si naturaliter potest cognoscere ens inquantum ens: ergo naturaliter potest cognoscere quodlibet contentum: vt supra deduxi.

Responsio.

¶ Respondeo, quòd eo modo quo quis est perfectus Metaphysicus: eo modo cognoscit subiectum Meta-

Metaphyſicæ, & cum perfectus Metaphyſicus verſetur præcipuè in cognitione valde vniuerſalium: ideo Metaphyſicus cognoſcit ens inquantum ens demonſtrando de ipſo paſſiones vniuerſales, ſiue incomplexas. vt unum bonum &c. ſiue diſiunctas, vt actus, vel potentia finitum, uel infinitum vnum, uel multa, &c. Nam Metaphyſicus maximè conſiderat iſta uniuerſalia, abſtracta tamen a ſenſibilibus. Et quãdo dicitur, quòd metaphyſicus cognoſcit ens inquantum ens. Coucẽdo quòd cognoſcit illud inquantum eſt ſubiectum matephyſicæ: quia ut ſic ens inquantum ens dicit vnum conceptum realem communem omni enti, & indifferentem, & ex hoc non ſequitur, quòd cognoſcat quodlibet, contentum. Et quando dicitur, quod eſt adęquatum ſubiectum metaphyſicæ eſt adęquatum obiectum intellectus. Dico quòd hoc non eſt verum quo ad omnia, Eſt enim verum quo ad hoc: quòd ſicut ſubiectum metaphyſicæ eſt commune omni enti reali, & prædicatur in quid de illis: vel ſaltem eſt prædicatum uniuocum: ſic & obiectum intellectus. Sed non eſt uerum quãtum, ad hoc, quòd ſicut quodlibet ens inquantum ens eſt obiectum intellectus, quòd ſimiliter quodlibet ens ſit ſubiectum metaphyſicæ. Et ideo ly inquãtum ſtat ſpecificatiuè: quando dicimus ens, inquantum ens eſt ſubiectum metaphyſicæ quia tantum ſpecificat rationem formalem entis, ideſt quòd ens ſumptum in ſua ratione formali, & quiditatiua, non deſcendendo ad aliquod inferius eſt ſubiectum Metaphyſicæ, ſed ſtat reduplicatiuè, quando dicimus ens, inquantum ens eſt obiectum adequatum intellectus: & ſic ly ens non ſolum accipitur in ſua ratione formali: ſed etiam accipitur pro quolibet ente contento. ut patet ĩ. d. 3.

Ens dicit unum conceptum realẽ.

Ens in quantum ens ſtare poteſt reduplicatiuè & ſpecificatiuè.

¶ Ibi. Secundo probo ratione, quia non cognoſcuntur talia cognitione propter quid. Nam nulla proprietas demõſtratur de aliquo ſubiecto ꝓpter quid: niſi præcognoſcatur de ſubiecto quid ſit: vt patet in primo poſte. & diffinitio ſubiecti eſt mediũ demõſtrãdi propter quid: vt patet in ſecundo poſte. & ſi ſubiectum non habet diffinitionem, tunc entitas ſubiecti eſt ratio demonſtrandi proprietatem de illo: ut patebit a Doc. ĩ. in q. de ſubiecto theologiæ. Sed in propoſito, homo pro ſtatu iſto nõ poteſt cognoſcere primam ſubſtantiam in ſe: òt patet. Tum: quia nec aliquam ſubſtantiam creatam ſub ratione propria, ergo multo minus increatam. Tum: quia prima ſubſtantia eſt obiectum tantum uolũtarium: ut patet a Doc. in quol. q. 14. & alibi. Tum: quia quę maxime ſunt remota a ſenſibus noſtris ſunt difficilima ad cognoſcẽdum: ut patet in prohemio metaphy. & ſic patet ratio Doc. quomodo pro ſtatu iſto homo nou poteſt cognoſcere aliquam proprietatem de ſubſtantijs ſeparatis: & hoc propter quid. ¶ Deinde probat quòd nec etiam poteſt cognoſcere demonſtratione quia. ſ. ab effectu ad cauſam: quia effectus magis ducunt in errorem: & litera ſatis clara eſt. Et quod dicit ibi: ꝙ effectus uou ſunt ab ipſo Deo inquantum trinus. hoc dicit propter unitatem rationis formalis: quia ratio formalis producendi omnes effectus in Deo eſt tantum una: ideo dicit Doc. d. 4. q. 2. quòd iſta eſt uera: Deus creat, intelligendo ſubiectum pro hoc Deo exiſtente in natura diuina, non intelligendo aliquod ſuppoſitum in illa natura, uel incommunicabile: quia incommunicabilitas non eſt ratio talium actuum: cetera patent.

ubi ſubiectũ non hẽt diffinitionem, entitas ſubiecti eſt ratio demonſtrandi de illo proprietatem.

Subſtantia prima eſt obiectum uolũtarium.

Effectus non ſunt a Deo ut trin⁹ eſt.

Dubium.

CIRCA aliqua dicta Doc. dubitatur. Primo circa hoc, quod dicit proprietàs primæ naturæ ad extra eſt cauſare contingenter: & ad oppoſitum huius, magis effectus ducunt in errorem. Contra uidetur enim ſibi contradicere: quia quæſt. 2. diſtin. 2. huius probat per effectum primum agere contingenter. hoc idem diſt. 8. quęſt. vlti. & diſt. 39. ubi dicit diſ. 8. quòd aliquę illarum rationum non poſſunt ſolui à Philoſophis: & pręcipuè illa, quę accipitur diſt. 2. & 39. primi, quæ procedit ab effectu. ¶ Dico primo, quòd illa ratio probat primum agere contingenter: ſupponendo, quòd ſit ordo eſſentialis inter cauſam primam & ſecundam (quod fortè nou eſt notum naturaliter: ut ipſe dicit in theore. coucluſione 16. non poteſt, inquit, probare ordinem eſſentialem eſſe in efficientibus, & aliam propoſitionem etiam ibi adducit. Nou poteſt, iuquit, probari Deum coagere omni cauſæ ſecundæ aliqua actione propria ſibi) & ideo ſi negaretur ordo eſſentialis, per effectũ contingenter productum non poſſet probari primũ agere contingenter. ¶ Dico ſecundo, quòd ſi teneretur, quòd uoluntas creata ſit totalis cauſa ſui actus, nou concurrente prima cauſa, ut videtur tenere una opin. recitata a Doct. in ſecundo diſt. 37. tunc ratio Doct. diſt. 2. nou probaret Deum agere contingenter. Supponit ergo in illa ratione uoluntatem creatam depẽdere a primo ente, tam in eſſe & cõſeruari, quàm etiam in agendo, & quòd uoluntas creata non ſit totalis cauſa ſui actus per remotionem primæ cauſæ: dico tertio, quòd Doct. in præſenti quæſt. non dicit abſolutè, quòd effectus ducit in errorem, uidelicet in neceſſitatem agendi in primo ente: ſed hoc tantum dicit ſecundum opin. Philoſophorum. Et ſi dicatur: Philoſophi ſupponunt ordinem eſſentialem cauſarum. ergo per rationem Doct. diſt. 2. poſſumus cognoſcere primum agere contingenter per effectum: & ſic uidetur poſſe concludi, quòd uia naturali poſſumus cognoſcere hanc proprietatem de primo ente. Reſpondeo, quòd ſi illa ratio Doct. diſt. 2. concludit contra Philoſophos oportet concedere, quòd per effectum poſſumus cognoſcere demonſtratione quia, primum agere contingenter: & in hoc ſibi non contradicit: quia in præſenti q. videtur tm̃ loqui ſecundũ opi. Philoſophorũ. & in d. 2. abſolutè loquitur cõtra Phyloſophos: ſicut ẽt d. 8. q. ult. Et cũ infert ꝙ tũc talis ꝓprietas poſſet ſciri naturaliter: Dico ꝙ hoc põt dupliciter itelligi. Vno mõ de aliquo ente primo cõfuſè cognito, Alio mõ d̃ primo ente, ut diſtĩctè cognito: primo mõ cõcedit: ſed ſecũdo mõ negat. Si iterũ dicat. quõ iſti effect⁹ ducũt ĩ neceſſitatẽ primi agentis: cum iſti effectus inferiores ſint tm̃ poſſibiles eſt. n. implicatio, cũm agere de neceſſitate, & cãtũ eſſe poſſibile. Dico ꝙ neceſſitas primi agentis non ꝓbatur ꝑ qualẽcunq; effectũ: ſed ꝓbat per effectũ neceſſarium. tenendo opi. Auer. & Ariſt. ut patebit. ĩ. d. 8. q. ult. uel poteſt dici, & melius, quòd ſecundum uiam philophorum non poteſt eſſe nouitas in effectu ſine nouitate cauſæ: & ſic a prima cauſa nõ põt immediatè produci effectus nouus: & ſi cõtingenter ageret, ſequeretur ꝙ a prima cauſa poſſet eſſe effectus nouus ſed de hoc alibi. Si iterum dicat. Si per rõnẽ naturalẽ abſolutè loquẽdo, & nõ pręcisè ſm opi. philoſophorum. põt cognoſci iſta proprietas de primo ente: quæ eſt contingenter agere ad extra. ergo iſta rõ deſtruit: qua ꝓbat ꝙ ſubſtantia ſeparata nõ põt cognoſci quantũ ad ei⁹ ꝓpria. Dico primo ꝙ proprietas incõplexa nõ põt diſtinctè cognoſci de prima ſubſtantia: & hoc naturaliter. Dico ſecũdo ꝙ poſito ꝙ illa cognoſcatur: adhuc rõ Doc. ſtat: quia in tali rõne nõ intẽdit abſolutè de quacũque ꝓprietate: ſed de ꝓpritate perfectiſſima, ſm quam primũ ens natum eſt eſſe obiectũ beatificum: vel etiam ſm ꝙ beatificatur: quia, licet perſonæ non ſint rõnes formales obiecti beatifici: tñ nunq̃ obiectũ illud beatificat, niſi ut in tribus: & talis proprietas uia naturali ſciri non poteſt.

Reſponſio.

Ordo eſſentialis nõ naturaliter eſt notus inter primam. & ſecundam cauſam.

Scire naturaliter deũ agere cõtingẽter poteſt dupliciter intelligi.

Argumentũ Hen. contra Doc.

CONTRA iſtã rõnẽ arguit ab Hen. in ſua sũma: q̃a in iſta tertia rõe Doct. ꝓbauit, quòd nõ poſſumus uia naturali diſtinctè cognoſcere aliquam proprietatem de prima ſubſtantia: puta, quòd ſit trinꝰ,

&c.

& vna & sic de alijs, Nunc specialiter arguit argumento Hen. contra istam. probando, quòd via naturali possumus cognoscere istam propositionem. Deus est trinus, & vnus: & sic de alijs veritatibus necessarijs. Et ratio stat in hoc: quia si naturaliter possum cognoscere terminos alicuius propositionis necessariæ possum naturaliter cognoscere illam propositionem: patet: quia talis propositio si est immediata, cognoscitur cognitis terminis: vt patet primo poste. t. c. 6. Si verò mediata: tunc cognoscendo terminos possum cognoscere medium inter illos: & sic cõiungere illud medium cum utroque extremo: & sic habebo duas propositiones immediatas: & per illas cognoscitur mediata. Exemplum: hæc est mediata; homo est risibilis: tunc cognoscendo hominem distinctè & risibilè distinctè possum cognoscere mediũ inter hominem & risibile: puta animal rationale: & coniungendo illud medium cum risibilitate, habeo istam immediatam. animal rationale est risibile: & cum homine a parte prædicati habeo aliam itumediatam, scilicet homo est animal rationale: & sic statim sequitur ista mediata. ergo homo est risibilis. Sic in proposito tu dicis, quòd ista. Deus est trinus, & unus, est tantum reuelata, & nullo modo naturaliter nota: & ego probo, quòd sit naturaliter nota. Et arguo sic. Termini istius propositionis sunt naturaliter noti. patet: quia fidelis, & infidelis non contradicũt de ista veritate (puta, q fidelis dicit, q̃d deus est trinus, & vnus; & infidelis oegat) nisi naturaliter cognoscant terminos: quia non disputant de nominibus ...tum; sed de conceptibus significatis per illa nomina: deus trinus, & vnus. Et sic patet quomodo isti termini sunt naturaliter noti. Probatur modo consequentia, scilicet quòd ista propositio. Deus est trinus, & vnus, sit naturaliter nota: quia aut est immediata: & tunc cognosco cognitus terminis: aut est mediata, & tunc concipiendo terminos possum cõcipere medium inter illos & coniungere cum extremis: vt dixi supra. ¶ Ibi. Ad illud respõdeo de substantijs separatis &c. Nota primo quòd Doc. in ista propositione. Deus est trinus, & unus non concedit, quòd termini sub ratione distincta cognoscantur naturaliter: puta, quòd deitas in se, & trinitas in se: quia siquis cognosceret deitatem in se distinctè naturaliter: statim posset cognoscere omnem proprietatem de illa, naturaliter: ut patuit in tertia ratione: sed bene naturaliter possum cognoscere hunc conceptum scilicet deum, & similiter trinum, sic in cõfuso: puta, quòd aliquod ens est trinum & vnum: fidelis, affirmat hoc, & infidelis negat. ¶ Modo exponamus litteram, quæ habet aliqualem difficultatem. Ibi. Accipio tunc aliquam veritatem, talem primam, & immediatam: puta si sit aliqua veritas immediata, & singularis: tunc omnes veritates, quæ particulatiter, enunciant communia ad prædicatum, de communibus ad subiectum sunt mediatæ, & habent euidentiam ab illa immediata. Exemplum ponamus, quòd hæc sit immediata, scilicet, Franciscus est primo hoc sensibile. a Frãcisco possum abstrahere hominem, animal, & substantiã quæ sunt communia ad Fran. ab hoc sensibili possum abstrahere sensibile in communi viuẽs & corporeum: quæ sunt communia ad hoc prædicatum: quod est hoc sensibile. Dico tunc quòd possum formare multas propositiones mediatas, quæ habebunt euidentiã ab illa immediata: puta aliqua substantia est sensibilis: aliquod animal est sensibile, aliquis homo est sensibilis. Nam iste propositiones mediatæ sunt particulares, & enunciant siue prædicant communia ad prædicatum propositionis immediatæ: de communibus ad subiectum propositionis immediatæ: vt patet intuenti. Nam cum dico aliquod animal est sensibile; ly animal: est commune ad Franciscum: &

Declaratio litteræ: [illegible] litteram Iacobatus monet dude pulchras difficultates, sine quibus presens littera complete nõ potest intelligi.

sensibile est commune ad hoc sensibile. ¶ Et nota, quòd dicit Doctor. quòd huiusmodi propositiones mediatæ sumptæ ab aliqua singulari immediata enũciant particulariter, idest quòd tantum sunt particulares: patet: quia ab vna immediata singulari non potest inferri una mediata vniuersalis. Modo applicando ad propositum. Supponamus, quòd hæc sit immediata, deitas est trina, & vna, & isti termini sint nobis naturaliter ignoti: & per consequens, & ipsa propositio. Ab ista immediata possunt accipi multæ mediatę, modo pręexposito: puta abstrahendo a deitate substantiam: vel ens: quæ sunt communia illi: & similiter ab hac trinitate singulari abstrahendo trinitatem in communi: tunc possunt formari multæ propositiones mediatę: vt hæc aliquod ens est trinum, & vnum: vel aliqua substantia est trina & una. Et quia immediata est nobis naturaliter ignota: sequitur, q̃d omnes mediatæ sint nobis naturaliter ignotæ: cum noticia illarum dependeat a noticia propositionis mediatæ. Et sic litera clara est vsque. ¶ Ibi. Per hoc ad argumentum. Nego maiorem. Scilicet, quòd quorumcunque necessariorum terminos naturaliter cognoscimus: & illa necessaria reuelata naturaliter cognoscimus. Et ad probationem dicit Doc. distinguendo de medio: quia medium potest capi dupliciter. Nam est quoddam medium essentialiter ordinatum inter extrema q̃d videlicet adequatur illis extremis: & cum illis extremis conuertitur: & tale medium, vel est passio, prior respectu passionis posterioris: vel est diffinitio subiecti, vel passionis demonstrabilis. Quocunque accipiatur tale medium, siuè pro passione priori, siue per diffinitionẽ subiecti: siuè per diffinitionẽ passionis demonstrabilis: sic est inter extrema essentialiter ordinatum: quòd cognitis illis extremis, scilicet subiecto & passione demonstrabili de subiecto: statim cognoscitur illud. Et assignat rationem. ¶ Ibi. Concedo igitur &c. Et ratio, quòd statim cognoscatur, est: quia intellectus eius scilicet talis medij includitur in altero extremo, si est passio, idest quòd si ponatur passio prior pro medio demõstrandi passionem de subiecto: talis passio includitur in subiecto conuertibiliter. Vel si ponatur medium quod sit diffinitio, siuè quod quid est alterius extremi: erit idem cum tali extremo. Nam si diffinitio subiecti est medium in demonstratione potissima: est idẽ cum subiecto. Vel si ponatur diffinitio passionis demonstrabilis (ut ponũt quidam Albertistæ) similiter talis diffinitio erit idem cum passione: loquendo de diffinitione quiditatiua passionis. Cognitis ergo extremis puta homine, & risibilitate: statim cognoscitur passio intermedia: si ponitur medium essẽtialiter ordinatum: per quod demõstratur risibilitas vniuersaliter de omni homine. Si verò mediũ sit diffinitio subiecti, vel diffinitio passionis: patet, quòd cognitis illis extremis scilicet subiecto, & passione demonstrabili cognoscitur tale medium. Aliud est medium nõ essentialiter ordinatum inter extrema vniuersalia, cuiusmodi est mediũ particulare sub illis extremis: tũc non sequitur, q cognitis extremis: puta aliqua passione in cõi, & aliquo subiecto in cõi: q cognoscatur tale medium: vt patet p exemplum Doc. ibi positũ. Sic in propositu. Ista conclusio est nobis reuelata: de⁹ est trinus & vnus: non quòd distinctè cognoscam deitatem, sub ratione deitatis: quia talis cognitio de lege communi nulli reuelatur: quicquid sit ex speciali priuilegio. Hæc propositio est mediata, & dependet ab aliqua immediata: quam non cognoscimus, nec via naturali, nec per reuelationem (sẽper loquendo de lege communi) vt infra exponam in quæst. de subiecto theologiæ in illa q. An theologia sit sciẽtia. Et sensus huius propositionis mediatæ scilicet deus est trinus, & unus est iste. Aliquod ens (quod nomi-

medium duplex.

Nota quod ponentes ordinem inter passiones (ut facit Antonius Andreas) habent dicere quòd nõ est ordo causalitatis, sed est ordo effectuũ de quo loquitur Scotus 1 primo sent. dist. 27.

nominamus Deum) eſt trinum & vnum. Non ergo ſequitur, quòd cognito ente: & cognita vnitate, & trinitate, quòd cognoſcam medium inter illa i quod eſt eſſentia diuina, vt hæc eſſentia. Et ſic patet litera Doc. ¶ Ibi. Hæc ratio tertia potiſſimè concludit de prima ſubſtantia immateriali: quia eius tãquàm obiecti beatifici potiſſimum eſt cognitio neceſſaria. Iſta tertia ratio eſt illa quam ſupra fecit, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt naturaliter cognoſci a nobis, quantum ad earum proprietates. ¶ Sequitur. Et tunc reſponſio iſta ad obiectionem contra ipſam, ideſt reſponſio quam fecit contra rationem Hen. factam cõtra illã tertiã rõnẽ. Iſta videlicet reſpõſio ſupponit, ꝙ nunc naturaliter, non concipimus Deum, niſi in conceptu generali communi ſibi, & ſenſibilibus ideſt, ꝙ quando Doc. dixit, quòd hæc propoſitio neceſſaria: Deus eſt trinus, & vnus: eſt nobis mediata ſupponendo, quòd cognoſcamus ens dici de ipſo Deo: & tunc dicimus, quòd Deus eſt aliquod ens, quod eſt trinũ, & vnum. Si enim naturaliter poſſemus cognoſcere Deum ſub ratione deitatis: tũc iſta propoſitio. Deus eſt trinus, & vnus: eſſet naturaliter cognoſcibilis: & cognitis illis extremis, ſtatim cognoſceretur mediũ inter illa: non ſic quando concipimus Deum tantum in conceptu communi: vt puta aliquod ens quod nominamus Deũ, vel quod prædicatur de Deo in qd: eſt trinum & vnum. Sequitur. Si etiam negetur ſuppoſitum. Videlicet quod non tantum deus cognoſcitur ex creatura in conceptu communi: ſed etiã, quòd ex creatura poſſit cognoſci in conceptu particulari. Sequitur. Oportet dicere cõceptum &c. Ideſt, quòd etiã poſito, ꝙ cognoſcatur in particulari ex creatura: tñ cõceptus ille erit imperfectior cõceptu habito de Deo virtute volũtatis diuinę: & ſic patet lra Doc.

In conceptu generali: & communi cõcipimus Deũ.

Diffic.

OCCVRRIT difficultas in hoc quod dicit Doc. ibi. Si autem negetur illud ſuppoſitum adhuc oportet dicere conceptum, qui poteſt fieri de Deo virtute creaturę eſſe imperfectum. Sicut ergo dictũ eſt de conceptu generali, & ſpeciali: ita dicatur ſecundum aliam viam de imperfecto, & perfecto conceptu. Vt clarius intelligantur inſtantiæ declaro hanc literam per duo dicta, primum ponendo ens eſſe cõmune Deo, & creaturę: & eſt tale aliquod ens eſt trinum, & vnum: veritas huius propoſitionis cuius termini abſtrahuntur a ſenſibilibus, dependet ab aliqua immediata ſingulari: puta ab iſta deitas eſt communicabilis tribus ſuppoſitis: & contra hoc dictum non intendo inſtare. Secundum eſt ſecundùm opi. Hen. quòd veritas huius: aliquod ens eſt trinum & vnum: includit conceptum entis, non, vt communem deo, & creaturis: ſed, vt tantum analogum: ita quòd talis conceptus entis tantum dicitur de Deo, & cauſatur à creatura: & ſecundùm Hen. cognitio huius propoſitionis dependet a creatura: & ſic cõceptus huius propoſitionis, inquantum cauſatur a creatura eſt imperfectus: & ſi cauſaretur virtute eſsẽtiæ eſſet perfectior: & ſic euidentia talis conceptus imperfecti debet accipi ab euidentia conceptus perfecti: vult ergo dicere Doc. quòd ſi iſte cõceptus aliquod ens eſt trinum & vnum puſſet cauſari virtute creaturę tunc erit neuter, & non euidens, & fieret euidens per conceptum cauſatum virtute eſſentiæ diuinæ. Et ſic contra hoc dictum multipliciter inſtatur vt clarius intelligatur illa litera, primo: quia videtur ſibi contradicere in illa q. an theologia ſit ſcientia vbi ſic dicit. principium immediatum de linea poteſt eſſe euidens intellectui moto a linea, & clarius euidens intellectui moto à verbo ad notitiam lineæ: tamen principium uno modo cognitum, non demonſtrat ſe alio modo cognitum: ſed vtroque modo eſt per ſe notum, licet clarius ſic, vel ſic. Ex hoc infero, quòd quamuis conceptus huius aliquod ens eſt trinum, & vnum ſit imperfectior, vt cauſatur virtute creaturę, & perfectior, vt cauſatur virtute eſſentiæ: nõ tamen ſequitur, quòd habeat euidentiam a conceptu cauſato virtute eſſentiæ: ſicut & de linea &c. Secundo videtur etiam ſibi contradicere. Si enim iſte conceptus poteſt haberi virtute creaturæ quamuis imperfectior: ſequitur ꝙ cognitio huius: aliquod ens eſt trinum, & vnum: non ſit ſupernaturalis: nec erit ſimpliciter neceſſe, quòd habeatur talis cognitio ſupernaturalis virtute eſſentiæ. Nam hoc modo ipſe Doct. arguit contra Tho. præſenti quæſt. in hoc, quòd Tho. dicit, quòd hæc concluſio poteſt ſciri, & medio, naturali, & medio ſupernaturali: & arguit Doct. quòd ſi poteſt haberi medio naturali, non erit ſimpliciter neceſſaria cognitio ſupernaturalis. ¶ Reſpondeo ad primam inſtantiam: dico quòd cõceptus huius aliquod ens, eſt trinum, & unum eſt tantum euidens: loquendo de euidentia ex natura rei, & conceptu, qui habetur uirtute deitatis. Et dico, quòd non eſt ſimile hęc & de linea, quia in propoſito ſunt duę propoſitiones: quarum vna eſt euidens propter euidentiam alterius: ibi verò eſt tantum una propoſitio, quæ in alio, & alio lumine perfectius, & imperfectius uidetur: ſed iſta aliquod ens eſt trinum: eſt una mediata, quæ habet euidentiam a perfectiore notitia: puta huius immediatæ deitas, vt deitas eſt trina, & vna: uel ſaltem illa, quæ eſt uirtute eſſentiæ eſt euidentior: etiam loquendo de reuelata: & quia in hoc ſaltem voluntas reuelans ſupplet uicem obiecti ſupernaturalis. ¶ Ad ſecũdam dico quòd & ſi iſta propoſitio aliquod ens &c. poſſit haberi virtute creaturæ: quia termini illius concipiuntur virtute creaturæ: non tamen eſt euidẽs virtute creaturæ: ſed ex natura rei eſt euidens a conceptu, qui habetur virtute eſſentiæ: nec per aliquod medium naturale poteſt euidenter demonſtrari. licet ergo argumentum Doc. concludat contra Tho. qui poſuit eandem concluſionem poſſe habere euidentiam ex medio naturali, & medio ſupernaturali: hic autem ponitur tantum habere euidentiam ex medio ſupernaturali: & ſic patet quid dicendũ. ¶ Secũdo occurrit difficultas in hoc, qd dicit: ꝙ oium neceſſariorum, reuelatorũ terminos naturaliter cognoſcimus: quia accipio hãc. Deus eſt trinus, & unus: quęro quomodo iſti termini accipiuntur, aut ꝓ uocibus tãtum: aut pro conceptibus: aut pro rebus ſignificatis: non primo: quia tunc eſſet tantum diſputatio de uocibus. non ſecundo: quia aut illi conceptus accipiuntur pro rebus cõceptis, aut pro actibus, quibus concipiũtur t ſi primo habetur propoſitum: quia tũc tales termini ſignificant ipſas res: & ſic naturaliter intelliguntur. ſi ſecundo cõtra: quia nomina ſignificant res: vt probat Doc. primo Perhier. quæro modo, quod eſt ſignificatũ huius termini Deus: aut eſt deitas ipſa: & ſic poterit naturaliter cognoſci, aut ſignãt aliqd ens in cõfuſo, qd noiamus, Deũ: & tũc hoc ꝑdicatũ trinũ in pſonis, & vnũ in eſsẽtia nõ uerificatur de tali ſubiecto: patet: qa talis ꝓprietas nõ cõuenit enti, ſic in cõfuſo cõcepto: ergo ſi ſignãta horũ terminorũ naturaliter cognoſcim⁹: ſequit, ꝙ cognoſcimus illa diſtincte: patet: quia cognoſcẽs aliquid ſub illa rõe, qua aliqd, ſignãt, cognoſcit, & ipm ſignãtum: patet p Doc. in ſimili. cognoſcẽs naturã ſub illa rõne q ordinaſ ad vltimũ finẽ, cognoſcit & vltimũ finẽ: ſʒ iſti termini naturaliter cognoſcunſ ſub illa rõe, qua ſignãnt Deũ diſtinctè, ergo &c. ¶ Rñdeo primo: ꝙ ſignãnt Deũ incõfuſo. i. ꝙ hoc nomẽ De⁹ ſignãt mihi aliqd ens in cõfuſo, qd noiam⁹ Deum: & ſic res illa in confuſo ſignãtur: & cum dſ ꝙ hoc prædicatum trin⁹, & vnus, &c. nõ verificatur de Deo confuſè accepto: concediſ ꝙ non immediatè verificatur, vt ſit propoſitio immediata: verificatur. n. pro quanto uerificaſ prius de Deo in ſe & ſub ꝓpria ratione. ¶ Dico ſecundo: ꝙ ſignãtum huius nominis deus

Declarat literam g duo dicta.

Secundo.

D. Tomas prima parte summa. q. 1. Artic. 1.

Reſponſio.

Alia diffi-cul.

Reſponſio.

Alia rñſio.

deus est ipsa deitas in se: & cum dicitur, quòd posset naturaliter cognosci, dico, quòd non sequitur: quia plus contingit significare, quàm intelligitur: ut patet a Doc. in primo d. 22. & sic ab aliquo potest imponi, quòd hoc nomen deus significet deitatem sub propria ratione: & tamē non cognoscat illud significatū. Et tunc negaretur, quòd uiator possit cognoscere hoc nomen deus sub illa ratione, siue relatione, quia distinctè significat deitatem: quia tunc oporteret precipere deitatem in se, & distinctè: quia non potest cognosci distinctè aliqua relatio nisi præcognoscantur termini relationis, ut patet a Doc. præsenti. q. & q. pe. & alibi.

alia dissen!.

¶ Tertio dubitatur in hoc, quod dicit: ꝙ cognoscens extrema propositionis necessariæ potest cognoscere medium essentialiter ordinatum inter illa. Nam extrema propositionis mediatæ cognoscūtur pro statu isto: vt patet de homine, & risibilitate: & tamen non cognoscitur diffinitio essentialis, quæ ponitur medium essentialiter ordinatum inter illa extrema: quia pro statu isto ignoratur ultima differētia: & per consequens diffinitio essentialis. secundo si tale medium pro statu isto potest cognosci: quero a a quo causatur cognitio distincta talis medij? non a subiecto: patet: quia tantum cognoscitur confuse: nec apparet, quòd pro statu isto aliquid aliud causaret illam cognitionem medij: quia sola sensibilia mouent intellectum pro statu isto: & nulla differētia substantialis in se cognoscitur, cum nulla moueat intellectum: ut patet a Doc. j. d. 3. q. 3.

Responsio.

¶ Respondeo: quòd conclusio Doc. debet intelligi de medio, quale potest haberi pro statu isto: & concedo, quòd nō cognuscitur ultima differentia: tamen cognitis extremis illis potest inuestigari diffinitio conuertibilis cū utroque extremorum: & hoc per uiam diuisionis, eo modo, quo docet Ari. secundo poste. Dico secūdo quòd si extrema distinctè cognoscerentur statim sciri posset medium essentialiter ordinatum inter illa, quod ponitur causa præcisa & adequata inherentiæ passionis ad subiectum. Sed hoc non sequitur de medio particulari, quod ponitur medium inferius ad vtrunque extremum: ut supra patuit: cum non possit esse essentialiter ordinatum inter talia extrema cūmunia: quia tunc conuerteretur cum utroque extremorum aliter nō poneretur medium essentiale, & ad adequatum inter illa.

V!tima differentia nō cognoscitur. Medium duplex essentiale, & particulare. Applica.

QVARTO principaliter arguitur sic. Homini uolenti efficaciter ultimam fęlicitatem, necessaria est sibi aliqua cognitio supernaturalis: & ratio stat in hoc. Quia ex quo creatura naturalis ordinatur ad ultimum finē, ad quem ex se, idest ex natura propria est indisposita: necesse est ipsam disponi ad habēdum illum finem; sed talis dispositio fit per cognitionem supernaturalem. ¶ Ibi. Si instetur, quòd agens perfectum: puta deus potest statim remouere imperfectionem, & statim agere. Littera sequens clara est.

D. Thom. prima parte summæ q. 1. Artic. 1 in solutione principali.

QVINTO arguitur sic. Deinde Hen. in sum. sua arguit probando illud idem quod Tho. & ratio stat in isto dicto: quòd anima intellectiua, pro statu isto, non potest excedere actionem intellectus agentis & intellectus agens de se est limitatus ad cognitionem habitam per uiam sensus: sed uolenti ultimum finem necessaria est cognitio aliquorum quæ non cadunt sub sensu. ¶ Ibi. Hæc ratio uidetur concludere contra eum qui fecit eam. Hic Doc. deducit Hen ad hoc inconueniens: quòd si intellectus agens habet tātum actionem circa ea, quæ cadunt sub sensu: ex hoc sequitur, quod nullam actionem poterit habere circa sinceram ueritatem: quia talis ueritas secundùm eum non potest haberi uia sensuum ab intellectu agēte, sine speciali illustratione dei. Et sic lux increata non poterit uti intellectu agente, ut instrumento ad cognitionem alicuius sinceræ ueritatis: sed de hoc, j. patebit. d. 3. q. 4. ubi est specialis quæstio: an sincera ueritas possit haberi uia naturali.

Henricus in sua summa.

¶ Ibi. Istæ duæ rationes non uidentur plurimum efficaces. Prima enim uidelicet facta a sancto Tho. supponit unū, qd adhuc non est probatum sufficienter: uidelicet, ꝙ homo ordinatur finaliter ad cognitionem supernaturalem. Et etiam posito, quòd sic ordinaretur oporteret ostendere, quòd cognitio naturalis non potest sufficienter disponere pro statu isto ad cognitionem supernaturalem consequendam. ¶ Ibi. Secunda ratio scilicet Hen. petit duo, quæ indigent probatione: scilicet, quòd cognitio aliquorum, quæ non possunt cognosci per uiam sensuum sit necessaria. Secundo petit, quòd lumen intellectus agentis, sit ad talia cognoscibilia sensibilia limitatum: sic quòd non possit habere actionem aliquam circa insensibilia.

Nescio videre necessitatē huius dispositionis.

AD Q. DOC. Respondēdo ad q Primo præmittit aliqua. Deinde ostendit propositū videlicet: ꝙ sit homini pro statu isto, uolēti beatificari: necessaria aliqua doctrina supernaturalis. Primo ergo præmittit distinctionem potentiæ naturalis: uiolentæ: & naturæ. Naturalis, si naturaliter inclinetur potentia. Violenta dicitur si sit contra inclinationem naturalem: ut patet de graui extra centrum. Et neutra, si neque inclinatur ad istam formam, neque ad oppositā: sicut superficies non magis inclinatur ad albedinem, quam ad nigredinem: immo nullam naturalē inclinationem habet ad huiusmodi accidentia. Materia uero prima dicitur potentia neutra: & tamen inclinatur naturaliter ad omnes formas substantiales: de qua naturali inclinatione materiæ primæ patebit. infra d. 1. q. 1. Et de naturali inclinatione absolutæ, quæ opponitur uiolento. Vide Doc. in 2. d. 18.

Nota tamen quod intellectus noster possibilis habet duos actus, alium scilicet actiuū, siue productiuū, & alium passiuum siue receptiuum. Actus productiuus intellectus possibilis est quo intellectus cau sat, & simul cum obiecto naturali producit notitiam rei.

¶ Sequitur in litera. In hac autem comparatione &c. Dicit Doc. quòd comparando receptiuum ad perfectionem, ad quam est in potētia receptiua naturali: uel ad perfectionem, ad quam est in potentia neutrali: vel ad illud ad quod nullam habet inclinationem naturalē: nulla est ibi supernaturalitas: cum ex natura sua sit in potentia receptiua ad huiusmodi: & sic intellectus vt comparatur ad quamcunque cognitionem ad quam est in potentia receptiua: nulla est ibi supernaturalitas. Habet enim naturalem inclinationem ad omnem cognitionem: cum cognitio quamtumcunque minima, sit perfectio intellectus & qualitas absoluta: ut probat Doctor. in quolibet. q. 14. Sed supernaturalitas attenditur ex comparatione ad agens: ita quòd illa perfectio dicitur supernaturalis: quæ nullo modo potest causari ab agente naturali. Et agens naturale pro nūc est omne aliud a Deo: & per consequens omnis perfectio quæ subest causalitati agentis naturalis dicitur naturalis: ut ly naturale distinguitur contra supernaturale. ¶ Ibi. Pro statu autem isto. Hic dicit Doc. ꝙ intellectus possibilis est tantum natus moueri ab intellectu agēte & fantasmate: & sic sola illa cognitio est naturalis quę ab istis agētibus imprimi potest. ¶ Et quomodo pro statu isto dicuntur fantasmata mouere intellectum patebit. j. distinctin. 3. quæst. 1. 2. & 3. ubi hoc diffusæ declarabitur. Phantasmata enim tantum mouent intellectum possibilem: causando in eo partialiter tantum speciem intelligibilem. Non enim mouent ad cognitionem alicuius obiecti. ut docet Doc. j. in 1. distin. 3. q. 7. & q. 15. quolibet. Et quod dicit de intellectu agente: uerum est quòd ad causationem speciei intelligibilis una cū fantasmate concurrit: ut patet a Doc. j. dist. 3. q. 6. & pe. Et nullo modo concurrit intellectus possibilis: ut patet a Doct. in quæst. 15. quoli. Sequitur. Virtute autem istorum. s. intellectus agentis, & fantasmatis: pōt haberi ōis cognitio incōplexa, quę sm̄ legem cōem habetur a uiatore. ¶ Ex hoc apparet ꝙ pro statu isto: nec uia naturali nec supernaturali:

Intellectus possibilis respectu obiecti naturalis quo ad illum actum actiuum nec indiget dispositione, nec confortatur, quia natura eius non exceditur ab obiecto, respectu obiecti supernaturalis indiget dispositione, disponi corroborari, & confortari, de hoc actu

(loquendo

Hic loquitur D. Thomas qui dicit qd intellectus noster indiget disponi. Alius est actus receptiuus quo ad istum actū nec respectu obiecti naturalis neque supernaturalis indiget dispone, rō ē: quoniam intellectus noster possibilis aequalis inclinationē naturaliter inclinatur ad quamcunq; notitiam recipiēdā, vel supernaturalem. Item aequalis inclinatione inclinaē ad perfici à quacunque cognitione, siue notitia, naturaliter ideo cū isto actu receptiuo. Intellectus noster non indiget dispositionibus & ī hoc loquitur. D. Thomas.

(loquendo de communi lege) habemus noticiam in complexam distinctā de aliqua substātia: nec de substantijs separatis: nec de materia prima: nec de aliquo singulari sub ratione singularitatis: quia virtute fantasmatis habetur tantum cognitio eorum quæ essentialiter vel uirtualiter includuntur in sensibilib⁹ quorum tantum habem⁹ fantasmata. Modo nulla substātia mouet intellectum nostrum ad sui cognitionem. vt ꝓbat Doc. J. d. 3. q. 3. Et vltra de substantia habem⁹ tantum conceptum qui essentialiter cōtinetur in aliquo sensibili: vt probat Doc. J. d. 3. q. 3. & hoc idē de materia prima: nec de aliquo singulari habemus concept⁹ distinctos sub ratione singularitatis: vt ipse probat in 7. metha. suæ: q. 15. Tantum ergo illa complexa pro statu isto cognoscuntur quæ virtute fantasmatum, & intellectus agētis habentur: & sunt omnia sensibilia in se. & omnia essentialiter, & virtualiter contēta in eis. Sequitur. Et ideo licet de⁹. Dicit Doc. quòd quamuis ex speciali priuilegio possit reuelari alicui simplex noticia, & distincta deitatis: vt in raptu aliquo: non tamen hoc est secundum communem legē: quia fides est proprie de complexis nobis reuelatis: quorum termini possunt fieri nobis noti virtute fantasmatum, & intellectus agentis. vt. J. patebit in q. de subiecto theolog. In illa. s. q. An theologia sit de omnibus: & quando reuelatur nobis hoc complexum: deus est trinus, & vnus: non habemus noticiam simplicem deitatis, & incomplexam, & distinctam: sed tantum cognoscimus per reuelationē ꝙ est aliquod ens qd nominamus deum quod est trinum, & vnum. ¶ Ibi. de complexis autem veritatibus secus est. Hæc litera clara est hic, & ex supra declaratis. ¶ Ibi. Verū autem post primam traditionem. Doc. in. 3. d. 23. docet quomodo aliquis naturaliter potest assentire articulis fidei reuelatis, & hoc idem in. q. 14. quoli. Et sic isti articuli fidei dicuntur supernaturalitee traditi: quia tantum per reuelationem diuinę volūtatis. ¶ Ibi. Aliter etiam potest dici supernaturalis. Doc. declarat quomodo cognitio reuelatorum necessariorum potest aliter dici supernaturalis. ex hoc ꝙ supplet vicem obiecti supernaturalis. Nā essentia diuina vt cognita nata est facere, vel causare notitiam huius complexi: deus est trinus, & vnus: quia vt. J. declarat Doctot. in q. de subiecto theologię noticia theologica habens euidētiam ab obiecto: habet euidentiā ab illo primo noto. & sic si essentia diuina esset in se cognita ab aliquo intellectu: tūc vt sic causaret notitiam huius cōplexi: deus est trinus, & vnus: saltē quātum est ex parte sua comparādo illam ad intellectum quem potest suo modo mouere qui est solus intellectus diuin⁹ vt declarat Doc. in quolibet. q. 14. Et forte etiam diceretur ꝙ notitia essētię diuinę causata a volūtate diuina: non causaret immediate notitiam alterius. Sed hoc reseruo declarandum in q. 15. quoli. Notitia ergo huius: deus est trinus, & vnus diceretur supernaturalis: quia esset solum a volūtate diuina: quæ sola supplere potest vicem essentię diuinę nō in ratione obiecti intelligibilis: quasi hæc propositio cognoscatur per voluntatem diuinā vt primo cognitam: sed sic dicitur supplere, quia immediate causat talem notitiam.

volūtas diuina quot modis potest dici supplere uicē essentia.

¶ Deinde declarat Doc. ꝙ aliquādo perfecte supplet: aliquando imperfecte. Perfecte contingit dupliciter. Vno modo abstractiue. alio modo intuitiue. Nam si causat distinctam cognitionem huius complexi: de⁹ est trinus, & vnus: loquendo de cognitione abstractiua: tunc perfecte supplet: quia entitas vel cognitio destincta subiecti illius cōplexi in quocūque intellectu causaret partialiter, saltem remote notitiam huius complexi: deus est trinus, & vnus: loquendo de intellectu quem posset mouere. Vel si deus esset præsens in aliqua specie intelligibili: ipsum distinctè repræsentare in ratione obiecti intelligibilis: vt videtur ponere Doc. in secun. distinc. 3. quæstio. 9. talis species esset partialiter causa notitię abstractiuę distinctę deitatis, & forté esset causa cognitionis huius complexi. Deus est trinus, & vnus, Vel saltem deus, vt sic distinctè cognitus, esset causa cognitionis talis cōplexi in illo intellectu: & sic volūtas diuina causando talem notitiam distinctam, vel speciem intelligibilē distincte representatem deum sub ratione deitatis in ratione obiecti intelligibilis: diceretur perfectè supplere vicem obiecti supernaturalis. Secundo modo dicitur perfecte supplere vicem obiecti supernaturalis in cognitione intuitiua: quia essētia diuina vt in se intuitiue cognita: quantum est ex parte sua: nata esset causare notitiam intuitiuam huius complexi: deus est trinus, & vnus. Si ergo voluntas diuina immediate causaret notitiam intuitiuam ipsius deitatis: vel notitiam complexam intuitiuam huius: deus est trinus, & vnus: diceretur perfectè supplere: immo perfectissime vicem obiecti supernaturalis. Tertio potest dici supplere imperfecte vicem obiecti supernaturalis: vt quando causat in aliquo cognitionem confusam huius complexi deus est trinus, & vnus: quia tūc talem notitiam causaret, qualem obiectum si esset in se presens, vel in spetie intelligibili non causaret. Nam vt sic tantum natum esset causare notitiam abstractiuam sui distinctam. Si vero esset in se præsens natum esset causare notitiam intuitiuam distinctam. ¶ Ibi. Pro quanto igitur. hæc notitia obscura siue confusa in illa clara includitur eminenter, sicut imperfectum in perfecto. pro tanto releuās hanc obscuram supplet vicem obiecti illius clare notitię causatiui: supplet quidē imperfectè: semper intelligendo modo prępexposito. ¶ Ibi. Nec veritatum talium, &c. Dicit quòd voluntas diuina non posset supplere vicem alicuius obiecti inferioris puta entis creati respectu harum veritatum. patet: quia in hoc dicitur supplere vicem obiecti perfectè, quando causat talem notitiam qualē ipsum obiectum natum esset causare: si esset in se præsens, vel in specie intelligibili: vel dicitue supplere imperfecte: quando nō causat notitiam ita distinctam qualē tale obiectum si esset in se præsens: vel in specie intelligibili natum esset causare. Si ergo respectu harum veritatum potest supplere vicem alicuius obiecti inferioris sequeretue quòd tale obiectum inferius siue creatum: si esset pręsens alicui intellectui in propria existentia natum esset causare notitiam intuitiuam huius. Deus est trinus, & vnus, vel si esset præsens in specie intelligibili distinctè repræsentante ipsum: tunc natum esset, vt cognitum causare notitiam abstractiuam distinctam omnium ueritatum necessariarum de deo: quod est impossibile. quia si sic: tunc creatura virtualiter contineret ipsam deitatem: vt. J. patebit. d. 3. q. 1. & d. 8. & q. 14. quolibet, & in 2. d. 3. q. 10. ¶ Ibi. Differentia istorum duorum modorum ponendi supernaturalitatem notitiæ reuelatæ. patet separando vnū ab alio, &c. i. quòd hęc notitia: deus est trinus, & vn⁹ potest dici dupliciter supernaturalis. Primo quia tantum est ab agente supernaturali. Secundo quia est ab agente supplente uicem obiecti supernaturalis: & si ista duo possent separari: esset manifesta distinctio supernaturalitatis. Si enim notitia hæc tantum esset a uoluntate diuina: nō supplente uicem obiecti supernaturalis: tunc diceretur supernaturalis tantum primo modo. Et ideo Doctor. ponit exemplum in alio: vt puta uoluntas diuina immediate causat in aliquo intellectu noticiam huius: homo est risibilis: tunc talis noticia diceretur supernaturalis primo modo. non autem secundo modo: quia tantum suppleret vicem obiecti naturalis. Et nota qd primus modus supernaturalitatis non infert secundum modum supernaturalitatis: sed bene econtra.

Hæc notitia Deus est trinus, & unus pōt dici duobus modis supernaturalis. Exemplum.

Primum

Primum patet: quia non sequitur. causat talem notitiam immediate supernaturaliter: ergo supplet vicem obiecti supernaturalis? non sequitur vt patet in exemplo de cognitione huius: homo est risibilis. Secundum patet: quia bene sequitur, supplet vicem obiecti supernaturalis: ergo causat notitiam supernaturaliter: & sic patet littera.

Dubium. DVBITATVR in hoc quod dicit: quòd intellectus possibilis, quacunque cognitione naturaliter perficitur, & ad quamcumque naturaliter inclinatur. ¶ Contra: quia si naturaliter inclinatur ad omnem: ergo nō magis ad vnam quàm ad aliam: consequens est contra Phylosophum in Prohemio Meth. vbi arguit: omnes homines natura scire desiderant, ergo maximam scientiam, maxime desiderabunt: probatur consequentia per Doct. in 4. d. 49. vbi vult, quòd inclinatio naturalis sit semper necessario & summe: quia non est in potestate inclinantis naturaliter intense, vel remisse inclinari: & per consequens sequitur, quòd si intellectus ita intense inclinatur ad vnam, & ad obiectum illius, sicut ad aliam: quòd ita perfecte quietatur in imperfecta, sicut in perfecta: quia in vtraque totus eius appetitus satiatur habito desiderato.

Responsio. ¶ Respondeo. Et dico primo, posito, quòd de facto non magis inclinetur ad vnum, quàm ad aliud, quia secundùm totum conatum, inclinatur ad omnia: adhuc diceretur magis inclinari ad perfectius: non accipiendo magis, idest intensius: sed sic presentibus duobus: quorum vnum sit perfectissimum, & aliud imperfectius, prius appeteret perfectissimum, & intēsissime: quamuis etiam appeteret aliud intensissime. Dico etiam quòd si talis inclinatio posset intendi respectū perfectissimi, esset in intensissima, & respectu minus perfecti, esset minus intensa.

alia responsio. Dico secundo, quòd non sequitur eque intense appetit vnum, sicut aliud: ergo eque quietatur in vno sicut in alio: quia illud perfecte quietat, quod est perfectè quietatiuum: quietatio enim vera se tenet ex parte obiecti quietatiui: quamuis ergo minus perfectum bonum eque intense appetatur: sicut & perfectum bonum, cum non sit in potestate appetentis magis, & minus appetere: non tamen sequitur quòd ita in vno quietetur, sicut in alio: exemplum de appetitu sensiuo, puta visiuo: ita enim intense appetit videre visibile, vt 4. sicut visibile, vt 8. cum non sit in potestate eius, respectu cuiuscumque visibilis magis, & minus appetere: tamen tantum perfectè quietatur in perfectissimo visibili: quia illud natum est perfectissime quietare, sic in proposito. Ad consequentiam philosophi, debet intelligi ex parte obiecti: quia si. a. vt 4. est naturliter appetibile: ergo. b. vt 8. erit magis appetible, licet ex parte appetentis æquæ intensæ inclinetur ad vnum: sicut ad aliud: perfectius enim appetibile includit rationem maioris appetibilitatis, quam minus perfectum: ideo ex ratione sui, est natum magis appeti.

aliud dubiū ¶ Secundò principaliter dubitatur de isto, scilicet quòd supernaturalitas accipitur quando receptiuum comparatur præcise ad agens supernaturale. Dubitatur supponendo, quòd angelus potest docere hominem pro statu isto, etiam de articulis fidei: vt patet a Doc. in 2. d. 11. & suppono, quòd angelus possit naturaliter cognoscere hanc: deus est trinus & vnus, saltem habita specie intelligibili deitatis: de qua Doc. in 2. d. 3. quæst. 9: sequitur quòd angelus possit docere hominem hanc veritatem: & hoc naturaliter: ergo ista veritas, deus est trinus &cet. non erit supernaturalis: quia ab agente naturali, scilicet angelo docente.

Obiectio. ¶ Si dicatur quòd, & si angelus possit illam cognoscere naturaliter præhabita specie intelligibili deitatis: nō tamen potest illam docere naturaliter: quia non potest causare in intellectu nostro pro statu isto immediate aliquā cognitionē alicuius mere intellectualis: vt pateta Doc. in 2. d. 11.

Solutio ¶ Dico, quòd hoc parum valet: quia, & si hoc non possit: tamen non potest negari quin possit docere per aliqua signa: vt docet Doc. vbi supra. Secundò arguitur: quia non videtur, quòd supernaturalitas præcise sumatur in comparatione ad agens supernaturale: quia dicit Doc. in. q. præsenti. quòd intellectus noster sit proportionatus supernaturaliter, & per aliud in ratione mouentis: & per aliud in ratione formę: & sic videtur dicere assensum quo intellectus formaliter assentit illi veritati sit supernaturalis: & non per comparationem ad agens supernaturale.

Responsio ¶ Respondeo ad primam instantiam. Et dico primo, quòd angelus ex puris naturalibus non potest cognoscere illam: vt patet à Doc. quæst. 14. quolibet.

alia responsio ¶ Dico secundo: quòd etiam posito quòd possit naturaliter cognoscere: adhuc non sequitur quòd possit illam docere: quia aliud est causare certitudinem in intellectu viatoris respectu alicuius mere intelligibilis: & aliud est pponere aliqua signa ordinatè. Primo modo nō posset causare, licèt secūdo modo. Si dicatur saltē potest causare certitudinem huius: aliquod ens est trinum, & vnum: quod non est merè intelligibile. Dico, quòd & si posset causare, vel docere hominem hanc propositionem, aliquod ens &c. nō tamen pōt causare euidentiā, quia euidentia illius dependet ab aliqua immediata merè intelligibili.

alia responsio ¶ Dico tertio: quòd etiam posito, & non concesso, quòd angelus posset causare certitudinem illius: non tamen sequitur quòd possit causare assensum respectu illius: tamen responsio secunda est melior. ¶ Ad secundam instantiam: dico quòd nullam includit difficultatem: quia & si talis assensus dicatur supernaturalis in ratione formæ: ista tamen supernaturalitas est tantum in comparatione ad agens supernaturale, sed dicitur supernaturalis in ratione formæ, ex hoc, quòd est aliqua forma supernaturalis, quæ est quædam inclinatio informans intellectum: sicut etiam, si aliqua cognitio esset supernaturaliter causata, diceretur supernaturalis per comparationem ad agens supernaturale.

TRES RATIONES primę, quibus innititur ista solutio: confirmantur per auctoritates. Prima ratio, quæ erat de ignorantia vltimi finis. probatur per auctoritatem Aug. quæ est clara in litera. Secunda ratio, quæ erat de ignorantia mediorum ad finem. confirmatur per Aug. 11. de ci. Dei: litera clara est. Tertia ratio, quæ erat de ignorantia proprietatum primi entis. confirmatur per Aug. 11. de ci. Dei. c. 2. Et patet tota ista litera.

CONTRA istas rationes instatur simul. quòd seipsas destruant. Hic Doc. per hanc rationem intendit probare, quòd tres rationes prius factæ: aut tantum procedunt ex fide: aut si non procedunt ex fide: tunc ex ipsis concluditur oppositum eius, quod probant. Nam per primam, probatur, quòd cognitio vltimi finis sit necessaria. Per secundam, probatur, cognitio mediorum ad vltimum finem esse necessaria. Et per tertiam probatur, quod cognitio proprietatis dei: puta quod sit trinus & vnus, sit necessaria: & quod horum cognitio, scilicet vltimi finis: mediorū, ad finem: & proprietatum dei via naturali haberi nō possit. Modo hic Doc. probat quod per has rationes cōcluditur, quod via naturali potest haberi cognitio prædictorum: patet, quia quod ostēditur esse necessarium cognoscendum, hoc ostenditur esse verum: sed per has rationes ostenditur, cognitionem prædictorum esse necessariam. Et si hoc ostenditur via naturali, sequitur quod potest haberi. Et sic iste tres rationes concludunt oppositum eius, quod

probant;

probant: videlicet concludunt, q naturalis talis cognitio potest haberi, & tamen dicit, q per has tres rationes intendit probare, q huiusmodi cognitio non possit naturaliter haberi. Si enim demonstratur via naturali, q cognitio vltimi finis sit necessaria: sequitur, q via naturali scitur, & cognoscitur talis finis, sicut si demonstratur naturaliter hominem esse risibilem, naturaliter scitur hominem esse risibilem. Similiter si naturaliter demonstratur, q cognitio mediorum ad finem est necessaria, demonstràs naturaliter huiusmodi cognoscit illa naturaliter: impossibile est enim demonstrare, q a. est necessarium Frãcisco, nisi cognoscat ipsum a. Similiter dico de tertia ratione, quia si naturaliter demõstro, quòd homini est necessaria cognitio primæ substantiæ quo ad eius ꝓprietates, necessario cognosco illam primã substantiam quo ad eius propria: aliter esset impossibile hoc demonstrare, q sit necessarium scire viatori. Cum ergo istæ tres rationes procedant via naturali, statim destruunt seipsas: patet, quia per illas demonstro, quòd homo via naturali non põt cognoscere vltimum finẽ quo ad primam, nec media ad finem vltimum quo ad secundam: nec proprietates primæ substãtiæ quo ad tertiam, & tñ dum huiusmodi demonstro posse sciri naturaliter per illas demonstrationes scio, & cognosco illa necessaria, vt supra dixi. Si vero ꝓcedunt ex fide nihil concludunt cõtra philosophos, vt patet.

Sensus litteræ. ¶ Ibi. Respondeo. naturali ratione ostenditur. Sẽsus huius litteræ est. Naturali ratione potest demonstrari: videlicet, q agenti propter fruitionem tanquam finem vltimum acquirendum, est necessarium scire alteram partem determinate. s. an fruitio sit finis vltimus, vel non sit finis vltimus. Si. n. nesciret ipsam esse finem vltimum, non ageret propter finem vltimum. Et sic necessarium est ad sciendum an sit finis vel nõ: quòd in tali problemate non est merè dubius nec neuter, scilicet, quòd non sit ei necessarium scire determinatè an ipsa fruitio propter quam agit, sit finis eius vel non: & hoc modo tres rationes prædictæ sunt naturales, patet discurrendo per illas. Sed vt concludunt alterã partem determinatè (puta quòd ipsa fruitio est finis) sunt theologicæ, & sic debet intelligi ista littera. ¶ Dico ergo, quod istæ tres rationes procedunt via naturali, & tñ non sequitur, quod via naturali cognoscantur illa. De prima patet, qa per eam demonstro, quòd agenti propter vltimũ finem, est ei necessarium cognoscere vltimum finẽ, non in se, sed quòd cognoscat, puta quòd fruitio Dei clatè visi sit vltimus finis, & tñ non cognoscit illũ in se, sed quòd fruitio talis sit vltimus finis hominis non scitur via naturali, si enim agit efficaciter propter vltimum finem: puta propter a. oportet eum scire, quod a. sit vltimus finis, vel ne: quia si nesciret a. esse vltimum finem non ageret efficaciter propter illum. & sic prima ratio non demonstrat, quòd cognitio vltimi finis in se sit necessaria, sed demonstret, quòd si agit propter a. tanquam propter finem, quòd oportet scire indistinctè, an a. sit finis, vel ne: ita quòd nõ sit neuter, nec dubius. Similiter secunda ratio demonstrat, quòd agenti propter finem oportet scire media ad finem illum ordinata non in se, sed quòd sciat an a. sit medium, vel ne: puta an charitas sit medium necessarium, vel ne: non enim probat, quòd sit necessarium scire charitatem in se distinctè, sed demonstrat, quòd oportet eum scire distinctè, an charitas sit medium ordinatum ad finem talem, vel ne: ita quòd respectu talis medij non debet esse neuter, aut dubius, aliter efficaciter non ageret propter talem finem, sed huiusmodi medium non potest naturaliter sciri: hoc idem dico de tertia ratione, & sic patet quomodo demonstrant naturaliter contra philosophos, quilibet enim philosophus concederet istam, quod agenti propter finem est ei necessarium cognoscere distinctè, an a. sit finis, vel ne, non quòd sciat illum finem in se, & sic dico de medijs,

AD argumenta pro opinione Arist. Nunc exponenda sunt argumenta pro opinione philosophorũ, & soluenda. Primo arguitur pro opinione philosophorum. ¶ Ibi. In ista quæstione videtur esse controuersia inter philosophos, & theologos. Actiuo naturali, & passiuo debite approximatis, & nõ impeditis, necessario sequitur actio. Sed in anima est actiuum naturale, & passiuum respectu cuiuscunque cognitionis, quia intellectus agens, & possibilis: quia agens est omnia facere, & possibilis omnia fieri, siue recipere, quæ causantur ab agente, vt patet tertio de anima. t. c. 18. est inquit intellectus hic quidem talis in omnia fieri: ille vero, in omnia facere, hæc ibi, & patet littera. ¶ Dicit actiuum naturale, non vt distinguitur contra supernaturalem, sed vt distinguitur contra actiuum a proposito, siue contra actiuum liberum. Accipitur ergo hic actiuum naturale pro actiuo agente per modum naturæ, & de necessitate naturæ: tale enim si est perfecte approximatum passo: remoto omni impedimento, de necessitate naturæ producit effectum. Non sic est de agente libero, cum actio eius sit in potestate sua. ¶ Et quod dicit, quòd actio non dependet essentialiter, nisi ab actiuo, & passiuo, vt a causis prioribus, sic debet intelligi, quod talis actio, siue effectus dependet ab actiuo, ut a causa effectiua, & a passiuo, vt a causa receptiua. Si vero effectus sit per se subsistens, sicut ignis productus, & actiuum requirat passum in quod agat: tunc tale passum concurrit, vt causa receptiua, non effectus per se subsistentis, sed formæ substantialis, quæ est pars essentialis talis effectus: quę recipitur in materia quam præsupponit actiuum. Minor rationis est clara, scilicet, sed intellectus agens est actiuus omnis intellectionis respectu cuiuscunque intelligibilis, & intellectus possibilis est receptiuus earum. ¶ Ibi. Confirmatur ratio, omni potentiæ passiuæ naturali, &c. Ista confirmatio clara est.

Intellectus agens est actiuus respectu quarumcunq; intelligibiliũ possibilium.

Actiuũ naturale dupliciter.

AD HOC argumentum respondet Doct. ibi. Ad argumenta pro opinione Arist. ¶ Ad primum dico, quòd cognitio depẽdet ab anima cognoscente. & ab obiecto cognito. Doc. concedit maiorem, scilicet quòd omni actiuo &c. loquendo semper de actiuo totali, sed negat minorem, scilicet, quòd intellectus agens sit actiuus, vt comparatur ad omnia intelligibilia, intelligendo de actiuo totali. Nam ad cognitionem obiecti requiruntur duæ causæ partiales integrantes vnam totalem, vt subtiliter declarat Doct. infra dist. 3. q. 7. & 9. & in quolib. q. 15. & sic quamuis intellectus agens possit esse partialis causa respectu cuiuscunq; cognitionis, cognitio tamen haberi non potest nisi obiectum intelligibile concurrat, vt alia causa partialis: modo essentia Diuina est obiectum merè voluntarium, vt probat Doct. q. 14. quolib. Et quod hic dicit de intellectu agente, quòd competit sibi actio respectu cognitionis: An sibi hoc cõpetat, vel intellectui possibili, vide in q. 15. quolib. ¶ Ibi. Ad confirmationem rationis dico. Ad maiorem. Hic Doc. dicit, quòd natura potest capi dupliciter. Primo, vt est principium motus, & quietis, sicut describitur secundo Physic. tex. comm. 3. est inquit natura principium alicuius, & causa mouendi, & quiescendi in eo, in quo est principium, & per se, & non secundum accidens, hæc ibi. Secundo, vt distinguitur contra agens a proposito, quod est agens liberum, vt patet secundo Physic. Si primo modo accipiatur naturale principium intrinsecum passiuo. Ista propositio est falsa, scilicet, q omni passiuo naturali, quod inclinatur naturaliter ad aliquam perfectionem, correspondet principium naturale intrinsecum. Nam materia

Ad cognitionem obiecti requiruntur duæ causæ partiales.

Natura dupliciter capitur.

teria prima est passiuum naturale: quia inclinatur naturaliter ad omnem formam substantialem, & tamē in tali materia, non est principium naturale intrinsecum productiuum formæ substantialis, vt patet à Doc. in 2. dist. 18. Si etiam accipiatur principium naturale, vt distinguitur contra principium actiuum liberum, siue sit intrinsecum passiuo, siue sit extrinsecum, adhuc ista maior est falsa. s. quòd omni passiuo naturali. i. naturaliter inclinato ad aliquam perfectionem correspondeat sibi aliquod principium naturale actiuum: accipiendo naturale actiuum pro actiuo creato. Nam anima intellectiua naturaliter inclinator ad claram visionem Dei, & fruitionem eiusdem, & ad cognitionē abstractiuam distinctam deitatis, & ad omnem habitum perficientem ipsam, cuiusmodi sunt habitus infusi, qui sunt valde perfectiores acquisitis, & tamen nullum istorum potest causari ab agente naturali creato. Si vero intelligatur sic de principio actiuo naturali: puta q est ens in natura, concedit Doc. quòd omni principio naturali passiuo respectu cuiuscunque perfectionis, ad quam inclinatur, correspondet aliquod actiuum in natura, idest in tota coordinatione entiū, & tale est Deus.

Difficultas 2. Phys. contex. 3.

SED in ista littera occurrunt duæ paruæ difficultates. Prima, quia Doc. hic videtur exponere Aristo. secundo Physi. vbi dicit, quòd natura est principium motus, & quietis, quòd ipsa natura dicatur de principio actiuo intrinseco, & tamen in 2. dist. 18. exponit dictum Arist. sic, quòd natura, quæ est principium motus, & quietis dicitur de principio passiuo, quod scilicet habet naturalem inclinationem ad motum, & quietem, vt patet de graui, quod naturaliter inclinatur ad motum, & ad quietem respectu centri.

An natura dicatur de principio passiuo, vel actiuo.

Responsio.

¶ Dico, quòd quamuis natura sic diffinita ab Arist. dicatur de principio passiuo, nō negat tamen, quin etiam possit dici de principio actiuo. ¶ Dico vltra, quòd hic Doct. non intendit exponere Aristo. sed intendit tantùm loqui de principio actiuo naturali intrinseco, quodcūque sit illud, sicut dicimus, quòd grauia; non tantùm dicuntur entia naturalia, quia habēt naturalem inclinationem ad motum, & quietem, sed etiam quia habent principium intrinsecum sui motus, & quietis, vt grauitas ipsa, vt patet à Doc. in 2. dist. 2. in illa q. An angelus possit se mouere. Accidit ergo principio naturali passiuo habere in se principium sui motus, vt patet de medico sanante se.

Quomodo grauia habent principium intrinsecū sui motus, & quietis.

Alia diffin.

¶ Secunda difficultas est in hoc, quod dicit, quòd passiuo naturali respectu cuiuscūque perfectionis, ad quam naturaliter inclinatur correspondet actiuum naturale, vt distinguitur contra agens à proposito, & sic ex responsione concedit, quòd tali passiuo, respectu perfectionis supernaturalis correspondet principiū supernaturale actiuum, & hoc est falsum, quia tale actiuum supernaturale non distinguitur contra agēs a proposito. Immo est tantum agens a proposito respectu eorum, quæ fiunt ad extra, vt innuit Doct. in multis locis.

Responsio.

¶ Dico primo, quòd Doc. non dicit sic absolutè, quòd cuicunq; passiuo naturali correspondeat actiuum naturale, vt distinguitur contra agens à proposito, sed quòd sibi correspondet, saltem aliquod agens, quod dicitur ens naturale. i. ens in natura, siue in tota coordinatione entium.

Quō passiuo naturaliter respondet actiuum naturale.

¶ Posset etiam dici agens naturale, vt distinguitur contra agens a proposito, accipiendo agens naturale pro eo, quod supplet vicem agentis naturalis, & sic deitas ipsa si sibi non repugnaret agere ad extra naturaliter, ageret in intellectu creato claram visionem sui, & fruitionem eiusdem. Et quia volūtas Diuina supplet vicem huiusmodi agētis: hoc modo potest dici agens naturale, licet merè liberè agat. Et q hoc non sit incongruum dicere, patet idem in simili a Doc. in 14. q. quolib. & aliqualiter in 15. ¶ Ibi. Cum probatur maior, dico, quòd potentia passiua non est frustra. Dicit Doc. quòd licet potentia passiua animæ nostræ non possit completè reduci ad actum, nisi per agens supernaturale, puta ad beatitudinem, vel ad aliquod supernaturale, potest tamē disponi ad ipsum actum. Si Doc. intelligat, quòd ipsa anima, vel quòd aliquod agēs naturale, possit causare aliquam dispositionem ad claram visionem Dei, vel ad distinctam cognitionem abstractiuam Dei, vel ad quodcunque aliud supernaturale: sic quòd talis dispositio sit ex natura rei, non credo esse verum. Nam Doc. sibi contradiceret. Dico ergo, quòd loquendo de dispositione, quæ est ex determinatione agentis supernaturalis, talis dispositio potest causari ab agente naturali, vt patet: quia Deus ordinauit attritionem esse dispositionem ad gratiam: talis attritio potest causari ab anima ex puris naturalibus, vt patet a Doc. in 4. dist. 14. q. 2. Et quando Doc. loquitur, q dispositio ad actum supernaturalem potest causari ab agente naturali: debet intelligi tantùm de dispositione, quæ est ex sola determinatione agentis supernaturalis. De qua dispositione patet a Doc. in 1. dist. 17. & in 4. dist. 1. q. 1. & q. 4. & dist. 14. & alibi sæpè.

Duplex dispositio.

¶ Ibi. Si autē obijciatur, q illud vilificat naturam, q ipsa non possit consequi perfectionem suam ex naturalibus, cum natura minus deficiat in nobilioribus ex secundo cœli. text. comm. 59. ¶ Dicit Doc. q si fœlicitas nostra tantùm cōsisteret in speculatione illa suprema, quam posuit Arist. 10. Ethic. c. 10. non diceret theologus naturam deficere in necessarijs: quia certum est, q illa potest haberi a nobis. Sed quia ponimus aliam eminentiorem posse naturaliter recipi: ergo in hoc magis dignificatur natura, q̄ in oppositum; & sic satis patet ista littera.

¶ Hic quidam volunt repræhendere Doc. dicentes sibiipsi contradicere, quia in 4. d. 49. subtiliter probat, q homo ex puris naturalibus non potest attingere fœlicitatem, ad quam ordinatur. Et hic dicit, q illa fœlicitas eminentior potest naturaliter recipi.

Apparens cōtradictio.

Solutio.

¶ Dico, q in materia de beatitudine, loquitur de principio actiuo naturali. Hic vero loquitur de principio passiuo naturali. Cum dicit naturaliter potest recipi. i. est perfectio, ad quā ipsa anima est in potentia naturali receptiua. ¶ Ibi. Illud autem quod additur de secundo cœli. s. q natura minus deficit in nobilioribus. t. c. 50. secundum aliam translationem. Dicamus inquit, q extra rationem est, vt natura ponat stellas motas, & non dedit eis instrumentum motus, natura autem nihil ponit ociosè sine causa, & impossibile est, vt natura esset ingeniata in animalibus, & dimisisse hæc corpora habentia vitales dispositiones; & abstulisset eis ea, per quæ possent moueri per se. i. ab intrinseco, & remouit eas a rebus habentibus instrumentum motus: hæc ibi, & t. com. 59. secundum aliam translationem. Et iam declarauimus inquit, q stellæ non mouentur omnino per se, & q natura nihil facit ociosum, & sine fine: rectè ergo fecit ea, quę non mouentur figura immobili omnino: stella autem non mouetur, quia nihil habet ex instrumentis motus, hæc ibi. Si ergo natura inferior anima, potest naturaliter attingere perfectionem, ad quā ordinatur: multo magis anima cum sit perfectior poterit attingere naturaliter ad omnem perfectionem ad quam ordinatur.

Quō natura non deficit in necessarijs.

¶ Dicit Doc. q philosophus loquitur ibi de organis correspondentibus potentiæ motiuæ. Nam si natura dedisset stellis potentiam motiuam respectu motus progressiui, etiam dedisset eis organa per quę stellæ possent moueri motu progressiuo, patet. Si enim naturæ inferiori dedit potētiam motiuam, & organa necessaria ad motum progressiuum: multo magis dedisset stellis, si eis dedisset potentiam motiuam, cum natura minus deficiat in nobilioribus secundum philosophum, vbi supra. Et

quod dic. in non orbatis: dico quòd licèt natura multis animalibus imperfectis dederit potentiam motiuam: tamen propter eorum imperfectionem non dedit organa. Sequitur. Sed in proposito. Dico quòd data est homini potentia, sed non organica: cum intellectus non sit potentia organica: ideo non sunt naturaliter data omnia alia præter potentiam concurrentem ad actum, idest licet anima habeat potentiam ad actum: non tamen habet omnia requisita ad illum: quia ad actum requiritur etiam obiectum: vt supra dixi. ¶ Ibi. Aliter tamen posset dici. Sensus huius literæ est, quòd sumendo potentiam passiuam, vt refertur correlatiuè ad actiuam: sic actiua est naturalis: sed quando comparatur ad actum receptum à potentia actiua; tunc non refertur correlatiue: & per consequens non est necessarium sibi correspondere potentiam actiuam naturalem. Quia ergo ista potentia passiua dicitur naturalis respectu actus: quia ipsum recipit naturaliter: & non dicitur naturalis respectu agentis. Ideo non sequitur, quòd si potentia passiua sit naturalis: quòd etiam actiua sibi correspondens sit naturalis. ¶ Ibi. Posset autem tertio modo facilius dici ad minorem Qñ dicebat ꝙ intellectus possibilis est receptiuus oīs ītellectionis. Dicit Doct. quòd licèt intellectus absolute sumptus sit naturaliter receptiuus intellectionis supernaturalis: non tamen pro statu isto: quia pro statu isto tantum recipit cognitionem sensibilium, & contentorum in eis essentialiter vel virtualiter, vt infra patebit. d. 3 quæst. 1. 2. & 3. ¶ Nota tamen, quòd quando dic. Docto. pro statu isto non potest recipere &c. Debet intelligi semper accipiendo statum istum: vt status iste accipitur pro stabili permanentia. legibus diuinæ sapientiæ firmata: quibus legibus stabilitum est: quòd intellectus noster non intelligat pro statu isto, nisi illa quorum species relucent in fantasmate, & hoc siue propter pœnam originalem peccati: siue propter naturalem concordiam potentiarum animæ in operando, vt dicit Docto. infra dicta 3. quæst 3. ¶ Si dicatur. Nonne Deus potest infundere homini existenti in isto mundo notitiam distinctā deitatis? ¶ Dico quòd sic. Sed tunc intellectus non diceretur recipere, vt in statu isto: quia vt in statu isto recipit mediantibus fantasmatibus: & de hoc vide Docto. in secundo d. 11. Et sic patet solutio: ad primum argumentum.

Intellectus non est potentia organica.

Potentia passiua duplex.

Terminatio intellectus nostri pro statu isto.

SECVNDO principaliter. Arguitur pro opinio. Phi. ¶ Ibi. Phil 6. Meta. tex. c. secundo. Quare inquit: tres erunt philosophię Theoricę: Mathematica: Physica: Theologia. Et Commen. ibi. modi philosophiæ speculatiuæ sunt tres scilicet scietia rerum mathematicarum: naturalium; & diuinarum: scilicet substantiarum: in quarum diffinitione accipitur Deus. hæc ille. Et ratio stat in hoc. Intellectus potest perfici naturaliter omni scientia speculatiua, & omni practica: ergo non est ei necessaria aliqua alia non naturalis speculatiua &c. antecedens patet: qa scientia speculatiua sufficienter diuiditur in metaphysicam, & phisicam. siue naturalem, & mathematicam. quas naturaliter habere possumus. Et similiter practica sufficienter est diuisa in practicam actiuam, & factiuam, quas naturaliter habere possumus ergo. Practica actiua est cognitio, quæ tantum dictat de praxi eligenda, quæ [illegible] actione [illegible] nente: vt cognitio quę dictat de omni actu virtutis, qui primo elicitur à voluntate [illegible] ter [illegible] actus imperatus in poten [illegible] sensitiua dicatur [illegible] liter a [illegible] vi [illegible] et à Do [illegible] in 2. d. 42. & in 3. d. 34. Et breui [illegible] quæ dictat de operatione, non [illegible] ter [illegible] mexa, dicitur practica actiua. illa vero quæ [illegible] t ad opus recipiendum extra, vt ars domificatoria, vel fabrilis dicitur practica factiua, quia dictat de opere extra. de his patebit in quæstione vltima de praxi.

¶ Respondet Docto. Ibi. Ad secundum dicitur, quòd diuersa ratio scibilis, diuersitatem scientiarum inducit. Hæc est responsio Sancti Tho. in prima parte sum. quæst. prima articulo primo. Et responsio Sancti Tho. stat in hoc: quod eadem conclusio potest sciri per aliud, & aliud medium, & diuersitas mediorum inducit diuersitatem notitiarum eiusdem conclusionis: vt patet in ista conclusione: terra est rotunda: quæ ab astrologo probatur per medium mathematicum: puta sic arguendo. Omne illud a cuius centro ad circumferentiam eiusdem, omnes lineę eductæ sunt æquales, est rotundum. sed à centro terræ ad circumferentiam eiusdem, omnes lineæ, ducuntur æquales: ergo terra est rotunda. Physicus vero, siue naturalis probaret per medium circa materiam consideratum: vt sic arguendo. Illud est rotundum, cuius partes mouentur circa centrum: sed partes terræ sunt huiusmodi, ergo &c. ¶ Ibi. Contra. hic Docto. arguit contra Thom. primo, quia si cognoscibilia in theologia possunt sciri medio theologico, & medio naturali: sequitur quòd istorum non sit simpliciter necessaria notitia supernaturalis, quia naturalis est sufficiens. & patet litera. ¶ Ibi Dicta autem responsio ad secundum exponitur sic. Hæc responsio est ad aliud argumentum, scilicet quo probatur, quòd alius, & alius habitus specie distinctus, non potest esse eiusdem conclusionis, siue eiusdem obiecti: patet quia scientia specificatur ab obiecto: ergo scientiæ specie distinctæ erunt obiectorum specie distinctorum, & similiter conclusionum specie distinctarum. Respondet Tho. prima 2. q. 54. articulo secundo. & Goffredus quolib. 14. quòd habitus scientiæ potest dupliciter considerari. Vno modo, vt est habitus. & sic habet distinctionem ab obiecto: & sic distincti habitus specie sunt distinctorum obiectorum specie. Alio modo inquantum est forma. & sic habet distinctionem à principijs, quæ sunt causæ effectiuæ habitus scientifici. Licet ergo vbi est eadem conclusio, non sit distinctio habituum per obiecta: potest tamen esse distinctio habituum circa eandem conclusionem per diuersa principia: siue per diuersa media, quæ sunt causæ effectiuæ notitiæ. ¶ Ibi. Contra istud Doct. improbat hanc responsionem: & primo in hoc; quod dicit: quòd licèt eiusdem conclusionis non sit alius, & alius habitus in ratione habitus: tamen eiusdem conclusionis potest esse alius & alius habitus in ratione formæ: sic quòd habitus, vt habet rationem formæ potest esse alius & alius. vt uero habet rationem habitus erit tantum vnus respectu vnius conclusionis. & Docto. probat hoc esse impossibile. quia est impossibile, quòd aliqua distinguantur in superiori. & non distinguantur in inferiori; vt quod homo, & asinus distinguantur in animali, siue in ratione animalis. & quòd non distinguantur in rationibus proprijs. Cum ergo omnis habitus sit forma: & non econtra: est impossibile, quòd habitus [illegible] distingui in forma: & non in ratione habitus. Et certæ isti non possint respondere ad istud argumentum, nisi aliter ponant responsionem Thomæ. ¶ Ibi. Præterea supponit, ꝙ principia distinguant in alio genere, quàm in genere causæ efficientis. Hoc Thom. non supponit loco supra [illegible] Sed hoc supponit in prima secundæ quæstione prima, articulo 3. vbi vult, quòd obiecta distinguant habitus in genere causæ,

Scotus impugnat hanc intentionem, & non impugnat D. Thomã tanquam falsum dicentem, sed insufficienter dicētem, bene enim soluit D. Thomas ostendendo, possibilitatem ipsorum scibilium, siue ipsius Theologia, sed non ostendit necessitatem talium scibilium. sed ostendit. ꝙ ratio scibilia in lumine naturali, vel supernaturali possunt sciri, & ideo non ponit necessitatē, nec oportet dicere sicut dicit Caietanus. quod si non explicet, tamen implicite habetur diuersitas cognoscibiliũ, ubi D. Thomas ostendit potētiã, non autem necessitatē, vide Ioãnē de Bassolis. q. 1 prolegi.

causæ formalis, vel finalis. Dicit enim, quòd obiectũ est forma extrinseca ipsius habitus: & dat ei speciem. Et hoc improbat Doct. vt patet in litera.

¶ Et nota, quòd Doct. accipit principia pro obiectis non pro præmissis: aliter nihil concluderet contra Thom. quia ponit alias, & alias præmissas respectu alterius, & alterius syllogismi: etiam secundùm Docto. principia ergo distincta, siuè media distincta, quibus distinguuntur scientiæ accipiuntur pro alio, & alio obiecto. & Tho. vult, quod huiusmodi obiecta distinguant formaliter, vt supra dixi. Et Doctor. hoc improbat subtiliter: quia si huiusmodi obiecta habent rationem aliquam distinguẽdi habitum, nullam aliam habere possunt, nisi effectiuam: quia scientia causatur ab obiecto, & ex hoc specificatur ab illo: & sic accipit distinctionem ab illo: & de hoc vide quæ dicit Docto. infra dist. 3. quæst. 7. & vide quæ ibi exposui. ¶ Ibi. Præterea semper stat ratio, quia quantumcunque possent poni habitus cognoscitiui distincti: non tamen saluatur necessitas vnius habitus, quasi alia cognitio sit impossibilis, ponendo possibilitatem alterius habitus vndecunque distincti. ¶ Ibi. Ideo respondeo. Dicit Doct. quòd licet in illis scientijs speculatiuis tractetur de omnibus speculabilibus, saltem in communi: non tamen tractatur de omnibus, quo ad multa alia: puta quo ad proprietates incomplexas primæ substantiæ.

Aliqui expositores dicunt.

SED ALIQVI expositores Theologiæ dicũt quòd Tho. non intendit, quod per medium reuelatum solum sciantur ea, quæ in alijs scientijs humanitus inuentis traduntur: imò multæ aliæ necessitates sunt, ad quas intellectus non potest aspicere, nisi supernaturaliter adiutus. Vult ergo dicere, quòd de eisdem rebus possunt esse diuersæ scientiæ: secũdum quòd eadem res potest considerari secundùm diuersa media. Et addunt, quòd etiam posito, quòd eadem res possit sciri per medium naturale, & Theologicũ: tamen Theologia non superfluit, &c. ¶ Sed hæc responsio non soluit. Quia non concluditur necessitas simpliciter alicuius supernauralis: vt patet intuenti.

Solutio declarationis exponentis rationem S. Thom.

¶ Ad aliud de habitu & forma. Dicitur, quòd non intendit aliqua distingui in ratione superioris: puta formæ: & non distingui in ratione inferioris, puta habitus. Sed intendit, quòd habitus possunt distingui secundùm modum distinctionis forma[illegible]. & secundùm modum distinctionis proprium habitibus. ¶ Sed hæc responsio non euacuat rationem Doc. Primo, quia Thom. non intendit, vt isti e[illegible] ponunt vt patet prima. 2. quæst. 54. artic. 2. vide ibi. Secundo: quia modus for[illegible] plus se habet, quàm modus habitus, vt pate[t]: & sic ratio Doct. adhuc stat. Et v[illegible] non quærit Thomas de distinctione habituum secundùm modum, sed secundùm rem, sci[li]cet quo[illegible] habitus disting[u]untur, &c.

Met. contex. 2. et 16.

TERTIO principaliter. Arguitur pro opin. Philosophorum. ¶ Ibi. Præterea potẽs intelligere n[illegible] [illegible] principium, &c. Hæc ratio stat in hoc, quod naturaliter cognoscens principia per se nota naturaliter, potest cognoscere omnes conclusiones virtualiter inclusas in tali principio. Sed naturaliter intelligimus principia p[illegible], in quibus virtualiter includuntur [illegible] conclusiones [illegible]: ergo [illegible] liter p[illegible] cognoscere [illegible] clus[illegible] D[illegible]us est trinus, & v[illegible] & f[illegible] d[illegible]. Et p[illegible] & [illegible] patet [illegible]. ¶ Aliqualiter tamen exp[illegible] ipsa [illegible] literam.

Expositio literæ.

Cum dic[illegible], [qu]òd [illegible] nõ depende[illegible] ex intellectu [illegible] & ex ded[illegible] ne[illegible] : v[illegible] patet primo Poste. [illegible]. T[illegible] quæ[illegible]que, & non secun[illegible], &c. No[illegible] immedia[illegible] à [illegible] principi[illegible], & à deductione ipsorum. Et [illegible] intelligitur deductio: quando minor, actu sumitur sub maiori, siuè quando præmissæ sunt pertractatæ: quod est ipsas ponere in modo & figura: vt patet primo priorum. Et tunc notitia præmissarum sic dispositarum est causa notitiæ conclusionis: partialis tamen, & alia partialis est intellectus. Et quòd sit causa, patet, quia inducens statim cognoscit, id est pertractans præmissas in debito modo, & figura statim cognoscit conclusionem: patet per diffinitionem syllogismi perfecti, quæ ponitur primo priorum. t. com. 1. Videlicet syllogismus perfectus est, qui nullius indiget, ad hoc, vt sit euidens, siuè perfectus, id est, quòd non indiget reduci ad alium syllogismum: puta per conuersionem præmissarum, vel conclusionis: vel per transpositionem, de quibus vide primo priorum: & sic patet maior. ¶ Ibi. Probatio primæ partis minoris. Prima pars minoris est ista. Naturaliter intelligimus principia prima. Et hanc probat: quia termini primorum principiorum sunt communissimi: ergo istos possumus naturaliter intelligere: quia communissima à nobis primo intelliguntur: vt patet 1. Physic. t. cap. 2. Innata est, inquit, via ex notioribus nobis, & certioribus in certiora naturæ & notiora. An hoc intelligatur de cognitione confusa, vel distincta. vide infra distin. 3. quæst. 2. vbi diffusè exposui hanc materiam. Tunc sic: si possumus naturaliter cognoscere terminos alicuius propositionis per se notæ: & naturaliter possumus cognoscere ipsam propositionem. vt patet primo Poster. t. cap. 6. Et de propositione per se nota multa exposui infra dist. 2. quæst. 2. huius. ¶ Ibi. Probatio secundæ partis minoris. Secunda pars minoris est ista. In quibus supple principijs virtualiter includuntur omnes conclusiones scibiles. Probat istam partem: ex hoc, quia termini primorum principiorum sunt communissimi: & sic quando distribuuntur: distribuuntur pro omnibus conceptibus inferioribus: & accipiũtur tales termini vniuersaliter in primis principijs: vt patet de isto principio. De quolibet dicitur esse, vel non esse: & de nullo ambo[r]um simul. ¶ Respondet Docto. ad hoc argumentum. Ibi. Ad tertium respondetur sic. Et primo adducit responsiones quorundam: & secundo dat responsionem propriam.

Quid sit syllogismus perfectus.

Henr. in Sum.

Prima responsio est Henr. in Sum. qui dicit, quòd prima pri[n]c[i]pia tantum possunt applicari ad conclusiones sensibiles. Tum, quia termini eorum sunt abstr[acti] à s[ensi]bilibus: nam pro statu isto intellectus noster [illegible] determinatur ad sensibilia, vel ad in[c]lusa virtualiter, vel essentialiter in eis: vt etiam vult Scot. infra dist. 3. quæst. 3. Et sic Henr. diceret ad minorem, quod naturaliter cognoscimus pri[ma] princip[ia] [illegible]: quorum termini abstracti sunt à se[nsi]bilibus. ¶ Ibi. Contra. Hic arguit Do[cto.] co[ntra] Henr. pr[ob]ando, quòd prima princi[pia]: etiam verificantur [illegible] insensibilibus: & patet i[illegible]: non enim mag[is] [illegible] quòd contradictoria non sunt simul vera de e[o]dem immateriali, quam [illegible], sed pro quo instanti dicantur contradictoria in Deo, an pro insta[nti] æternitatis: vel temporis, vel naturæ, vel originis: vide, quæ notaui in 2 distin. 2. de mensura Angelorum, & videlis [illegible] & ponderanda. ¶ Di[c]o tamen [illegible], quod [illegible] Henri. [illegible]gat, quòd p[illegible] prima principia [illegible] in naturali tantum possunt [illegible] conclusiones se[nsi]biles supple: quorum t[illegible], vel sunt i[n] se f[orm]aliter sensibiles: vel virtualiter, vel e[illegible] [illegible]ter continentur in sensibilibus, quod Henr[i]c. bene dicit: nec in hoc Docto. rep[illegible] Henric. [illegible] quia, & ipse Docto. exp[r]esse vult, quod pro statu isto tantum cognos[illegible] sensibilia: vel in se [illegible], vel quæ [co]ntinentur [illegible], vel essentialiter in sensibilibus. Si vero Henric. intelligat,

ligat, quòd prima principia nullo modo possunt applicari insensibilibus: loquendo de intellectu nostro ex natura intellectus. hoc patet esse falsum. cum intellectus noster ex natura intellectus: possit naturaliter cognoscere multa insensibilia, & immaterialia, vt subtiliter patet, infra à Doct. dist. 3. quæst. 3. & ibi diffusè glosaui. Si etiam loquarur de intellectu nostro pro statu isto, quòd non possit applicare prima principia conclusionibus immaterialibus: quarum termini non habentur virtute sensibilium, id est, nisi termini illi præcisè habeantur virtute sensibilium: ita quòd si illi termini: puta huius conclusionis Deus est trinus, & vnus cognoscerentur distinctè: per reuelationem tamen adiuti, adhuc cõclusioni tali non possemus applicare primum principium: puta hoc, an Deus est trinus, & vnus, aut non: quod dependet ab isto de quolib. &cet. tunc ratio Doct. euidenter concludit contra Henr. quia si Deus reuelaret mihi distinctè deitatem, & proprietates ipsius, statim possem applicare aliquod primum principiũ. De lege tamen communi, vt supra dixi. etiam loquendo de Theologia reuelata: prima principia tantum possunt applicari conclusionibus: quarum termini habentur ex sensibilibus. ¶ Ibi. Et ideo aliter dicitur. Hæc est responsio Præpositiui: parte prima Sum. qui dicit, quòd primum principium tantum potest applicari decem generibus, vel contentis in eis: patet, quia communitas principij, sumitur à communitate terminorum. Sed terminus primi principij, quod est ens (cum dicimus de quolibet ente dicitur esse, vel non esse) quod tantum diuiditur in decem genera. ¶ Ibi. Hoc nihil valet, quia non magis dubitamus, quòd contradictoria non sunt simul vera de Deo, quàm de alio. Hæc tamen respõsio debet exponi sicut responsio Henri. Certum est enim, quòd via naturali non possumus applicare huiusmodi contradictoria Deo: cum non cognoscamus ipsum in se: bene sic possunt applicari: dubitando de aliquo ente. An sit beatum, an non beatum: & isti termini abstrahuntur à sensibilibus.

Præpositiuus parte prima Sum.

Guliel. var. lib. 1. q. 5.

¶ Ibi. Alia datur responsio. Hæc est responsio Gul. var. lib. 1. quæst. 5. qui dicit, quòd ex maioribus solum: non sequuntur conclusiones, sed cum minoribus adiunctis. Sed minores non sunt naturaliter manifestæ, quæ debent illis maioribus adiungi. ¶ Contra arguit Doct. Minores sumendæ sub primis principijs: prædicant de sumptis sub terminos subiectos primorum principiorum, id est, quod subijcitur in maiori prædicatur minori: vt hoc. De quolibet ente verum est dicere, quòd est, vel non est. Sed omne animal est ens. ergo de quolibet animali verum est dicere, quod est, vel non est. Et sic patet, quòd si primum principium sit notum naturaliter: quòd etiam minores, quæ subsumuntur erunt notæ naturaliter: cum notum sit: terminos primorum principiorum dici de quolibet quia sunt communissimi. ¶ Ibi. Ideo respondeo. Nunc Doct. dat responsionem propriã, concedendo maiorem absolutè, & primam partem minoris: negando secundam partem minoris, scilicet istam, quòd in primis principijs includuntur virtualiter omnes conclusiones scibiles. ¶ Ibi. Ad probationem dico. Responsio stat in hoc: quòd ex quo terminus prædicatus in primo principio est communissimus: ideo virtute primi principij: de quolibet subiecto, contento sub subiecto primi principij, verificantur prædicata communia dicta de subiecto primi principij. exempli gratia. De quolibet ente dicitur esse, vel non esse. Sed animal est ens: ergo de animali dicitur esse, vel non esse. Non enim virtute talis principij potest concludi aliqua proprietas inferior prædicato primi principij: vt puta, quòd sit sensibile, vel viuens. & hmõi: & q tantum prædicata communia dicta de subiecto primi principij possint verificari de quolibet contento sub subiecto primi principij ostendit ratione. Quia medium non potest esse propter quid respectu passionis: nisi quæ includitur virtualiter in ratione illius medij: sicut patet de risibilitate, quæ demonstratur de homine per rationale: in quo virtualiter, & adæquatæ includitur. Sed certum est, quòd in ratione subiecti principij communissimi: non includitur ꝑpter quid aliqua passio particularis: sed tantum communissima: sicut etiam in ratione animalis non includitur risibilitas virtualiter: quia tunc per rationẽ animalis demonstraretur primo de animali: & deinde de omni inferiori ad animal: quod est impossibile. Sic in proposito: licet in subiecto primi principij cõmunissimi includantur passiones communissimæ, & conuertibiles cum ipso: non tamen includũtur passiones inferiorum: & sic patet quomodo secunda pars mi. est manifestè falsa. ¶ Ibi. Secunda ratio Logica est. Quare, videlicet per primum principium non possint demonstrari particularia prædicata de contentis sub subiecto primi principij: sed tantum demonstrantur communissima prædicata. Hoc patet per rationem Logicam: quia sub prædicato vniuersalis affirmatiuę: non contingit descendere ad aliqua inferiora: quia descensus esset manifestè falsus. exemplum. Omnis homo est animal: non potest descendi sub animali: vt descendendo sic. Et hæc sunt omnia animalia: ergo omnis homo est hoc animal? committitur enim fallacia consequentis, à positione consequentis ad positionem antecedentis. Quicquid alij dicant: quòd licèt sub prædicato stante confusè tantum non liceat descendi copulatinè, nec disiunctiuè, sed forte disiunctim: vt sic descendendo: ergo omnis homo est hoc, vel hoc, vel hoc animal: & sic de singulis: quod certè non est intelligibile. Teneo enim ad mentem Doct. hic: & infra dist. 21. quòd non liceat descendere quouismodo. Si ergo sub prædicato primi principij non licèt descendere: sequitur quòd per primum principium: tãtum verificatur prædicatum communissimum de quolibet cõtento sub subiecto primi principij. ¶ Ibi. Contra illud obijcitur. Hic arguit probando, quòd sub prædicato primi principij contingat descendere: patet, quia bene sequitur: de quolibet ente affirmatio, vel negatio est de necessitate vera: ergo de necessitate sequitur: hoc esse album, vel non album, &c. Respondet Doct. quòd ista propositio. De quolibet affirmatio, vel negatio: valet ista de quolibet cuiuslibet cõtradictionis: altera pars est vera: altera falsa: vbi est duplex distributio ex parte subiecti, scilicet de quolibet, videlicet ente: & cuiuslibet, scilicet contradictionis, & sic sub vtroque licèt descendere, quia ista est vera. De quolibet ente cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, & altera est falsa: igitur de hoc ente cuiuslibet cõtradictionis altera pars est vera altera est falsa. Licet ergo descendatur sub subiecto dupliciter: non tamen potest descendi sub prædicatæ: quia semper stat confusè tantum. Licet ergo sequatur. ergo de hoc ente huius contradictionis altera pars est vera, & altera est falsa: non tamen sequitur: ergo ista pars est vera. Et sic patet responsio ad argumenta pro opinione Philosophorũ.

Exemplum.

IBI AD ARGVMENTA principalia.

¶ Primo arguit sic: quia potentia habens aliquod cõmune pro obiecto adæquato, & naturali. vt naturale distinguitur contra supernaturale: potest in quodlibet contentum sub illo: patet ista, quia sicut adæquatum potentiæ non exceditur à potentia, id est, quòd potentia non potest in aliquid aliud: aliter excederetur à potentia: nec excedit potentiam, id est, quòd nihil cõtinetur sub tali cõe, quin percipi posit à tali potẽtia: vbi ergo saluatur rõ talis cõis illud põt pcipi

à potentia cuius est tale obiectum: sed ens, inquantum ens est adæquatum obiectum, & naturale intellectus nostri: patet per Aui.1.Metaph.c.5 Ens, & res, prima impressione imprimuntur in anima, nec possunt manifestari ex alijs: communissimum enim, quod immediatè imprimitur in anima est ens.

Gul. var. lib.1.q.2.

¶ Ad primum argumentum factum in principio quæstionis respondit Doct. primo adducẽdo responsionem Gul.var.lib.1.q.2. qui distinguit maiorem: quando dicitur, quòd potentia habens aliquod commune pro obiecto naturali: naturaliter potest in quodlibet contentum sub illo. Dicit, quòd si intelligatur obiectum naturale illud, ad quod potentia naturaliter inclinatur, licet ex causis naturalibus non possit attingere ad illud: talis potẽtia potest in quodlibet contentum, id est, quòd habet naturalem inclinationem ad cognitionem cuiuscunque contenti: & in hoc non reprehenditur à Doct. Vel accipit obiectum naturale illud, quod potest attingi a potentia ex causis naturalibus: & sic negatur ista: quòd habens aliquod commune pro obiecto adæquato, quod potest ex puris causis naturalibus attingere, causando naturaliter cognitionem illius: quòd possit naturaliter attingere ad quodlibet contentum: siuè, quòd ex puris naturalibus possit causare cognitionem cuiuscunque contenti sub ratione propria. Et assignat rationem: quia stat, quòd intellectus possit naturaliter causare cognitionem alicuius obiecti adæquati (vtputa entis, inquantum ens, quod est adæquatũ obiectum intellectus) & quòd tamen non possit causare cognitionem cuiuscunque contenti. ¶Et dicit, quòd concessa minore in vtroque sensu, scilicet ista. Sed intellectus habet ens, inquantum ens pro obiecto naturali, hanc concedit: quia & intellectus habet naturalem inclinationem ad ens, inquantum ens: & ex puris naturalibus potest attingere ad cognitionem entis, inquantum ens. Et in primo sensu concedit conclusionem, scilicet, quòd si intellectus naturaliter inclinatur ad ens, inquantum ens: ergo naturaliter inclinatur ad quodcunque contentum sub ente. Sed in secundo sensu negat conclusionem sequi, scilicet, ꝙ si intellectus possit attingere ex puris naturalibus cognitionem entis, inquantum ens; ergo ex puris naturalibus potest attingere ad cognitionem cuiuscunq; contenti sub ente. Negatur ista consequentia: & ratio negationis patuit supra. ¶Doct. contra decisionẽ huius Doct. arguit. Ibi contra hanc cõclusionem arguo: quia destruit seipsam. Et primo declarat quid sit obiectum adæquatum potentiæ. Dicimus enim illud esse adæquatum obiectum potentiæ visiuæ, quod prædicatur de omni perceptibili a potentia visiua: & nihil potest percipi a potẽtia visiua: in quo non sit ratio illius obiecti adæquati. Et quomodo hæc adæquatio debeat intelligi: & secundum quam primitatem, vel communitatis, vel virtualitatis: prolixè exposui. infra dist.3.q.3. vide ibi. ¶Deinde, dicit ꝙ est impossibile. aliquid esse obiectum primum naturaliter alicuius potentiæ, quin quodlibet contentum sub illo sit per se obiectum naturaliter: quia si non: tunc non esset adæquatum naturaliter, sed excedẽs. Et nota benè hanc literam: quia importat multas difficultates, quas declaraui, infra dist.3.q.3. vide ibi. ¶Ibi. Ratio autem, quæ adducitur pro responsione: fallit secundum fallaciam figuræ dictionis, commutando hoc aliquid in quale quid. Cum arguit ens est naturaliter intelligibile: ergo ens vt primum obiectum hoc est adæquatum: est naturaliter attingibile, non sequitur. Licet enim ens in communi acceptum: dicatur vnũ de numero intelligibilium; quia sic possum cõcipere ens in se vnica intellectione: sicut etiam substantiã in communi. Non tamen sequitur: naturaliter possum cognoscere conceptum entis in communi: ergo naturaliter possum cognoscere ens, vt adæquatum obiectum intellectus? non sequitur: quia, vt est adæquatum obiectum intellectus consideratur, vt ratio eius per se includitur ĩ quolibet intelligibili. Et ideo si naturaliter possum intelligere ens, inquantum ens: sub illa ratione, qua includitur in quolibet per se intelligibili: sequitur de facto, quòd naturaliter possũ intelligere quodlibet intelligibile. Nec valet responsio Franci. in Prolo. quòd possum intelligere quodlibet per se intelligibile sub ratione entis, & non sub ratione propria, quia si cognosco ens, inquantũ ens esse obiectum adæquatum naturale: hoc est, inquantum ratio entis continetur in quolibet per se intelligibili: certum est, quòd naturaliter non possum cognoscere ipsum, vt sic adæquatum: quin naturaliter possim cognoscere quodlibet contentum sub ratione propria. ¶Ibi. Ad argumentum igitur est alia responsio realis. Hic Doct. dat respõsionem propriam negando mi. quòd ens, inquantum ens sit adæquatũ obiectum intellectus naturaliter attingibile à causis naturalibus. Vult enim Doct. quòd obiectum adæquatum intellectus nostri pro statu isto naturaliter attingibile, sit quiditas rei sensibilis: accipiendo sensibile, vel in se formaliter, vel inclusum essentialiter, vel virtualiter in sensibilibus, vt patet à Doct. infra dist.3.q.4. Si verò loquamur de intellectu ex natura intellectus: adhuc oportet dicere, quòd ens, inquantum ens, vt est commune enti limitato, & illimitato: non est adæquatum obiectum, naturaliter attingibile, intellectus creati ex natura intellectus. vt patet à Doct. q.14. quolib. Quid ergo erit obiectũ adæquatum intellectus creati ex natura intellectus? Dico, vt dicit Doct. vbi supra, quòd est ens limitatum. Deinde dicit, quòd ens, inquantum ens: vt etiam est commune enti limitato, & illimitato est adæquatũ obiectum intellectus: etiam pro statu isto. Obiectum dico naturale: intelligendo naturale, ad quod potentia naturaliter inclinatur. ¶Ibi. Confirmatur responsio per Ansel. de libe. arbit. arguit hic à fortiori: si nulla potentia maximè cognitiua ex se sola non potest in actum respectu alicuius obiecti, non concurrente tali obiecto, vel aliquo supplente vicem: quid mirũ si in obiectum merè supernaturale non possit ex causis merè naturalibus? est ergo argumentum à magis, ad minus negatiuè: quia magis videtur, quòd ex se sola possit causare actum cognitionis respectu albedinis (quia talis potentia est perfectior albedine: & ideo magis videtur continere illã virtualiter) quàm, quòd possit cognoscere obiectum merè supernaturale ex puris causis naturalibus: quia tũc sequeretur, quòd imperfectius posset virtualiter continere perfectius. vt infra patebit. distin.3. quæst.1. Sed non potest in actum respectu albedinis ex se sola: ergo nec in obiectum supernaturale ex causis merè naturalibus.

Gul. var. lib.1.q.2. — *Quid sit obiectum adæquatum potentiæ.* — *Nota & bene.* — *Francisc. in Prolo. q.21.* — *Quid sit obiectum intellectus pro statu isto.*

Difficultas.

SED OCCVRRIT hic aliqua difficultas. Quia si ad ens, inquantum ens, intellectus noster habet naturalem inclinationem. Quæro: aut cognoscitur via naturali, aut supernaturali. Si via naturali: ergo naturaliter poterit concludi, quòd homo ordinatur ad perfectissimum ens, sub ratione perfectissima: & sic poterit cognoscere via naturali vltimum finem, sub ratione perfectissima. probatur consequentia vltima: quia si cognosco, a, sub illa ratione, qua ordinatur ad b, & hoc via naturali: naturaliter etiam possum cognoscere ipsum, b, sub illa ratione, qua est terminus talis relationis, qua potentia ordinatur ad illud.

Responsio.

¶ Dico primo, quòd naturaliter non cognoscitur, quòd aliqua potentia creata habeat naturalem inclinationem ad ens, inquantum ens, vt obiectum adæquatum: quia tunc non posset perfectissimè quietari, nisi in perfectissimo ente, vt supra dixi. Oporteret enim probare, quòd

quòd intellectus creatus possit quietari in ente perfectissimo sub ratione perfectissima: quia appetitus naturalis non est ad impossibile, vt infra patebit. distinctione 3 quæstione 3. & in 4. distinctione 43. ¶ Dico secundo, quòd etiam posito, quòd sit notum naturaliter, quòd intellectus creatus habeat naturalem inclinationem ad ens, inquantum ens. & per consequens ad perfectissimum contentum sub ente: non tamẽ sequitur, quòd possit attingere illud perfectissimum via naturali, vt patet. Et cum dicitur, quòd cognoscens naturaliter, a, sub illa ratione, qua ordinatur ad b, cognoscit etiam naturaliter ipsum b. Cõcedo: sed postea negatur, quòd via naturali cognoscatur, quòd intellectus creatus sit ordinatus ad vltimum finem: ita quòd cognoscatur sub illa ratione, qua ordinatur ad vltimum finem: quia talis relatio ordinis non potest cognosci: termino non præcognito: vt suprà dixi. Licet ergo sit cognitum via naturali, quòd intellectus creatus habeat naturalem inclinationem ad primum ens: non tamen est notum via naturali, quòd sit ordinatum ad tale ens sub ratione vltimi quietatiui: ita quòd relatio illius ordinis naturaliter cognoscatur. ¶ Dico vltimatè, quòd, & si viam naturali notum sit intellectum creatum naturaliter inclinari ad quodcunque ens: & quòd non possit quietari, nisi in ente perfectissimo: non tamen est notum via naturali, quòd tale ens sit sic, vel sic quietatiuum: puta, vel, vt est terminus visionis intuitiuè, vel fruitionis, & huiusmodi. Sed de ista materia. in 4. dist. 49. ¶ Secundo principaliter arguit per argumentum à minori affirmatiuè. si sensus ex puris naturalibus potest in omnem perfectionem, ad quam ordinatur: ergo à fortiori, & intellectus: patet consequentia per Philosophum. 3. de Anima. t. c. 45. vbi vult, quòd natura non agit frustra: nec deficit in necessarijs. Et arguit ibi Philosophus à fortiori: quòd scilicet si natura non deficit in necessarijs in imperfectis: si tamen non sint orbata: multo minus deficiet in perfectis: ergo videtur, quòd intellectus naturaliter possit in omnem perfectionem, ad quam ordinatur. ¶ Respondet Docto. negando consequentiam, quæ responsio, supra patuit: respondendo ad confirmationem primi argumenti in responsione pro opi. Philos. vbi ostensum est: quòd superiora ordinantur ad perfectionem maiorem passiuè recipiendã, quàm ipsa possint actiuè producere. ¶ Tertio principaliter arguitur sic, Si talis doctrina sit necessaria hoc erit, quia potentia erit improportionata obiecto, sic cognoscibili: & sic fiet per aliud proportionata: & tunc quæro, aut illud aliud est naturale, aut supernaturale. Si primo, ergo totum, scilicet potentia, & illud aliud erit improportionatum obiecto: & sic per aliud fiet proportionatum. Si secundo: ergo erit ei improportionata: patet, quia ponitur improportionata tali doctrinæ supernaturali: & sic per aliquid aliud fiet proportionata: & sic quæro de illo alio: aut est naturale, aut supernaturale. Si primo arguatur, vt prius: quia totum esset improportionatũ obiecto. Si secundo erit processus in infinitum: aut oportet stare in primo, dicendo, quòd potentia intellectiua sit ex se ꝓportionata omni cognoscibili: & secundum omnem modum cognoscibilis, scilicet abstractiuè, intuitiuè, intensè, remissè: & huiusmodi, & ꝙ non sit procedere infinitum. patet. 2. Metaphy. t. c. 5.

Deus potest cognosci sub ratione entis, sed non talis entis, scilicet Dei. vide Francisců de May. in Prologo. quæst. 21. ideo Parisienses. in 4. sen. dicitur, quòd illa propositio omnis potentia habens aliquod obiectũ, &c. sic habet glossari. ꝙ est verum, quòd de quolibet contento sub ente possum scire quòd est ens, sed non sequitur ꝙ possum scire particulariùs.

Declaratio literæ.

¶ Respondet Doct. Ibi ad tertium dico. Et quamuis ista litera sit satis clara: tamen ipsam aliqualiter declaro. Cum dicit, quòd veritati complexæ alicui firmiter tenendæ, intellectus possibilis est improportionatus: puta huic veritati Deus est trinus, & vnus: siuè cognitioni huius veritatis. Sequitur. Hoc est, non est ꝓportionabiliter mobile respectu talium agentiũ, quę ex phantasmatibus, & ex lumine naturali intellectus agentis non possunt cognosci, id est non est proportionaliter mobile ad ea, quæ ex phantasmatibus, & ex lumine intellectus agentis non possunt cognosci: solum enim illa potest naturaliter cognoscere, quæ virtute phantasmatum, & virtute intellectus agẽtis cognosci possũt. vt supra patuit, & magis patebit. infra dist. 3. quæst 1. & 3. Dicit ergo Doct. Licet intellectus possibilis sit potentia passiua proportionata: qa habet naturalem inclinationem ad cognitionem huius veritatis, Deus est trinus, & vnus. Non tamen est proportionata in ratione mobilis, respectu talium agentium, &c. Sequitur. Cum autem arguis. igitur fit proportionatus per aliquid aliud, id est, quòd si non est proportionatus huic cognitioni Deus est trinus, & vnus, fiet proportionatus per aliquid aliud: concedo quòd fit proportionatus per aliud in ratione mouentis: quia per mouens supernaturale reuelans: supple hanc cognitionem, siue hanc veritatem: assentit illi veritati. Sequitur. Et per aliud in ratione formæ, id est, quòd intellectus possibilis fit proportionatus tali veritati in ratione formæ: quia per istũ assensum factum in ipso, qui est quasi quędam inclinatio in intellectu ad illud obiectum proportionans illud isti. Nam primo intellectus possibilis recipit supernaturaliter hanc cognitionem quam cognoscit Deũ esse trinum & vnum. Reuelare enim hanc veritatem alicui intellectui: est causare in illo notitiam illius veritatis, vt parebit à Doct. in 2. dist. 9. Deinde supernaturaliter causatur assensus ĩ intellectu, quo assentit huic veritati: & alius est actus, quo cognosco hanc veritatem: & alius, quo assentio illi veritati: licet enim aliquis possit naturaliter habere cognitionem de ista propositione, Deus est trinus, & vnus: non potest tamen firmiter assentire illi vt simpliciter verè: Nam tã infidelis, quàm fidelis cum disputant de ista, vterque cognoscit illam, id est cognoscit quid importatur ꝑ illam, sed fidelis assentit: infidelis vero non, & loquitur hic Doct. de primo simpliciter assensu: quia ego possum assentire illi adhibendo fidem dictis sanctorum, sed non facta reuelatione alicui, primo nemo firmiter posset assentire. Dicit ergo Doct. ꝙ fit proportionatus illi veritati per aliud in ratione formæ: quia per istum assensum factum in ipso. Sequitur. Cũ vltra de illo alio quæris, an sit naturale, vel supernaturale. Dico ꝙ supernaturale, siuè intelligatur de agente, siue de forma, id est, quòd agens proportionans effectiuè intellectum tali veritati in ratione mobilis est supernaturale: quia sola voluntas diuina causans cognitionem, & assensum illius veritatis. Et similiter assensus quo assentit illi veritati, est supernaturalis. Sequitur. Cum infers: ergo intellectus est improportionatus ad illud, & per aliud proportionatur, id est, ꝙ si agens proportionans effectiuè sit supernaturale: ergo intellectus erit improportionatus illi: & per cõsequens proportionatur per aliquid aliud: puta per aliud agens. Et tunc quæro de illo, vt prius: & sic fiet processus in infinitum. Similiter si forma, siue assensus est supernaturalis: ergo intellectus possibilis erit sibi improportionatus: & tunc fiet proportionatus per aliquid aliud: & sic in infinitum. Dicit Docto. ꝙ intellectus possibilis ex se est in potentia obedientiali ad agens supernaturale: & ita sufficienter proportionatus illi ad hoc, vt ab ipso moueatur, id est, quòd quæcunque potentia receptiua est in potentia obedientiali, ad primum agens, respectu cuiuscunque receptibilis in eo, Et quia intellectus possibilis est in potentia receptiua cuiuscunque cognitionis, & cuiuscunque assensus: ideo cum sit in potentia obedientiali ad primum agens, poterit immediatè moueri ab illo respectu cuiuscunq; cognitionis, & cuiuscũq; assensus. Sequitur. Similiter ex se est capax illius assensus causati à tali agente etiã naturalr capax. Hoc

Reuelare aliquid est causare notitiam illius.

dicit quia intellectus possibilis; & si sit in potētia obedientiali ad primum agens: non tamen est in potētia obedientiali respectu eorum: quorum oō est capax; sed tantum respectu eorum: quorum est capax. Et quia est capax talis assensus, & naturaliter capax (id est, quòd habet naturalem inclinationem ad recipiēdum illud:) ideo respectu talis assensus est merè in potentia obedientiali ad primum agens. Et sic non requiritur aliquid aliud medium proportionans intellectum possibilem tali agenti. Sequitur. statur igitur in secundo non in primo. Quia veritas ista reuelata non est sufficienter inclinatiua intellectus ad assentiendum sibi; & ita est in proportionabile agens, & passum sibi improportionabile, id est, quòd veritas illa supernaturaliter causata: non potest sufficienter mouere intellectum possibilem, causando in eo assensum, quo formaliter assentiat illi veritati. Sed agens supernaturale est sufficienter inclinatiuum intellectus ad istam veritatem: quia solum agens supernaturale potest immediatè causare assensum, quo intellectus formaliter proportionatur tali veritati, quòd non oportet intellectum per aliud proportionari tali agenti: cum sit in perfecta potentia obedientiali ad illud. Nec oportet proportionari per aliud formæ, id est assensui ab ipso impressæ, vel impresso: quia agens supernaturale est sufficiens ad immediatè causandum talem assensum. Sequitur: sicut oportet ipsum supple intellectum possibilem proportionari tali obiecto: puta huic veritati Deus est trinus, & vnus: per aliud, duplici modo prædicto, id est per aliud in ratione agentis: & per aliud in ratione formæ, vt supra expositum est.

Intellectus possibilis est in potentia obedientiali ad primū agens, respectu eorum tātum, quorum est capax.

¶ Quæstionem secundam non exponimus, quia nimis est facilis.

Quæstio Tertia.

Vtrum Theologia sit de Deo sub aliqua ratione speciali.
Alexander Alensis 1. par. Sum. q. 1. membro 3.
Scotus 1. sent. quæst. 3. Laterali ipsius Prologi.
D Thomas 1 par. Sum. quæst. 1. Artic. 7.
Ricardus 1. s. ar. quæst. 6. Prologi.
Durandus 1. sent. quæst 5. Prologi.
Ioannes Bacconitanus, 1, sent. quæst 3. Prologi.



CIRCA tertiam quæstionem quærun tur tria. Primo, an Theologia sit de Deo, tanquam de subiecto, supple adæquato: de quo demonstrentur veritates Theologicæ. Secundo, an sit de Deo sub aliqua ratione speciali: puta, vt sit de Deo, tanquam glorificatore, vel tanquam gubernatore. & huiusmodi. Tertio, an scientia Theologica sit de omnibus ex attributione ipsorum ad primum subiectū.

DE PRIMO DICO. ¶ Hic Docto. primo declarat quid sit aliqua cognitio in se; & est illa, &c. Et sententia literæ est: quòd cognitio in se est illa, quam facit obiectum de se: & hoc dupliciter. Nam quando obiectum est in se præsens, secundum propriam existentiam: cognitio, quæ est ab intellectu, & tali obiecto sic præsente dicitur cognitio intuitiua, in se; quia talis est, qualem obiectū, vt sic præsens natum est facere de se. Quando vero obiectum non est in se præsens: sed relucet in aliqua specie intelligibili causata ab intellectu agente, & phantasmate illius obiecti: vt infra patebit. dist. 3, quæst. 6. Cognitio causata à tali obiecto, vel à specie intelligibili supplente vicem talis obiecti: dicitur cognitio abstractiua in se. Quia talis est, qualem tale obiectum, sic præsens: natum est de se facere. Si verò obiectum non est præsens, nec primo, nec secundo modo: sed tantum habeo cognitionem de illo, ex aliqua reuelatione; talis

Cognitio intuitiua & abstractiua quid sit.

cognitio dicitur cognitio in nobis: quia est talis, qualis nata est haberi de tali obiecto, nullo modo præsente: nec primo, nec secundo modo: nec contentiuè eminenter, vel virtualiter in alio repræsentatiuo. Quod dico propter essentiam diuinam: quæ nō tantum est ratio causandi cognitionem cuiuscunque obiecti: vt patebit, infra quæst. pen. prolo. sed etiam est ratio repræsentandi perfectissimè omnia entia in ratione obiecti: vt patebit, infra dist. 2. & dist. 39. & sic intellectus beati cognoscens huiusmodi obiecta in essentia diuina, talis cognitio dicitur in se: quia talis est qualis nata est fieri ab obiecto: vel ab aliquo virtualiter continente ipsum; de quo, infra dist. 3. & dist. 8. & i 2. d. 3. ¶ Secundo Doct. declarat quid sit scientia Theologica in se: & quid in nobis. Nam cognitio Theologica in se, &c. Hic dico duo. Primo, quòd cognitio Theologica, quæ est de obiecto Theologico: aut est intuitiua: & sic dicitur cognitio intuitiua in se, quando est ab obiecto Theologico in se perfectè præsente: vel ab aliquo perfectè supplente vicē talis obiecti. Quod dico propter voluntatem diuinam: quæ immediatè (saltem partialiter) & vt causa principalis causat cognitionem intuitiuam obiecti Theologici. Et tunc perfectè supplet vicem talis obiecti: quando causat cognitionem, vt terminatam ad tale obiectum in se perfectè præsens. Secundo dico: quòd quando tale obiectum est præsens intellectui creato per speciem intelligibilem repræsentantē ipsum in ratione obiecti cognoscibilis (quæ à solo Deo, vt à causa totali potest immediatè causari: de qua patet à Doct. in 2. dist. 3. q. 10.) cognitio causata ab intellectu creato, & à tali specie intelligibili: vt à duabus causis partialibus, integrantibus vnam totalem: de quibus à Docto. vbi supra dicitur cognitio abstractiua in se talis obiecti Theologici: quia talis est, qualem natum est facere obiectum Theologicum, vt sic præsens in specie intelligibili. ¶ Et nota, quòd differentia est inter cognitionem intuitiuam in se obiecti Theologici, vt comparatur ad intellectum creatum: & vt comparatur ad intellectum diuinum. Nam cognitio primo modo: non causatur immediatè ab illo obiecto: puta à deitate quia, vt sic causaret de necessitate: cuius oppositum patet à Doct. in pluribus locis: sed à voluntate diuina supplente perfectè vicem, &c. vt dixi supra. Cognitio vero secundo modo est immediatè ab essentia diuina, vt essentia (saltem partialiter) vt patet à Doct. infra qua st. pen. dist. 2. dist 39. & alibi. Secundo differunt: quia cognitio primo modo, nullo modo est comprehensiua talis obiecti: cum sit finita, & obiectum infinitum. secundo verò modo est verè comprehensiua, cum sit æquè infinita sicut, & obiectum. De qua comprehensione vide Doct. in quoli. quæst. 14. Et multæ aliæ differentiæ possunt assignari. Cognitio vero Theologica nobis est illa, quam intellectus noster natus est habere de obiecto Theologico: nullo prædictorum modorum præsente, scilicet nec in se, nec in specie intelligibili: sed tantum est per reuelationem. Et sic patet ista distinctio de Theologia in se, & in nobis.

Quomodo essentia diuina sit ratio causandi cognitionem, & repræsentādi.

Cognitio Theologica intuitiua.

Cognitio intuitiua Theologica est secunda.

Cognitio Theologica in nobis.

DE SECVNDO dico, quòd ratio primi subiecti, &c. Hic Docto. intendit declarare rationem primi subiecti scientiæ, dicens, quòd ratio eius est continere in se primo virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius est. Pro maiori intelligentia præmitto aliqua. Primo, quòd veritates in scientia sunt in duplici genere: quædam sunt notæ ex terminis: vt omnes propositiones per se notæ, & quædam sunt notæ præcisè propter propositiones per se notas. primæ dicuntur contineri in subiecto, non præcisè virtualiter: sed quia subiectum continet essentialiter, & formaliter diffinitionem: ideo hæc est vna immediata; omnis homo est animal rationale;

Caietanus 1 par Sum. q 1. Arti 7. vnam tantum D. Thoma dicit φ principia eō tinent totā scientiam in suo ordine virtualiter.

nale: & quia diffinitio est causa immediata, & adæquata respectu passionis demonstrandæ. hæc erit mediata. animal rationale est risibile. Et sic, vt subiectum comparatur ad diffinitionem continet hanc mediatam formaliter, & essentialiter: vt verò comparatur ad passionem continet illam virtualiter: quia ratio formalis subiecti est causa immediata & præcisa illius: & vt sic: potest etiam dici virtualiter continere istam: animal rationale est risibile. Secundæ sunt conclusiones demonstratæ, quæ virtualiter, & immediatè continentur a præmissis per se notis: quia ex illis immediatè inferuntur: remotè verò virtualiter cõtinentur in subiecto demonstrationis. Secundo præmitto, quòd veritas in scientia non accipitur pro notitia propositionis, nec pro ipsa propositione: sed præcisè pro habitudine prędicati ad subiectum, siue pro conformitate prædicati ad subiectum. vt infra patebit. distin. 3. quæst. 4. & si talis habitudo est euidens ex terminis erit veritas per se nota: si verò est tantum euidens per alias propositiones per se euidentes, erit veritas nota ex alio cuiusmodi est veritas omnis cõclusionis demonstratæ. Dicitur ergo subiectum virtualiter continere huiusmodi veritates: quia includit essentialiter causam præcisam, & adæquatam passionis demonstrabilis: & sic quasi remotè continet virtualiter habitudinem euidentem huius: animal rationale est risibile: imò subiectum propriè virtualiter continet, & non rationale: quia rationale propriè est ratio formalis continendi: & ideo se habet, vt quo: subiectum verò, vt quod: & quia euidentia illius immediatè continet immediatè euidentiã conclusionis: sequitur quòd subiectum remotè continet virtualiter euidentiam, siue euidẽtem habitudinem prædicati ad subiectum ipsius conclusionis. Et sic patet quomodo subiectum virtualiter continet omnẽ veritatem illius habitus cuius est. Tertio præmitto, quòd cũ dicimus, quòd veritates scientificæ demonstrantur de subiecto scientiæ, non intelligitur, quòd demonstretur ipsa conclusio: quia illa non prædicatur de subiecto: nec præcisè intelligitur, quòd demõstretur passio de subiecto, sed demonstratur propriè inhærentia, siue habitudo passionis ad subiectum: nõ quòd talis habitudo, siue inhærentia in se demõstretur de subiecto, sed demonstratur, quòd passio dicit necessariam habitudinem, siuè inherentiam ad subiectum propter diffinitionem subiecti: quæ est præcisè causa talis habitudinis necessariæ, ita quòd posito omni alio, & sola diffinitione subiecti circunscripta; nulla esset habitudo necessaria passionis ad subiectũ sed posita illa, & omni alio circunscripto: quod non est de formali ratione illius, esset præcisa causa talis habitudinis necessariæ. Quarto præmitto: quòd habitus sciẽtiæ potest dupliciter intelligi, vno modo pro notitia conclusionis demonstratæ, alio modo pro illa habitudine necessaria passionis ad subiectum. secundo modo subiectum est præcisa, & adæquata causa illius habitus, siue habitudinis necessariæ, qua remota esset impossibilis talis habitudo necessaria: nisi dicatur, quòd intellectus diuinus sit causa: quia omnes termini sunt præcise suo modo producti ab actu intellectus diuini: vt infra patebit. dist. 3. quęst. 4. & dist. 36. 43. & sic quasi remotè continet illam conformitatem, & habitudinem: si tamen subiectum esset circunscriptum, talis habitudo nullo modo posset haberi, & stante ratione subiecti, & omni alio remoto, statim posset haberi. De habitu vero primo modo, scilicet de notitia conclusionis: certum est, quòd illa possit causari à voluntate diuina: sic tamen intelligendo, quòd non posset illam immediatè causare in aliquo intellectu, vt sibi euidentem propter aliud, nisi saltem prius natura causaret in illo intellectu notitiã propositionis immediatæ, propter quam est euidens illi intellectui. Aliud est enim causare notitiam conclusionis absolutè: & aliud est ipsam causare, vt euidentem: euidentia enim notitiæ est simpliciter propter euidentiam principiorum: licet ergo posset illã absolutè causare sine principijs: non tamen posset illam causare, vt euidentem sine eis. Et ideo posita voluntate diuina: & circunscripta omni ratione principiorum, & notitia eorũ: non posset causari in intellectu nostro notitia euidens, vt euidens à sola volũtate diuina: sed per impossibile ipsa circunscripta, & posita sola ratione principiorũ, & notitia eorũ immediatè notitia conclusionis, vt euidens posset causari: loquendo semper de euidẽtia propter aliud, & de euidentia per discursum syllogisticũ, quæ est, præcisè à tali subiecto, & talibus principijs: quod dico propter intellectum diuinum, qui cognoscit hanc euidentissimè, scilicet homo est risibilis: sed nullo modo est causata, nec est sibi euidẽs per discursum syllogisticum: vt infra patet. q. pen. quæ est an Theologia sit sciẽtia: fit enim immediatè sibi euidens ab essentia diuina: non enim est sibi euidens propter euidentiã alicuius principij: quæ oia bene nota. Ex his ergo patet quomodo subiectum dr continere prędicatum, s. passionem: & per cõsequens propositionẽ immediatã, quę constat ex diffinitione, & passione: & per illã mediatam. Similiter patet quomodo dr primo, i. adæquatè continere, vt effectum adæquatum, vt causa adęquata, & huiusmodi, & quo ad notitiã conclusionis euidentem: & quo ad habitudinẽ necessariã. ¶Ibi. Cõtra istud arguitur dupliciter. Hic Doct. adducit duas instantias: quibus intendit probare, quòd subiectum sciẽtiæ non contineat virtualiter oẽs veritates. Prima stat in hoc: quia cõe non continet virtualiter veritates inferiorũ: patet, quia cõtinere virtualiter dicit perfectionem in cõtinente: & si cõtinet æquiuocè dicit simpliciter maiorẽ perfectionem contento: sed subiectum sciẽtiæ: puta Physicę est cõe ad omnia cõtenta in illa scientia. probat per simile: sicut se habet obiectum potentiæ ad potentiã sic se habet obiectũ scientiæ ad scientiã: sed obiectũ potentię est cõe ad omnia per se perceptibilia à tali potentia: ergo & subiectũ scientię erit cõmune ad oia considerata in tali sciẽtia. ¶Secundo arguitur: quia in scientijs assignatur cõiter pro subiecto primo aliquod cũe, & per cõsequens tale cõe non poterit virtualiter continere passiones inferiorum: sicut nec ipsa inferiora. ¶Ibi. Rñdeo quòd proportio obiecti ad potentiã est proportio motiui ad mobile, siue actiui ad passiuũ: si enim obiectũ cõparatur ad actũ est ibi proportio causæ ad effectũ: vt verò producit saltẽ partialiter actum illũ in potentia: est tunc proportio motiui ad mobile: dr enim obiectũ mouere potentiã pro quãto producit aliquid in potẽtia, & potentia dr moueri ab obiecto pro quãto aliquid recipit ab illo: & qñ aliquod agẽs agit in aliqd passũ: quodlibet eiusdẽ rationis potest agere in tale passũ: & simil'r qñ aliquod passium potest pati ab aliquo, quodlibet eiusdẽ rõnis põt pati ab illo: & etiã pati à quolibet eiusdẽ rõnis cũ illo: exemplũ si aliquod visibile potest agere in aliquã potentiã visiuã, quodlibet visibile eiusdem rationis potest similiter agere: & similiter si aliqua potẽtia nata est pati ab aliquo visibili, quælibet eiusdẽ rationis nata est pati ab illo visibili, & à quolibet eiusdem rationis cum illo visibili: & sic sequitur quòd prima extrema proportionis actiui ad passiuum sunt communia ad omnia per se extrema illius proportionis: & hic propositio prolixius est exposita. in 2. distin. 9. vbi adduxi multas instantias pro maiori declaratione proportionis. vide ibi. In proposito. obiectum ad habitum præcisè se habet vt causa ad effectum. ideo non sequitur quòd si causa cõis potest causare aliquẽ effectum: quòd etiã causa particularis possit illũ causare: & accipit habitũ non

Scotus vero tenet quòd tota scientia continetur in suo subiecto.

Arguit Caietanus contra Scotum, si scientia contineetur in subiecto primo virtualiter, sequeretur quòd tot essent sciẽtiæ quot sunt species mundi, probat consequent. am. quia non est possibile, quòd vna species contineat virtualiter passiones alterius speciei.

Secundo arguit. sicut habet obiectum potentia ad potentiam, sic subiectũ scientia ad scientiam, sed sic est quod obiectum potentia non cõtinet virtualiter omnia sua obiecta, vt color est obiectum visus, hæc albedo non continetur virtualiter in colore, bene continetur sub colore, sic & obiectũ sciẽtia erit quoddam commune ad omnia considerata in sciẽtia. sed non continetur virtualiter.

D. Thomas non est contrarius Scoto, licet Caietanus totam oppositum teneat.

Pro resolutione huius notandum est, quod subiectum primo, & independenter cõtinet sciẽtiã virtualiter, dependenter verò & in suo ordine principia continent totam scientiam virtualiter ideo D. Thomas bene dicit & Scotus.

Ad rationem Caietani, ad primam respondeo. & nego consequẽtiam, & ratio est, quia non vnaquaque species facit scientiam, nam multa species possunt contineri sub eodẽ subiecto vnius sciẽtia, datur, quod corpus mobile sit subiectum in philosophia naturali, nomine sub corpore continen-

tur multa species virtualiter, ideo non valet consequentia, sicut de alijs scientijs apparebit.

tantum pro notitia conclusionis demonstratæ: sed etiam pro illa habitudine necessaria passionis ad subiectum; non enim sequitur quòd si homo in communi mediante sua differentia specifica potest adæquatè causare passionem, & inhærentiam illius ad subiectum, quòd Ioan. possit illam causare: nec similiter sequitur quòd si homo potest causare euidentem notitiam illius conclusionis, quòd Ioan. possit: patet vt supra, quia circũscripto omni alio ab homine: stante ratione formali illius hominis potest causare euidentiam huius: homo est risibilis: & posito omni alio, & ipso circunscripto non potest euidenter sciri, vt supra exposui. Et ideo non valet, inferiora possunt causare notitiam superiorum, ergo habitum scientificum: non sequitur, quia licet possint causare notitiam incomplexam superiorum: non tamẽ possunt immediatè causare notitiam complexam, nec euidentem ex terminis nec euidentem ex præmissis: patet de euidentibus ex terminis: quia talis euidẽtia dependet præcisè à rationibus terminorum. vt infra patet. dist. 2. q. 2. & dist. 3. q. 4. licet ergo notitia terminorum propositionis immediatè possit causari ab aliquo inferiori: tamen non potest immediatè causari, vt euidens, cum talis euidẽtia sit ab illis terminis, qui habent necessariam habitudinem adinuicẽ. Hoc idẽ dico de euidentia cõclusionis: positis enim terminis propositionis per se notæ præsentibus alicui intellectui, & circunscripto omni alio: includerent euidentem habitudinem, & euidentem notitiam illius propositionis, sed posito omni alio: & ipsis circũscriptis non esset intellectui creato propositio euidens. Et similiter dicendum est de euidentia conclusionis. Et ex his patet quomodo Doct. tantum loquitur de subiecto scientiæ respectu passionũ: quas vt causa præcisa, & adæquata continet: & sic commune non continet passiones inferiorum, nec primo, nec per se: nec inferiora continent passiones superiorum primo: licet contineant per se. ¶ Ad secundum patet: quia subiectum, quod virtualiter continet, &c. comparatur tantum ad passiones conuertibiles cum illo: quas adæquatè cõtinet. Et licet ponatur aliquod subiectum commune: puta in Physica abstractum à pluribus subiectis: illud tamen non ponitur continere passiones subiectorum inferiorum: sed præcisè passiones conuertibiles cum illo: vnde quot species continentur sub illo, tot scientiæ, specificæ possunt haberi: quia quælibet virtualiter continet proprias passiones verè demonstrabiles per diffinitionem illarum specierũ. Sicut ergo ab istis subiectis particularibus habentibus vnitatem specificam potest abstrahi vnum subiectum commune, communitate generica; ita ab illis scientijs specificis potest abstrahi vna scientia communis, communitate generis: & sic patet ista litera, quam bene pondera. ¶ Et quia multi arguunt contra positionem Doct. vt clarius intelligatur, pono aliquas conclusiones Doct. Quarum prima. Subiectum scientiæ, virtualiter cõtinet prædicatum: quod est supple passio demonstrabilis. ¶ Secunda, secundum aliquos ad mentem Scot. Notitia subiecti continet notitiam prædicati, siuè passionis: & per consequens continet etiam notitiam propositionis immediatè: & notitia propositionis immediatè continet notitiam conclusionis. ¶ Tertia conclusio. Deus sub ratione deitatis est subiectum Theologiæ necessariorum: tam Theologiæ in se, quàm in intellectu beato. Et hoc subiectum (vt primo notum) continet virtualiter veritates Theologicas necessarias. Ad præsens hæ conclusiones sufficiant, Et vide Scot. in quæst. 3. Prologi.

Ad secundam rationem nego minorem propositionem, non est par ratio de obiecto potentiæ, & scientiæ, quoniã obiectum potentiæ comparatur ad potentiam tanquã motiuum ad mobile, obiectum autem scientiæ tanquam causa ad effectũ.

Gregor. de Ari. contra Doct. de continẽtia virtuali.

CONTRA tamen primam conclusionem arguunt multi & maximè Greg. de Arimi. in Prolo. quæst. 4. vbi vult, quòd si subiectum continet virtualiter passionem: quòd secundum dicta Scot. sit causa effectiua illius passionis: & per consequens ipsa passio sit alia res à subiecto. Et quòd sic intelligat Scot. scilicet quòd virtualiter continere: puta, a, est effectiue causare illud. Dicit Gregor. sic. Item Scot. manu propria postquam exposuerat quid est primo continere virtualiter: magis hoc ipsum declarans addidit in margine. Idem inquit est, a, vt habitualiter cognitum continere, b, quod est speciem, a, in memoria posse gignere speciem, b, in intelligentia. Patet ergo, quòd loquitur in hac materia de continentia virtuali causæ effectiuæ, & sic passio erit simpliciter alia res à subiecto: quod est impossibile, scilicet, quòd subiectum virtualiter contineat huiusmodi passionem realiter distinctam. Et probat.

Digne Lychetus impugnat Gregorium Ariminensem.

Expositio.

SED ANTEQVAM respondeã argumentis istius. Ex pono primo, quid intelligat Scot. ¶ Dico primo, quòd si loquamur de propria passione: quæ est talis aptitudo fundata in tali natura. puta risibilitas in homine: quòd illa realiter non distinguitur ab ipsa natura. Et de tali Docto. propriè loquitur. ¶ Et quum dicit Gregor. quòd Docto. dicit in illa quæst. quòd subiectum virtualiter continet huiusmodi passionem. Hoc expresè non dicit: quia dicit Scot. quòd subiectum virtualiter continet prædicatum: quod referri debet secundum aliquos Parisienses: quòd virtualiter continet notitiam prædicati simplicem, & etiam virtualiter continet notitiam diffinitionis simplicem, scilicet ex hoc, quòd continet essentialiter diffinitionem: quæ est ratio formalis causandi notitiam distinctam subiecti: quæ notitia distincta est de subiecto secundum omnes partes essentiales illius: ac per consequens continet virtualiter notitiam propositionis immediatè constitutam ex diffinitione, & proprietate. ideo Docto. parum. infra addit. Obiectum autem siuè subiectum, quòd idem est: se habet ad habitum, sicut causa ad effectum. Et etiam patet hoc ex litera Doct. in margine, quam adducis: quia species intelligibilis obiecti in memoria causat speciem intelligibilem passionis in intelligentia, siue in ipso intellectu. ergo loquitur Docto. quòd subiectum continet notitiam prædicati virtualiter. Si modo vis inferre, quòd virtualiter contineat ipsum prædicatum effectiuè. Hoc expresè non habetur ibi. Posito tamen quòd Scot. hoc dicat, quòd subiectum continet virtualiter, & effectiuè propriam passionem. Dico primo, quòd hoc verum est de illo subiecto, quod respicit passionem realiter distinctam ab ipso: sed huiusmodi aptitudines non distinguuntur realiter à naturis earum: quæ tamen sunt propriæ passiones. Et quòd sic Doct. intelligat patet in illa quæst. vbi expresè dicit: quòd si proprietates diuinæ: vtputa bonitas, vel sapientia realiter differrent ab essentia: ipsa essentia realiter esset causa earum. ergo sicut differunt ratione: ita essentia de sua ratione habet rationem incausati. Ille autem proprietates: licet per identitatem cum essentia sint incausatæ: non tamen secundum suam rationem formalem primo includunt incausationem sui. hæc ille. Et sic patet, quòd quando Scot. loquitur de causa propriè effectiua passionis: loquitur, quando illa passio realiter distinguitur ab illo subiecto: cuiusmodi sunt multæ qualitates absolutè: quas Docto. in multis locis nominat proprietates: vt caliditas in tanto gradu est proprietas ignis, causata immediatè à substãtia ignis, & realiter distincta: vt patet à Scot. si bene recolo. in 4. distinct. 12. Et huiusmodi passiones non sunt propriè demonstrabiles de subiecto, sed bene illę aptitudines, quæ sunt idem realiter cum illo. ¶ Si tamen Gregor. vult quòd omnino Doct. dicat, quòd subiectum continet virtualiter effectiuè ipsam passionem;

Solutio argumentorũ Gregor. contra Scot.

Quomodo subiecti sit causa effectiua passionis, vide Scotum in 4. distin. 2. q. 3. & 9. Meta. quæst. 14.

nem: potest concedi, quòd eo modo, quo passio potest habere esse a subiecto: eo modo causatur ab illo. Sed quia realiter nõ potest distingui a subiecto: ideo non potest causari ab illo realiter: quia uero ipsa distinguitur formaliter a subiecto, subiectũ habet simpliciter rationem in causati, secundùm suam rationẽ formalem, & quiditatiuam, & passio habet rationẽ causati secundùm suam rationem formalem: sed nõ secundùm suam enõtatem realem, cum sit eadem res realiter cum subiecto. Et hæc est intentio Doc. ut patet supra, ubi dixi de proprietatibus diuinis. ¶ Si dicatur, quòd causa effectiua producit aliud inquantũ aliud. ¶ Dico primo, quòd illud intelligitur de causa factiua quæ producit aliud in materiam extrinsecam: non de causa actiua cuiusmodi est subiectum: quia producit passionem in subiecto. & hæc expositio patet a Doc. in secundo d. 25. Secundo dico, quòd producere aliud inquãtum aliud: aut reduplicat aliã, & aliam rationem, & sic concedo. Si uero reduplicat aliam & aliam rem, negatur vniuersaliter. Primo modo sensus est: quòd causa producit effectũ à se formaliter distinctũ: ita quòd ista alietas accipitur præcisè secundùm rationem formalem: sic quòd alia sit formalitas in subiecto: & alia in passione. Secundo modo sensus est: quòd causa producat aliam rem realiter distinctam, isto modo negatur uniuersaliter secundùm aliquos: ut patet in primo. d. 3. q. 7. & si semper producit aliud hoc nõ erit uniuersaliter nisi ubi agens, & patiens sunt distincta subiecto. Hæc expositio patet a Sco. Dico tertio, quòd duplex est causa effectiua: quædam est physicalis, quæ agit per motum, uel mutationem: & talis producit effectum realiter distinctum: quædam est metaphysicalis quæ abstrahit à motu, & mutatione: & talis non est necesse quòd habeat effectum realiter distinctum: cuius non esse aliquando præcesserit. Quarto dico, vt aliqui uolunt intelligere: quòd subiectum dicitur causa effectiua passionis: accipiendo effectiuam pro pullulatiua. Et illud quod pullulat ab alio: non est necesse realiter distingui ab illo: ut dicunt ipsi. Hoc idem diceret Sco. quia ipse uult in secundo. d. 16. quòd potentiæ animæ pullulant ab ipsa anima: & tamen sunt idẽ realiter cum ipsa. ¶ Et ex his patet quomodo Gre. in hac parte non habet mentem Doc. Et sic argumenta sua non sunt ad propositum. Posito tamen (licet non ad mentem Sco.) quòd ipsa passio sit alia res a subiecto, & effectiuè causata ab illo; argumenta sua cõtra hanc positionem nihil concludunt. ¶ Arguit enim primo sic: accipiendo lineam rectam, quę est diuisibilis in duo media: illa diuisibilitas est propria passio lineæ rectæ. Tunc sic. Vel est aliqua passio actu existẽs in ipsa linea: quia ipsa linea formaliter est diuisibilis: quę dicitur diuisibilitas: ita quòd habeat illam diuisibilitatem actu: vel quòd tantum habeat potẽtia. Non primo: quia tunc Deus posset facere lineam sine diuisibilitate. Non secundo: quia quando linea diuideretur causaret diuisionem in seipsa: quod est absurdũ. ¶ Certè hæc ratio nullius est uigoris. Primo quia ipsa diuisibilitas nõ est aliqua res positiua: sed est tantum negatio unionis partium. Patet enim quòd quando linea actu diuiditur quòd nihil nouum aduenit. Posito etiam, quòd sit alia res. Dico, quòd est alia res respectiua tantum. Cum dicis ergo Deus potest facere lineam sine ipsa. Negatur consequentia: quia non possit facere aliquod subiectum actu existere sine relatione: quæ de necessitate naturæ consurgit. Sicut non potest facere duo alba sine similitudine: & tamen similitudo est realiter distincta ab illis. Sic dico, quòd stante aliqua linea recta: de necessitatę consurgit ista aptitudo ad diuidi. Secundùm etiam non sequitur. Si linea est diuisibilis in potentia ergo cãt diuisionẽ actu in se? Non enim sequitur quòd si aliqua natura causat de necessitate naturæ in se aliquam aptitudinẽ ad aliquem actum: quòd etiam in se causet actum. hoc enim non est uniuersaliter uerum. Nam materia prima causat in se istam aptitudinem: quod est esse informabile a forma ergo actu informat seipsã? Et similiter natura intellectualis causat in se, in eodẽ instanti, quo est, aptitudinem ad beatificari, ergo causatio se actum beatificum? Sic in proposito, linea causat in se hanc possibilitatem qua posset diuidi. ergo in se causat actualem diuisionem? ¶ Secundo arguit ad idem: aut talis diuisio recipitur in linea antequam sit diuisa: aut post: aut simul. Dico quòd ipsa diuisibilitas, quæ est passio lineæ est primo passio quanotatis continuæ: ita quòd quantitas continua est primo, & per se diuisibilis. Et data quacunque quantitate: illa est per se diuisibilis & non primo. Detur ergo quantitas. b. Dico quòd esse diuisibile compeõt illi per se. Cum quæritur tunc. Diuisio actualis aut est in ipsa linea ante diuisionem: aut post: aut simul? ¶ Respondeo quòd hoc, est nihil dicere: quia talis separatio partis a parte nihil est in se: ideo non oportet quęrere in quo recipitur. Dico secundo quòd esse diuisum ab alio dicit quendam respectum: ita quòd sunt duo respectus fundati in duabus partibus: ita quòd unus fundatur in parte. a. & terminantur ad partem. b. & econtrã. & sic ratio nihil concludit. ¶ Item arguit: quia esse annihilabile est passio cõmunis omni creaturæ, ergo si passio est alia res a subiecto: potest Deus facere creaturam absque eo quòd sit annihilabilis. ¶ Dico quòd quando Doc. loquitur de passione, quę est alia res a subiecto: loquitur de illa, quæ est res cuiusmodi est uisibilitas, annihilabilitas enim nihil est; patet: quia talis relatio terminatur ad nihil. Et huiusmodi relatio quæ terminatur ad nihil est nihil. vt patet a Doc. in secundo. d. ult. & d. 7. Dico secundo quod si accipiatur pro aptitudine ad annihilari: q nõ sequitur: q si talis aptitudo sit realiter distincta: q possit facere ipsam rẽ sine aptitudine tali: quia & si posset facere absolutum sine alio absoluto: a quo realiter distinguitur: non sequitur q possit ipsum facere sine omni respectu a quo realiter distinguitur: ut supra patuit. ¶ Item arguit sic. Nulla creatura continet primo aliquam rem uirtualiter, ergo nec subiectum passionem, antecedens patet: quia causa secunda non potest producere aliquam rem quin & illa causetur etiam a Deo saltem partialiter. ¶ Dico q hoc nihil est. Non enim Sco diceret quod sic continet primo: q prima causa non concurrat: sed eo modo quo aliqua causa secunda potest continere aliquid: non excludendo causas superiores. Sic similiter subiectum continet passionem. ¶ Si hic dicatur. Si subiectum contĩnet passionem effectiuè. ergo Deus posset facere passionem sine subiecto, patet: quia potest supplere causalitatem cuiuscunque causæ secundæ: hoc esset fortius argumentum quàm argumentum Greg. ¶ Dico q subiectum respectu passionis habet duplicem rationem. Vnam, quòd est causa effectiua illius nisi impediatur, & præueniatur à prima causa. Aliã: quia est de necessitate receptiuũ passionis: & passio habet necessariam habitudinem ad subiectum: tanquam ad receptiuum: sicut, & posito, q albuni possit causare similitudinem: licet Deus posset supplere hãc causalitatem: tamen similitudo non posset causari, ni si reciperetur in illo: cum habeat necessariam habitudinem ad illud: & hoc patet simpliciter a Doc. in 4. d. 11. Et sic patet ex his: quòd etiã posito, quòd ipsa passio sit alia res a subiecto (non tamen ad mentem Sco. nec secundùm ueritatẽ) tamen argumenta istius minimè concludunt: essent enim alia argumẽta multo efficaciora. Vltimo arguit Greg. quia sphericitas est passio de cœlo, & astris demonstrabilis. secundo cœli. t. c. 22. & 48. & tamen cœlum non est causa effectiua

[Marginal notes, left column:] *Obiectio Responsio.* — *Causa effectiua est duplex Physicalis quæ producit effectum, & alia metaphysicalis. Quomodo potentia animæ pullulat ab anima.* — *Primum argumentum Grego.* — *Responsio. Diuisibilitas linea est negatio unionis partium*

[Marginal notes, right column:] *Pulcherrima reflexio argumenti Gregorij.* — *Secundũ argumentum.* — *Responsio.* — *Responsio.* — *Tertium argumentum.* — *Responsio.* — *Quartũ argumentum.* — *Responsio.* — *Obiectio.* — *Responsio. Subiectũ respectu passionis hẽt duplicem rationem.* — *Vltimum.*

ctiua suæ spericitatis cum illa sit eterna: & res eternę secundùm Arist. oon habent causam agentē. ¶ Respondetur primo: quòd subiectum non est propriè causa ot dixi supra. Secundo, quòd etiam si ponatur propria causa: non sequitur, quòd ęternum non habeat propriam causam effectiuam: ut patet a Sco. in secundo. d. 1. q. 3. & in primo d. 8. q. ulti. etiam ad mētem Aristo. Verum est, quòd causa effectiua est in duplici genere. Quędam, est quę producit aliud per motum, vel per mutationem: & talis non est alicuius ęterni: quia esse talis producti, de necessitate pręcessit nō esse illius duratione: ut patet à Sco. in secundo. Alia est quę producit aliud, non per motum, vel per mutationem: & tale productum potest esse ęternum: ut singulariter probat Sco. in primo dist. 8. q. ult. & in secūdo d. 1. q. 3. & alibi.

Responsio.

Causa effectiua est in duplici genere.

Alfon. Tol. in plo. q. 6.

SECVNDO principaliter arguit Alf. Tol. in prolo. q. 6. probando, quòd subiectum non continet virtualiter prædicatū: siue propriam passionem: sic: quia quandoque pręedicatum est perfectius subiecto: sicut patet quando demonstratur, quod forma substātialis potest informare materiam: & imperfectius nō continet uirtualiter perfectius. hæc ille. ¶ Sed iudicio meo in hac parte nō hēt mentē Doc. Mens enim Sco. est quòd propria passio demonstrabilis de subiecto contineatur uirtualiter in illo: & sic patet quòd propria passio non est forma ipsius materiæ. Et cum dicit, quòd demonstratur formam substantialem posse informare materiam, Dico, quòd hæc est propria passio materiæ: quòd sit informabilis mediatè vel immediatè, forma substantiali. Et dico mediatè propter pluralitatem formarum, quæ possunt esse in eodem: vt patet à Sco. in quarto. d. 12. Ista aptitudo quòd est esse informabile: est propria passio materiæ, & demōstrabilis de ipsa, & non forma substantialis: ut patet intuenti. Sicut etiam dicimus quòd esse beatificabile obiecto beatifico, est passio creaturæ rationalis, ergo obiectum beatificum est passio illius? non ualet. Similiter esse beatificabile beatitudine formali, est passio ipsius, ergo beatitudo illa: puta fruitio: est passio proprie sumpta demonstrabilis de subiecto: patet hoc esse falsum: quia quando demonstratur passio de subiecto, demonstratur necessitas inhærentiæ onius ad aliud: cum demonstratio proprie sumpta, & à priori sit de necessarijs, saltem de complexis: patet à Sco. in prolo. Sic est in proposito de materia. Hoc idem dico de forma. Nam forma sobstantialis est apta nata informare materiam: & hæc est passio demonstrabilis de illa, ergo materia est passio ipsius formæ: patet esse falsum: & sic nihil contra Doc. ¶ Muln etiam alij contra primā conclusionem arguūt: vt Gul. ocham. in prologo, & multi alij posteriores: quorum argumenta ex dictis supra facilimè soluuntur: quia parū, vel minimè discrepant ab argumentis Grego. & Alson.

Responsio.

In eodē potest esse formarum pluralitas.

Gulie. Ochā in plo. q. 9.

CONTRA secundam conclusionem arguit Greg. ubi supra probando, quòd notitia subiecti nō contineat uirtualiter notitiam passionis: & sic deinceps ut dixi in conclusionem supra. ¶ Et primo arguit sic. Omnis notitia primo continens uirtualiter aliam notitiam, continet primo virtualiter omnem aliam notitiam: sinè qua causaliter illa haberi non potest: sed notitia subiecti non sic continet notitiā passionis: patet de multis: quia esse informabile, est passio materiæ: esse beatificabile passio rationalis creaturæ: esse risibile passio hominis: & sic de alijs. Istę sūt passiones connotatiuæ: quia cōnotant res distinctas à subiecto: ut esse informabile connotat formā distinctam à materia: esse beatificabile connotat beatitudinem, ut rem distinctam à rationali creatura: esse risibile connotat actum ridendi: & sic de alijs. Constat autem quòd notitia materiæ non continet notitiam formæ primo uirtualiter: cuius tamen noticia causaliter præexigitur ad notitiam illius passionis. Similiter, nec notitia creaturæ rationalis primò uirtualiter continet notitiam beatitudinis: nec notitia hominis actum ridendi. Et hæc omnia probantur: quia nulla notitia unius rei cōtinet primò uirtualiter notitiam alterius: quia aut intuitiua cōtinet intuitiuam: & hoc non: quia per notitiam intuitiuam vnius rei non potest haberi intuitiua alterius rei. Tum quia multo magis huiusmodi notitia potest causari ab ipsamet re, cuius est intuitiua: & per consequens non primo uirtualiter continetur à notitia intuitiua alterius. Aut notitia abstractiua unius continet notitiam intuitiuā alterius: & hoc oon ut patet. Tū quia abstractiua non potest esse prima: nec per consequens primo continere. Tum quia multominus per abstractiuā unius rei potest haberi intuitiua alterius: quàm per intuitiuā, & secundùm non est possibile: ut probatum est, ergo. Aut intuitiua unius continet abstractiuam alterius: & hoc non: quia uel abstractiuam communem confusam: & hoc nō: quia talis etiam ab alio poterit causari: uel propriam, & distinctam: & hoc non: quia nulla talis potest haberi nisi præhabita intuitiua eiusdē rei. Aut. 4 abstractiua unius continet abstractiuam alterius: & hoc non propter causas iam dictas, hoc est eorum Achiles contra Sco.

Primum argumentum.

RESPONDETVR Sed antequam respondeam expono conclusionem Doc. Conclusio enim nostra secunda potest triplicem habere sensuum. Primum quòd notitia habitualis unius, continet notitiā habitualem alterius. Et huc sensus est uerus: & hoc patet à Sco. ubi supra. Et per illud quod scripsit in margine manu propria sic expono conclusionem istam.

Expositio cōclusiōis Sco.

Triplicē potest haberē sensum.

¶ Subiectum enim propriè passionis, ex quo continet essentialiter diffinitionem potest causare speciem intelligibilem sui, representantem se, & omnia superiora: vel potest causare aliam, & aliā speciem respectù alterius, & alteri⁹ superioris: vt satis patet à Doc. in primo. d. 3. q. 1. Similiter dico, quòd respectu propriè passionis, habet ouam & eadem speciem intelligibilem repræsentantem ipsam sub ratione obiecti intelligibilis: vel aliam & aliam causatas tamen ab ipso. ¶ Secundo. suppono, quòd notitia habitualis nihil aliud est nisi obiectum in se, uel in specie intelligibili perfectè præsens intellectui: ita quòd obiectū in se perfectè præsens intellectui, & in sua existentia dicitur notum habitualiter: quia statim intellectus cum illo obiecto, ut duæ causæ partiales, possunt causare cognitionem intuitiuam: & quando illud obiectum in se præsens continet plura alia uirtualiter, & perfectè illa alia contenta, per præsentiam obiecti dicuntur nota habitualiter: quia ipsom obiectum partialiter potest causare notitiam intuitiuam illorum, si nata sint cognosci intuitiuè. Similiter, quando obiectū non est pręsens in se intellectui: sed in specie intelligibili representante ipsum, dicitur notum habitualiter notitia abstractiua. Et similiter contenta in illo essentialiter, uel uirtualiter perfectè, sunt nota habitualiter notitia abstractiua: quia talis species una cum intellectu: potest causare notitiam abstractiuam, tam obiecti, quàm contentorum essentialitar uel uirtualiter. (Si tamen illa contenta non habeant proprias species intelligibiles) quia propria species intelligibilis vna cum intellectu, nata est causare notitiam illius cuius est: ut satis patet a Sco. in primo d. 3. q. 6. & pen. ac. 17. d. 1. Et tamē possumus dicere, quòd notitia habitualis obiecti continet uirtualiter notitiam habitualem contentorum: quòd est, quando species intelligibilis contentorum dependet ab huiusmodi notitia. ¶ Nota tamen, quòd si sumus in statu isto, quòd notitia habitualis contentorum potest dupliciter intelligi, uel propinqua, uel remota. Propinqua: si species

Notitia habitualis qd sit.

Notitia habitualis dupliciter intelligitur.

cies intelligibiles obiecti causat partialiter cum intellectu agente species intelligibiles contentorum virtualiter, vel essentialiter in tali obiecto: & hoc non habeo pro inconuenienti: quòd vna species intelligibilis partialiter possit causare aliã: vt satis patet à Sco. in secundo d 9. Remota: ut fantasma obiecti una cũ intellectu agente potest causare speciem intelligibilẽ contentorum: tamen prius causat speciem intelligibilem ipsius obiecti: vt patet à Sco. in primo d. 3. q. 1. & 2. quia causa naturalis producit effectum nobiliorem, quem potest producere. Sic etiam obiectũ habet duplicem notitiam habitualem. Remotam: quando habet esse in fantasia per aliquod fantasma: & propinquã quãdo habet esse in intellectu per speciem intelligibilem ipsum representantẽm, hoc patet à Sco. in primo d. 3. q. 6. Et sic sequitur quòd notitia habitualis obiecti continet notitiam habitualem essentialiter contentorum & etiam uirtualiter. Sequitur etiã, quòd si uirtualiter continet notitiam illorum habitualem: quòd etiam uirtualiter contineat notitiam illorum actualem. Si ergo continet uirtualiter notitiã diffinitionis, & uirtualiter notitiam passionis. sequitur, quòd uirtualiter continet notitiam propositionis immediatæ: cum illa dependeat à notitia terminorum: vt ista. animal rationale est risibile, hęc autem notitia principij continet notitiã conclusionis: & sic sequitur à primo ad vltimum, quòd notitia habitualis obiecti non contineat uirtualiter notitiam sui actualem, sed etiam notitiam terminorum: & propositionũ, & conclusionũ, quę pertinent ad demonstrationẽ: per quam demonstrãtur passiones de ipso subiecto. ¶ Alius sensus est quòd notitia actualis subiecti contineat primo uirtualiter notitiam actualem passionis, & sic deinceps: ut exposui. ¶ Deinde suppono, quòd obiectum uirtualiter continere notitiam alterius habitualem, uel actualem: potest dupliciter intelligi. Vno modo ut causa totalis: & hoc non: quia nec etiam cõtinet notitiam sui habitualem abstractiuam nec actualem: patet: quia ad habitualem de necessitate concurrit intellectus agens, ut causa principalis: ut patet à Sco. in primo d. 3. q. 6. & q. pe. in secundo d. 3. q. ult. nec etiam ad actualem abstractiuam concurrit, ut causa totalis: quia concurrit intellectus agens, vel possibilis: uel uterq; simul. De intellectu in communi patet à Sco. in prolo. q. 1. d.:. q 7. pe. & ul. primi in secundo d. 3 q. 1c. & 11. & d 9. De utroque intellectu patet in quol. q. 15. Si ergo obiectum non continet cognitionem sui habitualem, ut causa totalis (cũ etiam ad huiusmodi cognitionem habitualem possit concurrere angelus cũ fantasmate, & intellectu agente: ut patet à Sco. in secũdo d. 11.) nec etiam sui actualem: multo minus continebit cognitionem habitualem, uel actualem aliorum contentorum uirtualiter uel essentialiter ut causa totalis. ¶ Alius sensus est: quòd obiectum sic continet cognitionem sui habitualem, uel actualem, ut causa partialis, & contentorum in ea virtualiter: quòd ipsa causa partiali non concurrente primo: notitia talis obiecti nec contentorum virtualiter, & perfectè in illo posset causari, uel haberi ab aliquo intellectu creato: ut satis probaui in secundo d. 3. q. 10. glosando ibi Doc. Non debemus ergo sic intelligere, quòd continẽs uirtualiter notitiam alterius quòd sic contineat, ut causa totalis, ut nulla alia cõcurrat: sed sic continet partialiter, quòd eius causalitas partialis à nullo possit suppleri: nisi fortè à Deo. Addo etiam, quòd quando est aliqua passio connotatiua quæ dicit relationem cuiusmodi est risibilitas: beatificabilitas: informabilitas: & huiusmodi, non potest haberi nisi præcognoscantur fundamentum, & terminus. Ideo dicit Doc. in q. 1. prolo. quòd uia naturali non possumus cognoscere relationem ad Deũ, sub ratione deitatis, nisi præcognoscamus ipsam deitatem. Non uult ergo Doc. quòd obiectum sic contineat uirtualiter notitiam alterius: quòd nihil aliud concurrat ab illo: sed sic habet determinatam causalitatem respectu illius: & primo, quòd à nullo potest suppleri nisi fortè à Deo.

Vna species intelligibilis potest aliam causare.

Obiectũ habet duplicẽ notitiã habitualem.

Scotus dicit, quòd primariũ subiectum alicuius habitus continet virtualiter omnes veritates illius habitus.

A Caietano 1 prima parte summe q. 1. Artic. 7. reputatur hęc distinctio una. & eadem.

Sed pro Scoto dicẽdum est, hoc esse falsum, & ratio est, qa prima est respectu latitudinis obiecti.

Secunda est respectu latitudinis potentie.

EX HIS declaratis intelligendo scilicet quòd notitia habitualis obiecti continet virtualiter notitiam actualem, uel habitualem propriè passionis patet quòd totum argumentum Greg. totaliter ruit, & sequẽtia: quando dicit, aut cognitio intuitiua continet intuitiuã &c. Non sunt ad propositum. Patet etiam quando dicit, quòd materia non potest causare cognitionem formæ: quòd non intelligit mentem Doc. ut supra exposui: quia non negamus quòd non possit haberi perfecta cognitio informabilitatis nisi concurrat ipsa forma: sed bene dicimus quòd ipsa materia sic concurrit partialiter ad cognitionem illius proprietatis: quòd à nullo, talis causalitas suppleri potest. ¶ Si instaretur (licet ipse non dicat) ergo forma continet uirtualiter partialiter cognitionem illius proprietatis. Conceditur ergo sic potest demonstrari illa informabilitas de forma sicut de materia: & sic de alijs. Negatur consequentia: quia tunc sequeretur, quòd magis posset demonstrari de intellectu cum principalius concurrat. Dico ergo quòd ad subiectum demonstrationis duo requiruntur. Primo quòd ratio formalis ipsi⁹ subiecti sit ratio cõtinẽdi uirtualiter proprietatem, secundò quòd sit ratio proxima, & formalis recipiendi illam in subiecto de quo demonstratur licet ergo ratio formalis ipsius formę, sit ratio continendi uirtualiter, partialiter cognitionem illius proprietatis: non tamen illa proprietas potest demonstrari de forma cum in forma non sit aliqua ratio proxima recipiendi ipsam in ipsa forma. Et sic patet quòd hoc argumentum quod est Achilles eorum ac multorum aliorum præcedentium & sequentium: nihil contra Doc. concludit. ¶ Si verò teneatur secundus sensus, sc licet quòd notitia actualis obiecti possit cõtinere uirtualiter notitiam alterius actualem. Dico (licet forte nõ ad mentem Sco. quia uerba illius hoc expresè non asserunt) quòd non habet pro inconuenienti, quòd notitia actualis obiecti sub ratione propria & perfectissima. contineat uirtualiter notitiam proprietatis &c. ita quòd illa notitia actualis una cũ intellectu potest causare notitiam passionis: loquẽdo de causalitate competente sibi: licet alia aliqua causalitas concurrat: sicut ad cognitionem huius proprietatis, quę informabilitas concurrit forma, uel notitia ipsius formæ. Et cum dicis. Aut intuitiua potest causare intuitiuam proprietatis. Dico quòd sic: quia notitia intuitiua subiecti põt cãre intuitiuã passionis: sustinendo secũdum mentem Doc. & veritatem quòd ipsa passio est eadem res cum subiecto. Et cum dicis quòd cognitio intuitiua non potest causare aliam intuitiuam: habes hoc probare. Cum uero addis quòd illa intuitiua potest haberi ab obiecto intuitiuè cognito. Dico quòd si accipis obiectum intuitiuè cognitum ipsam passionem seorsum sumptam. Hoc non potest dari cum sit eadem res & existentia cum subiecto. Et obiectum inquantum existens, ac præsens propria existentia, ut sic causat cognitionem intuitiuam: vt patet à Sco. in primo d. 1. & d. 3. in secundo d.:. & 9. in quarto d. 10. & 49. & in quol. q 13. & alibi. Si dicatur hic (licet non ipſ: dicat) sicut notitia intuitiua subiecti potest causare intuitiuã passionis: & passio dicit eandem rem cũ subiecto, ergo intuitiua passionis potest causare intuitiuam subiecti. Negatur consequentia; quia licet sint eadem res: tamen subiectum propriè continet passionem per identitatem, & nõ econtra. Sicut essentia diuina, & paternitas per eos etiam, sunt eadem res simpliciter; tamen dicimus, quòd ipsa essentia diuina continet paternitatem &

Solutio obiectionis Greg. cõtra Sco.

Ad subiectũ demonstrationis requirũtur duo.

Achiles multorum.

& non econtra. Sic in proposito hoc subtiliter patet à Doc. in primo, in secūdo, & in quolibet. in multis locis. Dico etiam, quòd posito, quòd passio sit distincta realiter (loquendo de passionibus connotatiuis quæ includunt relationem: ut beatificabilitas: informabilitas, & huiusmodi) quòd notitia subiecti in tuitiua potest causare partialiter: ut supra exposui notitiam intuitiuam huiusmodi passionis. Et cum dicis quòd intuitiua illius passionis: forma informabilitatis potest haberi ab ipsa. Negatur: quia relatio nō potest causare cognitionem intuitiuam sui: ut patet à Scò, in pluribus locis. ¶ Si etiam dicatur: quod tamen ipse non forte cogitat: quòd subiectum sicut potest causare cognitionem intuitiuam & proprietatis: & sic notitia intuitiua subiecti non causabit notitiam intuitiuam passionis. Dico, quòd hoc non est inconueniens. Possum etiam dicere, quòd immediatè non potest causare, nisi prius causet intuitiuam sui: ut etiam patet in simili, à Doc: in d.9. secundi. ¶ Tertio possum dicere quòd subiectum non potest causare notitiam intuitiuam passionis nisi mediante intuitiua sui. Si loquamur de notitia abstractiua: eodē modo possum dicere, quòd notitia abstractiua subiecti potest partialiter causare abstractiuam passionis. Et hoc non improbat ipse Gre. nec improbare posset: & eædem difficultates possent fieri de notitia abstractiua: sicut de intuitiua factæ sunt, & applica ad ex propositum. Cum etiam dicit, quòd intuitiua nō potest causare abstractiuam. Hoc credo manifestè falsum: quia aliqua cognitio intuitiua potest partialiter causare intuitiuam sui, & etiam abstractiuam. Sic etiam essentia angeli potest partialiter causare in intellectu ipsius cognitionem sui intuitiuam, & abstractiuam ut patet à Sco. in secūdo d.3. Quod etiam dicit, quòd cognitio abstractiua non potest causare intuitiuam. Verum est, quòd abstractiua alicuius obiecti non potest causare intuitiuam eiusdem obiecti: sed bene potest causare intuitiuam sui ipsius cum habeat propriā existentiam in intellectu. Idem dico, quòd intuitiua alicuius obiecti fortè, non potest causare abstractiuā illius: sed bene respectu sui ipsius, potest causare abstractiuam & intuitiuam: ut dixi supra in simili per Sco. de essentia angeli. Et sic patet solutio istius argu, quod tamen uidebatur insolubile.

Relatio non potest causare cognitionem sui intuitiuam.

Vide Bargium. 3.q. Prologo contra lychetū, tenentē opinionē Pauli Scriptoris. Solutio Achillis impugnantium Scotum.

SECVNDO principaliter arguit probando, quòd notitia subiecti non contineat uirtualiter passionis notitiam: & dat duo exempla: quia posse causare calorem in corpore illuminabili, & calefactibili est passio corporis radiosi. Secundùm, esse purgatiuū coleræ est passio reubarbari, Et addit, quòd quælibet harum est immediata, scilicet, omne radiosum est calefactiuum; & omne reubarbarum est purgatiuum coloræ; & tamen notitia corporis radiosi non continet primo notitiam passionis: quia non continet primo notitiam calorum. Similiter notitia reubarbari non cōtinet primo notitiam coleræ, ergo nec passionem illius. ¶ Respondetur (licet sit responsum supra). Eodem enim modo potest respōderi, uel loquēdo de notitia habituali obiecti: uel etiam de notitia actuali ipsius: & eodem modo dicatur sicut ad primum argumentum. Posset tamen addi, quòd si passio subiecti est quid absolutum: ut puta purgatiuum coleræ, notitia ipsius passionis non dependet à notitia coleræ: vel à colera: patet in simili. Est aliqua albedo uerè causata à causa effectiua, ergo non potest cognosci in se: vel ipsa albedo non potest causare cognitionem sui absolutam in aliquo intellectu, nisi cōcurrat causa illius albedinis? Non sequitur. Potest enim absolutè causare partialiter notitiam sui, aliter sequeretur, quòd nullum ens creatum posset causare cognitionem sui, nisi simul, uel prius causaretur cognitio cuiuscunque causæ; & sic oporteret simul uel prius cogitare Deum in se &c. Sic dico in proposito. Et hoc est: quia notitia albedinis, non dependet essentialiter à notitia suæ causæ. ¶ Dico etiam quòd licèt cognitio coleræ prærequiratur ad cognitionem passionis reubarbari, ergo tunc sequitur, quòd notitia reubarbari non continet uirtualiter notitiam passionis: nisi etiam contineat uirtualiter notitiam coleræ: patet hoc esse falsum: quia ista possunt esse duo ordinati effectus: puta notitia coleræ, & notitia passionis reubarbari à diuersis tamen causis. Et sic patet quòd notitia subiecti: si continet notitiam passionis reubarbari: ex hoc non sequitur, quòd uirtualiter cōtineat notitiam coleræ: sed solum sequitur quòd non præhabita notitia coleræ, non potest notitiam immediatè habere notitiam passionis reubarbari perfectā: & patet in exēplo pro statu isto: quia intellectus agens non potest immediatè causare speciē intelligibilem alicuius obiecti, quia tamen habet in uirtute sua cum fantasmate: ut patet à Doc. in primo d.3.q. pen. & in tertio d. 8. ergo continet & uirtualiter speciem sensibilem exteriorem illius obiecti? Non sequitur: quia species sensibilis tantum præexigitur, ut effectus prior: qui est alterius causæ ad effectum posteriorem: qui est alterius causæ. Similiter species intelligibilis puta albedinis continet virtualiter notitiam illius una cum intellectu agente, vel possibili: quæ tamen non potest haberi, nisi præhabeatur actus fantasiæ: quia oportet intelligentem fantasmata speculari 3. de anima, ergo sequitur, quòd species intelligibilis: uel quòd notitia obiecti, quæ non potest haberi sine actu fantasiæ, q cōtineat uirtualiter notitiam illam fantasticam. Hæc etiam responsio potest applicari ad primum argumētum. ¶ Et quod dicit iste Doc. quòd istæ propositiones sunt immediatæ scilicet omne radiosum est calefactiuum: & omne reubarbarum est purgatiuum coleræ, habet probare. Aut enim sunt notæ per se ex notitia distincta terminorum: aut cōfusa: sed nec sic nec sic, ergo. Nam si distinctè cognoscatur reubarbarū sub ratione propria: diffinitio reubarbari erit immediata causa ipsius passionis reubarbari: & sic per diffinitionē reubarbari poterit demōstrari purgatiuū coleræ esse passionem reubarbari. Hoc idē dico de corpore radioso: nec etiam sunt per se notæ, terminis cōfusè conceptis: quia appræhensis terminis immediatè intellectus non assentit huic: nisi uelis dicere, quòd propositio immediata sit duplex scilicet quædam est immediata per experientiam, & quo ad sensum: & hoc modo istæ possunt dici immediatæ. Et similiter hæc erit immediata: ignis est calefactiuus: quia notū est per experientiam, quòd semper ignis calefacit apposito calefactibili: sed non sequitur modo, sunt notæ per sensum, uel per experientiam, & immediatæ, ergo sunt simpliciter, & absolutè immediatæ: negatur ista consequentia: quia quo ad sensum aliquod prædicatum est immediatum de aliquo subiecto: qđ simpliciter tamen inhæret illi subiecto per rationem formalem illius subiecti: uel per aliquid aliud:

Contex.

Duplex est propositio immediata vel per se nota.

¶ Tertio principaliter arguit sic: quia si notitia subiecti continet uirtualiter notitiam passionis: sequitur, quòd notitia solis continet uirtualiter notitiam huius passionis solis: quòd est esse calefactiuum: quòd uidetur falsum: quia notitia calefactiui dependet à notitia caloris. ¶ Addit etiam multa alia quæ idem cōcludunt, & omnia argumenta facta contra conclusionem possunt fieri vnico argumento: & per dicta superius patet responsio ad illa argumenta, & similia.

CONTRA eandem conclusionem arguunt Ocham in prolo. & Alfon. Tole. in prolo, quæ argumenta eodem modo soluuntur sicut & argumenta Greg licet aliqua pauca uerba addant: quæ tamen nō requirunt specialem solutionem: sicut quòd luna sit eeclypsabilis. Nam notitia lunæ, non continet uirtua

Guliel. Ocham & Alfon. To.

liter notitiam passionis: quæ est esse ecclypsabile: quia etiam contineret uirtualiter notitiam terræ: quia luna ecclypsatur per interpositionem terræ inter solẽ, & lunam: & sic patet quomodo eodem modo soluitur hoc argumentum.

Idem Greg. arguit.

¶ Deinde ipse Greg. arguit contra particulas secundæ conclusionis. Et primo probat, quòd notitia passionis, & notitia subiecti nõ sint, vel non contineant virtualiter notitiam propositionis immediatæ. Et dat exemplum de multis propositionibus: quæ sumuntur per viam sensus: ut ista, omne reubarbarum purgat coleram, & cõstat, quòd quis potest habere notitiam incomplexam, distinctã de reubaro, & de colera: etiam, & de eo, quòd est purgare, qui tamen nõ cognosceret, quòd omne reubarbarum est purgatiuum coleræ. Et licet nouerit quòd hoc singulare reubarbarum est purgatiuum coleræ, & illud, & illud: & sic de pluribus. Ad habendam tamen notitiam vniuersalem, quòd omne reubarbarũ &c. necessario requiritur quædã alia notitia vniuersalis non causata ab illis singularibus: qualis est secundùm aliquos, si aliquod absolutum, vel proprietas cõsequens absolutum competit alicui indiuiduo: cuilibet indiuiduo eiusdem rationis potest aliquod simile competere.

Responsio.

¶ Respõsio, & dico primo quòd cum ipse dicit quòd hæc, omne reubarbarum est purgatiuum coleræ est immediata. Hoc habet probare: quia purgatiuum colere est demonstrabile de reubarbaro per rationes formales reubarbari. Et quòd dicit, quòd non omnis propositio immediata est per se nota. Si intendit de immediatione causæ. negatur ista: quia hæc: quia animal rationale est risibile est immediata immediatione causæ. Cum autem rationale sit immediata causa risibilitatis: hæc erit (scilicet animal rationale est risibile) per se nota. Si uerò intelligat immediatione subiecti cuiusmodi est ista, omnis homo est risibilis: quia homo est immediatum subiectum risibilitatis: talis est verè demonstrabilis per rationem subiecti: si habet: nec est per se nota. Et si intelligat, quòd hæc, omne reubarbarum &c est immediata immediatione causæ, hoc habet probare. Et supposito quòd sit immediata immediatione causæ: habet probare, quòd non sit per se nota. Nam apud Sco. d. 2. q. 2. primi esset per se nota. Supposito etiam quòd sit immediata immediatione causæ. Tunc dico quòd notitia talis tantum dependet à notitia terminorum. Et dicit, quòd præsupponit aliam notitiam alterius propositionis. Dico, quòd notitia propositionis uniuersalis præsupponit notitiam terminorũ in uniuersali: quæ tamen sumitur ex multis particularibus, & notis per experientiam. Nam uia sensus primo cognoscimus hoc singulare quod est hoc reubarbarum esse purgatiuum coleræ: & hoc, & hoc: & sic de alijs: & tandem concludimus simile de omnibus: & habita notitia in vniuersali, quòd omne reubarbarum &c. quæ est sũpta per multa experimenta: tunc intellectus si habet illam propositionem immediatam cognitus terminis illius: statim cognoscit illam: quia notitia propositionis immediatè immediatione causæ: tantum dependet à notitia terminorum. Non sequitur, ergo notitia subiecti, & prædicati non continet notitiam propositionis immediatæ. Negatur consequentia vt supra patuit. Si verò hæc omne reubarbarum &c. est immediata immediatione subiecti: patet quòd nõ cognoscitur cognitis terminis: sed est demonstrabilis per alias propositiones immediatas: & hic est processus quem facit Arist. primo Metaph. in primo Phi. in secundo Poste. Nam prius procedimus per viam sensus à multis particularibus ad vniuersale, & deinde procedimus à priori, à causa ad effectum: licet tamen hoc totum argumentum vnico verbo solui posset: quia quando Doc. dicit quòd notitia subiecti continet notitiam prędicati: per consequens notitiam propositionis immediatè loquitur de notitia habituali subiecti: vt dictum est supra. Si etiam loquatur de actuali: patet quòd nihil concludit ex superius habitis.

Greg. idem.

¶ Deinde ipse Gre. arguit contra vnum Doc. non dicit. Probat enim Gre. quòd vnum principium non continet aliud eiusdẽ demonstrationis: sic notitia unius principij non continet notitiam alterius principij in eadã demonstratione. Sed hoc Doc. non dicit: sed solum dicit, quòd subiectum continet prędicatum: & sic continet propositionem immediatam, & immediata continet conclusionem: non autẽ dicit, quòd una immediata contineat aliã. Vult enim Doc. quòd propositio immediata sit per se nota: cuiusmodi sunt duæ præmissæ in demonstratione potissima: & omnis propositio per se nota, est nota ex notitia terminorum.

Idem Greg.

¶ Deinde Gre. arguit quo ad illam particulam, quòd notitia subiecti non continet primo uirtualiter propositiones immediatas. ergo nec conclusionem. patet consequentia: quia propositiones immediatæ continent, uirtualiter conclusionem etiam secundùm Sco. igitur, vel ipsæ præmissæ continent primo virtualiter conclusionem: & si sic, igitur subiectum non continet primo: cum secundùm Sco. standum sit in tali ordine cognoscendi ad vnum primum: vel non cõtinent primo: & tunc deducitur eorum continentia in aliud: aut igitur in aliud a subiecto: & habetur propositum, scilicet, quòd subiectum non primò continet: vel reducitur in subiectum: & tunc sequitur, quòd subiectum continet primò propositiones immediatas: quod non est verum. Tum quia subiectum principij non cõtinet primò passionem: vt patet ex prima conclusione. Nec notitia subiecti notitiam passionis: vt patet ex secunda igitur nec notitiam principij, cum notitia principij nõ possit sine notitia subiecti, & prædicati haberi, & multa verba dicit ¶ Respõdetur breuiter, quòd notitia subiecti habitualis: vel etiam actualis tenendo secundam viam continet primò, & virtualiter notitiam propositionum immediatarum: & vltimò continet notitiam conclusionum. Et sic concedo, quòd continentia propositionis immediatę reducitur ad subiectum, quod primo continet. Et quod dicit, quòd subiectum principij non primo continet passionem: nec notitia subiecti notitiam passionis. Hæc omnia sunt manifestè falsa: ut supra patuit.

Vltimũ argumentum.

¶ Deinde sic arguit. Si quodlibet subiectum cõtinet primo virtualiter omnem veritatem scientiæ: igitur, vel continet primò notitiam cuiuslibet causæ, vel effectus, per quam conclusio demonstratur: uel nulla scientia haberetur per causã, vel effectum.

Responsio.

Dico, quòd virtualiter continet notitiã passionis, tanquam effectum: & notitiam propositionum immediatarum, tanquam causam: & illæ notitiæ, notitiam conclusionis. Et quod dicit ipse, quòd nec res creata continet primo uirtualiter primã notitiam alterius rei: puta notitiam incomplexam, vnde nec notitia causæ continet primo notitiam effectus: nec econtra. Alioquin ad omnia cognoscenda producibilia à sole sufficeret notitia incomplexa solis: quod est falsum. Doc. idem argumentũ facit Gul. Ocham in prologo, ac alij multi.

Hoc idem Gu. Ocham.

¶ Dico, quòd habet probare hoc, quòd notitia causæ non contineat virtualiter notitiam alicuius effectus: maximè, quando talis causa est sic pręcisa, & adęquata, quòd est impossibile ipsum effectum fieri ab alio non concurrente tali causa, saltem in ratione subiecti: & vltra quando talis effectus est sic conuertibilis cum causa, quòd est impossibile ipsum effectum alteri inhærere, quàm suæ causæ: sicut est in proposito. Passio enim subiecti demonstrabilis de illo: sic necessario dependet à subiecto quòd est impossibile ipsam esse sine subiecto: ut supra dixi: & adęquatè conuertitur cum illo:

&

& de necessitate inhæret illi: & fluit à principijs illius subiecti: & maximè quia nos tenemus, quòd ipsa sit idem realiter cum subiecto. Et posito etiam quòd distingueretur realiter: vt dixi supra adhuc sic conuertibiliter inhæreret subiecto, quòd est impossibile ipsam esse sine subiecto, & non inhærere illi: & sic patet, quòd inconueniens aductum de sole nullius est vigoris: quia effectus productus à sole extra nec inhęret sibi: nec conuertitur cum illo: nec sic præcisè, & adęquate est à sole: quin possit fieri saltem à causa prima, non concurrente sole: nec in ratione causæ: neq; in ratione subiecti: nec est idem realiter cum ipso sole. Si verò diceretur, quòd posse sic vel sic producere est passio solis. Admittatur: & tunc dico, quòd notitia solis distincta: virtualiter contineret notitiá illius passionis. Et multa alia Gre. dicit contra istam conclusionem: quę breuitatis causa transeo: cum ex superius habitis facilimè solui possint.

EX DICTIS patet responsio ad primam q. Hic Doc. ponit vnam conclusionē, videlicet ꝙ Theologiæ in se respectu necessariorū solus Deus est subiectum. Et primo probat per diffinitionem subiecti. Continens virtualiter omnes veritates theologicas, & necessarias est subiectum theologiæ in se, respectu necessariorum: sed Deus est huiusmodi ergo. Maior patet per diffinitionem subiecti positam in secundo arti. Probatio minoris: quia nihil aliud a Deo continet illas veritates: nec vt causa: nec vt illud, ad qđ habeant attributionem. Primum patet: quia nihil aliud à Deo potest causare notitiam veritatis theologicæ necessariæ: vt puta istius, Deus est trinus, & vnus: quia si virtualiter contineret talem veritatem siue notitiam: etiam virtualiter contineret entitatem, de qua ē talis notitia: vt patet à Doc. j. d. 3. q. 1 & d. 8. q. 1. & in secundo d. 3. q 9. Quia cōtinens virtualiter notitiá alicuius: virtualiter etiam continet entitatem illius. Et vide ibi boná glo. Patet ergo quòd nihil aliud à Deo virtualiter continet notitiá veritatis necessariæ theologicæ. Secūdùm probat Docto. in litera. s. quòd nec continet per attributionem: & patet. Nam si veritas huius propositionis. Deus est trinus, & vnus haberet attributionem ad aliquid aliud à Deo: sequeretur, quòd etiam ipse Deus verè attribueretur alteri: quod est falsum. ¶ Ibi. Nec aliud continet eas, vt effectus demonstratione quia. Quia aliquis posset dicere, ꝙ per notitiá alicuius effectus possumus deuenire in cognitionē veritatis theologicę necessarię. Sđ hoc excludit dicens: quòd nullus effectus demóstrat Deú trinum. Et hoc diffusè declaratum est supra q. 1.

Continens virtualiter notitiam cōtinet entitatem.

Difficultas. 1.

SED IN ISTA littera oriuntur duæ difficultates. Prima circa hoc quod dicit: quòd nihil aliud, vt causa continet veritatem necessariam theologicam. ¶ Contra: quia ipse vult in secundo d. 3 q. 9. quòd angelus habens speciem intelligibilem deitatis: potest causare notitiam ipsius deitatis. Et vltra: potens cognoscere deitatem distinctè: potest cognoscere veritates necessarias de Deo: ut patet ab ipso, hoc & q. 1. & j. d. .. ergo. ¶ Dico, quòd Doc. negat quòd aliqd aliud à Deo via naturali possit cognoscere deitatem sub ratione deitatis. Et quando dicis, quòd habens speciem &c. Dico quòd talis species est supernaturaliter causata: vt patet à Doc. in secundo d. 3. q. 9. Sed hęc responsio non videtur euacuare difficultatē: quia licet talis species supernaturaliter causata sit: tamen ipsa naturaliter agit: ut patet à Doc. in simili in pluribus locis: & sic intellectus angeli cum specie, quæ est aliud à Deo: videtur virtualiter continere veritatem theologicam necessariam: & sic vt causa. Dico, quòd voluntas diuina causando talem speciem supplet vicem obiecti theologici: quia nisi talis species causaretur: esset impossibile intellectum angeli naturaliter cognoscere Deum distinctè. ¶ Secunda difficultas est in hoc quod dicit, quòd effectus non demonstrat. Nam per effectum deuenimus in cognitionem plurium veritatum necessariarum de Deo: patet: quia per effectum demonstramus primam causam esse: & ipsam esse necesse esse: & esse summum ens: & esse simpliciter independentem: & omnes istæ veritates sunt necessariæ. ¶ Ad hoc dico, quòd veritates necessariæ, quæ sunt de Deo, non possunt sciri per aliquem effectum: ex quo enim per effectum nō possumus cognoscere Deum distinctè: sequitur, quòd nec etiam prædicatum, competens ei necessario, potest cognosci. ¶ Et cum dicitur de prima causa &c. Dico, quòd bene demonstratione quia, & per effectum possumus cognoscere, quòd aliquod ens est summū: vel, quòd aliquod ens est prima causa: vel, quòd aliquod ens est necesse esse: uel independens: sed quid sit illud ens in se: naturaliter nō potest cognosci. ¶ Secunda ratio est ibi. Secundo sic. Hæc ratio est satis euidens: sed est pōderanda. Hæç ratio concludit theologo: qui habet concedere, quòd multa in theologia considerantur: quæ nullo modo possūnt esse intellectui creato naturaliter nota: ut ly naturaliter distinguitur contra supernaturaliter: qui à prima substantia à nullo intellectu creato potest cognosci distinctè, quo ad eius proprietates incomplexas: vt probat Doc. in quolibet q. 14. art. 2. & patebit etiam j. d. 3. q. 1. Et si ista theologica fiunt intellectui creato nota, hoc erit tātum per reuelationem. Concludit etiam ex hoc: quia obiectū theologicum respectu intellectus diuini naturaliter est motiuum illius: & est impossibile ipsum mouere naturaliter intellectum creatum: sed si mouet tātum voluntariè mouet: ut patet à Doc. in quoli. qu. 14. & ideo theologia in se: & in intellectu diuino est de aliquibus: quæ soli intellectui diuino sunt naturaliter nota: & si aliqua soli illi intellectui sunt naturaliter nota erit subiectum illius scientiæ cum sit perfectissimum consideratum in tali sciētia: & sic erit de Deo vt de subiecto. Dicit ergo sic. Primo quòd theologia supple in se est de his rebus: quæ soli Deo sunt naturaliter notę: patet ista: quia ex quo cognitio theologica est suprema cognitio, & supernaturalis, respectu omnis intellectus creati: sequitur, quòd erit de aliquo obiecto intellectui creato non naturaliter noto, ergo erit de obiecto soli intellectui increato naturaliter noto. Et probatio in litera clara est. Addit Doc. Sed solus Deus est sibi naturaliter notus: ut satis patet in q. 1. & in distinctio. 39. & in quolib. quęst. 14. ¶ Tertia ratio est ibi. Tertio sic, & deducit ista ratio ad hoc inconueniens: scilicet, quòd si Deus non esset subiectum theologię, in se esset subiectum in alia sciētia: patet, quia solus Deus est sibi naturaliter notus: & multæ proprietates de solo Deo verificantur. Et sic ista scientia esset semper theologia in se: quod est falsum. Quia aūt esset superior patet: quia subiectū qđ est Deus est simpliciter nobilius ¶ Si dicatur, quòd quamuis Deus non sit subiectum theologiæ in se: tamen notitia de Deo traditur in theologia in se. ¶ Contra hoc arguit Doc. quia cognitio subiecti in aliqua scientia est magis distincta, quàm cognitio alterius considerati in illa scientia, quod non est primo subiectum illius, hoc patet: quia ex quo subiectum, vel notitia subiecti: virtualiter continet notitiam cuiuscunque cōsiderati in illa scientia: Sequitur, quòd cognitio subiecti erit distinctior: & sic patet litera. ¶ Ibi. Pręter autem istas tres rationes. Deinde Doc. probat intentum principale per quasdam persuasiones. Et prima satis clara est. Et quod dicit, quòd theologia pro aliqua parte sui est sapientia. Verum est, vt cognitio theologica est de ęternis: & pro aliqua parte sui est scientia: & hoc verum est, vt est cognitio temporalium: etiam, vt habent attributionem ad ęterna. ¶ Ibi. Secunda persuasio: Quod dicit de portione supertori

Responsio.

Difficultas secunda.

Responsio.

Per nullum effectū possumus distinctè Deum cognoscere.

Obiectum theologię est obiectū motiuum intellectus diuini.

quæ sit theologia in se.

Quomodo theologia pro aliqua parte sui est sapientia, & scientia.

Portio superior.

periori &c. Nam perfectio portionis ſuperioris in intellectu eſt cognitio ęternorũ: quia intellect⁹ dicitur portio ſuperior ſtrictè loquendo inquantum reſpicit ęterna. De hoc uide diffusè in Doc. in ſecundo d.24 & in tertio d.15.& litera patet. ¶Ibi. Tertia perſuaſio eſt hæc. Perſuaſio ex hoc tenet quia fides habet Deum ſub ratione deitatis pro obiecto: vt probat Doc. in tertio diſtin. 22. cetera patent.

Fides habet Deum ſub ratione deitatis p obiecto.

EX HIS dictis reſpondeo ad ſecundam q. Litera clara eſt uſque ibi. Contra iſtas omnes poſitiones. Antequam declaremus improbationes Doc. declaro vnum quòd ſcilicet, aliud eſt loqui de ſubiecto alicuius ſciẽtiæ: & aliud de ratione formali illius ſubiecti. Dicitur enim ſubiectum ſcientiæ, de quo proprietas aliqua demonſtratur: vel de quo eſt demonſtrabilis: ratio verò formalis ſubiecti dicitur illa, quę cõſtituit aliquid in eſſe ſubiecti, ſicut ſi quæratur, hõ eſt ſubiectum in aliqua ſcientia: ut puta in illa qua ſcitur hominem eſſe riſibilem: ſed quid eſt illud, quod conſtituit ipſum in eſſe tali? Dico, quòd eſt quiditas hominis: puta animal rõnale: & breuiter, Diffinitio eſt ratio formalis conſtituendi aliquid in eſſe ſubiecti ſciẽtiæ: ſi illud habet diffinitionem quid rei: licet aliqui exponentes Doc. dicant quòd diffinitio rei non eſt ratio formalis ſubiectiua: ſed hoc non uidetur ad mentem Doc. ut patebit ĩ. in reſponſione ad argumenta. Si verò ſubiectũ non habet diffinitionem: ſicut Deus qui eſt ſubiectum theologiæ: & ens inquantum ens ſubiectum metaphyſicæ: tunc ratio formalis explicatur ſub nomine abſtracti: puta Deus ſub ratione deitatis: & ens ſub ratione entitatis: vel ſub aliqua alia ratione: quæ non eſt diffinitio, nec quiditas illius: ſicut aliqui dicunt, quòd Deus ſub ratione bonitatis eſt ſubiectum theologiæ: ſed quicquid ſit, pro nunc ſufficiat, quòd oportet ponere Deum ſubiectum theologiæ ſub aliqua ratione formali ſubiectiua. ¶Vnde aliqui dicunt, quòd Deus ſub ratione entis in communi: vel ſub ratione entis infiniti: uel ſub ratione entis neceſſarij, eſt ſubiectũ theologiæ: ita quòd, uel entitas in communi eſt ratio formalis ſubiectiua: uel entitas infinita: uel entitas neceſſaria. ¶Contra quam poſitionem arguit Doc. & prima ratio ſtat in hoc. Ratio formalis ſubiecti eſt ratio continendi uirtualiter omnes ueritates in illa ſciẽtia, patet iſta, & diffusè expoſita eſt in ſecundo ar. ſed entitas in communi, uel entitas neceſſaria: non eſt ratio formalis continendi omnes veritates theologicas, ergo Deus ſub tali rõne non eſt ſubiectum theologię. Probatur minor per oppoſitum: quia ſi eſt ratio cõtinendi ueritates theologicas, ergo naturaliter quis poteſt cognoſcere ueritates theologicas: quod eſt falſum. Probatur conſequentia: quia cognoſcens naturaliter rationẽ formalem alicuius ſubiecti: quæ communiter eſt medium in demonſtratione potiſſima: ut patet in ſecũdo Poſte. poteſt cognoſcere paſſionem demonſtrabilem de ſubiecto: cuius eſt talis ratio formalis. Exemplũ: quia ſiquis cognoſceret animal rationale, cognoſceret eiũ riſibilitatem: & ſic haberet hanc propoſitionem immediatam. animal rationale eſt riſibile, qua co[?]nita poſſet ſtatim cognoſcere propoſitiones mediatas cõtentas uirtualiter in illa. Sic in propoſito cum entitas in cõ[?]nmu[?]i: ſiuè entitas neceſſaria poſſit uia naturali demonſtr[?]i, ſaltem arguendo ab effectu: ut patet per philoſophos: qui demonſtrant eſſe aliquod ſummum ens: uel aliquod ens neceſſe eſſe (non dico de ente inf[?]: quia multi dubi[?]t an philoſophi hoc demonſtrauerint: ut patebit. ĩ. d. 2.) ergo cognoſcens illam naturaliter poterit naturaliter cognoſcere proprietates: quæ inſunt ſubiecto theologię per illam rationem formalem: & ſic coniungendo proprietatem cum ratione formali, habebit illam propoſitionẽ immediatam, & per ſe notam: & ex immediata ſequuntur mediatæ: quæ uirtualiter continentur in illa. Et ſic tota theologia poteſt ſciri uia naturali: quòd eſt falſum. ¶Ibi ſecundo, quia ex quo conceptus communes non ſunt ſoli Deo naturaliter noti: patet: quia etiã cognoſcuntur naturaliter à creatura, etiam loquendo de conceptibus complexis (quorum termini incomplexi abſtrahuntur a creaturis) qui appropriantur primo enti, vt ens neceſſarium, & huiuſmodi, ſed theologia in ſe eſt de ueritatibus ſoli Deo naturaliter notis cum ſit ſimpliciter ſuprema, & tales ueritates non includuntur uirtualiter in huiuſmodi conceptibus creaturæ naturaliter notis: quia tunc, & veritates illæ poſſent naturaliter cognoſci: quod eſt falſum ergo. ¶Ibi. Cnntra aliam poſitionem. Fuit alia opi. quòd Deus ſub ratione bontiatis, uel ſub ratione alterius attributi eſt ſubiectum theologiæ. Contra quã opi. poteſt argui per rationes ſuperius factas. Tum quia bonitas ſumma: via naturali poteſt cognoſci: & ſic formetur argumentum ut prius. Tum, quia non eſt ſoli Deo naturaliter nota. ¶Ibi. Sed adhuc arguo. Nunc arguit per rationes ſpeciales. Et prima ſtat in hoc: quia ex quo cognitio de ſubiecto eſt diſtinctior, & perfectior in aliqua ſcientia, quàm cognitio alicuius: quod non eſt ſubiectum in illa ſcientia, ut patuit ſupra. ergo tale ſubiectum non poteſt poni, niſi ſub ratione formali perfectiſſima quam poteſt habere: patet quia cognitio perfectiſſima, & diſtinctiſſima ſubiecti eſt ex ratione formali, & quiditatiua illius: ſed cognitio illius ſub aliqua ratione attributali non eſt perfectiſſima: vt patet ſupra. ¶Secunda ratio. Ibi. Secundo quia ſi illæ proprietates. Primo declaro litteram: & poſt formabo rationem. Primo dicit quòd ſi illæ proprietates: puta bonitas, uel ſapientia realiter different ab eſſentia: eſſent veræ cauſatæ ab eſſentia.

Dictis [sic]

Differentia inter ſubiectum & rationem formalem ſubiecti.

Explicatur Deus ſub ratione d itatis, licet non habeat definitionem.

Exemplum.

Quia Deus ſub ratione bonitatis, vel alterius attributi nõ ſit ſubiectũ theologię in ſe.

Ex hoc dicto aliqui vulũt quòd propria paſſio ſit realiter diſtincta a ſubiecto: cuius oppoſitũ tenet Doc. Et probant ex dicto Doc. ĩ. in iſta q. ubi dicit, quòd ſubiectum non tantum ſe habet, ut receptiuum paſſionis: ſed etiam eſt cauſa effectiua eiuſdem. Sed quid ſit de intentione Doc. diffusè expoſui in ſecũdo arti. Secundo dicit, quòd ex quo differunt ratione ab eſſẽtia: ſaltem ſecundùm rationem dicuntur cauſari: & hoc tenet per illam propoſitionem Doc. in quolib. qualis eſt ordo inter aliqua, ubi realiter diſtinguũtur, talis eſt, ubi tantum ratione diſtinguuntur. Et quod dicit, quòd iſtę proprietates ſola ratione diſtinguuntur ab eſſentia: non dicit ſecundùm intẽtionem propriam: quia etiam diſtinguuntur pluſquam ratione: vt patebit. ĩ. d. 8. q. pe. ¶His declaras formo ſic rationem. Nihil, quod habet rationem cauſati, uel quaſi cauſati ab aliquo ſubiecto poteſt eſſe ratio formalis illius: patet quia ratio formalis ſubiecti propriè, vel eſt prior ſubiecto: uel ſaltem eſt ſimul: & ultra eſt medium demonſtrandi cauſatum, uel quaſi cauſatũ à ſubiecto: uel a rõne formali illius ſubiecti: ſed iſtæ proprietates ſaltem ſecundùm rationem ſunt cauſatę ab eſſentia, ergo non poſſunt eſſe ratio formalis ſubiecti theologię (qui eſt Deus.) ¶Tertia ratio eſt ibi. Tertio, quia illud ſecundùm propriam rationem. Hic pręſupponitur, quòd ex quo ſubiectum eſt magis ens & actualius, quàm proprietas, ut patet ratio formalis illius ſubiecti, per quam eſt tale ens in actu, erit magis ens: & magis in actu quàm aliqua proprietas. Illud ergo erit magis ratio formalis ſubiecti quod eſt magis in actu: ſed eſſentia diuina, uel deitas eſt magis in actu, quam proprietas attributalis: patet, quia eſſẽtia diuina eſt omnino incommunicabilis ad extra: immo repugnat ſibi: non ſic repugnat proprietati attributali: & ſi ſibi repugnat: ex hoc eſt: quia eſt idẽ realiter eſſentiæ diuinæ. ¶Ibi. Si verò dicatur &c. quòd quælibet proprietas eſt infinita: & ideo incommunicabilis propter infinitatem. Contra. Infinitas iſta eſt

Subiectũ eſt cauſa paſſionis effectiua, id eſt pullulatiua, ſiuè emanatiua, vel fluitiua.

Deitas eſt magis in actu, quàm proprietas.

in

in eis propter identitatem earum cum essentia: sicut ex radice, & fundamento omnis perfectionis intrinsecæ: ut clarius patebit. ꝭ.d.8.q.pe.& in quol.quæst.1.

Difficultas.

¶Sed hic oritur aliqualis difficultas: quia quæro an rationi formali bonitatis existentis in Deo repugnet communicabilitas ad extra. si sic, est ita actualis sicut essentia diuina, si non; tunc arguo sic,& accipio bonitatem. Bonitas diuina formaliter distinguitur ab essentia diuina: ut patet à Doc.ex intentione. ꝭ.d. 8.q.p. ergo infinitas est gradus intrinsecus illi⁹ bonitatis cũ sit formaliter infinita: ut patet à Doc.ubi supra,& infinitas est gradus intrinsecus: ut patet ab ipso in quol. q. 5. immo infinitas bonitatis eodẽ modo distinguitur ab essentia sicut, & bonitas: vt potest probari ex dictis Doc. ꝭ. d. 8. ergo bonitati cum sit formaliter infinita repugnat communicari ad extra.

Bonitas diuina formaliter distinguitur ab essentia diuina.

Responsio.

¶Ad hoc dico quòd responsio Doc.stat in suo robore: & hoc est propter identitatem realem: sicut enim bonitas secũdùm suam entitatẽ pullulat ab essentia diuina: ita,& infinitas ipsius: ut patet a Doc. in pluribus locis: & si non esset idem realiter cum illa: non posset pullulare, vt infinita: alioquin essent plura infinita realiter distincta in actu: quod est impossibile: ut patet à Doct. ꝭ.d 2 p. 1 q.vlt.& d.8.& alibi.

Quomodo bonitas diuina nõ esset infinita.

¶Ibi. Contra viã etiam de respectibus. Opi. aliquorum fuit, quòd Deus sub ratione glorificatoris, uel gubernatoris: quæ dicunt respectum ad extra sit subiectum theologiæ. Contra quàm arguit Doc. tribus medijs. ¶Ibi. Sed facio rõnes speciales. Hic Doc. intendit probare, quòd De⁹ sub aliquo respectu ad extra non potest esse subiectũ theologiæ primo: quia scientia realis est de obiecto reali: sed respectus ad extra est tantum ens rationis: vt patet à Doc.in primo d.30.& ialibi sæpè. Hic no. quòd si subiectum scientiæ in se sit ens reale: à fortiori ratio formalis subiecti erit ens reale: patet: quia propter talem rationem habet, quòd sit subiectum: vt supra patuit. Nota etiam quòd quælibet scientia in se formaliter est entitas realis: patet in nobis: quia ponit habitus in prædicamento qualitatis, & omnis cognitio in se est formaliter ens absolutũ, tam in nobis quàm in Deo: vt patet à Doc. in quol. q. 14. aliqua tamen dicitur realis de nominatione extrinseca: qa scilicet ẽ de obiecto reali: vt physica, & metaphysica, aliqua verò dicitur præcisè rationalis: quia est de ente rationis: ut logica quæ per se est de secũdis intẽtionibus: in se tñ est realis. No. etiã, quòd est impossibile nobilissimam scientiam esse de obiecto sub rõne ignobilissima: cuiusmodi est relatio rationis, ergo theologia erit de Deo sub ratione uerè reali, ergo nullo modo sub ratione: puta glorificatoris: ut quidam dicunt

Not. hic aliqua bona de subiecto sciẽtia,& scientia.

¶Secundo arguit,& rõ stat in hoc: quia scientia per se, tam denominatione extrinseca, quàm intrinseca est de obiecto per se: patet, tum quia effect⁹ per se, est à causa per se: scientia est effectus sui obiecti primi, ut supra patuit, ergo. Tum quia aliæ scientiæ dicuntur per se, quia respiciunt obiectum per se: ideo subalterna denominatione extrinseca dicitur per accidens: quia respicit obiectum sub ratione accidentali, cum ergo theologia sit scientia per se, & perfectissima: à fortiori habebit obiectum per se: sed absolutum, & respectiuum faciunt tantum unum per accidens: quia aggregatum ex rebus diuersorum generũ, patet etiam: quia si ex eis esset vnum per se: sequeretur, quòd constitutum non esset, nec ens absolutum, nec ens respectiuum per se, patet: quia constitutum dependet in esse à partibus constituentibus: si enim esset absolutum, ergo respectus esset de essentia absoluti, si etiam esset respectiuum, ergo absolutum esset de essentia respectiui, & sic non esset nec absolutum: nec respectiuum. ergo theologia in se nõ est de Deo sub ratione alicuius respectus. Et præterea theologia in se est tantum una scienti . . t ab omnibus conceditur, ergo est tãtum de uno subiecto, & sub vna ratione considerato: patet cõsequentia: sed si esset de ente per accidens non esset unum subiectũ: nec una scientia, patet: quia scientia quæ est de ente per accidens, vt subalterna supponit duas scientias, tractantibus de partibus illius totius separatim: vt si de homine albo esset scientia: tunc illa scientia præsupponeret vnam, quæ esset de homine: & aliam quæ esset de albedine: sic in proposito.

Quare ex absoluto,& respectiuo non fit vnũ per se.

Scientia subalterna supponit duas scientias.

¶Tertio arguit ibi. Tertio nullus respectus ad extra &c. Ratio stat in hoc. Illud, quod est ratio demonstrandi aliquid de aliquo necessario: ita quòd. a. dicatur necessario conuenire. b. propter rationem. c. ipsum. c. necessario conuenit ipsi a. patet, quia quod conuenit a. contingenter non potest esse ratio, quòd aliquid conueniat ipsi. a. necessario, quia tũc esset maior necessitas in effectu quàm in causa. Sed multæ proprietates demõstrantur inesse Deo de necessitate: ut patet ergo ratio formalis demõstrãdi magis necessario conueniet ipsi Deo. Cum ergo ratio formalis subiecti sit medium in demonstratione potissima: sequitur, quòd nullus respect⁹ ad extra poterit esse formalis ratio subiecti theologiæ in se: de quo multæ ueritates necessariæ demonstrantur, immò si per talem respectum ad extra demonstrarẽtur huiusmodi ueritates: tales ueritates nullo modo essent necessariæ: sed contingentes.

Opi. Docto. de subiecto theologia in se &c.

¶Ibi Cõcedo igitur quartum membrum. Et sit pro conclusione Doc. quòd subiectum theologię in se respectu necessariorum est Deus sub ratione deitatis: siuè sub ratione, qua hæc essentia: uel sub ratione, qua hæc deitas, quæ idem important, quia sicut subiectum scientiæ (loquendo semper de subiecto habẽte unitatem specificam) est perfectissimum consideratum in illa scientia: ita,& ratio formalis talis subiecti debet esse perfectissima, &c.

Gregor. de Ari. nititur rationes de Sco soluere in prol. q. 4.

GREGORIVS de Arim. peritissimus sustinendo opi. Aegi. de Roma: quæ est quòd Deus sub ratione respectus ad extra: puta sub ratione glorificatoris est subiectum in theologia. Respõdet in prolo. q. 4. ad obiectiones quas Doc. facit cõtra op. Aegi. Et omnes responsiones stant in uno dicto: uidelicet, quòd cũ dico sub ratione glorificatoris: nihil re, uel ratione intelligitur addi ipsi Deo, quod sit contractiuum ipsius dei: quod sit subiectum theologiæ, sed per rationem specialem intendit ipsammet rationem ueritatis: quia secundùm omnem ueritatem de ipsa scibilem, nam non sic obijcitur alicui intellectui creato; sed intendit ipsam deitatem restrictam in ratione obiecti ad determinatum gradum ueritatum: quæ de ipsa sciri possunt. Et si Deus nõ absolutè sumptus: sed sub illa ratione cõtractus dicitur subiectum. Per illa enim aduerbia absolutè, & contractè non datur intelligi talis specialis ratio addita, hæc illæ. Et sic patet solutio ad argumenta Doc.

Responsio ad rationem Greg.

SED ISTA expositio non uidetur sufficere. Tum, quia multæ veritates necessariæ demonstrãt de Deo, & non sub ratione glorificatoris: ut quòd pater generat: uel quòd Spiritus Sanctus procedit a patre, & filio. Non. n. istæ ueritates demonstrantur de Deo, ut contracto in ratione glorificatoris. ¶Et cum dicit, quòd non consideratur ut subiectum theologiæ sub illa ratione, q . . omnes ueritates sunt scibiles de Deo: quia intellectus creatus sub illa ratione non potest ipsum cognoscere. Sed semper salua reuerentia tanti uiri hoc haberet probare: quòd intellectus be . . non possit sic eum cognoscere. Credo enim, qđ possit ipsum cognoscere sub omni rat one, qua omnis uer tas est scibilis de eo: ut habet aliunde probari: nec sequitur, quòd ex hoc comprenderet Deum: qui ad actum compre . . . requ . . itur aliud, quàm cognoscere ipsum, secundùm omnem modum cognoscendi: ut diffusè declarabo. ꝭ. d. 1. & Deo duce

in q.

in q. 14. quol. ¶ Verum est tamen, quòd rationes Doc. contra Egi. concludunt, si ratio glorificatoris dicat respectum additum, aliter non: sed an necessariò dicat respectum: diffusè habet pertractari. ĵ. d. 30. ¶ Item respondet ad rationes, quas facit Doc. probando, quòd Deus sub ratione deitatis sit subiectum. Et responsio sua stat in hoc, quòd non est de ratione subiecti uirtualiter: & per consequens ratio formalis subiecti non est ratio continendi virtualiter. Sed hæc materia de continentia virtuali diffusè est pertractata in exponendo articulum secundùm. ¶ Et addit, ꝙ etiam posito, ꝙ de ratione subiecti sit cõtinere virtualiter. Dicit, ꝙ hoc est verum, loquendo de subiecto scientiæ propriè dictæ: sed theologia non est scientia &c. Sed iudicio meo hæc responsio nõ euacuat: quia si theologia sit sapientia, prout est de æternis: tamen habet omnes conditiones scientiæ vt comparatur ad intellectum creatum: cum sit notitia certa, & euidẽs: & de obiecto necessario: & causata per discursum syllogisticum, vt patebit. ĵ. q. pen.

Responsio Greg.

Confutatio responsionis Grego.

Conditiones ueræ scientiæ.

AD PRIMAM quæstionem de theologia nostra. Pro intelligentia huius literæ, nota primo, ꝙ obiectum habitus uirtualiter continet illum habitũ: vt diffusè exposui in secundo artic. ¶ Secundo nota, ꝙ quando dicit Doc. ꝙ obiectum habitus, existentis in nobis, & habentis euidentiam ex tali obiecto: tale obiectum non tantum absolutè continet illum habitum uirtualiter: sed etiam, ut primo notũ intellectui, virtualiter continet. Et hoc potest habere duplicem sensum in hoc, quod dicit, quòd continet ut primo notum. Nam dupliciter est notitia obiecti scilicet habitualis, & actualis: & intelligo pro nunc notitiam habitualem principium productiuũ talis notitiæ. Exemplum, homo est præsens intellectui per speciem intelligibilem: tunc dicitur habitualiter notus: quia sicut habens habitum acquisitum ex frequẽtatis actibus faciliter potest exire in actum: sic habẽs speciem intelligibilem obiecti, statim potest causare cognitionem illius: quia illa species intelligibilis, & intellectus sunt duæ causæ partiales, integrantes unã totalem, respectu cognitionis abstractiuæ: ut patet ex dictis Doct. in primo d. 3 q. 8. & d. 17. & in secundo d. 3. q. ult. & expressè in quol. q. 13. art. 2. Et tale obiectum, uel præsens in se: uel in specie intelligibili dicitur pertinere ad memoriam, quæ nihil aliud est, nisi intellectus habens obiectum præsens: ut patet à Doc. in primo d. 2. 3. 6. 7. & alibi. Et talis memoria apud Doc. multotiens uocatur scientia, vel notitia habitualis: ut patet d. 2. 3. 6. 27. primi, & alibi. Notitia uerò actualis obiecti est cognitio actualis illius. Quando ergo Doc. dicit, quòd habitus (puta notitia actualis conclusionis, quia scitur hominem esse risibilem) est in aliquo intellectu, habens euidentiam ab obiecto: ita quòd non habet illam notitiam ex aliqua reuelatione, vel credulitate: tunc notitia talis obiecti uirtualiter continet notitiam conclusionis: sic intelligẽdo, quòd notitia habitualis obie[illegible]: puta species intelligibilis hominis existens, in intellectu F[illegible] quæ dicitur notitia habitualis: uirtualiter continet noti[illegible] tiam huius cõclusionis: ꝙ homo est risib[illegible]lis ut supr[illegible] exposui in arti. secundo. Vel si loquatur de notitia actuali obiecti: tunc oportet dicere ꝙ noti[illegible]ia act[illegible] illius obiecti [illegible]irtualiter continet notitiam cuiuscunq; conclusionis. Q[illegible] do ergo obiectum non est præs[illegible]ns intell[illegible]ui, hab[illegible] [illegible]abitum, nec in se, nec in specie intelligibili, uirtualiter cõtinet habitum: quia quantũ est ex se: si esset præsens intell[illegible]ctui, p[illegible] duceret [illegible] Item, vt causa partialis illum habitum. Cum uerò est præsens int[illegible]llectui: tunc [illegible]espec[illegible] [illegible]bitus po[illegible]st habere hanc duplicem primitatem [illegible]icet, ut p[illegible]imum virtualiter contentiuum: & [illegible] etiam pr[illegible]o notum. ¶ Secundo principaliter Doct. hoc applicat ad propositum de habitu theologiæ in nobis. Et dicit primo, quòd quamuis Deus sub ratione deitatis virtualiter contineat omnes veritates theologicas necessarias: quia quantum est ex se si esset perfectè præsens alicui intellectui: uel, ut causa totalis: uel, ut partialis, posset causare in intelle[illegible]u illo ueritates necessarias de ipso. Secundo dicit, quod Deus sub ratione deitatis non est notus intellectui nostro pro statu isto: & per consequens cognoscens hanc ueritatem necessariam. Deus est trinus, & unus, non est sibi euidens ex obiecto: cum non cognoscat illud distinct[illegible]: sed tantum, uel est sibi reuelata, uel credita alicui docẽti &c. ¶ Tertiò dicit, quòd theologia nostra respectu necessariorum: cum non sit euidens ex obiecto, non habet aliquod obiectum uirtualiter continens talem habitum illa duplici primitate: quæ requiritur ad habitum habentem euidentiam ex obiecto. ¶ Quarto dicit, quod si loquamur de primo obiecto habit[us] theologici in nobis, non ut habente hãc duplicem primitatem: sed de primo obiecto idest de primo noto, vel perfectissimo noto: dicit, quòd est ens infinitum, de quo, tanquam de perfectissimo noto nobis: demonstramus ueritates theologicas necessarias: non, quòd aliquo modo uirtualiter contineat eas: nec, ut in se absolutè: nec ut primo noto: quia solus Deus sub ratione deitatis sic continet, & sic patet litera Doc.

Notitia obiecti habitualis, & actualis.

Memoria secunda quid sit.

SED CIRCA dicta istius Doc. occurrunt aliquæ difficultates. Et primo contra hoc, quod dicit, quòd Deus sub ratione infiniti est subiectum theologiæ nostræ: accipiendo ipsum subiectum, non ut continens uirtualiter &c. sed ut primo notum nobis.

Difficultas.

CONTRA hoc arguit Ioan. Anglicus in prolo. q. 3. & arguit sic. Aut naturaliter cognoscimus conceptum infinitum de Deo: aut supernaturaliter: Non primo modo: quia ut sic non est subiectum in theologia nostra: sed theologiæ philosophorum. Si secundo modo, ergo ita bene potest cognosci Deus sub ratione deitatis: sicut conceptus entis infiniti, & sic Deus sub ratione deitatis erit magis subiectũ theologiæ nostræ, quàm sub ratione entis infiniti. ¶ Secundo arguit contra illud quod dicit Doct. quòd ens infinitum est primum notum nobis de Deo: aut enim intelligitur de primo noto secundùm quid nominis: aut secundùm quid rei. Si primum, cum in theologia nostra præsupponatur quid nominis Dei: sequitur, quòd Deus sub ratione deitatis erit subiectum in theologia nostra. Si secundo, modo, hoc est falsum: quia diffinitio infiniti in perfectione non est capibilis ab intellectu nostro: & hoc est contra naturam subiecti: quia cognitio quid nominis solum præsupponitur. ¶ Tertiò arguit sic. Illud est prius notum nobis de quo formatur quæstio, quàm illud quod quæritur: sed de Deo quærimus in theologia: vtrum sit infinitus in perfectione, & vigore: sed conceptus infiniti non est primus conceptus, sicut conceptus Dei, patet maior: quia in omni propositione prius concipimus subiectum, quàm prædicatum, quod de illo prædicamus: sed illud de quo quærimus est subiectum: quod quæritur est prædicatum: vt cum quæritur. vtrum Deus sit infinitus, hæc ille.

Ioan. Angli. Bacconis cõtra Doc primo arguit in prol. q. 1.

Secundo arguit.

Tertiò arguit.

PRO RESPONSIONE ad ista argumenta præmitto duo. Primum, quòd quando Docto. dicit, quod ens infinitum: siuè aliquod ens sub ratione infinitatis est subiectum theologiæ. Hoc dicit propter conceptum infinitatis: quia conceptus perfectior, qui po[illegible]it haberi pro statu isto (loquendo semper de lege communi: quia cer[illegible] est ꝙ Deus posset causare cognitionem deitatis distinctã a[illegible] act[illegible] [illegible] patet in secundo d. 3. quæst [illegible]) est cõceptus infinitatis: ut patet ab ipso in primo dist. 3. q. 1.

Declaratio ops. Gre.

Deus posset causare cognitionẽ distinctã deitatis.

Secundùm, quòd eo modo aliquid ponitur ratio subiecti illud est perfectius inter omnia quæ considerantur in tali scientia, ut patet. Nam sicut subiectum, vt verè continet virtualiter considerata in tali scientia, in se est perfectius ipsis consideratis, vt patet à Doct. præsenti. quæst. Sic illud, quòd ponitur subiectum, vel ratio subiecti in aliqua scientia, non habente euidentiam ex tali subiecto ponitur perfectius inter omnia considerata ab intellectu, habente huiusmodi scientiam: & patet: quia eo modo, quo ponitur ratio subiecti: eo modo per illam demonstrantur proprietates de subiecto: cuius est talis ratio. Sicut ergo ratio formalis continendi uirtualiter ueritates est medium demonstrandi proprietates de subiecto in scientia, habente euidentiam ex tali subiecto, vel ratione formali: sicut patet de ratione subiecti theologiæ in se: sic in scientia non habente euidentiam ex subiecto; sicut est theologia in nobis: ratio formalis subiecti talis scientiæ: & si non sit vera ratio continendi uirtualiter ueritates in tali scientia theologica consideratas: tamen erit nobis ratio demonstrandi huiusmodi ueritates: quia nobis nihil est notius, & perfectius, per quod possint demonstrari, quoniã ratio talis subiecti: ideo ipsa est ratio demonstrandi &c. Ex hoc infero cum ratio entis infiniti sit perfectior conceptus consideratus in theologia nostra non habente euidentiam ex subiecto: vt patuit supra à Doct. sequitur, quòd erit ratio demonstrandi veritates necessarias theologicas: quamuis non contineat eas primo uirtualiter, & illud, quod sic est ratio demonstrandi, est ratio formalis subiecti: sequitur, quòd infinitas intensiua erit ratio formalis subiecti theologiæ in nobis. Nihil enim est nobis notius, per quod possimus concludere de aliquo ente, quod sit trinum, & vnum; Sicut est infinitas intensiua talis entis: si tamen illud ens posset distinctè in se cognosci: entitas illa notior esset in demonstratione.

Ad primũ arg. Io. Anglici Bacconis.

¶ His præmissis respondeo ad argumenta magistri Io. Anglici. ¶ Ad primum potest dari vtrunque membrum: vt quòd naturaliter concludimus infinitatem de aliquo ente. Et cum dicit. Illud est subiectum scientiæ Philosophorum. Cum supportatione, hoc indiget probatione: quia subiectum in metaphysica est ens inquantum ens. nisi accipiatur subiectum pro nobiliori considerato in tali scientia: & sic ens infinitum est nobilissimum consideratum in scientia philosophorum. Et cum infertur ergo non est subiectum theologiæ nostræ, negatur consequentia. Et cum dicit, quòd theologia nostra est scientia supernaturalis, concedo, ergo, & cognitio subiecti theologiæ nostræ est supernaturalis? negatur consequentia: quia theologia nostra non est de terminis incomplexis: sed de propositionibus: vt patuit supra quæst. 1. ¶ Si arguatur sic per argumentum Doct. factum contra opi. primam de ratione formali subiecti: qui sic arguit in sententia. Cognoscens naturaliter rationem formalem alicuius subiecti, per illam naturaliter potest scire omnes ueritates in tali scientia, ergo si uia naturali possumus cognoscere rationem formalem subiecti theologiæ nostræ: sequitur, quòd possumus cognoscere naturaliter veritates consideratas in theologia nostra: quod est [illegible] sum. ¶ Dico, quòd hoc verum esset, si tale subiectum contineret [illegible]rtualiter huiusmodi ver[illegible]tes: & vt sic es[illegible]et [illegible]otum nobis: vt patet a Doct. vbi supra & potest elici ex dictis ipsius in quæst. 1. prologi, & distinc. 3. quæst. 1. primi. Sed in proposito ratio formalis subiecti theologiæ nostræ, vt nostræ: non est ratio co[illegible]tinendi v[illegible]liter veritates theologicas vt dixi. ¶ Si dicatur. Si per rationem infinitatis demo[illegible]stro Deum esse trinum, & vnum;

Henricus in sua summa existimauit subiectũ huius scientiæ esse Deum sub ratione infiniti. Sed dicit quis, Scotus sic tenet, respondetur, q Scotus non sic uniuersaliter loquens fuit ut Henricus de subiecto, quia Henricus de theologia [illegible] & [illegible] nobis posuit Deũ sub ratione infinitatis Scotus uero loquedo de theologia in se, posuit Deum esse subiectũ [illegible] ratione deitatis sed de theologia in nobis posuit Deũ sub ratione infinitatis.

vel aliquod ens esse trinum, & vnum: quare philosophi qui perfectius hoc cognouerunt non potuerunt demonstrare huiusmodi infinitatem? ¶ Dico, quòd nec etiam nos absolute possumus demonstrare talem ueritatem per rationem infinitatis: sed habita reuelatione huius: quòd Deus est trinus, & unus: si uolumus alicui fideli hoc persuadere nihil notius est nobis ad hoc persuadendum, quã infinitas intensiua talis entis: ita quòd demonstratio trinitatis per rationem infiniti tantum ualeret credenti articulis fidei: sed puro philosopho nihil valeret: sed diceret quòd omnino repugnaret tali naturæ esse formaliter in tribus suppositis. ¶ Si etiam detur secundùm membrum videlicet, quòd cognitio entis infiniti sit supernaturalis: adhuc non sequitur, quòd dicit: quòd ita bene posset cognosci Deus sub ratione deitatis: & sic esse subiectum theologiæ nostræ. ¶ Dico quòd si aliquis intellectus haberet cognitionem distinctam supernaturalem ipsius deitatis: quòd theologia in tali intellectu haberet Deum sub ratione deitatis pro subiecto: ut patet à Doct. respondendo ad secundam quæst. Sed quia de communi lege non traditur cognitio supernaturalis distincta ipsius deitatis: & per consequens non erit ratio formalis subiecti theologiæ nostræ: & quia perfectissimus conceptus, quem possumus habere de aliquo ente uia naturali: siue etiam uia supernaturali: loquendo semper de communi lege: est conceptus entis infiniti: ideo magis per huiusmodi infinitatem cognitam demonstramus ueritates theologicas, quàm per rationem deitatis in se: cum illa sit nobis ignota. Concludimus enim multa de Deo per rationem infinitatis, Quia si quæratur, quare est trinus & vnus? quia infinitus: quare est necesse esse? quia infinitus quare omnipotens? siue loquendo de omnipotentia mediatè siue immediatè, de qua Doct. 7. quæst. quolib. quia infinitus, & non quia Deus. ¶ Si dicatur. An ens infinitum, siue entitas infinita distinctè cognoscatur, an confuse? non distinctè: vt patet: si confusè, ergo non erit ratio demonstrandi: uel si sic: sequitur, quòd ita bene Deus confusè cognitus erit ratio demonstrandi veritates theologicas in theologia nostra. Dico, quòd loquendo de entitate formaliter infinita in particulari: quòd non potest distinctè cognosci uia naturali: nec etiam uia supernaturali de communi lege: quia sic cognosceretur deitas distinctè: quia sola deitas est entitas formaliter infinita. Si verò in communi: puta, quòd sit aliquod ens infinitum: sic potest cognosci confusè. Et cum dicitur, ergo Deus ita confusè cognitus potest esse subiectum. Dico, quòd non sequitur: quia cognitio entis infiniti uidetur terminari ad perfectiorem conceptum: & hoc quo ad nos: quàm cognitio confusa ipsius Dei, & ideo ens infinitum erit magis subiectum in theologia nostra quàm Deus sub ratione deitatis: & sic patet responsio ad primum argumentum. ¶ Ad secundùm argumentum cum dicit de primo noto de Deo: aut illud ens infinitum est primo notum secundùm quid nominis: aut secundùm quid rei. Dico, quod secundùm quid nominis. Et cum infertur, quòd ita Deus est ita notus nobis: vel saltem ita potest esse. Dico primo, quòd cum Deus non habeat diffinitionem nisi secundùm quid nominis. Non sequitur, quòd de communi lege ita possit esse notus nobis sicut ens infinitum. Sed posito, quod ita possit esse notus nobis: non tamen sequitur quod sit ratio formalis subiecti theologiæ nostræ: quia per ens infinitum perfectior conceptus innotescit nobis, quàm per ipsum Deum, sic notum

Conceptus infiniti est perfectior quẽ possumus habere pro statu isto de quo cunq ente.

Ad secundũ arg.

secun-

secundum quid nominis. Et quia cocceptus perfectior in theologia nostra est nobis ratio euidentior demonstrandi veritates theologicas in theologia nostra (vt supra diffusè exposui) ideo conceptus entis infiniti erit magis ratio formalis subiecti theologiæ nostræ: quàm conceptus ipsius Dei distinctè cogniti. Et sic patet respōsio ad argumenta istius Doct. quam

Ad tertium arg.

responsionem bene nota. ¶ Ad tertium: cum dicit, q illud est prius notum de quo quæritur, quàm illud quod quæritur.cum ergo ens infinitum in theologia nostra quæritur de Deo:quia quærimus, an Deus sit ens infinitum, ergo Deus de quo quæritur erit prius notum in theologia nostra. ¶Respondeo quòd aliud est loqui de subiecto scientiæ:& aliud de ratione formali illius.Et sic concedo quòd Deus est primo notū in theologia nostra: & sic concedo quòd est subiectū. Sed quærendo de ratione formali ipsius subiecti.Dico quòd est entitas infinita.Nō quęritur ergo in theologia nostra ens infinitum de Deo,vt aliquid demonstrabile de ipso,cum non sit demonstrabile in theologia nostra.sed si quæritur,vt ratio formalis illius, vel vt ratio perfectissima ipsius Dei. Sicut etiam quærimus,an homo sit animal rationale:nōn quærimus vt aliquid verè demonstrabile propter quid de ipso homine.Secundo dico,quòd etiam in theologia nostra non propriè quærimus.An Deus sit ens infinitum: sed magis quærimus.An illud ens,quod nominamus Deum:quod tamen est nobis ignotum in particulari sit infinitum:&non quæritur infinitas, vt demonstrabilis propter quid de ipso:sed magis quæritur an alicui entitati, quam nominamus Deum conuenit infinitas intensiua:& sic patet responsio.

NVNC AVTEM videndum est. Hic Doct. tractat de subiecto theologiæ respectu veritatum cōtingentium: & littera satis clara est. Et primo dicit, q veritates contingentes non continentur virtualiter in aliquo subiecto:quia cōtinentia uirtualis subiecti, de qua in proposito loquimur habet necessariam habitudinem ad virtualiter contentum. Nam subiectū virtualiter continens demonstrabile de ipso in duplici habitudine se habet ad illud:ut in habitudine recepriui, & in habitudine efficientis de necessitate: vt patebit à Doc. infra. Sed prædicatum, quod potest contingenter inesse subiecto non de necessitate producitur ad aliud subiectum. Secundò dicit, quòd inter propositiones cōtingentes est ordo:ita quod vna est prima,loquendo semper de contingentibus,ad eandem materiam pertinentibus: vt hæc erit prima coutingens: Deus vult Franciscum saluum fore, ex qua sequuntur multæ aliæ contingentes: videlicet,ergo vult ipsum esse in gratia, & similiter, ergo vult ipsum mereri. Similiter in alia materia. Hæc erit prima contingens,verbum est incarnatum ergo natum: verberatum, passum, & huiusmodi. ¶Tertio dicit, ibi. Dicitur autem primum subiectum primæ veritatis contingentis: quod visum, vt tale natum est primo videri coniungi cum prædicato illo. Exemplum. Si quis intuitiuè videret Deum in ordine ad hæc prædicata:puta velle prædestinare Franciscum:velle dare gratiam: velle mereri: velle ipsum actu glorificare: statim esset sibi notum: quod velle ipsum prædestinare: esset immediatius ipsi Deo, quam prædicata sequentia: quia alia prædicata præsupponunt hoc prædicatum: & ideo in ista materia, hæc esset prima contingens. Deus vult Franciscum prædestinare. Nam ordinatè volens: prius vult finem alicui, quàm velit media ad finem, & sic prius vult homini beatitudinem, quàm media ad consequutionem ipsius: ut patet à Doct. in isto primo distinc.41. & in secundo dist. 7. quæst. 3. & in secundo distinc.20.q.2. & alibi. Et nota quod dicit Doct. intuitiuè: quia propositio contingens semper

Contingentes veritates nō continentur in aliquo sub iecto.

Vide Franciscum & May ronis distinc. 2.q.6 huius primi, ipse ibi mirabiliter tenet opinionē Scoti.

Quæcunque abstrahunt ab existētia

est respectu prædicati contingenter existentis. Nam quæcunque abstrahunt ab existentia non sunt propriè contingentia, & ideo si intellectus meus nunc abstractiuè cognosceret parietem, & albedinem: nesciret tamen an paries sit albus: nisi actu uideret unionem albedinis ad subiectum: quod non potest esse sine intuitiua cognitione. ¶Quarto dicit ibi. Ex his ad propositum scilicet, quòd diuina essentia est primum subiectum theologiæ,contingentis:quia omnes conclusiones contingentes demonstrabiles resoluuntur in aliquas propositiones contingentes primas,& prædicata earum primò insunt deitati. Quomodo autem demonstrentur patet: quia sicut à fine sumuntur principia practica: & conclusiones,& multa alia,quæ sequuntur: ut patebit in quæst. de praxi. sic per hoc,quòd uidemus Deum uelle finem ultimum:puta Ioanni.statim concludimus ipsum velle tale, & tale medium ad illum finem acquirendum, non quòd necessariò concludamus hoc, quia tunc si Deus uellet mihi beatitudinem, sequeretur, quòd necessario uellet mihi dare gratias: & necessario vellet me mereri:quod est falsum:patet, quia posset absolutè me beatificare sine gratia,& sine merito: ut patet à Doct.in primo distinc.17.& in secundo distinc. 5.quæst.2. Posito ergo quòd uoluntas diuina uelit dare beatitudinem,mediante gratia,& merito: concludimus ex fine illo necessitatem gratiæ, & meriti: necessitatem dico consequentię non consequentis. Et cum dicit parum infra,quòd eo modo est subiectum theologiæ contingentium, quo est subiectum necessariorum. Dico,non debet intelligi quantum ad cōtinentiam uirtualem: quia tantum respectu necessariorum est sic subiectum,& non contingentium: sed quantum ad hoc est simile,quòd sicut de Deo, per rationem deitatis demonstrantur ueritates necessariæ: ita de Deo per rationem deitatis demonstrantur veritates contingentes. Et addit parum infra quòd hoc est verum de theologia contingentium in intellectu Dei & beatorum: qui uident ipsam deitatem intuitiuè: & per consequens per rationem deitatis demonstrant omnes ueritates,tam contingentes, quàm necessarias. ¶Ibi nota totius theologiæ & cet. Hic in littera, quod dicit Doc.s.quòd uisio essentiæ diuinæ est sicut cognitio metaphysica entis, idest sicut cognitio entis in metaphysica terminatur ad ens tanquam ad terminum incomplexum, sic uisio deitatis terminatur ad deitatem,vt ad terminum incomplexum. Et addit,quòd beata visio non est theologia, quia scientia theologica tantum respicit complexa, licet talis visio sit supernaturalis,& pertineat ad cognitionem theologicam incomplexorum in theologia: nō tamen dicitur scientia theologica, quæ ut sic est respectu incomplexorum. ¶Ibi.subiectum uerò thēologiæ nostrę. Dicit Doct. quòd sicut Deus sub ratione entis finiti est subiectum theologię nostrę respectu necessariorum:quia ut tantum primò notum, & non ut uirtualiter continens:sicut diffusè supra exposuimus, sic sub ratione entis infiniti est subiectum theologiæ contingentium. Nam ueritates contingentes in theologia magis persuaderi possunt nobis per rationem entis infiniti: quàm per rationem deitatis abstractiuè, & confusè cognitæ: sicut supra exposuimus de veritatibus necessarijs. ¶Ibi. Contra hic arguit Doct. probando, quòd Deus sub ratione deitatis non sit subiectum theologiæ contingentium immo magis uerbum, quia illud ponitur subiectum contingentium, de quo primo uerificantur ueritates contingentes: sed de verbo omnes articuli reparationis nostrę immediatè uerificantur: patet de omnibus articulis, pertinentibus ad redemptionem ergo. Et quod dicit de veritatibus tam in se, quàm in intellectu diuino.

non sunt propriè contingentia.

Deus potest me beatificare absq; merito.

Visio essentię diuinæ est si cut cognitio metaphysica entis.

Idem est sub iectum theologię nostræ, & ipse, materialiter & non formaliter.

Exemplum veritas huius verbum est mortuum: hoc cognitum ab intellectu diuino dicitur ueritas in intellectu diuino: quia intellectus diuinus ab ęterno cognouit hoc cõtingens s quòd verbum est mortuum: veritas vero huius in se: est quãdo realiter verificatur de verbo: puta quãdo mors infuit in cruce. ¶ Ibi Respũdeo. Aliquod cõtingens potest dici primo de verbo, & aliquud de Spiritu Sancto, & aliquod de Deo trino. Exemplum primi. verbum est incarnatũ. Exemplum secundi Spiritus Sanctus apparuit in specie columbe, & missus fuit Apostolis in linguis igneis. Exemplum tertij. Deus creauit mũdum. Deus prædestinat. Deus glorificat: patet etiam de patre: quia vox patris audita est &c. Et sic tres personæ possunt dici quasi partes subiecti, & dicit quasi: quia ibi nõ est propriè pars: cum tale dicat imperfectionem: sed Deus ponitur subiectum: quia communis tribus personis. Aduerte tamen cum dicit hic quasi pars: contradicit sibi in hoc quòd dicit 1.d.5.q.2. quòd in Deo nõ est pars nec quasi pars cum dicant imperfectionem: quia ibi loquitur de parte componente siuè quasi componente: & sic persona non est composita nec quasi composita: hic autem tantum loquitur de parte subiectiua. Si dicatur, quòd etiam illa dicit imperfectionem. Dico, quòd si esset pars, vel quasi pars naturæ diuisibilis, uel quasi diuisibilis esset ibi imperfectio: sed ponitur ibi quasi pars naturæ tantum communicabilis: & nullo modo nec verè, nec quasi diuisibilis.

Solutio apparentis contradictionis de quasi parte.

IBI EX PRAEDICTIS apparet improbatio illius opi. s. in prolo q.1. quæ ponit exemplum esse primum subiectum: & hoc probat, quia ad nullã sciẽtiam per se pertinet aliqua ueritas, nisi sit de subiecto primo: uel de parte eius subiectiua: uel integrali: uel essentiali: uel de aliquo ad subiectum essẽtialiter attributo. Exemplum in physica, vbi multæ veritates demonstrantur de subiecto primo: puta mobilitas de corpore mobili: & aliæ passiones quæ conuertuntur cum corpore naturali. Et multæ demonstrantur de materia, & forma, quæ sunt partes essentiales corporis naturalis: puta, quòd materia est subiectum generationis, vel quòd materia est perfectibilis primo à forma substãnali: similiter de forma: puta quòd det esse materię: puta esse formale: vel quòd sit principiũ rerũ naturaliũ: uel quòd sit terminus formalis generationis. Aliquæ etiam demonstrantur de partibus integralibus: puta, quòd pars integralis corporis physici: est ita indiuisibilis sicut, & totum corpus: & est ita composita ex materia & forma, sicut totum cõpositum: & quòd includat quantitatem & huiusmodi. De partibus ẽt subiectiuis patet quia multę ueritates demonstrantur de elementis, & mixtis &c. De his ẽt, quæ habent essentialem attributionem ad corpus naturale, quæ tamen non sunt nec partes essentiales: nec integrales: nec subiectiuæ illius: multæ ueritates demonstrantur: ut patet de motu: transmutatione: & de multis alijs. Sed in proposito: Si Christus esset subiectum theologiæ: illa de quibus demonstrantur multæ veritates theologicæ: vel essent partes subiectiuæ: vel essentiales: vel integrales Christi: uel haberent ordinem essentialem attributionis ad Christum. Sed de patre demonstratur quòd generat filium: & de s.s. quòd procedit a patre, & filio. De patre ẽt demonstratur ista cõtingẽs. s. quòd creat per filiũ: & de. s.s. quòd tẽporaliter missus est, & tñ nec pater: nec. s.s. sunt partes Christi: nec subiectiuę: nec integrales: nec essentiales: ut patet nec habẽt essentialiter attributionem ad ipsum: quia tunc dependerent ab ipso: quod est impossibile: Et vltra sequeretur, quòd æternum haberet essentialẽ attributionem ad tpale pate., quia Christus, vt Christus includit naturã diuinã & humanã: & sic Christus ẽ Christus tñ ex tpe, & sic tpale esset prius essẽtialiter ęterno: quia qđ hẽt essentialiter attributionẽ ad aliud, est essentialiter posterius illo. Et aduerte, quòd Christus non solum non potest poni, vt subiectum specificũ continens virtualiter oẽs ueritates: quia patet hoc esse simpliciter impossibile: sed nec ẽt põt poni, ut subiectũ, quasi hñs unitatem genericam: de quo dixi supra quia tale subiectũ sic se hẽt: quòd oĩa cõtenta in tali sciẽtia: de quibus immediatè demõstrantur aliquę veritates, vel sunt partes subiectiuæ, uel essentiales, &c. vt supra & sic Doc. probat de utroq; subiecto. ¶ Ibi. Tũ quia Christus sm diuinitatem non hẽt aliquam talem prioritatẽ sm quã posset pr̃, uel trinitas attribui: patet, quia ubi est talis prioritas, & posterioritas: ibi est ordo essentialis: qualis non est in diuinis ad intra: quia dependens essentialiter est imperfectius &c. ¶ Cõtra ẽt istã opi. sunt duæ rõnes ultimæ de respectibus ad ex̃: quia uerbũ esse incarnatũ dicit tñ respectum rõnis: ut patebit in 3.d.1.q.1. & sic theologia, quæ esset de uerbo, sub tali respectu non esset realis: nec sic esset una p se scia: nec ẽt posset demõstrari aliqua ueritas necessaria: quia talis respectus inest tñ contingenter: hæc oĩa sunt exposita supra. ¶ Ibi. Contra idem est prima ratio posita ad solutionem primæ. q. quia ueritates necessarię de patre & de. s.s. & de trinitate impossibile est contineri virtualiter primo in Christo: quia si verbũ incarnatũ nõ fuisset, illæ ueritates necessariæ nihilominus fuissent. Aliæ rões sequentes sunt per se clarę in lra: ¶ Vt igitur dicendũ: quòd si totius medicinæ ponatur corpus humanum ut subiectum, de quo demõstrantur passiones primo: puta sanitas: tunc corpus inferius: puta corpus sanabile sanguineum, uel colericum nõ poterit poni pro subiecto primo, & adæquato: patet, quia sanitas in communi, nata est prius sciri de corpore sanabili in cõmuni. Si enim hoc totum corpus sanguineum sanum, ponatur subiectum adæquatum in medicina: tunc particulare esset subiectum magis adæquatum, quàm commune corpus. Tum etiam, quia tale includit aliquam passionem demonstrandam de corpore: quæ non potest esse ratio subiecti: patet quia sicut subiectum est prius natura passione: ita ratio formalis subiecti erit prior natura, si ergo passio poneretur rõ formalis subiecti: tunc idẽ esset prius seipso: patet quia ratio formalis subiecti est prior passione demonstrabili: & per consequens si passio poneretur rõ formalis. esset prior seipsa. Sequitur in litera ibi. Et breuiter quicquid diceretur de aliqua medicina, tradita scilicet quòd esset de tali particulari: & de ente per accidens: puta de corpore sanguineo sano: similiter esset impossibile primam scientiam de corpore hominis, esse primo de corpore hominis sanguineo: patet quia rõ corporis hominis in cõmuni est simpliciter prior ratione hominis sanguinei, & ideo esset aliqua scientia prima de corpore hominis in communi, quàm de corpore hominis sanguineo: sicut patet. Hoc idẽ dico de prima scientia theologica, quòd erit primo & adęquatè de aliquo alio, quàm de Christo, prius enim natum est sciri aliquid de verbu absolute, quàm de uerbo, vt incarnato: quia ab æterno, & ante omnem comparationem ad extra scitur uerbum gigni à patre: quia productio ad intra est necessario prior omni productione ad extra: tam simpliciter, quàm secundum quid: ut probat Doc. in 2.d.1.q.2. Similiter erit aliqua scientia simpliciter prior de patre, & de. s.s & de ipso Deo trino, & uno, quàm sit de ipsis sub aliquo respectu ad extra, & per cõseqnẽs cum Christus dicat duas naturas: ita quòd verbum dicit respectum passionis ex tempore ad naturã assumptã; de ipso non poterit esse simpliciter prima scientia ut patet, erit ergo theologia de Deo. ut de primo, & adęquato subiecto: ut ipse Deus est cõis tribus psonis, & tũc saluabit, quòd ois ueritas theologica, uel est de primo subiecto: puta quòd inest Deo p rõnẽ Dei, ut ista veritas, siuè proprietas: quòd est infinita bonitatis: uel quòd est com-

Opinio Seraphyci Bonauen. in prologo primi libri. q.1.

Verum Seraphycus Bonau. & alij quod tenent quod Christus sit subiectum in theologia possent sub sustinere opinionem, dicentes hac distinctione ut dicit Gabriel Biel. 9 q. prologi subiectũ potest capi tribus modis. Primo primi-tate cõtinentia. & est Christus cõtinens duas naturas. Tertiò primitate uniuersalitatis & concomitãtia, et sunt res, & signa.

Cõclusio de subiecto theologia vide D. Thomam prima parte summa q.1. artic. 7. tenentem opinionem Scoti.

communicabilis tribus: & breuiter omnis proprietas dicens perfectionem simpliciter, vel quasi de parte subiectiua primi subiecti: vt generare patri: generari filio: spirare patri, & filio: spirare. s. s. & multæ aliæ quæ insunt ratione personarum: vel erit de aliquo, quod attribuitur ad subiectum primum: puta de creatura, quæ attribuitur Deo, quantum ad respectum, quem habet ad Deum, ut Deus est: quia dependentia creaturæ terminatur ad Deum, ut Deus est: & de multis alijs: vel per attributionem ad quasi partem subiectiuam: vt patet de natura assumpta quantum ad respectum, quem habet ad verbum, terminans illum respectum: ut patebit in 3. d. 1. q. 1. & q. 19. quol.

Opinio Liconiensis.

ALITER tamen ponitur Christum esse subiectum primum. ¶ Hic Doc. recitat opi. Liconiensis in exameron: quæ ponit Christum esse subiectum theologiæ sub triplici respectu, siuè vnitate: prima ad patrem, & Spiritum Sanctum: secunda verbi ad naturam assumptam: tertia Christi capitatis ad membra, & per ista opi. videtur esse prima ratio ad primam. q. quæ est de continentia virtuali: & sic Christus quantum ad humanitatem continet septem articulos: & quantum ad naturam diuinam realiter continet alios pertinentes ad diuinitatem. Secundo arguitur: quia partes integrales, vel subiectiuæ theologiæ non continentur sub Deo: patet per glo. super Ose. d. quòd materia libri Oseę sunt 10. tribus quæ non sunt aliquid Dei. Tertio quia in aliquo libro scripturæ nihil de Deo narratur ergo.

Veritates contingentes in nullo subiecto virtualiter continentur.

¶ Respondeo primo, quòd veritates contingentes in nullo subiecto virtualiter continentur: vt supra patuit: habent tamen aliquod subiectum de quo immediatè enunciantur. Et primo illud est verbum: loquendo de veritatibus pertinentibus ad humanitatē. Nam veritates theologicæ de incarnatione: passione: natiuitate: sunt istę. verbum est factum homo, verbū est homo natus, verbum est homo passus, cum dicis passio inhæret secundùm naturam humanitatis. Respōdeo humanitas non est ratio primi subiecti ad quod stet vltima resolutio: sed est quasi passio prior medians inter verbum, & alias passiones, vt natus: & huiusmodi. patet enim quòd humanitas non potest esse ratio subiecti respectu passionis primæ, quæ est esse incarnatum: quia aliud dicitur de verbo nō præintellecta humanitate in ipso, ut in subiecto: patet quia, & si in eodem instanti assumpserit totum, & partes simul: vt patet in tertio d. 2. tamen sicut partes intelliguntur esse in toto: sic etiam quasi prius quodammodo intelligitur assumere partes quam totum: ut patet in tertio, vbi supra, & quia caro est prior humanitate: ideo quasi prius, verbū dicitur esse incarnatū, quàm habere humanitatem: licet simul omnia assumpserit: vt patet in tertio vbi suprà sicut etiam dicimus, quòd Ioannes primus intelligitur esse ens. deinde substātia: & sic descendēdo, sic in proposito. Vel aliter secundū aliquos posset dici: licet fortè nō ita ad sensum literę, potest ergo etiam sic intelligi quantum ad vnionem: quia prius intelligitur vnionem terminari ad verbū, quàm humanitas intelligatur ibi. Vnio enim illa causatur immediate à Deo, & fundatur in humanitate, & terminatur ad verbum. Si ergo verbū dicatur incarnatum: quia terminat talem vnionem: tunc erit prius incarnatum quàm intelligatur humanitatē prædicari de illo. Prius. n. intelligitur vnio albedinis ad subiectum q̄ intelligatur albedinē prædicari de subiecto, nec diceremus subiectū terminare vnionē albedinis, ratione ipsius albedinis: cū prius intelligatur vnionē illā terminari, quàm intelligamus albedinem esse in subiecto ut in subiecto. i. quā prius denominet subiectum. Sic dico in proposito: q verbum prius intelligitur terminare vnionem naturæ humanæ q̄ vnione

Humanitas non est ratio primi subiecti.

dicatur simpliciter incarnatum: & q̄ intelligatur humanitas in illo, vt in subiecto. i. vt denominās suo modo subiectum. Non enim est ibi, ut accidens in subiecto cum non informet verbum: nec aliquo mō perficiat: ut patet à Doc. in 3. d. 1. q. 1. sed dicitur prædicari de verbo denominatiuè vt prædicatio denominatiua distinguitur cōtra quidditatiuā: non vt distinguitur p̄ substantialem, qua dicimus vnā substantiā prædicari de alia: licet una non sit de essentia alterius. vide Sco. in 3. d. 7. q. 1. ¶ Ibi. Ad secundùm dico: q sufficeret scientiæ subiectorum partialium attributio ad primum subiectū, qualis attributio potest saluari respectu cuiuscunque materiæ assignatæ per illas glosas. Aliter tamen potest dici, quòd materia cuiuslibet libri est Deus: de quo ibi narratur: quomodo genus humanū gubernauerit: sed gens gubernata est materia remota: & ita intelligendæ sunt glo. tales. Per idē patet ad tertium: quia licet sit aliquis liber nullū continens miraculum: tamen quilibet continet gubernationem & prouidētiam Dei circa hominem in communi, vel determinatam gentem &c.

Homo prædicatur à Deo denominatiuè.

Materia cuiuslibet libri est Deus.

Responsio ad argumenta principalia.

NVNC respondendum est ad argumenta principalia primæ q. de subiecto theologiæ. Prima ratio stat in hoc: quia forma simplex subiectum esse nō potest. per Boe. primo de tri. sed Deus est forma simplicissima: vt patebit. 3. d. 8. ergo. Respondet Doc. quòd auctoritas Boe. est vera de subiecto accidentis, siuè inhæsionis, tale. n. subiectum nō est simplex. Si dicatur, q anima est subiectum ēt accidentium spiritualiū: & tamen est forma simplex. Dico q summe simplex nec est in se compositū, nec alteri cōponibile. sicut ex subiecto & accidente fit vnum cōpositum per accidens: licet forte posset etiā aliter exponi: sed hoc sufficit p nunc. Certum est autem, q subiectū considerationis potest esse etiā summè simplex, quia tale nihil includit pertinens ad cōpositionē. ¶ Secūdo arguitur: quia subiectū sciētię est efficiens scientiā: (vt supra patuit) & ex alia parte si ponitur subiectū habet rōnem materiæ: quia rationē receptiui proprietatis demonstrabilis: sed idem numero nō pōt esse materia & efficiēs: vt patet per philosophum secūdo phi. t. c. 70. vbi vult q multotiens forma, & efficiens, & finis coincidāt in idem: sed materia cum nullo istorū coincidit ergo. ¶ Rn̄det Doc. q philosophus intelligit de materia ex qua fit res naturalis: ut patet ibi: cū dicit in principio illius tex. Quoniam aūt causę quatuor sunt de omnibus physico cognoscere &c. & sic verum est, q materia talis nullo mō est efficiēs: nec finis: nec forma: sed non loquitur de materia in qua: qu. s. est receptiua accidentis: quia talis est vltimatè substantia: cū accidēs nō recipiatur immediatè in materia: vt alias patebit: & multotiens subiectū accidētis erit cā efficiens accidentis: vt patet de substantia ignis, quæ est immediata causa caloris sui: ut patebit a Doc. in quarto. d. 13. materia ēt: circa quā est aliqua scientia: potest esse causa efficiens alicuius puta passionis demonstrabilis de illa. ¶ Nota tn̄ quod dicit de subiecto sciētiæ. Hic Doc. vult expresśe, q subiectū scientiæ dicatur subiectū in rōne causæ efficientis. i. q subiectū scientiæ est cā effectiua, saltem partialis notitiæ conclusionis demōstrabilis. sustinendo, q entitas subiecti sit cā effectiua sciētiæ. Vel si dicatur (ut supra exposui) q notitia subiecti est cā effectiua notitię conclusionis demōstrabilis: remota tn̄: quia notitia principiorū est immediatè cā. Et sic hac uia de notitia subiecti magis saluatur subiectū logicæ: quia certū est, q sillogismus qui ponitur subiectum logicæ à Doc. ut patet in vniuersalibus: nō continet uirtualiter notitiā conclusionis demōstrabilis: patet quia ens rōnis nō pōt esse causa effectiua, nec totalis, nec partialis alicuius scientiæ, quæ est qualitas absoluta: vt diffuse patet à Doc. q. 13. quol. & d. 14. Si tn̄ diceretur, q notitia syllogismi cōtinet remotè vir-

Quomodo materia, & efficiēs coincidunt.

Syllogismus est subiectū adæquationis logicæ.

tualiter notitiam conclusionis demonstrabilis in logica, vt notitiam huius: quod syllogismus habet tres terminos. Sed tunc esset quæstio de notitia subiecti logicæ: sed quia non est præsentis speculationis, alias dicetur. Dicit tamen Doc. quod per quandam similitudinem potest dici materia: & litera satis clara est. Dicitur enim subiectum scientiæ materia propter quandam similitudinem ad factionem vbi simul concurrunt ratio obiecti circa quod: & ratio materiæ susceptiuæ: quia factio est actus transiens extra, idest quòd terminatur ad aliquod productum: quod non recipitur in ipso faciente: sed recipitur in materia extra: ut patet de faciente domum: vbi forma domus est in materia extra: sed nõ est sic de actu proprio, sciẽtiæ: quia actus est actualis notitia conclusionis scientiæ: dicitur tamẽ transire: quia non terminatur in se: sed ad obiectũ circa quod est: manet.n. in sciẽte. Si dicatur. Nõne factio est subiectiuè in faciente, & terminatur ad materiam extra: quia per ipsã acquiritur aliquid in materia extra: ut patet de forma domus. Productin uerò respectus, quæ terminatur ad actum intelligẽdi productũ dicitur actio immanens: quia intellectio producta recipitur ipso producente: quia tamen talis intellectio terminatur ad obiectum, tunc tale obiectum potest dici materia circa quam. ¶Ad tertiam rationem. ibi. Ad illud de primo poste. Tertio principaliter arguitur: quia subiectum scientiæ habet partes: principia, & passiones, vt patet primo poste. t.c.43. una (inquit) scientia est, quæ est vnius generis, quæcunque ex primis. s. principijs componitur, & partes, & aut passiones horum sunt per se. hæc ille. Sed Deus non habet partes, nec integrales: nec subiectiuas (ut patet) nec principia: quia non diffinitur: immo est simpliciter primum principium, ut ĩ. patebit d. 2. parte 1. q. 1. nec passiones cum tales sint extra essentiam subiecti: in Deo autem nihil est extra suam essentiam. ¶Respõdet Doc. quod philosophus loquitur de subiecto scientiæ naturaliter inuentæ: quia tale propriè habet partes subiectiuas. Est enim scientia secũdùm ipsum de vniuersalibus primo, & per se: licet de singularibus sit per se, & non primo: habet etiam principia supple intrinseca, cum tale sit verè diffinibile, & passiones primo, & per se de ipso demonstrabiles. Et hoc modo quantum ad duas primas conditiones non ponitur Deus subiectum (ut patet) quia, & si Deus sit communicabilis pluribus personis: non tamen est diuisibilis in illis: quia tunc ibi essent tres naturæ diuinæ: nec propriè diffitubilis: ut patebit. ĩ. d. 8. q. 2. & in quol. q. 1. posset tamen dici, quòd personæ diuinæ sunt quasi partes subiectiuæ, & hoc intellige: ut supra exposui. Quod autem additur de passionibus, quòd ibi non sit passio dicunt aliqui. Gul. Varro. li. 1. d. 2. ar. 1. & 2. quòd attributa sunt quasi passiones huius essentiæ. Sed hoc non ualet: quia consideratio attributorũ à nobis naturaliter intelligibilium, est consideratio metaphysica, & non theologica. Nam quod dicimus illud, quod nominamus Deum est summè sapiens, summè bonum, & huiusmodi potest à uerò metaphysico sciri: & sic talia attributa dicuntur proprietates demonstrabiles de deitate à metaphysico. Et addit: nisi sint aliqua attributa per se tantum conuenientia huic essentiæ, ut hæc: & non, ut à nobis nunc naturaliter intelligitur confusè. Fortè sunt multæ proprietates, quæ tantum sunt natæ cognosci per rationem deitatis distinctè cognitæ, ut hæc deitas: & tales proprietates possunt dici quasi passiones demõstrabiles, quæ tamen proprietates non cognoscuntur de deitate, ut confusè cognita: ut puta, ut cognoscitur inquãtum ens, uel inquantum est aliquod ens summum, & huiusmodi: sed inquãtum est in hac essentia. ¶Ibi. Qd autem accipitur: quod passio est est extra essentiam subiecti. Dicit, quòd hoc uerum est, ubi passio est realiter causata à subiecto &c. Hic multi uolunt intelligere, quod mẽs Doc. fuerit: quòd in creaturis passio est realiter causata à subiecto: & ex hoc quòd sit realiter distincta à subiecto: cuius oppositum expressè tenet Doct. quòd sit realiter distincta à subiecto. Aliqui tamen faciunt magnam differentiam inter distinctionem essentialem, & realem: concedentes; quòd licet passio distinguatur realiter à subiecto non tñ essentialiter: & sic intelligendo subiectum non potest separari à passione. Sed quicquid sit in secundo arti. exposui, quomodo subiectum est causa passionis, vide ibi. Multi tamen Parisijs accipiunt notitiam passionis pro passione: supplè, quòd notitia passionis est realiter causata a subiecto: & sic realiter distincta: ipsa tamẽ passio non est realiter causata. ¶Sed postea esset difficultas; quia dicit Doc. quòd illud, quod habet rationem passionis in diuinis, nõ est realiter causatum, quod non potest intelligi de notitia illius: quia in intellectu beato talis notitia est realiter causata: nisi dicatur quod in intellectu diuino nõ est realiter causata: sic exponendo, quòd notitia illius, vt habet rationem passionis in diuinis, respectu intellectus diuini nõ est realiter causata: quia est simpliciter idem, quòd essentia diuina realiter & essẽtialiter: ut patet à Doc. ĩ. d. 2. ¶Ibi. Quod tertio dicitur. Nota hanc responsionẽ: quia dicit Doct. quòd non est necesse subiectum habere principia intrinseca: per quæ demonstrentur passiones de ipso: sicut de homine demonstratur risibilitas per diffinitionem ipsius, quæ est principium intrinsecum ipsius hominis: sed sufficit, quòd tale subiectum sit principium suo modo effectiuum passionis demonstrabilis: & sic ex ratione talis subiecti (licet nullo modo ex parte rei distincta à subiecto) possum demonstrare passiones de ipso: vt patet de ente respectu suarum passionum. ¶Ibi. Secunda uia est ostendere, quòd aliud est hic subiectum, non ergo Deus, antecedens probatur; primò per Aug. de doctrina Christiana. Omnis doctrina est rerum, vel signorum, ergo res, vel signum est hic subiectum. Secundo. Scriptura habet quatuor sensus: sed cuilibet sensui correspondet aliquod subiectum primum. ergo quatuor subiecta prima. ¶Respondet Doc. ad Aug. quòd loquitur de materia remota scientiæ: sicut dicimus, quòd physica ex quo est scientia realis, quòd erit de rebus: sed postea specificatur de quibus rebus: & tandem erit de rebus naturalibus: & sic erit de aliquo primo cui omnes res naturales habent attributionem. Sic in proposito theologia cum sit scientia realis, erit, vel de reebus significatis: vel de ipsis signis significantibus res: sed post quæritur de quibus rebus, erit de diuinis: & per consequens de aliquo primo: cui omnia in tali scientia considerata habent attributionem aliquo modo: & tale primum erit Deus. ¶Ad secundùm dicit: quòd licet aliqua pars scripturæ habeat quatuor sensus: tamen tota scriptura habet omnes sensus istos pro literali: quia quicunque sensus in vna parte scripturæ non est literalis: in alia parte erit literalis: quia sensus moralis in vna parte scripturæ erit ille sensus ad literam in alia parte. sicut cum dicitur Lu. quintodecimo abijt in regionem longinquam: moraliter idest recessit per peccatum a gratia Dei: siuè à salute animæ: hic sensus moralis, erit literalis in alio loco scripturæ: puta in isto. Longè à peccatoribus salus, & sic de alijs. ¶Tertiò arguitur auctoritate Commen. s. Eustrachij super primo ethi. in prolo. qui vult, quòd scientia moralis sit de homine, quo ad animam: & medicinalis, de homine, quo ad corpus. Tunc sic. Sciẽtia practica habet pro subiecto primo illud cui acgritur finis sciẽtiæ practicæ. cũ

ergo

Subiectum scientiæ unde dicatur.

Personæ diuinæ possunt esse partes subiectiuæ Theologiæ, non compositiuæ, nec integrales. & sic intelligitur Scotus.

Passio est extra essentiã subiecti non realiter, sed formaliter.

Exemplum de multiplici sensu scriptura sacra reducibili ad unum.

ergo finis scientię moralis qui est fęlicitas naturalis acquiratur homini, quo ad animã, ipsa anima erit subiectũ moralis scientię, & similiter finis medicinę: qui est sanitas acquiritur hoi, quo ad corpus. ipse hõ, quo ad corpus erit subiectum medicinę. Sic dico in proposito, cũ theologia sit scientia practica (ut patebit. j.q.ul. prologi & d. 38.) & finis illius, qui est clara visio Dei, & eiusdem fruitio acquiratur homini, quo ad animam. sequitur, quòd homo, quo ad animam erit subiectum theologiæ. ¶Ibi. Item aliter, & redit quasi in idem. finis scientiæ est per actum suum attingere obiectum primum inducẽdo in ipsum formã principaliter intentã à scientia. puta in speculatiua inducere in subiectum esse cognitum: quia cognitio ibi intenditur, habitus enim scientificus inclinat principaliter ad cognitionem obiecti, ut per ipsã attingatur obiectum quod tunc attingitur cum habet esse cognitum. Et finis scientiæ practicæ est inducere formam: ad quam ordinatur eius praxis: quæ est bonitas moralis: quæ in theologia principaliter intẽditur ut inducatur in homine quo ad animã. ¶Respõdet Doc & respõsio stat in hoc: q ideo hoc est subiectum scientiæ moralis: quia virtualiter continet quo ad animam omnes ueritates in illa contentas. nã per rationem animæ concluditur talis finis moralis sciẽtiæ cõuenire homini: puta fęlicitas naturalis: & habita cognitione finis: per animam concludũtur omnia media ad illum finem: cuiusmodi sunt virtutes morales, quæ ordinantur ad fęlicitatem naturalem, vt ad finem: & sic per rationem formalem animæ concludimus, & finem sic natum conuenire homini: & omnia ad illum finem ordinata. Et hoc magis patebit in q. de praxi. Cum ergo per rationem formalẽ animæ non possit concludi vltimum finem theologiæ conuenire homini: quia tunc via naturali cognosceretur vltimus finis hominis cuius oppositum probatũ est q. 1. prologi. sequitur, q homo nõ erit subiectũ theologiæ. immo si poneretur subiectum, contineret virtualiter ultimum finem theologiæ, non tantum quo ad cognitionem illius: sed etiam quo ad entitatem: vt j patebit d. 3 q. 1. & d. 8. q 2 ¶Ibi secundo. Sic homo est finis &c. Hic intẽdit ꝓbare, q magis Deus sit subiectum theologiæ quia finis ultimus. patet a simili: quia homo ut finis ultimus scientiæ moralis ponitur subiectum eius quo ad animam: patet, quia amor concupiscentiæ præsupponit amorem amicitiæ, ut finem, ad quem ordinatur: ut magis patebit in secundo d. 6. q. 2 cum ergo fęlicitas naturalis ametur amore concupiscentiæ: patet quia propter hominem amatum amore amicitiæ. sequitur, quòd homo sic amatus erit ultimus finis moralis scientiæ: & sic subiectum eius, cum ergo Deus sit simpliciter ultimus finis theologiæ cum sit tantum amabilis propter se: immo repugnat formaliter esse amabile propter aliud: ut probat Doct. in quarto d. 49. & omnia in theologia considerata sint tantum propter ipsum diligibilie, sequitur ex ista ratione, quòd erit magis subiectum theologiæ. ¶Ad aliud patet: quia illa propositio est falsa scilicet, quòd finis scientiæ est inducere formam &c. Finis enim propriæ scientiæ est tantum attingere obiectum illius scientiæ per actum suum, q nihil aliud est, nisi actum scientiæ terminari ad tale obiectum. &c.

Quod sit finis scientiæ practicæ.

Homo nõ potest esse subiectũ Theologiæ.

Quid sit finis proprie scientiæ.

SOLVM oritur una difficultas in hoc quod dicit in responsione: quòd anima hominis uirtualiter cõtinet rationem fęlicitatis naturalis: quia si sic: cum talis fęlicitas consistat in speculatione primæ substantiæ separatæ: ut uult Arist. 10. ethi. Sequitur, quod virtualiter continebit talem speculationem. & sic: sequitur ultra, quòd uirtualiter continebit entitatem primæ substantiæ separatæ: & consequentia ultima patet à Doc. in primo d. 3. & in secundo. d. 3. in materia de cognitione angelorum, & subtiliter hoc probat in quol. q 14 Sed hoc est impossibile, quòd uirtualiter contineat huiusmodi entitatem, ut ipse probat in locis prællegatis.

Difficultas

RESPONDEO, quòd eo modo, quo uirtualiter anima intellectiua continet cognitionẽ substantiæ separatę: eo modo continet entitatem illius substantiæ: sed tantum virtualiter, uel essentialiter cõtinet cognitionem substantiæ separatæ, quantum ad conceptus communes sibi. & nobis: & sic uirtualiter, vel essentialiter continet huiusmodi conceptus. De prima enim substantia (ut in d. 3. declarabitur: & partum declaratum est supra q. 1) non cognoscuntur aliquæ proprietates de ipsa: sed tantum cognoscitur, q est aliquod ens infinitum: aliqua causa prima, & huiusmodi ¶ Secundò dico, quòd animam virtualiter cõtinere fęlicitatem naturalem potest dupliciter intelligi. Primo, quòd per rationem animæ potest concludi, quòd talis fęlicitas: puta speculatio substãtiæ separatæ nata est inesse animæ intellectiuę, ut ultima fęlicitas naturalis ipsius. Secundò, quòd uirtute naturali possit peruenire ad huiusmodi fęlicitatem: & vterq; sensus est verus.

Responsio.

Animã virtualiter continere felicitatem naturalẽ potest dupliciter intelligi.

Quæstio Prima Lateralis.

Vtrum theologia sit de Deo sub aliqua ratione speciali.
Seraphicus Bonauent primo sent q. 1 Prologi artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ q 1 membro. 3.
Scotus primo sent. q. 1. lateralis ipsius Prologi.
D. Tomas prima parte summæ, q. 1. artic. 7.
Ricardus primo sent. q. 6 Prologi.
Durandus primo sent q 5. Prologi.
Joannes Bacconitanus, primo sent q. 3 Prologi.



AD ARGVMENTA alterius quæstionis in qua quęrebatur. Vtrũ theologia sit de Deo sub aliqua ratione speciali. ¶Primo arguitur, quòd thelogia non sit de Deo sub ratione absoluta deitatis: sed sub aliqua alia ratione speciali: & patet per Vgo. de sacramentis in principio: qui uult, quòd Deus sit sic subiectum, ut restaurator: & per Cassio. super Psalmos qui uult, quòd Christus caput cum membris sit hic subiectum. ergo, vt caput ecclesię ponitur subiectum. ¶Respondet Doc. quòd isti loquuntur tãtum non de ratione formali: sed de materia proxima: materia enim proxima subiecto theologię (specialiter loquendo de theologia contingentiũ: quę respiciunt restaurationem) est Christus, ut restaurator: & vt caput ecclesię. ¶Secundo arguitur: probando quòd Deus non sit subiectum sub ratione absoluta Dei: siuẽ deitatis: sed sub aliqua alia speciali ratione, quia est subiectum metaphysicę sub ratione absoluta Dei: ut patet 6. metaphy t. c. 2. honorabilissimam (inquit scientiam) debet esse circa honorabilissimum genus: qualis est metaphysica: ut ibi patet. ergo si Deus ponitur subiectum theologię erit subiectum sub aliqua alia ratione speciali. ¶Respondet Doct. primo negando antecedens: ad probationem dicit, quòd philosophus non intendit ibi: quòd Deus sit adęquatum subiectum metaphysicę sed ens inquantum ens: tñ Deus est nobilissimum consideratum in metaphysica, & nobiliori modo consideratur in metaphysica, quàm in alia scientia naturaliter inuenta: licet ibi consideretur pręcisè in conceptibus communibus: ut supra patuit in quęstione 1. prologi. Dicit secundo quòd oportet esse aliquam communissimam, in qua demonstrentur passiones communes oi enti: & talis est metaphysica quę cõsiderat principaliter de ente, & passionibus entis. habet enim subiectũ cõe oibus subiectis aliarũ sciarũ: & passiones

An Deus sit subiectum

Respõderet Scotus duobus modis, primo quòd ipsi loquitur de subiecto totali, et nõ de subiecto partialẽ alicuius scientia secundo diceret qđ Deus capitur pro pri-

ma intelligentia ut est quid commune omnibus intelligentijs et isto secundo modo est subiectum met. & non primo.

communissimas conuertibiles cum subiecto, de quibus. j. d. 39. ¶ Tertio principaliter arguitur actoritate Com. qui uult, quòd genus substantiarum sit subiectum metaphysicæ, vnde ipse reprehendit Aui. ponentem metaphysicam probare primam causam esse: quia nulla scientia probat subiectum suum. sed supponit. ubi dicit sic primo phy. comm vult. sed notandum est, quòd istud genus entium, scilicet esse separatum à materia non declaratur nisi in hac scientia naturali: & qui dicit qnòd prima philosophia scilicet metaphisica nititur declarare entia separabilia esse: peccat. hæc enim entia sunt subiecta primæ philosophiæ: & declaratum est in posterioribus analeticis: quòd impossibile est aliquam scientiam declarare subiectum esse: aut quia manifestum per se: aut quia declaratum in alia scientia. unde Aui. peccauit maximè cum dixit: quòd primus philosophus demonstrat primum principium esse, & processit in hnc suo libro de scientia diuina per uiam, quam existimauit esse necessariam: & essentialem in illa scientia: & peccauit peccato manifesto. hæc ille. ¶ Respondet Doct. sustinendo Aui. & ex hoc improbando positionem Commentarios. Dicebat enim Auer. quòd substantiæ separatę sunt subiectum metaphysicæ. Ratio quia nulla scientia probat suum subiectum esse: sed supponit esse probatum in alia scientia. modo substantiæ separatæ probantur esse in scientia naturali: ut patet. 8. physi. ergo metaphysicus non demonstrat illas esset: sed supponit illas. Et contra hoc arguit Doct. quia tunc seqneretur, quòd scientia naturalis esset simpliciter prior tota metaphysica: patet: quia ipsa ostenderet de subiecto metaphysicæ si est. Hoc autem est valde inconueniens: quia tunc physica esset prior prioritate perfectionis: patet: quia cognitio subiecti in aliquá scientia sub ratione propria est perfectissima: ut patuit supra ergo physicus qui probat subiectum metaphysicæ esse, esset nobilior metaphysio. Et ultra sequeretur, quòd physica esset etiam simpliciter prior tota metaphysica: quod est inconueniens: (etiam loquēdo de prioritate durationis): licet enim quo ad nos physica sit prior: tamen simpliciter, & absolutè metaphysica est simpliciter prior: cum sit simpliciter de rebus æternis &cet. ¶ Ibi. secundo. Quia per omnem conditionem effectus potest demonstrari de causa: quia est. ¶ Hic Doct. intendit probare quòd etiam metaphysicus demonstrat primam substantiam separatam esse: arguendo ab effectu. Et ratio clara est in littera: quia per omnem conditionem effectus (quam impossibile est inesse effectui, nisi causa sit) potest demonstrari de causa, quia est. Hæc est manifesta. Sed in metaphysica considerantur multæ proprietates effectuum: quæ non possunt in esse effectibus, nisi causa sit: vt patet: quia effectus dependet: & ideo arguimus, quòd est aliquod independens &cet. ut patet in littera, & sic consideratur prima cā à metaphysico ut circunscribitur à motu, & mutatione: quia consideratur inquantum est producens, & inquantum transmutans: & quòd aliquid possit intelligi tantum producere: ut productio abstrahit à motu, & mutatione patebit infra Doct. distinc. 2. & 5. primi. Et sic per rationem effectibilis potest demonstratione quia: demonstrari primum effectiuum esse: ut similiter demonstrat Doct. in isto primo distinc. 2. quæst. 1. & tamen effectibile, inquantum effectibile, abstrahit à motu, & mutatione: patet quia secunda intelligentia secundùm Aui. est verè producta à prima, & tamen nec per motum: nec per mutationem, Hoc idem secundùm Aristnt. ut diffusè Doct. exponit in isto primo distinc. 8. quæstio. ult. & quæstio. 7. quolib. ¶ Si dicatur: quòd non possumus cognoscere aliquid effectibile, ut abstrahit à motu, & mutatinne: quia omnis nostra cognitio &cet. Et breuiter omne medium sumptum à metaphy. videtur habere euidentiam ab aliquo naturali sensibili: & sic primam substantiam esse, non potest demonstrari, nisi per medium physicum. Dico, quòd licet cognitio abstractiua terminorum dependeat aliquo modo (saltem occasionaliter) à cognitione sensitiua eorundem: tamen habita cognitione abstractiua terminorum possunt formari multæ propositiones necessariæ: ut abstrahunt ab omnibus conditionibus materialibus. Licet enim intellectus pro statu isto non cognoscat rationem totius, & partis: nisi præsupposita cognitione sensitiua totius, & partis: tamen habita cognitione abstractiua totius, & partis: potest formare hanc propositionem. Omne totum maius est sua parte: etiam nullo sensibili existente. Et de hoc vide diffusè Doct. in primo distin. 3. quæstio. 4. de sinceris ueritatibus: & aliqualiter in quol. Primam etiam substantiam esse: potest multipliciter probari à metaphysico: ut habet diffusè videre à Doc. in primo. distin. 2. quæst. 1. vbi probat primum effectiuum esse: & primum in eminentia: & ultimum finitiuum: etiam circunscribendo naturalia sensibilia: uide ibi. Ex his patet: quomodo metaphisicus per medium abstractum à materia sensibili probat primam substantiam esse. Non dico tamen quòd tale medium sit abstractum secundùm esse: quia omne effectibile generabile, & corruptibile apud philosophum dependet à materia: sed per medium abstractum, secundùm considerationem, eo modo, quo Doct. arguit in primo distin. 2. quæst. 1. ¶ Vltimo arguitur probando, quòd Deus, sub ratione finis, sit subiectum: quia ratio finis est nobilissima: ut patet per Aui. 6. meta. c. ult. si scientia esset de omnibus causis: illa quæ esset de fine esset nobilissima. Ex hoc concluditur: quòd sit subiectum sub ratione boni: quia ratio boni est ratio finis: vnde philosophus secundo metaphy. c. 8. uult quòd qui ponit infinitatem in finibus: quòd destruat naturam boni: quia ratio boni est ratio finis. Vnde philosophus secundo meta. t. con. 8. uult, quòd qui ponit infinitatem in finibus, quòd destruat naturam boni: quia, & naturam finis. Vnde secundùm aliam translationem illi, (inquit) qui faciunt causas infinitas auferunt naturam boni, & non percipiunt. Et ibi Com. & facientes causas finales esse infinitas destruunt finem: & qui destruunt finem: destruunt omne bonum, & nihil percipit: nihil enim dicitur esse bonum nisi per causas finales. Hæc ille.

Quomodo metaphysicus demonstrat primã substãtiam: potest utraque opinio sustineri, sũ Scoti, tum Auer quando inquit. Scotus quòd meth pbat abstracta esse, concedo quo ad quæsitum quid est, & quidditatiuè, quando Auer dicit quòd naturalis philosophus pbat abstracta esse concedo quo ad si est & sunt. Quõ possit demõstrari primũ effectiuum esse.

primam substantiam et potest multipliciter pbari à metaphysico.

¶ Respondet Doc. quòd finis potest accipi pro illo respectu, quo formaliter aliquid dicitur finis: uel pro fundamento. Secundo modo: Deus sub ratione deitatis dicitur finis: & sic scientia de illo est nobilissima. Ad illud de bonitate: dicitur, quòd bonitas potest dupliciter accipi: vel pro bonitate formaliter quæ in deo ponitur attributum: uel pro bonitate essentiali, & quiditatiua: quæ ponitur radix, & origo bonitatis attributalis. Secundo modo est perfectior: & per consequens habet magis rationem finis. De hoc patebit infra distinc. prima quæstio. 2. distinc. 8. quæstiõne penultima: & specialiter in quolib. quæst. prima.

Finis formaliter vel fundamentaliter. Bonitas potest dupliciter accipi.

AD TERTIAM QVEASTIONEM in qua quęrebatur. An theologia sit de omnibus scibilibus. ¶ Iste titulus quæstionis sic intelligitur. Ex quo subiectum theologię est Deus, sub ratione deitatis: loquendo de theologia in se: & illa dicũtur pertinere ad scientiam theologicam, quæ virtute subiecti theologici ostendi possunt, vel cognosci, vt infra patet à Doc. an modo sit de omnibus scibilibus quęritur. Hoc declarato dicitur ab Henc. quol. 3. q. 9. φ non

non est de omnibus scibilibus: quia quiditates relucentes in essentia diuina, mouent intellectum diuinum, virtute propria, ad notitiam veritatum, in ipsis virtualiter contentarum: ita quòd essentia diuina nõ mouet intellectum diuinum ad notitiam illarum quiditatum: nec ad notitiam veritatum inclusarum.

Improbatio Henrici. ¶ Ibi. Contra illud. Hic Doc. improbat hanc opinionem quantum ad hoc, scilicet, quòd huiusmodi quiditates possint mouere intellectum diuinum: quia si sic, intellectus diuinus vilesceret: quia tunc pateretur ab aliquo alio ab essentia sua: quia illæ quiditates effectiuæ causarent notitiam veritatum inclusarum: & sic ab illis reciperet aliquam perfectionem: quod est impossibile: quia talis notitia causata, esset verè realiter distincta ab intellectu diuino: & per consequens verè reciperetur ab illo: & multa alia inconuenientia sequerentur.

Quod sit obiectũ adæquatũ intellectus diuini. ¶ Ibi. Secundo sic. In ista ratione Doc. supponit vnum scilicet quod obiectum adæquatum intellectus diuini est essentia diuina singularissima: & non aliquod commune, loquendo semper de obiecto motiuo: & hoc est communiter ab omnibus concessum. Sed si intellectus diuinus esset actuabilis à diuersis obiectis: siuè perfectibilis ab illis: tũc aliquod commune esset obiectum illius. Hoc patet de omnibus alijs potentijs: quia enim potentia visiua nata nata est moueri a pluribus coloribus: ideo ponitur aliquod commune pro obiecto adæquato. Et quod dicit. nec obstat, & obiecta alia attribuuntur ad essentiam suam: & ita dicitur primum obiectum propter talem attributionem. Docto. instat contra: quia tunc sequeretur: q substãtia esset primum obiectum intellectus nostri: quia omia alia accidentia attribuuntur substantiæ. vt patet 5. Metaphy. & tamẽ substantia non ponitur primum obiectum intellectus: vt infra patebit. d. 3. q. 3. Et ratio est quia alia accidentia habent propriam rationem mouẽdi intellectum ad sui cognitionem. Sic erit in proposito: q si alia obiecta possunt mouere intellectum diuinũ, causando partialiter in illo cognitionem sui: ab omnibus illis poterit abstrahi aliquod commune, quod erit primum obiectum intellectus diuini: sed de hoc diffusè pertractabitur in isto primo d. 3.


Essẽtia quo modo erit primum obiectum. ¶ Ibi. Tertio: quia si essentia diuina est primum obiectum non erit primum primitate prædicationis: patet quia nõ prædicatur de omnibus per se intelligibilibus ab intellectu diuino. ergo erit primum primitate virtutis. videlicet, quia virtualiter continet notitiam omniũ per se intelligibilium ab intellectu suo: aliter non diceretur primum virtute. Si ergo alia obiecta possunt causare notitiam sui in intellectu diuino; & per consequens mouere ipsum causando ibi talem notitiam ipsa non erit adæquatum obiectum, in ratione motiui, respectu intellectus diuini. hoc autem est falsum apud communiter omnes.

Opinio Doc. IBI. IDEO DICO aliter. In ista litera sunt notandæ multæ propositiones. Prima est. Diuina theologia est de omnibus cognoscibilibus: quia obiectum primum theologiæ Dei, facit omnia alia actu cognita in intellectu suo, idest, q essentia diuina producit omnia obiecta secundaria in esse cognito respectu intellectus diuini: & intellectus diuinus haber cognitionem omnium a sola essentia diuina.

difficultas. ¶ Sed circa hanc propositionem occurrunt aliquę difficultates ex dictis Doc. Primo, quia ipse vult expresse in primo. d. 3. q. 4. respondendo ad quæstionem: q omnia obiecta secundaria: siue omnes veritates sincerę sunt ab actu intellectus diuini. hoc idem in 36. d. a. 43. & in secundo. d. 1. q. 1. & in quolib. q. 14. Si sic: tunc ista obiecta sunt nota intellectui diuino: non per essentiam: sed per actum intellects sui: & sic videtur sequi, q veritates istæ non sunt notæ per rationem obiecti theologici.

Responsio. ¶ Respondeo primo, q & si huiusmodi entia sunt producta in esse cognito ab actu intellectus diuini, tanquam à causa, quodammodo immediata: tamen ab essentia diuina, vt à causa remota, suo modo dicuntur esse producta in tali esse cognito: vt expresse patet à Doc. in isto primo. d. 3. q. 4. vbi vult, q sincerę veritates reluceant in essentia diuina, vt in causa remota & hoc ideo est: quia essentia diuina est ratio formalis producendi cognitionem sui in intellectu suo: & tunc ipse intellectus, & essentia mediante tali actu: sunt ratio formalis producendi omnia alia in esse cognito. *Essentia diuina & obiecta secũdaria, eadẽ cognitione cognoscuntur.* Secundò dico, q, & si talia obiecta tantum habeant esse per actum intellectus diuini, qui producit illa in esse cognoscibili: essentia tamen diuina facit illa actu cognita in intellectu diuino. Dico etiam, q quando Doc. dicit, q producuntur per actum intellectus diuini: non semper accipit actum per actuali intelligentia, siue actu intelligendi sed pro actu, quo producuntur in tali esse: qui actus pertinet magis ad genus actionis: & ideo differunt actus intellectus, & actus intelligendi, quia omnis actus intelligendi est actus intellectus: non è contra: patet quia actus, quo elicitur actus intelligendi, dicitur actus intellectus, & tamen non dicitur intellectio vt patet.

Nota & bene. ¶ Nota tamen quòd cum dico quòd essentia diuina facit obiecta secundaria actu cognita in intellectu diuino: non est intelligendum quòd causet aliã cognitionem à cognitione prima: qua intellectus diuinus cognoscit essentiam: cum in re tantum sit ibi vna cognitio. vt infra patebit in isto primo. d. 2. q. 1. & d. 39. Sed facit illam cognitionem primam terminari ad obiecta secundaria: ita q secundum aliam, & aliam terminationem ad alia, & alia obiecta dicitur diuersificari: in re tamen, tantum est una cognitio simplicissima: & hoc diffusè patebit. infra d. 39.



alia difficultas. ¶ Secunda difficultas est de cognitione contingentium. Nam si virtute essentiæ, diuinæ contingentia cognoscuntur ab intellectu diuino: tunc videtur expresse, q Doc. sibi cõtradicat in multis. *Responsio.* Primò, quia expresse vult, q essentia diuina non contineat virtualiter veritates contingentium, vt patuit supra & tamen si notitia talium veritatum, virtute essentię, fieret in intellectu diuino: tales veritates virtualiter continerentur in essentia diuina: quia continens virtualiter notitiam alicuius: etiam virtualiter continet entitatem illius: vt patet expresse à Doct. in isto 1. d. 3. & d. 8. in 2. d. 3. q. q. 9. 10 quol. q. 14. Secundò sibi contradiceret: quia expresse vult, q essentia diuina de necessitate naturę moueat intellectũ diuinũ respectu cognitionis ab ipsa causatę: & sic si essentia diuina moueret intellectũ diuinũ respectu veritatis cõtingentis: sequeretur q intellectus diuinus necessariò intelligeret hãc partẽ cõtradictionis fore veram: & ita posset errare, vel oppositum non posset euenire: & tunc non esset contingens, sed necessarium illud, quod ponitur esse contingens, hæc sunt verba formalia Doc. q. 14. quolib. *Item alia.*

An essentia diuina moueat intellectum diuinum. ¶ Respondeo, quòd essentia diuina vt essentia nõ mouet intellectum diuinum respectu veritatis contingentis: quia tunc sequerentur inconuenientia supradicta: sed quia essentia diuina mouet intellectum diuinum ad notitiam terminorum huius veritatis cõtingentis: & postea voluntas diuina determinat de omnibus contingentibus: tunc præsupposita determinatione diuinæ voluntatis respectu contingentiũ: essentia diuina facit illa contingentia actu cognita in intellectu diuino: siuè facit notitiam intellectus diuini actu terminari ad contingentia. Et hoc patet expresse à Docto. in isto. 1 d. 39. & sic intelligendo doctorem: patet, quòd sibi non contradicit. Esset tamẽ aliqualis difficultas in ista responsione: sed breuitatis causa ipsum differo vsque ad 39. d. primi. Expono tamen aliqualiter hanc literam. cum dicit, q essentia diuina in primo signo naturæ est essentia sua primo

cognita

cognita in intellectu suo: & ratio est: quia obiectum naturale perfectè præsens potentiæ de necessitate producit prius sui notitiam, tanquam quasi effectū perfectissimum: esset enim impossibile ipsam prius esse rationem producendi notitiam aliorum. Et in isto signo naturæ (licèt possint etiam plura signa intelligi. vt exposui in 2 d. 1. q. 1.) essentia diuina est simpliciter ratio cognoscendi omnia alia intrinseca: puta personas, & relationes, & omnia alia, quæ sunt ibi ex natura rei. sequitur: & in secūdo signo naturę quiditates virtualiter continentes veritates proprias, siuè proprietates cognoscuntur per rationem essentię diuinæ. Aduerte tamen, quòd essentia diuina est causa immediata talis cognitionis, & non notitia. non enim intellectus cognoscit quiditates illas, per notitiam essentiæ diuinæ, vt per rationem formalem illius: sed sola essentia est ratio formalis, quasi causandi talem cognitionem: licet tamen prius sit ratio causandi cognitionem sui. Sequitur: in tertio autem signo sunt istę veritates, siue proprietates, virtualiter contentę in illis quiditatibus notę: sic intelligendo, ꝙ ipsa essentia est præcisa ratio cognoscendi huiusmodi proprietates, sub ratione sua absoluta, & nō in quantum cognita: quia vt dixi supra, illa cognitio nō est ratio formalis cognoscendi: nec similiter cognitio illarum quiditatum est ratio formalis cognuscēdi illas proprietates, sed præcisè essentia: vt hæc essentia: intellige tamen, quòd essentia tantum concurrit partialiter. vt infra patebit. d. 2 parte 2. q. 3. Si quęratur an poterit ipsa essentia prius causare cognitionē proprietatum, quam quiditatum: dico, quòd non, quia est causa merè naturalis: & ideo prius natura est ratio formalis producendi notitiam quiditatum cū sint perfectiores &c. Ibi tamen illę quiditates finitæ nullam virtutem habent respectu intellectus diuini immutandi: quia intellectus diuinus non est natus perfici ab illis quiditatibus. idest non est natus recipere aliquam perfectionem ab aliquo: cuiusmodi est cogitio: quia ille intellectus est infinitus: & illæ quiditates finitæ: & infinitum à finito nullo modo perficitur: hoc debet sanè intelligi: quia si per impossibile daretur vna quiditas infinita, essentialiter distincta à tali intellectu non sequeretur ipsum posse perfici à tali quiditate: quia tunc non esset formaliter infinitus: quia potentia receptiua repugnat infinito intensiuè, cum illa essentialiter includat imperfectionem: debe ergo intellig, quòd non potest suo modo perfici, nisi ab obiecto formaliter infinito: quod sit idē sibi realiter: cuiusmodi est essentia diuina: ita quòd si essentia diuina in tertio signo non moueret ad cognitionem talium proprietatum: nunquam intellectus intelligeret eas. Sequitur: sic ergo Deus de omnibus cognoscibilibus solum habet notitiam theologicam: quia tantum virtute primi obiecti theologici actuatus intellectum eius: non quòd sit receptiuus alicuius perfectionis: quia omnis perfectio in tali intellectu, est simpliciter eadem sibi: modo inter recipiens, & receptum est realis distinctio: dicitur tamen perfici: quia vltima perfectio intellectus diuini est in actu, secundo quo coniungitur optimo, siuè essentię diuinæ. vt infra patebit. d. 2 parte. 2 q. tertia. ¶ Secunda propositio est. Ibi. Sed de intellectibus creatis beatorum aliter est. Et hæc propositio includit duas partes: Prima quòd potest cognoscere quiditates creatas, & veritates in illis contentas, ex motione propria alium quiditatum: & talis cognitio est cognitio in genere proprio Quomodo autem intellectus beati possit moueri ab huiusmodi quiditatibus, habet diffusè videri in 2. d. 3. q. vlt. & in 4. d. 45 Secunda pars est, quòd intellectus beati potest habere cognitionem theologicam de veritatibus inclusis in ipsis quiditatibus, vt ostensis in essentia diuina. ¶ Sed circa hanc partem occurrit difficultas. Quia quærē, aut huiusmodi veritates fiunt notæ intellectui beato creato, virtute essentiæ diuinæ: aut virtute voluntatis diuinæ: non primo: quia essentia dinina (vt essentia) non potest mouere aliquem intellectum creatū: vt subtiliter patet à Sco. in q. 14. & 15. quolib. Non 2. quia tunc non fierent notę virtute obiecti theologici quòd est sola essentia diuina. Dico, ꝙ fiunt notæ per voluntatem diuinam. Et cum dicitur, quòd non essent veritates theologicæ: quia non notæ virtute obiecti theologici. Dico, quòd sufficit, ꝙ fiāt notę virtute alicuius, quod est simpliciter idē obiecto theologico: vel virtute alicuius, perfectè supplentis vicē obiecti theologici: cuiusmodi est voluntas diuina: & hoc patet à Doc. in quoli. q. 14. & præsertim in q. 15. & sic patet ad difficultatem & quomodo Docto. sibi non contradicat. ¶ Ibi. Sed dictum est. Hic Docto. quærit posito ꝙ aliqua alia scientia puta Metaphysica uel physica sit de quibusdā cognoscibilibus: ita ꝙ talia cognoscibilia possint ostendi in tali per rōnem subiecti illius: vel per rationē propriam talium cognoscibilium. An stante hoc theologia sit de omnibus. Distinguit Docto. de theologia in se, & theologia in intellectu beati: primo modo est de omnibus: quia omnia entia, virtute obiecti theologici possunt cognosci: modo tamen præexposito: ita quòd essentia diuina est ratio cognoscendi omnia cognoscibilia, quantum est ex parte sua: & de facto est ratio cognoscendi omnia intellectui diuino: licet respectu intellectus creati non possit esse ratio cognoscendi omnia; cum nullum intellectum creatum possit mouere: & posito, quòd possit mouere; adhuc oporteret ostendere, an sit capax omnium intelligibilium simpliciter; nec est inconueniens: ꝙ idem sciatur in alio, & alio lumine. vt patebit in q. immediatè sequēti. secundò modo dicit, quòd potest esse de omnibus scibilibus: quia scibilia non sunt infinita. ¶ Sed hic occurrit difficultas. Quia Doc. in isto 1. d. 2. q. 1. vult expresse, quòd intelligibilia sunt actu infinita in intellectu diuino: & ab intellectu creato successiuè cognosci possunt. ¶ Item in 3. d. 14. q. 2. dicit ꝙ anima Christi potest videre infinita in essentia diuina ergo. Paucis respondendo secundum aliquos, exponentes hic Doctorem: ꝙ non loquitur hic de obiectis infinitis in entitate: accipiendo infinitum extra genus, prout virtualiter, vel eminenter continet omnem entitatē, & plura talia infinita non possunt cognosci ab intellectu creato licet ab intellectu diuino possint cognosci. Sed loquendo de infinito in genere, quod nō cōtinet omnem entitatem: puta si daretur linea infinita, vel numerus infinitus: certum est, quòd non continerent eminenter entitatē hominis, vel Angeli &c. & plura talia infinita possunt intelligi ab intellectu creato: sed de hoc diffe[...]tur vsque ad 39. d. 1. Posset etiam dici, & fortè m[...]g. s ad intentionem Doc. ꝙ & si intellectui diuino sint actu infinita intelligi[...]: quia essentia diuina omnia intel[...]gibilia actu facit intelligibilia: ita ꝙ non vnum post [...]liud: & sic intellectus diuinus respi[...]t illa, vt actu i[n]finita intelligibilia: sed intellectui creato non sunt actu omnia i[nte]lligibilia: quia tunc infinita essent actu intelligibilia intellectui creato quod repug[n]at e[...] [s]ed act[u] sint finita intelligibilia: licet p[ot]enti[a] possi[n]t esse infinita intelligibilia numero. ¶ Ibi. De theologia autem nostra. Hic Doc. duo dicit de th[e]ologia nostra: vnum quid sit de facto, aliud quid de possibili. De primo dicit, ꝙ Theologia nostra de facto non est actualiter omniū scibilium: sed sicut Theologia beatorum de facto habet terminum ex voluntate Dei reuelantis: ita & nostra: & terminus præfixus a voluntate diuina, quantum ad reuelationem generalem est eorū, quæ sunt in sacra Scriptura. licet ex speciali priuilegio possit

esse

essentia diuina est ratio cognoscendi personas, & relationes.

Infinitum à finito nullo modo perficitur.

quomodo intellectus Beati à quiditatibus possit moueri.

Difficultas.

Solutio.

Theologia [...] modis sumitur.

Plura infinita possunt intelligi ab intellectu finito.

An Theologia nostra de facto sit actualiter omnium scibilium & quomodo Theologia Beatorum.

Theologia Beatorum & Viatorũ potest esse de omnibus scibilibus, sed non de omnibus cognoscibilibus, nisi quãtum ad aliquos respectus.

Fides & euidens cognitio non sunt respectu eiusdem.

esse plurium intelligibilium. Ibi. De possibilitate theologiæ nostræ &c. Dicit Doc. ꝙ theologia nostra non potest esse simpliciter de omnibus cognoscibilibus: & hoc loquendo de communi lege. Nam Deus si vellet, posset causare cognitionem distinctã cuiuscunque cognoscibilis: sed hoc non facit. Quia autem secundum communem legem non possit esse de omnibus probat dupliciter. Primò quia theologia nostra tantum est de complexis reuelatis, (vt supra exposui) & est tantum de illis complexis: quorũ termini sunt nobis naturaliter noti: vt puta, ꝙ Deus est trinus, & vnus: non enim habetur cognitio deitatis, sub ratione deitatis via naturali: nec trinitatis, sub ratione trinitatis, vt theologi loquũtur: sed habetur notitia de istis terminis in confuso, & vt accipiuntur à sensibilibus: vt puta sic dicendo: aliquod ens, quod nominamus Deum est trinum, & vnum &c. Secũdo probat. Ibi. Tum propter defectum theologiæ nostræ. Nam theologia nostra est tantum de reuelatis, & dicitur fides: multa autem cognoscimus pro statu isto non per reuelationem sed ex euidentia rei: modo fides, siue reuelatio, & cognitio euidens non possunt simul esse respectu eiusdem obiecti secundum aliquos. Cum dicit ibi secundum aliquos loquitur secũdum opinionem propriam. vt patebit in 2.d.24. contra S. Tho.

Difficultas.

¶ Sed hic occurrit difficultas. Quia notitia theologica nostra inest nobis per rationem obiecti theologici: aliter non diceretur notitia theologica: sed vt supra patuit, obiectum theologiæ nostræ est Deus sub ratione infinitatis: & tale non continet virtualiter &c. vt supra exposui. Tum etiã: quia pro statu isto non possumus habere notitiam distinctam obiecti theologici: ergo nec per virtutem illius habetur notitia theologica nostra.

Responsio.

¶ Respondetur licèt pateat solutio ex supradictis ĩ q. de subiecto theologiæ: pro nunc tamen dico, quòd sufficit, ꝙ theologia nostra insit nobis per aliquid, imperfectè supplens vicem obiecti theologici. vt exposui in q. 1. prolog. ¶ Ibi. Tamẽ omnis theologia &c. Hic dicit Doc. ꝙ theologia tam beatorum, quàm nostra potest esse de omnibus cognoscibilibus, quantum ad aliquos respectus: vt quia includunt respectum terminatum ad Deum, sub ratione deitatis: & talis respectus non potest cognosci nisi Deo præcognito: vt supra exposui in q. 1. & diffusè pertractat Doct. in quolib. q. 14. & sic cognitio omnium scibilium, quantum ad illos respectus, dicitur cognitio theologica. ¶ Ibi. Sic ergo vt verè dicatur theologia est de omnibus: & est omnis cognitio non includens imperfectionem: & ideo in intellectu Dei est omnis cognitio, vt supra patuit: qui non potest habere aliquam cognitionẽ imperfectam, puta cõfusam, vel abstractiuam: vel successiuam: vel quouis modo limitatam. Non est antè omnis cognitio in intellectu creato: quia potest cognoscere lapidem etiam per motionem propriam: & ideo non præcise virtute essentiæ diuinæ. Est etiã cognitio omnium quantum ad respectus: puta creationis, qui terminatur ad essentiam diuinam, vt hęc: si tamen essentia, vt hæc termine respectum creaturæ & non sub ratione alicuius attributi, nobis naturaliter noti: licet hic dubiè loquatur: alibi tamen tenet, quòd termineiur ad essentiam, vt hæc, vt patet in 2.d.1. & in quolib. q. 8. & alibi: & hic etiam tenet idẽ. vt patet per verba sequentia cum dicit. Et ista est fortè vna ratio. quare non possumus scire de intellectu creato, quod ordinatur ad hunc finem, vt hunc: quia non possumus cognoscere respectum fundatum in natura intellectuali ad istam essentiam, tanquam ad finem proprium; quia nec extremum, ad quod est respectus, scilicet essentiam, vt hæc: sequitur ideo nec rationem imaginis, respectu illius naturæ in se, sicut sancti loquuntur de imagine: patet quia cognoscens imaginem sub illo respectu, quo fertur ad trinitatẽ, necessariò cognoscit illum respectum, quem distinctè non potest cognoscere, nisi præcognita distinctę, trinitate: vt patet à Doc. in quoli. q. 14. arti. 3. nec etiã confusè, nisi pręcognita trinitate, saltem confusè, qđ tantum fit per reuelationem. vt supra patuit præsenti. q. &. q. 1.

Primum dubium.

¶ Hic tamen occurrunt aliqua dubia. Primum: quia si theologia nostra est de omnibus scibilibus, quantum ad respectus supradictos. Quæro, aut intelligit: quòd est de omnibus de facto: & tunc sequitur, quòd est de omnibus respectibus creaturæ ad Deum de facto. Aut loquitur de possibili: & tunc quæro. aut talis cognitio theologica est de omnibus illis respectibus, vt distinctè conceptis: aut confusè conceptis. Si primo modo: tunc Deus, sub ratione deitatis, poterit distinctè cognosci à nobis: patet: quia respectus non potest distinctè cognosci: nisi, & terminus distinctè concipiatur: vt patet à Doc. q. 14. quoli. & si Deus potest a nobis distinctè cognosci sub ratione deitatis: tunc distinctè possunt cognosci à nobis veritates theologicæ, virtualiter inclusæ in Deo. Sed hoc non est de communi lege vt supra patuit: & sic contradiceret sibi parum supra. quia dixit, quòd de possibili, & communi lege: est tantum de his complexis, quorum termini naturaliter à nobis concipiũtur. Et hoc idem in q. 1. prolo. & in 3.d.23. & in quolib. q. 14. Si secundo modo: tunc sicut talis respectus confusè concipitur: ita, & terminus respectus.

Responsio.

¶ Dico primo, quòd de facto est de omnibus: loquendo de respectibus confusè conceptis: quia in theologia nostra cognoscimus, quòd omnes creaturæ dependent à Deo: ita quòd talis respectus est relatio creaturæ ad creatorem. Dico secundò, quòd potest esse de omnibus, etiam distinctè conceptis: sed non de communi lege: sed magis ex speciali priuilegio. Dico tertiò, quod potest esse de omnibus: ita quòd notitia talium respectuum confusa dicitur theologica, & sicut illi respectus confusè concipiuntur. ita, & terminus respectus: quia concipitur aliquod ens, quod nominamus Deum, terminare respectum creaturæ ad ipsum. & posito, quòd ipsa creatura cognoscatur in se perfectè, adhuc nõ sequitur, ꝙ relatio creaturæ ad ipsum Deum cognoscatur: quia cognitio talis nõ tantum dependet à fundamento, sed etiam à termino: ideo cognoscitur tantum per reuelationem: quia cognitio talis, habetur virtute primi obiecti theologici, vel virtute alicuius supplentis vicem talis obiecti: de quo supra diximus.

Secundum dubium.

¶ Secundum dubium est. est. quia videtur quòd cognitio talis respectus non sit præcisè theologica. probatur. Quia non habetur pręcisè virtute obiecti theologici, vel virtute alicuius supplentis; probatur, quia cognitio respectus non tantum dependet a termino: sed etiam a fundamento: vt patet a Docto. hic.

Responsio.

¶ Respondeo, quòd dicitur cognitio theologica, quantum ad hoc, quòd dependet à Deo sub ratione deitatis: licèt etiam dependeat a fundamento: vt tamen ab illo dependet non dicitur Theologica. & sic patet literæ huius quæstionis.

IVXTA HOC QVAERO. Vtrum theologia in se sit scientia. Dicit Docto. quòd quãtum ad istam conditionem, quòd sit per discursum syllogisticum: theologia in se non est scientia: propter duplicem imperfectionem.

Scientia per discursum habita dicit imperfectionem.

Tum, quia scientia causata per discursum syllogisticum est effectus ęquiuocus: & per consequens includit imperfectionem: patet quia ex quo causa æquiuoca est essentialiter perfectior effectu: vt patet à Docto. d. 12.4. sequitur, quòd effectus erit essentialiter imperfectior: sed scientia theologica non includit imperfectionem: patet de theologia in intellectu diuino. Quia autem scientia causata per discursum sit effe-

effectus æquiuocus: patet quia causatur à notitia præmissarum, & à forma syllogistica: sed notitia præmissarum distinguitur specie a notitia conclusionis: patet. Tum quia talis notitia præmissarum uocatur ab Ari. primo poste. intellectus: quia tantum præsupponit cognitionem terminorum. Tum etiam, quia notitia præmissarum dicitur notitia pp se: quia intellectus assentit præmissis pp se: notitia verò cõclusionis scitę per discursum syllogisticum dicitur scientia, & est propter aliud: quia intellectus assentit conclusioni propter præmissas. Secundò dicit imperfectionẽ ex parte intellectus: quia scientia verè causata, cum sit accidens recipitur in intellectu, cuius est, & sic intellectus est in potẽtia receptiua ad illam, & hoc est imperfectionis. Sed theologia in se, siuè in intellectu diuino, nullo modo est causata: quia tunc distingueretur essentialiter ab essentia, & intellectu diuino: nec etiam intellectus diuinus est in potentia receptiua ad illam: cum talis sciẽtia est simpliciter idem, quòd intellectus diuinus: ut subtiliter probat Doc. in hoc. 1. d. 2. q. 1. Dicitur tamen scientia, quo ad tres alias cõditiones. quia est cognitio certa: de obiecto necessario: causata à causa euidente intellectui: quia notitia ꝓprietatũ indiuinis dependet suo mõ ab essentia diuina vt à causa, siuè quasi causa vt supra patuit. ¶ Ibi. Vtrum autem scientia sit quantum &c. Videtur hic Doc. ad hoc declinare, quòd in intellectu beatorum theologia possit dici scientia: etiam quantum ad illã quartam conditionem: quia potest acquiri per causam applicatam scito per discursum sic, quòd intellectus beati videns in essentia diuina: puta quiditatem hominis: ex quo talis quiditas, vt uisa in essentia diuina virtualiter continet veritates &c. & per consequẽs talis veritas conclusionis, siuè notitia cõclusionis potest verè causari à notitia præmissarum. Nam sicut intellectus distinctè cognoscens hominem: potest statim formare præmissas, & applicare illas conclusioni: ita uidens ipsum hominem in essentia diuina potest idem facere: ut patet in litera Doc. ¶ Secundo dicit Doc. quòd discursus (qui formaliter est illatio cõsequentis ex antecedente, & fundamentaliter est duæ præmissę, formatæ in debito modo, & figura: et terminatiue ipsa conclusio) non requirit successionẽ temporis, sed naturæ tantum, idest non est necesse, vt prius tempore sciantur præmissæ: & posterius tẽpore conclusio: uel quòd prius tempore sciatur vna præmissa, & posterius tempore alia præmissa: quia talis successio tantum est in intellectu imperfecto, cuiusmodi est intellectus noster coniũctus. Sed sufficit ad verum discursum successio naturę, ita quòd notitia præmissarum, siuè euidentia prius natura habeatur, quàm notitia, vel euidentia conclusionis. Et vltra in discursu syllogistico, per quem acquiritur vera scientia requiritur, quòd præmissæ sint magis notæ, vel euidentiores: & conclusio sit nota per notitiam præmissarum, siuè per euidentiam præmissarum: & sic patet quomodo beatus potest scire hominem esse risibilem, videndo quiditatem hominis in lumine essentiæ diuinæ: & sic discurrere applicando causam per discursum syllogisticum ad ipsum scitum. Et cũ dicitur ab Augu. 15. de tri. c. 16. vel 41. f. quòd sciẽtiã naturam, uel obiectum scientiæ unicò intuitu videbimus: dico, quòd Aug. loquitur dubiè, cum dicit fortassis &c. nec illud intendit asserere: sed quòd verbum nostrum (idest cognitio distincta essentiæ, & cõtentorum in ea, virtualiter, vel identicè) non sit ęquale verbo Dei idest noticię genitę, quæ propriissimè dicitur verbum Dei, quæ notitia perfectissimè exprimit memoriam fecundam. vt ĩ. patebit. d. 27. & sic non negatur talis discursus à beato intellectu cui vna proprietas potest esse euidens ex euidentia quiditatis &c. ¶ Et ex his patet quomodo in intellectu diuino non sit propriè discursus: videlicet qui fit à magis noto ad minus notum: quia hoc dicit imperfectionem: potest tamen ibi esse discursus syllogisticus: sic quòd prius natura aliquid cognoscatur; & posterius natura aliud: patet quia intellectus patris prius natura cognoscit essentiam diuinam, & omnem perfectionem intrinsecam: & posterius natura quiditates: vel quòd prius natura cognoscit quiditatem hominis, & posterius natura veritates inclusas in quiditate hominis: non tamen ibi est discursus: ita quòd procedatur a magis noto ad minus notum: & quod noticia vnius sit a causa noticię alterius: cum hęc omnia includant imperfectionem. ¶ Sed hic occurrunt aliquæ difficultates ex dictis Doc. Prima quia Doct. vult in q. de subiecto Theologię: quòd Deus, sub ratione deitatis, sit subiectũ theologię Dei: & ibi vult, quòd theologia Dei sit euidens ex subiecto: ita ꝙ subiectum, vt primo notum continet veritates necessarias theologicas: ergo videtur, quòd intellectus diuinus verè discurrat à magis noto ad minus notum. ¶ Præterea in illa. q. An Deus sit subiectũ Theologię sub aliqua ratione speciali: dicit, ꝙ cognitio subiecti est perfectissima in scientia cuius est subiectum: & in q. immediate præcedente vult, ꝙ cognitio subiecti in aliqua scientia sit simpliciter distinctior cognitione cuiuscunque alterius considerati in tali scientia: & per consequens talis scientia erit notior: & sic poterit discurrere a magis noto ad minus & notum. Nec valet dicere, ꝙ non est ibi successio secũdũ prius & posterius natura: quia oppositum probatum est. supra ex dictis Doc. ¶ Dico, quòd ad verum discursũ in quo proceditur a magis noto ad minus notum requiritur secundum aliquos: quòd notitia conclusionis sit verè causata à noticia præmissarum: tota autẽ cognitio theologica in intellectu diuino, est tantum vna intellectio, eadem sibi: vt patet in isto. 1. d. 2. licet posset diuersificari sed alium, & alium respectum ad aliud, & aliud obiectum: ut patet a Doc. in 1. d. 39. & sic eadem notitia non potest dici magis & minus nota. ¶ Dico 2. ꝙ, & si in theologia in se possint formari pręmisse, & ex his educi conclusio ita ꝙ notitia præmissarum sit euidentior notitia conclusionis: hoc tãtum erit verum, vt cõparatur intellectui creato: qui potest habere aliam, & aliam notitiam respectu pręmissarum, & conclusionis: tamen hoc non est verum in intellectu diuino, qui tantum potest habere vnam notitiam omnium. ¶ Dico. Tertio: quòd etiam posito, quòd intellectus beatus creatus una simplici cognitione possit cognoscere præmissas, & conclusionem, & similiter intellectus diuinus: tamen intellectus creatus poterit discurrere a magis noto ad minus notum: ita quod eadem notitia, ut terminatur ad præmissas erit euidentior se ipsa, ut terminatur ad conclusionem, quia euidentia conclusionis est ab euidentia præmissarum, & prius natura talis notitia potest terminari ad præmissas, & posterius natura ad conclusionem. Licet ergo realiter non dicatur magis uel minus euidens: secundum tamen diuersas terminationes potest dici magis uel minus euidens. Ex hoc enim quòd terminatur ad propositionem per se notam, dicitur propter se euidẽs. ut uerò terminatur ad conclusionem natam fieri euidentem ab alio: dicitur propter aliud euidens. Et quòd intellectus beatus creatus possit unico actu simplici cognoscere oĩa in essentia diuina. patet à Doc. in 3. d. 14. q. 2. & in quolib. q. 15. Intellectus uerò diuinus & si unico, & simplicissimo actu cognoscat omnia, & præmissas, & cõclusiones, & quodammodo prius natura præmissas, & posterius conclusiones; non tamen poterit dici magis uel minus euidens: nec in se realiter: nec propter aliam, & aliam terminationẽ. quia omne quod sonat imperfectionem excludendum est, ab intellectu

Theologia in se nullo modo est causata.

Discursus non requirit successionem temporis: sed naturæ tantũ.

In Deo non est habitualis cognitio, sed tantum actualis. vide D. Thomam cõtra Gentiles libro primo cap. 56.

De ratione discursus tria sunt. vide Mauritium in illa quæstione vtrum mortale sit vlti-

ma differentia cõstitutiua hominis. f. 29 vniversalium. Quomodo discursus est intellectu diuino.

Sunt hic tres difficultates notãda.

Secũda difficultas.

Prima responsio.

Secunda.

Tertia.

Intellectus creatus vnico actu pręcognoscit omnia.

Intellectus diuinus in intelligẽdo differt à creato quomodo tenent diuer-

no mouet intellectum diuinum. Alia reſponſio.

ctu diuino. Nam eſſentia diuina immediatè mouet intellectum diuinum ad cognitionem omnium: ita perfectè ad cognitionem vnius, ſicut alterius: ita ꝙ cognitio vnius non dicitur euidens propter cognitionem alterius. ¶Dico vltra, quòd intellectus diuinus cognoſcit omnia, vt in eſſentia diuina claré viſa: & non vnum per aliud. vt dicit Doct. q. 15. quoli. Eſſent etiam aliç difficultates, quas breuitatis cauſa pertranſeo: & fortè aliàs declarabuntur. Ibi. Sed aliud dubium eſt. An cognitio contingentium dicatur ſciētia theorica: cum theologia tam noſtra, quam beatorum conſideret, etiam contingentia vt ſupra patuit. videtur quòd non, cum non ſit de obiecto neceſſario vt patet. Dicit Doct. duo primū ꝙ perfectionis eſt in ſcientia, ꝙ ſit euidēs, & certa: ſed ꝙ ſit de obiecto neceſſario, hæc non eſt conditio ſcientiæ: patet: quia aliquando corrumpitur in nobis ſed eſt conditio obiecti quod reſpicit, ſiue ad quod terminatur illa: ergo cognitio, quæ eſt certa, & euidens, & quæ quantum eſt de ſe perpetua. in ſe eſt formaliter perfectior illa, quæ eſt de obiecto neceſſario, quæ tamen ex ſe non eſt perpetua: qualis eſt ſcientia noſtra: obiectiuè tamen illa, quæ eſt de obiecto verè neceſſario erit perfectior: modo contingentia, vt pertinent ad theologiam nata ſunt habere cognitionem certam, & euidentem, & quantum eſt ex parte ſui euidentiam perpetuam: hoc patet quæ omnia cōtingētia theologica nata ſunt videri in primo obiecto theologico: non tamen ex natura rei: quia nec contingentia in ſe continentur in tali obiecto, cum ſint tantum a determinatione diuinæ voluntatis, vt infra patebit. d. 39. ſed poſitis contingentibus ex determinatione voluntatis diuinç: tūc videtur ab intellectu diuino per eſſentiam, ideſt ꝙ eſſentia diuina eſt ratio formalis cauſandi euidentem notitiam talium contingentium in intellectu ſuo, vt patebit. ĩ. d. 39. videntur etiam ab intellectu beato in eſſentia diuina, ſed virtute voluntatis diuinæ. in hoc ſupplentis vicem eſſentiæ diuinæ, vt dixi ſupra, & hæc eſt certiſſima cognitio: quia non tantum videntur contingētia illa: ſed etiam videtur cauſa talium contingentium ſcilicet determinatio voluntatis diuinæ: propter quam determinationem dicuntur habere ſuo modo euidentiam: licet notitia illorum ſit ab eſſentia diuina: vt talis cognitio comparatur ad intellectum diuinum: & a voluntate diuina ſupplente vicem eſſentiæ diuinæ, vt comparatur intellectui creato perfectè ſupplēte, vt comparatur ad intellectum beatum, & imperfectè ſupplēte, vt comparatur ad intellectum viatoris: quia tantum per reuelationem obſcuram, & hoc de communi lege. Sequitur ibi: viſio autem extremorum veritatis contingentis, & viſionis eorum neceſſario cauſat euidentē certitudinem de tali veritate euidente ideſt quòd eſſentia diuina in intellectu ſuo primo cauſat notitiam terminorum: ſecundo voluntas determinat velle venire illos terminos in re: putà, quòd antichriſtus erit exiſtēs tertio. eſſētia diuina cauſat viſionē huius vnionis determinatè à voluntate diuina, ad quam viſionē claram, ſtatim ſequitur certitudo illius contingentis: & ſic intellectus diuinus ſcit ab çterno certitudinaliter antichriſtum fore: vt magis patebit. infra d. 39. Hoc idem dico de intellectu beato: quia voluntas diuina ſupplendo perfectè vicem eſſentiæ diuinç: cauſat notitiam terminorum huius contingētis verbum eſt incarnatū. ſecūdo cauſat viſionē vnionis naturæ humanæ ad verbum: qua habita: ſequitur certitudo huius contingentis. Hoc idem erit in intellectu viatoris, excepto, quòd de communi lege termini contingentis reuelatç accipiuntur, ſiue cognoſcuntur virtute intellectus agentis & fantaſmatis. vt ſupra patuit, & poſt voluntas diuina cauſat notitiam vnionis terminorum (obſcurè tamen) & poſt cauſat aſſenſum. vt patuit in j. q. & ſic in nobis habetur certitudo de hoc reuelato, niſi prius cauſetur in nobis aſſenſus: quia notitia talis vnionis non eſt nobis euidens ex natura rei: & ſic patet de perpetuitate. quia nata eſt eſſe perpetua: immo eſt in intellectu diuino ratione eſſentiç: & in intellectu beato uirtute voluntatis diuinæ ſupplentis perfectè vicem eſſentiæ: & in intellectum noſtro ſupplente imperfectè &c ¶ Ibi. Sed nunquid eorum cognitio eſt ſcientia &c. patet reſponſio in littera. Et quod dicit circa vltimum de notitia cōtingentium diffusè declaraui. ſupra Et quando dicit in vltimo ꝙ notitia contingentium in ea magis aſſimilatur intellectui principiorum: hoc dicit. quia euidētia de contingentibus non eſt cauſata à prioribus, ſiuè præmiſſis in ſyllogiſmo: & ideo notitia talis, magis aſſimilatur intellectui qui eſt notitia præmiſſarum: quā ſcientiæ quæ eſt notitia concluſionum demonſtratarum per notitiam præmiſſarum.

Quatuor cōditiones sūt ipſius ſcientiæ ſecūdū Scotum. 4. prologi & ſeptem ſecūdum Franciſcum de Mayronis in prologo primi libri ſent. q. 14.

Eſſentia diuina quomodo ſit cauſa formalis cauſandi.

In viatore quomodo cauſatur notitia contingentium.

AD SECVNDAM quæſtionem dico. Hic Doc. intendit probare duo. Primum, quòd theologia in ſe non ſit ſcientia ſubalternata nec ſubalternās. & hoc patet per conditiones ſcientiç ſubalternatç. Nam ſcientia ſubalternata capit ſubiectum ſub ſubiecto ſcientiæ ſubalternatis: ita oportet, ꝙ ſit minus cōmune, & ꝙ addat tali ſubiecto differentiam accidentalem: & ꝙ accipiat principia ſua à ſcientia ſubalternante: vel ſaltem aliquam præmiſſarum: ſicut dicimus, ꝙ perſpectiua ſciētia ſubalternatur geometriç quia ſubiectum geometrię eſt linea: ſubiectum verò perſpectiuç non erit linea in communi: ſed linea determinata per differentiam accidentalem ſcilicet linea viſualis: & perſpectiuus ad probandum concluſiones in perſpectiua ſcientia accipit principia à geometria ideſt præmiſſas: vel ſaltem vnam accipit: ita ꝙ concluſio demonſtrata in geometria erit vna prçmiſſa ad demonſtrandum concluſionem in perſpectiua: vel plures concluſiones demonſtratç in geometria erunt præmiſſç ad demonſtrandum concluſionem in perſpectiua: ita quòd notitia talium præmiſſarum in perſpectiua erit cauſa notitiæ concluſionis in perſpectiua, & notitia huiuſmodi prçmiſſarū erit cauſata a notitia præmiſſarum in geometria. Et ex his ſequitur, quòd præmiſſç in ſcientia ſubalternata non ſunt per ſe notç: quia non ſola cognitione terminorum: ſed ſunt notæ à præmiſſis in ſcientia ſubalternante. ideo habens ſcientiam ſubalternatam nō dicitur propriè demonſtrare propter quid: vt patet primo poſte. quia non procedit ex præmiſſis per ſe notis. ¶His præſuppoſitis patet, quòd theologia in ſe non eſt alicui ſcientiæ ſubalternata. Et hoc probat Doc. quia ſi alicui eſſet ſubalternata: maximè ſubalternaretur metaphyſicæ, cuius ſubiectum eſt comuniſſimum: & prædicatur de ſubiecto theologię in ſe in quid. Licet ergo habeat primam conditionem: ſ. habere ſubiectum ſub ſubiecto: tamen duæ aliæ cōditiones deficiunt: patet de differentia accidētali quia non ponimus Deum, ſub aliqua ratione accidentali, ſubiectum theologiæ in ſe, ſed ſub propria ratione, & quiditatiua. ſcilicet Deum, ſub ratione deitatis, vt patuit ſupra. Tertia etiam conditio ſibi deficit: quia non poteſt demonſtrari aliqua proprietas theologię in ſe de ſubiecto theologico per principia metaphyſicalia. quia ſi ſic: illa proprietas poſſet ſciri naturaliter: & ſic de illa non eſſet cognitio theologica ſed naturalis. Dicit etiam Doct. quòd theologia in ſe nullā aliā ſcientiam ſibi ſubalternat: quia nulla alia ſcientia accipit principia immediata naturaliter nota. ¶ Ibi. Contra. Reſolutio &c. Doc. in iſta ratione intendit probare, ꝙ theologia in ſe poteſt ſibi ſubalternare alias ſcientias: ſupponēdo vnum: quòd cognitio quiditatis in verbo, eſt cognitio theologica: vt ſupra patuit: quia talis cognitio non poteſt haberi, niſi virtu-

Ad ſcientiā ſubalternatam tria requiruntur.

Theologia in ſe non eſt ſubalternata.

Theologia in ſe non ſubalternās

te primi obiecti theologici: uel virtute alicuius supplentis uicem talis obiecti: hoc stante: probat intentū. Et ratio stat in hoc. Quia ex quo notitia conclusionis resoluitur in notitiam præmissarum: & notitia præmissarum in notiam terminorum: ita quòd sicut notitia terminorum est causa notitiæ præmissarum: ita notitia præmissarum est causa notitiæ conclusionis: & sic vna notitia dependet ab alia, sicut notitia cōclusionis, quæ est imperfecta, & minus euidens dependet à notitia præmissarum perfectiori, & euidentiori. Sicut ergo notitia: puta hominis in verbo est notior notitia hominis, vt in lumine naturali: sic notitia huius propositionis: animal rationabile est risibile: vt in verbo: est euidentior se ipsa vt in lumine naturali cognita. Hoc idem dico de ista conclusione: homo est risibilis: & sic poterit demonstrari hominem esse risibilē per animal rationale, ut principiū theologicum: & sic scientia de ista conclusione: homo est risibilis: videtur sualternari notitiæ theologicæ, qua cognoscitur animal rationale esse risibile: vel poterit subalternari notitiæ eiusdem conclusionis, vt visæ in verbo. ¶Doc. respondet. Ibi ad hoc respondeo: quòd & si metaphysicus &c. Et nota hic singularem respōsionem.

Nota hic.

Eadem enim propositio potest esse per se nota terminis distinctè conceptis, & etiam confuse cōceptis. vt patebit. infra In isto. 1. d. 2. q. 2 & d. 3. q. 4. Nā geometer habet hanc propositionem per se notam: linea est lōngitudo sine latitudine: terminis confusè conceptis: quia non cognoscit distincte ad quod prędicamentum, vel ad quam speciem prędicamēti pertineat & an sit ens absolutum, vel respectiuum: hæc enim magis spectant ad metaphysicum: ideo metaphysicus habebit istam per se notam, ex conceptu distincto terminorum: quia distinctè sciet ad quod genus, & ad quam speciem pertineat: & aň absolutum an respectiuum. Geometer ergo habebit hanc propositionem per se notam linea &c. ex solo conceptu confuso terminorum: nec probatur per istam metaphysici. hoc est per notitiam habitam ex conceptu distinctio terminorum. Licèt ergo vna sit perfectior alia: nō tamen imperfectior probatur per perfectiorem, & dat Doc. clarum exemplum: quòd si eadem conclusio: puta homo est risibilis: possit probari per diuersa media à diuersis: ita quòd unus procedat per præmissas per se notas terminis confuse conceptis: & alius procedat per præmissas per se notas terminis distinctè conceptis: & quod talis conclusio ita distinctè sciatur ab vno sicut ab alio: licet tamen non clarius: esset exemplum valde ad propositum. Sic in proposito: quamuis homo via naturali probet hominem esse risibilem, distinctè cognoscendo illam conclusionem: & similiter eandem conclusionem cognoscat in verbo distinctè: clarius tamen in verbo, quàm in lumine naturali: non tamen notitia, quæ habetur in verbo erit causa notitię, quæ habetur de ista conclusione in genere proprio: nec vna notitia scit per aliā.

Clarum exēplum Doctoris.

Opi. D. Th

¶Secundum principale est ibi. Sed quòd de theologia nostra. Hic Doc. recitat opi. S. Tho. qui dicit, quòd theologia nostra est scientia proprie dicta: & sualternatur Theologię Dei & beatorum. patet in prima parte. q. 1. arti. 2. Et modus ponendi. S. Tho. potest reduci ad tria puncta sicut reducit Alfonsus Tol. in prolo. q. 2. articu. 3. videlicet quòd scientiæ etiam propriè dictę sunt in duplici ordine. Quædam procedunt ex principijs in eisdem euidēter notis: sine recursu ad aliquā scientiam superiorem: sicut geometria, & virtualiter omnis scientia subalternans. Quædam verò procedunt ex principijs notis euidenter: non tamen in eis, sed in scientia superiori: sicut scientię subalternatę: & ex hoc elicitur. Primus punctus. quòd de ratione scientiæ propriè dictæ non est habere principia in eadem euidenter nota. Secundus pūctus est: quòd habitus

Quid sit de ratione sciētia propria dicta.

theologicus reuelatus possibilis viatori: de lege communi non procedit ex principijs primo modo notis: quia articuli fidei, qui ponuntur principia dicti habitus: non sunt nobis in via euidenter noti, sed tantū crediti. Tertius pūctus est, quòd habitus Theologiæ reuelatæ procedit ex principijs notis. secundo modo euidenter: quia articuli fidei, qui nobis in via sunt crediti tantum: in scientia verò Dei, & beatorū sunt euidenter noti: ex istis elicitur, quòd habitus Theologię reuelatę: in nobis sit scientia propriè dicta subalternata scientiæ Dei, & beatorum. ¶ Contra quam opi. arguit Doc. multis medijs primo. Ibi. Contra hoc arguitur sic. Et reducit ipsum ad contradictionem: quia alibi dicit, quòd scientia, & fides non stant simul de eodem obiecto. idest quòd aliquis verè sciat, puta hanc conclusionem Deus est trinus, & vnus, & quòd simul habeat fidem de eadem conclusione. Cum ergo Theologia nostra sit reuelata, & tota stet cū fide, vel est fides: & ex alia parte dicat quòd Theologia nostra est scientia propriè dicta: ergo stat cum fide, & non cum fide: quia theologia nostra stat cum fide cum sit de articulis reuelatis, & non stat cum fide cum sit scientia propriè dicta: quæ secundum eos non stat cum fide.

Doct. arguit contra D. Tho.

¶Secunda ratio est. Ibi. Præterea scientia Dei. Certum est apud omnes, quòd scientia subalternans, & scientia subalternata sunt duæ scientiæ: quia alterius, & alterius subiecti, saltem obiectiuè distincti. Tum quia ex alijs, & alijs principijs procedunt. Tum quia subalternans demonstrat simpliciter propter quid: subalternata verò non. Sed Theologia in quocunq; intellectu est tantum vna scientia. Tum quia vnius subiecti sub eadem ratione formali &c. ergo non potest esse subalternata Theologiæ beatorum: quia tūc essent duę scientiæ distinctæ: & sic essent distinctorū subiectorum.

Nota quòd Capreolus in 3. libro sent. dist. me. 23. habet quòd fides non est de scitis, ista est sententia D. Thomæ secunda secundæ q. 1. arti secūdo.

¶Tertio arguit. Ibi. Præterea scientia secundum rationem causæ. Hic Doc supponit vnum scilicet quòd scientia subalternata dependet à scientia subalternante: saltem quantum ad hoc, quòd cognitio principiorum subalternatæ sit causata à notitia principiorum subalternantis: vel saltem ab obiecto illius scientię, vel à principijs. Sed certum est, quòd notitia Thologica nobis reuelata: puta notitia huius, Deus est trinus, & vnus: non est aliquo modo causata à notitia beatorum, quæ est clara visio huius. Deus est trinus, & vnus: vt patet ergo non subalternatur ei. Et cum dicit Doc. Nulla scientia dependet ab aliquo vt à proximo: nisi ab obiecto suo de quo est, & intellectu scilicet à quo, & in quo est: & lumine idest à forma syllogistica: & præmissis: vt quidam Scotistæ exponunt de illo lumine. Et debet addi de proximo: quia talis scientia dependet à voluntate diuina, vt à causa remota. Sed certum est, quòd notitia Theologica nostra non depēdet à visione beatorum, ut causa effectiua: nec ut ab obiecto: nec vt à lumine: quia talis uisio non est forma syllogistica, uel præmissæ.

Theologia nostra non dependet à Theologia beatorū vt à causa effectiua.

¶Quarta ratio est. Ibi. Præterea scientia subalternans, & subalternata. Hęc ratio patet ex supradictis: quia vbi subalternans desinit, ibi subalternata incipit, idest quòd conclusio demonstrata in subalternante est præmissa in subalternata (vt dixi supra) & per consequens subalternans, & subalternata sunt primo de eisdem prędicatis. non enim subalternata demonstrat proprietatem demonstratam in subalternante: ut patet: quia conclusio in subalternante est pręmissa in subalternata: sed Theologia Dei beatorum & nostra est præcisè de eisdem prædicatis (licèt natura sit de eisdem per reuelationem: illa uerò beatorum per demonstrationem, & forte etiā per discursum: sed illa quæ est Dei, licèt sit de eisdem simpliciter prædicatis: non tamen per demonstrationem ut supra patuit) modo si nostra esset subalternata non posset esse primo de eisdē prędicatis, siue proprietatibus. ¶Quinta ratio est. Ibi.

Habens

Habens scientiam subalternantem &c. Et ratio stat in hoc, quòd habens scientiam subalternatã, potest habere subalternantem: resoluendo præmissas subalternatæ in præmissas subalternantis. quia principia subalternãtis sunt vniuersaliora: & sic ordine cognitionis intellectualis prius nota: quia ibi, vt huiusmodi non proceditur à magis notis à sensu: & econuerso: habens subalternantem, potest habere subalternatam: accipiendo conclusionem subalternantis & probando per eam conclusiones subalternatę.

Deus & beatus non potest habere theologiam nostram.

Sed Deus, & beatus nõ potest habere nostram theologiam: quia nos solum obscurè & fide credimus: & Deus & beati clare vident: modo fides repugnat visioni: neque econuerso viator potest habere visionẽ de communi lege: ergo Theologia Dei, & beatorũ non subalternat sibi Theologiam nostram.

Tho Caie. de Vio.

NOVVS expositor S. Tho. respondet ad rationes Sco. contra Tho. de subalternatione Theologiæ. Ad illud de vnitate Theologiæ dicit, Primò, q scientia de Deo adęquata non potest esse, nisi vna: in adæquata verò potest multiplicari: & talis est Theologia. Secundò dicitur, & melius, vt ipse dicit (quamuis in idẽ redeat) q antecedens est falsum: quoniam ad vnitatẽ scientiæ requiritur vnitas rationis formalis obiecti, vt res: & vnitas rationis formalis obiecti, vt obiectũ: quamuis ergo deitas sit ratio formalis obiecti, vt res respectu vtriusque Theologiæ: alia tamen, & alia est ratió formalis eiusdem obiecti, vt obiectũ, est in vtraq; Theologia: quoniam Deus, vt clarè visus obijcitur beatis. Deus autem, vt reuelatus abstrahendo à claritate, & obumbratione: obijcitur Theologię nostrę absolutè sumptæ. ¶Ad secundum dicit q Theologia nostra, & beatorum non sunt de ijsdem veritatibus: prout manifeste patet de veritatibus articulorum fidei: de quibus est Theologia beatorum, non nostra. Et per hoc patet responsio ad formam argumẽti: quod subiectũ Theologiæ nostræ addit ad subiectum Theologiæ beatorum: quia addit esse reuelatum: quia Deus, vt reuelatus, est subiectum Theologiæ nostræ. Potest etiam dici quòd non est necesse, subiectum scientiæ subalternatæ addere aliquid subiecto scientiæ subalternantis: sed, quòd scientia subalternata capiat subiectum, sub subiecto scientię subalternantis: hæc illæ.

Cõtra Tho. Caie.

SED HAEC RESPONSIO non satisfacit. Cum dicitur quòd subiectum theologiæ beatorum est Deus, vt clarè visus: quia hæc est ratio formalis obiecti, vt obiecti. idest vt obijcitur. hoc enim nihil est. Tum quia obiectum actu obijci, dicit tantũ relationem rationis: & tunc aliquid sub ratione entis rationis esset subiectum scientiæ realis, vt realis: cuius oppositum probatum est supra. Tum quia nihil ponitur subiectum alicuius scientiæ nisi sub illa ratione, qua pręcedit illam scientiam: sed Deus, vt clarè visus non præcedit visionem intellectus beati: patet quia visione illa dicitur visus. Tum quia: quæro quomodo ponitur subiectum Theologiæ Dei. Si sub ratione deitatis absolute: cui tamen accidit actu videri: eodem modo debet poni respectu theologiæ beatorum. Si verò, vt clarè visus: ergo sub ratione alicuius posterioris deitate: & sic sub ratione alicuius, quasi accidentaliter erit subiectum Theologiæ Dei: quod est falsum. Tum etiam: quia non esset assignare aliquod subiectum theologiæ beatorum sub aliqua per se ratione: sed tantum accidentali: & sic scientia beatorum diceretur per accidens. Tum etiam: quia ex quo communiter ponitur subiectum scientiæ subalternatæ addere differentiam accidentalem subiecto scientiæ subalternantis: quæro, an subiectum scientię subalternantis ponatur subiectum sub aliqua ratione accidentali? Si sic, ergo non differret à subiecto scientię subalternatæ. quod est falsum: quia pręsupponitur subiecto subalternatæ. Si verò addat differentiam per se idest q subiectum scientię subalternantis est subiectum, sub aliqua per se ratione formali. sequitur, q cum Deus, vt clarè visus dicat tantũ rationem formalem per accidens: non erit subiectũ theologiæ beatorum: & per consequens theologia beatorum non erit subalternans respectu theologiæ nostræ. Multę alię rationes possent assignari: tamen breuitatis causa illas omitto. Tum etiam: quia ista positio non tantum est improbata à Sco. sed etiam a multis alijs, vt ab Alson. Tole. & ab alijs quam plurimis. ¶Ad aliam responsionem. vbi dicit, quod theologia nostra non est de eisdem veritatibus: de quibus theologia beatorum. Quæro theologia nostra est de ista veritate Deus est trinus, & vnus? & similiter theologia beatorum (idem enim est obiectum respectu vtriusque) aut enim theologia nostra est de illa, vt reuelata; & theologia beatorum vt clare uisa? Sed hoc nihil est: quia si theologia beatorum est de ista veritate, vt clare visa: tunc sic: aut scientia theologica beatorum terminatur ad istam. Deus est trinus, & vnus in se absolutè: & sic habetur propositum quòd non sub ratione, qua clarè visa. Aut terminatur ad ipsam, vt clarè visam: ergo beatus prius videt illam; & post alia visione videt illam: & sic secunda visio erit tantum actus reflexus. Probatur: quia nulla cognitio terminatur ad obiectum, vt cognitum nisi prius sit cognitum: sic in proposito. ergo illa prima visio, huius, Deus est trinus, & vnus: nõ erit theologica; quod nullus diceret. Tum etiam: quia omnis veritas theologica, quæ dicit conformitatem prædicati ad subiectum præcedit perfectionem illius: ergo ista, vt visa, siuè, vt clarè percepta non diceretur simpliciter veritas theologica respectu intellectus beati. Sed de hoc magis patebit. in 3.d.23. Et quod dicit, quòd subiectum scientiæ subalternatę non addit &c. Hoc est manifestè falsum; & contra communem uiam, tam philosophorum, quàm theologorum; nec oportet in hoc insistere: quia est pertractandum in primo poste. ¶Alias autem rationes Docto. magis euidentes non soluit. Et multæ solutiones huius noui expositoris accipiuntur à Capreolo. ut patet intuenti opera Capreoli.

Complures solutiones Caietani accipiuntur à Capreolo.

Quæstio 4. & 5. Lateralis.

Vtrum Theologia sit scientia practica, vel speculatiua.

Secundò à quo scientia dicatur practica.

Scotus primo sent. q. 4 & 5 Prologi.
D. Thomas prima partę summa q 1. Artic 4.
Durandus in Prologo primi sent. q. 6.
Ricardus primo sent. q. 4 Prologi.
Franciscus de Mayronis primo sent. Dist. 48 q 2.
Ioannes Bacconitanus primi sent. q 4 Prologi.



IRCA quartam quæstionem Doct. quærit duo. Primò. An Theologia sit scientia practica? Secundo à quo sciẽtia dicatur practica? ¶Ibi ad istas, quęstiones soluẽdas &c. Hic præmittitur q praxis idem est, quod operatio: & propriè loquendo illa operatio, quæ ex se bene, uel male fieri potest dicitur praxis: quia talis operatio requirit scientiam directiuam. Et nota, q quædam est scientia practica factiua: & est illa, quæ dirigit ad opus, quod recipitur in materia extra: ut ars domificatiua: & huiusmodi: & quia tale opus potest bene, uel malè fieri: ideo indiget in intellectu scientia directiua. Alia dicit practica actiua: quæ dirigit in opus non receptum in materia extrinseca, sed receptum

Operatio bona vel mala praxis dicitur.

Scientia practica factiua. Practica actiua.

in

in ipso operantem: vt scientia: quæ dirigit ad actus, qui bene, vel male moraliter possunt fieri: & ideo tales actus dicuntur praxes: quia ad hoc quòd bene fiant requirunt scientiam directiuam in intellectu. Et sic scientia practica, tam factiua, quàm actiua est semper directiua alterius potentiæ ad agendum: speculatiua verò scientia stat in sola consideratione nō dirigendo aliquam aliam potentiam ad rectè agendum: sicut est scientia phisicalis, & metaphisicalis: & huiusmodi: quæ solum stat in consideratione consideratorum in tali scientia. Et sic patet, quod dicit Docto. hic, quòd habitus practicus aliquo modo extenditur ad praxim: quæ extensio nihil aliud est, nisi dirigere operationē, ad quàm extenditur: vel est dirigere potentiam operatiuam ad rectè, vel non rectè agendum: & tunc dicitur rectè agere, cum elicit actū conformiter rationi rectę: & dicitur non rectè agere, cum elicit difformiter. Hoc præmisso, sequitur declarare primò quid sit praxis.

Speculatiua.

IBI DICO IGITVR PRIMO. Hic Doc. ponit diffinitionem praxis, ad quam extēditur cognitio practica: & dicit, quòd praxis est actus alterius potentiæ quam intellectus naturaliter posterior intellectione: natus elici conformiter rationi rectę ad hoc, vt sit actus rectus. Et singulæ particulæ huius diffinitionis exponuntur à Doc. Prima conditio est, quòd praxis est actus alterius potentiæ, quàm intellectus. Ad quod intelligendum: accipio dictum Arist. Tertio de anima. t. c. 49. videlicet, quòd intellectus extensione sit practicus: intellectus enim acceptus secundum suam entitatem non dicitur extendi vt patet sed si extenditur, hoc tātū est denominatiuè: eo quòd in se recipit aliquam intellectionem, quę est verè directiua in actum alterius potentiæ. Nam per cognitionem practicam, siuè directiuam in praxim receptam in intellectu dicitur denominatiuè practicus: & quando recipit cognitionem, quę nullo modo est directiua in actus alterius potentiæ: dicitur speculatiuus denominatiuè à tali cognitione speculatiua. Sequitur ergo, quòd quando intellectus stat præcisè in actibus suis: siuè syllogizando, siuè diuidendo, siuè discurrendo: & huiusmodi: nunquam dicitur practicus denominatiuè: cum dicitur practicus extensione. Extendere enim est extra se tēdere: oportet ergo, quòd dicatur practicus ex hoc, quòd recipit aliquem actum dirigentem potentiam extra intellectum in operationem: & ex hoc dicitur extensione practicus: & hoc patet: quia tantum stat in actibus cognoscendi, qui verè non sunt directiui alterius potentiæ in operationem, semper dicitur speculatiuus. Et ex hoc apparet, quòd quamuis intellectus per vnum actum intelligendi dicatur extendi ad alium actum: vt puta per notitiam præmissarum dicitur extendi ad notitiam conclusionis: tamen nō dicitur practicus: aliter logica diceretur scientia practica, quod communiter non tenetur: & si aliqui oppositum teneant. Et quòd logica non sit sciētia practica: vide illam quæstionē quam facit Ant. And. in primo, metaphysicę & etiā Doc. ¶ Ibi. Secunda conditio &c. Secunda cōditio praxis est: quòd talis actus, siuè operatio, qui dicitur praxis: est naturaliter posterior intellectione. Pro declaratione huius literę: nota primò: quòd ex quo praxis dicitur operatio bona, vel mala: & ideo semper indiget cognitione directiua: & directiuū naturaliter est prius directo: sequitur quòd omnes illi actus, qui naturaliter sunt priores cognitione directiua. siue, qui nullo modo ex natura sua possunt dirigi, cum nec bene, vel malè fieri possunt: tales actus non dicuntur praxes & huiusmodi sunt omnes actus, qui non possunt subesse imperio voluntatis: cuiusmodi sunt actus vegetatiuæ, & virtutis digestiuæ, & nutritiuæ: & huiusmodi. Nota secūdo, quòd sunt multi actus potentiæ sensitiuæ, qui quantum est ex parte sua: sunt naturaliter priores intellectione: cum omnis cognitio (pro statu isto) intellectiua præsupponat cognitionem sensitiuam: vt sunt actus potentiæ visiuæ: gustatiuæ: tactiuæ: auditiuæ: & olfatiuæ: quia tamen isti actus, vel saltem multi possunt benè, vel malè fieri, etiam moraliter: quia possunt subesse imperio voluntatis: vt ergo eliciuntur à potentia sensitiua ex imperio voluntatis, conformiter se habentis cognitioni practicæ: & vt sic eliciti possunt dici praxes: vt verò sunt priores cognitione practica nullo modo dicuntur praxes. Exemplum: pono, quòd aliquis primo, videat pauperem ante omnem actum elicitum voluntatis, vel intellectus: ista visio nullo modo est praxis: quia, vt præcedit actum voluntatis, & intellectus non potest, nec bene, nec malè moraliter fieri vt patet à Docto. in 2. d. 42. & in 3. d. 33. postea intellectus cognoscit illum pauperem, vt valde indigentem, cui subueniendum est ex pietate: talis cognitio dirigit voluntatem, vt velit subuenire: pauperi: illud velle conformiter ellicitum tali cognitioni, dicitur primo, praxis: vt infra patebit. Et si talis voluntas, sic directa imperat potentiæ uisiuæ, vt uelit ipsum videre oculo pio: talis visio sic imperata dicetur praxis. Et sic patet, quod, vt dicitur praxis, est posterior intellectione directiua. ¶ Ibi. Ex his duabus conditionibus &c. Hic Docto. infert vnum correlarium scilicet quòd omnis praxis de qua supra, est actus voluntatis elicitus, vel imperatus. Ratio, quia praxis est essentialiter posterior ipsa intellectione practica. Sed solus actus elicitus voluntatis, vel imperatus est essentialiter posterior. De actu elicito: patet. quia voluntas non potest elicere actum nisi circa obiectum præcognitum: nec similiter potest imperare potentiæ visiuæ, vt videat pauperem nisi pauper præcognoscatur ab intellectu: & sic patet propositum. ¶ Et nota, quòd propriè actus elicitus voluntatis, est actus immediatè procedens, à voluntate: & receptus in ea. Actus verò propriè imperatus voluntatis est actus alterius potentiæ: elicitus à tali potentia ex imperio voluntatis: vt visio imperata dicitur actus imperatus. ¶ Ibi. Quicunque alius detur aliquis eiusdem rationis cum illo poterit esse prior. Hic remouet vnam instantiam contra hoc, quod dixit scilicet quòd solus actus voluntatis elicitus, vel imperatus est essentialiter posterior intellectione: quia aliquis actus potentiæ visiuæ, potest esse posterior intellectione: & tamen non erit, neque elicitus, neque imperatus à voluntate. Exemplum: si aliquis prius cognouerit albedinem, & post per liniam potentia visiua videat illam, nullo imperio voluntatis præcedente: talis visio albedinis erit posterior intellectione eiusdem. Dico, quòd ex ratione visionis non est, quòd sit posterior essentialiter: quia si visio, (vt visio) esset essentialiter posterior intellectione: puta visio albedinis: quelibet visio eiusdem rationis esset essentialiter posterior: quod est falsum. Nam aliqua visio albedinis est necessario prior intellectione albedinis quia pro statu isto, intellectus non potest habere scientiam de albedine, nisi prius videatur à potentia visiua: & sic patet ad instantiam. Solus ergo actus uoluntatis elicitus, uel imperatus est essentialiter posterior intellectione: quia nullus talis potest dari, nisi sit essentialiter posterior intellectione. ¶ Ibi. Hoc patet secundo sic. Hæc est secunda ratio, qua probat Docto. quòd praxis est actus voluntatis elicitus, vel imperatus. Probat ex 6. Ethi. quia artifex eget virtute. idest arte ad rectè agendum: non autem indiget virtute respectu illius, quod non est in potestate sua, idest nisi enim artifex habeat in potestate sua opus: nullo modo indiget arte, vt rectè agat

Diffinitio praxis.

Intellectus practicus.

Intellectus speculatiuus.

Logica non est scientia practica.

Actus qui … voluntatis imperio non

dicuntur praxes.

Actus potentiarum sensitiuarum possunt dici praxes licet sint priores praxi.

Actus elicitus, vel imperatus voluntatis est praxis.

Actus elicitus.

Actus imperatus.

Non omnis actus potentiæ … prior … intellectione.

Actus voluntatis imperatus est essentialiter posterior intellectione.

agat illud opus. Si enim opus de necessitate sit: ad quid indiget arte siue scientia practica directiua in tale opus? ex hoc enim quòd potest bene, vel malè fieri (quod non contingeret, nisi opus esset in potestate agentis) ideo indiget aliqua arte, siuè scientia practica directiua in opus. Et si artifex habet in potestate sua factionem, siuè opus: quanto magis prudens habet in potestate sua operationem uirtuosam qua est formaliter uirtuosus?

Prudētia est virtus vniuersalis ī intellectu.

Operatio nō dicitur bona uel mala moraliter nisi libera.

prudentia enim est uirtus uniuersalis, in intellectu, quæ dirigit uoluntatem ad actum uirtuosum: quia actus nunquam posset dici bonus, vel malus moraliter, nisi esset in potestate uoluntatis: nec similiter aliqua operatio sensitiua posset dici bona, uel mala moraliter, nisi esset in potestate uoluntatis. Et ideo, vt uoluntas rectè agat eliciendo actum in se, vel imperando actum alterius potentiæ, indiget prudentia, siuè scientia practica actiua. Et sic patet, quòd praxis est actus elicitus, vel imperatos à voluntate. ¶ Ibi. Contra istam conclusionem. Hic arguit Doct. reducendo vnum dictum contra aliud: quia ex quo praxis est actus elicitus, vel imparatus voluntatis: ergo actus intellectus potest esse imperatus à voluntate: & per consequens erit praxis: & hoc dictum contradicit dicto superiori: videlicet, quòd praxis est alterius potentiæ, quàm intellectus. ergo. ¶ Ibi. Respondeo. Nota in ista responsione duo: primum. Ibi. Licet speculatio &c. Dicit Doc. quòd licet aliqua speculatio sit imperata a uoluntate (ut quando uoluntas imperat intellectui, ut speculetur de ente, vel de passionibus entis) non tamen est praxis, prout Doct. loquitur de praxi, quæ est terminus alicuius cognitionis practicæ, siuè directiuæ: cum talis speculatio, vt sic, non possit dici, nec bona, nec mala moraliter: quia nec circa obiectum propriè operabile. Dic. secundo. Ibi. Cum dicitur intellectio est imperata à voluntate, ergo est praxis. Dicit Doct. quòd intellectio imperata à voluntate dicitur praxis, vel practica: quia nata est denominari quasi accidentaliter à praxi, ad quam est extensibilis: non tamen est terminus talis extensionis: nullus, enim actus intelligendi est praxis cum non sit actus alterius potentiæ licet possit dici practicus: quia denominatur à praxi: putà pro quanto actus elicitus voluntatis, siuè praxis extenditur ad ipsum actum imperatum dicetur practicus, vel fortè non debet intelligi de omni cognitione imperata: quia non omnis est extensibilis ad praxim. Sed de cognitione imperata, quæ nata est extendi ad praxim: vt quando voluntas imperat intellectui: vt quæratur media ad aliquem finem: tunc cognitio medij, ordinati ad finem, intentum à voluntate, quæ ab ipsa est imperata, ex quo nata est dirigere uoluntatem in praxim: puta in electionem talis medij: talis cognitio sic imperata potest dici denominatiuè practica, & non praxis: cum non sit terminus extensionis practicæ.

An intellectio imperata à uolunta te sit praxis.

Qua cognitio dicatur practica.

¶ Ibi. Tamen econuerso bene conceditur, quòd omnis praxis est actus elicitus voluntatis, vel imperatus. Sed ex ista propositione inferre, ergo omnis actus elicitus vel imperatus à voluntate est praxis: committitur fallacia cōsequentis: à positione consequentis, siue magis communis: ad positionem antecedentis, siue minus communis. Nam actus elicitus, vel imperatus à voluntate in plus se habet, quàm praxis.

Difficultas.

¶ Hic tamen oritur vna difficultas. Quia omnis operatio bona, vel mala moraliter videtur praxis: sed multæ intellectiones imperatæ à voluntate possunt esse bonæ, vel malæ moraliter, vt clare patet à Doct. in 2. distinc. 42. & in multis alijs locis potest elici, vt in 6. & 17. & 27. primi. vt in distinc. 6. 7. secundi, & in 3. & in 4. ¶ Dico, quòd, & si multæ cognitiones imperatæ, sint bonæ moraliter: quia tamen illæ cognitiones imperatæ, si sunt de fine, vel de his, quæ sunt ad finem sunt verè directiuæ in praxim: quæ propriè est actus alterius potentiæ, quàm intellectus: magis dicuntur practicæ, quàm praxes.

Responsio.

¶ Ibi. Tertia conditio &cet. Tertia conditio praxis, est quòd actus, qui dicitur praxis eliciatur, vel imperetur à voluntate, conformiter rationi rectæ idest cognitioni practicæ: quæ tunc dicitur recta quando non tantum dirigit in actum: sed & dirigit de omni circunstantia, faciente pro rectitudine actus: & probat per dictum Aristo. 6. ethi. c. 3. quòd electio recta necessario requirit rationem rectam: quod non tantum verum est de electione, strictè sumpta, quæ propriè est respectu mediorum ad finem: sed pari ratione de qualibet volitione recta, siuè sit respectu mediorum ad finem, siuè respectu ipsius finis, vt infra patebit contra Hen. Omnis autem praxis, vel est volitio, siuè actus elicitus à voluntate, vel sequens volitionem idest actum imperatum: & sic patet, quòd omnis praxis debet elici conformiter rationi, siuè cognitioni rectę. Item ex dicto August. 15. de tri. ca. 7. Intellectus intelligit sibi, & alijs idest, quòd sicut intellectus potest iudicare de actibus suis: ita, & de actibus alterius potentiæ scilicet quomodo sint eliciendi ad hoc, vt dicantur recti, vel morales: & sic de actu uoluntatis, naturaliter posteriore ipsa intellectione, potest iudicare antequam eliciatur: putà cognoscendo actum voluntatis, sic, vel sic esse eliciendum: quia cognitio practica non tantum iudicat de actu, vt absolutè à voluntate eliciendo, sed iudicat etiam de omni circunstantia, requisita ad actum moralem: & per consequens si rectè iudicet, idest si talis notitia rectè dirigit: oportet illum actum voluntatis conformiter elici tali cognitioni rectæ ad hoc, vt dicatur formaliter rectus. Et ex hoc patet quòd à Doct. tantum diffinitur praxis recta: quia omnis operatio, quæ elicitur à voluntate, vel imperatur, vt conformiter rationi rectæ, dicitur recta vt patet à Doc. in isto primo distinc. 17. in 2. dist. 7. 40. 42. in 3. dist. 33. & 34. & 36. in d. 14. in quoli. q. 18. & alibi sæpè.

Praxis recta tantum diffinitur à Doc.

¶ Ibi. Ex duabus conditionibus vltimis. Dicit Doct. quòd ex quo praxis est essentialiter posterior intellectione. Et secundò, quòd ad hoc, vt dicatur recta: oportet, quòd sit elicita conformiter rationi rectæ: sequitur, quòd actus elicitus à voluntate erit primo praxis: quia ille solus est simpliciter posterior essentialiter intellectione, actus uerò aliarum potentiarum: si dicantur posteriores intellectione: hoc est inquantum imperantur à voluntate, sequente cognitionem: & similiter solus actus voluntatis elicitus est simpliciter primo conformis rationi rectæ: actus uerò aliarum potentiarum non possunt dici conformes rationi rectæ: nisi inquantum sunt imperati à voluntate, primò sequente rationem rectam: ut patet hic à Doct. & in multis alijs locis.

Primo praxis est actus à voluntate elicitus.

¶ Ibi. Tunc vltra. Hic Doct. ex præcedentibus intendit inferre, quòd si actus elicitus voluntatis, conformiter rationi rectæ separetur ab actu, imperato voluntatis, adhuc erit verè praxis, & probat Docto. hoc, duplici ratione. Et hoc probat contra eos, qui dicunt quòd actus

voluntatis elicitus non eſt praxis, niſi in ordine ad actum imperatum in alijs potentijs, vt diffuſè patebit infra. ¶ Et prima probatio eſt. Ibi. Quandocunque aliquid eſt primò tale coniunctum cum aliquo poſteriori, ſi poteſt ſeparari ab illo, adhuc eſſet tale. Iſta propoſitio eſt manifeſta. & dicit, quòd talis actus elicitus voluntatis, vt conformis rationi rectè, poteſt eſſe ſine actu imperato in alia potentia, putà ſenſitiua: vt patet de obiectis immaterialibus: circa quæ voluntas poteſt habere actum rectum, ſine quacunque operatione exteriori: patet quia huiuſmodi obiecta non ſunt obiecta, circa quæ potentiæ ſenſitiuæ operari poſſint. Nõ negat tamen Doct. quin etiam actus voluntatis poſſit rationi rectæ conformiter elici à uoluntate, etiam circa ſenſibilia, ſine actu alterius potentiæ ſenſitiuæ: ſiuè interioris, ſiuè exterioris. ¶ Secunda ratio eſt. Ibi. Secundò hoc idem probatur. Et ratio ſtat in hoc principaliter: quòd ſicut potentia ſenſitiua verè poteſt concupiſcere aliquid, vt guſtatiua cibum: & tamen actu non comedit: & tamen ille actus concupiſcendi, vt ſequitur cognitionem directiuam, poteſt dici praxis: ergo a fortiori potentia volitiua poteſt velle puta comedere, abſque hoc, quòd ſequatur comeſtio in potentia guſtatiua. Et ſic tale, velle erit verè praxis.

¶ Probatur modo Docto. quòd talis voluntas habet rationem principij motiui cum intellectu & ratione: & per conſequens talis actus, productus a voluntate cum ratione, erit verè praxis. Exponitur ergo litera ſic in principio. Ibi. Tertiò de anima. vbi Ariſto. inquirens principium motiuum &c. Dicit ibi, quòd duo ſunt motiua, videlicet appetitus & ratio: & hoc ſic intelligendum eſt: quòd ratio, ſiue cognitio practica poteſt dici cauſa partialis volitionis: & appetitus rationalis alia cauſa ſuſtinendo illam opin. quam ponit Doct. in 25. d. 2. quod cognitio obiecti ſit partialis cauſa actus voluntatis. Si verò voluntas eſt totalis cauſa ſui actus, tunc poteſt dici, quod ratio, ſiuè cognitio practica eſt cauſa talis actus, non effectiua: ſed cauſa ſine qua non: quia eſt impoſſibile voluntatem habere actum, circa aliquod obiectum, non præcognitum. Et quod ſic poſſit poni, vt cauſa ſine qua non. Vide Docto. in ſecundo vbi ſupra. Poteſt etiam dici, quod ratio eſt principium motiuum, reſpectu actus uoluntatis: non, quod effectiuè, ſiuè partialiter, ſiuè totaliter cauſet illum: ſed quia talis ratio, ſiuè cognitio eſt directiua voluntatis in talem actum: quia talis ratio, ſiuè cognitio eſt directiua voluntatis in talem actum: quia talis actus non eſſet rectus, niſi eſſet elicitus à voluntate, conformiter tali cognitioni, rectè dirigenti ipſam voluntatem in actum. Hoc illud idem poſſet dici de appetitu ſenſitiuo, ſequente cognitionem ſenſitiuam: quia appetitus ſenſitiuus eſt cauſa ſui actus, putà concupiſcendi: vt patet à Docto. in t. d. 17. Non curo modo diſputare, an ſit cauſa partialis, vel totalis. Et ſic cognitio ſenſitiua poteſt dici principium motiuum, reſpectu talis actus concupiſcendi aliquo iſtorum trium modorum qui ſupra patent. ¶ Ibi. Intellectus non mouet ſine appetitu: voluntas autem appetitus eſt. Hic accipitur intellectus pro intellectione. Et tunc ſenſus eſt: quòd ſuſtinendo intellectionem eſſe cauſam partialem actus voluntatis, & voluntatem eſſe aliam cauſam partialem, non poteſt cauſare actum voluntatis ſine voluntate. Vel ſenſus eſt, quòd intellectio non poteſt dici directiua potentiæ ſenſitiuę in aliquem actum: niſi voluntas ſequens talem cognitionem moueat potentiam ſenſitiuam ad actum imperando illi: &c. Alij ſenſus poſſent dari: ſed, quia non multum faciunt ad propoſitum noſtrum: ideo omitto illos. ¶ Ibi. & conſequenter oſtendit, quòd appetitus duo quandoque ſunt ſibi contrarij: ideo eſt ponere quaſi vnum mouens ſpecie: quia duobus appetitibus communis eſt ratio ſpeciei intermediæ: uidelicet ratio appetitus &c. Quod dicit, quòd duo appetitus ſunt quandoque contrarij: patet de appetitu rationali, & ſenſitiuo: nam ſenſitiuus puta guſtatiuus actu concupiſcit potum: & voluntas actu elicit actum contrarium: & ſic iſti duo appetitus dicuntur contrarij in appetendo. Et hic Docto. loquitur tantum de appetitu rationali, qui ſequitur cognitionem intellectiuam: & de appetitu ſenſitiuo, qui ſequitur cognitionem ſenſitiuam: quia iſti multotiens ſunt contrarij in ſuis operationibus circa vnum, & idem obiectum. De appetitu verò naturali voluntatis, & naturali in potentia ſenſitiua non eſt præſentis ſpeculationis. Et quod addit, quòd appetitus prædicatur de appetitu rationali, & ſenſitiuo ſecundum rationem ſpeciei intermediæ. Hoc dicit: quia ſufficiebat Ariſtotili dicere tantum, quòd in homine ſunt duo motiua: videlicet ratio, & appetitus; qui appetitus poſtea diſtinguitur in appetitum rationalem, & ſenſitiuum. Sequitur in litera. Vult ergo expreſsè, quòd ſicut appetitus ſenſitiuus habet rationem principij motiui, cum ſenſu & fantaſia: ita voluntas habet rationem principij motiui, cum intellectu, & ratione &c. Et hæc litera ex ſupradictis ſatis clara eſt. Literæ ſequentis ſenſus talis eſt. Sicut ergo potentia ſenſitiua poteſt concupiſcere aliquid ſine actu exteriori: (ſicut potentia guſtatiua concupiſcit cibum: & tamen non proſequitur illum:) & illa concupiſcentia eſt vere praxis: ſi ipſam præcedit cognitio directiua. Sic & volitio ſine actu imparato exterioris potentiæ erit verè praxis: ſi ſit elicita conformiter rationi rectæ: & Sic patet primus articulus.

Appetitus ſenſitiuus eſt cauſa ſui actus.

Duo appetitus ſunt quandoque contrarij.

In homine ſunt duo motiua, ſcilicet ratio & appetitus.

MVLTI tamen contra diffinitionem praxis, datam à Docto. ſubtiliter arguunt: præcipue Ioan. Anglicus Baccho. in prolo. q. 4. qui videtur tenere, quòd praxis eſt ſola operatio intellectus, & nullo modo voluntatis. Ideo ad argumenta Doct. reſpondet. ¶ Ad primum dicit, quòd hic textus non habetur ab Ariſto. videlicet quòd intellectus extenſione ſit practicus. ¶ Secundo dicit: quòd etiam hoc poſito: talis extenſio non debet intelligi circa aliam potentiã: ſed circa obiectum. Nam ſi intellectus tendit in obiectum, in ratione ſimpliciter ſcibilis, dicitur ſpeculatiuus. Si verò in ratione operabilis, dicitur practicus: & talis cognitio, quæ ſic tendit in tale obiectum dicitur praxis. ¶ Ad aliud, quando Docto. dicit, quòd prima praxis eſt operatio, quæ eſt in poteſtate, noſtra. dicit, quod dictare de operabili quid cõueniens, & quid diſconueniens, maximè eſt in poteſtate intellectus: & ſic talis cognitio dictatiua dicitur praxis. Et ſic dicatur, quòd voluntas eſt primum principium artificialiũ, & operabilium, vt patet tertio de anima 6. Meta. & 6. Ethi. & ſic prima praxis in voluntate. Dicit, quòd voluntas facit ad praxim accidentaliter: ita quòd diſponit intellectum ad praxim, imperando cognitionem, quæ eſt vera praxis. Facit etiam conſequẽter: quia voluntas proſequitur: quod eſt dictatum ab intellectu, ſiuè à cognitione: & ſic debet intelligi Ariſto. tamen neuter actus voluntatis ſcilicet antecedens, & conſequens eſt quidditatiuè praxis: ſed actualis dictatio intellectus eſt quidditatiuè praxis, & hoc probat: per Ariſt. qui dicit 6. Ethi. c. 3. quod eſt in mente affirmatio, & negatio: hoc in appetitu eſt proſecutio, & fuga. Ariſt. enim ibi diſtinguit affirmationẽ, & negationẽ in intellectu practico, contra proſecutionem imperatam à voluntate, ſed talis actualis dictatio eſt quidditatiuè

Io. Anglic. Bacho in prolo. q. 4.

Quomodo voluntas faciat ad praxim.

tiuè praxis. ¶ Secundo probat: quia Philosophus. 6. Ethic. determinat, quod intellectus practicus est, qui affirmat aliquid, & negat: finaliter Com. 21. concludit. Sunt vtique quibus verum animam affirmando, & negando: quinque sunt secundum numerum: ars: scientia prudentia: sapientia: intellectus. Sed ista epilogatio non valeret, nisi in intellectu præcisè concluderet praxim: quia isti quinque habitus sunt intellectuales. ¶ Tertio arguit idem per diffinitionem praxis. primo. Ethi. com. 1. quæ talis est. Praxis quod consueuerunt transferre in actum: est secundum electionem hominis energeya idest operatio. Et vult Comm. quòd praxis, & energeya, communiter acceptę sunt idem: sed praxis specialiter addit supra energeyam: quod est operatio secundum electionem: electio verò (ut ait Cōmu.) est de duobus propositis iudicium hominis hoc præaltero præponens. Et subditur in com. Sequitur autem post electionem motus, & impetus ad actum. Et sic patet, quòd electio præcedit motionem voluntatis, & talis electio dicitur verè praxis. Et multa alia dicit, quæ quodammodo in idem incidunt: ideo omitto.

Responsio ad dicta Bach. contra Docto.

RESPONDEO, & dico primo, quòd solutiones dictæ contra rationes Docto. non concludunt, Quod dicit, quòd hic textus non reperitur in Ari. &c. Dico quòd communiter à doctoribus sic allegatur. Dicit enim sic tex. vt patet t. commu. 49. Et intellectus operatiuus, & est cogitans in re, differt à speculatiuo in perfectione scilicet fine, secundum alium textum. Omne enim desiderium est desiderium ad aliquid. Desiderium enim non est principium intellectus speculatiui: sed ille alius est principium intellectus, & cogitatio apud actionem. Desiderium enim mouet: & ideo cogitatio mouet: quia est desideratiua eiusdem. Ibi Commen. intellectus operatiuus differt à speculatiuo perfectione, & fine. Finis enim speculatiui est scire tantum: operatiui autem operari. Et quia omne desiderium est ad aliquid: ideo desiderium non est principium mouēs intellectum operatiuum: sed illud desideratum mouet intellectum: & tunc desiderabit intellectus: & cum desiderauerit: tunc mouebitur homo scilicet à uirtute desideratiua, quæ est intellectus: aut imaginatio &c Ex his apparet expressè, quòd intellectus non dicitur propriè operatiuus, siuè practicus, nisi extendatur ad praxim. Ex hoc enim eliciunt exponentes philosophum, istam propositionem, scilicet, intellectus extensione fit practicus. ¶ Et quod addit, quòd talis extensio debet intelligi circa obiectum &c. Hoc patet non esse verum in exponendo. supra tex. Aristo. Præsertim, sicut intellectus dicitur speculatiuus denominatiuè à cognitione speculatiua, tendente in obiectum solum speculabile: sic debet denominari practicus à notitia practica dirigente voluntatem circa obiectum operabile. Non enim dicitur intellectus practicus denominatiuè à praxi, sed à notitia practica, quæ notitia non dicitur notitia, nisi inquantum dirigit aliquam potentiam in veram praxim: & non videtur primo dirigere aliam potentiam, nisi voluntatem &c. ¶ Si vult dicere, quòd talis notitia practica, dicitur practica ex hoc, quòd dirigit intellectum in veram praxim: ita quòd cognitio sequens notitiam practicam dicatur praxis. Et hoc non: quia ita bene prima cognitio tendit in obiectum operabile, sicut & secunda: & sic non est maior ratio, quòd vna dicatur praxis, quàm alia circa obiectum operabile. Præterea: apud Aristo. & etiam apud communiter omnes. electio recta, est vera, praxis: & tamen ipsa est actus voluntatis: quia primò actus voluntatis dicitur rectus: quia confessè. idest conformiter se habet ratio

Intellectus operatiuus differt à speculatiuo.

A notitia practica nō à praxi dicitur intellectus practicus.

ni rectæ vt patet 6. Ethyc. Nec possumus dicere, quòd electio sit actus intellectus: quia tunc talis electio esset elicita ab intellectu, vt conformis rationi siuè cognitioni. Et sic quæreretur de illa ratione, siue cognitione, an sit praxis, vel ne? Si sic. ergo præsupponit aliam rationem, cui conformetur: & sic in infinitum. Si non, statim contradicit sibi: qui vult, quòd ratio siuè cognitio, tendens in obiectum operabile, dicatur praxis. Et quod dicit, quòd electio est tantum actus intellectus: negatur communiter ab omnibus. Et dictum Com. scilicet electio est de duobus propositis, iudicium hominis hoc, præaltero præponens. Debet sic exponi scilicet quòd electio est actus voluntatis conformiter elicitus iudicio recto: ita quòd hic non est prædicatio formalis, scilicet, electio est iudicium hominis. ¶ Et quod dicit: quòd post electionem sequitur motus, & impetus ad actum. Verum dicit: sed non eo modo, quo ipse exponit: quia hic appetitus accipitur pro appetitu prosecutiuo idest quòd facta electione secundū iudicium rectum: supplè, cum voluntas actu elicito efficaciter eligit, putà velle ambulare: statim sequitur prosecutio imperando appetitiui sensitiuo &c: ¶ Et similiter secunda solutio non concludit: quia tantum innititur primæ solutioni, quàm dedit. Male etiam exponit illam auctoritatem scilicet quòd voluntas est primum principium artificalium, & operabilium: quia certum est, quòd nunquam contingit operari circa aliqua: nisi voluntas primo actu elicito velit sic, vel sic operari, & quando efficaciter vult: tunc imperat potentijs sensitiuis. Et propriè tales actus dicuntur in potestate voluntatis, & non actus dictatiuus operandi in intellectu. Patet enim quòd nullus actus intellectus, vt præcedit actū voluntatis est in potestate ipsius: cum intellectus sit potentia merè naturalis & agens de necessitate naturæ. Si dicatur: quòd ideo tales actus sunt in potestate intellectus, vt sunt imperati à voluntate: & sic dicantur praxes: sequitur, quòd actus voluntatis elicitus, quo imperat, erit magis praxis: quia ille est magis in potestate operantis: vt patet. Ad aliam aucto. de 6. Ethi. scilicet de affirmatione, & negatione in intellectu: & prosecutione, & fuga in voluntate. Conceoo, quòd ibi Ari. accipit affirmationem in intellectu practico: quæ negatio, vel affirmatio est cognitio dictatiua: putà cognitio, qua intellectus cognoscit, quod bonum est amandum: talis cognitio dicitur affirmatiua: quia dictat bonum esse amandum. Et ideo talis cognitio dicitur practica: quia dirigit voluntatem. vt prosequatur bonum ipsum diligendo. Similiter cognitio, qua intellectus cognoscit malum non esse amandum, dicitur cognitio dictatiua negatiua: & est cognitio verè practica: quia dictat voluntati fugam, siuè nolitionem mali. Et talis nolitio conformis tali cognitioni, est verè praxis: ad quam nolitionem efficacem in voluntate, vel volitionem sequitur imperium voluntatis in potentijs sensitiuis, quantum ad fugam, vel prosecutionem. ¶ Et ad aliam auct. quòd intellectus practicus est, qui affirmat &c. & quòd omnes isti habitus sunt in intellectu. Conceditur totum. Et quòd talis affirmatio, vel negatio est verè in intellectu: siuè talis cognitio affirmatiua, vel negatiua: & concedo, quòd ab illa denominatur practicus: sed postea nego, quòd talis cognitio dicatur vera praxis: sed tantum dicitur practica vt supra exposui. Et ex his, quæ dixi: possunt multa similia solui.

Electio non est actus intellectus.

Item. Au. Bacho contradicit sibi.

Qui actus dicuntur in potestate voluntatis & qui non.

Volitio seu nolitio conformis cognitioni dictatiuæ intellectus dicitur praxis.

SECVNDO principaliter. Contra descriptionem praxis, datā a Doct. arguit Alson. Tol. in prolo. q. 9. ¶ Et primo, quod hæc descriptio non est conuer-

Alson. Tol. in prolo q. no. a. ar-

gumento 1. tibilis cum descripto: patet quia est aliqua operatio voluntatis elicita conformiter rationi rectæ &c, quæ tamen non est praxis: vt patet de dilectione vltimi finis; & quòd talis dilectio non sit praxis probat. Quia omnis praxis, vel est electio, vel secundum electionem; electio verò non est respectu finis, ¶Secundò arguit ex dictis Docto. Quia omnis operatio, ad quam inclinat virtus appetitiua, est verè praxis: hoc patet à Docto. 10 q. de scientia practica; sed aliqua virtus appetitiua inclinat ad virtuosè studendum, & speculandum: puta amor habitualis, qui est virtus appetitiua: & tamen operatio intellectus secundum Doct. non potest dici praxis: vt patuit, supra. ¶Ad secundum argumentum. patet responsio ex supradictis. Concedo enim quòd omnis operatio, ad quam inclinat virtus appetitiua sit praxis: loquendo de operatione, quæ non est actus intellectus. Dico secundo, quòd virtus appetitiua propriè inclinat ad actum elicitum voluntatis: oporteret etiam probare, quòd virtus moralis inclinet ad actum studij: vt sic: quia ille actus absolutè non diceretur formaliter formalis: quicquid sit, respõsio prima magis videtur ad propositum. ¶Ad primum. Dico, quòd dilectio finis potest esse praxis. vt patebit à Doc. in præsenti. q. Et cum dicit, quòd electio nõ est respectu finis. Negatur hoc. Et sensus illius auctoritatis de electione patebit. infra à Doc. ¶Multi etiã alij vt Guliel. Ochan. & Gre. de Ari. arguunt contra eandem diffi. praxis. Sed quia eorum argumenta parum differunt à rationibus aliorum supradictis: & ex declaratis supra facillimè solui possunt: Ideo pro nunc sufficiant, quæ dixi,

Secundum argumētū.

Gulielm. Ocham & Gre. de Arim.

EX HOC ARTI. patet secundus. ¶Secundus arti. est: quia dictum est supra quod scientia practica. Quæritur modo in isto articulo qualiter dicatur extendi ad praxim. Hic dicit Doc. duo. Primò, quòd scientia practica dicitur practica ab extẽsione aptitudinali; quia videlicet est apta nata extendi ad praxim: siue quia est apta nata dirigere voluntatem in praxim: & dicit, quòd talis extensio, siue directio aptitudinalis includit duplicem habitudinẽ, siuè relationem ad ipsam praxim: videlicet prioritatis, & conformitatis. prima habitudo: patet: quia notitia practica secundum esse est prior ipsa praxi, vt supra patuit. Secunda patet: quia notitia practica est verè relatiua praxis, siuè voluntatis, in praxim. ad notitiam ergo practicam requiritur ista duplex habitudo. ¶Ibi. De conformitate autem &c. Quod dicit parum infra. Veritas considerationis practicæ est confessè se habens appetitui recto. ly, confessè, siuè conformiter debet accipi sic. Appetitus rectus, siuè praxis recta elicita à voluntate ad hoc, vt sit recta cõfessè, idest cõformiter se debet habere considerationi practicæ. ¶Expono tamen hanc litteram, cum dicit, quòd neutra relatio requiritur actualis, idest q actu sit prior: & quòd actu sit dirigens: quia tunc notitia non esset practica, nisi actu dirigeret in praxim; & sic quando actu non dirigeret, non esset practica. Nota, quòd aliud est loqui de habitu practico, & actu: actus enim practicus dum est, semper actu dirigit, nisi ponatur impedimentum ex parte potentiæ dirigibilis: quia dirigere conuenit ei necessariò; non debemus ergo imaginari, quòd eadem notitia practica actualis quandoque dirigat, quandoque non, cum semper, dum continuatur semper dirigat, habitus verò dicitur actu dirigere non ex se: quia habitus in se non dirigit potentiam, sed dicitur dirigere inquantum, vel inclinat intellectum ad actus similes ex quibus generatur, vel inquantum causat partialiter huiusmodi actus directiuos. Quando habet ergo actum, actu dirigit, & quãdo non habet actum, actu non dirigit; si ergo habitus practicus præcisè diceretur practicus: quia actu extenditur, siuè actu dirigit, sequeretur, quòd idem habitus esset quandoque practicus, & quandoque non, sufficit ergo duplex relatio aptitudinalis. Hic declaratur: quia communiter conceditur, cognitionem practicam extendi ad praxim, vt directiuam ad directum, siuè vt regulatiuam ad regulatum. Cognitionem autem esse priorem praxi naturaliter, & conformem idest conformatiuam, seu regulatiuam praxis, non est ipsam esse conformatã praxi, quasi priori idest q practica cognitio non dicitur practica ex hoc, quòd actu conformetur praxi, quasi priori regulæ, quasi dicatur dirigi ab ipsa praxi, sed est ipsam cognitionem practicã esse conformatiuam praxis, quasi posterioris idest quòd cognitio verè practica est propriè regula, & forma directiua, & regulatiua praxis: & sic praxis dicitur simpliciter regulari à tali cognitione, pro quanto praxis, conformiter elicitur tali cognitioni practicæ idest quia voluntas eo modo elicit praxim, sicut cognitio practica dictat esse eliciendum. Vtrũ autem sic dirigere voluntatem in praxim dicat aliquam efficientiam, respectu praxis idest an cognitio practica sit causa effectiua partialis, vel totalis ipsius praxis. De hoc erit sermo. in secundo. d. 25. à quo causetur actus uolontatis. vide ibi. Ex isto secundo. patet &c. Hic dicit Docto. quòd practicum, & speculatiuum non sunt differentię essentiales scientiæ, vel notitiæ in cõi, quæ est quoddam absolutum vt probat Doc. q. 13. quoli. Et assignat rationem: quia practicum formaliter dicit illam duplicem relationem: de qua supra. Relatio autem non potest esse differentia essentialis, constitutiua alicuius absoluti: quia tale constitutum esset absolutum: & respectiuum essentialiter. Et speculatiuum dicit negationem illius duplicis habitudinis, siuè relationis. Negatio verò non potest esse constitutiua alicuius entis absoluti. Scientia tamen practica constituitur in esse practico per differentiam essentialem, per quam conuenit sibi illa relatio, & specificè constituitur in esse tali per differentiam essentialem: per quam conuenit sibi illa duplex negatio.

Scientia practica dupl' est ha'et, hauitudinẽ aptitudinalem dicit.

Expono littera.

Differentia inter habitum practicum, & actum.

Quæ sit cognitio verè practica.

Relatio non potest esse differentia essentialis constitutiua alicuius absoluti.

CIRCA TERTIVM ARTI. sunt opin. In isto artic. Doct. respondet ad secundum quęsitum quod erat: An scientia practica diceretur practica per se, ex ordine ad praxim, vt ad finem? Et sensus tituli quæstionis est: videlicet. A quo scientia habet vt dicatur practica. An à fine: an ab obiecto: an ab aliquo alio: & non quæritur hic de principio formali, à quo formaliter dicatur practica: quia certum est, quod scientia practica formaliter, & intrinsecè dicitur practica ab extensione aptitudinali: de qua supra. Sed quæritur hic, à quo scientia habet ipsam extensionem aptitudinalem: siue quid est illud, quod dat scientiæ, vt sit extensiua ad praxim? an praxis an obiectum? an aliquid aliud? Et tandem Doc. concludet, q scientia practica, a quo habet entitatem effectiue: ab eodem etiam habet talem extensionem. Sed quia ab obiecto operabili habet entitatem: ita ab illo habet, quod est esse practicum: & sic secundum Doct. dicitur practica ab obiecto, circa quod est. ¶Sed antequã probet opi. suam prius recitat opi. varias in ista positione: quarũ prima est Gotfred. de fontibus. Et quia positio istius Doc. est satis difficilis: ideo expono illam: vt facilius intelligatur. ¶Ibi. Vna est talis: quòd ab alio dicitur intellectus practicus, & ab alio habitus, vel actus. ¶Ad quod intelligendum suppono. Primò secundum istum, quòd intellectus, vt nudus omni cognitione, non dicitur, neque practicus: neque speculatiuus: quia est sicut tabula rasa &c. Secundò suppono, quòd intellectus consideret sanitatem, vt bonum conueniens, & consideret ens inquantum ens: vel phisicalia, vt huiusmodi;

Opinio Gotfredi de fontibus.

iuſmodi: vel mathematicalia, vt huiuſmodi. Prima conſideratio dicetur practica: quia circa operabile. Nam ſanitas eſt verum operabile: quia nata acquiri in nobis. Secunda conſideratio dicitur ſpecularitua: quia circa tantum ſpeculabile, & nullo modo operabile. Nam phyſicalia, & mathemathecalia: vt huiuſmodi, non ordinantur ad opus ideſt quòd conſideratio eorum non dirigit voluntatem, vt talia acquirat ſibi. Nam talis conſideratio eſt ſola ſpeculatio illorum. Operabile ergo, vt huiuſmodi, & ſpeculabile, vt huiuſmodi: diſtinguont per ſe actum practicum, & actum ſpeculatiuum: & ex conſequenti habitum practicum, & ſpeculatiuum, qui cauſantur ex illis actibus. Habitus ergo practicus, & actus dicuntur per ſe practici ab obiecto, operabili. Et habitus ſpeculatiuus, & actus dicuntur ſpeculatiui ab obiecto, nullo modo operabili: ſed ab obiecto omnino ſpeculabili. Tertio ſuppono, quòd intellectus practicus dicitur ab alio practicus, quàm ab illo habitu, vel actu practico. Nam primo intellectus conſiderat ſanitatem, vt bonum conueniens. Secundò voluntas appetit illam explicitè: & media ordinata ad illam implicitè. Tertiò imperat intellectui, vt diſcurrat per media, ordinata ad acquiſitionem ſanitatis: quouſque oſtendat ſibi medium, conueniens ad ſanitatem acquirendam, & ſic intellectus tandem inuenit, quòd dieta eſt medium conueniens, talis cognitio, quæ dictat voluntati, vt eligat dietam ſi vult acquirere ſanitatem, dicitur practica accidentaliter: quia ordinat ſanitatem ad opus: & accidit ſibi ſic ordinari: & à tali cognitione, & ſimiliter à cognitione ſanitatis, vt actu ordinatur ad opus dicitur, vel denominatur intellectus practicus. Et hoc eſt, quod intellectus practicus includit in ſuo actu non eſſentialiter: ſed tantum connotando ordinem ad deſiderium finis explicite: & eorum, quæ ſunt ad finem implicitè ideſt quòd cognitio practica accidentaliter, quæ eſt cognitio dietæ ordinat ad ſanitatem, vel includit ſanitatem vt ſupra connotando ſcilicet quòd voluntas velit explicitè ſanitatem, & media implicitè &c.

¶ Ibi. Quapropter cum ſpeculabile ordinari ad opus &c. Dicit, quòd intellectus practicus non dicitur practicus à conſideratione ſanitatis in ſe: & non ordinate ad opus immo, vt ſic dicitur intellectus ſpeculatiuus. Accidit enim ſanitati actu non ordinari ad opus: & talis conſideratio, quæ eſt ad ſanitatem, cum non ordinatur ad opus, dicitur accidentaliter ſpeculatiua: & ab illa dicitur accidentaliter intellectus ſpeculatiuus. Sed conſideratio reſpectu ſanitatis, vt actu ordinatæ ad opus (modo prius expoſito) eſt practica accidentaliter: quia denominatur ab illo, quod accidit ſanitati in ſe ſcilicet ordinari ad opus: & tali conſideratione dicitur intellectus practicus. Sed habitus, & actus practici, & ſpeculatiui per ſe diſtinguuntur penès obiecta formalia per ſe: quia practicus dicitur ab operabili per ſe, vt à ſanitate: ſpeculatiuus dicitur à ſpeculabili per ſe, vt ab ente. ¶ Ibi. Nec intellectus illo habitu diceretur practicus &c. Dicit enim Doct. quòd uidetur inconueniens, quòd aliquis habitus, qui eſt per ſe practicus ſubiectetur in intellectu: & tamen intellectus ab illo non denominetur practicus: ſicut quòd albedo ſit in homine: & quòd per illam non dicatur albus. ¶ Ibi. Reſpondet ad primum quòd ſcientiæ practicę finis eſt opus &c. Exemplum: obiectum, à quo denominatur ſcientia practica: & ſimiliter actus illius ſcientiæ eſt operabile per ſe, vt ſanitas in ſe. Finis illius ſcientiæ eſt opus in potentia: quia ſanitas eſt apta poni in opus & ordinari: quòd autem actu ordinetur accidit ei: & conſideratio illius obiecti operabilis, vt huiuſmodi, eſt conſideratio illius tantum in vniuerſali: & talis conſideratio nõ ſufficit ad hoc, vt ſanitas acquiratur: patet vt ſupra ideo requiritur conſideratio particularis, & in actu, quæ eſt conſideratio dietę. vt ſupra. Iſta conſideratio eſt per alium habitum à ſcientia practica. Nam eſt per habitum acquiſitum ex actibus practicis accidentaliter, vt dixi ſupra. Et iſta cognitio, & habitus denominant ipſum intellectum practicum, ideſt quòd per huiuſmodi denominatur practicus, & hoc tantùm accidentaliter: modo præexpoſito. ¶ Ibi. Ad ſecundum dicitur, quòd denominatur &c. Docto. iſte dicit, quòd ille habitus, qui eſt per ſe practicus denominat habitualiter ipſum intellectum: in quo eſt, non ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid ideſt qood per illum habitum non dicitur intellectus ſimpliciter practicus: nec per actum practicum per ſe dicitur intellectus actualiter practicus, ſed tantum ſecundum qoid: ſed dicitur ſimpliciter practicus habitualiter, ab habitu practico accidẽtaliter. Similiter dr ſimpliciter practicus, & actualiter ab actu practico accidentaliter: vt dixi ſupra. ¶ Expono tamen hanc literam de verbo ad verbum. Cum dicit primo, quòd ab alio dicitur intellectus practicus, & ab alio habitus, vel actus practicus. ideſt quòd intellectus non dicitur practicus proprie ab habitu, vel actu per ſe practico, qui habitus, vel actus per ſe practicus dicitur per ſe practicus ab obiecto per ſe practico: & à tali intellectus non dicitur practicus, ſed ab alio ſcilicet habitu, vel actu putà ab actu accidentaliter practico: vt infra patebit. Sequitur: quia verum operabile, & non operabile ideſt obiectum per ſe operabile, ſiuè aptum natum attingi per opus. vt ſanitas: & obiectum per ſe non operabile ideſt obiectum nullo modo ordinabile ad opus, ſiuè nullo modo attingibile, ſiuè acquiſibile per opus, vt obiecta per ſe ſpeculabilia, vt cœlum, ſiuè aſtra: & huiuſmodi talia obiecta ſunt obiecta ſpecialia formaliter diuerſa ideſt quòd obiectum ordinabile ad opus, & obiectum nullo modo ordinabile ad opus ſunt formaliter, & eſſentialiter diſtincta per proprias rationes formales, & ſpecificas, conſtituentes in tali eſſe obiectali ſcilicet operabili, & ſpeculabili. Sequitur ideo per ſe diſtinguunt illa, quæ per ſe reſpiciunt ipſa ideſt quòd habitus practicus habet ab obiecto per ſe operabili, quòd dicatur per ſe practicus: & per conſequens habet ab ipſo effectiuè ſcilicet quòd diſtinguatur per ſe ab habitu ſpeculatiuo: & ſimiliter habitus ſpeculatiuus: ſicut habet effectiuè ab obiecto ſpeculabili: quòd ſit talis, ita effectiuè habet ab ipſo, vt per ſe diſtinguatur ab habitu practico. dicit ergo, quòd illa obiecta ſcilicet ens verum operabile, & ens uerum non operabile per ſe diſtinguunt, ſcilicet effectiuè illa, ideſt habitus, & actus practicos, & ſpeculatiuos quæ ſcilicet habitus & actus per ſe reſpiciunt ipſa ſcilicet obiecta & reſpiciuntur ideſt vel ordinantur, vel cauſantur ab ipſis obiectis. Sequitur: ſed intellectus non dicitur practicus, niſi ſit operatiuus, qualis non eſt, niſi illud, quod apprehendit, ordinet ad opus ideſt quòd intellectus non dicitur practicus ab illo habitu per ſe practico, qui per ſe reſpicit operabile per ſe: quia per talem habitum, vel actum non dicitur intellectus operatiuus: tunc enim dicitur operatiuus, quãdo obiectum, quod actu apprehendit, putà ſanitatem, ordinat ad opus ideſt, ꝙ qñ habet cognitionem actu directiuam ad opus, puta ad media ad ſanitatem: tunc per illam dicitur operatiuus. Sequitur: quòd non fit niſi motus ex appetitu finis ideſt quòd nunquam habetur cognitio medij, ordinati

Expoſitio poſitionis Gotti de verbo ad verbum.

obiectum ordinabile ad opus & obiectũ nullo modo ordinabile ad opus, ſunt formaliter, & eſſentialiter diſtincta.

ad finem, puta ad sanitatem, nisi prius voluntas petierit ipsam sanitatem: quia stante tali appetitu imperat intellectui vt quærat media ad illam acquirendam: quibus inuentis, cognitio talium mediorum dicitur vere practica: & per illam intellectus dicitur verè practicus, & verè operatiuus quia habet cognitionem, actu dirigentem ad opus. Sequitur: ita, quòd practicus intellectus includit in suo actu scilicet verè practico (qui est cognitio mediorum ad finem) non formaliter, vt aliquid de essentia actus, sed connotando, ordinem necessariò ad desiderium finis explicitè, & eorum, quæ sunt ad finem implicitè idest quòd actus, quo intellectus dicitur practicus necessariò connotat ordinem ad desiderium finis idest quòd voluntas prius vult finem explicitè: & postea, quæ sunt ad finem implicitè; prius enim vult sanitatem explicitè, & post media implicitè: & ideò imperat intellectui, vt inueniat media explicitè ordinata ad sanitatem: & sic talis ordo voluntatis ad finem explicitè, & mediorum implicitè includitur in actu verè practico, siuè necessariò præexigitur: & talis ordo non est de essentia actus: quia ordo talis ad desiderium finis &c. est in voluntate appetente, & actus practicus in intellectu; sed tantum præexigitur. nisi enim prius voluntas vellet sanitatem explicitè, & media implicitè non haberetur cognitio medij explicitè, quæ dicitur actus verè practicus. Sequitur: quapropter cum speculabile ordinari ad opus accidat speculabili, licèt ei non accidat ordinabile esse. Hic non accipit speculabile simpliciter, quod nullo modo ordinabile est ad opus, sed accipit speculabile secundum quid scilicet pro omni eo, quod actu non ordinatur ad opus; licèt tamen sit ordinabile: sic sanitas in se considerata dicitur speculabilis, & accidit sibi, quòd actu ordinetur ad opus: quod tunc contingit, quando voluntas prius vult ipsam explicitè, & media implicitè: & habita cognitione medij necessarij: tunc talis cognitio est ordinatiua sanitatis ad opus, idest dirigit voluntatem ad volendum efficaciter medium: per quod acquiritur sanitas: & sic ordinari actu accidit sanitati; ordinabile verò non accidit: sicut actu ridere accidit homini; licèt risibile non accidat. Sequitur differentia inter intellectum practicum, & speculatiuum, inde proueniens erit accidentalis: & per respectum ad aliquid extra intellectum: idest quòd cognitio sanitatis, vt actu ordinatur ad opus, est accidentalis: quia respicit sanitatem, non absolutè, sed sub isto respectu accidentali. quòd est actu ordinari ad opus: & dicitur practica accidentalis; & cognitio sanitatis, vt actu non ordinatur ad opus, est accidentalis: quia respicit sanitatem sub illo respectu; quòd est actu non ordinari ad opus: sicut consideratio hominis sub isto respectu, quòd est actu ridere, vel sub isto respectu quod est actu non ridere est consideratio accidentalis. dicit ergo, quòd differentia inter cognitionem, qua cognoscitur: puta sanitas, vt actu ordinatur ad opus: & cognitionem, qua cognoscitur ipsa sanitas, vt actu non ordinatur ad opus, est tantum accidentalis: & prima dicitur practica accidentalis: & secunda dicitur speculatiua accidentalis: à prima dicitur intellectus propriè, & simpliciter practicus: à secunda verò dicitur speculatiuus tantum secundum quid: quia per respectum ad aliquid extra intellectum scilicet per respectum ad ordinem ad desiderium finis explicitè, & eorum quæ sunt ad finem implicitè; & sic dicitur cognitio practica accidentalis; vel non includendo talem ordinem: quia tunc est considerare sanitatem, vt actu non ordinatur ad opus. Sequitur: licèt differentia actuum, & habituum sit formalis, secundum differentiam formalem obiecti operabilis, & non operabilis idest quòd differentia habitus per se practici, & habitus per se speculatiui: differentia scilicet essentialis, siuè formalis accipitur effectiuè scilicet ab obiecto per se operabili, & ab obiecto per se speculabili: vt supra patuit: & loquitur hic de speculatiuo simpliciter, qui respicit obiectum nullo modo ordinabile ad opus. Sequitur: vnde in tertio de anima. text. comm. 49. dicitur quòd intellectus speculatiuus, & practicus differunt fine: quæ auctoritas potest intelligi de fine remoto: & sic accipitur habitus practicus per se, & speculatiuus per se, & simpliciter: qui differunt fine remoto scilicet obiectis: quia finis remotus habitus per se practici est verum operabile, & finis speculatiui verum nullo modo operabile: potest etiam intelligi de fine proximo, & sic habitus accidentaliter practicus respicit verum operabile, vt actu ordinatur ad opus: modo præexposito: & habitus accidentaliter speculatiuus respicit verum operabile, vt actu non ordinatur ad opus vt supra dixi vel potest Tertio exponi: quòd habitus verè practicus, à quo intellectus simpliciter denominatur practicus, respicit verum operabile: puta sanitatem non tantum, vt bonum conueniens naturæ, sed vt tale bonum actu ordinatur ad opus: quòd tunc est quando stante desiderio sanitatis explicitè, & mediorum ad sanitatem implicitè dictat voluntati de medio necessario ad sanitatem: & sic connotat ordinem: de quo supra. Et habitus speculatiuus non per accidens: de quo supra. nec simpliciter speculatiuus quia talis respicit obiectum nullo modo operabile. sed speculatiuus, secundum quid, licèt non per accidens: qui respicit puta sanitatem, vt simpliciter bonum conueniens naturę, speculatiuus verò secundum quid, & per accidens respicit sanitatem, vt actu non ordinatur ad opus: actu enim non ordinari accidit sanitati ut supra dixi, habitus ergo propriè, & simpliciter practicus, sed non per se practicus, sed tantum accidentaliter practicus differt fine ab habitu, secundum quid speculatiuo: licèt non per accidens: quia finis practici simpliciter est sanitas, vt actu ordinatur ad opus, & finis speculatiuus secundum quid est sanitas, vt bonum conueniens natura. Sequitur. & 6. Ethi. c. Tertio. Bonum intellectus practici est verum, confesse se habens appetitui recto: quæ sic debet intelligi finis intellectus practici (accipit enim ibi bonum pro fine) est verum. siue ens verum operabile confesse idest conformiter se habens appetitui recto idest quòd talis finis: puta sanitas est regulatiua, siue conformatiua appetitus recti idest quòd voluntas non potest rectè velle, nec rectè imperare potentijs alijs; nisi in eliciendo actum conformetur primo fini, vt regulatiuo remoto, & considerationi finis, ut regulatiuo minus remoto & considerationi mediorum ad finem, vt regulatiuo proximo: quæ consideratio mediorum dicitur simpliciter practica: & ex multis talibus considerationibus causatur habitus simpliciter practicus: primum tamen conformatiuum, siue regulatiuum appetitus recti, est finis operabilis, vel consideratio illius finis (quæ dicitur practica per se & ex multis talibus causatur habitus per se practicus. vt supra dixi quasi in principio) quia à fine operabili sumuntur principia per se practica, & conclusiones per se practicæ: & etiam ab ipso fine concluduntur omnia media ad finem ordinata;

Quomodo intellectus dicatur practicus.

Speculabile accipitur duplicìter.

Videre accidit homini sed non risibile. Differentia inter intellectum practicum, & speculatiuum.

Tripliciter potest intelligi auctoritas Philosophi q speculatiuum & practicum differunt fine.

Bonum intellectus practici est verum.

ordinata: & cognitio mediorum dicitur simpliciter practica. vt supra dixi. Bonum verò, siuè finis intellectus speculatiui simpliciter erit verum, nullo modo operabile: nec per consequens conformatiuum, siuè regulatiuum alicuius appetitus, sed erit præcisè in speculatione talis finis &c. Sequitur exemplum: intellectus speculatiuus secundum quid tantum apprehendit sanitatem, vt bonum conueniens, idest quod apprehendo sanitatis, vt boni conuenientis est speculatiua secundum quid: & ab illa apprehensione intellectus dicitur speculatiuus secundum quid, & appetitus scilicet voluntas appetit illam, vt bonum, sibi conueniens, & sequitur aliquomodo consilium intellectus practici, quòd sanitas est acquirenda, idest quòd consideratio sanitatis, vt boni conuenientis dictat voluntati, vt velit illam: & nota, quòd consilium intellectus practici (quod nihil aliud est, nisi consideratio practica simpliciter) non est dictare absolutè de sanitate: quia de fine non est consilium: sed est dictare de medijs ad sanitatem: consilium ergo intellectus practici est cognitio mediorum ad finem, quæ dictat voluntati; vt si vult sanitatem efficaciter, quòd eligat talia media. & ab ista consideratione dicitur intellectus simpliciter practicus. Sequitur: stante ergo desiderio finis: intellectus practicus, ex hoc principio scilicet illud, per quod melius potest acquiri est procurandum: procedit discurrendo: & terminatur discursus in vltima conclusione consilij. Ista enim sunt per ordinem. primò est apprehensio sanitatis, vt boni conuenientis: & talis apprehensio dicitur speculatiua, secundum quid. secundò voluntas appetit sanitatem distinctè, & media confusè tantum: quia intellectus ostendit primò, quòd sanitas est bonum acquisibile per media. Tertiò intellectus habet propositionem quiescentem in ipso: quòd illud medium est procurandum, siuè efficaciter volendum, per quod melius potest acquiri sanitas: & licèt talis cognitio sit practica, quia tamen non est immediatè ordinatiua ad opus non dicitur simpliciter practica: nec ab illa dicitur intellectus simpliciter practicus. quarto voluntas imperat intellectui, vt discurrat per omnia media, & ostendat sibi medium conuenientius. quinto intellectus sic discurrit, & tandem inuento medio in fine discursus: tunc consulit voluntati, vt eligat tale medium, & illud consilium nihil aliud est, nisi cognitio illius medij, quæ est regulatiua, siuè dictatiua voluntati, vt eligat medium tale si vult sanitatem: & talis cognitio cum sit immediatè ordinatiua ad opus, dicitur simpliciter practica, & ab ista, dicitur intellectus simpliciter practicus: vt supra dixi: & nunquam iste nominat intellectum practicum, nisi per huiusmodi cognitionem. Et licèt quandoque videatur nominare intellectum practicum ante hanc cognitionem: non tamen nominat ipsum actualiter practicum, nisi habita ista: licèt sit practicus ante istam tantum in potentia, & quandoque remota, vt cum tantum considerat finem, & quandoque proxima, vt cum discurrit per media. Sequitur. Et totus ille discursus qui scilicet est per media: sicut sumunt principium ex apprehensione finis desiderati, qui est primum obiectum intellectus practici: patet, quia cognita sanitate, vt bono conueniente, voluntas vult illam, & imperat intellectui, vt inueniat media: tunc intellectus à tali fine, sic desiderato, summit principium discursus: & vnum principium erit scilicet illud, per quod sanitas melius potest acquiri est efficaciter eligendum: stante hoc principio: discurrit per omnia media, & ipso inuento; concludit: sed per hoc medium melius potest sanitas acquiri: ergo hoc medium est eligendum. Et hoc est quod sequitur: ita vt ista inuēta. scilicet media ad finem operetur idest quòd intellectus practicus inuentis medijs dictat voluntati, vt eligat illa media, quibus finis acquiritur, & tale dictare est ad finem operari: quia est ordinare media debita ad finem, & ideo voluntatem finis præsupponit scilicet ipse intellectus practicus: & ad electionem sequentem consilium ordinatur idest quòd intellectus practicus, siuè cognitio simpliciter practica, quæ pro tanto dicitur consilium, pro quanto dictat de electione mediorum ipsi voluntati, quæ electio propriè sequitur consilium. ¶ Ibi. Contra hanc opin. Hic Docto. contra duo arguit. primo contra illud, quòd habitus per se practicus, & per se speculatiuus dicuntur tales per se ab obiectis: contra hoc arguit. Docto. quia secundo. Metaphy. t.c. secundi. finis speculatiuæ est veritas, practicæ autem opus. ergo dicuntur tales à fine: non autem ab obiectis: & hæc instantia est tantum ad hominem: quia Docto. vult, quòd habitus dicatur per se practicus ab obiecto, & non à fine in ratione finis: sed à fine in ratione obiecti. vt infra patebit: & habet ipsam soluere scilicet quòd finis est duplex scilicet remotus, qui est obiectum, & proximus, qui est opus, siuè praxis: quæ elicitur circa obiectum: & de hoc infra. Tamen pro quanto auctoritas est contra opin. Gotfred. Respondet ipse Got. distinguendo, quòd duplex est opus scilicet in potentia, & in actu: & vult dicere, quòd cognitio in se practica, siuè habitus per se practicus respicit obiectum: puta sanitatem, vt est obiectum simpliciter operabile idest vt est aptum acquiri per opus, & à tali obiecto dicitur per se practicus: & hoc modo opus in potentia, siuè obiectum illud, vt operabile, est finis habitus practici. Cognitio verò, quæ respicit opus in actu idest quæ respicit obiectum: puta sanitatem, vt actu ordinatur ad opus (quòd tunc fit, quando talis cognitio est respectu medij, vt supra dixi) à tali cognitione dicitur intellectus simpliciter practicus: quia per talem cognitionem dicitur operatiuus: modo præexposito. Prima enim consideratio quæ respicit tantum sanitatem, vt præcisè ordinabilem ad opus non sufficit: ad hoc, vt obiectum subijciatur operationi in actu, & in particulari: patet, quia talis cognitio nullo modo dictat de medijs, per quæ obiectum actu acquiritur, siuè per quæ finis desideratus à voluntate actu acquiritur: quia ergo actus melior est potentia in bonis (melius est enim simpliciter esse actu iustum quàm potentia) ideo requiritur talis consideratio particularis & in actu, idest quæ dictet de medio particulari: per quod in actu acquiratur finis, qui erat acquisibilis in potentia. Dicitur enim consideratio actualis, & particularis: ex hoc solo: quia dictat de medio particulari &c. Et licèt consideratio finis in se sit particularis: non tamen dictat de medio particulari: per quod actu acquiritur finis. ideo ponit considerationem medij esse simpliciter practicam, & habitum causatum ex huiusmodi considerationibus esse simpliciter practicum, & à tali dici intellectum simpliciter practicum. Et sic ponit duplicem habitum practicum, scilicet per se practicum, qui respicit operabile, vt aptum ordinari ad opus, & à tali dicitur intellectus secundum quid practicus: & practicum per accidens, qui respicit obiectum, vt actu ordinatur ad opus vt supra exposui, & sic ipsum ponit penes finem, qui accidit obiecto idest

Bonum intellectus speculatiui erit verum.

Quid sit cõsilium intellectus practici.

Quid sit dictare.

Scotus arguit contra hanc opinionem.

Finis est duplex.

Duplex est opus.

Duplex est habitus practicus.

quòd ponit eum circa opus in actu, quod accidit obiecto: accidit enim obiecto ſic actu ordinari ad opus, & talis habitus dicitur ſimpliciter practicus, & ab ipſo intellectus ſimpliciter dicitur practicus. Et hoc eſt ſecundum principale, ſcilicet de habitu ſimpliciter practico: & de habitu per accidens ſpeculatiuo, qui reſpicit finem, qui accidit obiecto idest qui reſpicit obiectum ſub illo reſpectu, quòd eſt actu nõ ordinari ad opus vt ſupra dixi. ¶ Ibi. Similiter tunc habitus practicus. Hic Docto. arguit contra aliud: quia Got. dixit, quòd intellectus non dicitur practicus ab habitu per ſe practico, arguit contra, deducendo ad duplex inconueniens primum, quòd tunc eſſet habitus practicus in intellectu ſpeculatiuo: & ratio ſtat in hoc: quia omnis habitus exiſtens in intellectu, denominat intellectum, ut patet:) ſed habitus per ſe practicus eſt in intellectu: aut ergo talis intellectus denominatur à tali habitu ſpeculatiuus: aut practicus. Si ſecundo habetur intentum. Si primo, ergo ab habitu per ſe practico denominaretur ſpeculatiuus, quod eſt inconueniens: ſecundum ſequeretur quòd habens talem formam non denominaretur à tali forma: & ſic habens in ſe formaliter habitum practicum non denominaretur formaliter practicus: quod eſt inconueniens. ¶ Ibi. Ad ſecundũ dicitur. Reſpondet Got. quòd intellectus dicitur denominatiuè practicus à tali habitu: non ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid practicus. ¶ Ibi. Contra. Docto. arguit contra hanc rationem deducendo ad inconueniens: quia tunc ſequeretur, quòd actus per ſe practicus eſſet in intellectu ſpeculatiuo. idest quòd denominaret intellectum ſpeculatiuum ſimpliciter: patet quia intellectus à tali habitu, cũ ſit vera qualitas ſimpliciter denominatur: aut ergo ſimpliciter denominatur practicus: aut ſimpliciter ſpeculatiuus: ſi primò habetur intentum. Si ſecundo: ſequitur inconueniens, quòd ab habitu per ſe practico dicatur ſimpliciter ſpeculatiuus: & quòd ſequatur: patet: quia ſi denominatur ſimpliciter, & per ſe denominatur ſecundum quid practicus: ergo ab illo denominatur ſimpliciter ſpeculatiuus: modo actus, vel habitus per ſe practicus poteſt eſſe in intellectu, ſine tali relatione ad actum voluntatis, idest quòd poteſt eſſe conſideratio per ſe ſanitatis in intellectu abſque hoc, ꝙ voluntas velit illã explicitè & media ad illã implicitè. Sed iſte Got. conſequens concederet ſcilicet ꝙ talis habitus per ſe practicus poſſet eſſe in intellectu, abſq; tali relatione ad volũtatẽ: ſed alium habitum poneret poſſe haberi in intellectu practico ex actibus, nõ tm̃ practicis, ſed ex actibus intellectus practici generatũ. Habitus generatus ex actibus practicis eſt habitus p ſe practicus, qui reſpicit obiectum per ſe operabile; & illi actus generantes ipſum dicuntur per ſe practici: quia reſpiciunt obiectum per ſe operabile: & tales actus nõ dicuntur actus intellectus practici: quia nõ ſunt nati denominare ſimpliciter intellectũ practicũ actus verò intellectus practici idest qui nati ſunt ſimpliciter denominare intellectum practicum ſunt illi, qui reſpiciunt obiectum, vt actu ordinatur ad opus (vt ſupra expoſuit,) & habitus generatus ex talibus actibus denominat ſimpliciter intellectum practicum. ¶ Ibi. Contra: habitus practicus: Hic Docto. intendit probare, quòd habitus per ſe practicus eſt ſufficiens ad denominandum ſimpliciter intellectum practicum: quia ſufficit ad ea, ad quæ ille habitus generatus ex actibus intellectus practici: patet: quia cognita ſanitate, vt bono conuenienti naturæ: poteſt intellectus à tali fine accipere omnia ordinata ad talem finem (ſi tamen virtualiter includantur in tali fine vt infra patebit) abſque hoc, quòd voluntas eliciat aliquem actum: & poſito quòd etiam eliciat, tamen ex hoc non dat conſiderationi aliquã

Differentia inter actum practicum & actum intellectus practici.

rationem, qua dicatur talis conſideratio patet: quia illam etiam haberet nullo actu voluntatis prius elicito: & quantum ad hoc diſcordat Docto. à Got. ¶ Ibi. Tunc multa accidentia eiuſdem ſpeciei eſſent in eodem: non enim propter ordinem voluntatis, & non ordinem (de quo ſupra) poteſt poni diſtinctio ſpecifica huius actus, & illius. Sed hoc argumentum eſt tantum ad hominem, qui ſimpliciter negat duo accidentia, ſolo numero differentia, poſſe eſſe in eodem: ſed hoc non eſſet inconueniens apud Sco. vt patet in 5. Meta. ſuç. Aduerte tamen, quòd ſi Goifredus ſic accipit, quòd intellectus non dicitur ſimpliciter, & propriſſimè practicus, niſi per habitum, vel actum propriſſimè practicum, quòd fit per ſingularia dictamina, & finis, & eorum quæ ſunt ad finem ſimpliciter dictando, vel de proſecutione, vel fuga: non deuiat à Sco. vt patet infra. Nam talis cognitio ſic in particulari dictatiua eſt propriſſimè, & completiſſimè practica. Et vltra: ſi poneret intellectum per ſe denominari practicum ab habitu, per ſe practico: licet tamen non ita completè, diceretur practicus à tali habitu: qui eſt tantum reſpectu ſanitatis, vt operabilis: ſed completè diceretur practicus ab habitu: vt ſupra dicto. Et ſic intelligendo denominationem illam, quam vocat ſecundum quid: dici ſecundum quid, quia non ita completè facit intellectum practicum, ſicut alij habitus. duo prima argumenta Sco. ſ. de 2. Metaphy. & de denominatione habitus practici non eſſent contra eum. Sed quia ipſe Gotfredus vult, quòd talis habitus propriſſimè practicus habeat hoc per reſpectum ad voluntatem &c. Et quia voluntas nihil tribuit cognitioni, nec facit ipſam eſſe magis, vel minus practicam: ideo ſecundum argumentum eſt contra eum ſcilicet quòd ille habitus generatus ex actibus per ſe practicis ſufficeret ad ea &c. Non vult Sco. quòd huiuſmodi habitus in ſe ſufficeret: ſed quòd habita cognitione ſanitatis per ſe ordinabilis ad opus: poteſt ſine actu voluntatis tandem deuenire in veriſſimam cognitionem practicam, dictando proſequi, vel fugere: & de medijs ordinatis. ¶ Ibi. Subiectum denominatur à per ſe conditione, ſui accidentis, eſſentiali: quàm &c. exemplum, magis homo dicitur albus ex ratione per ſe albedinis, quàm ex ratione accidentaliter, competente albedini. Suppoſito, quòd eſſe per ſe actum practicum competit actui, ex ratione formali actus: quia, vt talis actus eſt per ſe ab obiecto per ſe operabili: tunc ſicut tale obiectum cauſat talem entitatem actus: ex conſequenti dicitur cauſare proprietatem illius actus: quod eſt eſſe practicum: eſſe enim practicum formaliter eſt à ratione formali actus: licet effectiuè ſit ab obiecto. eſſe ergo practicum per ſe conuenit actui, ſiuè habitui per ſe ſecundo modo: & conſequitur eſſentia actus, uel habitus. eſſe uerò practicum, ex hoc, quòd talis actus includit ordinem ad voluntatem, finem explicitè appetentem, & media ad finem implicitè: accidit actui: quia tantum conuenit ei per reſpectum ad voluntatẽ, ſic appetentem, & non ex ratione formali ipſius actus. ideo intellectus magis debet denominari ſimpliciter practicus ab habitu per ſe practico, quod eſt contra eum, quantum ad hoc: quòd nõ uult intellectum dici per ſe practicum à tali habitu; ſed tantum ſecundùm quid, non tamen concluderet: accipiendo practicum magis, & minus completè. Et ſic patet.

Quomodo Gotfre poteſt concordari cum Sco.

Opinio Gotfredi.

Exemplum.

ALITER DICITVR Hæc eſt opinio Hen. quoli. 8. q. prima qui dicit, quòd habitus practicus, ſiuè actus practicus: dicitur practicus: ex hoc quòd eſt extenſibilis ad praxim, vt ad finem, quia praxis eſt ultimus

Henri quol. 8. q. 1.

timus finis idest est illud ultimum, ad quod dirigit noticia practica: & probat hanc opi. tribus medijs, qui postea soluentur loco suo.

Sco. improbat Hen. CONTRA istam positionem. Hic Doc. probat, quòd notitia practica non habeat à praxi, quòd sit practica. ¶Et primo, probat sic, quia supra probatum est, quòd notitia dicitur practica propter extensionem aptitudinalem. Aptitudo enim quæ con uenit alicui naturæ, & repugnat alteri: conuenit sibi per aliquod absolutum, sibi intrinsecum, si talis natura est absoluta, cuiusmodi est notitia: ut patet à Doc. q. 13. quolib. Si uerò non est absoluta, conuenit sibi per aliquod intrinsecum: patet discurrendo per aptitudines, quæ conueniunt vni, & repugnant alteri. Illud autem intrinsecum: communiter est ipsa entitas naturæ: uel aliquid pertinens ad essentiam ipsius. Sed certum est, quòd ex quo talis notitia habet aptitudinem extendendi ad praxim, est uerè causata, cum sit qualitas absoluta: ut patet à Doc. supra, ergo, & conditio per quam sibi conuenit talis aptitudo: erit causata ab eisdem causis, à quibus, & notitia. Sed notitia est causata ab intellectu, & ab obiecto: ut probat Doct. ĩ. dist. 3. q. 7. & 15. quolib. ergo & aptitudo talis inerit sibi effectiuè ab intellectu, uel ab obiecto: non ab intellectu: quia tunc omnis consideratio esset practica; cum omnes sint in intellectu, & omnium sit unus intellectus, ergo erit effectiuè ab obiecto: & sic notitia practica denominatur practica (denominatione tamen extrinseca) ab obiecto, à quo dependet in esse, & conseruari, ergo non à praxi; cum praxis sit posterior tali notitia practica. ¶Sed hic oritur *Difficultas.* una parua difficultas, quia ex quo notitia practica est effectiuè ab intellectu: immò intellectus est principalis causa, ut comparatur ad obiectũ imperfectius: vt patet à Doc. ĩ. d. 3. q. pen. & alibi sæpe. ergo talis notitia dicitur practica ab intellectu. ¶Ad quam re*Responsio.* spondeo: quòd & si entitas notitiæ, & quantum ad substantiam ipsius: & quantum ad intensionẽ sit principaliter ab intellectu: tamen quantum ad specifica*Scientia quæ uis sit principaliter ab intellectu, specificatur tamen ab obiecto.* tionem: puta, quòd dicatur talis, vel talis, uel quòd distinguatur specie ab alia, habet principaliter ab obiecto. Vnde Doc. dicit ĩ. d. 3. q 7. quòd omnis scientia specificatur ab obiecto: & sic patet ad difficultatem. Et de huiusmodi specificatione uide singularem glo. quam feci super q. 10. d. 3. 2. ¶Ibi. Si dicatur: quòd etiam finis est causa prior: immò prima inter omnes secundùm Aui. 6. meta. & ita ab ipso fine potest esse conditio talis naturæ, vt ei conueniat talis aptitudo: & sic à praxi, ut à fine notitiæ practicæ: poterit esse talis aptitudo: vel ab aliquo alio fine, accipiendo finẽ pro causa finali: quæ inter omnes causas est simpliciter prima in causando: ergo talis conditio nõ erit præcise ab obiecto. ¶Ibi. Contra. Finis non est causa &c. Hic Doc. arguit, quòd notitia practica non sit practica à fine, siue à causa finali: quod ideo dico: quia Doc. ĩ. ult, quòd omnia principia practica sumantur à fine: & per consequens notitia practica dicatur practica à fine: ut patebit: & uerum est, quòd dicitur practica à finẽ, ut habet rationem obiecti, non autem à fine, qui est causa finalis quorum differentia infra patebit. Et argumentum Doc. est satis clarum: quia certum est, quòd causa finalis non mouet efficiens, nisi inquantum amata, & desiderata, siue modo talis finis ametur, siue non ametur: adhuc talis notitia erit practica ergo ab aliquo alio, quod erit obiectum, cu ca quod erit talis notitia.

Difficultas. SED INSVRGIT aliqualis difficultas. Quia certum est, quòd obiectum est per se causa cognitionis, saltem partialis, ut patet à Doc. ĩ. d. 3. q. 7. Et per se causa agit propter finem (ut patet 3. phi.) ergo est impossibile, quòd talis notitia sit effectiuè ab obiecto: nisi causa finalis moueat obiectum, ut amata, & desiderata ad producẽdum huiusmodi cognitionem: ergo talis notitia dependet à fine, hoc idem dico de intellectu. Nec obstat de uoluntate si esset separata ab intellectu &c. quia intellectus non posset agere per se, nisi propter finem.

RESPONDEO primo: quòd & si obiectum non possit agere nisi propter finem, inquantum ama*Finis ut causa finalis: nõ mouet, nisi metaphoricè.* tum, & desideratum: posito tamen, quòd talis finis actu non ametur: adhuc obiectum ageret ex necessitate naturæ talem, uel talem notitiam: cum ipsa in essendo non dependeat à fine, ut à causa finali: quia, vt sic habet esse tantum secundùm quid: & non mouet nisi tantum metaphoricè: & nullo modo realiter, ut patebit infra d. 1. q. 4. ¶Dico secundò, quòd etiam posito, quòd non possit agere, nisi propter finem: tamen talis notitia secundùm rem nihil accipit à fine, vt à causa finali: patet quia finis, qui est causa finalis: tantum mouet efficiens, non causando aliquid in ipso efficiente: quia finem mouere efficiens nihil *Finem mouere efficiens, est efficiens finẽ amare.* aliud est: nisi efficiens amare finem: propter quem, finem amatum producit talem, uel talem effectum: ut patet à Doc. ĩ. d. 2. q. 1. Nec finis, & efficiens dicuntur causæ essentialiter ordinatæ: quia finis non est causa efficientis, & sic non potest argui, quòd quicquid est causa causæ est causa causati: quia hoc ualet in eodem genere causarum essentialiter ordinatarum. ¶Dico tertiò: secundùm aliquos hic exponẽtes Doc. quòd hic loquitur de praxi, ut de fine, quia talis notitia non dependet à praxi ut à causa finali: nisi, ut amato, & desiderato. Siuè modo uoluntas amet, siuè nõ amet: adhuc talis notitia erit practica ab obiecto. Tũ etiam: quia praxis est posterior notitia practica: & sic posset applicari litera sequens. Ibi scilicet. Si dicas &c. ¶Vel potest dici quarto, quòd Doc. loquitur de supposito, producente notitiam practicam, & non de intellectu simpliciter: cum actiones sint suppositorum: quia si tale suppositum, siuè actu uoluntatis amet finem: siuè non amet, adhuc vna cum obiecto potest producere notitiam practicam. Et sic potest applicari litera sequens de fine aptitudinali: secundũ quamlibet responsionem. Credo tamen, quòd duę primæ responsiones sint efficaciores. ¶Ibi. Si dicas finis est aptus natus amari, antequam aptitudo ista insit cognitioni, idest posito, quòd finis, ut actu amatus sit posterior notitia practica, & per consequens, vt sic, non sit causa talis aptitudinis in notitia practica: tamen finis, ut est aptus amari erit prior, & vt sic erit causa talis aptitudinis. Contra: quia nihil dicitur causare, inquantum præcisè est aptum natum causare: non enim dicitur calor actu calefacere: ex hoc solo, quòd est aptus natus calefacere: causa etiam in actu simul est cum effectu in actu: & effectus nunquã est in actu, nisi causa sit in actu: ut patet per philosophũ 2. phi. t. c. 37. & 5. meta. cap. de causa t. cap. 3. Cũ ergo finis non dicatur actu causa finalis, nisi inquantum est actu amatus ab efficiente: sequitur, quòd talis aptitudo, siuè entitas: cuius est talis aptitudo non poterit esse à fine, ut apto nato amari: quia ut sic non ponitur causa actualis alicuius effectus. ¶Ibi. præterea, aut finis, vt elicitus extra &c. Nota hoc argumentum: quia est multum efficax. Quia si illi dicant, quòd *Argumentum multũ efficax.* finis scientiæ faciat scientiam practicam. Iste finis potest considerari tripliciter. Vno modo, ut est elicitus, & productus extra: & sic est posterior scientia practica: modo prius non potest dependere à posteriori in nullo genere causarum: ut patet. Aut iste finis accipitur, inquantum est intentus à producente scientiam practicam: puta inquantum amatus, & desiderans: & hoc improbatum est supra: quia siuè ametur siuè non: adhuc erit talis scientia. Aut tertio modo consideratur finis, ut cognitus ab intellectu: & sic habet rationẽ obiecti cognoscibilis. Et sic concedo, quòd

quòd obiectum circa quod est talis scientia dicitur finis: & ab ipso fine, vt ab obiecto intelligibili, unà cum intellectu simpliciter dependet scientia practica: specificatur tamen ab obiecto ut dixi supra. ¶Ibi. Prętetea si scientiam practicam, & ordinari ad praxim, ut ad finem conuertantur (Quia dixit Hen. quòd sciētia dicitur practica quia ordinatur ad praxim, ut ad finem, & per consequens scientiam ordinari ad praxim, ut ad finem dicitur ipsam esse practicam) ergo illa scientia, quę non ordinatur ad praxim, vt ad finem non erit practica: nec per consequens scientia moralis, quæ non ordinatur ad praxim, ut ad finem: maximè secundùm ipsum, qui vult, quòd respectu finis dicatur practica: ut patebit infra. Cum ergo scientia moralis habeat fęlicitatem pro fine: ad quem sciētia practica non dirigit praxim, uidelicet actum uoluntatis ut infra patebit sequitur, quòd scientia moralis non erit practica: quod est contra philosophum primo ethi. c. 3. & 10. c. 11. Posuit enim philosophus fęlicitatem in sola speculatione substantiæ separatæ: ut patet 10. ethi. c. 10. ¶Ibi. Si dicatur, quòd fęlicitas est finis remotus, sed finis propinquus est praxis scilicet dirigere in actum uirtutis, propter fęlicitatem. Diceret fortè Henri. quòd scientia moralis non dicitur practica ex hoc, quòd sit directiuà uoluntatis in fęlicitatem: cum illa tantum consistat in speculatione. Sed dicitur practica ex hoc, quòd dirigit voluntatē, vt eligat actus virtutis, qui ordinantur ad fęlicitatē: sicut media ad finem, & sic dicitur practica ex hoc, quòd dirigit uoluntatem circa media ad finem. ¶Ibi. Contra. Ad dirigere non ordinatur necessario, nisi aptitudinaliter &c. Sensus huius literæ est. Si enim notitiam esse directiuam aptitudinaliter in praxim, & esse practicam sunt penitus idem: tunc quæstio, ita erit de notitia directiuà sicut de practica. Sicut enim quæritur à quo dicatur practica: ita quæritur à quo dicitur directiua, & ita probare notitiam esse practicam: quia directiua: est probare idem per idem. Sicut econtra probare notitiam, à quo habet, ut sit directiua: quia practica, est probare idem per idem. Ex hoc intendit. ¶Ibi. Item. Dirigere est actus intellectus: quia eius est habitus scilicet prudentia, à quo est iste actus elicitus: omnis enim actus directiuus, vel est causatiuus habitus prudentiæ (ut omnes actus præcedentes habitum prudentiæ) vel est effectus suo modo ipsius habitus prudentię: ut omnes actus directiui sequentes habitum prudentiæ: de quo magis patebit infra d. 17. & certum est, quòd omnis actus directiuus in praxim pertinet ad prudentiam. Aduerte tamen, quòd si ipse Hen. ponit ipsam extensionem, siuè ipsum dirigere, quod idem est, esse praxim, quę est actus uoluntatis: quia extensio illa tātum pertinet ad actum intellectus: hæc ratio tenet. Si uerò acciperet ipsum dirigere pro actu intellectus: & praxim pro termino illius extensiuè, siuè directionis: qui terminus est actus uoluntatis: non teneret ratio contra Henr. Sed ex dictis Hen. uidetur Doct. tenere primo modo: non secundo modo. Ideo ratio contra ipsum tenet. ¶Ibi. Ideo dicitur aliter, quòd finis scientiæ moralis, sicut & prudentiæ est actus uirtutis moralis, ad quem ordinatur, & ille actus est praxis. ¶ Contra hoc arguit Doc. non negando, quòd actus uirtutis sit praxis: cum secundùm Doc. omnis actus uirtutis appetitiuæ sit praxis. Sed contra hoc arguit: quod dicit: quòd scientia practica ordinatur ad actum uirtutis, tanquam ad finem: & arguit. ¶Ibi. Contra. Non omnis cognitionis practicæ, finis est praxis, aliqua enim est cognitio practica respectu praxis potentiæ inferioris puta appetitus sensitiui uisiuæ potētiæ, vt cum imperatur aliqua visio à uoluntate, regulata à cognitione recta: uel motiuæ potententiæ: ut cum imperatur aliquis motus progressiuus à uoluntate regulata, à cognitione recta, ut motus ad ecclesiam, nullus autem actus potētiæ sensitiuæ est nobilior aliquo actu intellectus: ut patet: quia si potentia est essentialiter nobilior, & eius operatio erit essentialiter nobilior. Et dicit specialiter de actu potentiæ inferioris: quia de actu uoluntatis: patet ab ipso in quarto d. 49. quòd est nobilior actu intellectus. De actu ergo potentiæ sensitiuæ loquitur. Potest enim esse actus virtuus in parte sensitiua: ut patet a Doc. in 3. d. 33. & talis actus erit vere praxis: & certum est, quòd erit ignobilior notitia intellectiua practica: modò nobilius non potest ordinari ad ignobilius, vt ad finem. Sed quia Doc. dicit, quòd nobilius non potest ordinari ad ignobilius, ut ad finem propter hoc dictum. Vt clarius intelligatur distinguo de fine. Nam primò accipitur finis, ut est causa finalis: & hic potest accipi pro respectu, siuè pro reuelatione causātis, & sic non est semper nobilior: vel pro fundamento illius: & tale fundamentum secundùm suam entitatem aliquando est nobilius efficiente, & effectu: ut quando volo aliquid propter Deum amatum, & desideratū. Aliquando æque nobile: ut quando idem est simpliciter efficiens, & finis: vt qñ Deus producit effectum ꝓpter semetipsum. Aliquando est ignobilior efficiēte: ut quando homo uult medicinam propter sanitatem amatam: homo enim in se est nobilior sanitate. Dico tamen, quòd ubi causa finalis est alia res ab efficiente, quem mouet ad agendum: quantum ad hoc est nobilior efficiente, distincto ab ipsa: quia mouet ipsum ad agendum. Nam mouens, ut huiusmodi est nobilius moto, ut huiusmodi. Secundo accipitur finis, ut est perfectio ordinati ad finem, & hoc ut perfectio intrinseca, & hoc modo operationes potentiarum dicuntur fines illarum: fines dico perficientes ipsas, & sic intelligere est finis intellectus, & uelle finis uoluntatis, & uidere finis potentiæ visiuæ. Et ubi talis finis distinguitur realiter à potentia secundùm suā entitatem, est ignobilior potentia (ut patet) tamen semper est nobilior, inquantum perficit potentiam: quia perficiens est semper nobilius perfectibili: ut sic. Potest etiam dici nobilius denominatione extrinseca scilicet inquantum unit potentiam nobilissimo obiecto ut cognitio Dei. Et quāto nobiliori modo vnit, tanto nobilior, ut uisio Dei in se. Licet ergo homo in se sit nobilior fruitione, qua clare fruitur Deo: tamen est ignobilior, inquantum perficitur ab ea accidentaliter: & inquantum unitur per ipsam deitati. Tertio accipitur finis terminatiuè: ut obiecta, quę terminant operationes potentiarum: & talis inquātum simpliciter terminat, ut huiusmodi est nobilior re terminata, & fortè: quia ut dat operationi quandam perfectionem extrinsecā (quæ est, quòd vna intellectio) potest dici nobilior alia: quia terminatur ad nobilius obiectum. Quarto accipitur pro illo, quod ultimarè quietat potentiam, & replet capacitatem illius: & sic dico, quòd talis finis in se aliquando est nobilior potentia: ut deitas, quæ est ratio formalis quietandi. Aliquando est ignobilior: ut perfectissimus color, qui ultimatè quietat potentiam uisiuam: & tamē est in se ignobilior illa: potest tamen dici nobilior inquātum quietans, & satians. Quinto accipitur finis pro effectu causæ: sicut dicimus finis efficientis est producere effectum sibi similem. Si efficiens est æquiuocum: finis est ignobilior. Si uniuocum: æque nobilis. Sexto accipit finis, in respectu ad media ordinata ad acquisitionem illius: sicut uirtus ordinatur ad beatitudinem, & potio ad sanitatem, & hoc modo respectu eiusdem medij dicetur nobilior, & ignobilior. Nam inquantum est id, ad quod ordinatur medium est nobilior: sed inquantum producitur à tali medio est ignobilior. In se autem, si medium est causa ęquiuoca est nobilior: si vniuoca est æque nobilis. Similiter

Dirigere est actus intellectus.

Actus virtutis est potest in parte sensitiua.

Finis dicitur multipliciter.

Finis non semper est nobilior efficiente.

Finis potentiarum est actus secundus earum.

Homo potest dici nobilior et ignobilior fruitione Dei.

Finis est potentiam quietare.

Virtus nobilior est beatitudine: quia bonum honestum bono commodi præfertur.

ter dico de uirtute, respectu beatitudinis naturalis: ipsa enim beatitudo, cum sit principaliter bonum cómodi est ignobilior uirtute: quæ principaliter est bonum honesti: hoc patet à Doc, in secundo d. 36. & in 4. d. 46. tamẽ est nobilior inquantum uirtus ordinatur ad illam: & sic patet de fine. Licet multa alia essent dicenda: sed pro nunc sufficiant ista. Certum est autem, quòd actus moralis in parte sensitiua nullo istorum modorum potest dici finis. Tota enim rectitudo in illo, dependet a rectitudine cognitionis practicæ. ¶Ibi. Dicitur, quòd licet intellectio sit nobilior in esse naturæ, quàm operatio potentiæ inferioris: non tamen in genere moris: quia melius moraliter est fortiter agere, quàm cogitare fortiter agere. ¶ Contra hoc dupliciter. Hic Doct. improbat hanc respõsionem. Primò, quia falsum supponitur. Supponitur enim, quòd intellectio practica non possit esse bona moraliter. Nam ipsa notitia est rectitudo à qua dependet omnis actus moralis, & hoc diffusè patebit à Doc. infra d. 17. huius, & in d. 7. & 40. & 42. & in tertio d. 33. & in quarto d. 14. & alibi sæpe. ¶Ibi. Confirmatur: quia prudẽtia est simpliciter nobilior virtute morali, ut talis uirtus est in appetitu sensitiuo: patet: quia, & potentia intellectiua est simpliciter nobilior, ergo sicut habitus est nobilior formaliter alio habitu: ita, & actus, siue præcedens habitum: siuè sequens erit nobilior actu alterius habitus, ergo actus practic⁹ etiam in esse moris erit simpliciter nobilior actu uirtutis in parte sensitiua. An modo prudentia sit nobilior uirtute morali: ut ponitur in uolũtate non est præsentis speculationis: posset tamen absolutè dici, quòd uirtus moralis in uoluntate est simpliciter nobilior prudentia: licet fortè secundùm quid posset dici ignobilior, pro quanto dicitur moralis: quia conformis prudentiæ, de hoc in isto primo d. 17. & in quarto. d. 49. ¶Ibi. Ex hoc patet, quòd dictare secundùm prudentiam de fortiter agere idest cognitio, quę dictat de fortiter agere in potentia, supple sensitiua, vt in potentia motiua est simpliciter nobilior quam fortiter agere: quia fortiter agere nõ est bonum moraliter, nisi pro quanto sit imperatum à uoluntate, conformiter se habente illi cognitioni dictatiuæ de fortiter agere, & ideo actus perfectè moralis, & formaliter moralis est actus elicitus uoluntatis: qui dicitur formaliter moralis: quia primò conformiter elicitur cognitioni rectæ: quæ conformitas est ratio actus moralis, ut infra patebit d. 17. actus verò moralis in potentia sensitiua dicitur tantum materialiter moralis: de quo patebit in secundo d. 42. & in tertio d. 34. & in 4. d. 14. & in quol. d. 17. & 18. Et quia dicit Doc. quòd quando quæritur, excellentia unius ad alterum, non debet comparari optimum ad infimum, sed optimum ad optimum: fortè esset dubiũ an infima cogitatio sit formaliter nobilior in esse moris optimo actu morali in potentia sensitiua. De hoc alias erit sermo: non enim oportet hic multum immorare cum non sit præsentis speculationis. ¶Ibi, Confirmatur: quia prudentia &c. Hæc litera patet vsque ibi secundo: responsio illa non uidetur ad propositum. ¶Hic Doc. improbat illam respõsionem, in qua dicitur, quòd intellectio est nobilior in esse naturæ: non tamen in genere moris: quia quæritur unde intellectio si practica idest à quo habet, ut sit practica non supponendo eam esse practicam: quia nec supponitur de ipsa potentia circunstantia: quę est finis: sed illa circũstantia inquiritur: & per consequés cum quæritur de cognitione practica; & prima circunstantia, à qua foret practica: ipsa tantum accipitur in esse naturæ idest cum quæritur, an intellectio talis dicatur practica; & si dicitur practica: à qua fine dicitur practica? patet quòd quando sic quæritur tantum quæritur de intellectione in esse naturæ: non autem de intellectione in esse moris. Si quæretur. An intellectio in esse moris sit practica: & à quo fine sit practica: est quærere quod supponitur. Nam cum dico notitia in esse moris; suppono ipsam esse practicam, & suppono circũstantiam finis, à qua dicatur practica. Sicut cum dico. An uolitio perfectè moralis sit propter finem: supponitur quod quæritur. Nam cum dico uolitio perfectè moralis includit: finem, ut primam circunstantiam, & sic est quærere quod supponitur. Distinguere enim intellectionem practicam in esse naturæ, & in esse moris est præsupponere quod quæritur; quia cum dicitur intellectio moralis statim supponitur ipsam esse practicam: & ultra est distinguere aliquid, put cõsideratur præcisè sub alio membro distinctionis. Nam intellectio, ut practica est moralis. Distinguere enim intellectionem practicam in esse necessariæ, & in esse moris: est distinguere illud, quod præcisè consideratur sub uno extremo distinctionis. Huius enim distinctionis sunt duo extrema scilicet in esse naturæ, & in esse moris: sed notitiam esse practicam, præcisè pertinet ad hoc extremum, quod est in esse moris: & sic patet litera. ¶Ibi. Ideo corrigitur ista opi. ab alijs. Hęc est opi. Io. Rodithon. qui dicit, quòd habitus dicitur practicus à fine: qui est consideratio practica idest ꝙ habitus practicus, causatus ex frequentatis actibus, dicitur practicus à consideratione actuali practica. ¶Ibi. Sed contra illud. Hic Doc. arguit contra hanc positionem: quia eadem est quæstio de consideratione practica: quæ & de habitu practico. Quærit modo Doc. à quo talis conderatio dicatur practica: aut à fine illius considerationis: & hoc improbatum est supra, aut ab obiecto; & habetur intentum.

Intellectio practica pōt esse bona moraliter.

Inter quas debet fieri comperatio.

Opinio Ioa. Rhoditon in prolo. q. 6. art. 2 Var, li. 1. q. 4.

Alf. Tol.

ALFONSVS Tol. in prolo. quæst. 10. respondet ad rationes Doc. quibus probat, quòd habit⁹ practicus dicatur practicus, non a fine sed ab obiecto. Et primo negat, quòd habitus practicus dicatur formaliter practicus illo duplici respectu prioritatis: uidelicet, & conformitatis aptitudinalis. Dicit enim ꝙ habitus practicus, inquantum practicus est actiuus, uel factiuus: sed nulla relatio est principium actiuũ, vel factiuum &c.

Responsio.

DICO quòd quando Arist. diuidit habitum practicum in actiuum, & factiuum: non intelligit, ꝙ actiuus sit uerè principium alicuius operationis: sed sic intelligit, quòd habitus practicus actiuus, ideo dicitur actiuus: quia dirigit in operationem, quæ manet in operante; puta in volitione aliqua, quæ manet in uoluntate eliciente illam, & dicitur factiuus eo, quòd dirigit in opus nòn receptum in agente, sed in passo extrinseco; sicut habitus practicus dirigit, puta ad nauem fabricandam. ¶Dico secundo, quòd posito, quòd habitus practicus actiuus sit principiũ alicuius operationis, saltem partiale: puta alicuius actus uoluntatis: non tamen dicitur actiuus, inquantũ practicus formaliter: quia tunc relatio esset principium operationis realis: sed benè inquantum est quædam qualitas absoluta: cui inest illa aptitudo prioritatis, & conformitatis esset actiua saltem partialiter: & hoc sufficit. Non enim habitus practicus, inquantum practicus est principium alicuius operationis realis: vt ly inquantum accipitur reduplicatiuè: quia tunc notaretur quòd ratio formalis practici: quæ est illa aptitudo &c. esset causa inherentiæ huius prædicati; videlicet quòd est principium actiuum ad subiectũ: quod est falsum. Sed benè concedimus (sustinendo opinionem quòd cognitio actualis sit partialis causa actus uoluntatis, ut dixi supra) quòd habitus uel act⁹ practicus: ut est quædam qualitas absoluta sit principium &c. ¶Deinde respondet ad primum argumentum quod facit Doc. probando, quòd talis aptitudo insit habitui practico ab obiecto, ut à causa efficiente;

ciente: ut ibi exposui. Et concedit, quòd talis aptitudo idest habitui per aliquam conditionem intrinsecam ipsius habitus: & quòd effectiuè est ab obiecto. Prima tamen causa est causa finalis, à qua denominatur practicus. Et in hoc parum discrepat (vt credo) ab opi. Doc. ut supra exposui. Si tamen intelligat q̃ præcisè dicatur practicus à fine: tunc habet respōdere ad argumenta Doc. quæ relinquit insoluta, & iudicio meo solui non possunt.

Capreolus.

ITEM IO. Tholosanus dictus Capteolus nititur in q. 2. prolo. soluere argumenta Doc. & tantum respondet ad aliqua dicta Doc. sed minimè rationes principales euacuat: immò nec tangit. Dicit enim quòd prioritas aptitudinalis, & conformitas de qua supra: non sufficiunt ad hoc, ut habitus sit simpliciter practicus: sed requiritur, quòd ordinetur habitualiter ad finem: qui sit operatio extra intellectum per voluntatem propōnentem operari per talem habitũ. ¶Sed (ut patet ex supradictis) hæc solutio nō euacuat rationes Doct. Et quia ex dictis supra facilimè respondetur, ad dicta Capreoli, breuitatis causa transeo.

Solutio rationum.

Opinio Doc. à quo habet scientia: vt scilicet dicatur practica

ÇONCEDO ergo, quòd habitus non dicitur primo practicus ab actu ꝓprio &c. ¶Hic Doc. intendit ostendere, quòd habitus practicus, dicitur practicus à fine ipsius praxis: non tamen inquantum est finis: sed inquantum est primum obiectum. Primum patet: videlicet quòd dicatur practicus à fine. Et similiter secundùm patet: quòd dicitur practicus à fine, non inquantum finis: sed inquantum obiectum: vt supra declaraui. Et ut clarius hoc intelligatur pono exemplum: quomodo à fine sumuntur principia practica & conclusiones: & multa ordinata ad finem acquirendum. Deus qui est finis ultimus hominis attingibilis per operationem: uirtualiter cōtinet hoc prædicatum, quod est diligibilis super omnia: continet dico: puta per rationem formalem ipsius Dei: tunc sic. Ens infinitũ est super omnia diligibile. Deus est huiusmodi, ergo. Cognitio entis infiniti est verè practica: ut infra patebit, & cognitio huius principij. Ens infinitum, est super omnia diligibile est uerè practica, & similiter cognitio conclusionis deductæ: qua cognosco Deum esse super omnia diligibilem est uerè practica: quia directiuà in praxim: puta in amorē ipsius Dei. Ex ista conclusione multa alia possunt sequi: ut puta, ergo est ei obtemperandum, ergo est laudandus, & honorandus & huiusmodi. Et cognitio horum sequentium dicitur uerè practica: quia est directiua in praxim: & sic patet, quomodo cognitio principiorum & conclusionum practicabilium sumitur ab ipso fine: sic ut talis finis uirtualiter includit notitiam tam principiorum quàm conclusionum, & sequentium ab illis. ¶ Vel ponatur aliud exemplum in scientia morali, quæ est uerè practica. Nā finis scientiæ moralis est fælicitas naturalis: & sic notitia principiorum practicabilium in scientia morali, sumitur à fęlicitate naturali: ita quòd fęlicitas naturalis, vel notitia eiusdem uirtualiter includit notitiam principiorum practicabilium, & conclusionum: & omniũ deducendorum ex principijs, & conclusionibus in tota scientia morali, & hoc si talis finis non continetur virtualiter in subiecto scientiæ moralis: quia si ibi virtualiter contineretur: tunc per rationem subiecti continentis, concluderetur finis ille in tali scientia: & sic ab ipso sumerentur omnia principia practica, & conclusiones practicæ in tali scientia: ut infra patebit præsenti q. Secundùm patet scilicet, quòd scientia practica sumatur à fine ut habet rationem obiecti: nō tamen accipitur à fine ut habet præcisè rationem finis: siuè ut habet rationem causæ finalis. ¶Ibi. Nunc Doc. probat secundùm principale: uidelicet quòd principia practica, & conclusiones: & si sumuntur à fine: non tamen à fine inquantum finis: sed à fine, inquantum obiectum. Exemplum. Principia practica in scientia morali, sumuntur à fęlicitate naturali: qui est finis scientiæ moralis: sed non sumuntur ab ipsa, inquantum est finis: siuè inquantum est causa finalis: quia vt sic, non dicitur finis nisi inquātum amata, & desiderata à uoluntate: sed siuè uoluntas ametillam, siue non amet: adhuc notitia principiorum practicabilium, potest accipi à fęlicitate: quia fęlicitas ut præsens intellectui, uirtualiter includit notitiam talium principiorum. Nam ut causa partialis, cōcurrente intellectu, ut alia causa partiali, talem causat notitiam principiorum, dando ei aptitudinem: de qua supra dixi. ¶ Nunc expono literam cum dicit. Ideo enim finis praxis, dat talem aptitudinem: siuè naturā habentem talem aptitudinem: puta fęlicitas: ideo causat talem naturam idest talem notitiam habētem talem aptitudinem: puta prioritatis, & cōformitatis. Sequitur. Quia ut obiectum primum includit principia, idest, quia ipsa fęlicitas in ratione primi obiecti intelligibilis, uirtualiter includit principia practica in scientia morali. Sequitur. Non autem inquantum finis idest quòd fęlicitas naturalis in scientia morali, non includit principia practica: siuè notitiam principiorum, Inquantum finis: supple inquantum causa finalis, ut amata, & desiderata à uolūtate: & patet, quia priusquàm ametur à uoluntate, includit notitiam talium principiorum. ¶Ibi. Tum quia, quodcūque aliud includeret uirtualiter talem notitiam: eodem modo daret notitiæ conformitatem talem. Probat enim Doc. quòd finis in ratione obiecti, cōtinens uirtualiter notitiam talium principiorum: puta fęlicitas naturalis continens uirtualiter notitiam principiorū in scientia morali: dat tali notitiæ, quòd sit directiua in praxim, & quòd det ex hoc, quod continet uirtualiter probat, quia si aliud à fęlicitate virtualiter contineret notitiam principiorum in scientia morali: daret tali notitiæ directiuitatem in praxim, ergo similiter, & finis continens uirtualiter huiusmodi notitiā. Sequitur. Putà si ipsa praxis includeret primo in genere isto talem notitiam: uel illud circa quod est talis operatio: putà obiectum circa quod est operatio. Sequitur. Homo enim fortè est subiectum tam moralis scientiæ quàm medicinæ: non autem fęlicitas, uel sanitas idest quòd respectu medicinæ, homo quantū ad corpus est subiectum medicinæ; quia uirtualiter continet notitiam eorum quæ in medicina considerantur. Nam per corpus humanum, sic, uel sic mixtū concluditur talis, vel talis sanitas. Et sic ratio sanitatis, vel notitia eiusdem, virtualiter continetur in corpore humano. Similiter homo quantum ad animā: fortè est subiectum scientiæ moralis: quia uirtualiter continet notitiam eorum, quę in scientia morali considerantur, & etiam finis sciētiæ moralis concluditur per rationem hominis, quo ad animam: quia enim homo uiuit anima intellectiua: ideo ratione animæ congruit sibi talis, uel talis fęlicitas. Et sic ratio finis vtriusque idest scientiæ moralis, & medicinę includitur in ratione illius circa quod est praxis scilicet in ratione hominis, circa quem, siuè propter quem elicitur ultimatè praxis: ita quòd respectu scientiæ moralis, duplex est finis scilicet proximus, & remotus. Proximus est fęlicitas naturalis: propter quam homo elicit actum virtutis. Finis uerò remotus, est ipse homo: ad quem vltimate ordinatur ipsa fęlicitas: ut supra patuit in quæstione de subiecto theologiæ. Similiter respectu medicinæ duplex est finis: proximus vt sanitas: remotus vt homo. ¶ Ibi. Si dicatur quòd principia prima practica semper sumuntur à fine, ergo semper finis primo includit uirtualiter notitiam eorum. Et quia Doc. videtur declinare ad hoc quòd notitia principiorum, & conclusionum practicabilium in aliqua

Cognitio principium conclusionumq; practicabilium à fine sumuntur.

Homo quomodo dicatur subiectũ medicinæ & scientiæ moralis.

Finis proximus, et remotus.

aliqua scientia, non sumitur semper à fine talis scientiæ: sed aliquando à subiecto illius: ut patet de medicina, & scientia morali; & per consequens finis in tali scientia non includit uirtualiter notitiam taliũ principiorum: ideo hic arguit quòd finis scientiæ practicę, includat uirtualiter notitiam principiorum, & conclusionum practicabilium: & arguit sic. Prima principia practica semper sumuntur a fine, ergo semper finis primo includit uirtualiter notitiam principiorum. ¶Respondet ibi. Si concederetur consequens, Dicit Doc. quòd potest concedi consequens, & antecedens: uidelicet, quòd prima principia uirtualiter includuntur in ipso fine: non in ratione finis: sed in ratione obiecti: & tunc respondet tacitè obiectioni; quia dictum est parum supra, quòd homo quantum ad animam uirtualiter continet notitiã principiorũ, & conclusionum in scientia morali, ergo finis sciẽtiæ moralis cuiusmodi est fęlicitas non continet talẽ notitiam. Dicit quòd finis cõtinet, & si non proximus saltẽ remotus, & sic homo in scientia morali dicitur finis remotus, & continet non in ratione finis ut dixi: siuè inquantũ finis: sed in ratione obiecti siuè inquantum obiectum. ¶Ibi. Quia si negaretur consequens scilicet hoc, ergo semper finis primo includit uirtualiter notitiam eorum. ¶Sequitur. Negandum esse antecedens uniuersaliter sumptum scilicet hoc. Prima principia practica semper sumuntur a fine. Sequitur. Quod particulariter est uerum: ubi scilicet ratio finis, non concluditur ex aliquo pertinente ad cognitionem practicam. ¶Sensus huius literæ est. Si teneatur, quòd principia practica, sumantur à fine scientię practicæ: loquendo de fine praxis proximo & non remoto. Dicit Doc. quòd hoc antecedens, est particulariter uerum quando scilicet ratio illius finis nõ includitur uirtualiter in aliquo pertinente ad cognitionẽ practicam, sicut patet in exemplo prius posito. Principia enim practica in scientia morali: non sumũtur primo è fine proximo illius scientiæ: putà à fęlicitate naturali: sed sumuntur ab ipso homine quo ad animam: quia notitia talis finis proximi, uirtualiter includitur in ipso homine: & per consequens scientia moralis practica, concluditur ex ratione hominis. Vbi uerò finis scientiæ practicæ non continetur uirtualiter in aliquo pertinente ad scientiam practicam: tunc principia practica in tali scientia sumuntur à tali fine. Et ideo hoc antecedens est tantum particulariter uerum; quòd principia practica sumuntur à fine: quando scilicet talis finis, non includitur uirtualiter in aliquo alio pertinente ad scientiam practicam. Et sicut antecedens est particulariter uerum: ita & cõsequens. ¶Ibi. Vel aliter posset exponi antecedens sic. Prima principia practica semper sumuntur à fine &c. Dicit Doc. quòd prima principia practica, sumũtur à fine &c. Pro intelligentia huius literæ pono exẽplum de actu nudo, & circunstantionato: & accipio istam propositionem, Bonum est diligendum. Dilectio boni potest considerari nudè: ut scilicet est tantum quędam dilectio, non considerando super quod obiectum transeat. Secundo talis dilectio, potest circunstantionari circunstantia obiecti: quod fit quando transit super debitum obiectum: puta super bonum: & sic dicitur bona ex circunstantia ex genere. Si uerò transiret super malum diceretur mala ex circunstantia ex genere: quia transit super obiectum indebitum. Et de hoc uide prolixe in secundo d. 7. & in quol. q. 18. Tertio talis dilectio, quæ est bona ex genere debet circunstantionari circunstantia finis: quæ est prima inter omnes circunstantias, præsupposita circunstantia ex genere, ut patet à Doc. in 2. d. 40. Et sic ulterius talis dilectio potest circũstantionari alijs circunstantijs, putà circunstantia causæ: loci: temporis: modi &c. Dicit ergo Doc. quòd cognitio, siuè

Actus nudus quid.
Act° circumstantionatus.

notitia præcedens dilectionem ut praxim: si talis cognitio, dictat absolutè dilectionem esse eliciendam; talis cognitio non est propriè practica: quia nec talis dilectio est propriè praxis. Si uerò dictat dilectionẽ ex genere; tunc dicitur practica: quia directiua in praxim: puta in dilectionem transeuntem super debitũ obiectum. Et quòd sic dictet habet ab obiecto super quod transit talis dilectio. Si uerò dictet bonum esse diligendum propter Deum: ita quòd, dictet de circũstantia finis: tunc rectitudo illius notitiæ erit a fine. Et hoc est quod dicit Doc. hic.

¶Expono tamen aliqualiter literam, cum dicit prima principia practica sumuntur à fine: uerum est inter illa quæ sumuntur ex circunstantijs moralibus, præsupposita circunstantia ex genere idest, quòd illa principia practica: siuè cognitio talium principiorũ quæ dictat praxim esse eliciendam cum alijs circunstantijs, præter circunstantiam ex genere; quòd talis cognitio sẽper sumitur à fine. Nam præsupposita circunstantia ex genere: quæ est circunstantia obiecti debiti: prima circunstantia, saltem primitate perfectionis, & intentionis, est circunstantia finis: loquẽdo ergo de actu bono secũdùm genus: sic obiectum est circunstantia: immò prima circunstantia. Sed præsupposita ista circunstantia, & loquendo de alijs circunstantijs, obiectum non est circunstantia: ut patet. Sequitur alio modo accipiendo actum nudè sic obiectum est circunstantia, idest quòd actus ut nudè consideratus est primo circunstantionabilis circunstantia obiecti, ista enim est simpliciter prima, & necessario præsupponitur omnibus alijs, si enim actus non transiret super debitum obiectum, nunquam posset esse perfectè moralis, quacunque alia circunstantia posita. Sequitur. Ex hoc uidetur antecedens improbatũ: uidelicet quòd principia practica; siue cognitio talium semper sumitur à fine: patet hoc esse falsum: quando cognitio simpliciter dictat de prima circunstantia: quæ est circunstantia obiecti, talis enim cognitio sumitur ab obiecto: quia obiectum dicitur prius quocunque alio: & per consequens prima dictatio est à circunstãtia obiecti, obiectum enim causans partialiter talem notitiam, dat ei illam aptitudinẽ ad reuelandum de prima circunstantia: & patet litera.

Expositio literæ.

EX HOC PATET solutio secundę quæstionis propositæ: cuius teneo partem negatiuam; uidelicet, quòd scientia practica non sumitur à fine, inquãtum finis: ut supra patuit. Sequitur. Sed praxis autem relationem, scilicet cõformitatem habet per se ab obiecto: quod, uel est rectitudo praxis (supple formaliter) uel aliquid uirtualiter includens ipsam rectitudinem. Nam propriè loquendo de cognitione practica: quæ est notitia cõclusionis practicæ, habet duplex obiectum, scilicet complexum, & incomplexum. Complexum est ipsa conclusio. Incomplexum est subiectum conclusionis, Et sic conclusio; puta ista, ergo proximus est diligendus: potest dici rectitudo formaliter: quia notitia quæ immediatè terminatur ad illam conclusionem dicitur directiua praxis: & obiectum dicitur rectitudo uirtualiter: quia uirtualiter continet huiusmodi notitiam; & dicitur formaliter rectitudo; quia terminatur ad conclusionem: ita quòd non dependet à conclusione, nec in esse, nec in fieri: sed tantum formaliter terminatur ad ipsam: quia uerò talis notitia uirtualiter continetur in obiecto: sequitur quòd erit uirtualiter rectitudo. Est enim talis notitia formaliter recta: cum talis rectitudo, sit formaliter in tali notitia, & formaliter denominet ipsam: sed dicitur uirtualiter rectitudo: quia talis rectitudo est ab obiecto partialiter causante talem notitiam, & rectitudinem eius. Sequitur. Et ideo cognitioni illi: (quæ supple est recta, uel uirtualiter, uel formaliter:) praxis est conformabilis, ut sit recta: quia cognitio

Obiectũ complexũ, obiectum incomplexum.

cognitio est talis cogniti: supple cognitio dicitur formaliter rectitudo: quia est talis cogniti, puta conclusilusionis cognitæ, uel uirtualiter rectitudo: quia talis obiecti cogniti, quod uirtualiter continet huiusmodi notitiam, & rectitudinem eius. ¶ Sequitur. Sed de alia relatione scilicet de prioritate est dubium unde conueniat cognitioni. Dicit Doc. quòd quamuis rectitudo notitiæ practicæ sit ab obiecto: aptitudo tamen prioritatis non uidetur esse ab obiecto: sed magis ex ordine potentiarum: quia uoluntas non potest elicere praxim, nisi præsupponat cognitionem directiuam. Sequitur. Sed non semper ista intellectio, prior est practica: sed tantum, quando est determinatiua rectitudinis respectu ipsius praxis: & hoc formaliter, uel uirtualiter. Dicit Doc. quòd non omnis intellectio, quæ est prior praxi elicienda, dicitur uerè practica: sed tantum illa intellectio, quę est directiua in praxim: siuè illa intellectio quæ est rectitudo praxis: siuè uirtualiter: ut supra dixi. ¶Ibi. Quando etiam in appræhensione præuia est determinatio de rectitudine praxis: sed de potentia cuius est praxis, nō est aliquo modo determinabilis aliunde &c. Dicit Doct. quòd loquendo de notitia propriè practica, requirit has conditiones scilicet, quod sit prior praxi: secundo q ex se sit conformatiua, & directiua in praxim: & tertio, quòd respiciat voluntatem: quæ est apta nata determinari, & dirigi à tali notitia respectu praxis. Et hoc ideo dicit Doctor, fortè respectu uoluntatis diuinæ: quia & si aliqua cognitio in intellectu diuino sit prior praxi: & quantum est ex parte sua sit directiua praxis: fortè tamen uoluntas diuina, non est determinabilis nec dirigibilis: & sic talis notitia, non diceretur plene practica. ¶ Ibi. Potest igitur dici, quòd licet absolutè ex natura intellectus, & uoluntatis sit cognitio prior, tamen quòd cognitio conformis sit prior: hoc est simul ex obiecto, & ordine potētiarū. Nam ex ordine potentiarum habet, quòd dicatur prior conformatiua: & quòd sit uerè conformatiua: hoc habet ab obiecto, & tertiò quòd dicatur uerè cōformatiua ex ratione potentię sic practicantis scilicet uoluntatis: quæ sit aliquo modo regulabilis aliūde. Sequitur. Hoc autem accidit, quandocūque determinata rectitudo praxis, est cognoscibile necessarium: siuè ut principium per intellectum: siuè ut cōclusio per scientiam. Cognoscibilia practica, & necessaria, sunt complexa necessaria: & istorum quędā sunt principia per se nota: quædam sunt conclusiones. Exemplum primi. Summum bonum est super omnia diligendum. Exemplum secundi. Ergo De⁹ est summè diligendus: & hæc cognitio dicitur practica respectu alicuius principij practici per se noti necessarij: uel conclusionis practicæ necessariæ. Sed cognitio principiorū dicit intellect⁹, ut patet primo poste. Cognitio uerò conclusionis dicitur scientia: ut patet ibidem. ¶Ibi. Quando autem rectitudo determinata, contingenter conuenit praxi. Hæc litera stat in duobus dictis, vel in tribus. Primum quòd aliqua rectitudo conuenit praxi necessariò: sic intelligēdo, quòd talis notitia, vndecunque sit causata, de necessitate est recta: ut notitia huius. Bonum est diligēdum: siuè Deus est diligendus, dicitur necessario recta: quia stante tali notitia pro quocūque tempore, sic necessario est recta, quòd praxis cōformiter elicita erit necessario recta: & hoc contingit quòd sit necessario recta, quādo talis rectitudo causatur ab obiecto: siuè a fine inquantum habet rationē obiecti, tale enim obiectum causans talem notitiā, necessario causat talem rectitudinem. Secundùm dictum, qđ rectitudo scientiæ practicæ, aliquando dicitur contingēs: quia talis rectitudo potest inesse, & nō inesse: & hoc contingit, quando rectitudo illa nō est ab obiecto: sed ab aliqua uoluntate sic contingenter determinante. Exemplum cognosco quòd adultera rectè debet lapidari: quia hoc est statutum à legislatore: talis notitia dicitur esse recta ex hoc quòd dictat conformiter legislatori: non tamen necessariò recta: patet, quia si legislator statueret adulteram non esse lapidandam: cognitio dictans ipsam esse lapidandam non esset recta. Breuiter ergo dico, quòd omnis rectitudo, quæ est à uoluntate determinante contingēter dicitur contingens. ¶ Ex his elicio duo correllaria. Primum quòd notitia practica, quæ dictat obseruantiam præceptorum primæ tabulæ est necessariò recta: quia illa rectitudo sumitur ab ultimo fine inquantum habet rationem obiecti. Et ideo Doct. in tertio d.37. dicit quòd Deus, non potest dispensare contra principia practica per se nota: nec contra conclusiones deductas ex talibus principijs: & sic præcepta primę tabulę sunt de lege naturæ proprijssimè sumpta, uide ibi. Secundùm est quòd notitia practica circa omnia præcepta secundæ tabulæ non est de necessitate recta: quia talis notitia sic recta non sumitur ab obiecto necessario sic causante: sed à uoluntate diuina, contingenter dante talem rectitudinem. Ideo enim obseruantia præceptorum secundæ tabulæ dicitur recta: quia sic determinatum à uoluntate diuina: si contrarium determinasset, talis notitia non diceretur recta. Tertium est quòd notitia, puta præceptorum secundæ tabulæ, dicitur recta cōtingenter, & determinatiua praxis, & hoc loquendo de intellectu in communi: & uolūtate in communi: quia hoc non est uerum, de quocunque intellectu: & de quacunque uoluntate. Nam talis notitia, ut est in intellectu humano dicitur recta, & conformatiua praxis eliciendæ à uoluntate in eodem supposito: vt verò talis notitia est in intellectu diuino, non dicitur directiua uoluntatis diuinæ in praxim eliciendam ab ipsa: patet quia tota rectitudo præceptorum secundæ tabulæ est à determinatione diuinæ uoluntatis, præcedente cognitione talium præceptorum: & sic patet litera Doc.

Tres conditiones cognitionis practicæ.

No bene de rectitudine praxis.

Primum corellarium.

Præcepta primæ tabulæ sunt de lege natura.

HIS VISIS respondendum est ad primam.q. vbi sunt quinque uiæ tenentes partem negatiuam: vt. quòd theologia: siuè scientia theologica, non sit sciētia practica. Prima est Hen. in summa. ¶Ista opi. stat in duobus dictis. Primum quòd respectu ultimi finis, non oportet ponere in intellectu notitiam practicam directiuam praxis circa ultimum finem: patet, quia ponitur notitia practica circa quod contingit uoluntatem posse errare: & ideo talis uoluntas, ne erret in eliciendo actum, indiget directiuo: siue scientia directiua: sed non contingit uoluntatem aliquam errare circa ultimum finem, ergo. Cognitio ergo ultimi finis est speculatiua: & tātum requiritur ut ostensiua finis: non autem directiua uoluntatis circa finem: & ideo scientia theologica, quia principaliter respicit ultimum finem, dicitur speculatiua. Secundùm dictum est, quòd notitia quę dirigit uolūtatem circa ea quæ sunt ad finem, dicitur uerè practica: quia contingit uoluntatem errare in eliciendo actum circa ordinata ad finem, ideo ne erret indiget scientia directiua. Et quamuis scientia theologica, quæ est directiua in praxim, circa ordinata in ultimum finem, quantum ad hoc possit dici practica: absolute tamen loquendo, scientia theologica dicitur uerè speculatiua propter causam superius dictā. Et quòd dicatur speculatiua probat auctoritate & rationibus: quæ patent in litera. ¶Doctor autē contra hanc positionem multis medijs arguit: & intēdit probare quòd scientia quæ est ostensiua ultimi finis, dicatur uerè practica. ¶Prima ratio est ibi. Contra hoc sic arguitur, primo ratione positionis eorum, duco ad oppositum quadrupliciter. Et prima ratio est satis clara in litera. Et quod dicit Doc. quòd secū-

Hen. in sū. ar. 9. q. 2. in solutiōe ad 3. ar.

dùm

dùm eos, contingit errare circa finem in particulari, patet. Nam & multi philosophi circa illum errauerunt: ut patet primo ethi. vbi recitantur diuersæ opi. de fælicitate ultima: quam aliqui posuerunt in honoribus: aliqui in uoluptatibus &c. Patet etiam: quia secundùm Aui 9. metaphy. ultima intelligētia, ultimatè quietatur in alia quàm in prima. Ne ergo erret voluntas circa finem in particulari: oportet ponere in intellectu notitiam ueri finis, dirigentem uoluntatem ad illum: & talis notitia est uerè practica. Et similiter in modo diligendi forte posset contingere error: quia si uoluntas diligeret ultimum finem, vt tantum bonum commodi, erraret. Si etiam diligeret illum tantum amore mercenario: similiter erraret. Si etiam minus diligeret quàm tenetur: erraret.

¶Secunda ratio est ibi. Præterea habitus directiuus. Hæc ratio est satis clara, & quod dicit de substantia actus &c. patet, quia dilectio secundum substantiam consideratur, ut est tantum dilectio, & dilectio secūdùm intensionem, consideratur ut sic, uel sic intensa: quæ dilectio secundùm substantiam, uel secundùm intensionem est circunstantionabilis, & circunstantia obiecti, & omnibus alijs circunstantijs, ut supra explicaui. Dicit ergo Doc. quòd & si uoluntas esset determinata ad substantiam actus tendentis in finem in in particulari: puta quòd ipsa dilectio, ut est circa finem in particulari, non posset dici mala quantum ad substantiam dilectionis: cum transeat super obiectū debitum: propter tamen alias circunstantias ponitur scientia directiua ut supra explicaui: & patet litera.

¶Tertia ratio est ibi. Præterea tertio sic. Cuius dilectio principaliter intenditur extra genus cognitionis eius cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis &c. Ista ratio formetur sic. Illud est subiectum in aliqua scientia: cuius cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis. Sed in theologia, cognitio finis principaliter intēditur intra genus cognitionis, ergo finis est subiectum in theologia. Tunc vltra. Sed à fine sumuntur principia practica, & principia practica concludunt practicas conclusiones, ergo theologia erit scientia practica. Probatur minor primi syllogismi sic. In quacunque scientia, dilectio finis principaliter intenditur extra genus cognitionis: in illa principaliter intenditur cognitio eiusdem finis, patet: sed in theologia (secundùm eos) principaliter intenditur dilectio finis extra genus cognitionis: ita quòd talis dilectio non pertinet ad potentiā cognitiuam: sed tantum uolitiuam. Nam dilectio naturalis intellectus cum sit sola inclinatio naturalis, nō sufficeret ad praxim: cum illa non sit in potestate nostra. Et nota, quòd quando dicit Doc. quòd finis est primum obiectum theologiæ, debet intelligi de fine inquantum est obiectum: & sic Deus, sub ratione deitatis est finis totius theologiæ à quo sumuntur principia practica theologiæ: non inquantum finis: sed inquantum obiectum. ¶Quarta ratio est ibi. Præterea ad idem genus secundùm praxim, uel speculationem pertinet principia, & conclusiones: quia à fine sumūtur omnia ordinata ad finem. Si ergo cognitio mediorum sit practica: etiam cognitio finis erit practica cum cognitio mediorum resoluatur in cognitionē finis. Si ergo conclusiones sumptæ à fine sunt practicæ, ergo & principia sumpta à tali fine erunt practica, ergo & cognitio finis. Expono aliqualiter literam: cū dicit ad idem genus secundùm praxim, uel speculationem pertinent principia, & conclusiones idest, quod omnia principia practica, & conclusiones practicæ, simpliciter pertinent ad scientiam practicam: ita quod est impossibile conclusionem practicam resolui in principia speculatiua: quia si principia sunt practica, & conclusiones uirtualiter contentæ in illis, erunt practicæ, & econtra. Similiter si principia sunt speculatiua, & conclusiones in illis uirtualiter contentæ erunt speculatiuæ: & econuerso. Sequitur, ergo cum cognitio finis sit directiua in actibus, circa ea quæ sunt ad finem: non quòd cognitio finis in se, sit immediatè directiua circa medium ad finem: sed quia, per cognitionem finis, cōcludimus cognitionem eorum quæ ad finem illum ordinantur: & cognitio mediorum est directiua actuum uoluntatis, circa illa media ad finem: ideo dicimus quòd cognitio finis, est directiua in actibus, circa ea quæ sunt ad finem: uel breuius: cognitio mediorum ad finem immediatè, & formaliter est directiua actus uoluntatis circa talia media. Sed cognitio ipsius finis, est tantum directiua, remotè & uirtualiter, quia cognitio mediorum uirtualiter includitur in fine, uel in cognitione finis, & hoc est quod sequitur, & cognitio eorum, quæ sunt ad finem, sit quasi inclusa scilicet uirtualiter in cognitione finis, quasi principij: nō quod finis in se dicat principium practicum, cum sit terminus incomplexus: sed est talis entitas à qua primo accipitur principiū practicum, sic etiam dicimus, quòd principium speculatiuum sumitur à primo subiecto scientiæ: sicut homo principium omne rationale est risibile, sumitur à quiditate hominis. Et addit. Si cognitio eorum quæ sunt ad finem, sit cognitio conclusionum practicarum: quia tunc talis cognitio uirtualiter continetur in cognitione finis: & si cognitio talium, esset tantum cognitio conclusionum speculatiuarum, talis cognitio non includeretur in cognitione finis. Sequitur, ergo cognitio finis, erit cognitio practica; quia de principio practico: sic intelligendo, quòd finis dicitur principium practicum: quia ab eo sumitur prima ratio principij practici, si ergo, cognitio principij practici sumpti à fine, sit practica, sequitur quòd cognitio ipsius finis erit practica, aliter cognitio practica uirtualiter includeretur in cognitione speculatiui, sicut etiam si cognitio principij speculatiui, sit speculatiua: sequitur quòd cognitio subiecti à quo sumitur cognitio principij sit speculatiua, non enim datur medium, quia aut est practica aut speculatiua nō practica, quia tunc cognitio principij speculatiui uirtualiter contineretur in cognitione practica, quod est falsum. ¶Ibi. Sic patet responsio ad rationem eius primam. Nunc Doc. soluit rationes factas pro opin. Hen. quibus probat: quòd scientia theologiæ sit simpliciter speculatiua. Et prima ratio sua est ista. Nulla cognitio est practica quæ ordinatur ad operationē in qua non contingit error, & rectè agere: patet, quia notitia practica, ideo ponitur, ne uoluntas in operando erret, & ideo si uoluntas circa aliquid non posset errare, licet respectu illius requiratur cognitio, vt ostensiua talis obiecti: quia uoluntas non fertur, nisi in præcognitum: non tamen requiritur ut directiua, sed nec uoluntas nostra nec beatorum potest errare circa ultimum finem, ergo cognitio ultimi finis, & si requiratur ut ostensiua non tamen ut directiua.

Respondet Doc. & dat duas responsiones. Prima, quòd uoluntas creata potest errare circa ultimum finem, saltem in particulari: ut supra patuit: potest etiā errare, circa, circunstantias actus: ut supra patuit, nō enim uoluntas creata, est determinata ad actum rectum, respectu cuiuscunque obiecti: non enim ut elicit actum, necessario illum elicit, ut rectū: hoc enim soli uoluntati diuinæ competit, ut patet à Doc in isto primo d. 1. q. 1. & d. 39. & 44 & in secundo d. 2 :. & alibi. Secundo respondet, quòd posito quòd sit determinata respectu ultimi finis idest quòd in uolendo illum necessariò rectè uelit: & nullo modo possit errare: adhuc cognitio ultimi finis, erit uerè practica, & hoc probant duæ ultimæ rationes quæ patent.

¶Secundo arguit Hen. auctoritate Aug. in sermone de Iacob, & Esau. Omnia inquit opera nostra, sunt vt

A quo sumatur principiū speculatiuū

Finis dicitur principiū practicum

Oīs cognitio aut est practica, vel speculatiua.

Voluntas creata potest errare circa ultimum finem.

Expositio literæ

vt mundetur oculus interior, quo videatur Deus, ergo uidetur ex ista auctoritate, quòd uisio Dei sit ultimum, ad quod opera nostra ordinantur, & sic talis visio, non erit practica, sed mere speculatiua. ¶Respõdet Doc. dando duas respõsiones.

Respõsio ad hominem.

Prima ad hominẽ: quia ex ista auctoritate, uidetur concludi contra eos: quòd uisio Dei sit ultimus finis theologiæ: quod tamen ipsi non concederent: quia uolunt quòd ultimus finis theologiæ sit dilectio Dei claré uisi. Secundo respondet exponendo auctoritatem: quòd Aug. loquitur de operationibus exterioribus quæ sunt ieiunia: uigiliæ &c. quia actus, quicunque exterior, natus est conformari alicui interiori: à quo habet suam bonitatem. iste enim actus exterior scilicet uigilare, non est bonus moraliter nisi sit imperatus ab actu elicito uoluntatis primo bono moraliter. Prius enim uoluntas elicit, siue determinat ieiunare: & hic actus est primo bonus moraliter, ut supra patuit, & post imperat actum exteriorem: qui tantum est bonus materialiter: & bonus pro quanto est conformis actui elicito: ut patet à Doc. præsenti. q. & j. d. 17. & in secũdo d. 7. 40. 42. & in quolib. q. 17. Et ultra actus elicitus uigiliæ, uel ieiunij, ordinatur ad alium actũ interiorem: puta ad perfectiorem cognitionem Dei: sicut sancti faciunt: & tandem illa cognitio ordinatur ad amorem Dei. Sancti enim ideo quærunt magis, ac magis cognoscere Deum, ut ipsum magis ament, & sic tandem actus interiores: quibus uoluntas imperat, actus exteriores ordinantur, ut perueniatur ad uisionem Dei: & illa visio, ultimo ordinatur ad amorem ipsius Dei: & sic auctoritas, est magis ad propositum quàm ad oppositum. ¶Tertiò arguit Hen. quia ubi non potest esse error, ibi non requiritur scientia, ut directiua: sed sancti, & beati nõ poſſũt errare circa ultimum finem, ergo theologia beatorũ non erit practica, ergo nec nostra: quia nec nos possumus errare circa ultimum finem. ¶Respondet Doc. quòd sicut agens per se intendit formam inducere, & per accidens intendit remotionem contrarij: patet de igne, quando corrumpit lignum, non enim intendit per se corrũpere lignum: sed per se intendit inducere formam ignis in materia ligni: & quia forma ignis inducenda, est incompossibilis formę ligni: ideo per accidens intendit corruptionem formæ ligni. Si enim illæ formæ essent compossibiles in eadẽ materia nunquam nec per se: nec per accidens intenderet corruptionem formæ ligni. Sic in proposito, habitus theologiæ per se dirigit, idest per se intendit dirigere uoluntatem in operationibus suis, ne in operando erret: sed per accidens, excludit errorem, tanquam aliquid incompossibile sibi. Si ergo habitus sit perfectus omnem errorem excludit: immo si nõ excluderet, esset imperfectus.

An beati possint errare.

Beati igitur licet nõ possint errare: non sequitur, quòd nõ habeant habitum per se directiuum: quia eo per impossibile circunscripto, errare possent, si enim non haberent distinctam notitiam ultimi finis, possent etiam illum in particulari errare: sed posito tali habitu perfecto, uel perfecta uisione illius finis, non possunt errare. ¶Quarto, & ultimo arguitur ab Henri. quolib. 5. q. 4. & quolib. 8. q. 1. quià Deus non habet scientiam practicam: maximè autem habet istam, scilicet theologicam, uel solus supple habet: quia solus habet eam perfectissimè cum habeat eam, ex seipso. Si ergo in Deo nõ est practica, ergo nec in aliquo alio. ¶Respondet Doc. remittendo se ad dicenda in præsenti. q. vbi fiet specialis mentio, an theologia in intellectu diuino sit practica. Et posito quòd ibi non sit practica: quia fortè uoluntas diuina nullo modo est regulabilis, propter sui maximam perfectionem: non tamen sequitur, quòd in intellectu creato, non sit practica: quia uoluntas creata, etiam perfectissima: est ex se regulabilis & determinabilis: ut patet à Doc. in pluribus locis.

Gu. Varroli. 1. q. 4.

SECVNDA VIA ponit, quòd licet dilectio finis, rectè possit elici, & non rectè: negat tamen dilectionem finis esse praxim: quia non est circa obiectũ cõtingens, & hæc est opi. Gul. Var. quam probat multis rationibus: quæ postea soluentur. ¶Ibi. Contra istam uiam. Est quarta ratio posita contra Hen. uidelicet quòd si cognitio mediorum ad finem sit practica: quòd etiam cognitio finis erit practica: quamuis finis sit obiectum mere necessarium. Hæc ratio exposita est supra. ¶Ibi. Item verè praxis est illa operatio ad quam inclinat uirtus appetitiua: ut uirtus, quæ existit in appetitu: ut amicitia in uoluntate (dummodo talis operatio, non sit actus intellectus: quia nullus talis potest dici praxis: ut supra patuit) quia quælibet talis uirtus appetitiua, est habitus elicitus ex secundo eth. electio autẽ est praxis: ut patet sexto ethi. & etiam infra patebit: sed ad dilectionem ultimi finis non tantũ inclinat charitas, sed etiam amicitia acquisita: ut patebit infra d. 17. & in 3. dist. 27. est enim habitus habitus appetitiuus: & per consequens habitus electiuus, idest inclinans ad electionem.

Amicitia inclinat ad dilectionem.

TERTIA via ponit, quòd uel uolitio non est propriè praxis: sed tantum actus ea posterior: vel si ipsa est praxis: hoc non est nisi in ordine ad actum aliquem imperatum potentiæ inferioris: puta appetitus sensitiui: vel potentiæ motiuæ: uel huiusmodi, & hæc est opi. Heruei natal. quol. 1. q. 3. ar. 4. quá probat multiplici medio.

Herueus.

¶Ibi. Cõtra illud &c. Hic Doc. arguit contra opi. Heruei. & intendit probare quòd etiam actus uoluntatis elicitus: etiam non habens ordinem ad aliquem actum imperatum, potentiæ inferioris, sit uerè praxis. Et ratio stat in hoc, quòd dicit Arist. 6. eth. c. 2. quòd electio, non est recta, sine ratione recta, & habitu uirtutis. Si enim habitus uirtutis requiritur ad electionem rectam: certum est, quòd ille habitus erit causatus ex multis electionibus: ut patet de habitu fortitudinis uel temperãtiæ. Si enim esset causatus tantum ex actibus posterioribus electione: puta ex actibus imperatis in potentijs sensitiuis: tunc talis habitus non requireretur ad electionem rectam: patet quia ad illam inclinaret. Habitus. n. inclinat tãtum ad similes actus ex quibus generatur. Si ergo electio recta, sit à ratione, & habitu virtutis: sequitur quòd talis electio secundùm habitum uirtutis, erit uerè praxis. Et nota quòd hic accipitur habit⁹ pro habitu uirtutis moralis: quæ uirtus moralis primo, & principaliter est in uoluntate: ut patet à Doc. in 3. d. 33.

Apparens. cõtradictio.

SED HIC OCCVRRIT dubium in hoc quòd dicit Doc. quòd electio recta, siuè actus uirtutis, quod idem est: est ab habitu uirtutis: quia expressè dicit. j. d. 17. quòd potest esse habitus uirtutis, & electio recta: licet nõ sit generata ab habitu uirtutis: hoc idem in secũdo & in tertio & præcipuè in 4. d. 14. q. 2. dicit, quòd nõ est de ratione actus moralis: quòd sit generatus ab habitu uirtutis: nec quòd sit generatiuus virtutis, & tamen oppositum hic dicit.

Solutio.

¶Dico quòd Doc. non negat esse electionem rectam, nullo habitu uirtutis præsupposito: sed aliquis non dicitur propriè uirtuosè agere, & perfectè: nisi agat secundũ habitum uirtutis: cum habitus faciat promptè faciliter & expedite operari.

Quis agat secũdùm habitum uirtutis.

Actus etiam qui simpliciter elicitur à uoluntate & ab habitu est ualde perfectior: vt patet à Doc. j. d. 17. & in 3. d. 27. ¶Ibi. Præterea sub alia forma arguitur: quia habitus ex eisdem actibus generatur: ad quos inclinat ex 2. ethi. c. 2. & 3. actus enim præcedentes habitum, & sequentes ipsũ, sunt semper eiusdem rationis: & si differunt differũt præcise sicut perfectum, & imperfectum: quia communiter actus sequentes habitum, sunt perfectiores: & hoc si fiant à potentia æquali conatu: ut patebit. j. d. 17. Sed

d.17.Sed uirtus moralis quæ primo ponitur in volũtate: ut iuſtitia & temperantia: primo & per ſe inclinat ad electiones rectas: ut puta iuſtitia, inclinat uoluntatem, ad uolitiones iuſtas, & rectas: quòd autẽ ſic inclinet patet. 2. ethi. c 5. ubi ponitur, quòd uirtus moralis ſit habitus electiuus, ideſt habitus inclinans ad electiones: & electio, propriè, eſt circa ea quæ ſunt ad finem: & ſic uirtus propriè moralis: ut iuſtitia: tẽperantia: & fortitudo, eſt circa media ad finem: ut patebit in 3. Sequitur ergo, quòd, ſi per ſe inclinat ad electiones: quòd etiam ſit per ſe generata ex electionibus, & tales electiones, ſunt veræ praxes: ut patet. 6. eth. c. 3. & per conſequens non tantum actus electionem ſequentes (cuiuſmodi ſunt actus imperati in potentijs ſenſitiuis) ſunt praxes. ¶Ibi non ſolum falsũ eſt negare electionem eſſe praxim: cum actus uoluntatis elicitus conformiter rationi rectè ſit ſimpliciter primo praxis: ut ſupra patuit in primo arti. & poteſt ſeparari ab actu exteriori: qui ſi ſeparetur adhuc erit praxis, quia quod eſt primo tale coniunctum alicui poſteriori, adhuc, erit tale, ſi a tali poſteriori ſeparetur, ut ſupra patuit, & ratio patet in litera, cum dicit de pecunijs ut præſentantur in fantaſmate, poteſt eligere uelle dare eas liberaliter &cet. Non intelligas, quòd pecuniæ prout ſunt in fantaſmate, poſſint eſſe præſentes intellectui, in ratione obiecti, actu intelligibilis: quia vt ibi præſentes, non poſſunt mouere intellectum: ſed tantum ut præſentes, per ſpeciem intelligibilem: ut patet à Doc. infra diſtinc. 3. quæſt 6. & 7. & alibi. Vel ergo hic loquitur ſecundum opin. Hen. uel ſi ſecundùm opi. propriam debet exponi, quòd non poſſunt naturaliter eſſe præſentes intellectui pro ſtatu iſto: niſi prius fuerint præſentes in aliquo fantaſmate uel uirtute fantaſtica: quicquid ſit, non eſt præſentis ſpeculationis. ¶ Ibi. Præterea. Ordo iſte electionis, ad actum imperatum, non poteſt eſſe, niſi vt cauſæ ad cauſandum effectum. Vult dicere, quòd ordo electionis ad actum imperatum, eſt ordo ipſius electionis ut cauſæ ad actum imperatum, ut ad cauſatum ab ipſo actu elicito: mediatè tamen, pro quanto voluntas ipſo actu elicito, imperat potentiæ ſenſitiuè, vt eliciat talem actum: & quia vult quòd electio dicatur praxis ex tali ordine, vt cauſæ ad cauſatum: ſequitur quòd electio habebit ab actu imperato, in potentia ſenſitiua, ut dicatur praxis: & ſic electio, vt in ſe talis aut prior actu cauſato non erit praxis: quod tamen eſt inconueniens: quia cauſa nihil habet ab effectu: neque ex ordine ad ipſum effectum: & maxime proprietatem aliquam: qualis eſt actum eſſe praxim: cauſa enim ut prior quocunque ſuo effectu habet proprietates ſuas: & præcipuè illas habere non poteſt ab effectu quem producit: neque ex ordine ad ipſum effectum: & hoc eſt quod intendit: & ſpecialiter nihil recipit ab effectu in eo quòd cauſat ipſum.

Quid ſit uirtus moralis.

An pecuniæ poſſint mouere intellectũ.

Cauſa nõ habet proprietates ſuas ab effectu.

¶ Ibi. Tunc ad auctoritatem. 6. ethicorum. Hic Doctor ſoluit rationes Heruei. Primo enim arguebat ſic H:tueus ibi, quaſi in principio terniæ viæ. Quia omnis praxis ſequitur electionem. ſi ſic: cum ſolus actus imperatus in potentia inferiore, propriè ſequatur electionem voluntatis: ſolus actus ſic imperatus erit praxis. Et quod praxis ſequatur electionem: patet ſexto ethi. cap. 3. Actus principium, eſt electio, ideſt electio eſt principium actus. Sequitur. non cuius gratia: ſed vnde motus, ideſt quòd electio non dicitur finis talis actus: ſed verè eſt principium effectiuum, & ſic electio naturaliter præcedit ipſum actum. ¶Reſpondet Doct. ibi. Tunc ad auctoritatem ſexti ethi, dico quòd ibidem philoſophus ſtatim ſubdit. Electionis autem appetitus, & ratio quæ gratia alicuius, ideſt practica: ſunt ſupple principium: videlicet quòd appetitus. ſ. uoluntas vt informata uirtute morali: puta temperantia, eſt principium eligendi actum temperantiæ: una tamen cum ratione: quæ eſt gratia cuius: quæ ſcilicet ratio eſt gratia electionis: quia ordinatur ad rectitudinem eius: & talis ratio ſiuè cognitio eſt practica. ¶ Nunc exponitur litera cum dicit ibi. Neque ſine habitu morali eſt electio ſcilicet recta. Doc. debet intelligi: vt ſupra expoſui, de electione perfectè recta: & cum alijs conditionibus quas dixi ſupra. Sequitur. Igitur uirtus, ſupple moralis, habet actum elicitum immediatiorem ſibi, quàm ſit actus ille cuius electio eſt principium ut imperans: & talis actus immediatus, non poteſt eſſe, niſi actus elicitus a uoluntate. ¶Ibi. Neque ſine habitu eſt electio. Subdit philoſophus. Bona actio enim ſine more non eſt, ideſt uirtute. ſed ſi iſta ſit maior: ad probandum quod prędixit de electione ſcilicet quòd electio non ſit recta ſine uirtute in uoluntate, & ratione in intellectu. Sumetur iſta minor. Bona electio, eſt bona actio. Et ut clarius intelligatur fiat ſic argumentum, ad probandũ, quòd electin dicitur recta à uirtute & ratione, & arguitur ſic. Omnis bona actio, eſt à more, ideſt uirtute quod non eſt ſine ratione prę uia: ſed bona electio eſt bona actio, ergo bona electio erit à uirtute & ratione: & patet litera. ¶ Ibi. Præterea. Habitus practicus. ſecũdo Herueu arguit ſic: quia habitꝰ practicꝰ generatur ex praxibus: ſed habitus practicus generatur ex actibus ſequentibus electionem. igitur illi actus ſunt praxes. ¶Reſpondet Doc. quòd habitus practicus generatur ex electionibus: ſicut prædictum eſt de eligente frequenter liberaliter dare: & patet litera: & quod dicit de habitu practico, debet intelligi de habitu morali exiſtente in uoluntate: qui ex hoc dicitur practicus: quia generatur ex praxibus: impropriè tamen dicitur habitus practicus, quia propriè habitus practicus eſt iſte qui generatur ex actibus practicis, & tales ſunt propriè actus intellectus: uel habitus moralis poteſt dici habitus practicus: pro quanto eſt conformis habitui prudentię: qui propriè dicitur habitus practicus. Sed quicquid ſit, parum curandum eſt de nomine quando res conſtat. ¶Ibi. Ad tertiũ. Ad Commen. Hic Doc. reſpondet ad argumentum Gul. Var. qui ſic arguebat ibi. Dicit autem Comm. primo ethic. quòd praxis eſt operatio ſecundùm electionem. electio etiam eſt tantum circa contingens ex tertio ethi. quia eſt appetitꝰ cõſiliatiuus, ideſt quòd electio eſt appetitus cõſiliatiuus: ex hoc, ſupple, quòd ad hoc ut ſit recta circa media ad finem, præexigit in intellectu conſilium de electione medij. Modo, cõſilium non eſt, niſi de contingente. ¶ Reſpondet Doc. ibi. Ad tertium ad Cõm. Oportet quòd ly ſecundùm: non ſit ibi nota cauſæ efficientis: ſi deſcriſcriptio debet eſſe conuertibilis cum deſcriptio ſcilicet deſcriptio electionis quæ talis eſt. Electio recta conformiter ſe habet rationi rectę: quod ergo primo elicitur à uoluntate, conformiter rationi rectæ, eſt electio recta, & econtra, ſcilicet. Electio recta cõformiter elicitur rationi rectæ. Sequitur. Sed debet intelligi ly ſecundũ: effectiuè uel formaliter. Effectiuè: quando electione, imperatur actus in parte ſenſitiua: ille actus dicitur praxis ſecundùm electionem: quia hoc habet ab electione recta, inquantum ab ipſa imperatur. Formaliter uerò praxis dicitur ſecũdùm electionem, ideſt quòd eſt ipſa electio primò, ſecundùm quòd conformatur conſilio intellectus. Sequitur. Vel accipitur electio pro electione actus uolendi: qui non eſt electio uel uolitio aliqua: ſed actio de genere actionis. Natu. Electio idem eſt quòd productio actus: ſicut dicimus. uoluntas elicit actum uolitionis ideſt producit. Sequitur. Secundùm iſtam: electionem, quaſi ſecundùm principium actiuum eſt

Rationum Heruei ſolutiones.

Expoſitio literæ.

Actio nõ dicitur bona niſi à uirtute & rõne.

Quid ſit electio.

Electio eſt productio.

omnis praxis, idest quòd praxis est primo à uoluntate tanquam à principio formali fundamētali productiuo: & est ab ipsa electione, siuè productione tanquam à principio formali, quo producens, dicitur productione producens: siue quo eliciens, dicitur elicione eliciens. Sequitur. Quia actio de genere actionis reducitur ad principtum productiuum: nō quòd verè sit principium productiuum: sed quia terminatur ad productum: uel est uia ad productum: dicitur reduci ad principium productiuum.

Tres uiæ coincidunt, & dissentiunt.

ISTE TRES VIAE. ponunt theologiá esse puram speculatiuam scalicet Hen. Herueus: & Gul. sed diuersimode: ut supra patuit in illis uijs. Quę quidem viæ, videntur in hoc concordare, quòd sit aliqua operatio in potestate hominis, quæ non dicatur praxis: patet quia prima uia ponit quòd dilectio ultimi finis in particulari non est praxis: cum tamen illa dilectio sit in potestate uoluntatis: quod etiam ipse Hen. concedit. Secunda uia dicit, quòd dilectio finis vltimi, non dicitur praxis: quia licet sit in potestate hominis: tamen non est circa obiectum contingens: quod requiritur in praxi. Tertia uia dicit, quòd aliquis actus uoluntatis, qui est uere in potestate hominis, non dicitur praxis: ut actus elicitus immediatè à uoluntate: quia non includit ordinem ad actum imperatum in potentia inferiori. Et probatur quòd aliquis actus in potestate hominis nō sit uerè praxis: & per consequens cognitio quæ extenditur ad huiusmodi actum, non dicitur practica, ut patet de cognitione ultimi finis, secundùm duas primas opi. Et similiter de cognitione, præcedente actum uoluntatis, nō habente ordinem ad actum imperatum. Et sic omnis talis cognitio quæ extenditur ad husmodi actum, esset practica: tunc quælibet cognitio, esset practica: patet quia quamlibet sequitur aliqua dilectio, uel delectatio. Similiter. 10. ethi. c. 10. Fælix est Dei amātissimus: & tamen istam fęlicitatē ponit philosophus speculatiuam non practicam.

Quid sit Fęlix.

Impugnatio positionis. Henri. Heruei. et Gual.

CONTRA hanc conclusionem communem, istis tribus vijs instatur. ¶Hic Doc. dicit, quòd si dilectio finis non esset uerè praxis, quòd duo sequerentur inconuenientia. Primo sequeretur, quòd si esset aliquis actus humanus, qui non esset, praxis: dicitur actus humanus propriè qui procedit ab homine ut homo: sic intelligendo, quòd ille actus, qui procedit à uoluntate humana libere, & à ratione hominis, dicitur act⁹ humanus: & sic dilectio finis cum procedat liberè à voluntate, mediante ratione, diceretur actus uerè humanus: tamen non esset praxis: quod uidetur incōueniens. Secundo sequeretur, quòd cognitio directiua in dilectione: siuè uolitione quacunque, non sit practica: quod est inconueniens: patet quia talis cognitio est ueritas confesse idest conformiter se habēs appetitui recto, idest quòd talis cognitio, est conformatiua appetitus recti, idest quòd appetitus non potest rectè elicere: nisi in eliciendo, conformiter se habeat tali cognitioni, & sic ista auctoritas debet exponi. talis enim ueritas, siuè rectitudo formalis, vel uirtualis talis cognitionis, dicitur proprie opus, idest propria operatio mentis practicæ, idest intellectus practici: quia intellectus per huiusmodi cognitionem est uerè practicus: & quòd sit propria operatio intellectus practici: patet. 6. ethi. c. 3. ¶Ibi. Quod additur de delectatione non est ad propositum: quia delectatio nō est operatio: sed tantum consequitur perfectam operationē: ut. 3. patebit d. 1. q. 3. & in 4. d. 49. Siuè talis delectatio sit de speculatione: siuè de obiecto speculato: vt cum quis congnoscendo solem: delectatur & de sole cognito: & de cognitione solis: talis enim delectatio consequens illam operationem, potest quodāmō dici amor complacentiæ, quo intellectus complacet & obiecto cognitioni obiecti, sufficit quòd non est operatio: nec per consequens praxis: & sic notitia ad quā concomitatur talis delectatio non erit practica: cū notitia uerè practica sit directiua in praxim: ut supra patuit. Amare aūt obiectū cognitum, vel etiā cognitionem obiecti, & hoc sic uel sic circunstantionabilem: puta circunstantia obiecti, & alijs circunstātijs erit uerè praxis, & per cōsequēs cognitio quæ dirigit in huiusmodi dilectionem: siue obiecti cogniti: siuè cognitionis obiecti erit uerè practica. ¶Ibi. Qđ aūt additur de fęlicitate: ꝙ est speculatiua: quia fęlix est Dei amantissimus, debet intelligi quòd felix ē ualde amatus à Deo: nō aūt debet sic intelligi: ꝙ fęlix maximè amat. Et quòd passiuè intelligatur patet ibi: cū subdit philosophus. Si quidem cura humanorū. Sic exponitur talis auctoritas. Si à Dijs. i. Deo vel Angelis: qui dicuntur Dij à philosophis, sit aliqua cura humanorum. i. ꝙ diligant, vel odiant actus hominū, & bona hominū (quia multorum hominū opinio fuit: ꝙ nec Dij scirēt, nec curarent opera hominum) rónabile est ipsos Deos gaudere optimo, & cognatissimo. i. de eo ꝙ exercemus nos, in actibus intellectus & uoluntatis: quæ sunt optimæ potentiæ: & optimi actus: & cognatissimi Dijs. i. cognati Deorum sumus per illas potentias: eo ꝙ uniuocè, tam potentiæ, quàm actus illarū sunt in Angelis Deo & hominibus. Rationabile est Deos, rebeneficiare homines, & sic se exercētes in illis actibus ut amicos. Ex quo ultimo patet, quòd nos passiuè amamur à Deo secundùm philosophum, eo quòd nos, ipse rebeneficiat. Et quod dicit Doc. parū supra de delectatione: siue de obiecto speculatiuo: siuè de speculatione: certum est quòd istæ delectationes sunt abinuicem seperabiles: patet in dānatis. Si tamen permittuntur aliqualiter delectari: quia de cognitione detentionis ignis, possunt delectari: licet de detentione illa non delectentur, cum odiant illam: ut patebit à Doc. in quarto distinc. 44. Aliquando contingit delectari simul, & de speculatione, & obiecto speculabili: ut patet: & sunt duæ delectationes realiter distinctæ: una quæ terminantur ad speculationem. alia quæ terminantur ad obiectum speculabile. ¶Ibi. Sed prætermissa auctoritate illa nunquid felix speculatius &c. Hic Docto. quærit, an felix speculatiuus, amet finem actu elicito: ut distinguitur contra delectari, idest quem Aristo. ponit felicem in speculatione substantiæ separatæ: ut patet. 10. ethi. c. 10. amet ipsam substantiam separatam quam speculatur? videtur dicere quòd sic: vt patet 12. meta. t. c. 3. vbi uult, quòd principium mouens mouet ut amatum: & sic intelligentia inferior amat principium: & tamen fęlicitas eius consisteret: non in amore sed in speculatione illius: ut patet. 10. ethi. & tamen talem speculationem diceret esse practicam: quamuis talis speculatio extendatur ad talem amorem. Cum ergo scientia, tam practica, quā speculatiua accipiatur ab ipso: quare ergo non tenetur in hoc: uidelicet, quòd speculatio, siuè notitia vltimi finis, quamuis extendatur in amorem illius, non esse practicam, sed merè speculatiuam: sicut ipse tenet. ¶Ibi. Respōdeo. Illud amare, quod poneret in intelligentia, poneret necessitate naturali, uoluntati in esse. Hæc litera est satis clara: & videtur Doc. declinare ad hoc quòd fuerit mens Arist. quòd fęlix speculatiuus, uerè amet actu elicito obiectum fęlicitatis: & quòd speculatio talis obiecti dicatur practica: præsertim loquendo, non de substantijs separatis; sed de fęlicitate quàm habemus in hac uita: loquendo uerò de fęlicitate in substantijs separatis: diceret quod cognitio vltimi finis, non esset uerè practica: quia intelligentiæ necessitate naturali diligunt ultimum finem: & per consequens circa talem dilectionem non contingeret errare, nec rectè agere: & litera patet.

Delectatio quid sit.

Fęlix est ualde amatus à Deo.

Actus potentiarum dicuntur optimi.

Damnati nollent puri, & consequentes nollent iustitiā punitiuam.

Cognitio ultimi finis an sit uerè practica.

Actus humanus quid sit

¶Ibi.

¶ Ibi. igitur melius est theologo, qui habet ab eo discordare in minori. Vt cognoscantur maior, & minor, formetur sic syllogismus. Nulla scientia quę ordinatur ad dilectionem finis: in qua dilectione non contingit errare: nec rectè agere, est verè practica: sed in dilectione intelligentiæ inferioris, circa ultimum finem non contingit errare, nec rectè agere (cum diligant de necessitate naturæ), ergo scientia illius finis non erit practica. Theologus enim habet concordare cum philosopho in maiori: sed discordare in minuri: & per consequens habet discordare in conclusione, tenendo, quòd talis scientia finis sit uerè practica. est igitur melius theologo: qui habet a philosopho discordare in minori. discordare etiam in conclusione, quàm conuenire in conclusione: quam conclusionem ipse philosophus non poneret, si minorem cum theo. teneret scilicet istam: sed intelligentia inferior in dilectione vltimi finis, potest rectè, & non rectè illum diligere: & non diligit ipsũ necessitate naturali. Sequitur, cum igitur dicis, quòd ab ipso accipimus rationem speculatiui, & practici: dicit, quòd bene conuenimus cum ipso in maiori, in qua ponitur ratio formalis scientiæ practicæ: sed postea discordamus in minori. accipimus enim ab ipso ratione scientiæ practicæ: & sic non discordamus ab ipso.

Theologus habet cocordare, & discordare cum phylosopho.

Boñ. & Egidius

Iste uir ponit tertium genus sciẽtiæ, q theologi nõ admittunt.

QVARTA VIA Hæc est opi. Bona lib. primo in prologo quæst. 3. Et Egi. li. primo. qui dixit theologiam esse affectiuam: quæ opi. si intelligatur sic quòd sit affectiua ex hoc quòd talis scientia dirigit in amorem: siuè ex hoc quòd dirigit potentiam affectiuam scilicet uoluntatem in amorem: siuè in affectum, uerum dicit, & concordat cum opi. Doc. Si verò ponat affectiuam tertium membrum inter practicam, & speculatiuam, hoc est contra primum articulum ubi ostensum est dilectionem, etiam ultimi finis esse ueram praxim: & per consequens scientiam theologiæ ad ipsum amorem dirigentem esse uerè practicam. Est etiam contra multas auctoritates quæ ponunt scientiam præcisè distingui in practicã, & speculatiuam.

Gul. Var.

QVINTA VIA quæ est Gul. Var. li. 1. quæst. 4 dicit theologiam esse contemplatiuam. Pro qua via adducitur Aug. 13. de tri. c. 14. ubi uolt, quòd sapientia est respectu contemplationis. scientia uerò respectu actionis: sed theologia est proprijssimè sapientia, cum sit principaliter de æternis, ergo theologia erit scientia contemplatiua. ¶Ibi. Responsio August. 12. de tri. c. 4. dicit quòd istæ duæ portiones animæ, inferior, & superior non distinguuntur nisi penes officia, idest quòd portio superior respicit æterna: & inferior temporalia: idem enim intellectus ut cognoscit æterna per talem cognitionem, dicitur portio superior: & ut idem cognoscit temporalia, per talem cognitionem, dicitur portio inferior: ita quòd in tali intellectu ante huiusmodi cognitiones, non est distinguere ex natura rei portionẽ superiorem, & inferiorem. Hoc idem dico de uoluntate: quæ ut diligit æterna dicitur portio superior: ut uerò diligit temporalia dicitur portio inferior. Sed de huiusmodi portionibus uide Doct. in secundo d. 24. & in tertio d. 15. & uide quæ ibi prolixe exposui, præcipue in secundo d. 24. Sequitur. In vtraque portione est trinitas: scilicet in superiori proprie est ymago trinitatis. de quo uide ĩ. Doc. d. 3. q. 9. siue ultima, & in 2 d. 16. & d. 24. & quæ ibi exposui. Sola igitur portio superior, est contemplatiua cũ respiciat æterna. igitur ista contemplatio de qua Aug. loquitur non determinatur ad speculationem intra genus scientiæ, idest quòd contemplatio illa non includit præcisè notitiam de æternis: ita quòd, tantum sistatur in speculatione illorum. Sed illud contemplatiuum continet memoriam: intelligentiam: & voluntatem: accipit hic memoriam pro perfecta fœcunditate: quæ ut sic includit intellectum & voluntatem: vt. ĩ. patebit. d. 3. q. ult. & intelligentiam pro actuali intellectione æternorum: & volunta ẽ pro actuali amore æternorũ. ut ĩ. patebit. d. 3. q. ult. Et sic patet quod contemplatio ista non stat præcisè in cognitione: sed etiam in amore rei cognitæ. & sic cognitio æternorũ ordinatur ad amorem illorum: & per consequens erit uerè practica.

Portio superior & inferior

Sola portio superior est contemplatiua.

Gotfre. quol. 13 q. 1.

ALIA EST OPI. videlicet Gotfre. discordãs à præcedentibus in conclusione: quæ dicit ꝙ theologia nec est tota speculatiua: nec tota practica: sed partim practica, & partim speculatiua: quia in theologia aliqua considerantur, ut sunt operabilia. alia uero, vt. sunt speculabilia: & probat ibi. Secundo sic probat. ¶Expono istam literam. Nulla speculatiua cognitio distinctius tractat de operationibus quàm eorum cognitio sit necessaria ad speculationem idest quòd si aliqua sciẽtia speculatiua tractet de aliquibus operabilibus: tantum de eis tractat, quantum cognitio eorum est necessaria speculationi: quia non considerat illa operabilia nisi tantum speculatiuè. Sequitur. Nec practica distinctius tractat de speculabilibus q̃ eorum requiratur cognitio propter praxim, ad quã extenditur idest quòd, & si scientia practica tractet de aliquibus speculabilibus: ex eo tractat de illis, inquantum eorum cognitio est necessaria propter praxim: & non aliter tractat. Sequitur. Ista autem, supple theologia tractat de operabilib⁹ distinctius, quã cognitio eorum requiratur ad speculationem, idest quòd theologia: ita distinctè tractat de operabilibus, ac si cognitio eorum nullo modo requiratur ad speculationem, & per cõsequens, ut sic tractat de operabilibus in se dicitur practica. Et similiter: ita distinctè tractat de speculabilibus, ac si eorum cognitio nullo modo requireretur ad cognitionem practicam, & per consequens, vt sic tractat de illis, dicitur speculatiua: & patet ista litera. ¶Ibi Contra istam opi. Arguitur sic. Hic Doc. arguit contra istam opi. & præcipuè contra hoc: quia uidetur ponere theologiam esse duplicem habitum scilicet practicum, & speculatiuum. Certum est enim quòd theologia nostra tantum dicitur unus habitus, nõ nomero, sed fortè genericus. Et quia ista opinio uidetur ponere distinctos habitus theologiæ propter distincta obiecta, considerata in illa: ita quòd propter operabilia dicitur practica, & ꝓpter speculabilia speculatiua. Cõtra hoc arguit Doc. Quia illi habitus distinguuntur ex obiectis, quæ habent euidentiam ex illis: patet: quia sicut entitas scientiæ est ab obiecto, ita, & vnitas, & distinctio. Nam sciẽtiæ propriè, quæ habent euidentiam ab obiecto, specificant ab illo. Sed theologia nostra non habet euidẽtiam ex obiecto. cum sit tantum reuelata: ut diffusè exposui in quæstione de subiecto theologiæ: ergo nõ habet distinctionem ex obiecto operabili, & ex obiecto speculabili. Et quod dicit Doc. tunc enim oporteret ponere duas fides infusas, idest ꝙ si theologia haberet distinctionem ex illis obiectis, ex quibus non hẽt euidentiam: oporteret ponere duas fides infusas scilicet unam de speculabilibus, & aliam de operabilib⁹. ¶Ibi. Præterea. Illa opi. de duobus habitibus. Dicit Doc. ꝙ & si possit habere probabilitatem de theologia nostra: nullam tamen habere potest de theologia in se, & patet litera, & præsertim ex supra dictis in q̃stione de subiecto theologię. ¶Ibi. Præterea. Deduco rationem eius ad oppositũ. Et ratio Doc. stat in hoc: videlicet quòd theologia nõ tractat distinctius de speculabilibus q̃ cognitio eorum requiratur ad cognitionem practicam, uel praxim dirigendã, idest ꝙ præcisè tractat de speculabilibus: pro quanto eorum cognitio est necessaria ad praxim dirigendam: & hoc ꝓ

Theologia nostra dicitur unus habitus.

Ab obiecto scientia: est entitas sciẽtia vnitas, & distictio.

bat ibi. Quælibet cognitio de conditionibus appetibilitatis finis: & de conditionibus eorum, quæ ſunt ad finem, quatenus ſunt ad finem. Et tertio de conditionibus quibuſcunque huius ſcilicet appetibilitatis finis: vel illorum, ſcilicet mediorum ad finem: circa quas, ſupplè conditiones, contingit potentiam operatiuam errare, niſi dirigatur, eſt neceſſaria ad practicam cognitionem: ſed nulla eſt cognitio, hic tradita de fine: nec de his, quæ ſunt ad finem, quin ſit talis ergo &c. Et quomodo circa finem contingit errare: & circa ea, quæ ſunt ad finem ſupra patuit. Conditiones finis noſtri (qui eſt Deus in ſe) reddentes ipſum appetibiliorem ſunt iſtæ: quòd finis noſter ultimus eſt creator, gubernator, redemptor, & huiuſmodi. Conditiones uerò finis (quæ eſt beatitudo noſtra formaliter) puta clara uiſio eſſentiæ, uel fruitio eiuſdẽ ſunt perpetuitas, ſecuritas, & huiuſmodi, & patet iſta litera uſque ad finem.

Conditiones reddentes finem appetibiliorem.

S. Tho.

ALIA OPINIO tenet eandem concluſionẽ: ſed ponit cum hoc theologiam eſſe ſimpliciter unũ habitum, & hæc eſt opinio. S. Tho. prima parte ſum. quæſt. 1. arti. 4.

Opini. Doc. propria.

AD QVAESTIONEM ergo reſpondeo. Hic Doc. intendit probare, ꝙ theologia ſit ſimpliciter practica: & probatio ſua principalis ſtat in hoc: loquendo de theologia neceſſariorum. Omnis notitia, quæ naturaliter eſt prior praxi: & conformis ſiuè cõformatiua ipſius dicitur practica: ſed notitia theologica neceſſariorum eſt huiuſmodi: ergo talis notitia erit practica: maior patet ſupra per deſcriptionẽ notitiæ practicæ: mi. probatur à Doc. ibi. Probatio minoris: quia primum ſubiectum theologiæ &cet. Hic duo faciam. Primo probabo minorem in forma: deinde exponam literam. Probatur ergo mi. Oĩs notitia, uirtualiter contenta in aliquo primo obiecto uirtualiter conformatiuo idest habente uirtutem dãdi rectitudinem notitiæ: eſt verè practica, ſed notitia theologiæ neceſſariorum eſt huiuſmodi. Nam (ut probatum eſt in quæſtione dè ſubiecto theologiæ) notitia theologica omnium neceſſariorum uirtualiter cõtinetur in Deo ſub ratione deitatis: & per conſequẽs proprietas talis notitiæ etiam ibi uirtualiter continetur. Et talis proprietas notitiæ theologicæ eſt rectitudo formalis, ſiuè directiuitas in praxim, ſiuè cõformatiuitas. Quod hic ſit à Deo ſub ratione deitatis: probatur. quia Deus ſub ratione deitatis eſt finis ſimpliciter ultimus, qui eſt amabilis ſuper omnia propter ſe, & omnia alia propter ipſum: & ſic ſequitur, ꝙ eſt uirtualiter directiuus, ſiuè conformatiuus: quia cauſando notitiam theologicam neceſſariorum: dat illi directiuitatem formaliter. Secundo expono literam. Cum dicit: quia primum ſubiectum theologiæ eſt uirtualiter cõforme volitioni rectæ idest quòd uolitio recta, ex hoc dicitur recta: quia cõformis tali obiecto, ſupple ſic cognito. Sequitur. Quia à ratione eius ſumuntur principia prima rectitudinis in uolitione, idest quòd à rõne formali primi obiecti theologiæ, uel à notitia eiuſdem: ſumuntur principia prima idest notitiæ primorum principiorum in theologia: quæ notitia dat rectitudinem uolitioni: quia uolitio ideo dicitur recta: quia conformiter elicitur cognitioni principiorum formaliter rectæ: ſiuè cognitioni cõcluſionis formaliter rectæ. Et, ut clarius hoc intelligatur pono exemplũ. Nam deitas eſt rõ formalis qua Deus dicitur finis totius theologiæ pręſertim neceſſariorum: cognita tali deitate in ſe: & per cõſequẽs cognito ipſo Deo: & ſimiliter cognito primo prædicato de ipſa deitate: puta diligibilitate, quæ uirtualiter continetur in deitate: ſtatim poſſum formare hoc principium. Quicquid includit deitatem, ſub ratione deitatis eſt ſuper omnia diligibile. Deus includit deitatem, ſub ratione deitatis, ergo Deus eſt ſuper omnia diligibilis. Notitia iſtarum præmiſſarum uirtualiter continetur in deitate, uel in notitia deitatis: & talis notitia eſt verè directiua in praxim: dictat enim immediatè illud eſſe ſuper omnia diligibile quod formaliter includit deitatem. Et ſimiliter notitia concluſionis. Et ſic ex iſta maiore poſſunt ſubſumi multæ minores: putà: ſcilicet, pater includit formaliter deitatem ideò eſt ſuper omnia diligibilis. Et ſic de alijs perſonis. Et breuiter ratio diligibilitatis ſuper omnia: de quocunque concluditur in Deo: ratione deitatis concluditur. Ex quo ergo notitia principiorum dicitur formaliter recta ab obiecto: putà à Deo, ſub ratione deitatis: ſequitur, quòd Deus ſub ratione deitatis eſt virtualiter rectitudo praxis: vel notitia ipſius deitatis: quia habet in virtute ſua notitiam principiorum, & concluſionum: & per conſequens habet in virtute ſua notitiam talium neceſſariorum. Sequitur in litera. Ipſum etiam ſupple obiectum theologicum determinat intellectum creatum ad notitiam rectitudinis determinatæ ipſius praxis, quo ad omnia theologicalia, neceſſaria prius naturaliter, quàm aliqua uoluntas creata uelit: aliàs non eſſet neceſſaria. ¶Vt hoc. clarè intelligatur: pono, quod intellectus creatus habeat Deum ſub ratione deitatis perfectè præſentem. Certum eſt, quòd in intellectu tali prius cauſatur notitia: putà huius concluſionis pater eſt ſuper omnia diligibilis: quàm uoluntas eliciat actum circa talem concluſionem: talis notitia dicitur formaliter determinatiua, ſiuè directiua, ſiuè rectificatiua praxis eliciendę: & quia talis notitia uirtualiter continetur in Deo, ſub ratione deitatis: dicimus, quòd ipſe Deus ſub ratione deitatis determinat talem intellectum ad notitiam rectitudinis determinatę ipſius praxis: quia cauſat in tali intellectu huiuſmodi notitiam, quę eſt formaliter rectitudo rectificatiua praxis eliciendę. Si ergo Deus ſub ratione deitatis prius cauſat talem notitiam, quam voluntas eliciat actum: ſequitur quòd talis notitia erit prior praxi elicienda. Confirmatio ſequens clara eſt ex ſupradictis.

Dubia.

¶Hic tamen occurrunt aliqua dubia, quę faciunt difficultatem propter dicta Doct. Primum circa hoc, quod dicit: quòd obiectum theologicum uirtualiter continet notitiam rectitudinis, reſpectu intellectus creati, quia dicit, quòd determinat ipſum ad notitiam rectitudinis &cet. Sed ſimpliciter loquitur de omni intellectu: hoc eſt difficile ſuſtinere: quia theologia noſtra reſpectu neceſſariorum, ex quo non habet euidentiam ab obiecto theologico, putà à Deo, ſub ratione deitatis: ut patet ab ipſo in quęſtione de ſubiecto theologię, ſequitur, quòd talis notitia non habeat rectitudinem, reſpectu praxis à tali obiecto: patet: quia ab eadem cauſa ſimpliciter eſt notitia, & rectitudo eius: vt ſupra patuit quęſtione pręſenti. Patet etiam: quia tota theologia noſtra reſpectu neceſſariorum idest omnis notitia theologica de neceſſarijs in intellectu uiatoris eſt ſimpliciter reuelata: loquendo ſemper de communi lege: ut ab ipſo patet in quęſtione de ſubiecto theologię. Sequitur ergo, quod cognitio theologica noſtra non dicatur rectitudo formaliter ab obiecto theologico: cum ab illo non habeat euidentiam.

Solutio.

¶Dico primò quòd hic Doct. loquitur abſolutè de intellectu creato: non determinando ſe ad intellecum viatoris, vel comprehenſoris: intelligendo ſic, quòd ſi in aliquo intellectu creato eſſet notitia ipſius deitatis, ſibi perfectè pręſentis: & per conſequens ſi haberet notitiam huius principij: quod includit Deum ſub ratione deitatis eſt ſuper omnia diligibile: ſtatim talis notitia

dico-

Theologia ẽ ſimpliciter practica.

Deitas ẽ formalis ratio qua Deus dicatur finis totius theologię.

diceretur formaliter rectitudo ab obiecto, a quo habet euidentiam. Et certum est, q notitia theologica necessariorum in intellectu comprehensoris est formaliter rectitudo respectu praxis eliciendæ: ita quod talis rectitudo est a tali obiecto. ¶ Si dicatur quo hoc est possibile cum ad talem notitiam non concurrat aliquo modo deitas, sub ratione deitatis: vt subtiliter probat doctor. in. q. 14. quoli. & si sic: ergo, nec notitia, nec rectitudo illius, virtualiter continetur in tali obiecto. ¶ Dico, (vt alias dixi) quod sufficit qd sit ab aliquo, perfectè supplente vicem talis obiecti: cuiusmodi est voluntas diuina. Si dicatur, quod etiam hoc potest sequi in intellectu nostro: quia voluntas diuina, saltem imperfectè supplet vicem obiecti theologici: & sic habita tali notitia, possum formare principia, & conclusiones, & multa alia. ¶ Dico, quod non est simile: quia omnes articuli fidei de necessarijs, sunt simpliciter reuelati: nec credo unum a rticulum propter alium: vt subtiliter patet à Doct. in. 2. dist. 24. Sed quicquid sit dico paucis, quod omnis notitia theologica est simpliciter practica à quocunque causetur, siue ab obiecto, siue à supplente vicem obiecti: quia notitia theologica est simpliciter talis obiecti primi: quod si esset immediate ab illo, haberet euidentiam rectitudinem, respectu praxis eliciendæ.

Obiectio. *Responsio.* *Alia. Obiectio.* *Sol.* *Notitia theologica est practica.*

Gre. de Ari. q. 5 art. 2 Prima ratio.

HIC QVIDAM Doc. arguit contra hoc dictum Doc. Videlicet, quod habitus practicus dicatur practicus ab obiecto, virtualiter continente illű, & quod theologia necessariorum dicatur sic practica. Contra hoc arguit. Quia tunc sequeretur, quod metaphysica de Deo esset pratica, & non speculatiua: quod etiam videtur falsum secundum Sco. qui in soluendo quoddam argumentum in principio quæstionis factum, ad probandum theologiam non esse practicā ex authoritate Boe. assignantis tres partes scientię speculatiuæ: quarum vna est theologia: ait sic. Dico, quod Boe. intelligit per theologiam metaphysicam hinc vt apparet, non vult negare Boe. sed exponere.

Secunda ratio.

¶ Preterea quod hoc cōsequēs sit falsum scilicet quod metaphysica sit scientia practica arguit sic. Nam cuiuscunque scientiæ practicæ, actus proprius elicitus est notitia practica: patet quia ex actibus practicis generatur habitus practicus, & actus sequentes habitum, similes sunt præcedentibus: ex quibus est genitus. Sed nullus actus proprius metaphysicæ (& loquor de metaphysica, quæ acquiritur ex studio libri metaphysicæ) est notitia practica: quod patet: quia nulla talis conclusio est formaliter directiua praxis. ¶ Item arguit sic.

Tertia ratio.

Quia si habitus practicus diceretur practicus: quia virtualiter continetur in obiecto &c. sequeretur, quod de nulla re mundi posset haberi scientia speculatiua. Consequens reputo sic absonum: vt nec curem probare: nec expedit, cum ipse aliquas scientias ponat speculatiuas, consequentia patet: quoniam nulla res est in mundo, quæ non sit bona: & per consequens: quæ non contineat virtualiter aliquam notitiam, directiuam operationis voluntatis circa ipsam. ¶ Confirmatur istud. Quia etiam notitia, quæ est simplex appræhensio rei: est notitia secundum istum doc. taliter directiua: quanto magis autē notitia complexa, qua cognosceretur rem esse bonā: talem autem quælibet res de se potest causare: concurrentibus alijs partialibus causis. hæc ille. ¶ Dein de arguit contra aliod dictum, quod imponit doctori: videlicet quòd simplex apprǽhensio obiecti potest dici practica. & arguit sic. Omnis notitia practica, affirmat, aut negat aliquid circa qualitatem operationis. Sed notitia incomplexa non est hiu usmo di: ergo. Probat maiorē per Aui. & per phil. ¶ Item sic arguit. Si aliqua talis notitia incomplexa esset propriè practica: multo magis notitia complexe medicinę theoricæ esset practica: consequens patet talium per Aui. primo lib. medicinæ. & per rationem patet illud consequens esse falsum: quia tunc non esset distinctio inter practicam, & speculatiuam. ¶ Confirmatur. Si enim simplex apprehēsio alicuius herbæ, uel aromatis est practica: multo magis illa complexa: qua scitur illam herbam esse calidam, vel frigidam. Nam ex ista potest immediatius, & melius qd dirigi ad operādum: & tamen ista non est propriè practica, cum nihil dicat de qualitate operationis. ¶ Vlterius secundū hoc: omnis notitia cuiuscunque rei esset practica, & nulla speculatiua: patet, quia secūdùm ipsum Sco. notitiam esse practicam nihil aliud est: quàm ipsam esse directiuam. Sed notitia incomplexa nō est directiua, nisi quatenus est manifestatio obiecti: & cum omnis notitia complexa sit etiam manifestatio obiecti: quęlibet erit directiua praxis alicuius. ¶ Præterea. Qua ratione notitia simplex unius rei est directiua praxis circa illam rem, vt dilectionis, vel alterius: eadem ratione cuiuslibet rei notitia simplex erit directiua dilectionis, aut odij, vel alterius praxis circa eam. Et maximè hoc patet: si (sicut ipse dicit) simpliciter notitia de Deo, qualis est visio beatifica: sit directiua praxis, scilicet dilectionis circa ipsum: ac per hoc practica: Sic enim, & cuiuslibet creaturæ notitia est directiua dilectionis circa eam: & per consequens secundùm eum practicam: hæc Greg.

Confir. *Tertia art.* *Quarto art.*

Responsio Ad rationes greg.

AD ISTAS RATIONES respondeo. Et primo quando dicit: q tunc sequeretur, q metaphysica esset scientia practica, quæ considerat de Deo, vt est prima causa: primum independens, esse infiniti vigoris, summè sapiētem, & huiusmodi. Dico primò, q hoc non sequitur. Vnde pro intelligentia huius: q de eodem, sub alia, & alia ratione considerato, potest esse notitia practica, & speculatiua. Exemplum. Nam de homine secundùm corpus, vt sic, vel sic mixtū potest esse scientia prāctica, vt medicina. Similiter consideratō sub ratione animæ, intellectiuæ, natæ beatificari potest esse scientia moralis: & etiam vt consideratur ipsa anima, vt tantum est actus corporis physici: vel, vt id, quo sumus, intelligimus, & mouemur motu progressiuo & huiusmodi: potest esse scientia speculatiua. Nam in lib. de anima consideratur anima, & potentia illius, & operationes, & proprietates: vt sūt tales, vel tales entitates: & hmōi consideratio dicitur speculatiua: vt uerò consideratur, vt est quoddā bonum creatum, ordinatum ad talem, vel talem finē: vt propter aliud diligibile, & huiusmodi potest dici notitia practica. Sic dico in proposito: quod Deus multipliciter potest considerari: vt est simpliciter primum, indepedens: prima causa &c. ita quòd talis consideratio nō respicit Deum, vt obiectum operabile, finē, ut amabile, & talis consideratio potest esse metaphysicalis, & merè speculatiua. Si uerò theologicè cōsideratur: patet, quòd talis consideratio erit practica: quia non tantum sistitur in huiusmodi consideratione: sed etiam talis cōsideratio dirigit in praxim. ¶ Sed occurrit nō parua difficultas. Quia pono, quòd quis cognoscat perfectè quiditatem animæ: an notitia talis sit practica an speculatiua. Si dicatur, quòd sit speculatiua. Contra. Quia quiditas animæ cum sit substantia perfecta, & causa partialis talis notitiæ: & per consequens uidetur quòd det rectitudinem talis notitiæ, & sic practica. Si dicatur quòd talis notitia sit practica: non intelligibile, quòd de vno, & de eodem obiecto, sub eadem ratione considerato, possit esse notitia practica, & speculatiua: quæ noticiæ habeant euidentiam ab obiecto, & virtualiter includantur in illo. Si dicatur, quòd ipsa

Difficultas incidens non tamen paruæ, sed valde nominanda.

Contra aliud dictum arguit Greg. supra. Secundo ar.

ipsa anima intellectiua potest considerari sub duplici bonitate scilicet essentiali, & quiditatiua, & sub bonitate, quæ non tantum sit passio entis; sed sit quædam bonitas, consequens naturam indiuidui. Vt primo modo consideratur, talis consideratio erit speculatiua. Secundo uerò modo erit practica. Sed hoc nihil est: quia etiam Deus, sub ratione deitatis, vt etiam suo modo præscindit à bonitate attributali: adhuc est subiectum perfectissimum, super omnia diligibile: & est ratio perfectissima obiecti fruibilis; vt patet à Doc. in distinc. 1. primi. q. 2. ¶Præterea. Arguo sic. Nam obiectum agit secundum vltimum potentiæ suæ ad cognitionem sui; & similiter intellectus, qui est altera causa partialis, ergo producit notitiam suam perfectissimam, quantum potest. Aut ergo illa notitia est practica, aut speculatiua. Si primo, ergo non potest agere ad cognitionem sui speculatiuam. Si secundo, ergo non potest producere notitiam sui practicam: præsertim, cum notitia specificetur ab obiecto. ¶Oportet, ergo dicere, quòd si de eodem obiecto possit esse notitia practica, & notitia speculatiua: quòd in illo sit alia, & alia ratio: secundùm quas alia, & alia cognitio accipi possit. Et sic ab anima intellectiua, ut est tantum quædam entitas quiditatiua causatur immediatè notitia speculatiua: & ut est quædam bonitas perfectionalis causatur notitia practica. Exemplum. Nam fantasma albedinis causat speciem intelligibilem in intellectu; non tantum ipsius albedinis: sed omnium contentorum essentialiter, uel uirtualiter in ea scilicet albedine. Et sic species intelligibilis albedinis tantum causat cognitionem ipsius speculatiuam: & similiter species intelligibilis coloris causat notitiam speculatiuam ipsius. Species verò boni, contenti in albedine causat notitiam practicam ipsius boni: ita quòd dirigit uolontatem in dilectionem bonitatis albedinis. Et non habeo pro inconuenienti, quòd idem sub eadem ratione formaliter virtualiter contineat plures species intelligibiles: quarum una sit partialis causa cognitionis speculatiuæ, & alia cognitionis practicę. ¶Si uerò teneatur, quòd una, & eadem species intelligibilis possit partialiter causare cognitionem obiecti cuius est: & omnium contentorum, tam uirtualiter, quàm essentialiter. Dico, quòd potest esse partialis causa respectu unius cognitionis practicæ, & respectu alterius speculatiuæ. Exemplum: homo uirtualiter continet proprias passiones: similiter talem, uel talem bonitatem; cognitio causata à specie intelligibili hominis, vt tantum terminatur ad quiditatem ipsius, absolutè potest dici speculatiua. Cognitio uerò bonitatis hominis, secundùm quam est diligibilis, causata ab eadem specie intelligibili, dicitur practica. Similiter si obiectum esset in se præsens in cognitione intuitiua, non solum posset causare cognitionem sui intuitiuam: sed etiam omnium contentorum virtualiter in eo: vt patet à Doct. 3. d. 8. q. pe. & in quol. & alibi. Et sic cognitio intuitiua hominis absolutè sumpti posset dici speculatiua: cognitio uerò bonitatis hominis, secundum quam est diligibilis posset dici practica: quia directiua in praxim. & quando Doctor dicit, quòd cognitio practica habet rectitudinem ab obiecto: & similiter speculatiua hēt ab obiecto, ut dicaē speculatiua. Dēt sic intelligi, ꝙ idem obiectū secundùm aliud, & aliud uirtualiter, vel essentialiter contentū causat aliam, & aliā notitiā: ita ꝙ si illud cōtentū esset per se, & haberet virtutē causandi notitiam; tantum causaret notitiam, vel practicam, vel speculatiuam. Si enim bonitas obiecti esset per se, & esset causatiua notitiæ sui: talis notitia esset practica. Si modo à continente illam causaretur, eadem notitia esset similiter practica.

Solutio.

Idem continet virtualiter plures species intelligibiles.

Hoc patet à Doct. vbi. supra. in simili.

ET EX HIS patet ad omnes instantias, quas facit Gre. vbi supra. & Gul. Ocham in prolo. q. 4. principali, quę est. 10. in ordine. Quādo inferunt, quod si notitia practica diceretur pratica ex hoc, quod virtualiter continetur in obiecto &c. quod tunc notitia de omni re esset practica: & sic de triangulo, lapide, herba, & huiusmodi. Responsum est, quod non est inconueniens de eadem re secundum aliam, & aliam proprietatem accipere scientiam practicam, & speculatiuam. Et similiter quando dicunt, quod tunc metaphysica, siue cognitio metaphysicalis quæ est de de Deo sub ratione infiniti: primæ causæ, independentis, & huiusmodi, quòd esset pratica: negatur. ¶Et dico primo, quòd si cognitio istorum tantum sumatur à sensibilibus: quod propriè non dicetur practica. Si verò esset ab ipso Deo, virtualiter cōtinente: non haberem pro inconuenienti, ipsam esse practicam: quia talis notitia haberet conformitatem, directiuam ab ipso Deo in ueram praxim. Cognitio autem metaphysicalis non est, nisi de conceptibus sumptis à sensibilibus. vt supra, patuit. ¶Dico etiam, quod non haberem pro inconueniēte, quod aliqua notitia, immediatè causata à Deo, vel a uoluntate Dei, supplente vicem obiecti, quod dicatur speculatiua, & aliqua, quòd dicatur pratica. Exemplum. Si Deus causaret in me notitiam, puta primæ independentiæ, vel notitiam similitudinis, & æqualitatis personarum, vel notitiam paternitatis, vel filiationis diuinæ, vel notitiam conceptus entis, qui prædicatur de Deo: quod huiusmodi notitiæ dicantur speculatiuæ. Nam si omnia ista per se essent, & causarent notitiam sui: certum est, quod talis notitia esset tantum speculatiua. Si verò causaret notitiam bonitatis Dei: vel notitiam patris, includentis bonitatem infinitam formaliter, & huiusmodi: tales notitiæ essent practicæ; quæ si huiusmodi obiecta per se essent, & possent causare cognitionem sui: non causarent nisi notitiam practicam. Et sic patet, quòd non sequuntur tot inconuenientia, vt isti dicunt. ¶Dico vltra, quòd non est inconueniens aliquam cognitionem metaphysicalem esse practicam. Sed hoc pro nunc transeat. ¶Ad alia, quæ dicit Greg. contra doc. quod non sit aliqua notitia simplex, & incomplexa practica. ¶Dico primo, quod non inuenio, quod doc. dicat absolutè, quod sit aliqua notitia simplex, & incomplexa pratica: sic intelligendo, quod illa dicatur notitia incomplexa, quæ terminatur ad obiectum incomplexum. Nam notitia Dei, absolutè sumpti non est directiua alicuius actus voluntatis, qui terminetur ad obiectum simpliciter incomplexum. Sed est directiua in hoc obiectum, quòd Deus est bonum diligibile, vel quod Deus sit in se diligibilis. Et sic talis notitia dictat Deum esse diligendum. Si verò intelligat ipse, quòd notitia practica dicatur complexa, circa qualitatem operis: putà, quòd dicter sic, vel sic operari: hoc haberet probare. Sed quicquid sit: si à Doct. ponitur notitia simplex, & incomplexa pratica debet intelligi de practica largè sumpta: quia propriè notitia pratica dictat de aliquo verè agibili, & sic notitia conclusionis circa agibile dicitur propriè practica, & præcipuè quando dictat in particulari vt infra patebit. ¶Dico vltra, quòd si notitia simplex obiecti dicatur pratica potest dici practica virtualiter: quia à notitia obiecti sumitur notitia principiorum practicabilium: & à notitia principiorum sumitur notitia conclusionum, & sic talis notitia simplex obiecti magis recedit à vera cognitione practica, & accedit ad cognitionem speculatiuā; patet vt per rationem. Doct. infra & sic patet quòd instan-

His soluuntur instantiæ Gregor. & Gul.

De Deo potest esse notitia prattica & speculatiua.

Aliqua cognitio met. est practica.

Notitia practica large, vel propriè.

instantiæ factæ à Greg. contra Doc. nihil concludũt. IBI SED OBIICITVR, quia ex quæstione præcedente Deus, non est hic primum subiectum, inquantum finis. Hic Doc. arguit contra superius dicta, & primo contra hoc, quod dixit, quòd scientia theologica, respectu necessariorum sumitur à subiecto theologico: siuè à Deo, sub ratione deitatis. Contra hoc arguit: quia supra in præsenti quæstione dixit Doct. quòd omnia principia practica sumuntur à fine; sed Deus, sub ratione finis non est subiectum theologiæ necessariorum: ut supra patuit in quæstione de subiecto theologiæ. ¶ Respondet ad hoc argumentum ibi. Ad primum dico. Responsio clara est, & stat in hoc, quòd principia practica in theologia non sumuntur à fine, inquantum finis: supple inquantum includit illum respectum, quòd est amari, & desiderari: siuè secundùm alium respectum: sed sumuntur à fine, inquantum habet rationem obiecti. Et tunc finis, à quo sumuntur principia practica in theologia, est tantum sub ratione deitatis. ¶ Secundo arguit Doc. quòd cognitio finis vltimi, non sit uerè practica. Ibi. Item cognitio finis ultimi non est immediatè conformis, siuè conformatiua: nec nata est esse conformis, siuè conformatiua immediatè praxis eliciendæ: patet: quia cognitio propinquè practica est de conclusione practica. ¶Respondetur. Ibi. Ad secundùm dico. Et responsio stat in hoc. Nam obiectum dicitur conforme, idest conformatiuum praxis eliciendæ uirtualiter, & remotè: & notitia practica, ab eo producta dicitur conformis, idest conformatiua formaliter ipsius praxis: quia ab obiecto recipit ipsam rectitudinem, à qua formaliter dicitur conformatiua praxis: ut supra dixi. Et talis notitia, quæ formaliter dicitur conformatiua praxis(& hoc propinquè) est propriè cognitio conclusionis practicæ: quia uoluntas conformiter elicit nolle: puta Deum diligere super omnia: cognitio verò subiecti dicitur conformatiua remotè, & uirtualiter: & sic concedit, quòd cognitio talis finis in se est remotè practica. ¶Tertiò arguit probando, quòd sit aliqua cognitio theologica respectu necessariorum, quæ non dicitur verè practica, sed speculatiua: ut cognitio huius, Deus est trinus, uel pater generat filium. Et litera clara est ex supradictis. ¶Respondetur: ibi. Ad tertium dico. Hic Doc. concedit absolutè, quòd omnis cognitio theologica, quæ habetur uirtute obiecti theologici est practica: quia notitia ipsius Dei, & cuiuscunque intrinseci, per ipsum cogniti: conformis est praxi aptitudinali, siuè conformatiua praxis: & etiam est prior, si cognitum sit necessarium. Et hoc non contradicit his, quæ superius dixi scilicet quòd aliqua cognitio, quæ habetur uirtute Dei sit speculatiua: ut de conceptu entis, de paternitate, similitudine, & æqualitate. Ista enim secundùm suas rationes formales sunt uerè speculabilia. Et quod dicit, quòd notitia cuiuscunque intrinseci, quæ habetur uirtute Dei est practica. Hoc debet intelligi de notitia complexa, siuè de notitia obiecti complexi: vt pnta de ista, pater est æqualis filio & econtra. Debet etiam intelligi de notitia obiecti, includentis bonitatem diuinam, uel inclusi in tali bonitate. Non enim notitia paternitatis, vt paternitatis, dicitur propriè theologica: sed magis metaphysica. Et si intelligat hic Doc. quòd omnis notitia, quæ habetur uirtute obiecti theologici, siuè complexa, siue incomplexa, siue inclusa in bonitate diuina, siue circunscribendo ipsam sit practica: tunc teneatur illud quod supra dixi, quòd notitia, quæ habetur uirtute Dei est practica: & omittatur quod dixi de paternitate, similitudine, & æqualitate. Prima tamen expositio magis uidetur ad mentem Doc. vt patet hic in litera: ubi expressè vult, quòd essentiale est ratio absoluta terminandi actum amandi: & per consequens si paternitas intelligeretur circunscribi à perfectione diuina essentiali, magis diceretur obiectum speculabile: quia ut sic non esset ratio terminandi actum amandi. ¶ Ibi. Cum instatur de illis ueritatibus, quæ uidentur maxime theologicæ, & non metaphysicæ, ut Deus est trinus, pater generat filium, dicit, quòd sunt practicæ, prima enim includit uirtualiter notitiam rectitudinis dilectionis, tendentis in tres personas: ita quòd si actus eliceretur circa unam, excludendo alias, sicut infidelis eliceret, esset actus non rectus. Hic aduerte primò, quòd hæc ueritas complexa Deus est trinus, & unus, 1 non dicitur propriè continere notitiam rectitudinis &c. quia notitia conclusionis, demonstrabilis uirtualiter, continetur à principijs, vel à notitia principiorum, ut supra patuit de subiecto theologico: sed dicitur continere uirtualiter, ratione subiecti scilicet ipsius Dei, à quo principaliter accipitur rectitudo, tam principiorum, quàm conclusionum practicabilium, ut supra patuit, & sic deitas, uel notitia deitatis uirtualiter continet rectitudinem notitiæ huius: Deus est trinus, idest quod ex se necessariò causat notitiam trium, ut rectam. Nota secundo quòd potest esse notitia recta, quæ præcisè reguler in dilectionem unius personæ: patet: quia uiator potest rectè frui una persona, non fruendo alia: ut patet à Doc. d. prima quæst. 2. huius, & in 2. d. 43. licet enim illa notitia excludat actu aliam personam, non excludit tamen habitualiter, ut infra patebit distinc. prima quæst. 2. tunc enim esset actus non rectus si simpliciter excluderet alias personas. Sequitur: ibi: secunda includit notitiam rectitudinis, secundùm, quòd actus est circa duas personas, quarum una est sic ab alia: non enim hæc ueritas pater generat filium, primo includit uirtualiter talem notitiam sic rectam: sed Deus sub ratione deitatis, eo modo, quo supra exposui aliam propositionem. Potest etiam breuiter dici, quòd includere rectitudinem notitiæ: potest dupliciter intelligi: videlicet originatiue, & terminatiue: primo modo rectitudo notitiæ ab eo est originatiuè, à quo est talis notitia: & sic à solo Deo, sub ratione deitatis est primo originatiuè, secundo modo ipsa ueritas complexa dicitur uirtualiter continere rectitudinem notitiæ, proquanto talis notitia terminatur ad tale complexum: ideo enim est recta: quia est talis complexi, sicut dicimus etiam, quòd ideo actus est bonus ex genere quia transit, siuè terminatur ad tale obiectum: ut patet à Doc. in secundo distinc. 7. ¶Ibi. Si obijciatur contra hoc sic. Hic Doct. arguit probando, quòd notitia de personalibus sit simpliciter speculatiua: quia non regulat uoluntatem in dilectionem personalium: patet: quia ratio terminandi actum dilectionis est bonitas essentialis: solum enim esse finale, quod dicit perfectionem in diuinis est diligibile: personale autem, cum nullam perfectionem formaliter dicat (vt patet à Doct. infra distinc. 26. & alibi sæpe) non erit ratio terminandi actum dilectionis: modo theologia magis est de personalibus, quàm de essentialibus: quia essentialia plurima possunt à nobis in metaphysica cognosci: ergo theologia erit magis speculatiua, quàm practica. ¶ Respondet Doc. quod aliud est loqui de termino dilectionis, ut quo: & aliud, vt quod: siuè aliud est loqui de ratione formali, terminandi actum dilectionis: & aliud est loqui de re, quæ terminat. primo modo ponitur perfectio sua bonitas, siuè essentialis, siuè attributalis ratio formalis terminandi actum dilectionis, secundo modo ponuntur personæ terminare: sed tamen non sufficit, ad rectitudinem actus, quòd habeat rationem formalem, conuenientem in obiecto, sed etiam

An principia practica sumantur à fine.

De conformatiuo praxis propinquè & remotè.

Aduerte ne contradictionem putes.

Quomodo ista ueritas sint practica

Includere rectitudinem dupliciter potest intelligi.

Obiectio.

Essentiale dicit perfectionem in diuinis, non autem rationale.

Solutio.

etiam requiritur, quòd habeat obiectum conueniẽs, in quo ſit talis ratio formalis. ¶ Quarto principaliter arguit Doc. ibi. Item tunc ſcientia Dei eſſet practica. Et deducit ad inconueniens, quòd notitia theologica in intellectu diuino poſſet dici verè practica. ¶ Reſpondet: ibi. Ad quartum poſſet concedi, quòd theologia Dei de neceſſarijs ſit practica. Hæc litera clara eſt hic, & ex ſupradictis. Vult enim quòd poſſit dici practica ex his conditionibus: videlicet quia prior praxi, ſiuè uolitione diuina: & quia talis cognitio, quantum eſt ex ſe, eſt conformatiua, & directiua praxis, quantum ad voluntatem determinabilem, ſiuè rectificabilem: ſed quantum ad voluntatem indeterminabilem, & inrectificabilem non poteſt dici practica: quia cognitio proprie practica, ex ſupra habitis tres conditiones requirit, quòd ſit prior praxi, quòd ſit conformatiua praxis, & quòd reſpiciat uoluntatem determinabilem, & hoc ultimum deficit in diuinis, & hæc eſt expreſsè mens Doct. ut infra patebit, & loquor ſemper de cognitione Dei reſpectu neceſſariorum: quia illa neceſſario præcedit actum diuinæ uoluntatis. Secus eſt de notitia contingentium: quia ſequitur actum diuinæ uoluntatis: ut patet in præſenti quæſt. & infra diſtinc. 39. & in quoli. quæſt. 14. & litera clara eſt.

Notitia proprie practica hēt tres conditiones

¶ Ibi. Tum quia intellectus diuinus non diſcurrit. Per iſtam rationem ſicut, & per priores: probat, quòd notitia neceſſariorum in diuinis præcedat actum uoluntatis: quia intellectus diuinus non diſcurrit: ideo cognito primo obiecto, in eodem inſtanti omnia neceſſaria ſunt ſibi nota. Et dicit Doct. quòd hoc argumentum minus concludit, quàm alia præcedentia: quia & ſi ibi non ſit diſcurſus, poteſt tamen intellectus diuinus prius intelligere vnum, & poſterius aliud: ut diffusè expoſui ſupra in illa. q. an theologia ſit ſcientia?

Vide Franciſcum Mayronis in prologo primi ſent. q. 14.

Dubium.

¶ Sed in hoc, quod dicit Doct. quòd intellectus diuinus prius cognoſcit omnia neceſſaria in diuinus, quàm uoluntas diuina uelit illa. Occurrit aliqualis difficultas: tum quia ſecundùm ipſum diſtinc. 1. primi quæſt. 2. & alibi ſæpe: intellectio, & nolitio diuina, cum ſint perfectiones ſimpliciter præcedunt omnem proprietatem hypoſtaticam: & per conſequens uolitio diuina intelligitur prior iſta veritate neceſſaria, pater generat filium. Et Doct. concedit infra diſtinc. 6. quòd pater uolens generat filium. Quæro tunc: an pater in illo priori, quo uult generationem filij, intelligat generationem filij? & ſi ſic: quæro, qua notitia, an abſtractiua? an intuitiua? non abſtractiua: quia eſt imperfecta, non intuitiua: quia illa ſequitur exiſtentiam obiecti præſentis. Sed quia hæc difficultas eſt diſcutienda in diſtinc. 10. huius primi reſpondendo ad ultimum argumentum principale. Ideo ſolutio huius differatur uſque ibi. ¶ Ibi. Si obijciatur, quòd tunc uoluntas diuina non erit prima regula ſui in actibus ſuis: ſi eius actum præcedat notitia, cui in agendo debet conformari, ad hoc, ut rectè agat. Hic Doct. facit tres rationes cū una confirmatione, probando, quòd notitia theologica Dei, reſpectu neceſſariorum: non dicatur uerè practica: & dat duas reſponſiones: & in prima concedit, quòd ſit uerè practica: quia habet tres conditiones ſcilicet quia prior praxi, directiua praxis, & uoluntas eſt practicabilis. Sic intelligendo, quòd ex perfectione uoluntatis eſt, quòd ipſa tantum nata eſt conformiter agere potentiæ priori in agendo: hoc eſt: quòd tantum nouit prius, quantum poſſet noſſe: non autem, quòd ſit determinabilis ab intellectu: quia hoc dicit imperfectionem. Secunda reſponſio eſt, quòd talis notitia non dicatur propriè practica: quia deficit ſibi tertia conditio: quia uoluntas diuina nullo modo eſt potẽtia practicabilis: & hanc ſecundam reſponſionem videtur magis approbare: & licet tota litera clara ſit, uſque ad ſecundùm arti. Expono tamen aliqua dicta in litera. Cum dicit primo: quòd ſicut libertas ſtat cum apprehenſione obiecti præuia idest quòd ſtante apprehenſione obiecti, uoluntas circa illud poteſt liberè elicere actum: licet talis apphenſio ſit ſimpliciter neceſſaria: & ita ſumma libertas ſtat cum ſumma apprehenſione præuia: apprehenſio autem praxis perfectiſſima (ſiuè apprehenſio obiecti perfectiſſima: circa quod uoluntas nata eſt elicere praxim) includit notitiam conformitatis, quando ipſa neceſſariò conuenit praxi idest quòd talis apprehenſio eſt, uel formaliter, uel uirtualiter ipſa rectitudo praxis, ut ſupra expoſui, & hoc quando ipſa ſcilicet apprehenſio neceſſariò conuenit praxi idest quando ipſa neceſſariò eſt recta: non eſt autem neceſſariò recta, niſi ab obiecto neceſſario, quod dat neceſſariò rectitudinem praxi: ut ſupra dixi, & dicitur conuenire neceſſariò praxi: quia habet ab obiecto neceſſario hanc rectitudinem, cui praxis conformiter eſt elicienda. Sequitur. Cum additur, quòd tunc uoluntas ſit determinata aliunde, idest a tali apprehenſione obiecti, negandum eſt: loquendo de determinatione, quę ſit per agens ſufficiens: ſicut dicimus, quòd cauſa prima determinat ſecundam ad agendum, vel quod calor in ligno ſufficienter determinat ipſum ad agendum: & hoc modo apprehenſio non determinat uoluntatem diuinam ad uolendum rem apprehenſam: quia hoc repugnaret perfectiſſimæ libertati: & poſito, quòd talis apprehenſio concurrat, ut partialis cauſa ad actum uoluntatis (tenendo illam tertiam poſitionem d. 25. ſecundi) adhuc nullo modo determinaret: quia ſemper uoluntas diuina eſſet principalior cauſa ſui actus: & hoc eſt, quod dicit parum infra: licet enim non poſſit diſſentire &c. Sequitur, ſed ex perfectione voluntatis eſt, quòd ipſa tantum nata eſt conformiter agere potentiæ, priori in agendo, quando illa prior prius perfectè agit circa obiectum: vult dicere quòd quando intellectus diuinus cognoſcit obiectum, ut diligibile uoluntas diuina ex ſua ſumma libertate diligit illud conformiter tali notitiæ: ſequitur: hoc eſt, tantum nouit prius, ſupplè intellectus diuinus, quantum poteſt noſſe: quod dico propter contingentia: quarum intellectus diuinus non habet omnem notitiam, ante actum uoluntatis diuinæ: ut patet à Doc. infra d. 39. ideo circa illa, non oportet uoluntatem diuinā conformiter agere, ut potentię priori, cum cognitio talium ſit ſimpliciter poſterior: quia ipſa ſcilicet potentia intellectiua non prius conformiter nouit tale obiectum idest quòd cognitio talis contingentis in intellectu diuino non eſt prior, nec abſolute, nec ut conformatiua actu uoluntatis diuinæ: Sequitur: ſed ſemper aliter accidit circa cognoſcibilia neceſſaria ex ſe: quia talis cognitio præcedit ut prior abſolutè, ut prior in conformando, & dicit neceſſaria ex ſe, qualia ſunt omnia intrinſeca ipſi Deo: quiditates uerò quæ ſunt ab æterno, ſunt tantum neceſſariæ ſecundùm quid: & in tali etiam eſſe dependent ab intellectu diuino: ut patet à Doc. infra diſt. 3. quæſt. 4. diſt. 35. 36. 42. & in ſecundo d. 1. q. 1. & in quolib. q. 14 Et quod etiam dicit, quòd uoluntas diuina neceſſariò cōformatur tali apprehenſioni neceſſariorum, non neceſſariò conformatur, vt cauſæ neceſſariò producenti, & determinanti: ſed hoc eſt ex ſua infinita perfectione, quòd quando oſtenditur ſibi ab intellectu obiectum, formaliter infinitum, & infinita dilectione diligibile, & neceſſariò diligit illud, ut magis infra patebit diſtin. 10 Sequens litera non indiget expoſitione cum hic ſit clara, & etiam ex ſupradictis.

Solutio datur alibi.

Expoſitio literæ.

Quomodo voluntas diuina neceſſariò diligat.

SECVN-

SECVNDVS ARTI. quæstionis est de theologia contingentium. Dicit Docto. in præsenti arti. duas conclusiones. *Prima conclusio.* ¶ Prima, quòd Theologia contingentium in intellectu creato est simpliciter practica: putà notitia huius, filius Dei est incarnatus. Talis notitia: quia prior praxi: quia directiua in praxim: quia respicit voluntatem creatam, determinabilem, & rectificabilem: sequitur, quòd sit verè practica. *Secunda conclusio.* ¶ Secunda conclusio est, quòd notitia theologica contingentium: in intellectu diuino non est practica: tenendo ista duo. Primum, quòd cognitio practica, & praxis, ad quam extenditur sint simpliciter in eodem supposito. Secundum, quòd in Deo non ponatur tertia potentia alia ab intellectu, & voluntate: quæ secundum aliquos dicitur potentia executiua, sequens determinationem voluntatis. ¶Ibi. Illud primum est dubium. Dicit Doc. q est dubium, quòd ad hoc, vt aliqua notitia dicatur practica, oportet, q sit simpliciter in eodem supposito, in quo praxis elicitur, siuè à quo praxis elicitur. Probat tamen hoc duplici ratione: videlicet, q talis notitia, quæ non respicit praxim in eodem supposito, nõ sit verè practica: quia si esset practica: sequeretur, q cognitio mea, de hoc, q est Deum creare mundum, esset practica. Nam cognitio est in me, & creatio mũdi, quę dicitur praxis suo modo est in Deo. Similiter ista cognitio esset practica, qua cognosco intelligentiam mouere cœlum: mouere enim cœlum effectiuè est in supposito intelligentiæ: & notitia qua cognosco est in me. Ibi. Saltem videtur hoc concludere, q cognitio practica non potest esse alicuius intelligentis inferioris, operante superiore secundum illã praxim. Supple secundum quàm operatur superius: nisi fortè secundum illam praxim superioris, inferius, cuius est cognitio aliquid operetur: quia tunc fortè posset concedi practica. ¶Secunda ratio est ibi. Item si cognitio practica. & ratio stat in hoc: quia ex quo cognitio practica, videtur habere causalitatem respectu praxis eliciendæ: sed cognitio mea, qua cognosco Angelum mouere cœlum nullam causalitatẽ habet, respectu talis motus. Si ergo habet aliquã causalitatem, tantum habebit, respectu praxis eliciendę, à supposito, in quo est cognitio talis: & sic non erit practica, respectu praxis eliciendæ in alio supposito. ¶Ibi. Contra. Hic arguit Doc. q si cognitio ista, qua cognosco intelligentiam mouere cœlũ non est, practica. ergo erit speculatiua: & tamen cognitio, qua intelligentia cognoscit se mouere cœlum: erit practica: vt patet. Et sic de eadem conclusione poterit esse notitia practica, & speculatiua, quod est inconueniens. Et declaro istam literam. Cum dicit. Igitur de eodem, putà obiecto, vel conclusione, vnus intellectus haberet notitiam practicam scilicet ille intellectus: cuius suppositum habet in potestate sua actionem, vel praxim. Alius speculatiuam scilicet intellectus, cuius suppositum non habet in potestate sua praxim: sicut est de ista. Cognosco Angelum mouere cœlum. Ista cognitio non erit practica: quia praxis, quæ est mouere cœlum non est in potestate mea. Secus si talis praxis posset esse in potestate mea. Ec hoc est, quòd sequitur. Si praxis esset possibilis vni intelligenti, & non alij. Respondet Doc. ibi. Ad hoc potest dici, quòd perfecta rectitudo praxis includit circunstantiam operantis, sicut, & alias circunstantias. *Quid includat perfecta rectitudo praxis.* Hic Doc. expressè concedit: quòd quæuis notitia sit in vno supposito, & praxis in alio supposito: q talis notitia erit verè practica, si dictet de circunstãtijs: & vna de circunstantijs, quæ requiritur, est circũstantia causæ, siuè operantis: vt patet à Doct. in 2. d. 40. & sic cognitio, qua cognosco Deum esse amandum: putà ab Angelo, est verè practica: quia est directiua, quantum est de se in praxim. Et similiter cognitio, qua Angelus cognoscit, homini esse ieiunãdum, & similiter cognitio, qua Deus cognoscit, homini esse ieiunandum. Et sic concedit Doc. quòd prima probatio infert, tanquam inconueniens id est quòd concedit hoc, q cognitio mea, de hoc, quod est Deũ creare mundum, vel de hoc, quod est intelligentiam mouere cœlum sit verè practica: quod ibi inferebatur, tanquam inconueniens. ¶Ibi. Et si obijciatur: quòd non saluatur prioritas practicæ cognitionis ad praxim: prius enim dilectio Dei, respectu sui, est recta, quàm homo, vel angelus possit intelligere, quòd Deus est amandus à voluntate. ¶Respõdetur à Doc. ibi. Respondeo ista prioritas. Dicit Doc. q quamuis cognitio, qua cognosco Deum esse amandum à diuina voluntate, sit actu posterior volitione diuina: quia tamen quantum est ex parte obiecti, & intellectus nata est esse prior: quia Deus quantum est ex parte sua natus est, respectu cuiuscunque intellectus, causare notitiam huius: Deus est amandus à quacunque voluntate, priorem omni volitione, etiam volitione diuina. ¶Et si hic dicatur: q prior est volitio diuina, quam cognitio huius in intellectu creato: etiam si intellectus creatus esset ab æterno: immò (vt dicit Doc. in d. 1. q. 1. 2.) Prior est productio ad intra, quacunq; productione ad extra, siuè simpliciter, siuè secũdum quid. Volitio autem diuina, cum sit perfectio simpliciter simplex: est prior omni productione ad intra: vt vult Doc. in pluribus locis. ¶Dico, q solutio est facilis: quia obiectum, quantum est ex parte sua, si esset præsens intellectui, in ratione obiecti intelligibilis, semper natum est producere notitiam sui prius, quã voluntas habeat actum circa illud. Et si modo voluntas prius de necessitate elicit actum priorem omni notitia creata: hoc non est ex ratione formali voluntatis: sed ex hoc: quia necessario est prior productio ad intra, tam respectu operationis, quàm respectu personæ: quàm sit aliqua actio ad extra: & de hoc vide diffusè in Doc. d. 1. q. 2. & quol. q. 14. ¶Ibi. Ad aliã obiectionem. Hic respondet Doc. ad secũdam rationem, qua probauit, q cognitio de praxi alterius voluntatis non est practica: quia cognitio practica habet aliquam causalitatem, respectu praxis eliciendæ: sed talis cognitio non potest causare actum voluntatis, existentis in alio supposito. Dicit Docto. quòd si loquamur de cognitione strictè sumpta: quæ est immediatè applicabilis ad opus, quantum est ex identitate suppositi, cognoscentis, & operantis, cognitio mea de praxi alterius voluntatis, nõ erit sic practica, non tamen negatur, quin sit verè practica. *Expositio literæ.* ¶Hanc tamen literam expono, q loquendo de practica, propriè sumpta (tenendo q practica propriè sit causa, vel totalis, vel partialis praxis eliciendę (oportet, q tã cognitio, quam praxis elicienda sint in eodem supposito: quia cognitio in vno supposito non videtur causa praxis eliciendæ ab alio supposito: & posito, q sic possit esse (quia non habeo pro inconuenienti, quòd cognitio (putà Angeli) existens in intellectu animæ separatæ possit partialiter causare volitionem illius in voluntate alterius: concurrente tamen illa voluntate, vt posset petere ex his, quæ exposui. in secundo. d. 9.) adhuc non diceretur fortè perfectè practica: quia perfectè practica requirit identitatem suppositi intelligentis, & operantis: qualem denominationẽ denotat infinitiuus signans praxim cõstructus: cum scire: sicut dicimus Fran. scit operari moraliter: ibi non tamen notatur, q Franci. habeat notitiã de operatione morali, sed, q scit elicere operationem moralem. Et sic conceditur, q solus Deus scit se diligere infinitè, licèt Angelus sciat ipsum infinitè à se diligendum. *Solus Deus scit se diligere infinitè.* Nam cum dico, scit se infinitè diligere, denotatur, q habeat in se formaliter scientiam, secundum quàm scit elicere actum infiniti amoris, & sic

denotatur

denotatur identitas suppositi, scientis, & amantis: sicut etiam dicimus, pater in diuinis scit generare filiũ, idest quòd habet scientiam, qua scit generare filium: & ideo, licet filius in diuiuinis sciat generationem patris: non tamen scit generare: quia in primò tantum denotatur, quòd filius cognoscit generationem, qua pater generat, in secundo non tantum notatur scientia, sed etiam notatur, quòd ipse verè possit generare, & sciat verè generare. Et sic licet angelus, sciat Deum à se, scilicet Deo diligendum infinitè: non tamen scit diligere Deum infinitè: qoia tunc notaretur, quòd haberet scientiam, qua sciret diligere Deum infinitè, quod est falsum: quia Deus tantum à se ipso est diligibilis infinitè.

Filius non scit gñare.

Prima cõclusio.

¶ Ibi. Qui sic respondet. In ista litera ponit duas conclusiones, prima est, tenendo, quòd scientia practica possit esse in uno supposito, & praxis elicienda in alio supposito: tunc umnes veritates de praxibus agenuium causatorum, possiint cognosci à quocunque intellectu practicè: quia respectu illarũ possunt prius cognosci, quàm eliciantur, patet: quia intellectus meus, ut intellectus etiam creatus, quantum est ex se, potest cognoscere omnes ueritates de praxibus omnium causatorum, antequam eliciantur: & similiter ab intellectu diuino: immo ab intellectu diuino prius necessario cognoscuntur: cognouit enim ab æterno me uelle ieiunare hodie &c.

Secunda cõclusio.

Secunda conclusin est, quòd omnes ueritates de uolitione diuina necessariæ sunt practicæ: puta ista Deus est summe diligendus à se. An modo in omni intellectu sint practicæ? dico, quòd in intellectu increato essent practicæ, si uoluntas diuina esset regulabilis: tamen quantũ est ex parte sua sunt practicæ: quia habent ab obiecto rectitudinem, & directiuitatem: in intellectu etiam creato, quantum est ex se possunt dici practicæ: tenendo, quòd scientia practica non requirat necessariò identitatem suppositi, cognoscentis, & operantis: qa talis cognitio nata est ex obiecto habere rectitudinẽ. Sed contingentes de volitione diuina: puta de ista, voluntas diuina vult me diligere Ioannem, nõ sunt practicę: quia ante istam praxim, ad quam extenduntur, non habent conformitatem, idest nũ sunt conformatiuæ praxis: imò istæ veritates de volitione diuina, sũt simpliciter posteriores volitione diuina qua uult illas: exemplum, Deus practicè cognoscit homini esse penitendum: quia talis cognitio nata est dirigere in actum pœnitentiæ: & babet rectitudinem, non ab obiecto, sed simplicitet à determinatione voluntatis diuinæ: ut supra patuit (tenendo etiam, quòd notitia practica non requirat identitatem suppositi cognoscentis, & operãtis) sed non cognoscit practicè, quòd Deo est volendum hominem penitere: quia talis cognitio nullo modo præcedit talem uolitionem.

Qualis sit theologia cõtingentium.

¶ Ibi. Si quæris qualis est theologia contingentium an scilicet simpliciter practica? an speculatiua? & hoc loquẽdo de theologia in se, non comparando alicui intellectui. Dicit, quòd talis est in se, qualis est ex obiecto: non est autem ex obiecto conformis, idest conformatiua praxis: quia ex obiecto nulla nata est haberi notitia determinatæ rectitudinis contingentis; ut supra patuit: & sic ex obiecto non est pracuca: & per consequens in se erit speculatiua. Huic congruit, quòd in intellectu diuino non sit practica: sic intelligendo, ꝙ in tali intellectu non sit practica ex obiecto, neque de volitione diuina, respectu contingentium, neque de volitione creata, respectu contingentium; tenendo vt supra practicam requirere identitatem suppositi cognoscentis, & uolentis: modo talis videtur esse res in se, qualis est in perfecto genere illo, non in imperfecto, & quia in intellecu diuino nullo modo est pracuca ex obiecto, neque de uolitione diuina: ideo simpliciter, & in se nullo modo est practica: præcipue loquendo de practica ex obiecto, ergo si in intellectu diuino est speculatiua, ergo simpliciter, & in se erit speculatiua.

¶ Ibi. Si obijciatur. Hic Doct. instat contra hoc, quod dixit scilicet, quòd theologia contingentium est in se speculatiua, & ex alia parte concedit, quòd in intellectu creato est practica: ut supra patuit: & per consequens sequitur, quòd practicum non repugnat speculatiuo: & sic idem erit practicum, & speculatiuum.

¶ Dicitur, quòd esse practicum ex obiecto, & esse per se speculatiuum ex obiecto, per se opponuntur: & sic eadem scientia oon potest per se esse practica, & speculatiua, per se ex obiecto: sed bene aliqua cognitio, quę ex se est speculatiua, potest dici practica, non ex illo obiecto, quod respicit, nec ex alio, sed aliunde: puta à uoluntate, determinante intellectum ad notitiam praxis, idest quòd uoluntas diuina determinat hanc praxim esse rectam scilicet adorare Christum in Eucharistia, & tunc cognitio illius erit practica: quia uerè regulatiua in actum rectum, ex determinatione uoluntatis diuinæ. Si enim non esset sic determinatum: talis ordinatio non diceretur recta, & per consequens cognitio talis non esset practica, sed speculatiua ex tali obiecto, dicitur ergo practica tantum per accidens: quia à determinatione voluntatis diuinæ, & tale practicum non repugnat speculatiuo in se.

Quòd theologia contingentium nec per se, nec per accidens potest dici practica.

¶ Ibi. Contra hoc. Hic Doct. instat probando, quòd notitia contingentium nullo modo, nec per se, nec per accidens potest dici practica: quia cui conuenit vnum oppositorum per se, siuè primo modo, siuè secundo modo dicendi per se, aliud oppositum, nec per se, nec pet accidens conuenit, exemplum de primo modo: rationale conuenit per se primo modo homini, irrationale non conuenit sibi, nec per se, nec per accidens, exemplum secundi: risibile conuenit per se secundo modo homini, rudibile, nec per se, nec per accidens conuenit, cum ergo practicum, & speculatiuum sint opposita, sequitur, quòd si notitiæ contingentium: conuenit per se esse speculatiuum: quòd esse practicum, nec per se, nec per accidens possit conuenire. Respondeo: licèt antecedens posset exponi de per se primo modo, vel secundo modo: non autem tertio modo: prout dicit idem, quod solitariè.

¶ Sensus huius literæ est, quòd hoc antecedens scilicet. Cui conuenit vnum oppositorum per se, ei aliud oppositum, nec per se nec per accidens conuenit: non debet sic exponi, ut ly per se accipiatur pro perseitate tertij modi, prout idem est quod solitariè conuenire: quia si vnum oppositum conuenit solitariè alicui, non conuenit sibi aliud: & sic accipiendo ly per se: antecedens non habet difficultatem. Potest etiam exponi: quia aliquid conuenire alicui est prædicari de ipso. Ideo illud non conuenit sibi per se tertio modo: quia, ut sic tantum est propositio de secundo adiacente, non de tertio.

¶ Ibi. Tamen concedo, quòd nullo modo inhærendi inhæret oppositum prædicati huius, quod est per se esse speculatiuum: quia theologia contingens per se, secundo modo, est per se speculatiua ita quòd inhærẽtia sit per se, & prædicatum determinetur per se: uult dicere, ꝙ esse per se speculatiuum inest per se secundo modo theologię contingentium: sicut dicendo homo per se secundo modo est risibilis per se, idest quòd hoc prædicatum risibile inest homini per se secundo modo: ita quòd prædicatum sit per se, & per se inhæreat: est enim aliquod prædicatum per se: quod tamen per se non inhæret: sicut hic homo est albus, album est suo modo vnum prædicatum per se: quia per se potest prædicari de isto albo: & isto: non tamen inhærent per se homini. Sequitur. Sed per accidens esse practicum: per accidens non opponitur illi idest ꝙ practicum per accidens, quale est à voluntate diuina

vt

vt supra dixi: non opponitur speculatiuo, nec per se, nec per accidens immo stant simul: sed practicum per se, quod est ex obiecto opponitur speculatiuo: ideo tale, nec per se, nec per accidens inest speculatiuo. ¶ Ibi. Si arguitur, per se est speculatiua per se, ergo per se est speculatiua: vult dicere. si Theologia contingentium per se, scilicet secundo modo est speculatiua per se, idest speculatiuum per se, inest Theologiæ contingentium per se secundo modo: ergo per se, & simpliciter est speculatiua: conceditur: sed tunc practicum per accidens (de quo supra dixi) non repugnat tali scientiæ speculatiuæ per se: sed bene practicum per se simpliciter repugnat. ¶ Ibi. Si verò alterum istorum, quæ tenet, ista responsio non teneatur, idest quòd si non teneatur, quòd scientia practica requirat identitatem suppositi, cognoscentis, & operantis, quo ad primum: sed teneatur, quod possit esse practica, respectu praxis eliciendæ in alio supposito: patet, quòd tam in intellectu diuino, quam creato potest dici practica: siue non teneatur: quo ad secundum: quòd non sit in Deo potentia executiua alia à volitiua: sed teneatur, quòd vltra volitiuam sit etiam in Deo potentia executiua: patet quòd in Deo potest esse scientia practica de contingentibus; quia licet cognitio Dei non sit prior actu voluntatis, respectu contingentium: est tamen prior actu potentiæ executiuæ: & sic patet. Doct. tamen in litera sequenti videtur declinare ad hoc, quòd theologia in intellectu diuino, nullo modo sit practica, nec respectu necessariorum: quia voluntas diuina est se determinata ad rectitudinem actus, circa essentiam diuinam nec respectu contingentium: loquendo semper de practica, quæ requirit identitatem suppositi, cognoscentis, & operantis: quia non videtur poni ibi alia potentia executiua &c.

Veritas ethicæ bonorum opinionum. Theologia pōt considerari quatuor modis. Primo modo in se ac in sua entitate, & isto modo partim est practica, partim est speculatiua. Secūdo modo potest considerari respectu obiecti, & hoc modo etiā dicimus, quod est partim speculatiua partim practica, quia obiectū est Deus de quo habetur vtrumque. Tertio ratione intellectus in creati scilicet Dei, & sic tota est speculatiua, & nihil practica, quia in voluntate diuina nullo pacto potest esse actus directibilis ad finem.

ADARGVMENTA principalia primæ quæstionis. Primum argumentum cum sua responsione clarum est. ¶ Primo enim arguit sic Io. 20. hæc autem scripta sunt, vt credatis idest quòd ista ordinantur ad credere, & tale credere est speculatiuum; patet: quia ei succedit visio clara. vt patebit in quarto d. 49. ¶ Respondet, quòd fides nō est habitus speculatiuus: quia ad actum practicum inclinat: quia ad credere, quod dirigit voluntatem in praxim, respectu creditorum, nec credere est speculatiuum: patet quia ordinatur ad veram praxim, putà ad dilectionem credendorū, nec similiter clara visio; patet; quia clara visio deitatis est directiua in fruitionem obiecti clarè visi. ¶ Secundò arguit ibi. Præterea Practica ponitur esse circa contingens tertio de anima. t. c. 49. Sed obiectum Theologiæ non est contingens: ergo &c. ¶ Respondet Doc. ibi. Ad secundum dico. Hæc responsio stat in hoc: quòd licet obiectum agibile, quod præsupponitur cognitioni practicæ, aliquando sit necessarium in se: (vt in proposito de subiecto Theologiæ,) tamen quia finis agibilis obiecti est actio, & illa contingenter causatur: scientia practica est circa illam actionem contingentem, quam dirigit, & regulat: & talis actio dicitur obiectum contingens scientię practicę. ¶ Ibi. Contra hoc arguitur primo, quia scientia est necessariorum: vt primo poste. t. c. 51. similiter. 6. Ethy. Scientificum distinguitur à ratiocinatiuo idest practico penès necessarium, & contingens. ¶ Præterea. Si theologia est circa contingens agibile, ergo est habitus actiuus, cum ratione vera: & hæc est diffinitio prudentiæ vt dicitur. 6. Ethi. c. 6. ergo theologia est prudentia, & non scientia. ¶ Respondet Doc. ad primum. ibi. Ad primum respondeo. Et pro intelligentia huius responsionis nota, quòd est scientia est tantum de necessario complexo: vt supra patuit in illa q. an theologia sit scientia: ita quòd ex parte sua requirit tantum necessitatem inherentię prædicati

Quarto potest considerari Theologia ratione intellectus creati, & sic est tota practica.

ad subiectum & non requirit necessario subiectum illius complexi esse in se necessarium. Nota etiam, quòd obiectum immediatum notitiæ practicæ (quod est operatio) licet in se sit mere contingens, potest tamē de illa operatione aliquid concludi de necessitate: putà quia demonstratur ipsam necessario esse rectā, si conformiter eliciatur cognitioni practicæ rectæ. & sic scientia practica, licèt sit circa contingens in se, est tamen de complexo, vt de necessario, & dicitur complexum necessarium: quia omnino infalsificabile: & sic patet litera Doc. ¶ Ibi. Tunc patet ad auctoritatem primo poste. Scientia est necessarij dicti de contingente. idest quòd est de aliqua proprietate, respectu alicuius subiecti contingentis in se: & non oportet intelligere ipsam proprietatem esse necessariā in se: sed quòd necessario inhæreat. Sequitur in litera. Et ita veritates necessariæ includuntur in veritate contingentis: vel concluduntur de aliquo, quod est contingens per rationes alicuius prioris necessarij. Nam istæ veritates necessariæ in scientia practica concluduntur de aliquo contingente per rationem alicuius prioris necessarij, non in se necessarij: quia si subiectum non est necessarium, nec inclusum erit necessarium: debet ergo sic intelligi per rationem necessarij idest necessario sibi conuenientis. ¶ Ibi. Per idem ad auctoritatem. 6. Ethi. hæc responsio patet ex supradictis. Quia enim habitus partis ratiocinatiuæ idest potentiæ practicæ est circa actum, inquantum contingenter elicitur, aliter ille actus non esset in potestate agentis. & sic artifex non indigeret virtute ad rectè agendum, vt expositum est in primo ar. Sed habitus scientificus idest quòd talis habitus practicus, vt dicitur scientificus est circa eundem actum, non absolutè, sed inquātū de eo aliquid necessario cōcluditur, concludit. n. quòd necessariò sit rectus: si eliciatur conformiter tali habitui. ¶ Ibi. Si obijcitur &c. 7. ad hoc respondet. ¶ Ibi. Ad secundum scilicet de prudentia. Et dicit Doc. quòd diffinitio prudentiæ debet intelligi de habitu actiuo proximo: qualis est habitus acquisitus ex actibus. Vnde sicut circa factibilia, ars se habet ad habitum experti: ita circa agibilia se habet scientia moralis ad habitum prudentiæ. Nam habitus vno modo accipitur pro habitu acquisito in vniuersali idest qui non acquiritur ex hoc actu particulari, vel hoc: vt quòd vnus homo est ordinabilis ad beatitudinem: & hoc siue de actionibus immanentibus, siue transeuntibus. Alio modo pro habitu, acquisito ex actibus practicis idest dictaminibus in particulari, vt quòd domus debeat sic, vel sic ędificari: & talis habitus propriè dicitur prudentia. De hoc vide Doctor. infra d. 17. Et ex hoc patet quòd ratio Gul. Ocham in prolo. q. 4. quæ est. 11. in ordine: quā facit contra hoc quod dicit Doc. de habitu prudentiæ nihil concludit; vt patet intuenti eam. ¶ Tertio principaliter arguit Doc. per auctoritatem Boetij. de trinitate. vbi assignat tres partes speculatiuę. quarum vna est theologia secundum eum: quia dicit ibi quòd subiectū huius est prima substātia de qua dicit quòd substantia Dei caret materia. ¶ Respondet Doct. quòd Boe. intelligit de Metaphy. quam vocat diuinam; sicut et Philosophus. 6. meta. t. c. 2. dicit Metaph. diuinam; quæ apud ipsum est speculatiua: qui diuidit ibi speculatiuam in mathematicam, naturalem, & diuinā. Et quod addit Boe. de subiecto huius, quòd est prima substantia &c. verum est, quòd Deus cōsideratur in Metaphy. perfectissimè quàm in alijs scientijs humanitus acquisitis considerari potest; tamen vt ibi præcise consideratur in conceptibus communibus sensibilibus: hoc est ab ipsis sensibilibus abstractis nō enim consideratur ibi, vt obiectum attingibile per actum voluntatis: sicut in theologia consideratur, & certum est vt supra dixi contra Grego. quòd de eodem obiecto,

Quomodo sit intelligenda diffinitio prudentiæ.

Quid Beatus intellexit per Theologiā.

obiecto, vt diuerſimodè conſiderato poteſt eſſe habitus practicus, & ſpeculatiuus: & hoc eſt, quod dicit Doc. parum ſupra in illa obiectione ſcilicet quòd non eſt idem obiectum habitus ſcientifici, & ratiocinatiui: quomodo idem obiectum poteſt eſſe pluriũ habituum, tamen diuerſimodè conſideratum: idem tamen habitus non poteſt eſſe plurium obiectorum quia tunc idem dependeret à duobus obiectis: quod eſt impoſſibille: vt alias oſtenſum eſt. ¶ Quarto principaliter arguit ibi. Omni practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, nulla autem eſt nobilior theologia. ergo theologia non eſt practica. Probatio maioris. Tum quia ſpeculatiua eſt ſui gratia: quia eſt in ſola ſpeculatione, practica verò eſt gratia vſus: quia ipſa ordinatur ad opus. Tum quia ſpeculatiua eſt certior vt patet primo Meta. in prologo. Reſpondet Doc. & primò dicit vnum notabile ſcilicet quòd nobilitatis eſt inferiori attingere ſuum ſuperius ſecundum Philoſophum 7 poli. c. 14 vel 9. & accipit ibi attingere pro ordinari: & ſic ſenſitiua in homine: quia immediatè ordinatur ad intellectiuam, eſt nobilior ſenſitiua in bruto, potentia enim ſenſitiua exterior ordinatur ad ſenſitiuam interiorem, & interior ad intellectiuam. ideo intellectiua pro ſtatu iſto dependet à ſenſibus ſaltem occaſionaliter vt infra patebit d. 3. q. 4. & ſic illa ſenſatio eſt ſimpliciter nobilior, quæ ordinatur ad nobiliorem operationem, reſpectu potentiæ nobilioris. Sequitur, quòd illa cognitio erit nobilior, quæ ordinatur ad actum voluntatis, quàm illa, quæ nullo modo ordinatur: quia actus voluntatis eſt nobilior: quia nobilioris potentię hoc ſupponit, vt verum. Et probat hoc ſubtiliter in quarto d. 49. Secundò dicit, quòd Philoſophus non ponit aliquam ſciẽtiam eſſe conformem praxi idest conformatiuam praxis voluntatis circa finem: quia poſuit voluntatẽ circa finem habere tantum quandam motionem naturalem: ſiuè quandam naturalam inclinationem: & per conſequens reſpectu illius non poſuit ſcientiam directiuam. Si tamen poſuiſſet aliquam praxim circa finem. Vult dicere breuiter: quòd ſi philoſophus poſuiſſet aliquam praxim circa finem vltimum: non negaſſet ſcientiam practicam, reſpectu iſtius praxis eſſe nobiliorem ſpeculatiua ſcientia circa idem: puta ſi aliqua eſſet ſpeculatiua circa illa, circa quæ eſt ſciẽtia moralis, non diceret iſtam ſpeculatiuam eſſe nobiliorem morali ſcientia &c. ¶ Ibi. Ad probationem primam. Dicit Doc. quòd illa eſt nobilior ſcientia, quæ eſt gratia alicuius actus potentiæ ſuperioris ſed qualis eſt theologia, quæ eſt gratia praxis eliciendæ à voluntate, quæ eſt nobilior intellectu. Illa verò, quæ eſt tãtum gratia actus inferioris potentiæ eſt ignobilior illa, quæ eſt gratia ſui: & hoc ſi illa, quæ eſt gratia ſui ſit nobilioris potentiæ. ¶ Ad aliam probationem de certitudine dicit Doc. duo Primum, quòd quęlibet ſcientia eſt reſpectu ſui obiecti, eſt ęque certa ſecundum proportionem: quia quælibet reſoluitur in ſua principia immediata: & patet etiam ſupra q. de ſubiecto theologię, quod ſcientia eſt certa, & infallibilis notitia de obiecto neceſſario per cauſam euidentem applicatam per diſcurſum ſyllogiſticum: & ideo quęlibet ſcientia eſt ęque certa: non eſt tamen ęque certa ſecundum quantitatem, idest quòd vna poteſt eſſe perfectior alia, illa enim, quæ eſt obiecti perfectioris, & certioris eſt certior. Et ſic quia philoſophus poſuit ſcientiam practicam tantum circa media ad finem; vt patet de practica actiua, & factiua: & aliquã ſpeculatiuam ponit circa ipſum finẽ, & circa ſubſtãtias ſeparatas. ideo poſuit aliquam ſpeculatiuam nobiliorem, & certiorem omni practica ab ipſo poſita. Sed nos ponimus cognoſcibile operabile idest natũ attingi per operationem, quæ eſt vera praxis: eſſe maximè cognoſcibile: quia ponimus Deum, ſub ratione deitatis. ¶ Vltimo arguitur ſic: quia theologia eſt inuenta omnibus neceſſarijs, exiſtentibus propter fugam ignorãtiæ. ergo eſt ſpeculatiua. Sic enim arguit philoſophus primo Metaphi. in proœ. probãdo metaphyſicam eſſe ſpeculatiuam ¶ Reſpondet Doct. quòd hæc eſt inuenta propter neceſſaria intrinſeca, nõ extrinſeca. nam hæc docet moderari paſſiones, & operationes: nec eſt inuenta ad fugam ignorantiæ: patet: quia quam plurima tradi potuiſſent in ſcriptura ſacra: ſed hæc eadem frequentius replicantur, vt inducatur auditor ad operationem eorum, quæ ibi perſuadentur.

Vide Vnũ notabile.

Quomodo Theologia ſit nobilior.

Ad quid ſit inuenta Theologia.

AD ARGVMENTA ſecundæ q. Iſta argumenta cum ſuis reſponſionibus ſunt clara hic: & ex ſuperius diffusè declaratis. Tamen pro maiori declaratione aliqualiter adduco illa Primo arguit probãdo, quòd ſcientia practica non dicatur practica ab obiecto: quia tertio de aĩa. t. c. 49. intellectus practic⁹ differt fine à ſpeculatiuo. cum ergo, quæ ſunt principia diſtinguẽdi, ſint principia eſſẽdi. ſequitur quòd finis erit principiũ eſſendi practicũ, & nõ obiectũ. ¶ Secundo arguit quia practica eſt minus nobilis, quàm ſpeculatiua: quia practica eſt gratia vſus: vt patet 1. Metaph. in prolo. Hæc ratio non teneret, niſi vſus eſſet per ſe finis illius habitus: patet quia ſcientia ab eo habet ſuam nobilitatem, a quo habet ſuam denominationem vltimam: ſed denominatur practica, quia gratia vſus. ergo talis vſus erit per ſe finis illius habitus, & non obiectum: patet quia nõn dicitur per ſe practica gratia obiecti: vt patet per philoſophum.

¶ Tertio arguit auctoritate philoſophi ſecundo Meta. tex. c. 3. Finis ſpeculatiuę veritas: finis practicæ opus. ergo dicitur practica ab opere: ſiuè à praxi: vt à fine. ergo non ab obiecto praxis. ¶ Reſpondet Doctor ad primum: quòd philoſophus tertio de anima loquitur de fine cognito idest de obiecto operabili cognito: & patet: quia intellectus ratiocinans: ſiuè diſcurrens ratiocinatur propter finem cognitum: & vt eſt principium demonſtrationis: patet: nam prius cognoſcit obiectum operabile, natum dare rectitudinem actus: quo cognito accipit principia practica ab illo, vt cognito: & tãdem à principijs diſcurrit ad concluſiones, quæ virtualiter includuntur in illo: & præcipuè concludendo ex talibus principijs media neceſſaria: quibus obiectum operabile poſſit attingi: & ſic tandem ratiocinatur à principijs ad media: ſiuè ad cognitionem mediorum, quæ formaliter erit rectitudo praxis, qua attingitur obiectum operabile, vt prius cognitum: & ſic patet, quomodo practica differt fine idest obiecto operabili, cognito à ſpeculatiua. ¶ Ad ſecundum dicit: quòd practica non eſt gratia vſus, vt per ſe finis: ſed obiectum cognitum eſt per ſe finis practicę: obiectum dico, natum dare rectitudinem tali notitiæ. Addit, quòd ipſa practica habet aliquam habitudinem ad vſum: ſiuè ad operationẽ, qua obiectum poſſit attingi: ſic, quòd vſus ſit per ſe obiectum eius: vel aliquid includens virtualiter ipſum vſum. Si ponitur, quòd vſus, ſiuè operatio, ſiuè praxis, ſit per ſe obiectum talis notitiæ practicæ debet intelligi, vt talis operatio habet rationem obiecti cogniti: non vt habet rationem cauſæ finalis, idest quòd ſcientia practica denominatur à praxi, habente rationem obiecti, ſiuè a praxi, vt cognita: non vt à praxi, habente rationem cauſæ finalis, ſiue, vt actu amata. Si verò ponitur obiectum vſus: quod melius, & magis ad intentionem Doc. videtur poni: patet quomodo denominatur ab illo, vt obiecto. Sequitur. Quale philoſophus non poſuit eſſe aliquod ens, niſi ens ad finem. obiectum enim ſcientiæ practicæ ponitur tantum ens finitum, & ordinatum ad finem: & ſic vſus practicæ tantum ponitur circa ens ad finem: & omne tale obiectum eſt ignobilius ente ſpeculabili: non tamen

vult,

vult, quod omne obiectum ſpeculatiuæ ſit ſimpliciter nobilius quolibet obiecto practicæ: ſed, quod aliquod obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt ſimpliciter nobilius: patet de vltimo fine, & de ſubſtantijs ſeparatis: ideo aliqua ſpeculatiua eſt ſimpliciter nobilior omni practica, cum practica habeat tantum ſecundum philoſophum pro obiecto ens ad finem. ¶ Ad tertium dicit Doc. quod practica, & ſpeculatiua habent diuerſos fines: loquendo de per ſe finibus infra genus cognitionis: quia habitus ſpeculatiuus habet pro fine immediato actum cognoſcendi ſpeculatiuum: practicus verò habitus habet actum praticum, ideſt quod habitus ſpeculatiuus immediatè ordinatur ad ipſam ſpeculationem in ſe: practicus verò immediate ordinatur ad cognitionem practicam: quæ vltra ordinatur in praxim: & ſic ſpeculatiuæ finis dicitur veritas ideſt cognitio putà concluſionis dicitur finis ſpeculatiuæ, vt eſt in ſimplici ſpeculatione: finis verò immediatus practicæ eſt opus, ideſt cognitio, quæ immediatè dirigit in opus. Sed iſti fines non diſtinguunt primo: patet quia habitus illi cauſantur ex ſimilibus actibus. illi ergo actus habent primo ab obiecto, quod dicantur practici, vel ſpeculatiui: & ſic habitus illi, primo diſtinguuntur per obiecta: & ſic patet ſolutio.

Quomodo practica, & ſpeculatiua habent diuerſos fines.

Finis ſpeculatiua dicitur veritas.

AD RATIONES pro opi. oppoſita. Nunc Doct. ſoluit argumenta, facta ab Henri. quol. 8. q. 1. quibus probabat: quod ſcientia practica dicitur practica à fine, & non ab obiecto: & illa argumenta ponuntur iuxta tertium arti. ibi. Aliter dicitur: quod illud, à quo habitus, & actus dicuntur practici eſt finis, & extenſio cognitionis practicæ ad praxim: quæ eſt extenſio ad finem. ¶Et primo arguit Hen. ibi. Arguitur etiam per rationes ſic primo: & deducit ad hoc inconueniens: quia ſi habitus diceretur practicus ab obiecto, tunc de eodem obiecto poſſet eſſe notitia practica & ſpeculatiua: patet quia intellectus extenſione fit practicus: quod non eſt verum niſi de eodem intellectu prius ſpeculatiuo, & poſtea practico extenſo ad opus. ¶Reſpondet doc. ibi. ad primum dico: quòd non poteſt eſſe circa idem obiectum habitus ſpeculatiuus, & practicus. Cum probatur: quia intellectus extenſione fit practicus. Dicit quòd Ariſt. poſuit tres gradus intellectus: primus eſt conſiderare ſpeculabilia tantum. Secundus conſiderare agibilia: putà ſanitatem in ſe, non dictando proſequi: & hoc efficaciter: licet enim cognitio ſanitatis in ſe dictet voluntati, ut uelit ſanitatem: nunquam tamen dictat efficaciter, niſi dictet de medijs, non in vniuerſali, ſed in particulari: vt patet à doct. in. 2. diſt. 6. q. 2. & in. 4. di. 49. & in præſenti. q. Tertius ut dicit: quando amplius extendendo ſe iubet proſequi, vel fugere: & ſic in iſto tertio gradu dictat de medijs in particulari: quibus efficaciter voluntas poteſt attingere ſanitatem, & cognitio, iſto tertio modo poteſt dici perfectè practica: cognitio verò in ſecundo gradu, licet ſit uerè practica, non tamē perfecte practica: & quia, ut ſic recedit à perfectè practica poteſt dici ſpeculatiua: & hoc eſt quod dicit. Conceſſo tamen, quod intellectus ſpeculatiuus extenſione fiat practicus: non eſt ad propoſitum: quia diſtinguendum eſt uel aptitudinali extenſione, ut in ſecundo gradu: uel actuali ut in tertio gradu: quia utroque modo eſt practicus: licet completius in tertio, quàm in ſecundo: & ſic negatur conſequentia. Et quod dicit doct. quod practicum, & ſpeculatiuum ſunt differentiæ accidentales intellectus: qa ut expoſui ſupra ītellectus dr̄ practicus: qa recipit notitiā practicā: & ſpeculatiuus: qa recipit ſpeculatiuā: & hęc accidūt ſibi. Et quod dicit, ꝙ practicū & ſpeculatiuum ſunt differentiæ eſſentiales habituum, & actuum. hoc debet ſane intelligi: quia ille differentiæ dicuntur eſſentiales: non quod ſint de eſſentia habituum: ut ſupra patuit in ſecundo ar. ſed quia neceſſariò conſequuntur eſſentiam habituum: & neceſſariò ſibi inſunt primo per rationes eſſentiales: quibus practica, & ſpeculatiua conſtituitur eſſentialiter in tali eſſe. aliter doct. ſibi contradiceret. ¶Secundo principaliter arguit Hen. probando, quod de eodem obiecto poſſit eſſe ſcientia practica, & ſpeculatiua: ut patet de medicina, quæ diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam: & tamen eſt de eodem corpore ſanabili. ¶Reſpondet doc. ibi. Ad illud de medicina. Hic recitat opi. Hen. quol. 6. qui dicit, quod habitus uniuerſalis eſt ſpeculatiuus: ſed quando ex eo acquiritur habitus particularis, tunc ſit practicus. ¶Contra hanc reſponſionem arguit Doc. Quia ſequeretur qđ ex principijs ſpeculatiuis poſſet ſequi concluſio practica: quod ſupra improbatum eſt ibi. Ideo aliter dicendum eſt. Nota hanc ſingularem reſponſionem, quomodo medicina poſſit dici ſpeculatiua, & practica: & hæc littera ſatis clara eſt. ¶Ibi. Ad aliud de bonitate & malitia. Hic Doc. dat triplicem reſponſionē ad ultimam rationem Hen. Prima reſpōſio patet hic: & clarius ſupra ubi declarauimus, quod bonitas actus accipitur à fine, inquantum habet rationem obiecti. E ſimiliter ſecūda reſpōſio patet hic: & clarius ſupra vbi declaraui de bonitate ex gn̄e. Tertia tandē reſpōſio eſt magis ad propoſitum: ut patet in littera. ¶Ibi. Contra iſtud arguitur. Hic Doc. facit duas rationes ſpeciales: quibus probat habitus non diſtingui per obiecta: quia omne formaliter tale, eſt tale per aliquid intrinſecum ſibi quiditatiue: ſicut homo eſt formaliter rōnalis per differētiā q̄ditatiuā. ergo habitus practicus erit formaliter talis per aliquā differētiam eſſentialem & intrinſecam: ſed obiectum non eſt intrinſecum habitui: ut patet: modo quę ſunt principia cōſtituēdi formaliter, ſunt principia diſtinguēdi formaliter, ſed obiecta nō ſunt principia cōſtituēdi intrīſecè habitus. ergo nec prīcipia diſtinguēdi formaliter. ¶Scđa rō eſt: ꝙ obiectū nō diſtiguit habitum niſi effectiue: patet qa habit⁹ tm̄ hēt eſſe ab obiecto effectiuè. ergo, & tm̄ diſtinctionē ab ipſo effectiuè: quia eo modo, quo aliquid dat eſſe, eo modo diſtinguit, ſi eſſentialiter: eſſentialiter, ſi accidentaliter, accidentaliter, ſi effectiuè, effectiuè: ut patet à Doc. in pluribus locis. Sed cauſæ efficientes non diſtinguunt effectus ſpecie: patet quia cauſæ ſpecie diſtinctæ poſſunt producere effectus eiuſdem ſpeciei: ut patebit infra d. 2. parte. 2. q. 2. ubi probat Doc. quòd poſſunt eſſe duo effectus eiuſdem ſpeciei: quorum unus ſit à cauſa æquiuoca, putà unus mus à ſole, & alius à cauſa uniuoca, putà ab alio mure. ¶Ad primū reſpondet Doc. ꝙ habitus habet illā aptitudinalem relationem per cauſam formalem, & intrinſecam: & ſic notitia practica diſtinguitur formaliter, & quiditatiue à ſpeculatiua per ſuam entitatem quiditatiuam. Sed quia illam entitatem habet effectiuè ab obiecto: & per conſequens & illam proprietatem, ideo ab obiecto habet, ut effectiuè, ſiuè originatiue diſtinguatur à ſpeculatiuo. ¶Ad ſecundum dicit Doc. in ſententia: quod quando ſunt duæ cauſæ ſpecie diſtinctæ: ſed uniuocæ ſuis effectibus: & hoc uel uniuocatione completa, quando producit effectum ſimilem in ſubſtantia: ut quando homo producit hominem: tūc homo productus eſt ſimilis in forma: quia in humanitate: & in modo eſſendi formæ: quia ſicut humanitas, in qua eſt ſimilitudo realiter exiſtit in homine producente; ſi crealiter exiſtit in homine producto. ſed, uniuocatione diminuta, quando effectus eſt ſimilis in forma, ſed non in modo eſſendi formæ: ut quando domus extra ſimilis domui in mente. Domus enim extra eſt ſuo modo à domo intra: & ſic conueniunt in domo: quia domus in mente eſt domus, licet ſecun-

Tres gradus intellectus.

Intellectus fit practicus per extenſionem quatenus dilatatur in actum uoluntatis regulandi illam. Quare intellectus dicatur practicus.

Singularis reſponſio quomodo medicina poſſit dici ſpeculatiua, & practica.

Quomodo habitus nō diſtinguantur per obiecta.

Habitus habent eſſe ab obiecta effectiuè.

Quomodo domus extra eſt à domo intra.

secundum quid, & domus extra est domus simpliciter: differunt tamen in modo essendi: quia domus in mente habet tantum esse cognitum, domus verò extra habet verum esse reale. Et sic patet quomodo ibi est similitudo in forma domus: sed in modo essendi formę nulla est similitudo. Dicit Doc. ꝙ tales causæ sicut specie distinguuntur: ita producunt effectus, specie distinctos. Et tales causæ semper sunt obiecta, specie distincta: quæ producunt notitias, specie distinctas: nam lapis vt præsens in ratione obiecti intelligibilis: de qua infra dist. 3. q. 6. producit seipsum in esse cognito: quia producendo notitiam sui: producit seipsum in esse cognito. & sic lapis, ut in ratione obiecti intelligibilis est similis lapidi in esse cognito: quia vterque est lapis: licèt extra sit lapis simpliciter, & ut cognitus tantum secundum quid: & sic differunt in modo essendi. Et licet notitia sit absolutè sumpta alterius speciei à lapide: tamen, vt per ipsum dicitur lapis cognitus: & specificatur ab ipso dicitur effectus saltem diminutè vniuocus. ¶ Multorũ enim opiniones recitassem in hac materia de Theologia practica, aut speculatiua, cum plurimæ sint, & variæ: ne tamen studentum ingeniis fastidium nimia prolixitate afferrem ea, quę magis ad propositum faciunt perstringendo, prout potui, superflua sicco pede pertransiui.

Tho. de vio Caietanus. Responsio quòd Theologia Dei de necessarijs sit practica circa hoc semper remansit Scotus autem, & dubius. Theologia contentum est speculatiua, vide Scoti in 3 sent. distinct. 37.

VNDE ETIAM quidam nouus expositor primæ par. S. Th. dicit: ꝙ Theologia est magis speculatiua, quàm practica. Tum quia principalius agit de rebus diuinis, quàm de actibus humanis. Tum: quia agit de humanis actibus, propter Dei speculationẽ; quia in speculatione consistit ęterna beatitudo &c.

SED HOC IMPROBATVM extat à Scoto: vt patet in ista quæstione: nec egent alia nostra impugnatione. Et rationes Sco. satis euidentes sunt. ¶ Addit insuper ille expositor modernus rationes Sco. nõ concludere theologiam esse practicam: sed si valent: cõcludunt eam duntaxat esse, vel practicam, uel eminenter continere practicæ rationem. ¶ Addit etiam ꝙ non põt inferri, ꝙ theologia sit speculatiua, aut practica: vt vna contra aliam distinguatur: sed uel est speculatiua, & eminenter continens rationem practicę, uel est practica, & eminenter continens rationẽ speculatiuæ. hæc ille. Sed ex rationibus Sco. luculentissimè apparet positionem hanc non esse ueram: nec vllo modo tali firmitate stari posse. Tum quia ipse non soluit rationes Sco. Dicta hæc sufficiant pro dilucidatione huius vltimæ. q. Et sic finis prologi.

Distinctio. Prima.

Vtrum fruitio sit tantum vltimi finis,

Seraphicus Bonauent primo sent. Dist. 1. q. 2. Artic. 3.
Scotus primo sent. Dist. 1. q. 1.
D. Thomas prima secunda q. 2. Artic. 3.
Ricardus primo sent. Dist. 1. q. 3.
Durandus primo sent. Dist. 1. q. 2.
Ioannes Baccontanus primo sent. Dist. 1. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. Dist. 1. q. 1.



TRVM per se obiectum fruitionis sit vltimus finis. ¶ Titulus quæstionis sic debet intelligi. An entitas vltimi finis sit per se ratio formalis, terminandi fruitionẽ ordinatã. Et Notãdũ ꝙ aliud est loqui de obiecto per se terminatiuo fruitionis: & aliud de ratione formali talis obiecti. Exemplum. Deus est obiectum, terminans fruitionem: & deitas est ratio formalis: quia dicimus, ꝙ Deus terminat fruitionem, sub ratione deitatis: & illud dicitur per se terminare, quod per se includit rationem formalem terminandi. Et illud dicitur per accidens terminare, quod non ex sua ratione formali terminat: sed ex ratione formali alterius, & sic debet intelligi titulus quæstionis.

CIRCA PRIMVM ARTICVLVM dicit Doc. duo. Primum, ꝙ fruitio ordinata est illa, quæ habet debitas circunstantias: de quibus circunstantijs actus moralis diffusè patet à Doc. infra d. 17. & in 2. d. 7. & 40. & in quol. q. 18. Secundum est, ꝙ fruitio in cõmuni est, siue habeat illas circunstantias, siue non. Hic Docto. non intelligit, ꝙ fruitio in communi dicatur fruitio inordinata: ut videtur exponere. Alfon. tol. qui arguit contra Doc. d. 1. primi. Sed Doc. sic intelligit, ꝙ ex quo determinauit de fruitione ordinata, & determinata, quæ habet debitas circunstantias, illa dicatur communiter sumpta, siue habeat, siue non habeat: & non accipit ibi in communi vt declarat Alfon. pro indifferenti ad inordinatam, & ordinatã: & Doctores multotiens vtuntur isto modo loquendi: quo Doc. hic vtitur.

Alfon. non rectè habet mentem Doc. de fruitione in cõi.

QVANTVM AD SECVNDVM videtur esse opinio Aui. Opi. Auicen. fuit. 9. Metaphy. c. 4. ꝙ secũda intelligentia immediatè producit tertiam, quantum ad totum suum esse: quam opin. diffusius pertractat Doc. in 4. d. 1. q. 1. Et ideo voluit, quòd quando aliquis effectus secundum totum suum esse dependet ab alio in esse, & conseruari: natus est perfectè quietari in illo, à quo sic dependet. Et probat per propositionem Procli. 35. quia naturaliter effectus redit ad suam causam. hoc est, quòd sicut producitur in esse à tali causa: ita habet naturalem inchnationem redeundi ad illam, & quietari in illa. ¶ Cõtra istud. Hic Docto. intendit probare, quòd tantum in ente perfectissimo intellectus creatus, natus est perfectissimè quietari: & rationes sunt satis claræ in litera: & maximè prima & secunda ratio. ¶ Primo arguit sic. Quãdo potentia habet aliquod commune pro obiecto, non perfectè quietatur nisi in perfectissimo contento: patet ista. Tum: quia in isto perfectissimo contento, perfectissimè reperitur ratio illius obiecti cõmunis. si ergo potentia naturaliter inclinatur ad proprium obiectum: tunc perfectissimè inclinatur ad perfectissimum contentum. patet hoc per consequẽtiam philosophi primo Meta. in prohę. si omnes homines natura scire desiderant ergo maximam scientiam, maximè desiderabunt. maxima autem scientia est circa maximè scibilia, quæ sunt substãtię separatę: vt patet 6. Meta. Sic argoo de voluntate, quæ naturaliter inclinatur ad bonum, ergo ad summum bonũ summè inclinatur. ergo in illo tantum summè quietatur. Tum etiam: quia perfectio vltimata potentiæ est in actu secundo, quo vnitur optimo contento sub obiecto illius potentię: vt patet à Doc. infra d. 2. parte prima. q. 1. ergo potentia non erit perfectior in actu secundo, nisi illo actu attingat, siuè vniatur perfectissimo contento. Cum ergo voluntas secundum Aui. primo Meta. c. 1. habeat ens, inquantum ens pro obiecto, saltem in ratione terminatiui: sequitur, ꝙ voluntas non poterit perfectè quietari, nisi actu suo terminetur perfectissimo enti, & per illum vniatur sibi.

D. Thomas & Alexander attribuunt hanc opinionem Auicennæ, tamen ex his dic. eius 9. Meth c. 4. apparet oppositum.

Prima rõ.

Voluntas inclinatur ad bonum

¶ Secunda ratio supponit vnum scilicet ꝙ potentia dicatur perfici in hoc, ꝙ attingit obiectum per se illius potentię. n. visiua pficitur in hoc, ꝙ actu suo attingit visibile: & quot sunt obiecta p se, idest q̃ per se includunt rationem primi obiecti: tot nata sũt perficere potẽtiam modo prædicto, scilicet pro quã to attinguntur à tali potentia. præsertim si talia per se obiecta includunt perfectionem: quod dico propter relationes diuinas, & fortè creatas: quæ nullam formaliter includunt perfectionem: quæ tamen per se continentur sub ente. Tunc arguo sic. Potẽtia, quæ plura

Secunda ratio.

plura per se respicit obiecta (idest quæ respicit plura obiecta: quæ per se continentur sub primo obiecto illius potentiæ) non potest in vno illorum propriè quietari, nisi eminenter, vel virtualiter contineat perfectionem illorum obiectorum: patet: quia dum respicit vnum illorum, diminutè perficitur: quia non continet perfectionem alterius: quam etiam respicit: ideo singulum semper diminutè perficit. Si ergo vnum illorum debeat vltimatè, & completiuè perficere: oportet ipsum cootinere perfectionem aliorũ virtualiter, vel eminenter, sed voluntas creata respicit, siuè inclinatur ad omne ens, sicut ad per se obiecta: quia habet ens commune pro obiecto: vt patet à Doc. infra d.3.q.3. & in 4.d.49. & præcipuè inclinatur ad entia, quæ includunt aliquam bonitatem: quia obiectum fruibile, siuè amabile semper includit, vel bonitatem essentialem, vel attributalem: vt exposui supra q.vl. prologi. & infra magis patebit. d. presenti. q.3. ergo talis voluntas non potest vltimatè perfici, & completiuè, & perfectè quietari, seu satiari, nisi à perfectissimo ente: & tale est primum ens, quod continet virtualiter, & eminenter perfectionem omniũ aliorum.

Voluntas creata inclinatur ad omne ens.

¶Tertia ratio clara est: quia si intelligentia inferior videt superiorem, vt finitam. ergo potest appetere perfectiorem, & sic non quietari in illa finita. si videt eam, vel credit infinitam, & non sit. ergo decipitur: & sic non beata: aut uidet eam, nec finitam, nec infinitam. ergo non perfectè videt: & sic non beata.

Tertia rõ.

¶Quarta ratio stat in hoc: quia secunda intelligentia finit actum fruitionis tertiæ, non virtute propria, sed virtute alterius scilicet primę idest quòd habet à prima entitatem talem, quæ possit esse obiectum fruitionis: & tunc illa, quæ dat talem entitatem videtur magis habere rationem obiecti fruibilis: & sic tertia magis quietabitur in prima, quàm in secunda. Et hęc quarta ratio tenet: supponẽdo, ꝙ prima intelligentia contineatur sub primo obiecto tertiæ intelligenti.

Quarta rõ.

IN HOC PASSV VOLVERVNT quidam dicere distin.1.q.4. quòd Doc. intendit hoc probare rationibus naturalibus: & dicunt, ꝙ istę rationes hoc non concludunt via naturali.

Gul. Ocham in primo d. 1.q.1.

AD QVOD DICO primo ꝙ Doc. supponit vnũ in prima, & secunda ratione: quòd intellectus creatus, & similiter voluntas creata habent ens, inquantũ ens pro obiecto adæquato: & si hoc esset ootum via naturali: rationes Doctoris euidenter, & naturaliter concluderent: vt patet intuenti: supponendo vnum, ꝙ duplex est perfectio potentiæ: videlicet intrinseca, & extrinseca. intrinseca, ut operatio ipsius. extrinseca yt obiectum, terminans illam operationem. hoc patet à Doc. in ista quæstione. & in quarto dist.49. Sicut ergo potentia non dicitur perfectissimè quietari io aliqua perfectione intrinseca, nisi in perfectissima operatione, nata sibi conuenire: sic non dicitur perfectissime quietari in perfectione extrinseca, nisi in obiecto perfectissimo, nato attingi à tali potentia. cum ergo sub ente, inquantum ens contineatur ens infinitum: sequitur, ꝙ potentia habens ens, inquantũ ens pro obiecto: ooo potest perfectissimè quietari, nisi in ente infinito. Et ideo admitto distinctionem, quam facit G. Ocham de obiecto adęquato intellectus scilicet quòd talis adæquatio sic intelligatur: ꝙ quodlibet contentum io particulari, & sub propria ratione est apprehensibile ab intellectu: vel talis adęquatio sit alicuius cõmunissimi inter oĩa, quæ possunt apprehendi ab aliqua potentia: nec potest apprehendi aliquid à tali potentia, nisi de quo ipsum prædicatur. Et dicit quòd intellectus creatus non habet ens, inquantum ens pro obiecto adæquato primo modo: sed bene secundo modo. Et sic non sequitur, quòd si cognoscam ens in sua maxima communitate, ꝙ possim cognoscere quodlibet contentum sub ratione propria. Modo rationes Doc. pręsupponunt de adęquatione entis primo modo: & ui hoc non deuiat à Doc. tamen fortè posset probari via naturali ens, inquantum ens, esse obiectum adęquatus intellectus creati: & hoc ex natura intellectus: vt patebit infra. a Doc. d.3. & d.8. & in 2.d.2. & in quol.q.14.

Responsio. Voluntas creata habet ens in quantum ens pro obiecto adequato.

Duplex perfectio potentiæ.

¶Ad secundam rationem respondet idem: quòd ista propositio deberet probari: videlicet ꝙ potentia non quietatur, nisi in perfectissimo, cootento sub obiecto communi: quia si sensus potest habere delectationem, respectu plurium sensibilium: si esset aliquod sensibile minus perfectum, quod semper approximaretur illi sensui: necessario semper quietaret illum sensunm: quia excluderet omnem tristitiam, contrariam illi delectationi.

Gul Ocham vbi supra.

¶Respondeo quòd licèt ratio illius habeat aliqualem apparentiam, non tamen concludit contra rationem Doc. quia bene conceditur, quòd stante tali approximatione quietaretur: non tamen sequitur, quòd perfectissimè: quia in perfectiori obiecto sibi approximato magis quietaretur. Et quod dicit, talis delectatio excludit tristitiã oppositam: conceditur. Sed ex hoc non sequitur, ꝙ excludat omnem tristitiam. Et vltra posito etiam, ꝙ excluderetur omnis tristitia: adhuc non sequitur, ꝙ perfectissimè quietaretur quietatione, de qua loquimur in proposito. Nam aliquid quietari in alio contingit dupliciter Vno modo positiuè scilicet per positionẽ obiecti perfectissimè quietatiui. Alio modo per exclusionem actualem tristitiæ. de prima quietatione intendit loqui Doc. & patebit infra.

Responsio.

Quietari aliquid in alio contingit duobus modis.

¶Tertio arguit Doc. contra opinionem Auiceñ. ibi. Item intelligẽntia inferior videns superiorem &c. Et ratio clara est.

Idem.

¶Ad hanc rationem respondet qui supra dupliciter concedendo, quòd tertia intelligentia videat secundam etiam finitam: & quòd videat aliquid perfectius ea: & tamen non sequitur, quin sit perfectè quietata in secunda. Et cum dicitur a Doc. quòd tertia intelligentia potest appetere illud perfectius. Dicit ille, quòd noo ostenditur, quòd possit rectè appetere.

¶Sed iudicio meo hoc oihil est: supponendo mihi vnum. quòd aliud est loqui de beatitudine, qua potentia est apta nata habere, & aliud est loqui de beatitudine, quæ tantum est io potestate dantis: & certum est, ꝙ isto secũdo modo potẽtia tm̃ põt rectè appetere, q̃tũ voluntas recta dãtis vult eã appetere, & nõ plꝰ: vt patebit in 4.d.49. Sed loquendo primo mõ hoc est euidẽs, ꝙ uolũtas põt rectè velle illud, ꝙ est obiectũ qetatiũ. & sic responsio illa data cõtra Docto. parũ cõcludit.

Responsio.

¶Dat aliã rñsionẽ, ꝙ iotelligẽtia tertia nõ cognoscit primã: & ꝑ cõsequẽs nõ p̃t appetere.

Idem.

Dico, ꝙ si via naturali probari posset aliquod ens eẽ infinitũ: illud maxime intelligeret à tertia intelligẽtia. Dico secũdo: ꝙ si tertia itelligẽtia vidẽdo secũdã: aut videt ipsã eẽ primã: & sic decipit, aut videt ipsã ẽe secũdã, & ꝓductã ab alia. ergo p̃t intelligere ꝓducẽtẽ, & ꝓducẽs ęquiuocũ est simpliciter nobiliꝰ ꝓducto: & ꝑ cõsequens p̃t appetere illã.

Responsio.

¶Vltimo arguit Doc. ducẽdo rõnẽ Auicenę ad oppositũ: ibi. Itẽ duco rõnẽ ad oppositũ.

¶Ad hãc rõnẽ rñdet. Idẽ ubi supra dicẽs ꝙ nõ seqtur intelligẽtia secũda finit, rõne alterius finis. ergo nõ qetat: sicut diceret: sensibile nõ delectat, nisi in virtute alteriꝰ: qđ tñ nõ delectat, & tñ qetat appetitũ sensitiuũ.

Idem.

¶Hoc nihil ẽ cõtra rõnẽ Doc. Supponẽdo primo, ꝙ tertia intelligẽtia possit intelligere primã: vt et philosophi cõcederẽt. Scdo, ꝙ rõ formalis obiecti, qetatiui dicit entitatẽ ꝑfectã, & absolutã, vt patebit ĩ. à Doc. seqͥ ergo: ꝙ si secũda intelligẽtia qetat tertiã, ĩ virtute primę (cũ ẽtitas illius dependeat à prima ĩ eẽ, & cõseruari) ꝙ nõ p̃t qetare, nisi in virtute primę (cũ rõ qetatiua depẽdeat in eẽ, & cõseruari à prima itelligẽtia.) Et vltra sequitur, ꝙ ratio qetatiua scdę ẽ imꝑfectior, rõne qetatiua primæ, & tertia intelligentia

Responsio.

intelligentia est capax illius potētiæ: vt probatum est supra ergo stat ratio Doc. ꝙ nō potest perfectè quietari nisi in potentia. Quædam alia adducuntur per supra argnentem contra Doc. quæ ex dictis. supra facilè soluuntur. Et quia rationes Sco. probant etiam, ꝙ intellectus noster non potest perfectè quietari: & hoc ex natura potentiæ: nisi in perfectissimo ente: & hoc in se, & in particulari: cum non sit maior ratio de intellectu nostro, ex natura intellectus, quàm de intellectu intelligentiæ secundæ. Et istæ duę rationes. quas facit Doct. in 4. d. 49. quæst. 8. etiam pro ista via. Ideo hic adduxi eas, vt clarius videatur opinio ista, & euidentior sit.

August. Suessa.

INSVPER vt appareat, ꝙ improbatio, quàm facit quidam nouus interpres philosophi nihil contra Sco. valeat: qui nouus expositor sic dicit, ꝙ Sco. probat ratione naturali intellectum nostrum non posse quietari, nisi in cognitione intuitiua summi intelligibilis: & adducit duas rationes. quas dicit esse Sco. in 4. d. 49. q. 8. Prima: quia totum ens est obiectū intellectus nostri Igitur non quietatur nisi in cognitione summi intelligibilis in se. Declaratur: quia non quietatur in cognitione illius in vniuersali: quia sic illum cognoscere, non est illum cognoscere: igitur in cognitione ipsius Dei in se. ¶Secundo arguitur: quia quod est simpliciter perfectionis in aliquo genere, si competit inferiori in illo genere: etiam oportet, vt superiori competat: sed cognitio intuitiua competit sensui igitur multo magis intellectui. hæc Sco. Sed istæ rationes, vt dicit ille expositor friuolæ sunt. Prima quidem quia, siuè ens sit obiectum intellectus, siuè non: semper conceptus entis cuiusuis, causatus est à quiditate materiali per fantasmata repræsentata: & ita ens est obiectum intellectus, vt causatū à quiditate materiali per fantasmata repræsentata. ¶Ad secundam cōcedo, ꝙ cognitio intuitiua est possibilis intellectui: sed non respectu omnis cognoscibilis: quia non respectu substantiæ, nec respectu materiæ: solum autem respectu obiecti proportionabilis. Et sic non oportet esse ita in omnibus sicut est de vno, quia potest intellectus aliquod cognoscibile cognoscere intuitiuæ, & abstractiuè: non autem omne propter defectum proportionis. Amplius contra exteriorum principem argui potest: quia ipse tenet non posse naturali ratione demonstrari intellectum esse perpetuum: igitur nec ipsum esse capacem talis beatitudinis: quia vt ipse dicit in alia q. eiusdem lib. mortalitas repugnat saltem effectualiter fęlicitati: quia si exteri tenent ratione naturali, non posse probari animæ immortalitatem: coguntur dicere, non posse probari ratione naturali, animam posse tali modo beatificari. hæc expositor ille, super secundo Metaphy.

Responsio & improbatio August. Suess.

RESPONDEO ad nouum expositorem. Primo quod non rectè intelligit Sco. quia non dicit Sco. ꝙ pro statu isto, possit naturali ratione probari. intellectum humanum non posse beatificari, nisi in cognitione intuitiua summi intelligibilis: sed Sco. dicit ꝙ loquendo de intellectu, ex natura intellectus: potest naturali ratione demonstrari, ipsum non posse beatificari, nisi in tali cognitione intuitiua obiecti summi. Et ideo dicit. d. 49. 4. 8. q. 1. sic vr tn̄ mihi, ꝙ per rationem naturalem potest probari, sublata imperfectione status istius, quo ad cognitionem &c. Et sic apparet quomodo nō recitatur fideliter opi. Sco. & ꝙ sic intelligat de intellectu ex natura potentiæ: & non de intellectu, vt pro isto statu patet expresse ab ipso Sco. in prolo. q. 1 & in primo d. 3. q. 3. vult quòd ens, inquantum ens non sit obiectum adæquatum intellectus nostri pro statu isto: sed bene est obiectū adæquatum intellectus nostri, ex natura intellectus: vt patet d. 3. q. 3. primi. & ideo non potest quietari, nisi in perfectissimo contento. Et sic patet quòd loquendo de tali intellectu, ex natura intellectus, non habet quiditatem rei materialis pro obiecto adęquato. Sed hoc diffusius exposui. ꝑ. d. 3. q. 3. ¶Ad secundū quando dicit, quòd cognitio intuitiua non est possibilis intellectui, respectu omnis intelligibilis. Hoc patet esse manifestè falsum, loquendo de summo intelligibili: cum illud sit summę existentiæ, & cognitio intuitiua terminatur ad rem existentem, inquātū existens est: vt patet à Sco. in pluribus locis. Et similiter falsum est, ꝙ intellectus humanus, ex natura intellectus, non possit intuitiuè cognoscere substantiam, & materiam primam: vt posset faciliter deduci cum includant propriam existentiam. ¶Et quod addit de immortalitate animæ. Hoc nihil est: quia licet sit tantum creditum, animam esse immortalem: nec hoc possit ratione naturali probari: vt patet à Sco. in quarto d. 43. sublata tamen imperfectione huius status, quo ad cognitionem (quia tantum pro statu isto natus est moueri intellectus à sensibilibus: vt patet à Sco. d. 3. q. 3. 1.) si anima intellectiua duraret tantum per diem: ex quo ex natura potentiæ intellectiuæ habet ens pro obiecto adęquato, non posset quietari vltimatè, nisi in ente perfectissimo: & hoc in se viso. Non enim est de essentia beatitudinis, ꝙ sit perpetua vt probat Sco. in quarto d. 49. Posset enim quis esse perfectè beatus, loquendo de beatitudine essentiali tantum per instans: vt patet à Sco. vbi supra. Et quod addit secundum Sco. quòd mortalitas repugnat beatitudini, saltem effectualiter. Dico ꝙ nō intelligit mētem, nec verba Sco. vt patet intuenti ipsum in 4. d. 49. q. 12. vbi pertractat hanc materiam. Vult enim ibi: ꝙ non sit repugnantia formalis, sed tantum virtualis: quia si esset repugnantia formalis scilicet mortalitatis ad beatitudinem: tunc in Christo non potuissent fuisse simul: quod non est verum, Fuit enim perfectè beatus, & tamen mortalis: de hoc vide ibi. Et vltra dico, ꝙ positio istius noui interpretis philosophi multa falsa continet. Primò: quia dicit, ꝙ fantasmata causant conceptum entis. Hoc improuatū est ꝑ. d. 3. q. 7. à Sco. & in quol. q. 15. & vide ibi expositionem. Secūdò: quia hoc posito statim sequitur (vt Sco. arguit in 4. d. 49. q. 8.) ꝙ fęlicitas intellectus nostri esset in aliquo cōceptu, quæ est imperfectior conceptu rei sensibilis per actum sensitiuum: patet: quia conceptus causatus de Deo ex sensibilibus est imperfectior eis, quam actus cognitionis sensitiuę: patet quia impossibile est intellectum agentem cum obiecto suo causare conceptum perfectiorem suo perfecto verbo: quia realiter est effectus sibi adęquatus: sed vnus effectus est adęquatus vni causæ. ergo non potest perfectiorem illo causare de Deo. Et si sic: tunc ista positio destruit philosophum, qui ponit in perfectissima cognitione beatitudinē: & hāc ponit illius primę substantiæ. ¶Ad istā obiectione rn̄det ille expositor: ꝙ hæc cognitio de Deo, quæ cōpositione pluriū cōceptuū habetur est perfectior sensitiua: quia fantasma non principaliter concurrit: sed instrumentaliter: & ita potest effectus esse perfectior sua causa: quia esse potest virtute perfectioris agentis. Sed hæc responsio parum valet. tum quia oportet ipsum assignare illud agēs perfectius: aut ponitur intellectus, aut res sensibilis, aut fantasma, aut species intelligibilis, & quocunque istorum dato. stat ratio Sco. Si enim ponitur intellectus: sequeretur, quòd non esset differentia cognitionum inter se: cum sint ęque omnes ab intellectu: vt patuit a Sco. in primo. d. 3. q. 7. si fantasma vel res sensibilis, vel materialis. patet intentum. Si species intelligibilis: patet etiam, quod talis species non causat conceptum perfectiorem conceptu sui primi obiecti: vt ostensum est in primo d. 3 q 2. & 1. vide ibi expositiones quas feci. ¶Dico etiam secundo principaliter:

Ens inquantum ens nō est obiectū adequatum intellectus nostri.

Fantasmata non causant conceptum entis.

Augu. Suessa responsio.

principaliter: quòd si loquamur de obiecto ad quod potentia habet naturalem inclinationem (quod est ens, inquantum ens: ut patet à Sco. in prolo. q. 1. & in quol. q. 14.) quòd rationes Sco. concludunt oia naturali, intellectum humanum non posse quietari perfectè, nisi in ente perfectissimo: sublata tamen imperfectione huius status, quo ad cognitionem: quia pro statu isto non potest uidere in se obiectum perfectissimum: sed tantum habet aliquam cognitionem abstractiuam alicuius communis illi perfectissimo, & sensibilibus. Et stat ratio prima, quòd habens aliqđ commune pro obiecto adæquato, ad quod habet naturalem inclinationem, nõ potest perfectè quietari, nisi in perfectissimo contẽto, attingendo illud in se: vt patet, hoc idem dico de secunda ratione. Et sic patet quomodo rationes Sco. non sunt friuolæ, vt dicit iste expositor: sed non sunt bene intellectæ &c. Sed quomodo rationes illæ factæ in 4. concludant de angelo, uel de anima separata, existentibus in puris naturalibus: uide quæ ibi exposui.

Rationes Scoti nõ sũt bene intellectæ.

Ratio Bon. cõtra Aui.

DEINDE adducit Doc. rationes aliorum cõtra Auic. Prima est S. Bonauenturæ: qui in 1. d. 1. art. 2. q. 3. arguit sic. Quod est capax Dei. i. quod põt Deũ attingere suis operationibus: quibus in obiectis anima quietatur: non satiatur, nisi in Deo: patet, quia in illo solo perfectè satiata reperitur. Sed anima est capax: quia ad imaginem ipsius: ut patet per Aug. 14. de tri. c. 8. vel 15. & hæc ratio concludit de Deo non in cõceptibus communibus, sed de Deo, sub ratione deitatis: quia ut sic perfectissimè quietat. ¶Respõdet Doc. quòd minor nõ est nota uia naturali scilicet, ꝙ cognoscatur imago, sub illo respectu, quo refertur ad imaginatũ: ut clarè patet a Doc. in quoli. q. 14. ubi vult, ꝙ nec angelus ex puris naturalibus possit se cognoscere, ut imaginem trinitatis. i. sub illo respectu, quo refertur ad trinitatem. Si dicatur ꝙ etiam rationes Doc. non concludunt: quia supponunt ens, inquantum ens esse obiectum intellectus: patet responsio ad obiectiones factas ab Ochã. Dico ultra, ꝙ cõcludũt contra Auicẽ. qui cõcedit ens, inquantũ ens esse obiectum adæquatũ intellectus. ¶Hic occurrit difficultas: quia Doc. uult expræssè, quòd ratio imaginis cõsistat in actibus primis, & secũdis: vt patet ab ipso. 1. d. 3. q. vlt. & in 2. d. 16 quæ omnia sunt absoluta: ut patuit supra, & sic sequitur ꝙ ratio imaginis non includit aliquem respectum. ¶Facilis est responsio: quia imago põt capi dupliciter. Vno modo formaliter: & sic dicit similitudinem imaginis ad imaginatũ: quæ similitudo, siuè conformitas fundatur in illis absolutis. Alio modo fundamentaliter: & sic imago tãtum includit absoluta: licet ergo aliquis ex puris naturalibus posset cognoscere imaginem, secundo modo nõ cognito Deo trino, & vno, non tamen posset cognoscere primo modo, nõ præcognito Deo trino & vno & sic intendit Doc. vt patet in quol. q. 14. art. 3.

Obiectio

Sol.

Difficultas

Responsio. Imago capitur dupliciter.

Tho. prima parte summe art. 1. q. 12

Caietanus prima parte summe q. 12 Arti. 1. dicit, ꝙ errat illi ꝙ contra Auicennã hanc rationẽ ex D. Thoma referunt, vt fac: Scotus nam dicit ipse ꝙ uolens author

ALII ARGVVNT contra rationem eius. ¶Hæc litera plana est cum improbatione. Arguit. n. sic Tho. Anima immediatè creatur à Deo. igitur in Deo immediatè quietatur. Dicit Doc. primo: ꝙ antecedens est tantum creditum, & negaretur ab Aui. qui posuit animã immediatè creari ab vltima intelligentia. Sed an Arist. negaret, qui ponit 16. de animalibus animam immediatè esse à Deo, & de nihilo. Dico, ꝙ negaret adhuc, ipsam creari: quia uoluit ipsam produci præcisè productione totius compositi. De hoc uide Doc. in 2. d. 17. & in 4. d. 43 & quę ibi exposui secũdo dicit cõsequẽtiã nõ ualere: quia ratio finis attingibilis per operationem accidit efficienti, vel efficiens accidit. n. ꝙ efficiẽs, ut efficiens. a. sit finis quietatiuus ipsius. a. quia aliter sequeretur, ꝙ anima sensitiua posset immediatè quietari in Deo, attingendo ipsum per operationem propriam: quod est impossibile, nã ipsa ẽm aliquos est immediatè creata à Deo: & qđ dicit ẽm aliquos, dicit ẽt ẽm propriã opi. vt patet in d. 16. & alibi. ¶Sed occurrit difficultas in litera Doc. in qua dicit: ꝙ accidit, ꝙ coniungantur in eodẽ rõ primi effectiui, & vltimi finis. Nã ipse Doc. 1. d. 2. par. 1. q. 1. ꝓbat ipsũ Deũ esse infinitè entitatis ex hoc, ꝙ simul põt efficere infinitos effectus: quorum quilibet requirit specialẽ perfectionem in cã. ¶Secundò probat ibi, ꝙ ex quo est primum effectiuum, ꝙ contineat eminenter, vel uirtualiter cãlitatem cuiuscũq; causæ secundæ. Hoc idẽ probat in d. 8. q. vlt. ¶Tertiò vbi supra d. 2. probat ipsum esse primum eminentia ex hoc, ꝙ est primũ effectiuũ æquiuocũ. Ex his ergo patet ꝙ ratio primi effectiui necessariò includat rõnem ultimi finis: & sic accidentaliter nõ coniungant. ¶Respondeo, ꝙ Doc. bene concedit, ꝙ rõ primi effectiui includat rationem ultimi finis. Sed quia primũ effectiuum non dicitur ultimatè quietare, inquantũ: quia ut sic tantum efficit: sed dicitur quietare, inquãtum est obiectum perfectissimum, & ratio perfectissima terminandi actum potentiæ, natæ quietari in tali obiecto: & sic Doc. debet intelligi.

aduersarios cõau...creat alii propositionẽ ꝙ ã oportet ꝙ ... re, ꝙ Deus ẽ creator eĩs creaturo rationalis.

Respondeo quòd nec cõsequẽtia ualet, anima immediatè creatur à Deo, sõ immediatè i Deo quietatur... na nõ quietat Deus in quantũ principiũ effectiuũ, sẽ i quãtũ obiectũ perfectissimũ.

DE TERTIO art. Hic Doc. notat triplicem finem fruitionis in cõi. Primus dicitur finis verus, & existens ex natura rei: in quo uerè est ratio omnis boni, & nulla est rõ alicuius mali. Secũdus dicitur finis apparens, in quo uerè non est ratio omnis boni: sed tm̃ apparenter: ut patet de fęlicitate, quam multi philosophi posuerũt. quos Aris. recitat primo ethi. quia quidam posuerunt ultimũ finẽ hominis in uoluptatibus, quidam in honoribus &c. Tertius dr̃ finis præfixus, siuè ꝓstitutus à uoluntate, & est ille, in quo nõ est rõ omnis boni; neq; uerè, neq; apparenter. Exemplũ. Auarus cognoscit pro certo, ꝙ pecuniæ nõ sunt finis eius ultimus: quia cognoscit, ꝙ in pecunijs, nec verè, nec apparenter est rõ omnis boni, & tñ ex amore inordinato constituit ibi suum vltimum finem, & ꝙ talis finis præstitutus possit esse, probat Doc ubi supra, & litera clara est. ¶Videtur aũt ꝙ Doc. hic cõtradicat sibi. Nã hic dicit, ꝙ in cuiuscunq; potestate est agere, in eius potestate est modus agẽdi. Et uult hic, ꝙ sicut voluntas põt absolutè velle, & non uelle, ita põt uelle sic, & nõ velle sic. Et tñ. 1. d. præsenti q. 2. expræssè hoc negat: vbi vult, ꝙ licet sit in potestate voluntatis frui, uel non frui: non tñ est in potestate eius frui sic, vel nõ frui sic. ¶Respõdeo, ꝙ si diligenter intueatur littera Doc. nulla est cõtradictio: quia qñ dicit, ꝙ non est in potestate voluntatis frui sic, vel non frui sic: putà frui una persona, clarè ostẽsa, & nõ frui alia: loquitur ibi de fruitione ordinata: quia certum est, ꝙ voluntas nõ põt ordinatè frui vna persona, non fruendo alia: & hoc stante determinatione diuinę voluntatis, qua determinauit, ꝙ fruens vna persona, fruatur & alia. Tota enim rectitudo fruendi sic, vel non fruendi sic: est à voluntate diuina, quæ est regula omnium actuum humanorum, vt patet à Doc. q. vlt. ꝓlo. & d. 44. primi: & alibi sæpè: loquendo tamen de fruitione in communi. Dico, quòd sicut est in potestate voluntatis frui, vel non frui: ita est in potestate eius frui sic, vel non frui sic: quia certum est, quòd est in potestate eius absoluta frui patre non fruendo filio: & sic patet, quod non est contradictio: & hoc loquendo de fruitione viatoris: quia de fruitione comprehensoris fortè non est in potestate talis uoluntatis frui sic, vel non frui sic: vide ibi.

Finis triplex primus verus.

Secũdus apparens.

Tertius præfixus

Exemplum.

Videtur ꝙ Doct. sibi cõtradicat.

Responsio.

In cuius potestate ẽ agere, ĩ eiusdẽ potestate ẽ modus agẽdi, & similiter in cuius potestate nõ ẽ agere, nec modus agendi. soluitur ꝙ uerũ est si ille modus se tenet ex parte agẽtis sed non se tenet ex parte obiecti ut in proposito. aut ꝙ cãdũ est ꝙ est uera de agẽte creato. non aũt increato.

DE QVARTO arti. Hic Doc. distinguit de fine ultimo fruitionis ordinatæ. Nam talis finis potest capi formaliter: & sic tantum est relatio rationis quia ut sic nihil aliud est, nisi quædam relatio obiecti fruibilis ad potentiam fruentem: uel accipitur fundamentaliter, scilicet pro ipso obiecto fruibili. Exemplum secũdi, deitas, sub ratione deitatis est obiectum

iectum verè fruibile. Exemplum primi. deitas inquantum terminat, vel inquãtum finit actũ fruitionis. Nam terminare, vel finire: siuè esse terminatiuũ, vel finitiuum actus fruitionis est relatio rationis: & sic patet littera Doc. vsque ibi. Respectu ergo fruitionis ordinatæ dicit Doc. ꝙ accipiendo finem pro relatione rationis: talis finis sequitur, siuè concomitatur obiectum fruibile. Et hoc patet: quia talis relatio fit ex comparatione obiecti fruibilis ad potentiã fruentẽ: & talis finis, tam obiecti verè fruibilis, quàm apparenter fruibilis communiter præcedit actum fruitionis: præsertim, vt accipitur in ratione finitiui, vel terminatiui; licet sequatur actum fruitionis, ut accipitur in ratione actu terminãtis: siuè finientis ipsum actum fruitionis: sed accipiendo finem præfixum. Dicit Doc. ꝙ talis finis semper sequitur actum. quia vel dicit modum actus, vel modũ obiecti, & hoc patet exemplo. Nam pecunia, quæ non includit rationem omnis boni, nec verè, nec apparenter, nõ est diligibilis propter se, nec uerè, nec apparenter: ꝙ tamen uoluntas auari diligat ipsam propter se, non referendo illam ad aliud: tunc ex tali dilectione tribuit pecuniæ rationem finis vltimi, & sic talis finis dicit modũ obiecti, qui modus est non referri ad aliud, uel dicit modũ actus: quia talis actus dicit actus amicitiæ ex hoc, ꝙ elicitur à uoluntate propter se: inquantum supplè terminatur ad pecuniam propter se.

Quare pecunia nõ sit diligibilis propter se.

VLTIMO loco Doc. arguit contra conclusionem principalem, quæ talis est: ꝙ fruitio ordinata habet tantum ultimum finem pro obiecto: intelligẽdo de fine uerò, & existente ex natura rei. Primò arguit, supponendo unum probatum d. 2. primi. s. ꝙ tãtum sit unus ultimus finis. arguit ergo per auctoritatem Aug. ꝙ fruendũ est bonis inuisibilibus, quæ sunt plura, ergo fruitio non est tantum respectu ultimi finis. ¶Respondet ibi. Ad primum principale, & dat duas respõsiones. Prima, ꝙ Aug. accipit ibi frui pro amore honesti, & sic fruimur virtutibus, quæ dicuntur bona honesti. Dat aliam responsionem, ꝙ bona inuisibilia non accipiuntur, ut dicunt pluralitatem essentiarum; quia ut sic tantum est unum bonum inuisibile verè, & propter se fruibile: sed accipitur talis pluralitas pro pluralitate perfectionum diuinarum: putà pro bonitate, sapientia, & sic de alijs attributis: quæ adinuicem distinguuntur formaliter, ut patebit. j. d. 8. q. pe. ¶Secundò principaliter arguit ibi. Item capacitas fruentis est finita. Et argumentum clarum est. Respondetur. ¶Ibi. Ad secũdum dico. Et dicit plura in ista litera. Primum, ꝙ aliqua relatio finita necessariò est ad terminum infinitum: hoc patet quia relatio creaturæ, quæ est finita necessariò terminatur ad Deum: ut patet a Doc. in d. 1. secundi. Similiter relatio entis finiti necessariò terminatur ad ens infinitũ, etiam si talis relatio sit omnino proxima fini: ita ꝙ finitum, in quo fundatur talis relatio, immediatè attingat ipsum finem, semper talis relatio est finita: quia quod est ad finem, necessariò est finitum. Secundùm dictum est: ꝙ relatio finis, ad quem finitum immediatè est, fundatur in ente infinito. hoc est verum si infinitas potest reperiri in entibus: de quo patebit distinc. 2. quæst. 1. Si infinitas repugnaret entitati: tunc haberemus dicere, quòd relatio finis ultimi fundaretur in summo ente possibili. Tertium, quòd inter potentiam, & obiectum communiter non est relatio similitudinis: vt patet: quia inter intellectum, & lapidem, vel Deum, vel Angelum, quæ sunt obiecta ipsius, non est propriè similitudo: & hoc magis patebit infra distinc. 3. sed est relatio proportionis, quæ magis requirit dissimilitudinem extremi ad extremum. Et hic nota (vt potest colligi ex quinto Eucli) quòd semper inter extrema proportionis est dissimilitudo: licet inter extrema proportionalitatis sit similitudo. Exemplum. primi. quatuor ad duo est proportio dupla: & extrema huius proportionis sunt dissimilia, quæ sunt quatuor & duo: vt patet. Similiter tria ad duo est proportio sexquialtera: & tamen extrema huius proportionis, quæ sunt tria, & duo sunt dissimilia. Exemplum de proportionalitate, quæ fundatur super duabus proportionibus: ut putà. Sicut se habẽt quatuor ad duo, ita sex ad tria: sed quatuor ad duo est proportio dupla, ergo sex ad tria erit proportio dupla: & sic patet ꝙ extrema proportionalitatis sunt similia: quia vtraque dicunt proportionem duplam. ¶Tertiò arguit ibi. Item aliquid est maius capacitate animæ, vt Deus, qui sufficit sibiipsi, & aliquid est minus capacitate eius, ut corpus, ergo aliquid est medium. s. æquale capacitati eius, illud erit minus Deo. ¶Respondet Doc. & ratio stat in hoc: quòd licet Deus sit maior in ratione entitatiua, cum sit infinitus: non tamẽ est maior in ratione obiecti attingibilis: quia uerè põt ab intellectu animæ intelligi, sub rõne propria: oporteret enim probare ipsum esse maiorem in ratione obiecti intelligibilis: sicut dicimus, quòd est maior potentia sensitiua, non tantum ratione entitatis suæ: sed etiam ratione attingibilitatis: cum nullo mõ possit ab ipsa attingi. Dicit secũdo quòd aliquid esse maius anima potest dupliciter intelligi. Vno mõ in ratione obiecti attingibilis. Alio modo quia maiori mõ attingibile primo modo nihil est maius ipsa anima: cum quodlibet ens, etiam infinitum sit attingibile ab ipsa. secundo modo ipse Deus est, quia maius: patet quia ipse est natus intelligi intellectione intensiuè infinita, & sic tñ põt attingi ab intellectu formaliter infinito: quia intellectio formaliter infinita: non potest esse, nisi à potentia formaliter infinita. Et exemplum in littera clarum est. ¶Quartò arguit ibi. Item quæcunque forma naturalis. Hæc ratio clara est, cum sua responsione: quæ tamen responsio diffusè declaratur à Doc. in quarto d. 49. Et nota, quod dicit ibi de violento: quia propriè loquendo aliquid dicitur esse uiolenter sub aliquo: putà sub. a. quando determinatiuè, & naturaliter inclinatur ad oppositũ: puta ad. b. & responsio Doc. sic debet intelligi: quòd quando. a sic naturaliter inclinatur ad. b. quod nullo modo inclinatur ad. c. si. a. esset sub. c. esset ibi uiolenter: modo in proposito: licet materia prima naturaliter inclinetur, putà ad formam ignis: non tñ erit violenter sub forma aquæ: quia etiam naturaliter inclinatur ad illam. Et quod dicit ibi. ad ultimũ dico. ¶Nota bene hanc responsionem, in qua uult: ꝙ tot sint appetitus naturales in materia, quot sunt formæ receptibiles: quia Doc. in 49. d. quarti vult, quòd appetitus naturalis nihil addat ad naturam appetentẽ: sed est ipsa natura appetens: & sic uideretur sequi, ꝙ tot essent materiæ primæ, quot formæ receptibiles: quod est falsum. Dico, quòd Doct. intelligit, quòd appetitus naturalis nihil addit distinctum essentialiter, vel realiter ad naturam appetentem: sed bene addit aliquam realitatem, vel formalitatem: sicut cœteræ aptitudines: vt patet de risibilitate &cet. & sic conceditur, quòd in vna materia numero tot sunt realitates, vel formalitates distinctæ, quot sunt appetitus ad distinctas formas.

Bonum triplex, honestum q̃ est diligibile propter se. ut sunt virtutes sed nõ ultimate. Aliud est bonum utile q̃ est diligibile propter aliud vt pecunia. Aliud est bonum delectabile, q̃ diligitur propter se, & propter aliud vt amare parẽtes.

Aliqua relatio finita necessariò ẽ ad terminũ infinitum.

Quomodo inter extrema proportionis sit dissimilitudo &c.

Duplex ẽ relatio similitudinis & ẽ illa quæ ẽ inter extrema similia. ex æqualitate proportionis. Alia ẽ relatio proportionis quæ non requirit extrema similia, imo dissimilia & alterius speciei. & inter Deũ, & creaturã non cadit relatio similitudinis quia talia extrema nõ sunt similia. tñ bñ cadit relatio proportionis q̃ est mensuræ ad mobile intelligentis ad intelligibile, & finientis ad finitum.

Nota de appetitu naturali.

¶Quinto, & vltimo arguit ibi. Item firmius assentit &cet. Respondetur ibi. Ad quintum dico, & responsio clara est, quæ stat in hoc: quia tam intellectus, quàm obiectum respectu assensus sunt causæ mere naturales: ideo non est in potestate intellectus magis, vel minus assentire. Hoc debet intelligi inquantum intellectus, & eius assensus præcedunt omnem actum voluntatis: quia voluntas imperio suo posset intendere assensum firmando intellectum in tali

assensu;

assensu,& etiam remittere:ut patet à Doc.in 2. d.42.

Apparēs contradictio.

SED IN HOC Doct. videtur sibi contradicere:quia uult d.3.primi q.7.quòd maior conatus intellectus facit actum perfectiorem,& per consequēs maiorem assensum,& minor conatus minorem:sed maior conatu, & minor sunt ab intellectu : ut patet per ipsum,ergo.

Solutio.

¶Dico quòd nulla est contradictio: quia stante intellectu qualiter disposito, & similiter obiecto non est in potestate sua maiori, uel minori conatu assentire:Et quod dicit Doc. d.3.sic debet intelligi, quòd quando est magis dispositus stante eodem obiecto ex se magis conatur, & quando minus minus:ex hoc intendit ibi probare Doc. quòd intellectus concurrat actiuè ad intellectionem, uel intellectus dicitur assentire maiori,uel minori conatu nō ex parte intellectus, cum æqualiter ex parte sua assentit : sed quia uoluntas potest eum magis, uel minus firmare in cognitione talis obiecti:quāto magis firmatur ibi, tanto magis intelligit : quia tunc imperio uoluntatis magis applicatur obiecto,ut causæ partiali:qua applicatione maiori facta,sequitur maior conatus in intelligendo, ita quòd intellectio quantum ad subiectum,& quantum ad intensionē, est causata ab intellectu,& obiecto:sed perfectius ab ipso,quanto perfectius à voluntate firmatur in cognitione illius obiecti: & hoc patere potest à Doc. in secundo distinc. 42.

Intellectus concurrit actiuè ad intellectionē.

Quæstio Secunda.

Vtrum vltimis finis habeat tantum,vna rationem fruibilitatis.

Scotus primo sent dist. 1. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo Sent.Dist.1.q 6.
Ioannes Bacconitanus primo sent.Dist.1.q.2.

SECVNDO quæritur. Vtrum ultimus finis habeat tantum unam rationem fruibilitatis. ¶ Vt titulus huius quæstionis clarius intelligatur,declaro aliqua. Primum,quòd ratio fruibilitatis dicitur illa, quæ constituit aliquid in esse fruibili: sicut etiam ratio obiectalis est illa, quæ constituit aliquid in esse talis obiecti. Exēplū primi. Deus est ultimum obiectum fruibile : & deitas est ratio formalis, quare dicatur Deus obiectum fruibile: quia dicimus, Deus sub ratione deitatis,vel sub ratione,qua hæc essentia, est ultimum obiectum fruibile. Exemplum secundi. Sonus est obiectum auditus, & quidditas soni est ratio formalis, constituēs sonum in esse talis obiecti. Secundùm declarandum est, quòd tres personæ in diuinis sūt obiecta fruibilia,& similiter attributa: putà sapientia,bonitas, charitas, & huiusmodi. De ydeis videbitur infra d. 35. Et sic patet, quòd sunt plura obiecta fruibilia:ut pater,filius,& spiritussanctus, & similiter attributa.

Deus est ultimum obiectum fruibile.
Deitas ē ratio formalis

¶Quæritur modo: an ista plura obiecta fruibilia habeant tantum unam rationem formalem fruibilitatis communem eis? an plures? ita quòd pater habeat unam sibi propriam,& filius aliam sibi propriam.& sic de alijs,& sic patet titulus quæstionis.

Quis sit uiator.

DE PRIMO dico. Hic Doc. intendit probare duo. Primum, quòd uiator (qui pro nunc dicitur ille,qui est in statu uiæ: in qua potest mereri, uel demereri: & ultrà, qui non est compræhensor) potest ordinatè frui essentia diuina,non fruendo aliqua persona. Et ratio Doc.stat in hoc. Essentia diuina potest distinctè concipi à uiatore, aliqua persona non cognita, ergo uoluntas uiatoris potest ordinatè frui essentia non fruendo aliqua persona.consequentia patet: quia essentia diuina est summum bonum, & perfectissima ratio fruibilitatis,antecedēs probatur: quia essentia diuina est ens absolutum prius quacunque relatione, & sic relatio diuina non potest esse de conceptu: siuè de quiditatè essentię diuinæ: & quòd ipsa sit ens absolutum, & prius relatione probatur per August. & sententia August. stat in hoc : quod omne, quod relatiuè dicitur, est aliquid, excepto relatiuo, idest, quòd omne relatiuum est aliquid: supple aliquod absolutum, excepto relatiuo, idest excepta relatione : & sensus est breuiter, quòd omne relatiuum dicit aliquod absolutum, quod est fundamentum relationis, secundùm quam relatiue dicitur. Exemplum, simile non tantum dicit similitudinem : sed etiam fundamentum similitudinis, putà albedinem, ideo dicit Augusti. si essentia relatiuè dicitur non est esentia : idest si esentia diuina uerè dicatur relatiuè: tunc non erit esentia : patet quia si relatiuè dicitur, dicit relationem, & fundamentū absolutum. Quæro ergo de fundamento si est essentia, ergo esentia diuina non dicitur relatiuè: quia fundamentum relationis non dicitur relatiuè ad aliud: sed solum illud, quod constat ex fundamento, & relatione : & sic patet dictum August. Et quod dicit infra cap. 3. Qua propter si pater non sit aliquid ad se, non erit aliquid, quod ad alterum dicatur. Sensus est, quòd si pater non dicit aliquid ad se idest aliquod fundamentum relationis absolutum: sed tantum dicat paternitatem : tunc pater non relatiuè refertur: patet : quia paternitas non refertur, ergo oportet, quòd illud, quòd relatiuè dicitur ad aliud dicat duo scilicet fundamentum absolutum relationis, & ipsam relationem : & sic intendit probare, quòd esentia diuina sit uerè fundamentum paternitatis & filiationis: & per consequens prior origine:& sic patet ratio doctoris.

Essentia diuina est q̄d absolutum ergo ē prior persona quę est quoddā relatiuum, nam omne fundamentū est prius fundato.

Septimo de trini cap.1. vel 5.

Prima diff.

¶Sed occurrunt duæ difficultates. Prima: quia uidetur, quòd Doc. sibi contradicat in hoc, quod dicit: quòd omne relatiuum (loquendo semper de relatiuo reali) includit aliquod absolutum. Nam secundùm ipsum proportionalitas est relatio uerè fundata in alia relatione scilicet in proportione, ut declaraui in quæst. 1. huius distinc. ergo proportionale erit relatiuum ; & tamen non includit aliqđ absolutum.

¶ Præterea. Ipse uult in isto primo distinc. 19. quæst. 1. & distinc. 31. & quæst. 6. quol. quòd ęqualitas, similitudo, & identitas transferantur ad alia prædicamenta, quàm ad substantiam, in qua propriè reperitur identitas, & quantitatem, in qua propriè reperitur æqualitas, & qualitatem, in qua propriè reperitur similitudo : ut patet à philosopho. 5. metaph. c. ad aliquid, sed certū est, quòd una paternitas est similis alteri paternitati, & æqualis secundùm magnitudinem, & uerè idem alteri, & sic sequitur, quòd paternitas erit immediatè fundamentum similitudinis realis, & æqualitatis, & identitatis, & sic simile uerè relatiuè dicitur, & tamen non dicit aliquid ad se.

Secūda difficultas.

¶ Secunda difficultas est: posito, quòd uiator uerè concipiat essentiam diuinam & etiam personas simul : an ordinatè possit frui essentia diuina non fruendo aliqua persona ?

Respondeo ad primā.

¶Ad primam difficultatem respondeo, quòd Doct. intelligit, quòd nullum ens relatiuum est, quod non dicat de necessitate aliquod fundamentum absolutum:& hoc mediatè, uel immediatè. Nam impossibile est apud ipsum in quarto in materia de Eucharistia, & in quolib. aliquam relationem esse, sine fundamento absoluto. Et concedo, quòd proportionalitas, similitudo, æqualitas, & identitas possunt immediatè fundari in relatione : mediatè tamen fundantur in aliquo absoluto.

Ad secũdã

Quomodo possumus frui essẽtia nõ fruẽdo personis.

¶Ad secundam difficultatem dico 1 quòd non est inconueniens, quòd aliquis, actu fruatur essentia diuina, & hoc ordinatè non fruendo aliqua persona: si tamen habitualiter fruatur ipsa persona: ut patebit. ĩ à Doc. in simili. Nam in aliquo instanti potest frui essentia diuina, & in tempore immediatu illius instantis postea frui persona. ¶ Secundùm dictum principale est ibi Secundo etiam dico, quòd uiator potest frui una persona. In ista litera dicit duo. Primum ꝙ viator potest distinctè concipere unam personam, non concipiendo aliam, & sic ordinate frui una (cũ in ipsa sit perfectissima ratio fruibilitatis, ratione deitatis inclusæ in ipsa) non fruendo alia. Secũdùm est, ut potest elici ex intentione Doc. quod etiam posito quòd uiator simul cognoscat personas diuinas: adhuc ordinatè potest frui una non fruendo alia: qđ dictum potest habere duplicem sensum. Primus est ꝙ uiator actu fruatur patre amando illum propter semetipsum, & quòd non eliciat amorem erga filiũ: sed sit in proxima dispositione, ut ipsum diligat, & semper habitualiter diligat ipsum: & hic sensus est verus, & multotiens hoc contingit. Nam multi deuoti eliciunt actum amoris erga filium: ut in sacramento Eucharistiæ, & actu non eliciunt erga patrem: sunt tamen parati & prompti diligere ipsum. Secundus sensus est, quòd uiator potest actu frui patre nõ fruẽdo filio: ita quòd negatio fruitionis erga filium non tantum accipiatur pro non diligere, sed pro odire: ita quòd aliquis, actu diligat patrem, & actu odiat filium & hic sensus est manifestè falsus: uel etiã quòd actu diligat filium, & quòd non uelit diligere spiritumsanctũ: quia nõ diligere nõ est odire: ut patebit.

Fruitio duplex actualis, & est qñ quis actu fruitur.

Alia habitualis, ut est qñ quis est in proxima dispositione ad diligendum Deũ.

Gul. Ochã. d. 1. primi q. 5.

ET EX HIS apparet, quòd quidam non rectè improbat Doc. ut nititur improbare qui dicit. Primò: quòd est impossibile concipere essentiam, non concipiendo personam. Et quando Sco. dicit, quòd relatio non est de conceptu essentiæ diuinæ, ergo potest concipi essentiam non concipiendo personam. Respondet ipse, quòd licet non sit de intellectu ipsius, est tamen idem realiter ipsi: & quæ sunt idem realiter, unum non potest concipi, alio non concepto. Sed hoc habet probare, & non probat. Nam apud Doc. subiectum, & propria passio sunt idem realiter, & tamen subiectum potest præcognosci qđ sit, non simul cognita passione. Hoc idem de essentia, & relatione, & multa ibi dicit, quæ concludũt ex isto fundamento, ꝙ quando aliqua sunt idẽ realiter: impossibile est unũ concipi, alio non concepto. ¶ Ad aliam rationem Doc. qua probat, ꝙ una persona pôt concipi à uiatore, alia non concepta: quia sunt articuli distincti respectu personarum. ¶Respondet ꝙ non sequitur ex hoc, ꝙ vna psona potest concipi sine alia: sed potest credi cõcipi una persona, sine alia, quia ad distinctionem articulorum sufficit distinctio signorum, siuè conceptuum, siue uocum: & ideo possunt esse tres articuli respectu trium personarum: ex quo personæ distinguuntur realiter: non potest una intelligi, alia non intellecta. Hæc ille. ¶Sed responsio ista nõ euacuat rõnem Doc. quia posito, ꝙ unum correlatiuũ non possit distinctè intelligi, alio nõ intellecto: vt ipse Ocham infert respondendo: tamen ex quo pater, inquantum pater non dicitur relatiuè ad spiritũsanctum, ergo pater potest intelligi, spiritusancto nõ intellecto: ut deducit Doc. Multi alij instãt cõtra positionẽ Doc sed quia eorum instantiæ ex supra declaratis facilè possunt solui: ideo illas transeo.

Responsio Ocham.

Improbatio responsionis Ocham.

Ocham.

Responsio Ocham non satisfacit.

Henricus quolib. 2. q. 7. quare eũ alibi, & alios.

DE SECVNDO arti. Hic Doc. duo principaliter intendit. Primò recitat opi. Hen. tenentis esse impossibile, comprehensorem de potentia Dei absoluta, posse uidere essentiam, non uidendo personam: nec per consequens frui essentia, non fruendo personis, reducit aliquas rationes. Secundò Doc. probat hoc esse possibile de potẽtia Dei absoluta. Sed primo adducit rationes Doc. & post rationes Hen. & solutiones earum Doc. ergo ibi quãtum ad istum art. de potentia absoluta Dei intendit probare, quòd non est contradictio, quòd aliquis uideat essentiam diuinam, non uidendo personam, uel quòd clarè uideat vnam personam, non uidendo aliam. Et hoc probat primò, quòd si non est implicatio respectu patris, ꝙ pro aliquo instanti uideat essentiam: & pro illo non videat filium: hoc idem potest probari de quolibet compræhensore. Probat ergo hoc primo de patre ibi. Pater prius origine, quàm generet filium est perfectè beatus. ¶In ista litera sunt plura dicta: ex quib⁹ sequitur intentum, primum ꝙ in quocunque instanti pater est perfectè beatus, in eodem istanti perfectè uidet essentiam, & fruitur ea: ut patet. Secundùm, ꝙ in aliquo priori originis, quàm generet filium est pfectè beatus. ergo sequitur, quòd in illo priori uideat essentiam, & fruatur ea: & per cõsequens in illo priori non uidet eam, ut communicatam filio, ergo in aliquo priori potest uidere essentiam, & frui ea nõ videndo filium, & hoc est inquantum littera sonat.

Difficultas.

SED CIRCA secundum dictum occurrunt aliquæ difficultates. ¶Prima est: ꝙ si pater prius origine sit beatus, quàm generet filium, uidetur sequi, quòd posterius origine generet filium: & sic erit contradictio in dictis suis: quia ipse in 2. d. 1. q. 1. & in quol. q. 8. uult, ꝙ prius origine dicatur respectu huius quod est à se, & posterius origine dicatur respectu huius, quod est ab alio. Si ergo posterius origine generaret filium, ergo ab alio haberet, ꝙ generaret filiũ, quòd est falsum. ¶ Aliqui periti uiri in isto passu exponunt Doc. & dicunt, ꝙ hic prius origine debet accipi pro priori natura: ita ꝙ pater in aliquó priori natura, quã generet filium. Sed saluo meliori iudicio non credo ꝙ hoc sit ad intentionem Doct. Respondeo. quia sustinendo, ꝙ pater constituatur. in esse per paternitatem: ut sic est tantum prior origine filio: ut expresse patet à Sco. in primo. d. 26. & 28. in 2. d. 1. q. 1. in quolib. q. 4. 8. & alibi sæpe. Cum ergo beatitudo patris præsupponat patrem habere esse, & pater tantum est prius origine filio, sequitur, ꝙ non erit prior natura beatus, quam generet filium. Si verò dicatur, ꝙ pater constituitur in esse per absolutum: & vt sic est prior natura filio, ad quod videtur declinare Doct. in primo d. 26. Dico, ꝙ hoc non est ad propositum Doct. quia hic non habet determinare: an pater constituatur per absolutum? sed supponit communem opin. ꝙ constituatur in esse per paternitatem. Si uerò dicatur, quòd quando dicit Doc. quòd pater prius origine est beatus &c. non accipit ibi patrem inquantũ pater est: sed accipit principale esse patris quod est Deus, & sensus est, quòd Deus in aliquo priori natura est in se Beatus, quàm generet filiũ: & hic sensus, licet sit uerus (quia omne dicens perfectionem in diuinis est pri⁹ natura personis diuinis: ut patet à Doc. in pluribus locis) fortè tamen non esset ad mentionem Doc. & ideo est difficilè hic declarare intentionem Doc. Nam uidetur expresse implicatio dicere: pater prius origine est beatus, quàm generet filium: cum generare prius insit patri, quàm beatitudo: pater quia per generationem actiuam constituitur in esse patris: sustinendo communem opi. de persona, vt expressè patet à Doc. in 1. d. 28. q. 3. siuè ultima, & d. 26. & q. 4. quolib.

Pater est pfectè Beatus. i. omni perfectione quã habet pater. habet à se & nullam à filio.

Aliud dictũ arbitror pater est pfectè beatus idest beatitudo patris præsupponitur gñtioni.

Videtur expressè cõtra dictũ.

¶Dico ergo (saluo semper meliori iudicio) quòd dictum Doct. sic debet intelligi. Pater prius origine est beatus quàm generet filium idest quàm habeat filium genitum: ita, quòd in aliquo priori originis pater est perfectè beatus, & in aliquo posteriori originis filius habet esse genitum. Quod sic expono quia in quo instanti pater habet esse, in eodem instanti

Explicatio huius ꝙ scilicet pater prius origine est beatus quã generet filiũ.

instanti habet omnem perfectionem diuinam: & quia in aliquo priori originis habet esse per generationem actiuam: siue per paternitatem, quod idē est: sequitur, quòd in illo priori est perfectè beatus: & sic in illo priori perfectè uidet essentiam, non uidendo eam, ut in filio: quia in illo priori filius non est: & sic habetur intentũ. Et dico quod ipsum generare patris est verè prius ipso filio: quia producens non tantum est prius producto, accipiendo ipsum pro absoluto producentis, sed etiam producens, in quantum actu producit, est prius producto: ut patet à Doc. in. 2. d. 2. & 25. Sic in proposito pater, vt producit filiũ est prior ipso filio: & quia cõstituitur in esse per productionem actiuam: sequitur quòd talis productio actiua est prior ipso filio.

SED TVNC videtur contradictio in dictis Doc. quia ipse vult, quòd quamuis pater prius origine producat creaturam, & filius posterius origine: non tamen sequitur, quòd in aliquo priori sit posita in esse à patre: in quo non sit posita in esse à filio: sed quia tantum pater hoc habet à semetipso, & filius à patre: & hoc expresse patet à Doc. in 2. d. 1. q. 1. & in quol. q. 8. Si ergo prius origine dicat aliquod prius, in quo posterius non est: sequitur quòd creatura, siuè in esse cognito, siuè uolito, siue in esse realis existentiæ, erit producta à patre in aliquo instanti, in quo non erit producta à filio, & tunc si producitur à filio in posteriori originis, erit bis producta: quod est impossibile. ¶ Similiter uidetur sequi, quòd spiritus sanctus sit uerè productus à patre in aliquo priori, in quo non producatur à filio: quia pater prius origine producit spiritum sanctum, & filius posterius origine: quod patet à Doc. dist. 12. primi.

Solutio. ¶ Respondeo, quòd aliud est loqui de priori origine, quo pater producit filium in esse simpliciter, & quo producit creaturam, uel spiritum sanctum: quia, quando producit filium comparatur ad ipsum: sic, quod est simpliciter prior secũdùm principium formale productiuum, & secundùm productionẽ, qua constituitur in esse, & sic non tantũ dicitur prior origine: quia producit à semetipso: sed etiam posito per impossibile, ꝙ hoc nõ haberet à semetipso: adhuc sic, produceret filium: & inquantũ produceret, esset prior filio producto: sed non est sic qñ comparatur ad creaturam, & spiritũ sanctũ: quia simpliciter eadē rō formalis producēdi creaturā, & spm̄ sctm̄ est in filio: sed tunc tm̄ dr̄ pater prius origine producere: quia à semetipso, & filius posterius origine: quia a patre: & tamen in quocunq; instanti ponitur creatura in esse, & spũs sctũs à patre, in eodē ponitur à filio, & sic patet quõ nulla est contradictio in dictis Doc. Et ex ista solutione facilimè omnia dicta Ocham in d. 1. primi q. 5. & Greg. de Ari. & Alfon. Tol. & multorum aliorũ solui possunt: quæ dicta, cũ breuitatis nõ adduco.

Responsio Hen. ¶ Ibi. Respondetur, ꝙ pater habet essentiam, ut in tribus personis. Hic Henri. respōdet ad rationem Doc. qua probat, quòd pater prius origine uideat essentiã, ꝙ generet filium: & ista responsio stat in hoc, ꝙ pater habet essentiam pro obiecto, non absolute: sed, vt cõmunicatam tribus personis: ita ꝙ pater non intelligit ipsam in se, & absolutè: sed intelligit, ut communicatam tribus: prius tamen origine filio: quia pater à semetipso, & filius à patre: sed nullo modo prius, ut exposuimus de priori. ¶ Ibi. Contra: quælibet persona. Hic intēdit probare, quòd pater intelligit essentiam, non ut communicatam filio: & ratio stat in istis. Primò, quòd si aliquid intelligit aliud formaliter, habet in se formaliter intellectionem, & intellectum: hoc patet, & diffusè patebit à Doc. infra dist. 3. quæst. 7. & in quarto d. 43. Secundò, quòd intelligens aliquid formaliter, habet ipsum intelligibile præsens, vt patet: quia ad intellectionem requiritur præsentia obiecti, uel aliquid supplens præsentiam talis obiecti: ut patet in prologo. q. 1. & alibi: & si est perfectissimũ intelligēs, nõ im̃ hēt pfectissimũ obiectũ nisi se præsens: sed et hēt illud in se formaliter: hoc patet: quia si non: tunc ipsum obiectum perfectissimũ esset aliud ab intellectu, & intellectione: qd est cõtra philosophum 12. metaphysicæ.

¶ Ex his sequitur: quod ex quõ pater perfectissimè intelligit essentiam, & ut intelligens habet in formaliter intellectionem, & intellectum. ergo ex secundo dicto, ut intelligens, habet in se formaliter essentiam: & ut sic intelligens, non intelligit ipsam ut communicatam filio. Expono tamen istam litteram: cum dicit, quælibet persona intelligit formaliter intellectu: hæc propositio potest habere duplicem sensum. primo, quod persona intelligat formaliter intellectu, vel ut principio formali productiuo intellectionis: sicut dicimus ignis calefacit calore formaliter, idest quod calor sit ratio formalis calefaciendi ipsi igni: vel ut in principio receptiuo, sicut formali ratione recipiēdi ipsã intellectionē: sicut dicimus, quod ipsi igni substantia est alba superficie formaliter, idest qd superficies est ipsi substantiæ formalis ratio recipiendi albedinem, & utroque modo semper intelligit formaliter. De primo patet à Doc. in isto primo. d. 3. q. 7. & 8. & d. 17. & in. 2. d. 3. q. 8. contra Tho. De secundo etiam patet in pluribus locis. Propositio ergo Doc. est simpliciter uera utroque modo: patet quia intellectus est formalis ratio producendi intellectionem ipsi personæ: quia intellectus concurrit, vt partialis causa: & persona ipso intellectu producit intellectionem. Est etiam intellectus ipsi personæ ratio formalis, quasi suo modo recipiendi intellectionem qua formaliter persona dicitur intelligens. Si ergo pater intelligit formaliter intellectu, utroque modo exposito, sequitur quod intellectus erit formaliter in patre, & similiter intellectio: nec dicitur formaliter intelligere intellectu, ut est in filio: sicut non dicimus, quod ignis calefacit formaliter calore, existente in ligno: sed calore formaliter existente in ipso: sic in proposito de patre: vnde Aug. 15. de tri. cap. 7. vel. 9. quælibet persona intelligit sibi, idest intelligit formaliter intellectu, & intellectione formaliter existentibus in illa. Sequitur: ibi. igitur ita uidetur, quòd quælibet intelligit perfectè per se intelligendo essentiam, vt est in se formaliter, idest si pater intelligit formaliter intellectu essentiam, vt in patre formaliter existente: sequitur quòd pater per se intelligat essentiam, vt est in se formaliter, idest quòd perfectè intelligit essentiam, ut in se absolutè, & non ut communicatã filio: siuè sequitur, quòd intelligendo essentiam perfectè, habeat illam in se formaliter, & perfectè præsentem, & non ut communicatam filio. Si enim pater est perfectissimè intelligēs essentiam: statim sequitur, quòd si habet in se formaliter intellectum, quòd etiam in se hēat formalr ipsã essētiã, in rōne obiecti actu intelligibilis. Et qd dico d pr̄e, idē dico d alijs personis.

Expositio litteræ.

Calor est ratio formalis calefaciendi.

¶ Ibi. Confirmatur. hic Doc. adducit duo inconueniẽ ta, si pr̄ intelligeret beatifica uisione essentiam, vt in filio primum ꝙ pater aliquid reciperet à filio, vel ab aliquo, ut in filio, & tunc intellectus patris, ut patris vilesceret, recipiendo aliquid ab alio: ut patet per argumẽtũ philosophi 12. meta. t. c. 51. quod probat Deũ non intelligere aliquid aliud à se: & sic pater non haberet omnem perfectionem à se. Ꝺm quia sequitur, ꝙ nõ omnis perfectio simpl̃r sit prior proprietatibus: quia ut sic si tantum esset in patre ab essentia, vt communicata filio, illa visio esset posterior proprietatibus. ¶ Hic tamen occurrit aliqua difficultas: quia non vr̄, ꝙ rō Doc. concludat de patre si intelligeret essentiam, vt in filio, sicut concludit, ꝗ intelligit creaturam.

Dubium.

turam. Quia vt Doc.declarat.q.pe.prologi. Intelle-
ctus diuinus vilesceret, si moueretur ab aliquo extra
ipsum. In proposito non est sic: quia essentia diuina
non est aliud ab intellectu paterno, nec extra ipsum.

Solutio.

¶Dico,quòd ratio Doc. concludit, si rectè intelliga-
tur. Nam essentia diuina partialiter quasi causat in-
tellectionem sui in intellectu patris. vt patet a Doc.
Hic parum. ĩ.& in q.pe.prolo. & ĩ.d.2.6.& 7. & ali-
bi sæpè:cum ergo filius distinguatur realiter à patre:
si essentia, ut in filio, quasi moueret intellectum pa-
tris, vt patris: tunc quasi reciperet intellectionem ab
aliquo, quod est extra intellectum patris, ut patris,
quia ab essentia,ut in filio. ¶Secundùm inconueniēs
est ibi. Immo, quod est maius inconueniens. Nam
si pater reciperet uisionem beatificam ab essentia, vt
in filio, ergo non hēt omnē perfectionem simplici-
ter à semetipso pater: quia suppositum nullo modo
dicit aliquam rationem agendi: sed tantum est condi-
tio agentis: ut patet à Doc. d. 3.q. 6.& d. 7. sed tota
ratio agendi est à principio formali. Et ex hoc dici-
mus, quòd pater generat filium à semetipso: quia
rationem formalē generandi habet à semetipso: &
non dicimus, quòd filius spirat spiritum sanctum à
semetipso:quia rationem formalem spirandi non ha
bet à semetipso. Si ergo pater, quasi reciperet uisio-
nem beatificam ab essentia, ut in filio, tunc non habe
ret illam à semetipso, sicut nec filius dicitur habere
esse à semetipso: quia illud esse habet à memoria fę-
cunda,ut in patre. ¶Immo sequitur aliud inconue
niens. Ibi. Aliud, quòd non omnis perfectio simpli
citer. In isto dicto supponit vnum manifestum apud
omnes theologos: q omnis perfectio simpliciter,
aliquo modo dicitur prior omni ꝓprietate hyposta
tica, & hoc est satis clarum apud Doc.in d. 28. hu-
ius primi.& in quoli.q.prima. Si ergo pater,qua-
si reciperet uisionem essentiæ ab ipsa essentia,ut in fi-
lio, sequitur, quòd talis uisio sit posterior ipso filio:
& sic perfectio simpliciter erit posterior proprieta-
te hypostatica,quod est absurdum.

Essentia diuina partialiter causat intellectionem.

Gul.Och in primo d.1. q.5.

AD ISTAS rationes respondet Ocham. vbi
supra. ¶Ad primam exponit dictum Augu. quod
debet sic intelligi, scilicet quòd persona patris non
intelligat intellectu, vt in alia persona: ita quòd intel
ligat illa persona: quia tunc esset illa persona. ¶Sed
ista expositio non uidetur ad mentem Augu. quia
quando August. dicit, quòd pater intelligit sibi, &
filius similiter, uult dicere, quòd illam intellectio-
nem habet pater in se formaliter, & similiter, ut in-
tellectu intelligit sibi, habet ipsum intellectum in se
formaliter. Hoc idem dico de filio, & spiritu san-
cto. Et si intelligit formaliter intellectu; sequitur,
quòd habet essentiam intellectam in se formaliter,
hoc idem de filio, & de Spiritu Sancto. Et quod di
cit Doc.quòd in perfectè intelligente se: non minus
requiritur,quòd habeat in se obiectum, ut formali-
ter intelligibile, quàm, quòd habeat intellectum in
se,quo intelligat.Dicit Ocham,q hoc non est simile:
quia intellectus requiritur,ut realiter, & formaliter
idem cum intellectione,& realiter cum intelligente,
& non,ut formaliter idem. ¶Et ultra dicit, quod ali-
quod intelligibile non requiritur ut formaliter idē
cum intellectione, & potest realiter distingui ab in-
telligente,ut patet de persona filij,quæ est intelligibi-
lis à patre,quæ tamen non est formaliter idem cum
intellectione patris:nec realiter idem cum patre. Et
ideo non oportet, quòd omni eodem modo intelli-
gens habeat intelligibile,quo habet intellectum.hæc
ille. ¶Respondeo ad Ochā.Primò,q haberet proba-
re,q intellectio, & intellectus sint idem formaliter:
cuius oppositū patebit à Doc.ĩ.di.8. q. pe. sed quic-
quid sit non curo: quia intentio Doc.non est, quòd
omni modo,quo habetur intellectus, habeat, & in-
telligibile:sed q in perfectissimo intelligente se hēat
intelligibile,vt perfectè præsens sibi, & ut idem sibi,
& ut existēs formaliter in illo,quomodo sint idē for
maliter non est præsentis speculationis.¶Et quod di
cit de filio,q est intelligibilis à patre &c.Hoc non est
ad propositum:quia Doc.loquitur de obiecto moti
uo,cuiusmodi non est filius: vt patet à Doc. hic. Sed
essentia diuina non tm̄ quasi mouet intellectū patris
ad cognitionem sui:sed ēt ad cognitionē cuiuscunq;
alterius:ut patet à Doc.in pluribus locis,loquitur ēt
de obiecto beatificatiuo, in quo ultimatè perficitur
per actum ēm,ut ĩ.patebit d.2.parte prima.q.1.in il
lis pręambulis.¶Deinde Ochā rn̄det ad confirmatio
nē,&ad incōueniētia. Sed,ut euidens est intuenti re-
sponsio illius:illa non euacuat rationem Doc.vt pate
re potest ex declaratione rationis.

Ochum non rectè exponit Aug.

Instantia Ocham.

Responsio ad Och.

Idem Och.

DEINDE declarat Doc.modū,quo cōpręhen
sor potest uidere essentiam,& frui ea,nō uidēdo per-
sonas,nec fruendo eis: qui modus ponitur. ibi. Mo-
dus ponendi est iste. Licet ista litera sit satis clara: tn̄
pro imperitis in uia Doc. declaro aliqua. Primò, qn̄
dicit,actus hn̄s primū obiectum, à quo essentialiter
dependet. Hoc sic dēt intelligi: quia ex quo ipse vult
q.1.prol.& d.3.q. 7.hui⁹,& in 2.d.3.q. 10. & 11. & in
quoli.q.15.q actus cognoscēdi,siuè abstractiuè, siuè
intuitiuè cātur ab obiecto,& ab intellectu, ut a dua-
bus causis partialibus. Actū ergo causari partialiter
ab obiecto est essentialiter dependere ab illo. Secun-
do dicit,quòd idem actus,qui est obiecti secundarij,
essentialiter non dependet ab illo, & per consequens
idem actus pōt manere respectu obiecti primarij, à
quo essentialiter depēdet,absq; hoc,q maneat, respe
ctu obiecti secundarij, à quo essentialiter non depē-
det:sed non èconuerso: non enim idem actus potest
manere,respectu obiecti secundarij, si non maneat,
respectu primarij: quia à primario simpliciter depē
det in esse,& in conseruari:ut patebit ĩ.d...q.vl.quo
modo intellectio est in continuo fieri: hoc idem in
2.distinc.2.quæst.4.distinc.3.quæst 8.in quoli.quęst.
13.Hic Doct.uocat obiectum primarium, quod est
causa illius actus, & secundarium, quod cognosci-
tur uirtute obiecti primarij, & non uirtute propria:
& sic essentia diuina apud ipsum: est obiectum
omnino primarium, virtute cuius, omnia obie-
cta secundaria cognoscuntur: vt patet ab ipso hic,
& quæst. penult. prolog. & 39. huius & alibi.
Obiecta autem secundaria sunt omnes creaturæ, &
omnes relationes diuinæ, siuè communes, siuè
hypostaticæ.

Quid sit actum causari partialiter ab obiecto.

Obiecta primaria,& secundaria.

¶Sed hic oritur difficultas.Quia dicit,quòd essen-
tia diuina est obiectum primariū, respectu uisionis
ipsius cōpręhēsoris. Quia si sic: sequitur,q talis visio
partialiter causatur ab essentia,& tūc essentia imme-
diatè poterit aliquid causare ad extra,qđ expresſè est
contra ipsum:ut patet in quol.q.8.& q. 14. ¶Dico,q
talis uisio immediatè causatur à uoluntate diuina: &
in hoc supplet uicem obiecti perfectè. Nā dicit Doc.
in q.1.prolo.q uoluntas diuina, quādo causat cogni
tionem essentiæ diuinæ in aliquo intellectu,non ostē
dendo eam in se,tunc supplet uicem essentiæ diuinę
imperfectè: quando uerò causat,ostendendo eam in
se:tunc supplet perfectè.Requiritur ergo essentia di-
uina in tali uisione, non ut causans ipsam, sed, ut ter-
minans in propria præsentialitate,& existentia. Sed
de hoc diffusius dicetur in 4.d.49.¶Tertio dicit,q ea-
dē uisio primo pōt esse obiecti primarij(putà essētiæ
diuinæ) deinde obiecti secūdarij,putà ꝑsonę diuinæ.

Diff.

Responsio.

CONTRA hoc arguit Ocham, ubi su-
pra. Quia non est transitus de contradictorio in
contradictorium, sine mutatione. Si ergo idem
actus prius non terminabatur ad personam, nunc
autem terminatur ad ipsam: ergo erit aliqua
mutatio

Gul.Och.in 1.d.1.q 5. contra Doc.

mutatio, uel in persona, vel in actu, & talis mutatio erit acquisitiua. Vel ergo acquiritur aliquod absolutum nouum, & hoc est falsum, uel aliqua relatio rationis noua, & hoc non potest esse, nisi per nouum actum: & sic non manet idem actus. *Solutio rationis Ocham.* ¶Respondeo, qđ nulla est mutatio, sed tantum noua terminatio: quia talis uisio, prius non terminabatur ad personam: nunc autem terminatur. Et sic concedo, quod persona diuina prius non habuit esse uisum, & post habet esse uisum, & concedo, quòd in persona est aliqua relatio rationis noua, & tamen secundum illam non dicitur mutari. Sicut, & nunc non dicitur Deus mutari, quando prius non amabatur à me, & nũc amatur, ut patet a Doc. infra in d.30. Et quãdo dicit, ꝙ talis relatio rationis, siuè terminatio passiua est ꝑ nouũ actũ. Negat consequẽtia. & patet ꝑ exẽplũ. Quia posito, qđ tantũ habeã unã uisionẽ, qua possim uidere decẽ obiecta, & nouẽ nõ sint ꝓsentia, & post fiunt pręsentia, illa prius non habebant esse uisum, nunc autẽ habent esse uisum, & tamen non per nouum actũ uidendi. Sic in proposito uoluntas diuina prius non præsentabat ꝑsonas uidenti essentiam: nũc autem illas facit esse pręsentes: & in eodem instanti, quo fiunt præsentes talis uisio terminatur ad eas, & sic nunc habent aliquod esse uisum, quod prius non habebant, & tamen non per nouum actum uidendi: & sic patet quod ratio Ocham non concludit.

Henri. quol. 2. q. 7. DEINDE in isto secundo articulo adducuntur argumenta Hen. contra positionem Doc. & soluũtur a Doc. Et primo arguit Hen. ꝙ est impossibile cõprehensorẽ uidere essentiam, non uidendo personam: & prima rõ est talis, ꝙ si uideret essentiã, non uidẽdo personas, illa uisio esset confusa: quia præcisè alicuius cõmunis tribus personis. *Responsio.* ¶Respondet Doc. quòd cognitio cõmunis diuisibilis in plura, quod cõmune abstrahitur ab illis pluribus, dr̃ cõfusã, qa uniuersalis: sed essentia diuina, q̃uis sit cõmunis tribus ꝑsonis, nõ tamẽ diuiditur, nec hẽt rõnã uniuersalis, cũ, ut sic sit singularissima. Dicit secũdo quod aliud est cõmune cognoscere in se, & aliud contenta cognoscere præcisè in illo. Primo mõ natura cõis potest distinctè cognosci, & diffiniri, & nõ confusè. sicut cognoscens naturam humanam, ut priorẽ omni singularitate. Scdo mõ dicuntur singularia pręcisè cognosci confusè, quãdo cõparanť ad naturã diuisam in illis, & tunc cognoscens naturam, ẽt in se distinctè, tũc cognoscit confusè oĩa singularia, contenta sub illa, cum sit nata diuidi, vel actu sit diuisa in illis: *Nota hanc distinctionem.* sed cognoscens distinctæ naturam diuinam in se, non cognoscendo actu personas diuinas, non dicitur cognoscere illas personas confusè, quia talis natura non est diuisa in illis. Si etiam concederetur, quod uidens essentiam diuinam in se, non uidendo personas, quod cognoscat illas personas confuse: sic intelligendo, quod uideat aliquid, quod natum est prædicari de illis, & natum est esse constitutiuum quidditatiuè illorum fortè non esset inconueniens: licet hoc non sit multum in usu. Et cum dicit parum infra, quod non oportet in essentia, distinctè concepta, personam distinctè concipi: quia persona non est primus terminus uisionis: ex hoc non debet inferri, ꝙ si persona non distinctè concipitur, essentia distinctè concepta ergo persona confusè concipitur, concepta essentia, quia confusè sic concipi requirit naturam, ut diuisam, &c. *Item Henri.* ¶Secundo, principaliter arguit ad idem cognitio intuitiua est tantum existentis, vt existens est, & ut præsens in sua existentia: sed essentia diuina non existit, nisi in personis, ergo non potest uideri sine personis, vel sic formetur ratio, quæ præcisè dicunt vnam existentiam, impossibile est uidere vnum, non uidendo aliud: sed essentia, & persona dicunt præcise unam existentiam: ergo. *Responsio.* ¶Respondet Doc. quod aliud est loqui de existẽtia, & aliud de incõmunicabili subsistentia: quia cognitio intuitiua bene terminatť necessatiò ad existens, vt existens: essentia autem diuina, vt prior personis est verè existens: existẽtia propria immo existẽtia, quę est de ratione formali essentiæ diuinæ: vt infra patebit. d. scđa parte prima. q. 2. & in ql. q. prima. Sed nõ est necesse, qđ cognitio intuitiua terminetur ad incõmunicabile subsistens: & exemplũ patet. *Exemplum.* Cum dicit Doc. ad formam argumenti: ꝙ licet nõ sit uisio, nisi existentis, inquantum existens, & non est existens, nisi in persona: non sequitur igitur est existẽtis, inquantum est in persona idest quod ratio terminandi uisionem sit ipsa persona, in qua essentia existit, vel quod sit ipsa essentia, sub illa ratione præcisè, qua existit in persona: ita quod si per impossibile esset sine persona nõ posset terminare uisionem: & iste intellectus est manifestè falsus: sicut patet de albedine, actu non existente, nisi in pariete, quæ tamẽ non terminat sub illa ratione, qua dicitť existere ĩ pariete: idest quòd existẽtia, vel subsistentia parietis sit ratio terminandi: si enim albedo esset separata a pariete, posset perfectè uideri intuitiuè. *Ista est per se, essentia diuina existit essentia identificata realiter cũ personis dicitur habere subsistentiam.* Debet ergo inferri, quod uisio, uel est alicuius subsistentis, uel alicuius existentis in subsistẽte, idest quòd est alicuius uerè existentis: quod tamen non existit, nisi in aliquo supposito subsistente: sed tale suppositum: in quo existit nullo modo est ratio terminandi hmõi uisionem. *Item Henricus.* ¶Tertio principaliter arguit ad idem: quia non potest aliqd perfectè intuitiue uideri, in quo sunt plura distincta ex natura rei: nisi etiam illa distinctè uideantur: patet de albedine, existente in pariete: quæ nõ potest intuitiuè uideri, nisi omnes partes eius intuitiuè uideanť: sed personæ diuinę sunt in essentia diuina ex natura rei: ergo. *Responsio.* ¶Respondet doc. quod aliud est loqui de partibus, ex natura rei integraliter constituentibus aliquod totum, & aliud de personis tantũ subsistẽtibus in aliqua natura. Primo modo non potest uideri album, nisi uideãtur partes, in quibus est diuisum: sed non sequitur secũdo modo: qa essentia non est diuisa in personis. ¶Et nota, quòd dicit in respõsione, quòd uniuersale diuiditur: qũo hoc contingat, diffusè exposui, exponendo. d. 3. 2. Et quod dicit, quod essentia diuina est de se hæc: diffusius patebit. ĩ. d. 5. q. 2. & 26. & in quolibet. *Subtilis obiectio contra Doc.* ¶Sed in responsione Doc. (in qua concedit, ꝙ cognitio intuitiua est existẽtis, inquantũ existens est: & hoc idẽ uult infra. d. 3. & d. 8. q. pe. & in 2. d. 5. & in 4. d. 10. & 49. q. 12. & in quol.) uidetur maxima difficultas. Quia ex quo essentia diuina dicit totum esse existentiæ personarum: ita quod essentia diuina, & persona est tãtum una existentia: ut patet expressè a doc. in pluribus locis: & per Aug. de tri. ubi uult, quòd pater est ipsa deitate: licet dicať pater paternitate. Tũc arguo sic. Quęcunque dicunt tantum unam existentiã, impossibile est uidere unum, non uidendo aliud: sed persona diuina, & essentia sunt huiusmodi: ergo est impossibile uidere essentiã, nõ uidẽdo personã. *Solutio obiectionis.* ¶Respondeo ꝓ nunc: ꝙ licet essentia, & persona, siue proprietas hypostatica dicant unã existẽtiã tm̃ realiter: formaliter tñ non dicuntur eandẽ existentiã: immo ex quo sunt distinctè formalitates ex natura rei: ẽt dicunt distinctas existentias ex natura rei: & non est inconueniens apud Doc. quòd ĩ Deo sint plures existẽtiæ: ex natura rei formaliter distinctæ. Nã. infra. d. 8. q. pe. exꝓsse cõcedit: quòd in Deo pñt esse plura infinita, ex natura rei formaliter distincta: infinitas aũt nõ potest cõpetere alicui, ex natura rei, nisi formaliter existẽti. Sed ista materia diffusius ꝑtractabiť infra d. 2. part. 2. q. 1. q̃ tamen est. 4. ĩ ordine. in respõsione ad primũ argumẽtũ. Esset tamen ualde inconueniens ponere plures existentias in Deo ex natura rei, realiter distinctas. *Ex prædictis arguit Hen.* ¶Ibi Ex ijs arguitur ad propositum. Deinde arguit Henricus probando, quòd uoluntas compræhensoris non possit frui essentia, non fruendo personis, nec

vna persona, non fruendo alia: quia voluntas non potest magis abstrahere obiectum suum, quàm intellectus ostendere; idest quòd si intellectus non potest videre.a.sine b.quòd etiam uoluntas non poterit velle. a. sine. b. Sed intellectus comprehensoris (accipitur hic comprehensor pro claré vidente essentiam: non autem pro comprǽhensore proprié sumpto: quia vr sic a solo intellectu diuino comprehendi potest) non potest videre essentiam non videndo personas. ergo. Confirmatur: quia si in obiecto nulla est distinctio, nec re, nec ratione, voluntas non potest velle vnum, sine alio: patet: sed persona nec re, nec ratione distinguitur ab essentia: non re, patet: quia tunc essent quatuor res: quia tres personæ, & vna essentia: non ratione, quia distinctio rationis est tantum respectu distinctorum prius. Si.n. intellectus ratione distinguit.a. a.b. prius apprehendit.a. &.b. vt distincta. ¶ Respondet Doc. ad prædictã rationẽ: posito, quòd intellectus non videat essentiam, sine persona, adhuc voluntas potest frui essentia non fruendo persona. Ad probationem dicit, quod intellectus potest videre aliquod obiectum primum, puta aliquod totum, in quo vnitiuè plura per se obiecta continentur: sicut homo est vnum obiectum primum, & totale, in quo plura partialia per se continentur vt omnia superiora, quæ vnitiue continentur in illo primo: quia quodlibet natum est per se terminare actum intellectus, cum quodlibet sit per se intelligibile: licet ergo intellectus primo videat illud totũ obiectum, & omnia obiecta per se vnitiuè contenta in illo: voluntas tamen potest habere actum circa vnum, & non circa aliud, & patet exemplum de episcopatu: in quo ostẽditur sacerdotium: potest enim voluntas habere actũ elicitum circa episcopatum & non circa sacerdotiũ. Si dicatur episcopatus non potest haberi sine sacerdotio, cum per se includatur in illo. Dico, quòd voluntas potest habere actum etiam circa impossibile: vt patet a Doc. in secundo. d.6.q. 2. Dico etiam quod aliud est habere actum simpliciter circa episcopatũ, non habendo tamen actum circa sacerdotium: & aliud est velle episcopatum efficaciter (quod est uelle omnia requisita ad episcopatum): primo modo potest habere actum circa episcopatum scilicet actum complacentiæ, simplicem, & non efficacem, secundo modo non potest: ut patet a Doc. in secundo ubi supra & Doct. intelligit primo modo. Sed in proposito posset velle efficaciter essentiam non uolendo personas (loquendo de potentia Dei absoluta) quia in uolitione essentiæ efficaci, non includeretur necessariò uolitio personarum, cum tota ratio obiecti uolibilis sit essentia: aliter pater ĩ primo signo originis nõ esset perfectè beatus, cum beatitudo sit fruitio efficacissima ultimi finis. Dico tamen, quod quãdo uult episcopatum, totum ostensum non est tantum episcopatus sed est quoddam totum includens episcopatũ, sacerdotium, diaconatum &c. & ideo potest uelle unum, non uolendo aliud. Et sic, ut essentia cum personis ostenditur: ostendit ut quoddam, quasi totum continens essentiam, & personas: ideo uoluntas potest, uel essentia non uolendo personas: non tamen è contra: quia in persona includitur essentia, ut ratio obiecti uolibilis: & ideo est dissimile de episcopatu: quia nec episcopatus est ratio, quare sacerdotium sit obiectum uolibile nec è contra. ¶ Ad confirmationem. Dicit Doct. quòd personæ non distinguuntur re: quod si intelligat, quòd nullo modo distinguantur præter opus intellectus. hoc non dicit secundum intentionem propriam, cum oppositum teneat infra d.2. parte.2.q.1.& d.8 q. pe. & alibi sæpe. sed loquitur secundum opi. aliorum: tenendo tamen, quod sola ratione distinguantur non sequitur, quod intellectus primus habeat illa, sicut obiecta distincta: sed

Duplo velle voluntatis.

Beatitudo est fruitio.

sufficit, quòd in primo obiecto concipiat aliquid, putà, quòd in essentia concipiat proprietatem: sicut etiã dicimus, quod homo, ut in subiecto differt à se, ut in prædicato: & similiter homo, ut in concreto differt tantum ratione a se, ut in abstracto: & sic habere, & habitus distinguntur tantum ratione ut infra patet a Doc. in d.8.q.pe. non enim est necesse, quod illa, quæ ratione distinguntur, quod prius concipiãtur ot obiecta distincta. ¶ Vltimo loco arguit Henri. ratione fruitionis: & utraque ratio stat in hoc: quia si aĩa Christi fruitur persona patris, & non fruitur persona filij, non uidetur perfectè quietata in patre: quia persona filij est obiectum fruibile, nec persona patris continet eminenter personam filij, cum sint eiusdẽ simpliciter perfectionis: & tunc ultra si potest frui persona filij, aut eadem fruitione, qua fruitur patre, aut alia. non eadem, quia eadem fruitio non uidetur esse respectu duorum obiectorum fruibilium, æque perfectorum: non alia quia istæ duæ fruitiones, aut sunt incompossibiles: & tunc fruitio non esset perpetua, quia quando una inest, alia non inest propter incompossibilitatem, aut sunt compossibiles: & tunc duo actus eiusdem speciei sunt in eodem subiecto: quod est contra philosophum. 5. meta. ¶ Dico breuiter, ut dixi in declarando titulum.q. quod tota ratio obiecti, ultimatè fruibilis est essentia diuina, & in quocunque est, est semper ratio talis obiecti: & quia tantum una est in tribus personis: ideo tantum in eis est vnum obiectum fruibile, quod est ratio formalis terminandi actum fruitionis: & sic ita perfectè quietat potentiam fruentem in vna persona, sicut in tribus. quia ipsa sola est tota ratio quietandi. nec personales proprietates aliquid addunt: nõ.n. magis quietat, vt in se, quã ut in persona, & sic negatur, quòd tres personæ sint tria obiecta per se fruibilia sed bene sunt tria supposita, habentia eandem rationem obiecti fruibilis quia eandem essentiam: & ideo terminant actum fruitionis, ut quod: sed nõ, ut quo, siuè, ut ratio formalis terminandi. Et cum quæritur: aut eadem fruitione fruitur persona filij, qua, & persona patris. Dico quòd simpliciter eadem: quia fruitio tantum dependet ab essentia diuina: bene uerum est, quòd talis fruitio potest habere aliam, & aliam terminationem, respectu alterius, & alterius personæ: & sic diuersificari secundum alium, & alium respectum rationis. De quo alias: essentia enim diuina est obiectum primum, a quo essentialiter dependet actus fruitionis: & personæ sunt obiecta secundaria: ut supra patuit.

Habitus & habere solũ ratione distinguũtur.

Item Henricus.

Persona filij est obiectum fruibile.

Responsio.

Tres personæ non sunt tria obiecta sed bene tria supposita.

Fruitio tantum dependet ab essentia diuina.

QVANTVM ad tertium articulum. In ista littera plura notantur a doc. Primum, quòd ostensa essentia diuina, & personis non est in potestate uoluntatis creatæ ordinate frui sic, uel nõ frui sic: putà frui essentia, non fruendo personis: uel una persona, & non alia: & hoc stante ordinatione diuinæ uoluntatis quæ ordinauit, ut comprehensor fruatur essentia, ut in tribus personis: & littera clara est. Secundum est ibi. Sed de potestate absoluta uolũtatis. Et uult Doc. quòd uoluntas de potestate sua absoluta non potest frui persona, non fruendo alia: siuè ordinatè, siuè inordinatè. & assignat rationem. Quia posito, quòd uoluntas comprehensoris obsolutè possit uelle frui, qđ tamen ille actus fruitionis præcisè terminetur ad essentiam in se, & non, ut in tribus: uel quòd præcise terminetur ad essentiam in una persona, & non ad essentiam, ut in alia persona: hoc tantum est in potestate Dei. & exemplum positum est satis ad propositum: & assignat rationem Doc. ibi. Actus autem fruitionis, quantum est ex natura sui primi obiecti, natus est, ut sit trium personarum in essentia: quia ex quo essentia est ratio formalis obiecti fruibilis, & ipsa essentia perfectissimè est in tribus personis: sequitur, quòd quantum est ex natura essentię, quòd actus fruitionis

sit

sit ipsius essentiæ, ut in tribus personis. Et addit, quòd nisi ponatur miraculum ex parte obiecti, actus fruitionis erit ex se trinum personarum. Sed Deus de potestate sua absoluta potest facere, quòd talis actus pręcisè terminetur ad essentiam, & non ad personas: uel ad essentiam, ut in una persona, & non ut in alia: & hæc est intentio Doc. ¶ Ibi. Si dicas quòd ista ratio. Propter hoc Doc. arguit contra hoc quod dixit: quia si actus fruitionis sit de se essentiæ, ut in tribus: videtur quòd non sit in potestate Dei, quòd actus fruitionis sit tantum essentiæ, vt in se, & non ut in tribus: vel quòd sit tantum essentiæ, ut in vna persona, & non in alia. Licet responsum sit parum supra dicit tamen, quòd actus alicuius creaturæ est in potestate Dei, quãtum ad aliquam conditionem: puta, quòd sic referatur, vel non sic referatur: & exemplum est satis ad ꝓpositum: licet aliquibus sit dubiũ: quia posito, quòd aliquis eliciat actum homicidij, posito tali actu, non est in potestate sua, ut utatur illo actu ad Deum: puta referendo ipsum ad Deum, patet quia eliciẽs actum homicidij, fruitur ipso actu: quia omnis peccans, ut sic sẽper fruitur actu peccati: & hoc declarabitur. j. q. ultima huius d. & clarius in secundo. Et tamen est in potestate Dei absoluta referre actum homicidij ad se: immo posset illum actum acceptare, ut dignũ uita æterna, ut posset probari ex dictis Doc. in dis. 17. primi, & ex dictis Francisci May. in eadẽ d. & Ochã in eadem, & in quol. ¶ Ibi dimittatur exemplum illud, & teneatur ratio &c. Non omittit hoc exemplũ: ex hoc quòd non sit ad propositum: sed ex hoc, quòd aliquibus videtur dubium, quòd actus peccati referatur ad Deum ab una potentia puta Dei: & nõ ab alia, putà à creatura. Assignat ergo rationem, quare sit in potestate Dei absoluta, ut actus fruitionis sic terminetur, uel non sic terminetur: quia accidens necessariò consequens actum positum, potest non inesse, manente actu. Nam accidit actui fruitionis, quòd sic terminetur ad essentiam, ut in tribus personis, & tale accidens dicitur inesse actui necessariò, non tamen necessitate absoluta: quia tunc non posset separari: sed de necessitate conditionata: quia impossibile est ex parte creaturæ, quin talis actus sit essentiæ, ut in tribus: & per consequens ex parte creaturæ necesse est, ut sit ipsius essentiæ, ut in tribus: tamen ex parte Dei non est necesse, ut tale accidens, siuè tale conditio, putà, quòd actus terminetur ad essentiam, ut in tribus.

Actus creaturæ quõ sit in potestate Dei.

QVANTVM ad quartum articulum de facto, Hic articulus clarè patet in litera. Et uult Doc. hic, quòd in patria de facto erit tãtum vna fruitio, & una uisio trium personarum: quia erit essentiæ, ut in tribus personis. Et probat per auctoritates August. quę sunt claræ. Ad illã in qua dicit, omnem scientiam nostram, uno simul conspectu fortè videbimus: & accipit scientiam habitualem, non pro habitu acquisito, vel infuso, sed pro obiecto, præsente intellectui: sic enim multotiens accipit scientiam, prout obiectum habet esse in intellectu, ut memoria, uel pars memoriæ: ut. j. patebit. d. 2. parte. 2. q. ultima, & d. 6. & 27. Et quod dicit fortè: debet referri ad obiecta secũdaria, relucentia in verbo: quia fortè non uident illa unico intuitu: immo fortè uident ueritates, contentas in illis uirtualiter discurrendo, ut supra patuit. q. illa. An theologia sit scientia? vt verò comparantur ad essentiam diuinam: illam, & personas unico intuitu uidebimus: & sic etiam illa fruemur in tribus personis. secundo principaliter dicit, quòd loquendo de uiatore, quòd uiator licet de facto possit frui ordinatè una persona non fruendo alia: tamen cum illa de facto stat fruitio habitualis, respectu aliarum personarum: quia ex quo habent eandem essentiam, quę est tota ratio obiecti fruibilis: non potest quis ordinate frui vna persona, non fruendo alia, saltem habitualiter, i. vt sit in prima dispositione ad fruendũ: & non accipitur hic habitualiter sic, quòd habeat habitum: sed sicut habens habitum acquisitum, potest prompte, & faciliter operari, sic fruens acto una persona, debet esse dispositus de proximo, ut cum ostensa sibi fuerit alia persona, quòd semper paratus sit ita frui illa, sicut alia: & licet de facto non fruatur illa ostensa, sufficit, quòd sit paratus frui illa loco, & tempore, & non ponat obicem, puta odiendo illam, uel determinando velle non frui ea: & hoc intendit Doct. in isto articulo.

in primatã tũ erit una fruitio.

Quomodo accipiatur habitualiter.

VLTIMO sunt soluenda argumenta principalia: quibus primo probat ꝙ in Deo sunt plures rationes fruibilitatis: & primum argumentum est in principio quæstionis, & stat in vno fundamẽto, scilicet. Qđ dicit rationem bonitatis proprię, dicit rationẽ propriæ fruibilitatis, sed paternitas in diuinis, & filiatio dicunt propriam rationem bonitatis: ergo. Probatio minoris est manifesta in litera per philosophum & Com. c. 7. primi Ethi. vbi habetur, ꝙ bonum ęqualiter dicitur enti: & dicit ibi Commen. ꝙ sicut ens, & vnum sunt in omni genere, ita & bonum. ¶ Respondet Doc. ibi. Ad argumenta principalia. ¶ Et respõsio stat in hoc. Quia obiectum verè fruibile dicit bonitatem perfectam, in qua non potest esse verè ratio alicuius defectus: sed verè est ibi ratio omnis boni: quãuis ergo paternitas sit bonum, vt bonum cõuertitur cum ente: non tamen est tale bonum, de quo loquimur in proposito: & patet litera. ¶ Secũdo arguit ibi. Præterea sicut vnum conuertitur cum ente. Et ratio stat in hoc: ꝙ ex quo vnum, & bonum conuertuntur; eo modo, quo vnum reperitur in diuinis, & bonum: sed vnum in diuinis est essentiale: quia commune tribus personis: patet, quia dicimus, quòd tres personę sunt vnus Deus, vel vna essentia, vel vna natura: est ẽt personale: patet, quia dicimus, quòd pater est vna persona, & talis vnitas competit tãtum patri, & filius est vna alia persona. Et vltra sequitur, ꝙ sicut in Deo sunt tres vnitates, & per consequens tres bonitates: ergo sunt ibi tres rationes fruibilitatis. ¶ Respondet primo ab Henr. ibi. Ad secundum dicitur. Et litera clara est. Et vult, ꝙ vnum partim dicatur essentiale, & partim notionale: quia secundùm vnam rationem dicitur de essentia: & secundùm aliam de persona. Nam vnum dicit indiuisionem: & eo modo, quo aliquid est vnum, eo modo est indiuisum, sicut enim Fran. est vnum numero: ita ẽ indiuisus numeraliter, & sicut homo est vnum specie: ita est indiuisus secundùm speciem. Sic in proposito essentia diuina est vna substãtia: ideo est indiuisa secundùm substantiam, vel est vna natura: ideo est indiuisa secundùm naturam; & quia essentia est communis tribus: & per consequens essentiale: ergo & vnitas essentiæ est communis tribus, & sic talis vnitas est quid essentiale. Sed pater est vna persona: ideo est in indiuisus secũdùm personalitatem: & quia pater est vnum notionale: sequitur, quòd vnitas patris erit notionalis: & sic patet intentio Hen. quomodo vnum dicatur essentiale, & notionale. ¶ Ibi. Sed contra istius causam quærit argumentum. Supple argumentum factum quærit causam, quare vnum non dicatur sic essentiale, sicut bonum, cum ęque sint conuertibilia. Et Henr. non assignat causam. Dicit enim ipse, quòd bonum est tantũ essentiale: & Doc. quærit cum bonum conuertatur cum uno: quare unum non dicatur essentiale: & similiter quando dicit, ꝙ unum est partim essentiale, & partim notionale: quare non sic bonum, cum sint æquè conuertibilia. ¶ Doctor ergo respondet ad argumentum ibi. Ideo est alia responsio. Et nota istã literam Doc. in qua plura dicit. Primò, quòd ratio suppositalis, siuè personalis, nec est formalis ratio agendi, nec est formalis ratio termini alicuius actionis

Bonum pōt capi dupliciter.

Scotus dat aliam responsionem.

Ratio formalis agendi semper dicit perfectionem.

nis. Hoc declaro sic. quia ratio formalis agendi semper dicit perfectionem, vt notum est: sed ratio suppositi nullam perfectionem dicit: quia in creaturis dicit tātū negationem duplicis dependentiæ, scilicet actualis, & aptitudinalis: vt diffusè patet a Doct. in 3. d.1.q.1.& in quol.q.9.& 19. vel dicit negationem duplicis cōmunicabilitatis, scilicet vt quo, & vt quod. vt patebit infra d.2. parte 2.q.1. in corpore q. & talis negatio non dicit aliquam perfectionem, nec rationem agendi. Ratio vero suppositi in diuinis, uel dicit illam duplicem negationem, de qua supra vt dubitatiuè loquitur Doc. infra d.13.& 28. vel accipitur pro aliquo positiuo, vt assertiue loquitur Doc. in 3.d.1 q. 1.& quomodocunque accipiatur: clarum est, ꝙ nullam perfectionem quidditatiuā dicit. Et declaro per exemplum. Nam hic homo generat hominem: humanitas est ratio formalis generandi eum, & quiditatiua: & suppositum ipsius hominis est conditio ipsius generantis. Similiter humanitas in homine generato est ratio formalis terminādi generationē, siuè terminus formalis generationis: & ratio formalis, qua genitum dicitur suppositum est conditio ipsius geniti. Secūdò dicit, ꝙ ex quo ratio formalis obiecti fruibilis: siuè ratio formalis terminādi fruitionē, qđ idē est: est pfectio qditatiua, vt patet q͂a perfectio fruitionis principaliter accipit̃ à rōne formali obiecti fruibilis: ideo dicit Doc. ꝙ bonitas, q̃ est ratio formalis terminandi actū fruitionis: de necessitate est perfectio quiditatiua. Tertio dicit, quòd vnitas potest esse, & perfectio quiditatiua, & ratio suppositi: quod debet intelligi de unitate fundamentali. sicut dicimus, quòd natura diuina est vna: tunc talis vnitas est vnitas quiditatiua: quia essentia diuina est entitas perfectionalis, & quiditatiua: aliquando accipitur vnitas pro ratione suppositi, eo modo quo dicimus, quòd paternitas est vna. Et sic possumus dicere quòd essentia diuina est bonitas quiditatiua, & similiter vnitas quiditatiua: & vt sic est ratio obiecti fruibilis: paternitas verò nec dicit vnitatem quiditatiuā, nec bonitatem: & sic patet litera Doc. ¶ Tertiò & vltimo arguit Doc. ibi. Præterea. Actus non terminatur ad obiectum. Vt hæc ratio clarius intelligatur formo eam sic. Omnis actus qui terminatur ad obieciū, inquantū obiectū numerat̃, ratio formalis illius obiecti numeratur. Sed actus fruendi terminatur ad tres personas, inquantum tres, siue inquantum tria obiecta ergo. Probatio minoris credimus in Deum, inquantum trinus ergo videbimus Deum inquantū trinus: quia visio succedit fidei secundum totam eius perfectionem, idest ꝙ si credimus nunc in Deum, vt trinum: ꝙ tunc erit visio Dei, vt trini: tunc vltra videbimus Deum, vt trinum: ergo fruemur Deo, vt trino quia fruitio sequitur visionem. ¶ Respondet Docto. ibi. Ad tertiū dico. Dicit primo Doc. quod ly inquātū potest capi tripliciter. Primò, vt denotat illud, qđ immediatè sequitur accipi secundùm suam rationē formalem. Exemplum. Homo inquantum rationalis est albus: sensus est quòd homini sumpto in ratione formali rationalitatis non repugnat albedo: & hoc modo. ly inquantum accipitur specificatiuè: q͂a tantum specificat rationem formalē illius, quod immediatè sequitur. Secundò accipitur ly inquantum: ut non tantum specificat rationem formalem illius, quod immediatè sequitur: sed etiam denotat illud, qđ immediatè sequitur esse causā inhęrētiæ prædicati ad subiectum: siuè illud reduplicatum sumatur ꝑ seipso toto primo. Exemplum. Homo inquantum homo est risibilis, siuè sumatur pro aliquo, quod includitur in intellectu subiecti. Exēplū, homo inquā tum rationalis est risibilis: & hoc modo ly inquantum accipitur reduplicatiuè. Hoc declarato respō detur ad argumentum. Quia si ly inquantum accipiatur reduplicatiuè, & specificatiuè simul (nam quādo accipitur reduplicatiuè semper accipitur specificatiuè.) Dicit Doc. quòd maior est uera: & sensus maioris est: quòd si obiectum numerari est causa, quare hoc prędicatum. s. ꝙ ratio formalis obiecti numeretur: in sit subiectò. propositio est uera: sed minor est falsa. Et sensus est, ꝙ trinitas sit causa inhęrentiæ: prædicati ad subiectum. s. fruitionem, uel uisionem: & formetur sicut clarius intelligatur. Sed tres personæ, inquantum tres terminant actum fruitionis, idest quòd trinitas personarum, inquantum trinitas: est causa, quare hoc prædicatum insit subiecto: hic sensus falsus est: & sic patet responsio ad argumentum.

Vnitas accepit dupliciter.

Paternitas non dicit vnitatem quiditatiuam, nec bonitatem.

Inquantū potest capi dupliciter.

Exemplum.

¶ Deinde arguit Doc. ad oppositum. ibi. Ad oppositum in omni ordine essentiali &c. Hic intendit probare, quòd tantum sit una ratio formalis ultimi finis: & postea respondet ad ista argumenta, quòd sint plures rationes formales. Pro intelligentia istorum argumentorum & solutionem. Nota ꝙ quando Sco. loquitur, quòd tantum est una ratio formalis obiecti fruibilis, intēdit simpliciter de ratione formali, constituente obiectum in esse fruibili: & sic tātum est una scilicet ipsa deitas: & quando hic concedit, quòd sunt plures, intelligit de rationibus tantum terminatiuis non constituentibus aliquid in esse fruibili: & sic pater terminat fruitionem meam, ut quod non tamen paternitas est ratio formalis, dans patri, quòd sit obiectum fruibile: sed est sola deitas. Et hoc declarato patent argumenta cum suis responsionibus. Et sic finis huius quæstionis. ¶ Istas tamen rationes deduco, respōdēdo singilatim ad eas primo arguitur sic in ordine essentiali finitum est tantū unus finis ultimatè, & ille est ratio fruitionis, ergo est tantū una rō fruitionis, siuè obiecti fruibilis. ¶ Dicit Doc. ꝙ est tātum unus finis in se, q scilicet sit ratio obiecti fruibilis: tamen habet in se distinctas rationes, idest proprietates personales quæ non sunt, formaliter rationes vltimi finis, idest quæ nullo modo pertinent ad formalem rationem obiecti fruibilis, cum nullā dicant perfectionem formaliter: & sic possibile est frui eo, sub ratione vltimi finis formaliter, non fruēdo illo sub illis rationibus, idest ꝙ possibile est frui essentia absolutè, non fruendo ea, vt in tribus, siuè, vt habente in se proprietates personales, cum nullo modo pertineant ad rationem obiecti fruibilis. ¶ Secundò sic: sicut est tantum vnum primum efficiens: ita tantum vnus vltimus finis: hoc probatur à Doct. 1.d.2.q.1. Cum ergo sit tantum vnum efficiens primum sub ratione formali, tantum ergo tantum vnus finis vltimus sub vna ratione tantum. Respondet Doc. primo, ꝙ primo efficienti accidit, quòd sit etiā primus finis: vt supra patuit: & ideo non sequitur, ꝙ si in primo efficiente sit tantum vna ratio, ꝙ etiam in vltimo fine sit tantum vna. Secundo dicit, quòd de facto vltimus finis habet tantum vnam rationem (loquendo de ratione obiecti fruibilis) sed in ipsa vna ratione, quæ ponitur deitas possunt esse plures rationes personales, quæ & si non pertinent ad rationem obiecti fruibilis, potest tñ essentia terminare actum fruitionis, vt actu est sub illis: quod tunc contingit, quando fruitio terminatur ad personas: potest etiā essentia absoluté terminare actum fruitionis, absque hoc, quòd personæ terminent: & sic in illa potest potentia fruens quietari, vt in ratione obiecti verè fruibilis, absque hoc, quod quietetur in illa, vt in personis. ¶ Confirmatur: quia sicut una persona non potest efficere sine alia: ut patet in 2. d. 1. q. 1. sicut una non poterit finire, siuè terminare actum fruitionis sine alia. ¶ Respondeo negando similitudinem: quia eadem ratio formalis est necessario in tribus: ideo ex natura rei una non potest efficere sine alia, sed terminare

Vna est rō formalis obiecti fruibilis & est ipsa deitas.

Realiter est tantum vna rō fruibilitatis sed formaliter sunt plures.

minare actum fruitionis, quo quis fruitur non est ex parte ipsius: patet quia fruens Deo elicit actum, referendo illum in Deum: & ideo possum elicere vnum actum, referendo præcisè in vnam personam, & nō in aliam: bene tamen sequitur, quòd una persona, ex natura rei, non est finis, nisi alia persona sit finis: patet quia finis ex natura rei, qui est essentia diuina, est realiter in tribus personis. non tamen sequitur, ergo quælibet persona ex natura rei est finis vltimus, qa quælibet includit deitatem: ergo potentia fruens nō potest elicere actum circa Deum absolutè, vel circa vnam personam, & non circa aliam: non sequitur.

Vna psona ex natura rei nō ē finis, nisi alia persona sit finis. Maiestas Dei est sua deitas.

¶ Vltimò arguitur in Deo est tantum vna maiestas, sed propter vnam maiestatem debetur ei vna tãtum adoratio: & per consequens vna tãtum fruitio. ¶ Respondet, quòd tantum est vna maiestas, quæ ex natura rei est ratio formalis obiecti adorabilis, & illa est deitas propriè, in qua tamen deitate possunt esse plures proprietates, vt dixi supra, & sic de possibili pōt adorari essentia, absque personis, & vna persona absque alia: de facto tamen est vna adoratio habitualis omnium. licèt de facto possit etiam esse tantum vna actu respectum vnius personę, vt dixi supra.

D. Thomas prima secūdæ. q. 2 Art. 2 ait, ꝙ fruitio est actus voluntatis, & potentiæ appetitiuæ rationalis, scilicet voluntatis, sed non determinat an fruitio sit amor, vel delectatio. Caietan. commentans de illum Articulum dicit, quod fruitio formaliter est delectatio cõnotatiue aūt, vel cõsequenter est amor, idest cāns amorem. Contra hanc rationem est ratio Scoti in 1. senten. dist. 1. q. 3. arguit sic, frui propriè loquendo dicit actum, qui terminatur ad obiectū habens uim trāsitionis, & non causa, delectatio est ab obiecto habente vim causæ. declaro cum dicimus frui Deo, nostra fruitio terminatur ad Deum, qui est extra nos, & ideo iste actus transit ad extra nos ad Deum, & à Deo fruitio habet uim trāsitionis.

Quæstio Tertia.

Vtrum fruitio sit Passio recepta in voluntate, puta aliqua delectatio.

Seraphicus Bonauent. primo sent Dist. 1 q. 1. Artic 2.
Scotus primo sent Dist. 1. q. 3.
Diuus Thomas prima secunda. q. 2. Artic 1.
Richardus primo sent. Dist 1. q. 1.
Durandus primo sent. Dist 1 q 1.
Franciscus de Mayronis, primo sent Distin. 1. quæst. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. Dist 1. q 1.

TERTIO quæritur vtrum frui sit aliquis actus elicitus à voluntate: vel passio recepta in ipsa voluntate: puta aliqua delectatio. & titulus quęstionis clarus est.

IBI. QVANTVM ad primum hic Doc. primo prætuittit aliqua. primum ꝙ sicut in intellectu sunt duo actus assentiendi alicui verò complexo. vnus, quo assentitur alicui vero cõplexo propter se, sicut principio. alius verò, quo assentitur alicui verò, non propter se, sed propter aliud verum. sicut conclusioni propter principium, ita in voluntate sunt duo actus assentiendi bono: vnus, quo assentitur alicui bono propter se. alius, quo assentitur bono ꝓpter aliud bonum, ad quod refertur illud bonum. Aduerte ꝙ aliud est cognoscere principiū, & aliud assentire: fortè enim aliquando ista separantur: verum tamen est, ꝙ intellectus cognito principio noto ex terminis, assentit necessariò vt infra patebit. sed non omni propositioni cognitæ, non euidenti ex terminis, neque ex principio necessario assentit, vt verè vel vt falsè: sed de hoc alias erit quæstio. Assensus verò voluntatis non videtur differre ab actu, quo vult obiectum: si enim vult bonum propter se, illud velle dr̄ assentire: similiter dum vult propter aliud, illud velle est simpliciter assentire. non enim volitio distinguitur ab assensu. Sequitur: ista similitudo accipitur à philosopho. 6. Ethi. c. 3. quod in mente est affirmatio, vel negatio. i. in intellectu est cognitio affirmatiua, uel negatiua, siuè assensus, vel dissensus, quo assentit, vel dissentit complexo: & dicitur cognitio affirmatiua tantum denominatione extrinseca, eo: ꝙ terminatur ad complexum: in se enim formaliter omnis cognitio est incomplexa, & simplex, & similiter omnis assensus. Sequitur hoc in appetitu est prosequi, & fuga. i. volitio, qua vult, & nolitio, qua odit. Et sicut in mēte est affirmatio propter se, & pp aliud, idest assensus, quo assentit verò, pp se, vt principio, & assensus quo assentit verò: puta conclusioni propter aliud: siuè cognitio propter se, & propter aliud: quæ dicitur propter se, vel propter aliud, ex hoc, ꝙ terminatur, ad cõplexū, qđ est cognitum propter se. i. cuius cognitio, siuè cuius euidētia, non est propter aliud cõplexū, sed tantū dependet à terminis: vel ex hoc, ꝙ terminatur ad cõplexū, propter aliud complexū cognitum, vel euidens. Sequitur: ita in appetitu est dupliciter prosecutio, vel adhæsio propter se, & ꝓpter aliud, idest volitio propter se, uel propter aliud: & talis uolitio dicitur propter se, uel propter aliud tantū denominatione extrinseca, ex hoc, ꝙ elicitur à uolūtate circa obiectū, quod uult pp se, uel ꝓpter aliud.

¶ Ibi. Est tamen hic duplex differētia scilicet inter assensum intellectus, & assensum uoluntatis. prima, qa illi duo assensus intellectus scilicet propter se, & pp aliud distinguūtur ex natura obiectorum, sunt enim alteri propter aliam, & aliam euidentiam illius, & illius ueri: & ideo habent distincta obiecta, ipsos causantia: ita quòd euidētia, siuè ueritas propter se causat assensum propter se, & euidentia, siuè ueritas pp aliud, ut ueritas cõclusionis, q̃ est propter principiū, causat alium assensum propter aliud: uel notitia principij causat assensum propter se, & notitia conclusionis, quæ depēdet à notitia principij causat assensum propter aliud, modo euidentia conclusionis est alterius rationis ab euidentia principij: similiter notitia conclusionis demonstratæ est alterius rationis à notitia principij, ut supra patuit. Sed assensus uolūtatis propter se, & propter aliud non habent distinctionē ab obiectis: quia licèt unum obiectum sit ex natura rei uolibile propter aliud: ut omne ens creatum, & aliud obiectum sit ex natura rei tãtum uolibile propter se, & repugnet sibi ex natura rei, quòd sit ꝓpter aliud uolibile sicut primum ens, ut probat Doc. in 4. d. 49. tñ uolūtas p̄t uelle illud pp aliud, & creaturā pp se: & hoc ex libertate uolūtatis: & sic isti actus habent (denominatione extrinseca) à uoluntate distinctionem, sic, vel sic acceptante obiectum: sicut. n. pōt liberè uelle, ita pōt sic, uel sic uelle, s. referēdo, uel nō referēdo ad aliud. & loquor de mō uolēdi, pertinēte ad uolūtatē, sicut est uelle pp se, uel pp aliud, intensè, uel remissæ, & hmōi: nō aūt de modo uolendi, qui simpliciter se tenet ex parte obiecti: qa non pōt ex se frui una persona, clarè uisa, nō fruendo alia ut supra patuit. ¶ Scda dr̄ia est: qa inter assensum pp se, & pp aliud, respectu intellectus, nullū cadit mediū. i. nullus assensus medius: quia nō est euidētia media, q̃ non sit nec pp se, nec pp aliud: omnis. n. ꝓpositio necessaria est simpliciter euidens, vel pp se, uel pp aliud: patet discurrēdo in oībus. oīs ēt propositio cōtingēs est pręcisè euidēs, ex uisione terminorū, & unionis eorum. ut supra patuit in. q. 3. prologi. & licet inter cōtingentes detur ordo (ut supra patuit) tamen propriè loquēdo nulla est euidēs pp aliud, & sic itellect⁹ necessariò assentit illi ex sola uisione, & unione terminorū. sed ī uolūtate pręter illos assensus p̄t eē assensus, nec pp se, nec pp aliud: & hoc ꝓbat Doc. Ibi uolūtas aūt circa tale onsum se pōt hēre. Hic Doc. intēdit ꝓbare, ꝙ uoluntas p̄t assentire alicui bono: putà diligendo illud absolutè: ita ut non diligat, nec pp se, nec pp aliud, & tñ talis dilectio nō erit inordinata: p̄sertim si tale bonum ostendatur à ratione, ut in se bonum absolutè: ita quòd primò ratio dictet tale bonum esse diligendum, non dictando, an propter se, an propter aliud, sed postea rō ex imperio uolūtatis p̄t ulterius inquirere, an tale bonum sit pp se, uel propter aliud diligendum? & cum ista opi. concordat Aureo. lib. 1. d. 1. q. 3. & similiter Och. lib. 1. d. 1. & multi alij.

¶ Ad

1 ¶Ad rationem Doc, respondet Greg. de Arimi. in primo, d. 1. q. 1. art. 1. concedendo, q aliquid potest absolutè ostendi voluntati, ut bonum: & q voluntas potest illud diligere: sed dicit, quòd illud necessariò diligitur, vel propter se, vel propter aliud, licèt non dictetur a ratione ipsum esse diligendum, aut ꝓpter se, aut propter aliud: sicut etiam aliquid potest absolutè appræhendi absque hoc, q dictetur ipsum esse diligendum, vel obediendum: & tamen voluntas nō potest habere actum circa illud, nisi diligendo, vel odiendo. Sed salua super reuerentia tanti viri. Exemplum non videtur ad propositum: quia omnis operatio voluntatis, vel est uelle, vel est nolle: vt patet: est ergo impossibile, voluntatem habere aliquem actū circa obiectum, nisi volendo illud, vel diligendo, qđ idem est: uel nolendo illud, siuè odiendo, quod idem est, sed non est sic de propter se, vel de propter aliud. Nam si ratio ostendit aliquod bonum esse diligendū & tamen non dictet, illud esse diligendum, aut propter se, aut propter aliud: non video, quando voluntas absolutè possit velle illud: quoniam velle propter se, vel propter aliud, necessario præsupponit ipsum velle: sed non ècontra: ideo exemplum suum non est ad propositū. Negaretur etiam, q ratio posset ostendere aliquod bonum voluntati, & non dictet illud esse diligendum, vel odiendum. Quia quæro, aut ratio cognoscit illud bonum esse diligendum vel non diligendum, aut non cognoscit. Si primo modo talis cognitio ex quo est verè practica, necessario dictat, tale bonum esse diligendū, vel obediendū (vt patuit supra in q. vlti. prolo.) Si secundo modo, nō video tūc q voluntas possit illud diligere, vel odire, nisi sibi ostendatur sub ratione diligibilitatis, vel odibilitatis.

DE SECVNDO articulo principali, quia habemus actum bonum propter se, secūdo delectationem, consequentem actū perfectum, & tertio actū ꝑp aliud, 4. actum neutrū, primus est perfectus, secundus nō est actus elicitus: sec q̄dā passio ut infra patet, tertius est actus perfectus: quia propter aliud, quartus est actus neuter, primus ſm Doc. dicitur fruitio, secundus usus &c. Ideo quærit Doc. cui istorum conueniat fruitio. Et arguit pro una parte, probando, q volitio propter se sit fruitio: & pro alia parte probādo, q fruitio sit formaliter delectatio, cōsequēs actū perfectum: & tādem tenet q actus perfectus sit formaliter fruitio: & clarius hō patet in 4. d. 49. Et dicit, q aliquę auctoritates probant de actu perfecto, & aliquę đ delectatione, & aliquę de utroq; simul: sed hnc tertium erit tm̄ unum per accidens: quia non significat immediate unū per se conceptum, sed plures: sicut ylion significat bellum Troianum, ut patet. 7. meta. t. c. 13. De primo uidetur auctoritas Aug. 83. q. q. 30. omnis itaq; humana peruersio est frui utendis, & vti fruendis: mō peruersio, siuè peccatum est formaliter in actu uoluntatis: patet: quia est carentia rectitudinis q̄ dēret in esse actui, ut patet à Doc. i 2. d. 34. 37. peccatum. n. formaliter ſm cōiter theologos ē deformitas, fundata in actu uolūtatis primo, licet possit ēt esse deformitas in actibus alterius potentię à voluntate, sed tm̄ materialiter & nō primo, nec formaliter: vt patet à Doc. in 2. d. 42. non est ergo in delectatione primò. Tum quia delectatio non est mala, nisi quia actus, ad quem concomitatur est malus. Tum quia delectatio non est in potestate voluntatis immediatè: sed præcisè dr̄ in potestate voluntatis: quia cōcomitatur actum, qui est in potestate voluntatis: ergo peccatum primò est in voluntate, ergo fruitio mala, erit actus voluntatis malus, & per consequens fruitio bona, erit formaliter actus volūtatis. Tū quia vbi vnum oppositum, ibi & aliud oppositum natum est in esse. Tum quia delectatio non est bona, nisi quia actus, quē sequitur est bonus. Tū quia delectatio non est in potestate voluntatis; nisi quia actus, quem sequitur est in p̄tāte voluntatis. modo nullus est actus bonus formaliter, nisi elicitus à uolūtate, cōformiter rationi rectę: vt supra patuit in q de praxi, & ī. patebit. d. 17. ¶Secūdo ꝓbatur per Aug. primo de Doct. Christiana. c. 1. Frui est amore inhęrere alicui rei, ꝑp seipsam, ergo amor, quo voluntas amant aliquid ꝑp se, est formaliter fruitio. Præterea Inhęsio vr̄ esse per potentiā motiuā inhęrentis. i. q qn̄ volūtas ꝓprie inhæret obiecto, est per actu suū, quē ꝓducit tēdere in illud, & si liberè inhæret obiecto ꝑp se, est liberè ꝓducere actū, quo vult obiectū ꝑp se, siuè inhæret obiecto, siuè, quo fertur in obiectu ꝑp se. Sicut etiā dicimus, q lapis actu suo inhæret cētro, quia ꝓducit suo mō, vbi passiuū in se, quo inhæret, & quietatur in cētro, & sic sequitur, q fruitio sit act⁹, quo uolūtas inhęret obiecto, & nō delectatio: patet: quia delectatio nō vr̄ effectiuè esse à potētia inhęrēte (q̄ ꝓpriè dr̄ inherere per aliquid, ꝓductū ab ipsa, q̄ formaliter inhęret) sed effectiuè ab obiecto delectabili, vt patuit in 3. d. 15. ergo potētia fruēs, nō dr̄ per illā inhærere formaliter obiecto propter se: cū talis inhæsio noiet ptētiā motiuā, siuè ꝓductiuā act⁹, quo inhæret. Seqt sed ista rō nō cōcludit: aduerte, q nō dicit Docto. ex intentione quod non concludat, sed non concludit tenentē delectationem esse de essentia beatitudinis: quia ipsi haberent dicere, q licet delectatio sit effectiuè ab obiectu delectabili: tn̄ mediāte ipsa, volūtas inhęret obiecto, & delectat̄ i tali obiecto, vt in fine vltimo. sed tūc vr̄ sequi, q fruitio nullo mō sit in p̄tāte fruētis, sed q potētia fruens tm̄ passiuè se hēat: quod nō vr̄. vt patebit in 4. d. 49. & sic rō Doc. vr̄ magis cōcludere ꝓpositum. s. q fruitio sit formaliter actus. ¶Ibi q aūt frui sit tm̄ delectatio. Hic Doc. adducit aliquas auctoritates, q̄ vidētur dicere, fruitionē esse delectationē. prima ē Augu. primo de tri. c. 8. hoc est n. plenū gaudiū nr̄um, quo amplius nō est frui trinitate i. q fruitio trinitatis est summū gaudiū nr̄m: ergo. sed fortè dēt exponi, q nō sit hic p̄dicatio formalis, sed tm̄ cālis. i. q fruitio trinitatis est cā gaudij nr̄i, nō q ipsa sit formaliter, & quiditatiuè gaudiū: pōt ēt exponi per prędicationē concomitantię. i. q fruitio est id, ad quod concomitatur gaudium, siue delectatio. secunda auctoritas est Aug. 83. q. q. 30. Frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatē. Dicit Doc. q si sit locutio per identitatē, vel quasi diffinitio. i. q voluptas sit simpliciter idē, q fruitio, vel q sit diffinitio ei⁹, vel pars diffinitionis, erit fruitio essentialiter delectatio: sed magis vr̄ hęc p̄dicatio cālis, siuè cōcomitātię, quā formalis: & exponatur vt supra. ¶Ibi. Quia autem frui accipiatur pro vtroque: patet ex 10. de tri. c. 10. vel 23. Fruimur cognitis, in quibus voluntas ipsis ꝓpter seipsa delectata conquiescit i. q conquiescit ipsis cognitis, propter seipsa cognita: modo ad actum pertinet, cū dr̄ fruimur. & similiter delectatio: cū dr̄ in qbus &c. Si ergo delectatio tm̄ accideret fruitioni, nō poneret̄ in eius diffinitione: sed p̄t faciliter exponi, q nō ponit̄ i eius diffinitione, vt essentia, sed tm̄ vt passio cōcomitās actū fruitionis, qa ad actū fruitionis cōcomitat̄ delectatio in ipsis cognitis, qb⁹ fruimur. Et breuiter oēs tales auctoritates faciliter exponi p̄nt, & hn̄t ēt exponi à Doc. cū ipse uelit in 4. d. 49. delectationem nullo mō pertinere ad essentiā beatitudinis. Ibi. Quòd autem sit magis ꝓpriū significatū. Hic Doc. vr̄ tenere: q fruitio sit actus, & non delectatio, & probat: quia frui construitur cum ablatiuo, significante obiectum ex vi transitionis. Nam cum dicimus fruor Deo, illud ablatiuū scilicet Deo significat obiectum fruitionis, ex vi transitionis, idest, q fruitio transit, siuè terminatur propriè ad obiectum quo fruimur: & sic frui dicit tendentiam, siue transitionem in obiectum fruibile: & talis constructio, appropriatur

Caietanus respondet Scoto. uerū est q frui, vel fruitio est actus qui transit in obiectum habens vim transitionis sed non transitionis simpliciter, sed possessiue. quia frui est uerbum deponens possessionem quod cōstruitur cum genitiuo, vel ablatiuo, ratione etsi diceret tantū ablatiuo; ut esset possessiuum. & actus ipse est delectatio, & nō amor quia facit possidere, ut ego fruor Cantu idest delectatione qua possideo. & sic frui est delectatio. & illud prouerbiorum cap. 1 quousque diligitis ... fruamur ... amplexibus, frui non est amare, sed delectari, ergo fruitio ē delectatio, sed non amor sed hec responsio est debilis quia Scotista loquuntur de frui propriè & quòd dicit Caietanus de possessione fruor Deo. idest possideo Deum, sed prius amo, quam fruor, immo ex amore sequitur delectatio. & ideo Caietanus non bene Scoto respondet.

appropriatur verbis,significantibus actum (ut patet) non autem construitur con obiecto in ablatiuo,ex vi causæ. Cum enim dico fruor Deo, non significatur ex vi talis constructionis,quod Deus sit causa fruitionis,sed tantum significatur, quod sit obiectum, terminans actum.Sed cum dico.delector Deo,ex vi huius constructionis,habetur, quod deus sit causa delectationis:qualis constructio debetur passionibus, significatis per verba purè passiua. Nam cum dico delector deo:hoc verbum delector est verbū pure passiuum,significans hanc passionem scilicet delectationē & sensus est delector Deo idest Deus delectat me:quę delectatio non est actus, sed passio, consequens actū. Et sic patet quomodo doct. videtur expræsse tenere fruitionem esse actum.

VLTIMO Doc.arguit,quod frui sit delectatio, & non actus elicitus a uolun.ate .primū est in principio. q. & clarum est in littera. ¶Respondet Doc. ibi. Ad primum arg.dico. Et dicit Doc. quod bene fructus est ultimum,quod expectatur de arbore, non ut vt possideatur corporaliter,sed vt attingatur per actū potētię gustatiuę,ad quam gustationem sequitur delectatio. Sequitur. Si igitur fructus dicatur,quo fruendum,est delectatio,non est fructus:quoniam ipsa delectatio non est obiectum fruibile:imo sequitur ip sum obiectum fruibile:quia sequitur actum, quo attingitur obiectum fruibile: immo fructus est illud ultimum expectandum scilicet est ipsum obiectum fruibile quod ultimo expectatur, ut habeatur per actum gustationis. Sequitur. Sed nec delectatio est frui. Dicit Doc. quod non solum delectatio non est obiectum fruibile,sed nec etiam est frui, siue fruitio formaliter. Sequitur. Sed primum, quo attingo expectatum,ut expectatum est frui, idest quod illa operatio,qua attingo expectatum scilicet obiectum fruibile dicitur frui. Delectatio enim non potest dici frui: quia non est id, quo attingitur fructus scilicet obiectum fruibile:immo sequitur operationem, qua attingitur obiectum fruibile,nam potentia prius amat obiectum fruibile ,& postea sequitur delectatio. Illud ergo, quo potentia attingit obiectum fruibile est formaliter frui:& illud est actus voluntatis perfectus. ¶Secundò principaliter arguitur,quod fruitio sit formaliter delectatio. Et ratio stat in auctoritate Pau.ad Gal.5. fructus autem spiritus est gaudium &c.si ergo gaudium dicitur fructus ipsius spiritus, & gaudium est tantum passio ergo gaudium est fruitio formaliter,probatur consequentia: quia fructu fruimur per se sed gaudiū est fructus. ergo gaudiū est frui.¶Respōdet doc.quod auctoritas est in oppositum:& expono litteram. Cum enim dicat auctoritas, non actus esse fructus .i. ꝙ fructus nō est actus sed passio: quia gaudium,quod dicitur fructus spiritus,non est actus, sed passio,consequens actum:sequitur,quod frui non est delectari:quia fructus est obiectum fruitionis: patet quia fructu per se fruimur, ut obiecto : passio autem non est obiectum fruitionis : tunc enim ita posset esse primum obiectum sui:sic potest esse primum obiectum alterius:patet:quia si fructus est obiectum fruitionis & gaudium est fructus:& per consequens obiectum fruitionis:& ipsum gaudium ponitur fruitio ergo idem erit obiectum fruitionis, & ipsa fruitio. quod non est intelligibile:quia fruitio terminatur ad obiectum fruibile:& si idem esset obiectum fruibile & fruitio idem realiter terminaretur ad seipsum, & secundum idem. Sequitur ideo frui si est passionis, ut obiecti idest ut terminatur ad passionem, ut obiectum fruibile,ipsum frui non erit passio,sed frui erit actus aliquis,potens habere istas passiones pro obiectis proximis, suo primo obiecto:patet. nā primum obiectum fruibile,immediatè terminans actum fruitionis,ordinate est Deus, ut finis ultimus, ad quam

Delectatio non est fruitio formaliter.

Expositio authoritatis pauli.

Quomodo frui sit effectus formalis.

fruitionē cum cōmittat delectatio de ipso Deo: & sic delectatio illa est obiectum fruibile proximum Deo, ut obiecto summo delectabili. De hoc in.4.d.49. Sequitur ibi. Et cum dicitur, quod per se fructu fruimur:non dēt intelligi in ratione formalis principij, sicut dicimus calor calore calefacere,uel agens actione agit.nō .n. frui est effectus formalis fructus,sed est effectus formalis fruitionis:& sic dicimus fruimur fruitione, sed debet intelligi fructu in ratione obiecti, & sic per se fruimur fructu idest obiecto per se fruibili:sicut si diceretur amabili per se amamus scilicet ut obiecto,per se terminatiuo amoris: sed in ratione causæ formalis dicimus amore amamus. Et sic patet ista.q.

Quæstio Quarta.

Vtrum fine Apprehenso per intellectum necesse sit voluntatem frui eo?

D. Thomas prima 2 q.10. Artic.1 & 2.
Scotus primo sent. Dist 1 q.4.
Franciscus de Mayronis primo sent. Dist.1.q.7.



QVARTO quæritur. Vtrum ultimo fine apprehenso per intellectum, necesse sit uoluntatem frui eo. In ista. q. sic procedam. Primo recitabo opi. & rationes aliorum,illasquè soluam. Secundo improbabo illas opi. Tertio,& ultimo erit respōsio ad argumenta principalia.

QVANTVM ad istos quatuor art.est opi.Hen. & Tho. quod uoluntas de necessitate fruitur fine ultimo in uniuersali,obscurè appræhenso,puta appræhēsa beatitudine sic in uniuersali,non determinando,in quo distinctè consistat:dicunt isti quod uoluntas de necessitate uult eam. Et hanc conclusionem probant primo. ¶Ibi. sicut se habet principium &c Ad hanc rationem respondet doc.ibi. Ad argumenta pro opi. Et dicit quod comparatio operabilia ad finem, & de monstrabilia, putà conclusiones ad principia possunt habere talem ordinem: quia sicut in speculabilibus omnes cōclusiones demonstrabiles sumuntur à principijs speculabilibus,ita in operabilibus omnes conclusiones practicæ sumunt a fine ut clarè exposui. q. vl.prolo.Et similiter sicut in speculabilibus principia sunt nota propter se,& conclusiones propter principia,sic in operabilibus,finis est propter se notus,& similiter omnia principia practica,& conclusiones practicæ sunt notæ propter finem:ut diffusè declaraui in q.vl.prol. secundo dicit,quod etiam,ut ista comparatur ad potentias possunt habere similem ordinem, quātum ad hoc:quod sicut intellectus assentit principijs propter se, & conclusionibus propter principia: ita : & uoluntas uult finem propter se, & ordinata ad finem propter finem : sed non est simile quantum ad necessitatem, & libertatem : quia cum intellectus sit potētia merè naturalis,& tantum agens modo naturæ,necessariò assentit cuicunque assentit:uoluntas verò cū sit potētia merè libera,libere assentit cuicunque assentit.¶Secundo arguunt ibi. Secundo hoc idem probatur. Et rō clara est in litera. ¶Respōdet doc.ibi. Ad secundum cum dicitur de participatione. Et dat duas responsiones, quarum prima est nota & secunda est. Ibi. Minor etiam est falsa,& distinguit, uel uirtute efficientis, uel uirtute primi obiecti. Primo modo maior est falsa,& sensus est, uoluntas necessario uult.a.cuius participatione,ut efficientis uult.b. patet hoc esse falsum:quia si uolo Franc. uirtute Ioan.ut efficientis ipsum:non sequitur,quod uelim Ioannē.& exemplū etiam doc.clarum est in littera. Et dicit etiam doc. ꝙ minor

Henri quol. 3 q. 8 & quol.4 q.2. Tho prima 2 q.10 art.1. & 2.

minor ſumpta cum maiori non eſt ad propoſitum: patet quia in maiori accipitur participatio, ut efficiẽtis,& in minori non poteſt accipi hoc modo: quando dicit, ſed participatione ultimi finis uult quicquid uult. Nam ſi accipitur hic participatione, ut efficientis, falſa eſt. Si uerò ſumatur participatione eo modo, quo dicimus ens participatum ad intentionem Aug. & ſecundùm quòd Doc. declarat diſt. 8. quòd participare idem eſt, quòd partem capere: de quo uide ibi. argumentum eſt in quatuor terminis: quia in maiori accipitur participatio, ut efficientis, in minori uerò alio modo. ¶Ibi. Si intelligatur ſecundo modo ut primi obiecti. Maior eſt uera, & minor falſa, & ſenſus maioris talis eſt. Voluntas neceſſario uult.a. cuius participatione, ut primi obiecti uult. b. Et intelligitur hic primum obiectum: quando poſitio non poteſt habere actum circa ſecũdarium obiectum, niſi neceſſariò habeat actum, circa primarium obiectum, ut ſupra expoſui quæſt 2. præſentis.d. & ſenſus minoris falſæ eſt talis. Sed participatione ultimi finis, ut primi obiecti uult omnia alia:& hic ſenſus eſt falſus: quia tunc omnis actus uoluntatis, quo uult, omne aliud à Deo eſſet actualis vſus: quia tunc uellet illud actu propter Deum: cuius oppoſitum experimur. ¶Tertiò arguunt ibi. tertio probatur idem ſic &c. Reſpondetur ibi. ad tertium Hic Doc. dat duas reſponſiones. Prima ſtat in hoc, quòd libertas uoluntatis nõ tantum attenditur penes hoc, quòd poteſt uelle, & nolle: ſed etiam penes hoc, quòd poteſt uelle, & non uelle, & hic non uelle accipitur pro actu ſuſpenſiuo; non tamen debes intelligere, quòd non uelle ſit aliquis actus elicitus à uoluntate: ſed tantum eſt negatio uolitionis, ſicut aliqua uoluntas (ut notum eſt experientia) præſentatio aliquo obiecto nunc diligit illud, nunc odit, ſed tantum habet negationem dilectionis, & hoc ſecundùm aliquos; de quo Doc. in 3.d.30. Sic in propoſito, licet uoluntas non poſſit habere nolle, ſiuè odium, reſpectu ultimi finis, tamen ex libertate ſua poteſt ſuſpendere actum dilectionis, non diligendo illud bonum. ¶Secunda reſponſio eſt ibi. Hæc reſponſio diſuſius habet pertractari in 2.d.43. vide ibi bonam gl. quam feci. ¶Vltimo arguunt ibi. Item Aug. Reſpondetur ibi. Ad auctoritatẽ Augu. & dat duas reſponſiones. In prima dicit, quòd Aug. non loquitur de uolitione actuali, ſed de habituali, ſiuè de inclinatione naturali; & ſic omnes neceſſariò uolunt beatificari: quia talis inclinatio naturalis, neceſſariò ineſt omni homini: & talis inclinatio nullum actum elicitum uoluntatis dicit: vt ſubtiliter probat Doc. in 4.d 49. In præſenti uerò loquitur de actu elicito uoluntatis. ¶Secunda reſponſio eſt ibi. Similiter auctoritas non eſt ad propoſitum. Dicit Doc. quòd ſi auctoritas Aug. concludit de actu elicito uoluntatis: quòd tantum concludit de actu concupiſcentiæ, ſiuè de amore concupiſcentiæ, & nõ de amore amicitiæ. Nam eſt amor amicitiæ alicuius obiecti, propter ſe amati. Amor uerò concupiſcentiæ eſt alicuius obiecti, propter aliud amati: quæ differẽtia clarè patet à Doc. in 2.diſt. 6. q.2. Fruitio uerò dicit amorem amicitiæ; patet per Augu. quia frui eſt amore inhærere alicui rei, propter ſemetipſam, cum ergo actus beatificus ſit fruitio: ut probat Doc. in 4. d.49. ſequitur, quòd erit amor amicitiæ, & tamen eſt notum, quòd omnes uelint ultimum finem propter ſe, diligendo illum, propter ſeipſum, ſed ſi omnes volunt ultimum finem, uolũt illum ut bonũ ſufficiens eis: & ſic dilligunt illum, ordinando ipſum ad bonũ proprium, amatum amore amicitiæ. ¶Quantum ad ſecũdũ art hęc litera clara eſt uſque ibi. ¶Quantũ ad tertium ar. qui eſt de fine, clarè uiſò. Dicunt quòd uoluntas informata charitate neceſſariò fruitur tali

Quid ſit participare.

Quomodo accipiatur uelle.

Duplex uolitio.

Duplex eſt amor.

Quid ſit fruitio.

fine: quia ibi nulla eſt ratio alicuius mali nec defectus boni: & homo ſi uideat illũ finem, uiſione practica: quæ ſcilicet ſit directiua praxis in talem finẽ: quia iſti uolunt præcipuè Tho. quòd cognitio practica neceſſariò cauſet actum uoluntatis. De hoc vide, quæ dixi in 2. d. 7. & 25. ubi improbatur Tho. præcipuè in d. 7. Et addunt, quòd eſt tanta neceſſitas, & connexio ſcilicet uiſionis, & practicæ, & fruitionis, quòd Deus de potẽtia abſoluta, nõ poſſet ſeparare uiſionem: à fruitione ſic q; ſtet uiſio practica deitatis, & uoluntas nõ fruatur. ¶Quantũ ad quartũ art. qui erat de voluntate non eleuata per charitatẽ, reſpectu ultimi finis, clarè uiſi, dicunt, quòd impoſſibile, eſt uoluntatem charitate non eleuata, frui fine, etiam uiſo: quia agere præſupponit eſſe, ergo agere ſupernaturale præſupponit eſſe ſupernaturale, uolũtas autem illa non habet eſſe ſupernaturali, ergo non poteſt habere actum ſupernaturalem. Item tũc poſſet talis uoluntas eſſe beata ſine charitate conſequens falſum, quia tunc charitas non erit neceſſaria ad beatitudinem, conſequentia patet: quia frui fine, clarè viſo eſt beatitudo. ¶Ibi. contra ſecundùm ar. arguit per rationes eorum: quia ſi uoluntas neceſſariò fruitur fine, in uniuerſali, appręhenſo obſcurè: multo magis fruitur fine in particulari, obſcure uiſo: cum ibi tota ratio finis in uniuerſali includatur, immo magis, ergo tertia ratio magis probat de fine particulari. Similiter ſecunda ratio magis probat de fine particulari: patet quia creaturam eſſe participantem dicit dependentia eſſentialem, quæ non eſt, niſi ad ens particulare, participans non habet participatum pro cauſa, uel pro menſura, à qua eſſentialiter dependet, dependentia enim entitatis realis non eſt, niſi ad ens reale, & ita ad ſingulare, & loquitur hic de dependentia, quæ fundatur in ente reali, actu exiſtente: quia talis non eſt, niſi ad ens reale, actu exiſtens, quod dico: quia in genere animalis ſpecies realiter menſurãtur à perfecta ſpecie illius generis: & ſic eſſentialiter dependent ad menſuram, non tamen uerè realiter. ¶Ibi. Contra tertium articulum. Ratio Doc. vt clarius intelligatur. Suppono mihi aliqua. Primũ, quòd apud Doc. infra diſ. 17. & in 3. di. 27. ita habitus charitatis dicitur principium elicitiuum actus, ſiuè productiuum: quod idem eſt, quemadmodum, & voluntas, licet utrumque ſit principium partiale ipſius actus: quia enim uoluntas eſt cauſa principalis & utitur ipſo habitu charitatis (licet enim charitas ex ſe neceſſariò agat, & ſit principium per modũ naturæ: quia tamen non agit, niſi pro quanto uoluntas utitur tali habitu, & quia uoluntas liberè poteſt ipſo uti, & non uti ad agendum, ſiuè ad comperandum) ideo dicitur, quòd charitas, vt ſic elicit actum communem ſibi, & uoluntati liberè, ſecundùm, quòd reſpectu ipſius actus, & quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad intenſionem, uoluntas eſt cauſa principalis, & utitur ipſo habitu charitatis: & per conſequens talis actus dicitur merè contingenter productus: ut patet a Doc. infra 17.d. Et probat Doc. quòd ſi talis habitus eſſet cauſa principalis, & determinans voluntatem ad agendum, nunquam uolũtas diceretur contingenter agere, reſpectu eorum, quæ ſimul eliciuntur à uoluntate & ab habitu. Iſtis ſuppoſitis declaro rationem Doc. quæ ſtat in uno principali. Quia habens idem principium elicitiuũ, eo modo, quo tale principium eſt elicitiuũ, eo modo, ſecundũ illud agit, ſi neceſſariò, neceſſariò, ſi contingenter, cõtingenter, & hoc patet: quia tota perfectio agendi, ſimiliter neceſſitas, uel contingentia agendi ſẽper ſumitur à ratione formali agendi, ſiuè à principio elicitiuo: quod idem eſt. Facio enim differentiam inter principium productiuum, ſiuè elicitiuum, & principium agens, ſiuè eliciens: quia primum nominat rationem

Agere præſupponit eſſe.

Actus charitatis eſt principium elicitiuum.

Tota perfectio agendi ſumitur à ratione formali.

tionem formalem agendi, siuè eliciendi: & secũdum nominat principium quod, siuè suppositũ agens: ut patet à Doc. in pluribus locis pserum in d. 2. 3. & 7. huius primi. Et iõ de rigore sermonis hæc est falsa: principium elicitiuum elicit, uel agit: quia ly agere verificatur tm̃ de supposito: & similiter hæc est falsa, suppositũ est rõ formalis agendi: ut patuit supra q. 2. huius. d. Ex hoc arguit Doc. q ex quo voluntas hñs charitatẽ ut. 8. est principium elicitiuum actus contingenter, ergo habens eadem in patria, erit similiter principiũ elicitiuũ cõtingẽter actus fruitionis: cũ nul la sit facta mutatio ex parte eius. ¶Sed in ista Doc. occurrit qdã difficultas: qa ipse uult expsse in 3. d. 31. q. vnica. & in 4. d. 49. q uoluntas hẽs eandẽ charitatem hic, & in pria, q eliciat hic actum fruitionis, distinctũ spẽ ab actu fruitionis, elicito in patria: & hoc pp aliã, & aliã pñtiam obiecti: de qua uide ibi. Sic posset dici in proposito, q uolũtas, vt in patria licet habeat eandem charitatem, quam habet in uia: tamen non sequitur, q eodem mõ sit principium elicitiuum: qa si sic tũc seqretur, q fruitio elicita in uia, & elicita in patria essent eiusdẽ spẽi. ¶Dico, q ly eodem mõ, non debet referri ad actum perfectum, & imperfectum, siuè eiusdem spẽi, siuè alterius speciei: quia ut sic nõ eodẽ modo se habet: quia alia præsentia obiecti con currit in patria, & alia in uia: sed debet referri ad mo dum agendi: putà necessariò, vel contingenter: quia si remanet eadem uoluntas in patria, habens simpliciter eandẽ charitatem, quam & in uia: sequitur, quòd si in uia est principium elicitiuum contingenter, q similiter, & in patria. Sed licet alia, & alia præsentia obiecti faciat ad maiorem, uel minorem perfectionem actus: non tamen dat uoluntati, qũocunque habituatæ, q sit principium elicitiuum, necessariò, vel contingenter. ¶Ad hanc rationem Doc. multi respõdent, & videntur incidere in idem: & maxime respõdet Ocham, negando, quòd uoluntas in patria, hñs eadem charitatem, eodem modo, sit principium elicitiuum fruitionis, sicut in uia: quia ad actum fruitionis in pria cõcurrit uisio essentię diuinæ, ut cã partialis: in uia uerò nõ. ¶Sed iudicio meo hæc respõsio non soluit rõnẽ Doc. quia posito, q talis uisio cõcurrat, ut cã partialis ad actum fruitionis: quia tñ erit cã minus principalis q̃ voluntas, habẽs charitatẽ: ut patet à Doc. ex intẽtione in 2. d. 24. sequit, q actus fruitionis erit merè cõtingẽter elicitus, vt expofui, supra. ¶Præterea. Si responsio Ocham concluderet, sequeretur, q voluntas, ut in uia frueretur de necessitate: patet: quia sicut uisio clara essentiæ diuinæ cõcurrit actiuè ad fruitionem in patria: ita cognitio eiusdem essentię, ut in uia, cõcurrit actiuè ad fruitionem in uia: cũ non sit maior ratio hic, & ibi, ergo si in patria erit fruitio, necessariò, hoc similiter erit in via qd est falsũ & cõtra ipsũ. ¶Ibi. Itẽ qd dicit in isto art. Arguit Doc. contra unũ dictũ istorũ, qd tale est, q tãta est cõnexio inter uisionẽ essentiæ diuinę, & fruitionẽ eiusdẽ, q impossibile ẽ, uisionẽ esse sine fruitione. Et arguit sic. Quia natura absoluta prior alia natura absoluta potest esse sine tali posteriori: & hoc est clarũ: & diffusè declarat Doc. in 2. d. 12. q. 1. & uid expositionẽ quã fecí ibi. Sed uisio, & fruitio sunt duæ naturæ absolutæ ergo. Et licet Doc. hic nõ pbet istã mi uorẽ: satis tñ patebit in simili, 3. d. 3. q. ult. & diffusè pbat Doc. in quol. q. 13. & in 4. d. 10. ¶Ibi. Respondet: q maior est uera de illis absolutis. Dicit Hen. q licet vnum possit esse sine altero, vbi non est dependentia essentialis unius ad aliud: tñ qñ ambo causantur de necessitate à tertio, est impossibile, unum esse sine altero: sic in proposito uisio, & fruitio necessariò causantur ab essentia diuina, non quòd causet necessariò uisionem, sed causata uisione, necessariò causatur à uoluntate diuina fruitio.

Difficultas.

Responsio.

Huic rñsi Gul. Ochã rñdet in 1. d. 1. q. ult.

Impugnatio rñsionis Gul.

Hen. quol. 12 q. 5.

¶Ibi. Cõtra. si nõ depẽdent à tertio. Dicit Doc. q si Deus non causat necessariò ambo. f. visionẽ. & fruitionẽ, nec utrumque: licet causet alterum: & certũ est quòd Deus nõ cãt ambo d necessitate: qa tũc seqretur, q necessariò cãret uisionẽ: qd ipsi negãt nec ẽt cãt vtrũq; si alterũ cãt. i. q nõ est necesse, Deum causare fruitionem, licet causet visionẽ. Et hoc probat: qa si Deus pt cãre fruitionẽ immediatẽ, & contingenter, ẽt pt cãre illã contingenter mediante uisione, contingenter cãta, ut cã secunda. Hic Doc. supponit: q visio essentiæ diuinæ sit cã fruitionis, saltem partialis. Nã si cãta uisione, Deus necessariò cãret fruitionem: seqretur unum absurdum, q cã prima possit determinari ad agendum à cã secunda, qd est cõtra rõnẽ causæ primę determinari à cã secunda ad agẽdũ. ¶Ibi. Cõtra quartũ art. Dicunt isti, q impossibile est, uoluntatẽ nõ hñtem charitatẽ frui sine ultimo, clarè uiso. Et rõ Doc. stat in hoc: q si uoluntas nõ possit frui obiecto clare uiso, sed tm̃ mediãte charitate, sequeretur, q ipsa charitas eẽt simpliciter potẽua volitiua: uel pars illius potentiæ: qd est incõueniens. Nam illud est potẽtia, quo simpliciter possumus agere: sicut dicimus, q calor est potẽtia calefactiua: quia habens illum, pt illo simpliciter calefacere. Sic in proposito. illud erit simpliciter potẽua fruitiua: quo aliquis simpliciter pt frui. ergo si uoluntas simplr fruitur mediante charitate, charitas erit potẽtia fruitiua, quod est inconueniens: quia sola uolũtas est potẽna fruitiua. ¶Sed hic orit una dif. quia ex litera Doc. habetur, q ipsa charitas uon sit potẽtia fruitiua, nec pars potẽuę fruitiuę. Contra hoc: qa ipse uult expræsse. 3. d. 17. & in 3. d. 27. & in 4. d. 49. q ipsa charitas est cã partialis actus volũtatis meritorij: & sic ẽt actus fruitionis. ergo vr pertinere ad potentiã fruitiuã. Dico breuiter, quòd ipsa uoluntas dr simplr potẽtia fruitiua, qua hñs illã pt frui: quia ipsa est substãtiæ actus absolutè, & habitus, si necessariò ponitur, nõ ponitur propter substantiam actus, sed pp perfectionem actus, ut patet à Doc. 3. d. 17. sequentia clara sunt.

IBI CONTRA primum art. arguo sic. Hic Doc. intendit probare, q uoluntas potest frui, & nõ frui ultimo fine in uniuersali, obscurè uiso: & ratio stat in hoc, q si est in potestate uoluntatis frui ultimo fine, & non frui illo, mediante aliquo, quod est in potestate illius: sequitur q erit in ptãte illius immediatè frui tali fine, vel non frui: & hoc patet: quia si immediatè nõ est in ptãte eius sequeretur, q posset necessitari ad fruendũ mediãte illo, qd est in potestate illius. Sed uoluntas mediãte actu intellectus pt frui ultimo fine, putà imperando intellectionem ultimi finis, uel firmando intellectum in tali cognitione: ut patet. Et similiter est in potestate illius non frui, mediante illo, quod est in potestate eius: quia potest auertere intellectũ à cognitione ultimi finis. & per cõseqns nõ frui eo. ergo sequit, q õnso ultimo fine in uniuersali, & obscurè ẽ in pte uolũtatis frui, & nõ frui. ¶Secundo pbat idẽ ibi. Cõfirmat ista rõ. & cõfirmatio clara ẽ in lrã, q stat in hoc: q uolens de necessitate finẽ, necessariò remouet omne prohibens, si potest: sed phibens uolitionẽ finis, est non consideratio finis: quia voluntas non fertur, nisi in præcognitum: cum ergo voluntas possit remouere huiusmodi non consideratíonem, sequitur, q de necessitate remouebit. Et sic d necessitate faciet intellectum semper stare in consideratione finis: cuius oppositũ sæpe experimur. ¶Tertiò arguit ad idem ibi. Omne necessariò agens. hæc ratio cum sequenti clara est in litera.

CONTRA conclusionẽ & rõnes Doc. arguit Ocham. d. 1. q. 6. & Alf. Tol. in primo. d. 1. & Capol⁹. & quidam uoui expositores. S. T. & multi alij: & quia rationes eorum, & rñsiones quodãmõ in idẽ incidunt: ptũc adduco rõnes Ochami, qui sic dicit. Quam-

Cõtra Hen.

Diff.

Responsio.

Vide Frãciscũ de Mayronis in 1. lib. sent. di. 1. q̃ão uolũtas sit libera, & non libera.

Ochã Alf. To. Capol⁹. & Tho. Caie.

Quamuis conclusiones Doc. (ut credo) sint tenēdę: tamen rationes eius non uidentur probare sufficienter, ideo arguo contra eas. Et primo contra rationē factam in principio.q. ibi. Ad oppositum necessitas naturalis non stat cum libertate. quæ ratio satis clara est: cum ergo voluntas velit finem contingenter, sequitur, quòd nullo modo necessariò. quòd autem velit contingenter probat sic. Ea, quæ sunt ad finem vult cōtingenter, ergo & finem: quia eadem potētia non potest velle liberè aliquid, & aliud necessariò: quia necessitas naturalis non stat cum libertate in eadem potētia, ergo uolens finem de necessitate esset alia potētia, à uolente contingenter ordinata ad finē. Et sic nulla est potentia, quæ posset uelle aliquid ꝑp finem: patet, quia uelle propter finem præsupponit volitionem ipsius finis. ¶Contra hanc rationem arguit Ocham, & principaliter contra hoc, quòd necessitas naturalis agendi non stat cum libertate, & dicit ipse, quòd eadem res omnino indistincta ex parte rei, potest agere de necessitate, & libere, & contingenter. Et patet primo de voluntate diuina, quæ de necessitate vult esētiam diuinam, & creaturas uult merè contingenter. ¶Sed breuitatis cā singilatim respondebo ad rationes ipsius. Et dico primo: quòd non est simile de uoluntate diuina, & creata, & prius declaro aliqua, primo, quòd uoluntas diuina est de necessitate absoluta rectissima: ut patet, secundo, qđ essentia diuina, ex quo est formaliter infinita, est diligibilis, etiam amore infinito, tertiò, quòd si uoluntas diuina posset deficere ab uno gradu rectitudinis posset non esse Deus, quod est impossibile. Ex his sequitur quòd ex quo uoluntas diuina est infinita, ergo tenetur diligere essentiam diuinam amore infinito: quia sic est diligibile à tali uoluntate. Si ergo uoluntas diuina posset non diligere, posset deficere à rectitudine, quam tenetur habere, quòd ergo diligat essentiam de necessitate: hoc non est ex ratione volūtatis, ut uoluntas: sed ex hoc, quòd ipsa est formaliter infinita, & respicit obiectum formaliter infinitum, & hæc est ratio, quam facit Doc. infra. d. 10. Sed, ꝙ eadem uoluntas uelit creaturas contingenter ex hoc est: quia creaturę sunt formaliter finitæ, & nullo modo tenetur illas diligere: vt dicit Doc. infra d. 10. & 41. & alibi sæpè. Non est ergo simile de uoluntate creata: quia cum non sit infinita, non habet necessariò omnem perfectionem quam potest habere: nūc similiter omnem rectitudinem, & quamuis teneatur diligere Deum: si tamen non diligit: licet deficiat a rectitudine, quam tenetur habere: non tamen deficit à suo esse quiditatiuo sicut uoluntas diuina deficeret: ut exposui supra.

Voluntas diuina est de necessitate absoluta.

¶Secundò principaliter dico, quòd non est simile: quia essentia diuina, vt cognita ab intellectu diuino de necessitate absoluta suo modo causat amorem sui in uoluntate diuina, licet partialiter: sed tamen fortè principaliter, ut possit elici à Doct. ī.d.2. 6.7.& in 2.d.1.q. 1. & in qūol. & ex alia parte ipsam voluntas tenetur de necessitate habere omnem rectitudinem, quam potest habere, & de facto habet illā: quòd ergo diligat de necessitate, non est simpliciter, ex ratione uoluntatis. ut uoluntas: sed: quia tenetur habere omnem rectitudinem, quam potest habere: vt dixi supra, & ultra, quòd essentia diuina de necessitate absoluta, mouet eam ad sui amorem? Sed, vt cōparatur ad creaturas, merè contingenter diligit illas: quia nulla creatura, quantumcūque perfecta potest de se mouere ad sui amorem: ut probat Doc. ī.dist. 41. Sed in proposito ultimus finis, quamuis sit obiectum diligibile super omnia: non tamen immediatè mouet aliquam uoluntatem ad sui amorem: quia tunc de necessitate moueret: sed uoluntas ultimi finis est illa, quæ mouet: & si mouet: contingenter mouet. Multæ aliæ rationes possent addi, quas nunc transeo. ¶Secundò arguit ad idem probando, quòd idem, omnino indistinctum, potest de necessitate agere, & libere: quia uoluntas secundùm Sco. uult libere: & intellectus necessariò causat intellectionem: & tamen intellectus: & uoluntas secundùm ipsum Ocham sunt penitus indistincta, ex parte rei: ut asserit se uelle probare. ī. ergo idem omnino, ex parte rei potest agere per modum naturæ, & per modum libertatis.

Idem Ocham vbi supra.

¶Dico, quòd intellectus, & uoluntas non tantum distinguuntur ex natura rei adinuicem; sed etiam formaliter: licet non realiter: ut patet à Doc. in 2. d. 16. & potest elici ex multis dictis eius, ut in primo distinctio 2. 3.6.7.17.39.42. & alibi. ¶Tertiò arguit probando, quòd non tantum idem potest esse causa diuersorum specie, unius per modum naturę, & alterius ꝑ modum uoluntatis: sed etiam potest esse causa plurium, solum numero differentium: vnius scilicet per modum naturæ, & alterius per modum contingentiæ. Et probat ex dictis Doc. nam Doc. uult, quòd uoluntas creata causat contingenter uolitionem, quam ipsa recipit, & in voluntate alterius causat uolitionem sui met de necessitate, & per modum naturæ: patet quia Doc. uult in 2. d. 25. quòd obiectum est causa partialis, non tantum actus intelligendi, sed etiam actus ipsius uolendi. Pono ergo casum, quòd voluntas sit præsens alicui intellectui, in ratione obiecti: certum est, quòd ipsa erit causa partialis intellectionis suæ: ut potest elici à Doc. in primo d. 3.q 7. & in 2.d.3.& 25. Et sic cognita potest esse præsens voluntati alterius: & sic partialiter causabit dilectionē sui in illa uoluntate. Et non est dicendum, quòd libere: quia obiectum, ut obiectum, non uidetur concurrere liberè ad aliquem actum. ergo per modum naturæ. Nam si causaret illam uolitionem contingenter: tunc illa uolitio esset in potestate sua, & per consequens esset in potestate sua non diligi ab illa uoluntate. secundùm suum libitum: quod est falsum.

Respondetur.

Idem Ocham.

Ponitur casus.

¶Respondeo, & dico primo: quòd non habetur expresse à Doc. quòd obiectum sit causa partialis uolitionis: nec etiam, quòd intellectio actualis sit causa partialis eiusdem. Nam in 2.d.25. vbi diffusè pertractat istam materiam: tandem dicit, quòd si obiectum concurrit ad uolitionem, quòd tantum partialiter concurrit.

Responsio.

¶Secundò dico: quòd quando Doc. loquitur de obiecto respectu uolitionis: fortè loquitur de intellectione illius obiecti: quòd talis intellectio actualis est partialis causa. Sed quicquid sit saltem ut dicit Ocham: ipsa uoluntas: ut in se præsens intellectui, erit causa partialis intellectionis suæ, & non nisi necessariò: & erit causa libera uolitionis: ergo idem indistinctum ex parte rei, potest agere: per modum naturæ, & per modum libertatis: Dico, quòd si loquamur de cognitione abstractiua: ipsa uoluntas non est causa talis cognitionis: sed aliqua species intelligibilis: ut patet à Doc. ī.d. 3.q.6.& 7 & d. 17. & in 2.d.3. ¶Si dicatur, quòd saltem ipsa uoluntas erit causa partialis speciei intelligibilis, & nō nisi naturalis: & hoc, vt comparatur intellectui separato: quia uult Doct. in 2.d.3.q.11. quæ est vltima: ꝙ obiectum, respectu intellectus separati, potest esse causa partialis immediata speciei intelligibilis. Dico, quòd non semper species intelligibilis, alicuius obiecti, causatur à tali obiecto; sed aliquando causatur ab alio, continente illud, vel virtualiter, uel essentialiter, uel saltem per identitatem realem: ut patet à Doc ex intentione d.3. primi. Et sic in proposito talis species intelligibilis esset immediatè causata ab anima intellectiua, continente potentias suo modo uirtualiter, & per realem identitatem: ut patet à Doc. in 2. d. 16. Verū

Obiectum [illegible] causa partialis uolitionis.

modo

mõ sit tm̃ una species aīę, & intellectus, & uolũtas? an plures? non est præsentis speculationis: quia hoc ñ facit ad principale intentum. Si uerò loquamur de cognitione intuitiua. Dico breuiter, ꝙ talis cognitio nõ potest immediatè causari à uoluntate, ut uoluntas: sed immediatè causatur ab aīa intellectiua: quia ex quo cognitio intuitiua, immediatè cãtur, saltē partialiter ab obiecto, ut existente, & præsente; sequitur, ꝙ cũ aīa dicat totam existentiam ipsius uoluntatis: ꝙ ipsa immediatè cãbit talē cognitionem. ¶ Si adhuc q̃ratur: si uoluntas esset realiter distincta ab anima, ergo posset immediatè cãre cognitionē intuitiuã: quia tũc hēret propriã existentiam, ergo saltē ſm rõnem; licet sit idem realiter cum aīa, poterit cãre: patet cõsequētia per vnam propositionē Doc. q. 1. & 4. quol. videlicet. Qualis est ordo inter aliqua, si essent distincta realiter, talis est ubi solum rõe distinguuntur. ¶ Respondeo ꝙ posito tali casu: licet hoc sit impossibile: ipsa voluntas p̃t dupliciter considerari. Vno mõ, ut ē potentia libera, & indiuiduum potentiæ liberæ: Alio vt ē indiuiduũ entis, vel indiuiduũ substantiæ. isto secundo mõ cãret cognitionē sui: nõ primo. ¶ Dico ultimo ꝓ oībus istis: ꝙ adhuc nõ est ꝓbatũ euidenter, ꝙ ipsa uoluntas, vt est obiectum intellectus, vel alterius uoluntatis agat de necessitate. Possumus. n. dicere, & facilr̃ persuadere, ꝙ ipsa uoluntas, respectu cuiuscunque actionis proprię, siuè receptę in se: siuè in alio: ꝙ im̃ hēt unũ modũ agēdi. s. liberè. ¶ Et qñ dicit Ochã: ꝙ si est in ptāte uoluntatis meæ cãre amorē in alia voluntate; tunc esset in ptāte mea posse diligi ad libitum, & non diligi. Dico ꝙ hoc concluderet si uoluntas mea esset cã totalis: cuius oppositũ tenet Doc. & ēt ipse Ochã. Posito. n. ꝙ uoluntas mea, ut cognita sit perfectè p̃ns alij uolũtati, & ꝙ uelit cãre dilectionem in alia uoluntate, tamen si alia uoluntas nõ causat partialiter, nunq̃ sequitur talis dilectio. Et nõ est mirum, ꝙ eadem uoluntas, & ut uoluntas, & ut obiectum liberè agat: quia, & voluntas diuina, & ut uolũtas, & vt obiectum, siuè q̃uocũq; cõparet intellectui creato, uel uoluntati creatæ semp liberè, & contingēter agit. Põt ēt dici, ꝙ posito, ꝙ uoluntas sit totalis cã sui actus; & ꝙ causaret, ut totalis cã actum amoris in alia uoluntate, ita ꝙ illa alia uoluntas se tm̃ habeat in potentia passiua, siuè receptiua, adhuc nullum videtur sequi inconueniens. Et cum dicitur ꝙ tunc esset in potestate uoluntatis talis diligi, & non diligi ab illa alia uoluntate. Dico, ꝙ diligi, & non diligi ab illa alia potest dupliciter intelligi. primo quòd illa alia diligat formaliter actum, receptum à uoluntate illa: & non diligat formaliter: quia non habet ab illa actum receptum, & hoc modo nullum est inconueniens, secundo, ꝙ sit in potestate uoluntatis, causantis actum diligi liberè ab illa alia uoluntate: ita quòd illa dicatur liberè diligere: & quòd faciat illam elicere actũ, quo libere diligat, & hoc esset inconueniens. De hac tñ materia vide, quę diffusè exposui in 2. d. 9. de locutione angelorũ; vbi multa singularia notaui.

Voluntas p̃t considerari duobus modis.

Solennis solutio de libertate uolũtatis contra Ocham.

Diligi, et nõ diligi p̃t dupliciter intelligi.

Gul. Ocham nũc ad Doc. argumenta respondet.

¶ Nũc Ochã rñdet ad argumenta Doc. & primo negat illã propositionem, ꝙ si uoluntas põt uelle aliq̃d contingenter, mediante actu suo, hoc idem põt immediatè. Et dicit, ꝙ si uoluntas vult aliquod ãcedēs, de necessitate uult consequens, scitũ esse consequens: ita ꝙ stante uolitione antecedentis: licet contingēter eliciatur, necessariò stabit uolitio consequentis. licet ergo hēat in potestate sua uelle consequens, mediante uolitione antecedentis non tamen sequitur quòd possit uelle illud contingenter immediatè: & hoc stãte volitione antecedentis. Sic ad propositum quamuis sit in potestate uolũtatis uelle finem vltimum, mediante actu suo; putà mediante cognitione finis: tamen stante tali cognitione de necessitate uult finem; sicut est in potestate uoluntatis velle potionem amaram, & non uelle, mediante volitione efficaci sanitatis, uel uolitione: tñ stante volitione sanitatis, de necessitate uult ipsam portionē amarã. Dico breuiter: ꝙ hæc non sunt ad propositum, quia in uolitione alicuius finis efficaci virtualiter includitur volitio eorũ, q̃ sunt ad finē: & similr̃ in uolitione alicuius antecdēus virtualr̃ includit uolitio ꝯsequentis, si scit eē ꝯseqnēs. Et ꝓcipuè, si vult efficaciter ãcedēs: nec ē simplr̃ verũ, ꝙ uolens ãtecedens, necessariò uelit ꝯsequens: ēt fortè posito, ꝙ cõseqūēs sit d̃ intellectu ãcedēτis: & nõ loquoř de volitione efficaci. & de hoc uide Doc. in 2. d. 6. q. 2. in rñsione ad vltimũ argumentũ principale. Sđ in cognitione alicuius obiecti nõ includit uirtualr̃ volitio eiusdē. alr̃ voluntas de necessitate uellet oē obiectũ, sibi p̃ns, in rõne obiecti. Qñ ergo Doc. dicit: si aliqua uolũtas p̃t uelle aliquid, mediãte actu suo, p̃t ēt illud uelle immediatè. hoc dēt intelligi, nisi talis uolitio uirtualr̃, & de necessitate includat in tali actu. Dico scđo ꝙ Doc. loq̃tur absolutè de necessitate: quia isti dicunt: ꝙ fine sic apphenso, de necessitate voluntas fruitur illo: ita ꝙ sit sibi simplr̃ impossibile nõ frui illo: si sic: tunc seq̃retur, ꝙ volũtas de necessitate firmaret intellectũ in cognitione talis finis: ita ꝙ nõ eēt in facultate eiꝰ quouismõ auertere intellectũ à tali ꝯsideratione; ut ipse declarat in cõfirmatione seqñti, & sic talis actus intellectus nõ eēt plenè in ptāte volũtatis. Stat ergo rõ Doc. ꝙ si volũtas p̃t mediãte actu suo &c ¶ Et ex his patent seqñtia Ochã patũ ualere ꝯ rõnē Doc. Omitto nunc quasdam rationes, factas ab Alf. Tol. in 1. d. 1. ꝯ hoc quod dicit Doc. de fruitione beatorum: quæ licet faciliter solui possint: quia tamen magis pertinent ad materiã de beatitudine: ideo Deo duce soluent ibi.

Destructio rñsionũ Gul. Ocham.

Rõnes Ochã nihil ualēt cõtra Scotũ.

AD ARGVMENTA principalia. ¶ Ad primum dicit doc. ꝙ finis, siue obiectũ quietatiuũ aptitudinaliter cõuenit appetitui, siue naturali, siuè libero, referēdo singula singulis, puta volũtati summum bonũ, & lapidi puta cētrũ, & sic dēt intelligi dictum Aui. ꝙ talis finis necessario cõuenit. Tale ēt q̃etatiuũ semp cõuenit actualiter appetitui naturali: nisi ponatur impedimētũ ab extinseco, puta si lapis teneat sursum: quia non est in potestate talis appetitus naturalis descendi, vel non descendi in centrum, non tamē semper conuenit actualiter voluntati: quia posito ipso, perfectè præsente, voluntati: adhuc est in facultate uoluntatis velle ipsum, vel non velle: vt patuit sup. ¶ Ibi. Ad scđm dico. litera clara est. Nota tñ differētiã inter mouere metaphoricè, & mouere propriè siue realiter. Dicimus. n. ꝙ finis mouet efficiens metaphoricè, non causando aliquid in efficiente realiter: sed dicitur tantum mouere intentionaliter, inquantum amatus, & desideratus ab efficiente: & sic finem amari ab efficiente, est finem mouere ipsum efficiens: vt patet. j. à Doc. d. 2. q. 1. Sed mouere realiter aliquid est aliquid realiter causare in illo qđ mouetur. ¶ Nota. scđo in litera, ꝙ efficiens naturale, ut distinguitur contra agens à proposito de necessitate mouetur à fine, propter quem agit: quia talis finis de necessitate amatur à tali efficiente, loquendo semper de amore naturali, qui est tantum inclinatio naturalis: sed agens à proposito, siuè uoluntarium habet in ptāte sua diligere finem, propter quem agit, uel non diligere, & ideo finis mouet necessariò, & metaphoricè efficiens naturale: sed tantum contingenter efficiens à proposito. Tertia ratio cum sua responsione est satis clara. Et qñ dicit in responsione ibi. Ita hic uolitiones non præsupponunt aliquam uolitionem vnã immobilem. Quia Tho. dicit, quòd uolitiones, respectu eorum, quæ sunt ad finem, quæ dicuntur mobiles, & uariabiles, præsupponunt unam immobilem, & inuariabilem, quæ est uolitio ipsius finis. Dicit Doc. ꝙ si hoc esset uerum: tunc sequeret alterum

Differentia inter mouerē metaphoricè, et mouere propriè.

Agens dupliciter. s. naturale, & à proposito. finis mouet necessariò.

istorum inconuenientium: vel (videlicet) voluntas volens aliquod ordinatum, puta diligens Franciscũ, necessariò simul diligeret vltimum finem; & sic nunquam posset velle aliquod creatum, quin simul velit vltimum finem: quod est manifestè falsum: & patet, ꝙ hoc sequatur: quia si volitio entis ad finẽ est variabilis, & non pôt inesse voluntati, nisi eidem insit uolitio ipsius finis, quæ est omnino inuariabilis, ergo seq̃tur, ꝙ non pôt uelle aliquod ens ad finẽ, nisi simul vęlit, & ipsum finẽ, vel saltẽ sequitur hoc inconueniens (quia si negaretur ipsam esse simul sub duobus actibus: quia uoluntas eodẽ actu, quo uult aliquid ꝓp finẽ, & ipsum finẽ: quia adhuc nõ est decisum a Doc. an eodẽ actu, an pluribus actibus, & sunt uarię op.) Dicit Doc. ꝙ hoc posito, ꝙ Franciscus velit. a. ꝓp finẽ. b. vno actu, referendo ipsum. a. ad. b. actualiter: nõ tñ sequitur, ꝙ volens aliquod ens ad finem in se, & absolutè aliqua uolitione, ꝙ ipsum eãdẽ uolitione simul referat ad finem. Et tñ tenendo, qđ dicit Tho. ꝙ volitio entis ad finẽ præsupponit de necessitate uolitionem inuariabilem ipsius finis posito, ꝙ sit eadẽ volitio: sequitur, ꝙ nunq̃ posset uelle aliquod ens ad finẽ in se, & absolutè, nisi semper eodẽ actu referat actu ipsum ens ad finem, ad ipsum finem: cuius oppositũ experimur.

Hic expressè patet ꝙ falsa si ꝓpositio Thoꝯ de immobilitate uolitionis finis.

Quæstio. Quinta.

Circa dist. istam Primam quærũtur quinq̃.

Primo.

Vtrum Deo conueniat Frui?

Seraphicus Bonauent. primo sent. dist. 1. q. 1. art. 3.
Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.

Quæro Secundo.

Vtrum viator fruatur?

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. artic. 2.

Quęro Tertio.

Vtrum Peccator Fruatur?

Scotus primo sent. dist 1. q. 5.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. artic. 2.

Quæro Quarto.

Vtrum Bruta fruantur?

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5
Diuus Thomas prima secunda. q. 11. artic. 2.
Ricardus primo sent. dist. 1. quæst. 2. artic. 2.

Quæro Quinto.

Vtrum Omnia fruantur.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.



BI AD SOLVTIONEM istarum quæst. Hæc litera non indiget expositione: quia de se clara est.

¶ Ibi. ex his ad præpositas quæstiones. Dico, quòd frui nihil dicit, nisi actum inhærendi obiecto propter se, quem comitatur delectationis quietatio: siue, qui actus est, supple ipsa quietatio. hoc est, actus vltimatè terminans potentiam &c. Hæc litera est satis difficilis. Et nota, ꝙ Doc. hic tm̃ loquitur de fruitione in se, ut se extendit ad ordinatam, & inordinatã. Et qñ dicit: ꝙ actus. s. fruitionis ultimatè terminat potentiã. s. fruẽtẽ, inq̃tũ potẽtia seipsam terminat actu suo. i. ꝙ fruitio est actus, q ultimatè terminat. i. quietat potentiã: quia ipsa potẽtia elicit illum ꝓp se: & inq̃tum potẽtia seipsam terminat actu suo. i. inq̃tum potẽtia libertate sua vult se ultimate. i. ꝓp se quietari actu suo. Ita ꝙ de rõne fruitionis nõ vr̃ esse, ꝙ ipsa quietet potentiã, quantũ est ex parte obiecti; sed quãtũ est ex parte potentiæ, obiecto, ꝓp se inhærentis. Et sensus huius literę est: vȝ, ꝙ non est de rõne formali fruitionis, ꝙ q̃etet potentiã: illa. s. quietatione vera, q nata ẽ eẽ ab obiecto uerè quietatiuo; sed quietatio illa est ex sola potẽtia, seipsam sic determinantẽ. s. suo actu inhærendo alicui obiecto, etiam fruitio ꝓp se: ut patet de voluntate fruẽte fine præfixo, vel præstituto: de quo supra dixi. q. 1. huius. d. Cum dicit. voluntas diuina fruitur essentia diuina simplr̃. i. ꝑfectissimè. Dr̃ necessario, vt necessitas opponit̃ cõtingẽtiæ: ñ vt opponit̃ libertati: sũma. n. libertas stat cũ necessitate, licet ñ stet cũ coactione: vt. ĩ. patet. d. 10. q. vnica. Dr̃ ꝑ se: nõ, ꝙ fruitio insit voluntati diuinæ in aliquo mõ dicẽdi per se. nõ in primo: q̃a nõ ẽ de essẽtia sua, cũ sit opatio eius, nec in scđo mõ cũ nõ sit ꝓpria passio: & si et ponat̃ quasi passio voluntatis diuinę nec hoc mõ hic accipit̃ ꝑ se: sed accipit̃ ꝑ se, vt noiat ly ꝑ se, vel principiũ ꝑ se elicitiuũ, vel ꝑ se receptiuũ. Exẽplũ primi. Calor est ꝑ se. i. ex sua rõe formali principiũ calefaciendi. Exẽplũ secundi, Superficies ẽ ꝑ se receptiua coloris. i. ꝙ ex natura sua ẽ principiũ receptiuũ, siuè rõ formalis recipiẽdi colorẽ. & sic uoluntas dr̃ per se principiũ elicitiuũ fruitionis: q̃a ex sua rõe formali ñ et vñ sit principiũ ꝑ se elicitiuũ fruitionis: ẽ ẽt suo mõ rõ formalis quasi recipiẽdi fruitionẽ: immediatẽ. n. fruitio ẽ in uolũtate; licet in diuinis nõ sit principiũ receptiuũ; nec quasi: q̃a hæc nominant imꝑfectionẽ ut patet. ĩ. d. 5. q. 2. Et cũ dr̃. primo nõ accipitur ibi primo, vt accipit̃ primo post. sed accipit̃ (hic primo: quia à seipsa hẽt, & ñ ab alio realr̃ distincto; nec in fruendo ab alio dependet, sicut dicimus, ꝙ terra est primo grauis. i. ꝙ hoc hẽt ex sua natura intrinseca; & ex sua formali rõne, ꝙ sit grauis. In beatis uerò, beati fruunt̃ ꝑ se: quia principiũ ꝑ se ꝓductiuũ est volũtas, charitate informata, nõ primo: q̃a hoc hñt à volũtate diuina immutabilr̃, nõ ex natura rei: quia talis fruitio nõ dr̃ formalr̃, necessaria: ut patet in 4. d. 49. sđ immutabilr̃ ex determinatione diuinæ uoluntatis, q̃ determinauit nunq̃ cõcurrere ad actũ oppositũ fruitionis: vt patet à Doc. ĩ 4. d. 49. & in 2. d. 5. 24. De uoluntate uiatoris hñte charitatẽ patet, ꝙ fruitur ꝑ se: q̃a hẽt charitatẽ, sed nõ immutabilr̃: q̃a illã amittere pt̃. Pcõr verò nullo modo quiescit in ultimo fine &c. ¶ Ibi. Sed tũc ẽ dubitatio. In ista lr̃a Doc. uult, ꝙ pc̃tõr ñ fruat̃ actu suo, videlicet peccãdi; sed fruat̃ seipso, ꝓp quẽ elicit actũ peccãdi. Expono tñ hãc lr̃am cũ dicit, ꝙ pc̃tõr fruit̃ seipso, & ñ obiecto: quia obiectũ sui actus amat amore concupiscẽtię. Exemplum. quis peccat inordinatè circa obiectũ delectabile: qđ dr̃ obiectũ act⁹ pc̃ti. i. circa qđ elicit̃ act⁹ pc̃ti, peccãs diligit illud obiectũ amore ꝯcupiscẽtię: patet: quia uult illud inordinatè, siuè diligit illud sibi inordinatè, ergo talis amor inordinatus ꝯcupiscentiæ ꝑ̃supponit amorẽ inordinatũ amicitię: q̃a nũq̃ ẽ inordinatio ĩ actu ꝯcupiscẽtiæ nisi sit prı⁹ inordinatio in amore amicitiæ: ut patet à Doc. in 2. d. 6. q. 2. & sic peccãs circa obiectũ, qđ uult ꝓp se amatũ amore amicitiæ ñ fruit̃ obiecto: quia illud uellet simplr̃ ꝓp se: nec fruit̃ actu illo, quo vult obiectũ in ordine ad seipsũ: patet q̃a nõ primo reflectit̃ volũtas sup

Fruitio ẽ actus q quietat potentiã

Fruitio ẽ actus voluntatis elicitiuè, & actiuè, & collectiuè suppositiuè

Expositio litera.

illo actu, uolẽdo illũ pp ſe.primo.n. uolũtas peccãdi vult delectabile ſibi,& poſt vult illã volitionẽ,& tãdẽ vult ſeip ſam uelle, & ſic primo non vult illũ actũ pp ſe,nec pp aliud: quia in illo inſtãti,quo uult obiectũ, voluntas nullũ actũ hẽt circa volitionẽ obiecti. fruit ergo ſeipſo,cui amat tale obiectũ delectabile. Et dicit Doc.cõiter: quia cõiter peccãtes diligũt ſe amore amicitię inordinato:quia ẽ radix oĩs actus inordinati vt patet à Doc.in 2.d.6.q.2.poſſet tñ peccãdo frui aliquo alio:qa poſſet quis inordinatẽ amare filiũ pp ſeipſũ,nõ diligẽdo i ordine ad ſeipſũ , vt dilectũ prius.

Quomodo peccãtes diligunt ſe.

¶Sed in hoc videtur ſibi contradicere: quia ſupra. q.2.præſentis.d.dixit ꝙ peccator nõ põt referre actũ peccati in Deum: quia fruitur illo. Hoc idẽ uidetur velle in præſenti.q. vbi quærit:an peccator fruatur. Dico primo,ꝙ in illa.q.2. non uidetur aſſertiuẽ loq: vt ibi patet. Secundo dico ꝙ quando Doc. dicit, ꝙ peccator fruitur actu peccandi: impropriẽ loquitur de fruitione, quæ eſt amore inhærere alicui rei propter ſeipſam,ſed quia peccator elicit actum peccandi nullo modo referibile à tali potentia ad obiectũ verẽ fruibile; ideo peccator dicitur frui illo ; ſed loquendo de fruitione propria, licet inordinata,peccator fruitur ſeipſo,& ſic patet quomodo Doc. ſibi nõ contradicit.

Apparẽs cõtradictio.

In peccator fruatur.

AD QVAESTIONEM penultimam. Nota quid ſit inhærere negatiuẽ: & quid ꝯriẽ. Inhærere. n.negatiuẽ alicui obiecto, nihil aliud ẽ niſi nõ ꝯſiderare illud obiectũ;nec,vt referibile alteri;nec,vt irreferibile;ſed tñ abſolutẽ adhærere illi.i. nec amãdo illud pp ſe : ſupplẽ appræciando illud eſſe amabile pp ſe,& actu nõ referre ad aliud;nec ẽt amãdo pp aliud.ſ. ſ.referẽdo ad aliud:ſed tñ eſt amare illud abſolutẽ iſtis ꝯditionibus circũſcriptis. Sed ꝯriẽ inhærere eſt amare pp ſe aliqđ obiectũ,appreciãdo ipſũ eſſe amabile pp ſe. Iſta.n. ꝯriant.ſ. appciare obiectũ pp aliud. amare ergo obiectũ pp ſe ꝯriẽ,ẽ appciare illud pp ſe, & nullo mõ eẽ referibile ad aliud.Iſto ſcđo mõ bruta nõ poſsũt frui: licet fortẽ primo mõ. Et ꝙ nõ poſſint verẽ frui:patet ẽt:quia amore nõ inhærẽt:quia nõ ꝓpriẽ amãt,loqñdo de amore, qui uerẽ eſt actus elicitus,liberẽ ꝓductus.Nec ſimilr propriẽ inhærẽt:quia inhærere propriẽ obiecto fruibili,ẽ vi potentię inhęrẽtis.i. ꝙ illa potẽtia ꝓpriẽ inhæret obiecto fruibili: quæ vi ſua liberẽ elicit actũ,quo attingit obiectõ, vel quo inhæret ſibi:ut ſupra expoſui. q.3. pñti.d.2.& ꝙ nõ ſic inhæreat patet:quia potẽtia bruti,quaſi infigitur in obiecto delectabili,vi ipſius obiecti:quia non ducit ſe in illud: ſed ducitur ẽm Dama:li.2.cap.24. Nec eſt intelligẽdũ,ꝙ potetia bruti nõ ſit cã,ſaltẽ partialis ſui actus,quo inhæret, ſiuẽ quo infigitur in obiecto:quia in hoc ſibi ꝯdiceret:ut patet. ȷ.d.17.ſed intelligit ſic,ꝙ licet ſit cã partialis ſui actus : quia tamẽ nõ elicit illũ liberẽ, ſed ex neceſſitate naturæ obiecto præſente:iõ nõ ducit ſe in tale obiectũ, ſed magis ducit ui illius obiecti,& ſic exponit Doc. ȷ.diſt.17.¶ibi. Ex his patet ad ultimẽ.q.Sic Doc.oſtẽdit, qñ appetitus naturalis nõ fruit ꝓpriẽ:quia appetitus naturalis,ut hmõi,nõ inhæret alicui amore,qui ponit actus elicitus,cum appetitus naturalis nullo mõ ſit potẽtia elicitiua:ſed pcisẽ inclinatio naturalis:q̃ realr non diſtinguit à natura cuius ẽ: ut ꝓbat Doc.in 4.d.49.q.9. Nec ẽt fruitur abuſiuẽ,eo mõ , quo bruta fruuntur: illa.n. eliciunt actũ, ſequentem cognitionem ſenſitiuam: appetitus uerò naturalis tñ naturaliter inclinatur,quæ inclinatio nullam cognitionem ſequitur.

Inhærere negatiuẽ obiecto,eſt nõ cõſiderare obiectum.

Inhærere cõtrarie. Eſt amare per ſe aliqđ obiectum.

Brutum ducitur nõ ducit, qa agit ex neceſſitate naturæ, nõ aũt liberẽ.

Appetitus naturalis nõ fruitur.

AD ARGVMENTA principalia. ¶Et arguit ſic Doc. Fruitio eſt reſpectu finis patet: quia eſt amore inhærere alicui rei pp ſe: & ſic amatum amore amicitiæ hẽt rõnẽ finis, ſed Deus nõ hẽt finẽ, cum ſit ultimus finis, ergo non poteſt frui. ¶Reſpondet Doc.& reſponſio ſtat in hoc: quòd accipiendo finẽ, pro obiecto uerẽ fruibili,& non pro reſpectu, fundato in illo, ut ſupra expoſui. quæſt. 1. eſſentia diuina poteſt dici finis fruibilis,reſpectu,uoluntatis diuinę.

Eſſentia diuina põt dici finis fruibilis,capiendo finem p obiecto fruibili, no aũt pro reſpectu fundato in illo.

¶Ibi. Non tamen poteſt ſibi competere ratio finis reſpectu ſui,ſicut, nec reſpectu ſui eſt finis. Senſus huius literæ eſt: quia ſi eſſentia diuina includeret reſpectũ finis, reſpectu uoluntatis diuinæ: tunc uideretur, quòd uoluntas diuina eſſet ens ordinabile ad finem. Nam finis, vt ſic,ſemper uidetur eſſe nobilior his, quæ ſunt ad finem : modo eſſentia diuina non eſt nobilior uoluntate, cum ſint penitus idem realiter, & formaliter; ut patet à Doc. ex intentione. infra diſtinc.8.quæſt.penul.& q.1. quol. Tum etiam quia uoluntas diuina eſt ita formaliter infinita : ſicut & eſſentia diuina : vt patet à Doc. infra diſtinc. 8.quæſt.penul.

Ibi. Si obijciatur. Hic Doc. arguit deducendo ad inconueniens : quia ſi Deus non habet finem quomodo poterit agere propter finem, & ſimiliter quomodo erit uera illa propoſitio ſcilicet ſuperioris agentis eſt ſuperior finis. ¶Rñdet ad primam inſtantiam quòd Deus agit propter finem effectus : ordinando ſcilicet effectum ad ſeipſum amatum,& non agit propter finem ſui. Nam ſi haberet cauſam finalem non eſſet ſimpliciter primum effectiuum, & ineffectibile: quia cuius eſt cauſa finalis, eius ſemper eſt cauſa efficiens : ut patet infra diſtinc. 2. par. 1. quæſt. 1. & vide quæ ibi expoſui . ¶Ad ſecundam inſtantiam dico,quòd debet intelligi de fine effectus:quia agens ſuperius ordinat non ſe ; ſed effectum ad finem vniuerſaliorem,uel ſuperiorem: & ita ille finis ſuperior eſt agentis, non ut finis eius , ſed ad quem ordinat illud quod agit.

Deus agit pp finem nõ pp finẽ ſuũ, ſed pp finẽ ſui effectus

AD argumentum ſecundæ.q.vbi Doc.arguit ſic. probando, quòd uiator non fruatur : quia frui eſt actus amicitiæ,& non actus deſiderij : patet quia frui eſt amor amicitiæ,& non deſiderium ; ſed uiator tñ habet actum deſiderij,reſpectu vltimi finis:patet: qa deſideriũ eſt reſpectu abſentis. ¶Reſpondet Doc. quòd viator præter actum deſiderij(qui eſt reſpectu non habiti, quo uiator iuſtus appetit Deum actu cõcupiſcentiæ) hẽt iuſtus aliũ actũ amicitiæ , volendo Deo in ſe bene eſſe. licet Deus ſit abſens: & hic actus amicitiæ eſt fruitio;non autem ille,qui eſt deſideriũ; & actus amicitiæ propriẽ eſt charitatis : quia charitas primo inclinat ad amorem Dei propter ſe:ut patet a Doc.in 3.d.28.& 29. actus verò deſiderandi nõ eſt propriẽ actus charitatis:ſed magis actus ſpei: ut patebit in 3.d.26.

Frui ẽ actus amicitiæ,& nõ deſiderij

Actus amicitiæ ꝓpriẽ eſt charitatis, actus uerò deſiderãdi eſt actus ſpei.

AD PRIMVM argumentum tertiæ.q. Dicit Doc.ꝙ peccator,actu peccandi , non quietatur ſimplr: quia quietatio ſimplr , & ultimatẽ nõ tñ ſumit per cõparationẽ ad actum fruitionis ; ſed etiam per comparationem ad obiectum uerẽ fruibile : immo principaliter. licet ergo peccator actu peccandi quæ rat ſe quietari:quia tamen illo actu non inhęret imobili,ſiuẽ obiecto uerẽ quietatiuo:iõ ſimplr non quietat. ¶ibi. Nec hic debet intelligi quietatio ſumma. Dicit Doc. quòd quietatio ſumma propriẽ erit in patria: de qua erit ſermo in 4.d.49. Sed debet intelligi hic ſumma ſuo modo propter actum irreferibilem,ita acceptantem obiectum .

Peccator nõ quietatur : quia nõ inhæret obiecto uerẽ quietatiuo:ſũma quietatio erit in patria.

Peccator quietatur quietatione ex parte potentiæ accepta,non tñ quietatione ex parte obiecti.

¶Ibi. Secundo arguitur ſic : qui uult, alium vti actu ſuo , non frui eo. patet : quia non appræciatur illum, vt ſummum bonum ; ſed peccator uult Deũ uti actu ſuo ; patet : quia uult illum actum eſſe , ergo uult illum actum eſſe à Deo,cum nihil poſſit eſſe, niſi à Deo: & per conſequens uult Deum uti actu illo: quia Deus tantum utitur omni creatura,uolendo illam in ordine ad ſeipſum: & hoc eſt propriẽ uti.¶Reſpondet Doc.dicens:quòd iſta põt negari.ſ. qui uult alium uti in actu ſuo non fruitur eo: & hoc loquen-

do de fruitione inordinata. possum enim inordinatè amare aliquod obiectum propter se, & sic frui illo; & tamen alium uelle amare illud, non propter se, sed propter aliud: immo possum amare aliquod obiectũ propter se, & sic frui eo, & tamẽ uelle a nullo amari, nec propter se, nec propter aliud (& sic minus appreciaiut illud obiectum, quam uolendo, alium amare illud in ordine ad aliud (vt patet in zelotipia. Et tũc dicam ad probationem maioris: quòd licet fruens appræcietur fruibile tanquam summum bonũ: non tamen uult illud ab omnibus sic appreciari: quando inordinate sic fruitur: non igitur sequitur, vult illud, vel amat illud ut summum bonum. ergo uult alios illud amare ut summum bonum. ¶Ibi. Aliter potest responderi negando minorem, Dicit Doc. quòd nõ sequitur aliquis uult fruibile esse, ergo uult illud esse à Deo: & ratio defectus est quia non oportet uolentem antecedens, uelle consequens, quando consequens non includitur per se in antecedẽte, sicut si volo hominem esse de necessitate, uolo ipsum esse animal: quia hoc consequens est de per se intellectu antecedentis. Sed quando non est de intellectu antecedentis, vel saltem realiter non includitur in illo, non sequitur, q si uolo antecedens, quod uelim consequens: sic in proposito non sequitur: uolo hoc fruibile esse, ergo uolo illud esse à Deo, sed tantum sequitur per locum extrinsecum: qui est ab effectu causæ efficientis ad causam efficientem. Sed de isto an volens antecedens necessariò velit consequens, etiam posito, quòd consequens sit de per se intellectu antecedentis: uide, quæ dicit Doc. in 2. d.6.q.1. in responsione ad quartum argumentum factũ pro opi. S. Tho.

Nõ oportet volentẽ antecedẽs, velle cõsequẽs q consequens non includitur p se in antecedẽte.

Potest quis velle episcopatũ, non tñ Sacerdotiũ.

AD ARGVMENTVM quæstionis ultimę. Dicit Doc. quòd appetitus naturalis non inhæret alicui contrariè: & hoc ut in pluribus: quia fortè esset dubium de appetitu naturali uoluntatis, uel intellectus: an alicui possit inhęrere contrariè: licet hoc non possit sustentari apud Doc. quia appetitus naturalis super est respectu boni commodi: ut patet ab ipso in 2.d.6.q.2.& 49.4. posito tamen quòd possit sic inhęrere non tamen actu elicito amoris: quia appetitus naturalis nullum actum elicitum dicit: sed tantum naturale inclinationem: ut patuit supra. q.4.& diffusè in 4.d.49. modo frui est amore inhęrere: amore dico elicito à voluntate. Finis primę.d.

Q̃ão appetitus naturalis non sit actus elicitus uide Scotũ in 3 libro sñt. dist 17. q. unica.

Distinctio. Secundę. Quæstio. Prima, & Secunda.

Circa istam secundam dist. in qua Magister agit de essentia Dei, & eius unitate & personarum pluralitate. Primo quæritur.

An Deum esse sit per se notum.

D. Thomas prima parte summæ. q 2 art. 1.
Scotus primo sent. dist. 2 q 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. distinc. 2. quæst. 1.
Durandus primo sent distinc. 3. quæst 3.

Aliqua sunt ꝓpositiones p se nota ex solo cõceptu confuso terminorum. Aliqua vero nõ nisi terminis distĩctè cõceptis ut ista Deus est.

IRCA d. secundã Doc. q̃rit duo. Primum an Deum esse sit per se notum. Secundũ an ista ꝓpositio. Deus est. sit p se nota, & primo Doc. respõdet ad sc̃dm. IBI. QVONIAM s̃m philosophum. Quia ista litera est satis difficilis. Primo Not. est de propositione per se nota: quòd ly per se nõ accipitur propriè loqoendo, vt distinguitur contra p accidens: quia nõ dicimus, q per se notum ꝑdicetur de aliqua propositione in primo, uel in sc̃do mõ dicẽdi per se: ut patet: sed ly per se accipitur, vt distinguitur contra ly p aliud: ita q p se excludit q̃cunq; aliã notitiam, ꝑter notitiã terminorũ: quia primo poste. ꝓpositio per se nota immediatè cognoscitur, cognitis terminis. Et iõ dicit Doc. q in ꝓpositione p se nota excludit q̃cunq; cã, & rõ, q̃ est extra per se conceptũ terminorũ propositionis, p se notæ. ¶Et si dicat. Nõne notitia ꝓpositionis p se notæ causatur aliũde, q̃ a terminis, saltẽ partialr: quia ab intellectu: vt posset ꝓbari es dictis Doc. ĩ.d.3.q.4.& 7.& i quol.q.15. Immo talis notitia causat, saltem partialiter à uolũtate diuina: vt patebit. ĩ d. ,.q.4. ¶Dico, q ly p se nõ excludit cãm efficientẽ notitiæ ꝓpositionis p se notę: quia certũ est, q intellectus cõcurrit effectiuè; sed excludit q̃cunq; aliã notitiã, ꝑter notitiã terminorũ: ita q cognitis terminis, statim intellectus cãt euidentẽ notitiã illius ꝓpositionis, ita q nõ hẽt necesse ad hoc, ut talis notitia sit euidẽs, q depẽdeat ab alia notitia, ꝑter notitiã terminorum, sicut hẽt necesse in ꝓpositione nõ p se nota. Põt ẽt dici q aliud est loqui de euidentia ꝓpositionis, & aliud de notitia talis euidentiæ. primo mõ dico, q sicut euidentia ꝓpositionis p se notæ, est formalr à terminis: ita notitia eiusdẽ, vt euidẽs est, à notitia terminorũ, licet ergo notitia ꝓpositionis p se notę, absolutè sumpta, sit partialiter ab intellectu, tñ, vt euidens, est à notitia terminorũ. Si dicat. Nõne voluntas diuina põt immeditè cãre notitiã, ꝓpositionis, vt euidenẽ. Dico, q põt cãre immediate notitiã terminorũ, post, notitiã ꝓpositionis. nõ. n. esset possibile cognoscere aliq̃ ꝓpositionẽ, terminis nõ præcognitis, vel saltẽ simul cognitis: illa tñ notitia nõ esset euidẽs intellectui, nisi à notitia terminorũ, qd̃ bñ nota.

Deum esse demonstrabile in intellectu physicè, vtam ens, mot. uia eminentia.

Per se nõ excludit cam efficientem.

¶Deinde Doc. diffinit ꝓpositionẽ per se notã ibi. Dr igit ꝓpositio p se nota: q ex terminis ꝓprijs, q sunt aliq̃d eius. h d. q a nõ qualescũq; termini possunt facere propositionem per se notam, sed proprij, & speciales termini faciũt illam. vt ipse declarat parum ĩ. sequitur: ut sunt eius idest eo modo, quo ponuntur illi termini proprij in ea: ut in concreto, vel in abstracto distinctè, vel confusè. Nam aliquando propositio est per se nota, quando ponitur terminus distinctè in ea, ut animal rationale est risibile. nam animal rationale distinctè importabat, quòd homo cõfusè. Aliquando ponitur terminus confusè, & non erit per se nota, ut homo est risibilis. nam ly homo ponitur confusè. Aliquando etiam erit per se nota, terminis confusè conceptis: & patebit. ĩ. ideo dicit Doct. vt sunt eius. ¶Deinde declarat qui sunt termini proprij propositionis, per se notæ. ibi. Vlterius. Et dicit, quod alius terminus est diffinitio, & alius diffinitum: non sic intelligendo, quòd termini propositionis, per se nota: puiá prædicatum, & subiectum sic se habeant, q subiectum sit diffinitum, & prædicatum diffinitio subiecti: vel q subiectũ sit diffinitio & ꝑdicatũ diffinitũ: q a tũc ista nõ eẽt p se nota. aĩal rõnale ẽ risibile: nec ista. oẽ totũ ẽ maiꝰ sua parte, & multę alię. Nã aliq̃n subiectũ distinctè importatũ, qd̃ est diffinitio, facit ꝓpositionem p se nota cum alio termino: vt in ista. animal rõnale est risibile: quia cognitis istis terminis est euidens animal rõnale eẽ immediatã & præcisam causam ipsius risibilitatis: nõ sic est de homine respectu risibilitatis. Aliquando etiam accipiuntur termini confusè ab aliquo artifice: qui ex illis immediatè habebit propositionem p se notam.

Diffinitio ꝓpositionis p se nota.

Termini proprij propositionis per se nota. sũt subiectũ & prædicatum, & requiritur, quod subiectum se habeatur ut diffinitũ, & prædicatũ ut diffinitũ uel econtra.

¶Deinde declarat Doc. quòd terminus diffinitionis, & terminus diffiniti: siuè accipiantur pro ipsis uocibus; siuè pro conceptibus, quòd differunt: & hoc intendit probare propter hoc: quia si essent penitus idem, nunq̃ posset esse propositio per se nota terminis distinctè acceptis; quę non esset per se nota terminis confusè acceptis; & sic ista. homo est risibilis esset ita per se nota; sicut ista. aĩal rationale est risibile.

Terminus diffinitionis, et terminus diffiniti semper differunt.

&

& probatio quòd isti termini differant, satis patet in litera: quia si diffinitio, & diffinitum essent penitus idē, in demōstratione potissima esset petitio principij: patet: quia unus modus petitionis principij est, quando probamus aliquid per æquè notum. Si ergo homo, & animal rōnale sunt penitus idem, ergo ista propositio homo est risibilis, est æquè nota, sicut ista. animal rationale est risibile. ¶ Item in demōstratione potissima essent tantum duo termini, si diffinitio, & diffinitum essent penitus idem. ¶ Vltimo hoc idem probat per Arist. 1. phy. t. c. 5. quia nomina sustinēt ad diffinitionem, hoc quod totum ad partes. i. ꝙ diffinitum se habet ad diffinitionem, sicut totum ad partes; sed totū prius cognoscitur confusè, & post per partes distinctè, sic, & diffinitum prius cognoscitur cōfusè, & post per diffinitionē distinctè. diffinitio ergo distinctè importat hoc, quod diffinitum importat confusè. Si ergo diffinitio & diffinitum essent penitus idem: tunc, vel utrumque idem importaret distinctè, vel confusè, quod est manifestè falsum. ¶ Ibi. Ex duobus declaratis. Dicit Doc. hic: ꝙ declarata propositione per se nota. Et secundo quomodo alius est terminus diffinitionis: & alius est terminus diffiniti infert unam conclusionem: ꝙ nunq̄ est aliqua propositio per se nota de quiditate confusè accepta, nisi eadem sit per se nota, de quiditate distinctè accepta. Nam s̄m Doc. omnis propositio, quæ est per se nota, terminis confusè acceptis, erit etiam per se nota, si termini distinctè cōcipiantur: non tamen econtra. s. ꝙ non omnis propositio per se nota, terminis distinctè conceptis: erit per se nota, terminis confusè conceptis: & hoc probat tripliciter. ¶ Primo ibi. Hæc etiam eadem conclusio probatur. Et sententia literæ est: quòd si omnis propositio, quæ est per se nota, terminis distinctè acceptis, esset per se nota, terminis confusè conceptis: tunc propositio, in qua superius prædicatur de inferiori, vt hæc. homo est animal, uel substantia, in qua termini confusè concipiuntur, esset per se nota: quod est falsum. Si tamen termini distinctè accipiuntur erit p se nota: quia tunc manifestum erit, quòd unum extremum includit aliud. ¶ Secundò. Ibi. Similiter aliàs q̄libet propositio esset per se nota in scientijs specialibus: quam metaphysicus posset habere per se notam ex diffinitionibus extremorum, quod non est uerum: quia geometer non utitur aliquibus principijs, tanq̄ per se notis, nisi quæ habent euidentem ueritatem, ex terminis confusè cognitis, putà concipiendo lineam confusè: euidens est, ꝙ linea est longitudo, sine latitudine, non cōcipiendo adhuc distinctè ad quod genus pertineat lineam: sicut considerat metaphysicus: alias autē propositiones, quas metaphysicus posset cognoscere, putà, ꝙ linea est species quantitatis continuæ distincta contra superficiem, & corpus, & huiusmodi tales propositiones non habet geometer pp se notas. Sequitur ergo, quòd diffinitio distinguitur à diffinito, & si nullo modo distinguerentur, tunc geometer habens propositionem per se notam, terminis confusè conceptis, statim haberet per se notam, terminis distinctè conceptis, cuius oppositum patet in litera, & aliqua propositio potest esse per se nota, terminis distinctè conceptis, quæ non erit per se nota, terminis confusè conceptis. ¶ Tertiò. Ibi. Patet hoc tertio. Scilicet, ꝙ non omnis propositio per se nota, de quiditate distinctè accepta putà de diffinitione, est p se nota, de quiditate confusè accepta, putà de diffinito: patet. nam risibile est per se notum de animali rationali, vt est quiditas hominis distincta, & tamen non est per se notum de homine, qui est diffinitum: patet qa est demonstrabile de ipso. Similiter habere tres angulos æquales duobus rectis est per se notum de diffinitione trianguli, quæ est ista. Omnis figura plana, tribus lineis contenta, habet tres angulos, æquales duobus rectis: & tamen illa passio, quæ est habere tres &c, non est per se nota de triangulo: immo demōstratur per diffinitionem trianguli. Concludit ergo Doc. ꝙ illa dicitur propositio per se nota, quæ habet euidentem veritatem, ex proprijs terminis eius, ut sunt eius: ita quòd quicunque intellectus perfectè concipit tales terminos, statim habet euidentem ueritatem de vnione terminorum: quia sunt tales termini, qui q̄tum est ex parte eorum, semper nati sunt facere euidentem ueritatem de unione eorum cuicunque intellectui, concipienti illos. ¶ Ibi. Ex hoc patet. Hic Doc. improbat opi. Tho. in prima parte q. 2. art. 1. in solutione principali ubi dicit ꝙ cōtingit aliquid esse per se notum dupliciter. Vno modo s̄m se: & non quo ad nos. Alio modo secundùm se: & quo ad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota: quia prædicatum includitur in ratione subiecti: ut homo est animal nam animal est de ratione hominis. Si igitur notum sit omnibus de prædicato, & de subiecto quid sit propositio illa, erit omnibus per se nota. Si autem apud aliquos notum sit de prædicato, & subiecto quid sit propositio, quantum in se est: erit per se nota: non tamen apud illos, qui prædicatum, & subiectum propositionis ignorant. hęc ille ¶ Contra hoc instat Doc. quia propositio per se nota, & per se noscibilis idem sunt. non enim propositio dicitur p se nota: quia ab aliquo intellectu actu cognoscitur p se. si enim nullus intellectus eam cognosceret: tunc nulla propositio erit per se nota. Dicitur enim per se nota: quia quantum est de natura terminorum, nata est habere euidentem ueritatem, siuè euidentem conformitatem prædicati ad subiectum: ut magis. j. patebit. d. 3. q. 4. ¶ Ibi. Ex his patet. Hic etiam Doc. improbat Tho. vbi supra qui facit distinctionem inter propositionem per se notam in se, & in nobis: qa quæcunque est per se nota, cuicūque intellectui, erit per se nota: licet non actu cognita: tamen quantum est ex terminis est euidenter nota si termini cōcipiantur. ¶ Ibi. Item propter idem. Hic Doc. improbat opi. Tho. ubi supra qui distinguit propositionem per se notam sapientibus, uel insipientibus. Quædam inquit sunt animi conceptiones, & per se notæ apud sapientes tantum: ut incorporalia in loco nō esse: & adducit Boe. de ebdo. Contra quam arguit Doct. quia hoc totum pertinet ad conceptionem terminorum, quæ præsupponitur ad intellectum propositionis per se notæ. habet enim propositio per se nota euidentem ueritatem ratione terminorum: quòd modo concipiantur, uel quòd non concipiantur accidit ei: non dicitur per se nota: quia concipitur: quia si non conciperetur: adhuc esset per se nota.

Sententia litera quæ sit

Definitio distinguitur à definito.

D Thomas prima parte summæ q. 2. art. 1. dicit quod hæc propositio Deus est, per se nota in se, non autem quo ad nos.

Scotus in 1. sent. dist. 2. q. 1. dicit ꝙ hæc propositio duobus modis pt cōcipi, uno modo ut comparatur ad intellectū diuinū, et ad intellectum creatū beatum, et tunc est per se nota.

Si verò comparatur ad intellectum viatoris, nō est per se nota quantum intellectus viatoris nō potest distinctè cognoscere terminos huius propositionis.

Secundo potest capi in se idest secundum suā naturam, quo ad purā rōnem conceptibilem terminorū suorum, tūc est per se nota.

¶ Ibi. Nec illa distinctio valet. Hic improbat vnam distinctionem Gul. Var. lib. 1. distinc. 2. quæst. 8. qui uult, quòd aliquæ sint per se notæ primi ordinis, aliquæ secundi ordinis: quia quæcunque in suo ordine habet euidentem veritatem. ita enim ista. animal rationale est risibile est per se nota concipienti terminos: sicut ista. oē totū est maius sua parte erit euidens terminis cōceptis: omnes. n. sunt simpliciter euidentes ex suis terminis.

INTER QVAS reueren. magister Gul. Ocham arguit contra aliqua dicta Doct. de propositione per se nota: præsertim contra hoc, quod dicit Doct. quòd aliquid est per se notum de diffinitione, quod non est per se notum de diffinito. Nam hæc est per se nota. animal rationale est risibile. & hæc non est per se nota. homo est risibilis: & probat, quòd hæc non sit per se nota. animal rationale est risibile, & accipit vnum dictum Doct. dist. 2 quæst. 1. primi; quòd prædicatum nō est per se notum de aliquo subiecto cō

Hac distinctione pōt cōcordari Scotus & D. Thomas, nā dicit D. Thomas ꝙ hæc non est per se nota nobis. considerat ipsam quo ad potentiam determinatā.

Scotus cõfir rat secundo mentes se habet rõne ter minorũ suo rum, quibus cognitis distinctè est per se nota propositio, et sic ĩ hoc pot sustineri conclusio problematica

posito, nisi sit per se notum, partes illius subiecti vniri. Sed Ochã addit minorem : sed non est per se notum partes diffinitionis per se uniri. Probat quia in diffinitione propriè dicta exprimũtur partes, realiter distinctæ, ipsius diffiniti : & tales partes possunt cognosci, quamuis non sit per se notum illas uniri. ¶ Item, quælibet talis unio partium est contingens: (ut patet de materia & forma) ergo una pars non est per se nota de alia. Si dicatur, (vt aliqui dicunt) ꝙ vnio actualis est contingens : sed non potentialis. ¶Contra hoc arguit : quia per diffinitionem non exprimitur unio potẽtialis: sed actualis: sicut dicimus, quòd potest esse animal rationale. ¶ Vltimò arguit dicens; ꝙ si aliquod prædicatum est per se notum de diffinitione & non de diffinito, maximè ipsum diffinitum esset per se notum de diffinitione, quod est falsum. ¶ Respondetur primò, quòd eo modo, quo aliquid diffinitur, eo modo partes diffinitionis uniuntur. Nã si homo diffiniatur physicaliter partes diffinitionis considerantur, ut physicaliter uniuntur: sicut dicimus, quòd homo physicaliter est quid constans ex anima, & corpore. Si uerò diffiniatur metaphysicaliter, non diffinitur propriè per rem, & rem: sed magis per realitatem, & realitatem, quæ realitates abstrahuntur ab alia, & alia re, si diffinitum sit uerè compositum, uel ab alia, & alia realitate sic diffinitum sit simplex, ut albedo, & hoc patet à Doc. in 1. d.8. Dico ergo, quòd diffinitio propriè dicta datur tantum de diffinito in communi primo, & per se, vt præscindit ab omni existentia: & tunc dico, ꝙ notum est intellectui, concipienti partes diffinitionis illas uniri, non, ꝙ una prædicetur per se de alia, nec per se primo modo, nec secundo modo: ut patet à Doc. 7. suę meta. & d.3. & 8. primi. nec hoc est necesse, quòd una pars, quæ nota est uniri alteri per se prædicetur de alia: (ut patet in mulus) sed sufficit hoc, quòd cognoscens illas abstractiuè, sit sibi euidens unio illarũ partium. Et quando dicit, quòd illę partes realiter distinguuntur. Dico, quòd & si physicaliter considerata, & secundùm, quòd existunt realiter distinguãtur: tamen, ut considerantur secundùm realitates, secundùm quas propriè diffiniuntur: ut cum dicimus, homo est animal rationale. dico, quòd etsi formaliter distinguantur: non tamen realiter, etiam quando sumuntur a diuersis rebus. Et posito etiam, quòd realiter distinguantur, adhuc non sequitur, quin sit notum, unam uniri alteri. Nam secundùm multos, ꝓpria passio realiter distinguitur à subiecto, & diffinitione subiecti, & tamẽ est per se nota de subiecti diffinitione. ¶ Item pars realiter distinguitur à toto, quia potest manere toto destructo, & tamen hæc est per se nota, totum est maius sua parte ¶ Item, quando dicit, quòd hæc unio est contingens. negatur : immo dico, quòd sicut homo quiditatiuè sumptus, est necesse esse, saltem necessitate secũdùm quiditatem, & vnio partium est necessaria : diffinitur. n. homo (ut dixi) vt præscindit ab omni existentia actuali, & si concedo, quòd talis unio est actualis, & quòd actu homo est animal rationale: & hæc fuit uera ab æterno : & quomodo homo dicatur componi sic in communi, & dicatur diffiniri &c. uide diffusè Doc. in 3. d. 22.

Nõ. pulchrã so. cõtra Au. Suess. de partibus diffinitionis.

Et quando ultimo dicit, quòd hæc esset magis per se nota, ubi diffinitũ prædicatur de diffinitione, ut hęc, animal rationale est homo. Dico breuiter, quod propositio per se nota præsupponit prædicationem per se rectam. recta autem prędicatio non est diffiniti de diffinitione: sed econtra. Nam in propositione per se nota est euidentia, prædicatum euidenter uniri subiecto, modo non dicimus diffinitum propriè uniri diffinitioni, sed econtra.

Prædicatio recta est quã diffinitio prædicatur de diffinito, vel superius de suo inferiori.

EX HIS AD Q. Hic Doc. declarat intentum principale : uidelicet quõ ista propositio. Deus est. sit per se nota: supplè intellectui, distinctè apprahẽdenti terminos. Et ratio Doc. principaliter in hoc cõsistit scilicet quòd existentia prædicetur per se primo modo d Deo. Nam si quis distinctè uideret Deitatem, & ipsam existentiam, statim esset sibi euidens vnio, & conformitas huius prædicati, quod est esse, ad subiectum, quod est Deus. Hoc idem uult. q. 1. quolib. quòd existentia sit de essentia Dei. ¶ Ex his dictis aliqui uolunt, quòd intentio Doc. sit, quòd omnis propositio primi modi sit per se nota ex hoc qđ Doct. dicit : quòd hæc propositio est per se nota. Deus est; quia existentia prædicatur de Deo in primo modo. Sed certum est, quòd non est intentio Doc. quòd omnis propositio per se primi modi sit per se nota, ut multi exponunt Doc. Nam supra in art. primo dixit, quòd hæc non est per se nota, homo est animal : aliqua tamen potest esse per se nota Dico secundo quod non haberem pro inconuenienti, quòd omnis talis propositio dicatur per se nota, terminis distinctè conceptis. Nam si quis distinctè conciperet hominem, & distinctè conciperet animal, statim esset sibi euidens, & manifesta inclusio essentialis ipsius animalis in homine. Et sic dico de quocunque superiori, putà, quòd homo sit substantia. ¶ Si dicatur, quòd hæc potest demonstrari sic arguendo omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Et si sic. non erit per se nota. ¶ Dico, quòd multæ sunt propositiones syllogicabiles, quæ tamen non sunt demonstrabiles sicut est de ista. Nam propositio demonstrabilis non tantum infertur à præmissis sed etiam oportet, quòd euidentia talis propositionis sit causata à præmissis, vel saltem à notitia præmissarum. Et quòd omnis propositio per se primi modi sit per se nota, hoc etiam tenet expresse sanctus Thomas prima parte quæst. 2. art. primo. & Egidius in primo. dist. 3, q. 2.

Existẽtia est de essentia Dei.

Impugnatio aliquorum.

Obiectio.

Responsio.

D. Tho. & Egi. de propositione per se nota.

CONTRA quam opi. arguit Grego. de Ari. quia hæc non est per se nota, intellectus est substantia, uel intellectus est qualitas, cũ sit multa altercatio inter sapientes, an sit substantia, uel qualitas: ¶ Dico primo, quòd loquendo de intellectu, ut est potentia naturæ intellectualis: substantia non prædicatur per se primo modo de illo: quia non est in recta linea prædicamentali (vt patet) & tantũ illa, quæ sunt in recta linea prædicamentali recipiunt prædicationem predicati per se; alia vero non. Non enim genus prædicatur per se de differentia : vt patet 7. metaph. Secundo dico, quod posito, quod sit prædicatio per se primo modo : adhuc esset per se nota intellectui, distinctè concipienti terminos: & si sapientes possent distinctè concipere terminos illos nulla esset inter eos altercatio. ¶ Addit ipse magister Greg. multa alia inconuenientia: videlicet, quod hæc esset per se nota, rosa est flos. albedo est color, & si sic. tunc cecus haberet illam per se notam. ¶ Sed ex dictis supra. patet, quod ista non concludunt: quia semper dicam, quod si distinctè conciperentur tales termini: tales propositiones essent per se notę intellectui, distinctè concipienti terminos.

Greg. de Ari. arguit contra.

Responsio.

Addit etiã Greg.

Item alij.

SECVNDO principaliter. Aliqui sequentes uestigia Doc. subtilis dicunt, quod existentia non est de essentia Dei: sed tantum est gradus intrinsecus, & mouentur tali medio. Quia ex quo existentia est communis existentiæ increatæ, & existentiæ creatæ, sequitur, quod existentia creata, & increata sunt eiusdem rationis: si sic. cum existentia creata non sit de essentia craturæ, sed gradus intrinsecus: sequitur, quod existentia increata erit tantum gradus intrinsecus. Confirmatur : quia ex quo sapientia creata, & increata sunt eiusdem rationis, cũ conueniãt in qd in sapiẽtia cõiter sumpta: sequi, ꝙ si sapientia creata nõ est de

Frãciscus Mayronis 16. q. ... Barges primo sent. 2. q. 2.

D Trombeta ... malitat... bus increa... dist & ... essentia ... turarum.

est de quiditate alicuius substantię: nec etiam gradus intrinsecus, sed sibi aduentitia, ergo & increata similiter.

Responsio.

¶ Dico primo, quòd vbi habetur mens Doc. per verba ipsius expressa, & in pluribus locis: non debet retorqueri in aliud, quod expresse non dicit. ¶ Secundo dico, quòd nec ratio, nec confirmatio istorum concludunt contra Doc.

Hic nota de identitate.

Nam aliqua esse eiusdē rōnis potest dupliciter intelligi, aut eiusdem rationis specificè, aut eiusdem rationis transcendenter. primo modo conceditur, q̄ si unum extremum nō est de quiditate alicuius, sic similiter nec alterū: sed secūdo mō negat: & patet instātia in multis Nā aīa intellectiua, & Angelus sunt eiusdē rōnis trāscendenter: qa cōueniūt in ente quiditatiuè. ut patet à Doctore in primo d.3.& 8. & tñ nō sequitur, q̄ si aīa pōt informare materiā, q̄ similiter Angelus. vt patet à Doctore in quol q.9. Similiter substātia diuina, & substātia per se corporea cōueniūt quiditatiuè in substantia nō generica, sed trascēdenti (vt patere pōt à Doct. in primo d.8.) & tñ nō seqtur, q̄ si substātia p se corporea sit p se, & primo composita, q̄ silr, & substātia diuina. Et multa alia exēpla posset adduci. Sic dico in ꝓposito, q̄ posito, q̄ existentia Dei, & existentia creaturæ cōueniāt quiditatiuè in existētia in cōi, & trascēdēti: nō tñ cōueniūt in aliqua existētia, hñte tm̄ unitatē specificā.

Aliqua esse eiusdem rationis pōt dupliciter intelligi.

¶ Dico tertiò, q̄ aliqua esse eiusdem rōnis pōt adhuc dupliciter intelligi: aut: qa tm̄ cōueniūt in aliquo cōceptu cōi: aut quia cōueniūt in aliqua realitate. Primo mō Deus, & creatura pñt dici eiusdē rōnis: sed nō secūdo mō: immo secūdo mō sūt primo diuersa: vt patet à Doc. in 1.d.8. ¶ Et si fortè cōcedat, q̄ illa, q sunt eiusdem rōnis secūdo mō sic se habeant, q̄ quicquid p se cōuenit uni extremo conuenit, & alteri: nō tñ si sūt eiusdem rōnis primo mō. In ꝓposito aūt, & si existentia creata, & increata fortè cōueniāt in existentia trascēdenti quiditatiuè, tanq̄ in cōceptu cōi: negat tñ q̄ cōueniāt in aliqua realitate. ur faciltr ꝓbari pōt p dicta Doctoris in 1. d. 3. 8. & 26. Et sic patet, qūo nihil cōcludit cōtra Doc. ¶ Ibi. Sed si q̄rit an esse &c. Dicit Doc. an illa ꝓpositio sit p se nota, in qua esse p̄dicat de aliquo conceptu dicto d Deo: quē nos ꝓ statu isto cōcipimus, & fortè uia naturali. Nam concipimus nos aliquod ens necesse esse aliquod ens infinitū: & isti cōceptus prædicantur de Deo, vt dicendo Deus est ens infinitum. Deus est ens necesse esse. Queritur ergo au hęc sit p se nota. ens necesse esse est uel ista ens infinitū est, & hmōi. Rñdet Doc. q̄ nulla istarū est per se nota: & ꝓbat tripltr. Primo ibi. primo: quia q̄libet talis. Hæc lrā stat in duobus dictis principaltr. Primum ibi. Quicquid primo, & immediatè conuenit alicui, de quolibet, qd est in eo, siue sibi superiori, siuè inferiori, vel de passione pōt demonstrari pp quid p illud, cui primo conuenit, tāq̄ p medium. Hęc litera non debet ęqualiter intelligi de supiori, & inferiori & de passione: ita q̄ qñ.a. primo, & immediatè conuenit.b. potest demūstrari de quolibet superiori tm̄ particulariter, & de quolibet inferiori uniuersaltr, & de passione illius subiecti, et vniuersalr: & hoc per diffinitionem subiecti, si habet: vel per ipsum subiectum, si non habet diffinitionem. Exemplum. risibile immediatè demonstratur de homine p aīal rōnale ergo de quolibet hoīe: ergo de aliquo animali, aut aliqua substātia particulariter. ergo & de disciplinabilitate vniuersaliter. Exēplū primi. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis. Exēplum secundi. Omne animal rationale est risibile: aliqua substantia est animal rōnale, ergo aliqua substantia est risibilis. Non enim per rōnē hominis pōt concludi risibile de substantia uniuersaliter. vt patet Exēplum tertij. posito, q̄ disciplinabile sit secūda passio hominis: tunc bene sequitur. Omne animal rationale est risibile, omne disciplinabile est animal rationale, ergo omne disciplinabile est risibile. Secundum dictum est ibi. Esse autem primo conuenit huic essētiæ, ut hęc, ergo de quolibet, quod est in hac essentia, quod potest à nobis concipi, siuè sit quasi superius: ut dicendo ens infinitū, uel ens necesse esse; siuè quasi passio. Vt summum bonum, summè sapiens. nam attributa dicunt quasi passiones Dei. vt patet à Doc. in q. de subiecto theologiæ: de tali supiori, vel passione pōt demonstrari esse per hanc essentiam pp quid. Exemplū primi. Quicquid est essentia diuina, ut hæc est existens: quia ly esse accipitur ꝓ existentia actuali: sed ens infinitū, uel ens necesse esse, est hæc essentia diuina, ergo omne tale ex existens. Exemplum de quasi passione.

Attributa dicūtur quasi passiones.

Quicquid est hæc essentia diuina est simpliciter existens: sed summum bonum, siuè summè sapiēs est hęc essentia diuina, ergo. Scđa rō est ibi. Scđo sic. Hęc rō clara est in lrā: quia certū est q̄ infinitū ens esse, uel sola fide tenemus, uel demōstramus: hoc idē de sūmo bono, & p cōsequēs nō sunt p se notæ. ¶ Tertia rō est ibi. Tertio: quia nihil est p se notū. Ista lrā cōtinet plura. Primò non accipit hic cōceptus simpltr simplex, qui nō resoluit in priores conceptus: & qui uel totaltr scitur, uel totaltr ignorat, ut patet à Doc. in 1.d.3. quia hoc mō, Deus nō est cōceptus simpltr simplex pater, quia pōt resolui in ens quiditatiuè, sed magis dēt accipi conceptus simpltr simplex ꝓ conceptu p se, & incōplexo, & non simpltr simplex ꝓ conceptu cōplexo: q̄uis alij uelint exponere de conceptu primo mō: qd non vr̄ sm intentionem Doc. ut patet in lrā expssius.

Conceptus simpliciter simplex hic accipitur ꝓ conceptu incomplexo et non aliter

Scđo dicit, q̄ nullus cōceptus, quē hēmus de Deo ꝓprius sibi est simpltr simplex: patet discurrendo p oēs conceptus, dictos de Deo à nobis, & ꝓprios sibi. Nam ens. bonū, & hmōi non sunt conceptus ꝓprij Deo sed isti conceptus ens infinitum, ens necesse esse, ens sommū, & hmōi, sunt conceptus nō simpltr simplices, & proprij Deo. Et breuiter omnis conceptus proprius Deo, quem Deo, pro statu isto concipimus est cōceptus complexus: ut diffusius declarabo. 7.d.3.q.1.

Cōceptus ꝓprij Deo.

Tertiò dicit, q̄ de tali conceptu cōplexo nullū p̄dicatum est p se notū, nisi sit p se notū, partes illius conceptus p se uniri. Et hoc ꝓbat in simili: quia sicut rō in se falsa, de nullo pōt esse uera, ut patet. 5. meta. c. de falso. t.c. 34. sicut ista hō irrōnalis, cū sit in se penitus falsa, de nullo pōt uerè p̄dicari: & siltr nihil pōt uerè p̄dicari de aliqua rōne in se falsa. nā dicēdo, hō irrōnalis est animal, ly aīal non pōt uerè p̄dicari, cū hō irrōnalis nihil penitus sit: similtr de conceptu per accidens, nihil p se pōt prædicari. Nam ista, hō albus est, aīal nullo mō est p se: vt patet in lrā. Sic in ꝓposito nullū p̄dicatū pōt esse p se notū de aliquo conceptu, non simpltr simplici, nisi sit per se notum, partes illius conceptus per se uniri: sed non eē per se notum, partes huius conceptus, ens infinitum posse ad inuicem uniri: quia dubiū est an entitas, & infinitas sint in aliquo: & similtr, an entitas, & necessitas: & sic patet rō. Si tñ uolum⁹ dicere, q̄ cōceptus non dr̄ simpliciter simplex ex eo, q̄ est incomplexus: sed quia in ipso non includuntur plura obiecta, essentialiter p se concepibilia: & sic ens, & passiones; eius sunt conceptus simpliciter simplices: & similiter ultimæ differentiæ: & hō, & asinus nō sunt simpliciter simplices: adhuc stabit rō Doc. non. n. hæc erit per se nota, animal rōnale est risibile, nisi sit per se notum partes illius subiecti uniri: est aūt p se notū rōnale esse per se cōtractiuum animalis, & animal esse uerè contrahibile per rōnale: sed in proposito, cum dico infinitum ens est: partes huius subiecti, infinitum ens, non est per se notū uniri. patet. Tum. quia non est notum, p se infinitatē esse in entibus: immo, uel demonstratur, uel saltem persuadetur: & adhuc non per se notum, partes adinuicem esse compossibiles.

Dicitur cōceptus simpliciter simplex, quia non includitur in eo plura obiecta essentialiter p se cōceptibilia.

Opi G. Var. lib. 1 d. 2.

Tum quia non est per se notum, vnam contrahi per aliam &c. ¶Ibi. Ex ista ratione ultima: patet ad quasdam instantias, cum arguitur; hæc est per se nota; necesse esse est: quia oppositum prædicati repugnat subiecto: si. n. non est, non est necesse esse. hæc etiam est per se nota, Deus est: quia secundùm expositioné, quam ponit Dam. lib. primo cap. 12. Deus dicitur ab operatione actuali; ergo idem est: Deus est, sicut operans actu est: quia oppositum prędicati repugnat subiecto: repugnat enim quòd sit operans actu, & quod non sit. ¶Ibi. Dicitur, quòd hæc propositio operans actu est. Hæc litera huius opi. sic debet intelligi s. cũ dicimus actu operans est: si prædicat secundùm adiacens; sensus est quòd operans actu nunc existit: ut verò prædicat tertium & hoc habitualiter, sensus est; actu operans, idest aptum natum operari, est primo, non est per se nota, sed secundo modo. Sed Doc. improbat hanc responsionem. ibi. Sed hoc non est logicè dictum: quia secundùm philosophũ. 2. perhier. in primo esse non prædicat tertium, nisi quando tertium adiacet sibi, tanquam prædicatum: quando autem nullum sibi adiacet tertium, prædicat esse proprium, quod est prædicari secundùm adiacens. Et sẽsus literæ est: quòd illa propositio propriè prædicat secundùm adiacens, in qua nullum aliud prædicatũ est, quàm ens sub intellectum in ly est. Exemplum. homo est. Illa uerò prædicat tertium adiacens, quæ habet aliud prædicatum, quàm ly ens sub intellectũ; vt homo est substantia. ¶Ibi. Ideo aliter respondeo ad instantias. Dicit Doc. quòd non sufficit ad propositionem per se notam, quòd oppositum prædicati repugnet subiecto, sed duo requiruntur. Primo quòd sit per se notum oppositũ prædicati repugnare subiecto: & hoc patet per Ari. primo posteri. contex. 6. vbi vult, quòd sicut primum principium est notissimum in ueritate; ita oppositum primi principij erit notissimum in falsitate. Secundò etiam requiritur, quòd sit per se notum, partes subiecti per se vniri, si non dicit conceptum per se simpliciter simplicem. ¶Ibi. Contra istud Pro intelligentia huius literæ declaro illam per exemplum: homo est animal: tunc sic: homo est: ergo animal est. Oppositum cõsequentis est non animal. Nam ista repugnant, quòd homo sit, & animal non sit. Si ergo non animal repugnat homini, ergo si homo est, animal est. Et quando dicit, quòd cõsequentia erit bona scilicet ponendo subiectum in antecedente: putà subiectum huius propositionis, homo est animal: sic dicendo homo est: & ponendo, idest affirmando prædicatum illius propositionis in consequente, scilicet ergo animal est. Ista enim consequentia homo est, ergo animal est: tenet virtute illius cathegoricæ: vt homo est animal. Sic in proposito cũ dicit Duc. a. est necessè esse: ergo. a. ipsum Deum: putà Deus est necesse esse: ergo Deus est: hæc consequentia tenet uirtute huius cathegoricæ, Deus est necesse esse: quia talis cathegorica unit ista extrẽma in antecedente, & consequente: ualet ista cathegorica, Deus est necesse esse: ergo Deus est: vel dicendo necesse esse est Deus, ergo necesse esse est, ergo Deus est. Idem dico, quando dicimus operans actu est. Doctor respondet ad hãc obiectionem ibi. Respondeo: quando in antecedente. Et litera satis clara est usque ibi. Ita in proposito. includũtur duo opposita: sicut hinc homo irrationalis, & quando infertur consequens ex tali antecedente (consequens dico uerum) non infertur ratione totius antecedentis, patet, quia antecedens est simpliciter impossibile, & incompossibile, & per consequens ex tali nó potest inferri essentialiter, & formaliter consequens verum: licet enim ex falso possit sequi uerum: nunquã tamen ex falso essentialiter, & formaliter, siuè per se potest sequi uerum: & si aliquando sequatur per accidens: & sic debet intelligi propositio philosophi primo priorum: quòd ex falso potest sequi uerũ de qua aliàs: si ergo hoc consequens uerum, scilicet, ergo animal est, infertur ex illo antecedente: patet, quòd præcisè infertur ratione partis extremi, non totius extremi: sequitur enim animal esse ex utraque parte extremi, seorsum sumpta, sed non ut uniris: nam sequitur irrationale est, ergo animal est, similiter homo est: ergo animal est: & sic tales consequentiæ uerè tenent ratione alterius, & alterius cathegoricæ ueræ scilicet ratione istius; homo est animal: ideo bene sequitur homo est, ergo animal est: similiter irrationale est animal, ideo sequitur irrationale est, ergo animal est: sic in proposito, si propositio habeat extremum, puta subiectum non simpliciter simplex, cuius partes non sunt per se notæ uniri (sicut in ista infinitum ens est. iste partes scilicet infinitum, & ens, non sunt notæ per se vniri, ut supra patuit) si ex tali extremo, nó simpliciter simplici infertur aliquod consequens, nó infertur simpliciter, nisi ratione alterius partis extremi, quę includit illud, quod infertur in consequente. & ideo tamen in uirtute cathegoricæ coniungentis illa duo alteram scilicet partem antecedentis, & alteram partem consequentis. ita est hic. esse est: non autem necesse esse est. Et sensus est, quod istud consequens scilicet ergo Deus est: nó infertur ratione totius subiecti scilicet necesse esse est: sed tãtum ratione unius partis scilicet ratione esse. Sunt enim ibi duæ partes scilicet necesse, & esse: & quia nó sunt notæ uniri per se (vt dixi supra) ideo ly est, tantum infertur ratione ipsius esse. sic arguendo. Deus est esse, siuè essentia: ergo Deus est. ¶Ibi per idem ad aliud: si non est actu, non est operans: ergo per oppositum, si est operans, est ens actu. Respõdeo in subiecto includuntur plura: quorum alterum est præcisè ratio consequentię: non autem totum: & ideo non est propositio necessaria, uniendo totum extremum antecedentis, cum extremo consequentis. ut si arguatur sic. Deus est ens actu operans, ergo Deus est. Dicit Doc. quòd hoc consequens euidenter infertur, nó ratione totius extremi, cum non sit notum, partes illius extremi adinuicem uniri: sed infertur pręcisè ratione illius partis, quæ euidenter includit illud, quod infertur in consequente. Et sic infertur ratione huius extremi scilicet ens, siuè esse: & sic arguitur; Deus est ens, siuè esse: ergo Deus est: quę consequentia tenet uirtute huius cathegoricæ. Deus est existens; siuè Deus est esse; siuè Deus est quiditatiuè existentia: & sic patet litera.

Deus dicitur ab operatione actuali.

Prædicatio duplex. prima est de secundo adiacente: in qua ponitur subiectum verbum tantũ propositio & tertio adiacente, in qua ponitur subiectũ uerbum, & copula

Impugnatio G. Var.

Non sufficit oppositum prædicati repugnare subiecto, sed illud debet esse per se notum.

Iterum instat Gu. Va.

Quo ex falso non põt sequi uerũ

Soluitur obiectio G. Va.

AD ARGVMENTA principalia. Antequam respondeam ad primum argumentum declaro aliqua. Primo Doc. in corpore quæstionis declarauit, quòd hæc est per se nota Deus est: & respódeo ad primum argumentum uidetur negare, quòd sit per se nota. Ideo est dicendum, quòd Deum esse est per se notum intellectui, distinctè concipienti terminos. Sed nullus intellectus uia naturali potest distinctè cócipere ipsum Deum: ut subtiliter patet à Doc. q. 14. quoli. Et ideo respondendo ad primom argumentum dicit: quòd hæc non est per se nota, Deus est: supple uia naturali. Secundò pro responsione argumenti declarò, quòd aliquid esse per se notum cótingit dupliciter. Primò ex sola cognitione terminorum; ita, quòd euidentia talis propositionis non sit demonstrabilis, nec à posteriori: & illa dicitur propriè propositio per se nota: ut patet à Doc. Secundò aliqua dicitur per se nota ex hoc, quòd arguendo à posteriori statim sit nota. Sicut aliquod est effectum: ergo aliqua potentia causa est: uel aliquod est dependens, ergo est aliquod principium independens. Et hoc modo istæ. aliqua potentia causa est: aliquod principium independens est, possunt dici propositiones per se notæ in conceptibus tñ confusis: & sic

Deum esse per se notũ & non est per se notum.

Per se notũ dupliciter.

debet

debet intelligi rñsio Doc. ad primum argumentum. ¶ Ibi. Preterea illud quo &c. Secundò principaliter arguitur. Illud, quo maius cogitari non potest, est per se notum. Deus est id, quo maius cogitari nó potest secundum Ans. proslo. 2. illud autem est infinitum: patet quia si esset finitum, maius cogitari posset: quia infinitum est maius: ergo Deum esse infinitum est per se notum. Si dicatur, quòd Deum esse infinitum est tantum in intellectu, siue in cogitatione, & non in re. Contra: quia tunc non esset maius, quo cogitari possit: maius est enim esse in re, quam solum in cogitatione: quia vt in cogitatione præcisè est ens, secundum quid denominatione intrinseca. esse verò in re est ens simpliciter denominatione intrinseca. Sequitur ergo, quod infinitum esse in ré sit simpliciter p se notum. ¶ Respondet Doc. quòd Ans. non dicit, illa propositionem, scilicet Deus est, quo maius &c. esse per se notum: patet quia nihil est per se notum, cuius euidentia dependet ex euidentia alterius propositionis, siue cuius euidentia potest demonstrari syllogisticè. Sed ista. summum ens est maius, quo cogitari potest: ostenditur saltem per duos syllogismos, primus syllogismus é, oí nó ente ens est maius, sūmo nihil est maius: ergo nullū summum est non ens. secundus est; quod non est non ens: est ens. summum, non est non ens: ergo summum est ens. & sic patet quomodo esse, sine existentia demóstratur de ente summo: & sic hęc non est per se nota, summum ens est: non enim notū est, has partes per se vniri, scilicet summū, & ens. Hoc idé potest argui de infinito per similes sillogismos: arguendo sic. omni non ente, ens est maius, sed infinito nihil est maius: ergo nullum infinitum est non ens. Tunc vltra: quod non est non ens, est ens: infinitū non est non ens: ergo infinitum est ens. ergo infinitū ens esse, non est per se notum &c. ¶ Ad tertiam rationé dantur due responsiones. ibi: Ad tertium dico. Prima responsio talis est: quia non sequitur, ueritatem esse in communi est per se notum: ergo Deum esse est per se notum. committitur fallacia consequentis, à positione consequentis ad positionem antecedentis: ac si argueret. aial est: ergo homo est: sic in pruposito nó sequitur, ueritatem in communi esse est per se nomm ergo hanc ueritatem esse est per se notum. ¶ Scda responsio est ibi. Aliter potest negari maior. Et nota, quod est vna regula insolubilium, quando est aliqua propositio includens contradictoria, ipsa est neganda in omni casu: quia solum casus possibiles debent admitti: & sic ista propositio nulla ueritas est. falsificat seipsam: quia si nulla ueritas est, tunc nec ipsa est vera: & si verum est, quod nulla ueritas sit: tunc ipsa est uera: quia significat ita esse, sicut, est, ergo ipsa est vera, & non uera simul. Et sic quando arguitur à propositione de inesse, quæ includit incompossibilia ad modalem de uero, non sequitur: ut in proposito quando dicitur nulla ueritas est: ergo nullam ueritatem esse, est uerum, non sequitur ut patuit supra & infra patebit. Et ex hoc, & ex sequentibus apparet, quód ille nouus expositor Sancti Tho. non arguit ad propositum contra Doc. cum dicit, quòd hic non committitur fallacia consequentis, sed est uera cōsequentia; quia quando arguitur à propositione uera de inesse, ad suam modalem de uero: est optima cōsequentia: quia bene sequitur fortes currit: ergo fortem currere est uerum. Sic in proposito, nulla ueritas est: ergo nullam ueritatem esse, est uerum: patet quòd non intelligit Doc. quia hic non arguitur à propositione vera de inesse: ut patet in litera Doc. Et sequentia, quæ dicit iste expositor procedunt ex malo intellectu eorum, quæ hic dicuntur. Et propter literam Doc. est notandum, quòd ista negatiua, nulla ueritas est, habet duas causas ueritatis scilicet quòd nulla ueritas est in re: secundo, quod nulla ueritas est in intellectu, componente, uel diuidente. Nam illa negatiua probatur per istas duas ueritates: quia bene sequitur si nulla ueritas est in re, nec in intellectu: igit nul la ueritas est absolutè. Quando ergo arguit, ergo uerum est, quòd nulla ueritas est: hæc propositio est uera accipiendo ueritatem in re, & non pro actu intellectus, componente hanc: quòd uerum est, quòd nul la ueritas est: & sic arguitur à negatiua habente duas causas ueritatis ad affirmatiuam, quę est una illarū. Est enim sensus: nulla ueritas est scilicet nec in re, nec in intellectu: ergo in intellectu uerè componitur propositio ista, nulla ueritas est: ibi ueritas non potest sta re, nisi pro ueritate in re, cum dicitur ergo uerum est, quòd nulla ueritas est: quia hoc consequens scilicet, ergo uerum est, quòd nulla ueritas est: supponit, quòd ueritas sit in intellectu: & sic patet responsio Doc. Vel dicatur, & melius, quòd causæ ueritatis istius scilicet nulla ueritas est, sunt istæ scilicet non est uerum aliquam ueritatem esse, vel est verum, aliquam ueritatem non esse: & hæc secunda est affirmatiua: licet ergo sequaē nulla ueritas est, nec in re, nec in intellectu: ergo non est uerum, aliquam ueritaté esse, sed post non sequitur, ergo est uerum, aliquam ueritatem non esse, arguitur enim à propositione habéte duas causas ueritatis, ad affirmatiuam illarum. & licet prima expositio, quæ est aliquorum expónentium Doc. sit probabilis: tamen secunda magis uidetur ad intentionem literæ, & magis secundùm ueritatem. Vltima ratio cum sua ratione clara est in litera ex superius dictis, & magis patebit infra distinc. 3. quæst. 4.

Existentia quo demonstratur esse summo.

Regula.

Quā est aliqua propositio includens cótradictoria ipsa é neganda.

Improbatio Tho. Gaie.

Melior responsio.

Quæstio Prima.

Vtrum in entibus sit aliquid existens actu infinitum.

Seraphicus Bonauent. primo sent. dist. 2. q. 3. art. 1.
Alexander Alensis prima parte summa. q. 6. membro. 1.
Scotus primo sent. dist. 2 q. 1. & in quolibetis q. 5.
Diuus Thomas prima parte summa. q. 7. art. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 2 q. 7.



QVERITVR vtrum in entibus sit aliquid actu existens infinitum. Titulus quæstionis debet intelligi de infinito intensiuè, siue secundum perfectionem entitatiuam: non autem de infinito extensiuè.

IBI. AD SECVNDAM quæstionem sic proceditur. In ista littera. Primò dicit, quòd esse, siue actualis existentia, non est demonstrabilis de ente infinito à nobis pro statu isto: & hoc demóstratione propter quid: & ratio est quia medium in tali demonstratione non cognoscitur à nobis pro statu isto: quod est Deus sub ratione deitatis: ut patuit supra q. de subiecto theologiæ: & medium potissimum ad demonstrandum existentiam de ente infinito est ipsa deitas; vt patuit supra in illa. q. An ista sit per se nota, Deus est. Secundò dicit, quod esse siue existentia est demóstrabilis in se de ente infinito, & propter quid: quia deitas est medium potissimum in tali demonstratione: nam si quis distinctè cognosceret deitaté, statim posset demonstrare esse de ente infinito sic arguédo. Quicquid est Deus est existens. sed ens infinitum est Deus: ergo infinitum est existens. Tertiò dicit, quòd esse de ente infinito potest à nobis demonstrari, demonstratione quia: siue à posteriori. Et hoc debet sané intelligi: quia Doc. non diceret, quòd absolutè sic posset demonstrari, sed supposito, quòd ens infinitum sit possibile in entibus: potest illud demonstraria

Deus sub ratione deitatis nō cognoscitur pro statu isto.

ri à nobis, demonstratione quia. Nam infra non dicit Doc. quòd ens infinitum esse sit demonstrabile à nobis: sed bene potest persuaderi aliquibus per suasionibus, quòd infinitas non repugnat in entibus: ut infra patebit in præsēti quæst. Quartò dicit, quòd proprietates entis infiniti relatiuę ad creaturas, immediatius se habent ad illa, quæ sunt media in demōstratione quia: quam proprietates absolutæ: patet quia per creaturas, & proprietates earum demonstratur de primo ente: puta: quia creatura est effectibilis: ergo est aliquod primum effectiuum: quia dependens: ergo independens: & huiusmodi: & sic proprietates entis infiniti &c. ¶ Sed nota exemplum primo de proprietatibus relatiuis infiniti entis, quæ sunt istæ: ens infinitum est primum effectiuum, primum finitiuum, primū dependens, primum eminens, & huiusmodi. Exemplum de absolutis, quòd ens infinitum sit infinitæ intellectionis, & volitionis: & quòd habeat intellectum formaliter infinitum, & similiter voluntatem: & quòd vna intellectione intelligat se, & omnia alia: & quòd sua intellectio, & volitio, tam respectu sui, quam aliorum sit realiter, & essentialiter eadem sibi, & huiusmodi quę omnes proprietates entis infiniti, tam relatiuę, quam absolutę infra in ista q. diffusè ostenduntur.

Ens infinitum potest persuaderi.

Proprietates relatiuæ entis infiniti.

Proprietates absolutæ infiniti entis.

QVANTVM ad primum articulum. Ista litera clara est vsque ibi. quod additur de causa exemplari &c. Causa enim talis nihil aliud est, nisi esse cognitum rei fiendę, siuè cognitio practica rei exemplata. Exemplum domus extra fit à domo intra, vt à causa exemplari Domus enim intra, vel accipitur pro esse cognito ipsius, vel pro notitia illius, quæ dicitur notitia practica directiua in praxim, respectu domus extra fiendæ. Si modo ponatur cognitio obiecti esse effectiua, saltem partialiter ipsius praxis (quæ est principalis ratio mouendi potētias exteriores, nam voluntas actu suo elicito imperat potentijs prosecutionem domus fiendæ) patet quomodo causa exemplaris pertinet ad genus causę efficientis: si etiam non ponatur causa effectiua, sed tantum directiua in praxim: adhuc potest suo modo dici causa efficiens, pro quanto dirigit voluntatem in opus, ut patet in quæst. de praxi, si vero accipiatur causa exemplaris pro agēte à proposito, siuè per intellectum: tunc uoluntas, & intellectus sunt causa exemplaris accipiendo intellectum non nudē, sed informatum notitia practica, quæ notitia practica (vt dixi), vel concurrit actiuè partialiter cum voluntate, ut alia causa partiali, & principali ad praxim eliciendam, vel tantum dirigendo: patet quid dicendum. Prima conclusio istarum est ista, quod aliquid effectiuum sit primum simpliciter: ita scilicet quod non sit effectibile, nec effectiuum uirtute alterius à se: & hæc ratio satis clara est. Et cum dicit parum infra si enim negetur negatio ponitur affirmatio, idest quando quæritur si est effectibile ab.a.aut.a. est primum, & habetur propositum.aut a. non est primū. Si negetur negatio scilicet hæc.aut. a. non est primum. ponitur affirmatio scilicet quod est effectibile ab aliquo: & detur illud alterum, & sit. b. de quo arguitur sicut de a. argutum est scilicet an. b. sit primum effectiuum, aut non. Si primo habetur propositum. Si secūdo ergo erit effectibile ab alio, & sit illud.c.& ita, aut procederetur in infinitum i quorum quodlibet respectu prioris erit secundum, idest quod si.a. est a.b. si. b. non est primum erit secundum respectu prioris puta. c. & quæritur. aut. c. est primum & habetur propositum, aut non: ergo erit effectibile a. d. & c. respectu d. erit secundum: & sic semper ascendendo in infinitum; quocunque dato, si non est primum erit secundum respectu prioris, à quo est effectibile: infinitas autem est impossibilis in ascendendo.i. in essentialiter ordinatis: ergo si talis

Causa exemplaris est esse cognitum rei faciendæ.

Nota hunc passum non satis planū in litera.

An infinitas sit impossibilis in essentialiter ordinatis.

infinitas sit impossibilis: primitas in tali ordine scilicet causarum, & causatorum erit necessaria: quia non habens prius, nullo priore se est posterius, idest quod si.a. est simpliciter prius. & b.c.d. sunt simpliciter posteriora.a. ipsum .a. non erit essentialiter posterius. b. vel.c.vel.d. quia tunc idē, respectu eiusdem esset simpliciter, & essentialiter prius, & posterius si.n.b. sit essentialiter causatum ab.a. a. erit essentialiter prius b & .b. essentialiter posterius si ergo.a. sit cātū.a.b.a. erit eēntialiter prius, & posterius.b. & cō.b. erit essentialiter prius, & posterius. a. & sic in causis essentialiter ordinatis esset circulus: quod est impossibile. ¶ Ibi. Contra instatur dupliciter. Hic Doc. adducit duas instantias, probando primo, quod infinitas in ascendendo, sit possibilis secundum philosophos, qui ponunt exemplum de generationibus infinitis, vbi nullum est primum: sed quodlibet secundum, modo præexposito: & tamen hoc ab eis, sine circulo ponitur: patet quia dicerent, quòd.a. sit a.b.&. b.a.c. & c.a d.& sic semper ascendendo in infinitum: non autem dicerent quòd. si.a. sit a.b .quòd.b. possit esse ab. a. & sic de alijs. ¶ Secundo arguit contra hoc, quod dixit, scilicet quod demonstratione quia demonstrantur aliquæ proprietates relatiuæ de ente infinito, & hoc per creaturas: puta, quod sit primum effectiuum, primum, independens, & huiusmodi: quia demonstratio, siue propter quid; siue quia, semper procedit ex necessarijs, & nō ex cōtingentibus: ut patet primo posteriorum septimo. hic aūt proceditur a p̄missis cōtingentibus: quia præmissę assumunt esse de aliquo causato: accipiunt enim esse existentiæ, quod est contingens, ut cum dicitur aliquod ens est effectibile: esse enim effectibile est effectibile, secundum esse existentiæ: patet quia nihil propriè efficitur; nisi secundum quod producitur in actuali esse existentiæ. ¶ Ibi. Ad primā instantiam excludendam: dico, quòd philosophi non posuerunt infinitatem possibilem in causis, essentialiter ordinatis, sed tantum modo in causis, accidentaliter ordinatis; sicut patet per Aui. 6. meta. c 5. vbi loquitur de infinitate indiuiduorum in specie. Et ad propositum melius ostendendum: est sciendum, quę sunt causæ essentialiter ordinatæ, & q̄ accidentaliter ordinatæ. Hic doc. intendit primo declarare ordinem essentialem causarum, & ordinem accidentalem earum: Secundo ostendere, quomodo infinitas sit simpliciter impossibilis, tam in causis essentialiter ordinatis, quàm accidentaliter. De primo plura dicit. primo de causis per se, & per accidens: causæ per se sunt illæ, quę agunt per propriam formā: ita quòd talis forma sit ratio formalis agendi, & istæ sunt in duplici differentia: quædam enim dicuntur per se, non tantum quia agunt per formam, quæ est ratio formalis agendi: sed etiam includunt illam formam per se, & quiditatiuè. exemplum, ignis per se causat ignem: quia forma substantialis ignis, est ratio formalis producendi ignem: vt patet a Doc. in secundo.d. 16. & vide quæ ibi exposui. & in. 4.d. 12. & talis forma est de essentia ignis. Quædam verò dicuntur per se causæ, eo quòd in se habent formam, quæ est per se ratio formalis agendi: licet non includant illam per se, & quiditatiuè, & sic ignis per se calefacit lignum: quia calefacit mediante calore, qui est per se ratio calefaciendi: sed causæ per accidens dicuntur illę, quæ nullo modo attingunt effectum, nec sunt rationes formales attingendi: sed quia accidunt alicui causæ per se. modo præexposito: & sic dicimus, quod album calefacit. quia albedo accidit causæ per se calefacienti: & hoc modo loquitur philosophus de causa per accidens. 5. meta. t.c. 2. & secundo phi. t.c. 33. vbi dicit, q polycletus est causa statuæ per accidens: accidit enim artifici per se facienti statuam, quod dicatur polycletus: non enim per se efficit statuam quia polycletus:

Ordo essentialis causarum.

Esse causatum per se contingit dupliciter.

Intentio Doc. est declarare ordinem essentialem in causis.

Causa per se quæ sint.

Causa per accidens.

cletus: ſed quia hẽt artẽ, q̃ per ſe eſt ratio formalis faciendi ſtatuã. Eſt iñ ordo in cauſis per accidẽs: quia vna eſt propinquior cauſæ per ſe, & alia remotior: patet per philoſophũ. 5. meta t.c. 2 vbi philoſophus vult, quòd polycletus, reſpectu ſtatuæ faciendę ſit propinquior quàm album. Dicit ergo Doc. quòd

Diuerſus ordo & comparatio cauſarum.

aliud eſt loqui de cauſis per ſe, aut per accidens, & aliud eſt loqui de cauſis eſſentialiter ordinatis, ſiue de cauſis accidẽtaliter ordinatis: nam in primo eſt tantum comparatio vnius ad vnum. ſ. cauſæ ad cauſatũ: cauſa enim per ſe præciſè comparatur ad effectum, quem cauſat, vt cum ignis producit ignem; & quod dicit, quòd cauſa per ſe eſt, quæ cauſat ſecundum naturam propriam. hoc ſic debet intelligi de ratione formali cauſandi: quia illud eſt per ſe ratio formalis cauſandi, quod ſecundum propriam naturam eſt ratio formalis cauſandi, ſicut calor dicitur ſecundum rationem formalem caloris, ratio formalis cauſandi, & nõ dicitur ratio formalis cauſandi propter aliquod ſibi accidens: vel ſi exponatur da cauſa per ſe, vt quod: tunc illa dicitur per ſe, vel quæ includit quiditatiue aliquid, quod eſt ſimpliciter ratio formalis cauſandi: vel quæ includit aliquid accidentaliter, qđ tamen eſt per ſe ratio formalis cauſandi. Per accidẽs quod includit aliquid, quod nullo modo eſt rẽ formalis cauſandi: ineſt tamen alicui quod eſt per ſe cã. Sequitur. In ſecundo eſt comparatio duarum cauſarum inter ſe, inquantum ab eis eſt aliquid cauſatũ; vt cum comparantur. Deus, ſol, & homo ad hominẽ genitum, quæ dicuntur cauſæ eſſentialiter ordinatę: vel vt comparantur ad Io. genitum, pater, auus, abauus; & ſic aſcendendo: & illæ dicuntur cauſæ accidentaliter ordinatæ. Ibi, & differunt cauſæ eſſentialiter ordinatæ à cauſis accidentaliter ordinatis. tripliciter.

Quõ differant cauſę eſſẽtialiter ordinatæ a cauſis accidẽtaliter ordinatis.

Hic ponit cõditiones requiſitas ad cauſas eſſentialiter ordinatas, quibus cognitis, patet quomodo differunt ab accidentaliter ordinatis. prima conditio eſt, quòd in cauſis eſſentialiter ordinatis, cauſa ſecunda, inquantum cauſat dependet à prima. i. q̃ cauſa ſecunda in cauſando dependet à prima. non, quòd aliquid recipiat à prima, dum cauſat: vt patet

Prima conditio.

a doc. in 4. d. prima. q. 1. ſed prima non agente: ſecunda agere non põt: & ſic ſecunda in agendo dicitur dependere à prima: & hoc magis patebit in reſpondendo ad obiectiones Ocham. infra. Et communiter cauſa, quæ dependet in agendo ab alia (& loquor de illa, quę ſimpliciter dependet) dependet etiam in

Filius nõ dependet a patre niſi per inſtans.

eſſendo, vt patet à Doc. in 2. d. 3. q. 10. In cauſis vero per accidens; & ſi vna poſſit dependere ab alia in eſſendo ſicut Io. a Fran. non, tamen in agendo: quia Io. poſſet generare, mortuo Frã. Aduerte tamen, quòd ſi dependeret in eſſe, & conſeruari, forte etiam dependeret in cauſando. ſed effectus præciſe dependet in eſſe à cauſa ſecunda pro illo primo inſtanti, quo accipit eſſe à tali cauſã; ſed pro toto tempore, ſequẽte dependet præciſè à prima cauſa in eſſe, & conſeruari: vt patet a doc. in 2. d. 2. parte prima. q 4.

Secunda conditio.

Secunda cõdõ eſt, q̃ in eſſentialiter ordinatis eſt cãlitas alterius rõnis, & alterius ordinis: quia ſuperior eſt pfectior. ſ. eſſentialiter, & quiditatiuè. in accidentaliter ordinatis non: eſt enim impoſſibile, quòd inter indiuidua eiuſdem ſpeciei ſit talis ordo cauſarum, eſſentialiter ordinatarum; cum inter illa, non ſit ordo eſſentialis: vt patet expreſſe a philoſopho. 3. met. t.c 11. In indiuiduis inquit eiuſdẽ ſpeciei, nõ eſt hoc prius. ſcilicet, eſſentialiter: illud verò poſterius. ſ. eſſentialiter. oportet ergo, quòd cauſæ eſſentialiter ordinatæ differant ſpecie; nec ſufficit, quòd differant, vt ſpecies ſpecialiſſimæ, quæ adinuicem ſunt diſperatæ: quia duæ ſpecies ſpecialiſſimæ eiuſdem generis non vniũtur adinuicem ad productionem alicuius effectus, vt cauſæ per ſe eſſentialiter ordinatæ: vt patet à doc. in 2. d. 3. q. 8. uide ibi. Et cum dicit, quòd inter illas eſt cauſalitas alterius ordinis, & alterius rationis: eſt caſualitas alterius ordinis: quia ſuperior in

quomodo cã ſuperior eſſẽtialiter eſt alterius ordinis & rationis.

alio ordine cauſandi, cauſat, putà: quia cauſat reſpectu ſecundæ independenter, & eſt mouens non mota: inferior uerò dependenter, & mouet inquantum mouetùr à prima: & ſic eſt mouens mota: & per conſequens cauſalitas cauſæ ſuperioris eſt alterius ordinis à cauſalitate inferioris: eſt etiam cauſalitas ſuperioris, alterius rationis à cauſalitate inferioris: quia ſuperior eſt eſſentialiter perfectior, cauſalitas enim dicitur alterius rationis; quæ conſequitur entitatem alterius rationis: ſicut ergo cauſa ſuperior eſt eſſentialiter perfectior, & quiditatiuè cauſa inferiori: ita cauſalitas ſuperioris erit eſſentialiter perfectior cauſalitate inferioris. Niſi teneatur, q̃ ad ordines eſſentialiter cãrũ ſufficit alius & alius modus habendi formã eiuſdem ſpeciei: ut uidetur Doc. tenere in 2. me. q. 5. uide quæ ibi expoſui Sed in accidentaliter ordinatis nõ eſt talis: ordo eſſentialis & hoc dependet ex prima cõdõne cãrũ, accidentaliter ordinatarũ: uide licet, quia ſecũda nõ depẽdet in agẽdo à prima: nulla enim cauſa eiuſdem rationis, cũ alia eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ dependet eſſentialiter ab illa ĩ cauſando: quia (ut dixi) non eſt iſti ordo eſſentialis: nam in cauſatione alicuius ſufficit unum unius rationis: patet quia calores, qui ponũtur eiuſdem rationis ad cauſandum calorem in ligno, ſufficit unus calor: nõ enim oportet ponere duos calores ad cauſandũ calorem in ligno: ſed ſi eſſent eſſentialiter ordinati, unus non ſufficeret ſine alio. Nec ualet inſtãtia de patre, & matre, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei & tamen neceſſariò concurrunt ad eundum effectum. ut patet à Doc. in 3. d. 4. quia non ponuntur cauſæ accidentaliter ordinatæ, ſed tãtum ponuntur, ut duæ cauſæ partiales, integrantes unam totalem. De hoc patebit. 3. d. 3. q. 8. & in 2. d. 3.

Tertia conditio.

Tertia conditio eſt, quod omnes cauſæ per ſe eſſentialiter ordinatæ ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum: non ſic intelligendo: q̃ ſicut inferior non poteſt producere effectum, non concurrente ſuperiore: ita, nec ſuperior poteſt producere, inferiore non concurrente. Sed, q̃ inferior nullo modo concurrit, ſuperiore non agente, ad eũdem effectum communem: non tamen econtra. Si tamen teneatur, quòd ſimpliciter omnes concurrant. adhuc oportebit dicere, quòd ſemper ſuperior concurrit, ut mouens non m[illegible], & vt alterius ordinis, & rationis in cauſando: quia ſemp ſecunda agit in uirtute primæ, quamuis prima non poſſit ſecundum philoſophum attingere immediatè effectum nouum, non concurrente ſimul ſecunda, & particulari: ſemper tamen ſecunda attingit effectum in uirtute primæ, & in cauſando dependet a prima, ſed non econtra.

Secunda cã ſemꝑ attingit effectum uirtute primæ.

Et quòd ſimul concurrant ad effectũ: patet quia aliter aliqua per ſe cauſalitas deeſſet effectui. Si enim neceſſario dependet ab. a. b. c. d. ut à cauſis eſſentialiter ordinatis ad illum effectũ: ſi poſſet produci ab una tantum: aliæ per ſe cauſalitates deeſſent: immo nullo modo poſſet produci, niſi teneatur, quòd cauſa ſuperior eminenter continet cãlitatem omnium inferiorum ut infra patebit: & ſic ſuperior per ſe ſufficeret: primus modus ſecundum uiam theologorum, & ſecundum ueritatem eſt uerus. ſecundus uero modus ſecundum uiam philoſophorum eſt probabilis, immo neceſſarius de quo, infra diſtinct. 8. quæſtio. ulti. & in quoli. q. 7. Sed in accidentaliter ordinatis, non ſic; quia nõ requiritur, ſimultas earum ad cauſandum: vt patet quia ſi ſic; ſequeretur, quòd hic homo non poſſet generare, niſi ſimul concurrerent pater eius, auus, abauus, proauus. & ſic aſcendendo, vel in infinitum, vel ad primum hominem: putà vſque ad Adam,

E T

Improbatio Ocham.

ET EX HOC APPARET. Improbatio illius, q; Ochã cõtra Doct. de cã per se, & per accidens in 2.d.2.q.10. Vbi vult, q; ita hæc sit per ser se album calefacit sic calidum calefacit: quia iam album, quã calidum supponunt pro aliquo supposito: vel vtraque sit per accidens. Cum iam albedo quàm caliditas accidat supposito. Et ita non est maior ratio, q; calidum per se calefaciat, quàm: quòd albus per se calefaciat: cum vtrunque accidat supposito calefacienti. Sed hęc non est mens Doct. vt patuit. supra Diceret enim doc. ideo calidum per se calefacit: quia suppositum habens caliditatem, quæ est per se ratio formalis calefaciendi, secundum illam calefacit. Et albũ per se non calefacit: quia suppositum habens albedinem secundum illam; nullo modo potest calefacere, cum non sit ratio formalis calefaciendi.

Gulielm. och. arguit contra doct. de dependẽtia à prima cã.

CONTRA primam differentiam: Arguit Ochã. ubi supra, sic dicẽs. Quæro, quid est causam secundã dependere à prima in causando? aut hoc est: quia sine ea causare non potest: aut quia in suo esse dependet à prima, aut quia recipit virtutem à prima: vel aliquam influentiam à prima. Primum non: quia in multis, sicut causa secunda non potest causare sine prima. ita nec ècõuerso: patet q̃a sicut multa agentia particularia non possunt causare effectum suum, sine sole: ita sol sine ipsis. Nec secundũ: quia aliquãdo causa dependet in esse, & cõseruari ab aliqua alia, sine qua, si causa conseruaretur à Deo nihilominus posset effectus esse. Nec potest dari tertium: quia talis influentia, vel motio nõ posset esse: nisi sit, vel motus localis, vel aliqua forma substãtialis, uel accidentalis. Sed patet, quòd frequenter causa secunda in agendo, nec motum localem, nec formam absolutã recipit à prima. ¶ P. Secundum Sco. alibi. scilicet in primo d.3. quæstio.7. & in 2.d 3. quæstio. ulti. & diffuse in quolib. quæstio.15. Obiectum, & intellectus sunt duæ causæ partiales, respectu intellectionis: & tñ sm eũ neutra dependet ab alia in cãndo, sed vtraque agit uirtute propria: ut patet ab ipso Sco. in primo. d.3. q pen. & alibi sæpe. Et tunc q̃rit Ochã: aut sunt essentialiter ordinatæ, aut accidentaliter. Si primo: ergo non semper secunda dependet à prima in causando. Si secundo: ergo secunda potest agere, sine prima: ut patet. Et cõfirmat hoc: quia secundum Sco. intellectus, respectu intellectionis est cã principalis, & vniuersalis, & illimitata: & m̃ obiectũ i causando non dependet ab ea.

Respõsio ad rõnem Ochã

¶ Pro responsione ad rationem. Ocham præmitto unum dictum Sco. in 4. d.1 q 1 in respõsione ad ultimũ argumentum principale. Vbi sic dicit, quòd nihil potest agere in quocunque ordine agendi, nisi propria uirtute. Nisi enim habeat formam actiuam, & intrinsecam non potest omnino agere ita etiam nisi habeat propriam uirtutem intrinsecam: quia illa forma est uirtus. Quòd si prius non habuit formam, & uirtutem & nunc agit in aliquo ordine: oportet, quòd nunc de nouo habeat formã, & uirtutem in illo ordine. Eadem enim natura manens absque omni mutatione, nullo modo est nunc actiua, nunc non actiua: sed tamen agens dependens ab alio dicitur agere in uirtute alterius, quia uirtus agentis, dependentis non sufficit sine illa uirtute, à qua dependet. Et parum. infra. Causam etiam secundam (idest quæ habet formam actiuam in esse quieto) agere in uirtute alterius, non est recipere. tunc aliquid ab illo altero: sed tantum hẽre ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul. Et parum infra. Et ex hoc patet, q; causæ primę in causam secundam propriè dictam, quando simul agunt: non est influentia noua, quæ sit creatio alicuius inhærentis causæ secundæ. Sed influentia, ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum communem. hæc ille. ¶ Et ex hoc patet respõsio ad rationem Ocham. Non enim dicitur causa secunda dependere à prima in agendo, ex hoc, quòd non potest agere sine prima: tũ quia aliq̃n sm ipsũ, nec prima põt agere sine secũda, nec ex hoc quòd secunda habet suum esse, & conseruari à prima: nec ex hoc: quòd secũda in causando aliquid recipit à prima. Sed dicitur dependere à prima in agẽdo, propter determinatum ordinem inferioris causæ, ad ordinem causæ superioris. Posito ergo, quòd causa superior non possit agere sine inferiori, non tamen sequitur, quòd in agendo dependeat ab inferiori: sed superior simul causando cũ inferiori semper in agendo habet ordinem superiorem, & inferior inferiorem.

Pulchra declaratio quo causa secunda depẽdet à prima in agendo.

Nota & bene.

¶ Dico secundo, quòd propriè loquendo, nulla dicitur causa secũda respectu alicuius primæ: nisi illa secunda, etiam dependeat à prima in esse, & conseruari, ut posset deduci ex dictis doct. in præsenti.d. & dist.8.q.ulti. & in 2.dist.37. & in quoli. q.7 In causis verò accidentaliter ordinatis, & si una dependeat ab alia in esse, non tamen dependet totaliter ab illa in suo conseruari, sed à solo Deo. Et posito, q; sic dependeret: ultra hoc requiritur determinatus ordo in agendo, ualet superioris, & inferioris, qualis non est in causis, accidentaliter ordinatis, cũ illę sint eiusdem speciei specialissimæ. Et sic patet instantia de sole: quæ non concludit: tum quia posito, quòd sol non possit agere, sine causa inferiori: non tamen in agendo dicitur dependere: quia in esse suo non dependet ab inferiori.

In essentialiter ordinatis causis secundaũ potest agere sine prima.

¶ Dico tertio, quòd causæ essentialiter ordinatæ sic se habẽt, quòd impossibile est, secundam agere, sine prima: etiã per impossibile prima circumscripta: propter determinatum ordinem, quem habet secunda in agendo ad primã. Et ideo per impossibile circunscripto primo ente, & existente sole, impossibile est, solem aliquid producere: præcipuè cum effectus necessario in esse, & conseruari dependeat à prima causa: & ideo ipsa circũscripta, esset simpliciter impossibilis talis effectus: sed non è cõuerso circunscriptis causis secundis quia prima continet uirtualiter, & eminenter causalitates omnium secundarum causarum.

Obiectio.

¶ Si dicatur cũ agere sequatur esse, & sol habet formam propriam, & uirtutem propriam, qua agere potest, cum hoc sit uerum de omni causa secunda ut patuit. supra per Doc. uidetur, quòd possit agere circũscripta prima.

Responsio.

Dico, quòd ultra uirtutem propriam, quam habet, requiritur ordinem determinatum, qui est agere in uirtute superioris & in agendo dependere à superiori. Effectus enim non tantum dependet à causa secunda: sed etiam à prima. Et ideo non credo absolutè, quòd inter causas inferiores, & cœlum sit simpliciter ordo essentialis in causando: quia per possibile cœlo circunscripto, adhuc ignis posset calefacere, & posset corrumpere aliud, & generare aliam substantiam, ut subtiliter deduci potest ex dictis doct. in d. 4ª.4. quæstio.2. ubi uult expresse, quòd cessante motu primi mobilis, adhuc aliquid inferius moueri potest: uide ibi.

Circumscripto cælo ignis potest generare.

Obiectio.

¶ Si dicatur, quòd etiam per possibile, uel impossibile, circunscripta omni causa secunda prima non posset agere omnem effectum causæ secundæ: patet quia philosophi uolunt, quòd in perfectio effectus tantũ attribuatur causæ secundæ, quàuis ille effectus dependeat etiam à prima. Et dicunt, quòd impossibile est, primam causam agere immediatè effectum.

Solutio.

¶ Respondeo, quod hoc benè concluderet, si probatum esset, quòd causa prima agat tantum de necessitate naturæ: ut patet subtiliter à Doc. in primo. d.2 q.1. & d.8 q. ultima. & q.7. quoli. Sed ex quo primum agens tantum agit contingenter ad extra. dico, quòd immediatè posset producere omnem effectum, nulla secunda causa concurrente, ut patet per communiter doc. Et præsertim a doc. subtili

Item alia.

tili vbi supra. ¶Dico secundo, quod posito, quod prima causa non possit agere, circumscripta omni secunda, adhuc esset ordo essentialis inter illas, & omnis causa secunda in agendo dependeret à prima, & de necessitate ageret, in virtute primæ: cum prima eminenter, & virtualiter contineat causalitatem cuiuscunque secundæ, vt subtiliter patet à Doc. in locis vbi supra allegatis. & in. 2.d.37. Et sic patet quomodo ratio Ocham non concludit contra Doct. ¶Ad aliud de intellectu, & obiecto. Dico, quod non sunt duæ causæ essentialiter ordinatæ: sed duæ causæ partiales, respectu effectus communis licet vna sit perfectior, tamen neutra in agendo agit in virtute alterius: nec vna illarum eminenter continet totam causalitatem alterius. Sed vt dicit Doc. in primo d.2.q.8. causa imperfectior aliquid addit, intantum, quod effectus nõ solum non potest esse perfectior à causa perfectiori plusquam ab imperfectiori, immo non potest esse plus à perfectiori tantum, quàm ab imperfectiori tãtum: Sunt ergo causæ essentialiter ordinatæ tantum vno modo: videlicet, quod vna est simpliciter perfectior altera: ita tamen, quod vtraque in sua partiali causalitate est perfecta, non dependens ab alia. Hæc Scot. sed non sunt causæ essentialiter ordinatæ: ut supra exposuimus. ¶Ad aliud, cum dicit, quod intellectus est causa vniuersalior &c. Hoc verum est, vt dicit, Doct. in primo. d.,.q.8. Quia intellectus partialiter concurrit ad intellectionem cuiuscunque obiecti, & obiectum est tantum causa determinatæ intellectionis, loquendo de obiectis creatis. Sed inter illa non est essentialis ordo, sic, quod partialis causa imperfectior in agendo dependeat à perfectiori, nec quod agat in uirtute perfectioris, sed tantum dicitur ordo essentialis inter illa ex hoc, quod ona causa essentialis semper est perfectior: & aliquando respectu intellectionis, intellectus est causa imperfectior, quam obiectum: & aliquando ècontra obiectũ est causa perfectior: vt patet à Doc. in primo. d.3. q.8. ¶Secũdo principaliter. Arguit ochã vbi supra cõtra sc̃dam differentiã, quã Doc. posuit inter cãs essentialiter ordinatas, & accidẽtaliter ordinatas: q̃ est q̧ causę essentialiter ordinatę sunt alterius rõnis, & alterius ordinis, quia superior est perfectior: & arguit sic. Aut accipitur superioritas pro prioritate secundum perfectionem, aut p̱ prioritate secundũ illimitationem. Non primo modo: quia esset petere principium, quod causæ essent alterius rationis: q̃a superior: quia idem est, ac si diceretur: quia perfectior est perfectior. Non secundo modo: quia causa illimitatior non est semper perfectior limitata: patet de corpore cœlesti: quod est imperfectius animali: vt dicit Doc. in. 2. d. 18. Et tamen corpus cœleste est causa illimitatior. Similiter quando intellectus homanus intelligit essentiam angeli, intellectus est causa illimitatior, essentia angeli: & tamen essentia angeli est causa perfectior, respectu intellectionis: quod etiam tenet Doc. in primo dist.3.q.7. & alibi. ¶Dico quod superioritas ista amplectitur vtrumque simul: videlicet quod causa superior sit perfectior, & illimitatior: nec hoc est petitio principij, vt patet intuenti litteram Doctoris. sed est ad maiorem declarationem illius, quod dicit.

Ad aliam rationem Guliel. Ocham.

Ad aliam rationem.

Intellectus concurrit partialiter ad intellectionem cuiuscunque obiecti.

Secundo arguit Guliel. Ocham contra Doc. in primo d.2. q.10.

Corpus cœleste quomodo sit imperfectius animali.

Responsio.

EX HIS ergo declaratis. Doctor probat intentum principale. Et primo probat, quod infinitas essentialiter ordinatorum est simpliciter impossibilis. Et prima ratio est ibi. Tum: quia vniuersitas casuatorum est causata. & littera clara est. Si enim tota vniuersitas causatorũ sit causata: & certum est, quod non ab aliquo illius vniuersitatis: quia tunc idem causaret seipsum. patet: si enim illud est de numero illius vniuersitatis & per cõsequẽs de numero causatorũ, & tota illa vniuersitas est causata ab illo: ergo illud causabit seipsum. Et quòd tota uniuersitas causatorum, essentialiter ordinatorum, sit causata: patet: quia illud, quod est simpliciter incausatum ponitur extra illam uniuersitatem, nec ualet dicere, quòd tota illa uniuersitas causatorum, essentialiter ordinatorum non sit causata, sed in infinitum causabilis. Contra. si. a. pertinens ad uniuersitatem causatorum, essentialiter ordinatorũ sit essentialiter causatum a.b. & b.a.c. & c.a.d & sic ascendendo. si. a. est in actu causatum: sequitur, quòd omnes causæ superiores, quæ pertinent ad uniuersitatem illam sint actu causatæ: patet quia. a. est actu causatũ, ergo omnes causæ a quibus essentialiter dependet erunt in actu. quando. a. actu causatur. patet consequentia quia effectus in actu non potest esse, nisi a cã in actu. ut patet per philosophum 2. phi. t. c. 37. & 5. met t.c. de causa. t.c.3. Et tunc quæro, aut illæ causæ superiores sunt causatæ in actu, aut aliqua illarũ non est causata. Si secundo, habetur intentum. Si primo ergo erunt omnes causatę ab aliquo illius, & uniuersitatis: & sic idem erit causa sui ipsius; nec ualet dicere, q̧ bñ, a. est cãtũ. a.b. & b a.c. & c.a. d. non tñ a. erit causatum, nec a. c nec a.d. sed præcisè a.b. & b. p̃cise a.c. & c. p̃cisè a.d. & sic ascẽdẽdo. Dico primò, q̧ nõ sequitur quia in causis essentialiter ordinatis, quicquid est cã causæ est causa cãti. Dico sc̃do, q̧ hoc posito, adhuc habetur intentum: quia adhuc oportet ponere aliquid esse causa, quod sit extra illam uniuersitatem: ut patet: sufficit mihi, quòd si tota uniuersitas causatorum sit causata, quod quicquid est illius uniuersitatis erit causatum, & non ab aliquo illius uniuersitatis; quia quocunq; assignato, quęro, aut est cãtum ab aliquo illius uniuersitatis, aut a nullo, aut ab aliquo extra illã uniuersitatem nõ primo. quia oportet concedere, quòd idem esset tandem causatum à seipso. non secundo quia non ens non potest esse causa entis ut patet, si tertio habetur propositum, quòd erit status in essentialiter ordinatis. ¶Secunda ratio est. ibi. Tum secundo. Et ratio stat in hoc. Quia cum causæ essentialiter ordinatę simul concurrant, si est processos in infinitum in talibus causis in ascendendo: ergo erunt infinitæ causæ in actu; cum nihil agat, nisi sit in actu. Sed apud Doc. fortè non est inconueniens, quòd dentur infinita in actu. Dicit. n. in 3.d.14. quòd posset poni animam Christi simul posse recipere infinitas uisiones; & non tantum hoc; sed etiam simul elicere illas; hoc tamen esset inconueniens apud philosophos; & etiam Doc. hoc assertiuè non dicit: ut patet ibi; esset tamen incõueniens, quòd darentur infinita in actu, inter quæ esset ordo essentialis: ita quòd inter illa sit essentialis dependentia causati ad causam. ¶Tertia ratio est ibi. Tum tertio. Et rõ stat in hoc. ubi est ordo essentiale inter aliqua, ibi necessario est prius, & posterius essentialiter patet: quia non est ordo inter aliqua, inter, quæ non sit ratio prioris, & rõ posterioris; loquendo de quocunque ordine essentiali. Si enim est ordo essentialis inter perfectiones, necessariò una p̃fectio erit prior prioritate perfectionis. Si est ordo durationis inter aliqua, necessariò unum erit prius, & aliud posterius duratione. Si ergo inter causas sit ordo essẽtialis, necessario una erit essentialiter prior. ut patet. Cum ergo inter causas essentialiter ordinatas, necessario sit prioritas, & posterioritas essentialis. Sequitur, quòd si in essentialiter ordinatis nõ sit status: ita quòd non sit aliqua prima: quod in essentialiter ordinatis non sit prius, & posterius: patet: quia ubi non est primũ ibi non est prius: quia prius est, quòd est primo propinquius; ut patet per philosophum. 5. met. t.c.16. & si ibi non est prius; ergo nec ordo essentialis: & sic ponere ordinẽ essentialem in causis,

Quõ in essentialiter ordinatis necessario deuenitur ad unũ primũ incausatũ.

Infinita in actu possunt poni.

&

& negare ibi prius, est negare ordinem essentialẽ, negatur aũt prius, vbi negatur primũ. ¶Ibi. Tum quarto: quia superior causa est pfectior in cãndo ex differẽtia scda, ergo ĩ infinitũ supior est ĩ infinitũ pfectior, & ita infinite perfectionis in cãndo, & per cõsequens non cãns in uirtute alterius: qa quælibet talis in virtute alterius causans est impfectè causans: quia est depẽdens ab alio in causando. Sed quomodo teneat ista rõ quod sit status, est aliqualiter difficilè: quia fortè concederetur, quod in infinitum superior, est in infinitũ pfectior: sed nõ sequitur ex hoc, quod det prima, sed data quacunq; alia, daretur superior, & pfectior. Dico, quod ratio doc. euidenter concludit: si rectè intelligatur: pono enim. ꝙ. a. causetur à causis essentialiter ordinatis: certũ est, quod omnes simul actu cõcurrũt ex tertia differẽtia posita supra, & superior est perfectior. ex scda dña: & in infinitũ superior, in infinitũ pfectior: ergo illa, quę in infinitũ est supior actu concurrit ad. a. effectũ: ergo ibi erit status: patet quia illa, quę in infinitũ est pfectior (quęcũq; sit illa non curo) si ponitur causata non erit in infinitum perfectior: quia cã illius erit perfectior: ergo illa causata nõ fuit in infinitum perfectior. similiter in infinitũ pfectioe non concurrit ad. a. dependendo ab alio: quia si in agendo dependeret non esset in infinitum perfectior, vt patet. ergo ibi erit status ad illam, quæ in infinitum est superior: quia illa non erit causata, nec aget in virtute alterius: sed omnino independenter: ergo simpliciter prima, nec valet dicere, quod illa prima non potest assignari: quia data, siuè assignata quacunque, adhuc superior erit assignabilis, & assignata illa superiore, adhuc alia superior erit assignanda. & sic in infinitum: quia quæro à te an omnes causæ essentialiter ordinatæ simul actu concorrant ad effectum. a. si non: ergo non erunt essentialiter ordinatæ: quod est contra suppositum: sic ergo danda est aliqua in actu, quæ sit in infinitum superior: & per cõsequens in infinitum perfectior, quęcunq; sit illa: & ibi necessariò erit status: quia illa non erit cãta nec dependens ab alia, ergo prima. ¶Quinta euidentior alijs est ibi. Tum quinto. Quia effectiuum nullã imperfectionẽ ponit necessariò. Et ratio: quia effectiuũ, vt huiusmodi necessariò nõ includit limitationẽ, patet quia daf aliquod simpliciter perfectũ, summũ, quod ex natura sua diceret imperfectionem, in nullo esset perfectissimũ. Sicut si ens, vt ens necessariò includeret imperfectionem, vbi esset in illo, semper diceret imperfectionem, & sic non posset esse perfectissimum ens. Sic in proposito, si effectiuum, vt effectiuum necessariò includeret imperfectionem, nullum esset perfectissimum effectiuum, quod est falsum: & si datur perfectissimum effectiuum, illud in agendo non potest dependere ab alio. Si sic: ergo illud erit primum: & sic habetur propositum. ¶Ibi. b. probaf sic. Hic Doc. intendit probare, quod nisi ponatur status in causis essentialiter ordinatis: quod est impossibilis infinitas in accidentaliter ordinatis. Et vis istius rationis stat in hoc, quod dicit, quòd nulla difformitas perpetuatur, nisi in virtute alicuius permanentis, quod non est aliquid illius successionis, sed est aliquid prius essentialiter: quia quodlibet successionis dependet ab ipso. Exemplum de difformitate &cæt. Nã impossibile est motum perpetuari, nisi ab aliquo permanente, quod sit alterius speciei, & hoc propter difformitatem in motu: quia est essentialiter successiuus, in quo est semper nouum prius, & nouum posterius. Similiter est de hominibus. Nam, quod perpetuentur infiniti homines successiuè: hoc non potest esse ab uno illorum: ergo ab aliquo alterius speciei, à quo tota successio indiuiduorum speciei humanæ essentialiter dependeat. Si enim successio hominum perpetuetur: ergo est status in causis, essentialiter ordinatis: patet nam causæ essentialiter ordinatæ necessario simul concurrunt. Pono ergo, quòd hic homo, sol, Deus, & sic in infinitum sint causæ essentialiter ordinatæ, respectu, socratis, & simul concorrant. Nunquid omnes concurrent in generatione alterius producti à socrate. si sic: ergo istæ causæ variantur, maximæ proximæ. Oportet ergo, quud continuentur ab aliqua natura permanente: quia causæ saltem proximæ cum deficiant non possunt perpetuare. Potest etiam dici, & fortè melius, quòd Doc. in ista secunda conclusione nõ intendit absolutè, quòd nisi ponatur status in essentialiter ordinatis, non potest poni infinitas in accidentaliter ordinatis: sed quod nisi ponatur ordo essentialis causarum, in quo est status (vt ꝓbatum est quinque rationibus) non poterit poni infinitas in accidentaliter ordinatis: & quod sic intelligat videtur ex tertia conclusione, vbi dicit, quod, & negando ordinem essentialem causarum non erit infinitas talis: ergo videtur velle in secunda conclusione quod nisi ponatur ordo essentialis causarum &cæt. ¶Ibi probatur etiam &cæt. Dicit Doc. quud si negetur ordo essentialis in causis, adhuc infinitas est impossibilis in accidẽtaliter ordinatis. Et sensus literæ stat in hoc scilicet quod si vis dicere, quod successio hominum potest perpetuari, tunc sic, aut ab aliquo eiusdem speciei, aut alterius speciei: si secundum: ergo ponis ordinem essentialem: quia causam alterius speciei, à qua essentialiter dependebit tota successio. Si primum: ergo cum natura humana in aliquo indiuiduo sit causata, & in alio non causata habetur propositum, quod erit ibi status scilicet in illo, in quo nõ est cãta. Si verò ponatur in quolibet indiuiduo causata: ergo ab aliquo alterius speciei: vt patet: & sic ponis ordinem essentialem causarum: & sic patet hæc litera. ¶Ibi. Ad secundam instantiam. hæc littera clara est. Et quod dicit accipiendo possibile, vt diuiditur contra necessarium, quod idem est, quòd contingens ad vtrumlibet. Nam possibile, vt diuiditur contra impossibile potest stare cum necessitate: patet de filio, Dei, qui dicitur possibilis, vt diuiditur cõtra impossibile, idest quod nõ est ens impossibile, & tamen est necesse esse, vt diffusè patebit infra parte. 2. ¶Ibi. Secunda conclusio de primo effectiuo est ista. Quia primum effectiuum est omnino incausabile omni genere causarum: videlicet efficientis finalis materialis, & formalis. Et probat primò, quod non sit causabile cã finali: & probatio est ibi. Et vlterius cõcludit. Et rõ stat in hoc. Primũ effectiuũ est oĩno impfectibile: aliter nõ esset primũ: ergo est oĩno infinibile. probaf cõsequentia sic. Cuius est cã finalis, eius est cã efficiẽs, patet. Nõ. n. dr causa finalis ipsius efficiẽtis, sed ipsius effectus: quia cã finalis ꝓsupponit efficiẽs, & mouet ipsum tm̃ metaphoricè ad producendũ effectũ, quia in quãtũ amata, & desiderata ab efficiente, efficiens ꝓducit effectũ pp finem, sic amatũ, & desideratũ: & quid sit mouere metaphoricè exposui supra. d. 1. q. 4. Tunc sic. Omne hñs cãm finalem est effecubile, sed primũ effectiuũ nõ est effectibile. ergo primũ effectiuũ non habet cãm finalem. Item, ꝙ non sit cãbile intrinsecè, nec à cã materiali, nec formali, & ꝓbat. Ibi. Duæ aũt alię cõsequentię. ¶Et prima ꝓbatio stat in hoc. Quia cã extriseca. s. efficiens, & finalis nullã impfectionem includit de necessitate, aliter nõ posset esse in primo ente. cã verò intrinseca. s. materia, & forma, cũ sit pars alicuius cõpositi: necessario ĩcludit ĩpfectionẽ: ergo rõ causæ extrinsecę erit prior naturaliter rõne causæ intrĩsecę, & prior est cãlitas causę extrinsecę. ꝙ intrinsecę: vt patet qa finis primo mouet efficiẽs, & efficiẽs ꝓducit forma ĩ materia, et sic ꝓducit cõpositũ. Cũ ergo à primo efficiẽte negeẽ cãlitas passiua. s. efficiẽtis, & finalis, vt patuit sup. ergo ab ipso negaf cãlitas causę materialis, & formalis, cũ sit necessario posterior.

¶Secundo

Dubium.

Solutio.

Nisi ponatur status in causis essentialiter ordinatis, nihil esset prius alio.

Per pulchra deductio ad probandum statum in communi.

Secunda cõclusio de primo effectiuo.

Causa finalis præsupponit efficiens et mouet ipsum metaphoricè.

Ordo causarum continuè bot compositi.

Materia & forma possunt duobus modis intelligi causari

¶Scdo ꝓbat idē ibi. Aſr ꝓbanſ eedē ꝯſequētię. Et iſta clara eſt. Cauſæ.n. intrinſece, vt materia, & forma poſſunt dupliciter intelligi cauſari, aut quantum ad entitatem earum propriam, aut quantum ad aliquem reſpectum, puta, quod materia dicatur actu materialiter cauſare compoſitum intrinſecè, & forma dicatur actu cauſare formaliter compoſitum intrinſece. primo mō cāntur à ſolo Deo loquendo de materia: quia ipſa immediatè creatur: vt patet a Docto. in 2.d.12.q.2. Forma vero cauſatur ab agente naturali; non tamen cauſatione, diſtincta à cauſatione cōpoſiti: vt patet à doc. in 2.diſt.17 ſecūdo mō materia, & forma ſemper cauſantur ab agente: non.enim materia habet, quod poſſet materialiter cauſare niſi ab agente, inducente, formam in materia, qua inducta, tam forma, quam materia dicuntur cauſare intrinſecè compoſitum: ſed de hoc erit ſermo. in 4.d. 1.q.1. Si ergo tam materia, quam forma non ſunt cauſæ intrinſecæ, niſi ab efficiēte, moto à fine: ergo cauſalitas efficientis erit ſimpliciter prior cauſalitate materiæ, & formę: & per conſequens ſi.a. ſit cauſatum à materia, & forma intrinſecè: ergo ab aliquo efficiente priori, à quo tam materia, quā forma dependent in cauſando; & per conſequens ſi primum effectiuū eſſet cauſatum intrinſece a materia, & formam haberet aliud efficiens prius; & ſic primum effectiuum non eſſet primum. ¶Ibi. Tertia concluſio. Hic probat Doct. ꝙ primum effectiuum eſt in actu exiſtens. Hæc litera clara eſt vſque ibi. Et ipſum poteſt eſſe. ſicut patet ex quinta ratione poſita ad.a. quòd primū effectiuum poſſit eſſe. probatur ex quinque rationibus; quibus probat eſſe ſtatum in cauſis eſſentialiter ordinatis. & ad probandum, ꝙ primum effectiuum ſit in actu; illę quinque probationes ſumuntur ex cōtingentibus. Prima ſic. Vniuerſitas cauſatorum eſt cauſata, & actu exiſtens: ergo prima cauſa, a qua dependet, eſt exiſtens: patet quia non exiſtens nihil realiter poteſt cauſare: & ſic pertractentur aliæ rationes ſequentes. ¶Ibi. Vel ſi accipiantur de natura, & quiditate, & poſſibilitate ſunt ex neceſſariis.i. ſi illę quinq; rationes ſic pertractentur, non arguendo de actuali exiſtentia, ſed de poſſibilitate: illę rationes procedēt ex neceſſariis; vt ſi ſic arguatur. Vniuerſitas cauſandorum eſt effectibilis. ergo ab aliquo, vel a nullo, vel, à ſe: & ſic de aliis. ¶Ibi effectiuum ſimpliciter primū poteſt eſſe à ſe: ergo eſt à ſe. Hæc litera vſq; ibi. Iſtud vltimum &c. Et deducitur ſic. Cui repugnat eſſe ab alio, ſi poteſt eſſe (hoc dicit propter ens impoſſibile, cuiuſmodi eſt figmentum) poteſt eſſe à ſe: patet: quia non ab alio, cum ſibi repugnet eſſe ab alio. Et ſi poteſt eſſe à ſe: ergo eſt à ſe: probatur conſequentia ſic: ſi. a. poteſt eſſe à ſe: aut ergo ab aliquo, quod non eſt ipſum.a. aut ab aliquo, quod eſt ipſum.a. aut à nullo. Non primo mō: quia ſupra probatum eſt, ꝙ ſibi repugnat eſſe ab aliquo, alio à ſe. Nō ſecūdo mō: quia idem cauſaret ſeipſum: & nihil eſt, quod gignat ſeipſū: vt iquit Aug. primo de trin. Non tertio: mō quia illud, quod in ſe nihil eſt, non poteſt aliquid realiter cauſare: ſequitur ergo, quòd ſi primum effectiuum poteſt eſſe à ſe: ergo, eſt à ſe. i. ꝙ eſt eſſentialiter quædā entitas neceſſaria, quæ eſt ſua exiſtentia, quæ nec ab alio, nec à ſeipſa, nec à nullo dependet; ſed eſt in ſe talis: litera ſequens eſt ſatis clara. vt patet intuenti.

Tertia concluſio de primo effectiuo

Quinque rōnes quib⁹ probatur ſtatus in cauſis eſſentialiter ordinatis.

Cap. 1.

IVXTA TRES concluſiones. Hic doc. ponit tres alias concluſiones. Prima aliquod finitiuum eſt ſimpliciter primum: hoc eſt, non eſt aliud ordinabile, nec in virtute alterius natum finire alia: & hoc poteſt probari quinque rationibus poſitis a d.a. quæ ſic deducuntur. ¶Prima ſic deducitur. Vniuerſitas cauſatorum eſt finita: ergo dependet ab aliquo, tanquam à fine: non ab aliquo illius vniuerſitatis: quia idem eſſet finis ſui ipſius ergo ab alio extra illam vniuerſitatem & ſic arguatur, vt prius mutādo nomen cauſati in nomen finiti: & ſicut ibi dicebatur aut illud eſt cauſatum à ſe, aut ab alio &c. ita hic dicatur, illud aliud, aut eſt finitum à ſe, aut ab alio &c. Secūda ſic deducitur. Si non eſt ſtatus in finibus, ergo actu erunt infiniti fines. quod eſt impoſſibile. Tertia ſic deducitur. aliquid eſt propinquius fini: ergo eſt primum finitiuum. Quarta deduditur ſic. Superior finis eſt perfectior in finiendo; ergo in infinitum ſuperior erit in infinitū perfectior; & ita infinitè perfectionis in finiendo; & per conſequens non finiens in virtute alterius: & ſic primum finitiuū. Quinta ſic Eſſe finem alicuius non includit de neceſſitate imperfectionem; ſed ſi eſſet finis in virtute alterius, neceſſario includeret imperfectionem: quia dependentiam finis, ergo in aliquo debet poni, ſine imperfectione ergo erit ī aliquo, finis, nō in virtute alterius, ſed in virtute propria: & ſic primum finitiuū. ¶Ibi. Secunda concluſio eſt hęc. Primum finitiuum eſt incauſabile: hæc concluſio ſatis clarè probatur in litera. Et ratio ſtat in hoc cuius non eſt per ſe agens, eius non erit aliquod agens: patet, quia non oportet fugere ad agens per accidens (quaſi dicendo, & ſi non habet agens per ſe: tamen agens habet per accidens, vt patet de caſu, & fortuna qui tantum ſunt effectus per accidens) quia omnis effectus in re poſitiuus neceſſariò habet cauſam per ſe agentem; & ſi caſus, & fortuna, reſpectu alicuius cauſæ intendentis per ſe alium effectum, dicantur effectus per accidens; tū reſpectu alterius cauſæ per ſe erunt effectus vt patet a doc. inf. d.2. parte. 2. ſecundi in quoli. q. ult. hinc eſt, ꝙ Ari. reducit caſum, & fortunā ad agens per ſe: vt patet. 2. phi. t. c 66. 67. reducit.n. illos ad naturā, & ad intellectum. i. ad agens per ſe, uel per modū naturæ, & per modum intellectus, ſiue ad agens naturale & ad agens à propoſito. Sed primi effectiui nullū: eſt per ſe agens. ut ſupra probatum eſt. nec per ſe, nec per accidens de per ſe patet. de per accidens patet: quia cuius eſt agens per accidens, eius erit aliquod per ſe agens, ut ſupra. patuit, ergo nullum erit agens ipſius primi, effectiui. Tunc ultra. cuius non eſt aliquod agens, eius non eſt aliquis finis. probatur: quia omne per ſe agens agit propter finem. ex. 2. phi. t. c. 47. 61. 70. ubi uult philoſophus, etiam hic de natura, de qua minus uidetur. quia non cognoſcit finem, nec amat actu elicito, ſed tantum habet naturalem inclinationem: ergo multo fortius agens à ꝓpoſito, ſiue agens per intellectum agit propter finem. Tum: quia cognoſcit illū. Tum: quia actu elicito uoluntatis amat illum. Tum: quia actu elicito ordinat effectum ad finem, quem actu elicito amat. cuius ergo eſt cauſa finalis, eius erit cauſa efficiens: patet, quia efficiens agit aliquid propter finem. ſcilicet ordinando illum effectum ad finem, quem diligit: non eſt ergo cauſa finalis, reſpectu primi efficientis, quia primum efficiens mouetur metaphoricè ab ultimo fine ad producendum effectum; inquantum. enim amat ultimum finem producit effectum illum amatum, & deſideratum: ſed primum efficiens non poteſt agere propter alium finem à ſeipſo: ut patet, ergo agit propter ſeipſum, tamquam propter finem. ſi ergo primum efficiens haberet finem alium, ad quem ordinaretur, haberet aliquod efficiens, quod cauſaret illud in ordine ad illum finem: patet ergo, quòd ſi primum effectiuum eſt ſimpliciter ineffectibile, quòd erit etiam ſimpliciter infinibile; & ſi eſt ſimpliciter incauſabile cauſa finali; ſtatim ſequitur, quòd erit primum finitiuum: ſicut etiam arguimus, ſi eſt ſimpliciter ineffectibile; ergo erit primum effectiuum. ¶Ibi. Tertia concluſio eſt. Primum finitiuum eſt actu exiſtens: & probatur ſic. Cui repugāt eſſe ab alio, ſi poteſt eſſe, poteſt eſſe à ſe: ergo eſt à ſe: ſed primo finitiuo repu

Prima rō. Vniuerſitas cāſatorū eſt finita, ergo pēdet ab alio.

Secunda rō. ſi non eſt ſtatus infinibus, ergo actu erunt infiniti fines.

Tertia rō aliquod eſt ꝑpinquius fine, ergo eſt primum finitiuum.

Quarta rō. Superior finis eſt perfectior in finiē do, ergo.

Quinta rō. eſſe finē alicuius nō includit de neceſſitate imperfectionē, ſed eſſe finē ī virtute alterius.

Primum finitiuū eſt ī cauſabile.

Agēs à propoſito agit propter finē: quia cognoſcit illum, quia actu elicito volūtatis amat illū ſi amat finē ergo cognoſcit finē.

Primum finitiuum eſt actu exiſtē quia ſibi repugnat eſſe ab alio.

gnat esse ab alio: probatur: quia cuius non est causa finalis, eius non est causa efficiens. vt patet supra, sed primi finitiui nulla est causa finalis: ergo primum finitiuum est simpliciter in effectibile: ergo, vt potest esse, potest esse a se, ergo actu est à se: ita consequentia deducatur vt prius.

CONCLVSIONIBVS tribus. Hic Doctor ponit tres alias conclusiones. ¶Prima. Aliqua natura eminens est simpliciter prima secundum perfectionem. Et pbat per dictum Ari. quòd formæ se habēt, sicut numeri in ordine essentiali. Dicit Doc. in ordine essentiali: quia supra probauit, q superior essentialiter est alterius rationis, siue alterius speciei. modo formæ specificę se habēt sicut numeri: quia quanto aliqua est superior, tanto est perfectior: & hæc conclusio probatur illis quinque rationibus, positis ad a. Et formetur sic prima. Vniuersitas causatorum de necessitate includit imperfectionem: ergo reducitur ad aliquid simpliciter perfectum, non ad aliquod eiusdem vniuersitatis: quia idē reduceret ad seipsum: & sic idē respectu eiusdē esset perfectum, & imperfectum: ergo ad aliud non eiusdē vniuersitatis. & illud dicatur. a. tūc sic. Aut. a. est simpliciter perfectum aut non. Si primum habetur propositum. Si secundum arguatur, vt prius. Secunda sic. Si in perfectionibus essentialiter ordinatis non est status ad aliquam primam ergo in actu sunt infinitę perfectiones essentialiter ordinatę, & sic infinitę species essentialiter ordinatæ: quod est impossibile, ergo standum est ad aliquam primā. Tertia sic. Imperfectionibus essentialiter ordinatis, vna est prior alia: ergo datur prima: quia prius est, quod est primo propinquius. Quarta sic. Quanto perfectio est superior, tanto perfectior: ergo in infinitum superior erit in infinitum perfectior; ergo erit infinitæ perfectionis, & illud non reducitur ad perfectius: quia non esset infinitæ perfectionis: ergo ibi erit status. Quinta sic. Ens simpliciter perfectum necessariò non includit imperfectionem, aliàs in nullo reperiretur perfectissimè ergo in aliquo debet perfectissimè reperiri, sed si reduceretur ad perfectius non esset in illo perfectissimè; in quo est perfectissimè: ergo ibi erit status in perfectionibus. ¶Ibi. Secunda conclusio est ista: & hæc clara est in litera. Et ratio stat in hoc: quia primum effectiuum est simpliciter incausabile. probatur sic: quia est infinibile: ergo est simpliciter incausabile. probatur consequentia, cuius non est causa finalis, eius non erit causa efficiens; & cuius non est cā efficiens; eius non est causa materialis, nec formalis, omnes istæ consequentiæ patent supra. probatur antecedens: quia si primum in perfectione haberet finem, ad quem ordinaretur, non esset simpliciter primum in perfectione: patet, quia excederetur à tali fine. Aduerte hic, quòd non quęlibet finis dicitur perfectior ordinato ad finem, ut supra declaraui. 1. q de praxi: loquitur ergo doc. hic de fine ex natura rei, ad quem alia ex natura rei ordinantur, siuè de fine præexistente, & nō de fine acquisibili per operationem. Et primum effectiuum est simpliciter ex natura rei infinibile quacunque ratione finibilitatis &c. ¶Ibi. Tertia conclusio. Suprema natura est aliquid actu existens: & probatur sic. Cui repugnat esse ab alio, si potest esse, potest esse à se: ergo erit à se: sed primo eminentissimo repugnat esse ab alio, aliàs non esset primum eminentissimum: ergo &c. & deducatur hæc consequentia vt prius.

Primum effectiuum est simpliciter incausabile, q. est infinibile.

QVANTVM ad secundum articulum. Hæc litera huius articuli clara est; & circa finem articuli persupponit unum probandum diffusè in 4. d. 12. Quia causa ęquiuoca est essētialiter nobilior suo effectu: cum ergo primum effectiuum sit causa effectiua ęquiuocā omnium causatorum, & hoc mediate, uel immediate; sequitur quòd essētialiter erit eminentius eis: & per cōsequens inter omnia entia simpliciter erit eminentissimū: & hoc est quod Doctor intendit in hoc articulo.

Cā equiuoca est nobilior suo effectu.

QVANTVM ad tertium artic. In isto arti. Doc. intendit duo probare. Primò ponit unum præambulum. scilicet quòd primum effectiuum est omnino necesse esse: & probat. ¶Ibi. ex hoc arguo sic. Et ratio stat in hoc: quòd nihil potest destrui nisi per aliquod sibi incompossibile positiuè, uel priuatiuè. Exemplum primi. Albedo non potest destrui, nisi per nigredinem, quæ est sibi incompossibilis positiuè. Et licet albedo posset à Deo destrui sine positione nigredinis in subiecto: ut patet à Doct. in 4. d. 43 tamen posito, quòd sit aliquid, quod nullo modo possit destrui, nisi p aliquod incōpossibile sibi, sicut priuatio non potest destrui, nisi per habitum, tāquam per aliquod positiuum incompossibile sibi: illud non posset destrui, nisi per positiuum illud. Exemplum secundi. Visio non destruitur, nisi per cecitatem, quæ est sibi incompossibilis priuatiuè. Si ergo primum effectiuum potest nō esse; hoc erit per aliquod sibi incompossibile priuatiue, uel positiuè; & certum est, quòd priuatiuè nihil est sibi incōpossibile (ut patet) quia priuatio est in subiecto apto nato; sed in primo effectiuo non est aliquod subiectum, quod sit receptiuum habitus, & priuationis: quia primum effectiuum nullo modo est compositum, ut patuit supra. Esset enim necesse, quòd si entitas primi effectiui, posset destrui priuatiuè, quòd talis priuatio in aliquo reciperetur: quod est impossibile. Nec est destruibile per aliquod sibi incompossibile positiuè, quod posset sibi inesse; & probo p omnia incompossibilia positiua: putà cōtrariè: relatiuè: disperatè & huiusmodi: & incompossibile dicatur. a. illud. a. non potest destruere. b. positiue, nisi positiuè insit. Nam albedo non potest destruere nigredinem, nisi insit enti habenti nigredinem. Sic. a. nō potest destruere. b. nisi insit enti, in quo est ipsum. b. & tunc quæro, aut. a. est à se: & cum. b. sit à se. & a. non potest destruere. b. nisi. a. insit: & si sic. alterum inconuenientium sequitur. Vel, quòd duo omnino incōpossibilia sint simul, quod est impossibile, uel quòd neutrum eorum sit: quia utrunque destruit esse alterius cum sint ęqualis uirtutis: quia utrunque à se: & hæc incompossibilitas positiua debet intelligi incōpossibilitas formalis; sicut duæ formæ formaliter repugnant inter se: ita quòd non possint esse simul in eodem: eo, quòd una formaliter expellit aliā: ut patet de contrariis. Si uerò dicatur quòd. a. est incompossibile. b. non formaliter sed uirtualiter: de qua incompossibilitate uirtuali patebit. inf. io responsione ad primū arg. principale huius q. & in 4. d. 49. q. 12. Et sic dicimus, quòd. a. est incompossibile. b. uirtualiter: quia habet in uirtute sua aliquem effectum, qui formaliter est incompossibilis ipsi. b. sicut dicimus, q aqua uirtualiter est incompossibilis caliditati: q a uirtualiter continet frigiditatem, quæ est incōpossibilis formaliter caliditati: & hoc est quod dicit Docto. hic. Aut. a. per effectum ipsius potest destruere ipsum. b. qui effectus sit formaliter incompossibilis ipsi. b. & hoc non quia effectus. a. est simpliciter imperfectior ipso. b. & imperfectius nō potest destruere perfectius: & sic patet litera Doc. ¶Secundo principaliter Doc. probat, q tantum sit unum primum effectiuum. Ibi. Ex hoc ultra ad propositum. Et in ista ratione supponit unum, quòd quęcunque differunt, per aliud differunt adinuicem, & per aliud conueniunt: patet quia Fran. & Ioan. differunt per dīas indiuiduales, & conueniunt in humanitate. Si ergo essent duo prima necesse esse, quæ dicantur. a. & b. differrent,

Quō destruitur aliquid positiuè & aliquid priuatiuè.

Primum effectiuum est omnino necesse esse, q. nihil est sibi incompossibile.

Aqua virtualiter est incompossibilis caliditati: q a virtualiter continet frigiditatem.

Differunt constantes. & Guido differentiis indiuidualibus.

differrent,& conuenirent:& tunc quæro an.a. &.b. sunt simpliciter primo diuersa,aut sunt verè differentia.non primo modo:quia duę naturæ perfectæ non possunt esse primo diuersa:vt patebit.infra.d.3.Si secūdo mō:tunc.a differt a.b.per aliq̄ rationē formalē quæ dicat.c.& cōuenit cum.b. per aliqd aliud.a.c.& illud dicatur.d.& certum est,quod illud,in quo conuenit,non includit formaliter illud,per quod differt nec econtra:vt patet de animali,& rationali.

¶Quęrit modo vltra doc.aut.c.& d. sunt necesse eē: quæ formaliter differunt adinuicē,aut nō.Si primo. ergo.a. erit necesse esse per duas rationes formales necessario essendi,& sic circumscripto.d. erit necesse esse per.c.& ex alia parte non erit necesse esse circumscripto.d. cum sit ratio formalis necessariò essendi: & sic.a.erit necesse esse, & non necesse esse. Si secundo scilicet si.a &.b. sunt possibilia tantum,vel vnum. illorum.ergo.a.non erit necesse esse: q̄a nihil erit necesse esse per aliqd possibile,quod in sua rōne formali includitur. Et hoc est quod dicit Doc.in ista rōne.

Ocham in primo. d. 2. q.1 a. instat contra doc. Secundo arguit.

CONTRA hanc rationem arguit vnus doc.Primo sic:quia Deus,& creatura conueniunt in ente, & differunt suis proprijs rationibus. ergo si ratio Doc, esset bona includeret duas rationes formales:& tunc illæ, aut sunt necesse esse, aut possibiles: & arguatur vt Doct. arguit.Scdo arguit in hoc quod dicit Doc. quod ille duæ rationes formales, formaliter differunt: sed in Deo sunt plura formaliter distincta secundum Scot.in primo. d. 8. q pen. & etiam secundum ipsum Ocham, relatio, & essentia differunt formaliter in Deo: & tunc arguatur vt prius, aut illa formaliter distincta sunt rationes formales,necessariò essendi, aut non: & sic arguatur vt prius.

Pro responsione nota

¶Pro responsione ad argumenta istius Doct. præmitto aliqua. Primo quod essentia a. &.b. a qua abstrahitur ens commune est in actualissima existentia: quæ existentia est de essentia.a. &.b. vt patet a Doct: præsenti.d.q.2.& in quol.q.1.Primum enim effectiuum scilicet a. & similiter aliud primum effectiuum scilicet b.habent aliam,& aliam entitatem actualissimam,& pfectissimè existentē:& nullo modo realiter contractam:vt patebit infra à Doc.d 5.& 26.& istæ duæ entitates, siuè naturæ actualissimæ:aut sunt eiusdem speciei specialissimæ, aut alterius speciei. Non secundo: quia vna species necessario est pfectior alia essentialiter:vt patet. 8. met. quia formæ se habent sicut numeri:& sic vna illarum esset eminētior essentialiter: & si sic. esset contra præsuppositum:qd est, q̄ ista duo necesse esse sint simpliciter eminentissima Si primo:stat arg. Doc. quia istæ duæ naturæ realiter conueniunt in aliqua natura specifica: sicut dicimus quod natura sortis,& natura Pla.conueniunt in humanitate:& vltra hoc differūt per suas differētias, & sic sortes constat per suā humanitatē,& differentia indiuidualem. Sic in proposito:natura a. cōuenit q̄ditatiuè cum natura.b.& vltra hoc differt ab ipso.b. non per id,quo conuenit:sed per aliquam rationem formalē,distinguentem.a.a.b.& tunc stat arg.doc.Secundo præmitto,q̄ licet ànatura.a.&. à natura.b. possit abstrahi conceptus communis entis, qui tn̄ cōceptus est posterior ipso.a.&.b.& p cōseques nullo mō est rō constituendi.a.&.b vt patet.& quod talis cōceptus sit posterior: patebit infra à Doc.d.8.& sic nullo mō est ratio constituēdi prius:non sic est de conceptu specifico: quia talis præsupponit naturam communem indiuiduis, & priorem ipsis:vel est ipsa natura,sic essentialiter prior. Et sic si darentur duo prima effectiua, scilicet. a. & b. illa de necessitate conuenirent in aliqua natura communi priore. a. &.b.& distinguerentur per. c. &. d. & cum una ratio non includat formaliter aliam:si ille rationes sunt necesse esse: tunc arg. Doc. stat in suo robore. ¶Si dicatur hic, quod non sequitur quod.a. erit necesse esse duplici necessitate: quia necessitas præsupponit entitatem: sed ipsum.a. habet esse per istas duas rationes formales, quæ sunt rationes formales necessariò essendi: ita quod sicut una non dicit totam entitatem ipsius.a. sequitur, quod nec etiam necessitatem simpliciter ipsius.a. sicut si homo diceretur habere necesse esse saltem secundum quid,non diceretur necesse esse per rationem animalis:quia si sic: posset argui, vt Doc. arguit, quod duplici necessitate esset necesse esse: sic in proposito. *Obiectio.*

Responsio.

Dico, quod, & si necessitas præsupponat entitatem: tamen sicut est impossibile, aliquid esse ens duplici entitate, & vltimata, sic est impossibile aliquid esse simpliciter necesse esse duplici necessitate simpliciter: quia circumscripta vna, adhuc esset necesse esse per aliam: & ex alia parte non esset necesse esse: quia esset circumscripta ratio simpliciter necessario essendi: in proposito istę entitates, quę constituūt ipsum.a sunt simpliciter necesse esse, sicut, & ipsum. a. quia quod est necesse esse in primo ente, est ibi necesse esse in vltima necessitate. Non.n. dantur gradus ibi necessitatis, secundum quos vna dicatur maior, & altera minor: & ideo stat argu. Doc. quòd si.a. esset necesse esse illa duplici necessitate circumscripta vna &c.Et sic concedo,quòd si animal est simpliciter ratio necessario essendi homini, & similiter rationale, tunc homo existens necesse esse ista duplici necessitate simpl̄r, & vltimatè: per impossibile circūscripta vna, eēt necesse eē,& nō necesse esse: sic dcm̄ Doc. de necessitatē primi effectiui dēt intelligi. ¶Sed occurrit difficultas duplex.: Prima in hoc quod dixi ꝭm Doc. quòd conceptus entis est posterior entitate primi effectiui: si sic. vr̄ sibi contradicere: quia ipse vult in primo. d.3.& d.8.q̄ prædicetur in quid;& si sic:tunc sequitur,q̄ est prior illo quiditatiuè,& de quiditatę eius. ¶Dico,q̄ ille conceptus ex hoc pōt dici de quiditate, & prior: quia sumitur ab entitate diuina q̄ditatiua:tn̄ in se ille conceptus entis est posterior:nec dicit aliquid pertinens ad quiditatē Dei. Et ex hoc quod dixi possunt solui multæ obiectiones. ¶Secunda difficultas est, an conceptus entis sit posterior creatura:cum etiam sumatur à tali creatura. ¶Dico ꝭm aliquos exponentes doctorem,quòd conceptus entis, qui est prædicabilis de Deo, & creatura in quid est simpliciter prior omni creatura: cum talis conceptus primo sumatur ab essentia primi effectiui:potest tamē dici quodammodo posterior, prout à creatura abstrahitur: proprié tamen prędicatur in quid de creatura,vt prior. Posset tamen dici, quòd conceptus entis ex natura rei non est prior quiditatiuè, & essentialiter creatura: nec proprie de quiditate eius: & hoc ex natura rei: sed quia abstrahitur ab ipsa creatura quiditatiue:ideo prædicatur in quid de illa. ¶Ex his patet responsio ad primum argumentum Ocham: quia, & si Deus,& creatura conueniant in conceptu entis:nō tamen ille conceptus, cum sit posterior Deo pōt dici ratio necessario essendi ipsius &c.Si ēt.a.&.b.essent duæ naturæ,spē distinctę (quod non credo esse verū vt patebit per argumentum Doc. præsenti d.q. illa. An tantum sit vnus Deus: quod etiam argumentum recitat magister Ocham vbi supra acceptādo illud tanquam verum:& affirmando quod.a.&.b.non differunt specie: quia unū esset perfectius alio essentialiter:sed differunt solum numero: vide ibi) adhuc argumentum doc.concluderet quia.a. de necessitate haberet unam realitatem, qua conueniret cum.b. & aliam, qua differret a.b. quæ realitates essent priores ipso. a. & tunc formetur argumentum, vt prius de illis realitatibus. ¶Si dicatur, quod hoc videtur sequi,vt comparatur ad creaturam: quia certum est,

Deus est supra oē ens ergo ipsum ens non prædicatur de Deo.

Respondetur quod Deus est supra oē ens in essendo, non autem in prædicando.

Conceptus entis, q̄ prædicare potest de Deo, & creatura in quid est simpliciter prior omni creatura,nō tamē ex natura rei, q̄ cum quiddi tatiuè abstrahatur à creatura, id eo in quid ꝑter de ipsa

Hic patet euidens solutio argumentorum. Gul. contra Doc.

Obijcit contra se.

est, ꝙ habet aliquid, in quo conuenit cum creatura: quia ens ꝑdicatur in quid de vtroque: vt patet a Docto. infra d.3.q.8.& ēt habet aliquid, quo differt à creatura, vt manifestum est: & sic formetur argumentū de illis realitatibus vt prius.

Solutio.

¶Dico breuiter ꝙ si a. cōueniat cum creatura in aliquo conceptu: non tamen conuenit cum ipsa in aliqua realitate: vt patet a Doc. d.8.& sic.a. seipso differret à creatura.

Obiectio.

¶Si dicatur saltem, illud à quo accipitur conceptus entis, in quo cōuenit cum creatura, differt ab illo, à quo accipitur ratio differentiæ qua differt à creatura: & sic formetur argumentum vt prius de illis duobus.

Responsio.

¶Respondeo, quod si singularitas essentiæ diuinæ esset extra illam formaliter, forte argumentū haberet aliqualem apparentiā; sed essentia diuina est de se formaliter hæc: vt patet infra Doc.d.5.q.2. & 26. Et sic dico ꝙ essentia diuina seipsa tm̄ realiter differt a creatura, & conceptus entis accipitur ab ipsa, vt est formaliter hæc: qui cōceptus vt dixi. sup. est posterior ipsa.

Essentia diuina seipsa tantum realiter differt à creatura.

Responsio ad arg. Ochā.

¶Ad aliud argumentum illius dico breuiter de attributis: ꝙ, & si formaliter sint necesse esse: ita, quod sapientia sit necesse esse simpliciter, alia necessitate formaliter à bonitate: tamen non sequitur, quòd circunscripta vna illarum, ipse Deus esset, necesse esse, & non necesse esse: quia sicut entitas Dei nullo modo est ab entitate attributorum cum sit prior illis: ut patet a Docto. in primo, & in quol. ita nec necessitas Dei est ab illis: imo si per impossibile omnia attributa diuina essent circunscripta: ita esset necesse esse, sicut ipsis non circumscriptus. Ratio ergo concluderet contra Doct. si huiusmodi attributa essent rationes necessario essendi ipsius Dei: quod non est verum: immo, & si ipsa attributa sint formaliter necesse esse: originaliter tamen, & propter realem identitatem, quam habent cum essentia ab ipsa sunt necesse: ut patet a Doc. inf. d.8.q.pe.& in quol.

Attributa non sunt rationes essendi ipsius Dei.

Quod dicit ipse de essentia, & relatione patebit. infra præsenti. d. quòd relatio non est formaliter neccesse esse: sed tota necessitas illi⁹ est ꝑ identitatem realem cum essentia diuina. ¶Et quādo dicit Ochā ubi. sup. quòd si essentia est necesse esse, & relatio similiter. ergo datur ibi aliqua ꝯpositio essentiæ, & relationis, cū essentia sit prior relatione: & per ꝯn̄s u᷑ quòd sit in potentia ad illā. ¶Dico quòd dato ꝙ relatio esset formaliter necesse esse: adhuc essentia diuina non est aliquo mō in potentia ad illā, cum sit simpliciter in ultima actualitate: & magis relatio d᷑ esse in actu ꝑ essentiam; q̄ econtra: & de hoc uide diffuse Doc. in 1.d.1.q.2.& d.26. & in quol. Et sic patet qualiter argumentū Doct. est euidens.

Relatio magis est in actu per essentiam quam econuerso.

¶Scdo principaliter arguit Doc, ꝓbando, ꝙ nō pn̄t esse plura prima effectiua. Ibi. Scdo probat idē: quia duæ naturæ eminentissimę &c. Et rō stat in hoc: quia sicut unitas addita numero uariat speciem: (patet qa si ternario addit᷑ una unitas erit numerus quaternarius, & alia species à ternario, & perfectior) sic in gradibus perfectionalibus, & specificis. Nota tn̄ quòd quidā sunt gradus perfectionales indiuiduorum. i. consequentes esse indiuiduale: & talis gradus additus alteri nō uariat indiuiduum: patet quia si albedini vt duo addatur alius gradus erit eadē albedo: sed perfectior. Alij sunt gradus perfectionales specifici. i. ultimatè constituentes aliquid in esse specifico: ut ultima differentia hominis: & si illi ultimæ differentiæ adderetur unus alius gradus specificus, uel ipsi homini: iam non esset homo: sed alia species perfectior homine. Isti enim gradus semper uariant species quibus adueniunt: ita quòd de necessitate una erit perfectior alia. Si ergo repugnat duas naturas non ultimatè perfectas esse æquales in perfectionibus specificis distinctis: à fortiori repugnat, quòd dentur duæ naturæ eminentissimæ specie distinctæ, quæ omnino essent æquales.

Dr̄ia inter gradus indiuiduales & specificos.

Obiectio.

Si dicatur quòd illæ duæ naturę essent eiusdem speciei: & solo numero differrent.

Responsio.

Tunc primū argu. de necesse esse euidenter concludit: ut paruit. supra & ultra hoc est argumentum Doct. infra præsenti. d.& 2. q. quoli. quòd si aliqua natura communis cōpatitur secū plura indiuidua, quantum est ex parte sua potest esse in infinitis: & sic concludit Doc. ibi: quòd actu essent infiniti dij: uide ibi: & præsertim in quol. q. 2. ubi diffusè pertractat illam propositionem. ¶Ibi. Hoc patet tertio per rationem de ratione finis. Et ratio stat in hoc supponendo, quòd tātum sit unum uniuersum: quod ab omnibus conceditur, & tota coordinatio entium uniuersi est tantū ad unum finem: ut patet. 12. meta. Sed si essent plura prima, essent plures fines ultimi, & æque perfecti. ergo essent duæ coordinationes entium in uniuerso. Probatur consequentia: quia ultimus finis terminat coordinationē entium uniuersi: & alius, qui etiā ponitur ultimus finis, aut terminat eādem coordinationem: aut aliam. si secūdo habetur propositum, quòd erunt duæ coordinationes entiū in uniuerso: quod est contra propositū. Si primo. ergo sequitur, quòd idē ens simpliciter potest simul hēre duos fines: siuè duas cās finales totales: quod est impo☞: quia si. a. habet necessario duas cās totales: sequit᷑ ipsum esse, & non esse: sic quia posita una causa totali alicuius, ponitur illud. & ipsa remota remouetur; & posita alia idem ponitur. ergo idem simul esset ordinatū ad finē ultimū, & nō esset ordinatū: & loquor de cā totali eiusdem ordinis; pro cuius intelligentia dico, ꝙ cā efficiens eiusdem ordinis, & totalis est illa, q̄ est eiusdem spēi spālissimæ, & æq̄ perfecta: & d᷑ totalis: qa ad sui cālitatem nihil indiget: & sic duo ignes ęq̄ perfecti, respectu ignis generandi dn̄r duæ causæ in genere causæ efficientis eiusdem ordinis; & totales: quia vtraque est per se sufficiens ad generādum eundem ignem; non enim sunt causæ partiales illius, nec etiam vna in causando dependet essentialiter ab alia, cum sint eiusdem speciei.

G. E. pulcherrima ratio ostendens unitatem esse principiū, quia si plura essent principia, ergo plures fines. quod est falsum, quia finis in ordine essentiali est status ad aliquod vnū simpliciter primum ergo in ordine finiū similiter deuenitur ad vnum finē qui est finis omnium.

Causæ uero efficientes, uel finales alterius ordinis sunt causæ alterius speciei: & per consequens alterius perfectionis essentialis: & dn̄r totales: quia quælibet per se est sufficiens causare effectum in suo ordine. i. quòd ad causandum non requirit aliquid quod sit eiusdem speciei: quando tamen sunt alterius ordinis: & adinuicem essentialiter ordinatæ, & totales: una non potest immediatè causare effectum, non concurrente alia: non quòd illa aliadet, uel suppleat quouismodo cālitatem alteris (ęq̄. n. perfectè in sua specie causat homo effectum: sicut prima causa in suo ordine: siuè specie: & æquè, hō d᷑ cā totalis illius effectus sicut prima causa) sed quia inter illas est simpliciter essentialis ordo: sic quòd talis effectus præsupponat necessariò talem ordinem essentialem: ideo una non potest illum effectum cāræ, non concurrentibus oībus essentialiter ordinatis ad illū effm̄: ita quòd q̄libet per se, ut totalis causa in suo ordine attingat illum effectum: licet illa attingat illū in uirtute alteris, & dependenter. Nec credo esse uerū, quod aliqui asserunt, quòd causæ essentialiter ordinatæ concurrant ad effectum tantum partialiter. Si enim partialiter tantum sequeretur, quòd prima non produceret effectū, ut totalis causa. de hoc aliàs.

Causæ essentialiter ordinatæ non concurrunt ad effectum partialiter, quia prima non produceret effectum, ut totalis causa.

Nec ualet dicere, quòd si. a. est a. b. c. d. ut a tribus causis totalibus, quòd. a. esset, & non esset: quia posita causa totali alicuius effectus ponitur effectus, & ipsa remota, non ponitur. posito ergo. b. ponitur. a. remoto. b. remouetur. a. & ex alia parte posito. c. ponitur. a. ergo. a. simul esset, & non esset. Dico quòd hoc non sequitur de causis essentialiter ordinatis. quia. b. & si sit causa totalis, & æque perfecta in suo ordine sicut & c. in suo: tamen est impossibile. b. causare circunscripto. c. & d. propter ordinem essentialem earū. ita quòd effectus. scilicet. a.

non

non tantum dependet in suo esse a. b.c.d. vt à causis totalibus alterius ordinis: sed dependet inquantum vna agit in virtute alterius: esset tamen impossibile, quòd idem effectus dependeret à duobus ordinibus causarum essentialiter ordinatarum: quia posito vno ordine causarum respectu effectus.a. statim ponitur.a.& ipso remoto remouetur: & posito alio ordine ponitur.a.ergo.a.simul esset & nõ esset:& sic debet Doc. intelligi. Similiter est impossibile q idẽ effectus sit a duabus causis totalibus eiusdẽ ordinis sine eiusdem speciei:puta q Io.sit a Francisco & Antonio, vt à duabus causis totalibus: quia bene sequitur Io.fore simul & nõ fore: quia posito Fran. ponitur: non posito non ponitur: & posito Anto. ponitur. Si tamen inter Franciscum & Antonium esset ordo essentialis:quod est impossibile. Io. simul esset ab illis. Ad propositum: si essent duo fines vltimi:illi essent eiusdem ordinis & speciei & perfectionis:& sic idem simul esset ordinatum ad finem vltimũ & non ordinatum:quia posito vno esset actu ordinatũ ad illum: & alio remoto non esset ordinatum. Et ex hoc patet confirmatio sequens: quia nulla duo possunt esse per se terminantia alicuius eiusdem, si illa duo sunt terminantia eiusdem ordinis, & eiusdem rationis:& arguatur vt prius.

Idẽ effectus non põt esse à duabus causis totalibus. Quia idem simul esset & nõ esset.

OSTENSO esse de proprietatibus relatiuis primi entis. Doc.in isto artic.intendit quædam præambula:quæ multũ faciunt ad probandum infinitatem primi effectiui. Primum præambulum est, q primum effectiuũ est intelligens,& volẽs:& probat tribus rationibus. Prima ibi. Primũ agẽs est p se agens. Et ratio principaliter stat in hoc. Omne agens per se independenter ꝓpter finẽ est cognoscẽs,& volẽs:sed primum effectiuum est huiusmodi. Maior ꝓbat ibi. Omne agens naturale p̃cisè &c. Probat ergo maiorem ex hoc: q si esset aliquod agẽs naturale p̃cisè cõsideratum ex necessitate agẽdi: si illud agens ageret independẽter: æque ageret, ẽt si pp nullũ finẽ ageret. Ignis.n.vt simpliciter consideratus ex necessitate naturali agendi ita calefaceret combustibile, etiã si ꝓpter nullum finem ageret. Si ergo ignis agit propter finem:ex hoc agit: quia in agẽdo dependet ab aliquo amante cognoscente illum finem. Probatur. Quia omne agens propter finem, agit ex appetitu finis 2.phisico. Sed nunquam posset appetere finem, nisi ille finis esset p̃cognitus, & amatus: vel ab ipso agente propter finem: vel ab aliquo à quo dependet in agendo,& sic patet illa maior. Minor probatur quãtum ad primam partem.s. quod primum, est per se agens:quia si est primum agens simpliciter, sequitur quod est per se agens, quia si esset per accidens agẽs, non esset primum agens: patet, quia causa per accidens, semper reducitur ad aliquod agens per se: vt patet 2.phisicorum.

Rationes ꝓbãtes infinitatẽ primi effectiui. Prima ratio.

Secundo principaliter. Arguit & ratio stat in hoc: ex quo primum efficiẽs agit pp finẽ, ergo inquãtum amat finẽ:qa causa finalis mouet efficiẽs ad ꝓducendũ effectũ,inquantum est amata ab ipso efficiẽte: aut ergo inquãtũ amata actu voluntatis:& si sic,ergo primũ efficiẽs est intelligẽs,& volẽs: qa voluntas nõ fertur,nisi in p̃cognitũ. Si verò, vt amata tm̃ amore naturali. tũc q̃ro: aut primũ efficiẽs naturaliter amat aliũ finẽ a se:ita q aliud a primo efficiẽte,vt amatum amore naturali moueat primũ efficiẽs ad efficiendũ aliquẽ effectũ:& tũc esset imperfectio in ipso:qa naturaliter inclinaret ad aliqd aliud a semen pso, vt ad finẽ:& sic esset aliquo mõ ens ad finẽ. Si verò tm̃ naturaliter amat finẽ,q est ipse.i.aut ipsemet,vt amat a-more naturali à seipso mouet seipsum ad ꝓducẽdũ effectum:& hoc nihil est, nisi ipsum esse ipsum: patet quia amor naturalis nihil est,nisi natura, quæ sic amat: vt patet a Docto, in 4.distin.49. & hoc non saluat rationem causæ finalis: quia causa finalis, vt causa finalis, vt amata mouet efficiens ad producendum aliquid.

Amor naturalis qd sit.

SED in hoc occurrũt aliquę difficultates. Primò: quia sicut dicit doc. in 2.d.6.q.2.& in prolo.q.de subiecto theologiæ. & in primo d.1. & in 4.d.49.& alibi, q amor cõcupiscentię,q est amare aliquid, i.õ pp se sed pp aliud: de necessitate p̃supponit amorẽ amicitiæ:qui est amare aliquid pp se. Amãs ergo aliquid pp seipsum, ordinãdo illud ad se: talis amor p̃supponit amorẽ suimet: eodẽ modo dico de amore naturali: quia aliq̃n agẽs naturale ꝓducit aliquẽ effectũ, quẽ amat amore naturali pp semetipsũ amatũ amore naturali: patet quia multa agẽtia naturalia: q̃ esse suũ amore naturali amãt: ideo ꝓducunt quantũ p̃nt illa,q̃ p̃nt cõseruare esse suũ: & sic nõ vr̃ incõueniẽs, q idẽ amatũ amore naturali à seipso moueat seipsũ ad ꝓducendũ effectũ. Scdo dicit doc.supra.d.1.q.4. q efficiẽs naturale (hoc est agẽs de necessitate naturę) si est p se efficiẽs, causa finalis mouet ipsum metaphoricè de necessitate naturæ.i. vt amata necessariò ab efficiente amore naturali. Sustinẽdo ergo opi.philosophorũ, q primũ agens agat de necessitate naturæ: sequit, q agit effectũ pp aliquẽ finẽ necessariò amatũ: & non est verisimile, q agat pp aliũ finẽ à semen pso. Tertio: quia hoc idẽ vr̃ sequi de amore elicito à voluntate: sustinẽdo, q inter essentiã diuinã, & volũtatẽ diuinã, & dilectionẽ eiusdem, nõ sit aliqua distinctio extra intellectũ: vt est quasi cõis opi. tunc si voluntas diuina producit aliquid ad extra. ergo propter finẽ amatum: & non nisi propter essentiam diuinam vt amatã actu voluntatis: & essentia diuina est idẽ penitus, quod voluntas diuina, & amor diuinus. ergo nihil aliud est nisi ipsam esse ipsam.

Primum dubium. Amor cõcupiscentię qd sit. Secundum dubium. Item aliud.

¶Respõdeo generaliter ad ista argumẽta præsupponẽdo, qđ dixi supra, q agẽs p modũ naturæ si non est intelligẽs: neq; volens æque ageret: si ꝓpter finem nõ ageret: sicut si ꝓpter finem ageret. ergo si per se agens, vt hmõi agit propter finem: ex hoc agit: quia in agendo dependet ab aliquo cognoscente & amãte talem finẽ: & si talis finis non cognosceret, nihil ageret ꝓpter finẽ: cum ergo primũ agens agat pp finẽ: & in agendo à nullo depẽdeat: sequit q cognoscit, & amat primum finẽ actu elicito voluntatis: qui sequit cognitionẽ: & nõ amore naturali, q nullomodo sequit cognitionẽ: vt patet a doc.in 1.met.suę. ¶Rñdeo ergo ad primũ argumentũ, & concedo, q aliqđ agẽs naturale ꝓducit aliquẽ effectũ ꝓpter seipsum amatũ amore naturali: quia ordinat illũ tantũ ad sui conseruationẽ. Et sic non sequit q si ꝓducit effectũ ꝓpter seipsum amatũ amore naturali, q ipsum tm̃ sit ipsũ: & nõ sit causa finalis: qa ꝓpter cõseruationẽ sui esse naturaliter amatã ꝓducit effectum: & hoc sufficit ad rationẽ causæ finalis: sed tn̄ primo effectiuo hoc non sequitur: quia a nullo est dependens, nec penitus indiget aliquo ad sui conseruationem, cum sit simpliciter necesse esse: & ideo ipsum amare se amore naturali nihil aliud est nisi ipsum esse ipsum: immo, vt sic amatum nihil penitus produceret.

Responsio. Ad primũ. Primum effectiuum est simpliciter necesse esse ergo aliqd non indiget ad sui cõseruationem.

¶Dico secundo, q agens naturale posset esse causa finalis ut amatum amore naturali: quia omne tale habet naturalẽ inclinationem ad perfectionem suã, uel intrinsecam, uel extrinsecam ordinando illam ad seipsam sic amatam: sicut lapis producit motum deorsum ad centrum: & suo modo quietem in centro ordinando centrum, ut bonum extrinsecum: & quietem in centro, ut bonum intrinsecum ad seipsum, ut amatum amore naturali: & sic non sequitur, quòd si producat aliquid propter seipsum amatum amore naturali: q ipsum sic amatum nõ sit causa finalis: sed non est sic in primo agente: quia primũ agẽs nõ habet naturalẽ inclinationẽ ad aliqđ obiectũ

Item alia.

Primũ agẽs non habet naturalem inclinatio nẽ ad aliquẽ obiectũ extra, ut bonũ sibi extrinsecum sed ad seipsum.

extra vt bonum sibi extrinsecum, nec ad operationẽ aliquam circa aliud a se, vt bonum intrinsecum: sed tantum habet naturalem inclinatiunẽ ad seipsum: & iõ ipsum sic amatũ à seipso amore naturali nihil aliud esset. oisi ipsum esse ipsum: & sic nõn haberet rationẽ causæ finalis. ¶ Ad secũdũ argumentũ. Dico primo, ꝙ nõ est simile de agente secundario, & de agẽte primo pp causas supradictas. Dico secundo quod si primũ agẽs producit aliquid de necessitate ad mentẽ philosophorũ: producit illud pp finem de necessitate amatum: & hoc amore elicito. Et dicit Arist. quod volũtas primi si produceret aliquem effectũ immediatè de necessitate ordinaret illum ad essentiam suã, amore elicito necessariò amatam: & hoc patet in confirmatione sequenti in hoc, quod dicit primũ dirigete, &c. Nam si per impossibile primũ nõ esset intelligẽs, neq; volens: cum tantũ se amaret amore naturali, & ad nihil aliud inclinaretur: nihil penitus produceret. Et si dicatur: quod ex quo primum de necessitate ꝓducit effectum immediatè secundum mentẽ philosophorũ: vt patet à Doc. infra. d. 8. q. vlt. & 7. q. quol. ergo vr, ꝙ necessariò inclinetur ad illũ, & per cõsequẽs illum amabit amore naturali: & si sic, eodem mõ sequit, quod ꝓducit illum pp seipsũ amatũ amore naturali. Dico, ꝙ inclinatio naturalis, vel est ad esse suũ vel ad aliquam perfectionem sui esse: vt patere põt à Doc. in. 4. 49. d. modo nullum creatum pertinet ad esse, siue ad conseruationem primi effectum: nec potest esse aliqua perfectio ipsius, neque intrinseca, neque extrinseca: & sic ad nihil aliud extra se, naturaliter inclinatur: & licet producat illum de necessitate naturæ, hoc non erit ex inclinatione ad illum: sed ex summa perfectione ipsius: quæ necessario redundat, & communicatur alteri: vt patet p doc. infra. d. 8. q. vlt. exponentem dictum Aui. Et ex his patet respõsio ad tertiũ argumentum. ¶ Tertio principaliter arguit Doc. ibi. Itẽ tertio arguitur sic. Et rõ stat in duobus dictis. Primum: ꝙ aliqua cã secũda producit aliquẽ effectum contingenter: intelligẽdo ꝯtingẽter ad vtrũlibet: quia. s. est in potestate sua illũ ꝓducere, & nõ producere. Aliter si ois causa secũda ꝓduceret effectum suũ de necessitate: tunc omnia euenirent de necessitate: & sic non oporteret consiliari, & hinõ: vt inquit Arist. Secundũ dictũ est: quod secũda cã ꝓducit effectũ in uirtute primę causę: ita quòd prima cã attingit illum effectũ: immo magis quã secũda cã: quia in libro de causis. Prima causa plus influit in effectum quã secunda. & non sustinendo illam opi. q̃ Doc improbat in. 2. d. 37 quæ dicit, quod voluntas creata est totalis, & immediata cã sui effectus. & Deus causat tantum mediate sed dicitur agere in uirtute primæ: quia in esse, & in conseruari depẽdet à prima. His dictis decleratis, patet argumentum Doc. quia si impossibile est secundam causam agere effectum, nisi in quantum mouetur à prima, siue in virtute primę, sequitur, quod si secunda causa cõtingenter agit quòd prima causa magis contingenter agit cum in agendo dependeat a prima. ¶ In ista tamen ratione ocurrunt duo dubia. Primum in hoc, quod dicit: quòd secunda causa, non causat nisi inquantum mouetur à prima. Et io hoc videtur sibi cõtradicere: quia in. d. 1. q. 1. quarti. vult expræsse, quod secũda causa in agẽdo nihil penitus recipiat à prima: & tamen impossibile est aliquid moueri ab alio: nisi saltẽ motum recipiat. si tantum localiter moueť: vel si alio modo mouetur tunc recipiet aliquod absolutum: quia motus ex. 5. phy. est tantum ad substantiam, quantitatem, qualitatem & vbi. ¶ Secundum dubium est in hoc quod dicit quod secunda agit in virtute primę: & p cõsequẽs cũ secunda agat aliquid contingẽter: sequit quod etiã prima cõtingẽter agit. q a ex quo prima cã prius agit, quã secunda: aut ergo in illo priori attingit effectũ se

Ad secũ dũ. Primũ agẽs ꝓducit a. i. quid de necessitate (ut dicunt philo) ꝓducit illud pp finẽ de necessitate amatum, & hoc amore elicito inclinatis naturalis, uel est ad esse suum, uel ad aliquam perfectionẽ sui esse causa secunda producat effectum contingenter, quia est in potestate sua illum ꝓducere, & non producere secunda causa ꝓducit effectum in virtute prima causa quia in esse, & in conseruari pẽdet a prima.

Primum dubium. Causa secũda dicitur moueri à prima quia nihil potest agere respectu effectus, siue mouere nisi prima causa simul agat uel moueat ad eũdem effectum

Secundum dubium.

cundę causę, aut nõ Si primo mõ. ergo cũ secũda cã in illo priori nihil agit: & si in aliquo signo posteriori agit ad illũ effectũ, sequiť ꝙ idẽ erit bis productũ. si secũdo mõ. ergo prima cã nihil agit: q a agere ad effectũ est attingere illum. ¶ Ad primũ dubiũ dico: quod cãm scdam moueri a prima in agẽdo: non intelligit propriẽ moueri: quia argumẽtum bene cõcluderet. Sed intelligitur moueri ex hoc, quod dicit ordinẽ inferiorem ad primã causam: ita quòd impossibile est, ipsam agere, prima non agẽte. ¶ Secũdò dico, quod secundam causam moueri a prima, põt dupliciter intelligi. Primò, quod in se moueať. Secũdo, ꝙ nihil potest agere respectu effectus, siuẽ mouere: nisi prima causa simul agat: vel moueat ad eũdem effectum. Et isto secundo modo verum est dictum Doc. Sed vt sic nihil recipit in se. ¶ Ad secundum dubiũ dico breuiter: ꝙ prima causa non agit in aliquo priori: sed simul cũ secunda causa. Et si dicatur: quia in lib. de causis dicitur: quod prima causa prius agit quam secunda: Dico quod sic debet intelligi prius, id est perfectius: vt patet a Scot in 2. d. 37. quia prima causa indepẽdenter agit. Et secunda dependenter. & ibi vide singularem glo. de ista materia. ¶ Ibi. Contra istam rationẽ instatur. Primo contra primã consequẽtiã, quia p nostrum velle posset aliquid contingẽter causari: & ita nõ requiriť, quod prima causa illud contingẽter causet. ¶ Itẽ philosophus antecedẽs cõcessit. s. ꝙ aliqd cõtigẽter cãtur: & negauit cõsequẽs intelligẽdo de velle Dei. s. quod prima cã cõtingenter causet: posuit. n. cõtingentiam in inferioribus: nõ propter hoc ꝙ Deus contingenter uelit: sed ex motu, qui necessariò causatur inquantum vniformis: sed difformitas sequiť in partibus eius & ita contingentia. ¶ Contra secundam consequentiam si causat ꝯtingẽter ergo volẽs. ista cõsequẽntia nõn videtur tenere: quia aliqua naturaliter mota possunt impediri: & ita oppositum contingenter, & violenter potest euenire. ¶ Et nota quod dicit de uniformitate motus &c. Nam motus primi mobilis, qui est ab oriente in occidens: qui alio nomine vocatur motus diurnus semper est vniformis, & simpliciter inuariabilis. Et primum mobile mediatè mouetur à prima causa: & immediatè ab aliqua intelligentia: vt patet. 8. physic. t. c. 78. Et quod hæc sit intentio Aristo. videlicet quod mouens infinitum moueat cœlum mediatè: & mouens finitum immediatè: patet per Com. 2. meta. com. 41. & respectu istius motus nulla sit contingẽtia in effectibus: sed contingẽtiam effectibus accidit in difformitate motus: & difformitas accidit in alijs partibus cœli: vt patet de motu solis. Vnde Arist primo de generatione. Sol in circulo obliquo idest in zodiaco secundum, quod est in alio & alio signo, uel gradu uel in minuto talis signi est causa diuersorum effectuum. secundum enim philosophũ, prima difformitas est in partibus alicuius sempiterni: licet sit uniformis secundum totum: quia. n. motus ille est uniformis, ex uniformi habitudine mobilis ad mouens. Ideo habet partes nouas difformes: & ex hac difformitate partium potest ulterius sequi alia difformitas, vel uarietas in substantiis genitis illo modo: & sic à causis vniformibus: puta ab intelligentia, & cęlo se uniformiter habentibus, causatur primo aliquid vniforme constans ex partibus difformibus, ut motus: & mediantę illo alia difformitas simpliciter. Hæc Scot. in. 4. d. 48. q. 2. ¶ Ibi. Ad primum dicendum est. Dicit Doc. quòd tenendo, quod Deus sit primum mouens, respectu uoluntatis nostræ, idem sequitur de ipsa uoluntate quòd de alijs: quia siuè immediatè necessariò moueat eam, siuè mediatè. sic intelligendo quod si. a. necessariò mouet. b. & b. necessariò motum mouet. c. quia motum tamen ab. a. sequitur quod. b. neccessario

Responsio ad primum

causam moueri a prima dupliciter potest. capi.

Responsio ad secundũ. Prima causa prius non agit ꝓfectius agit, quam secunda.

Motus diurnus semper est uniformis: quanto modo, quo pars una mouetur, ita & alia

Motus cœli est uniformis secundum se totum non autem secundum partes.

Deus est primus mouens respectu.

necessario moueat.c.Dicit ergo Doc. ꝙ si Deus mouet immediate voluntatē neccessariò ad actū suum: sequitur, ꝙ ipsa necessariò moueat seipsam ad actum suum. Et cū dicit: ꝙ si Deus est primū mouens respectu voluntatis.i.posito ꝙ si sic: quia adhuc non determinauit: an voluntas nostra sit immediata & totalis causa sui actus, non concurrente voluntate dicta. hoc.n. determinabitur in 2.d.37. vbi probat duabus rōnibus ipsam cōcurrere ad oēm effm volūtatis nrę. hoc ergo posito sequitur intentū. Supponit ēt in ista ratione ordinē essentialem cārū: licet hic nō probet illū: immò in suis theoreumatibus: dicit, ꝙ non pōt probare ordinē essentialē esse in efficiētibus: vt patet in propositione: siuè conclusione: siue theoreumate, 16. & ibi dicit non potest probari, Deum coagere omni causæ secundæ aliqua actione propria sibi.

¶Ibi. Ad fm dico. Hic Doc. facit differentiā: ꝙ aliud est contingenter causari: & aliud est aliquem effectū esse possibilem.i.non esse sempiternum. Nam cōtingenter causari propriè est, qn̄ effectus fit tunc: quando pōt fieri: quia cā ēt, vt cāt, est prior effectu: vt patet a Doct. in secundo.d. j. Cā vero naturalis, qn̄ cāt effectum: sic de necessitatē cāt illū: ꝙ talis effectus non potest non fieri: pōt tn̄ dici contingens: quia in se nō est necessarius, & sempiternus: sed nō pōt dici contingenter productus: quia nō potuit, nō cāri, stāte perfectas dispōne causæ, & passi. ¶Ibi. Nunc dico, ꝙ philosophus &c. Sensus huius lræ est: quia fm Arist. 12. meta. Intelligētia applicata orbi suo neccessariò mouet illum. ergo ille motus erit simplr neccessarius: & sicut tot⁹ est simplr necessarius: ita, & q̄libet pars eius, cum totū non possit esse necessariū, partibus non necessariò existentibus. Et sic illa pars motus in circulo obliquo: vel alibi, necessariò cābit effectum: cum sit agens merè naturale: siuè motus cāet: siuè natura, causus est talis motus: vt putà natura solis: quod magis vr. Nō.n. credēdū est motū causare sbam: sed qa per motū sol fit in alia, & alia parte circuli obliqui: quia in vna parte signi pōt esse cā generationis alicuius effectus: & in alia parte non poterit esse causa generationis eiusdem: & tamē ipse sol de necessitate causat.

Contingēter cāri est qn̄ effectus fit, tunc, qn̄ pōt fieri.

Motus non potest substātiam cāre.

¶Ad tertium dicit: ꝙ si aliqua cā pōt impedire: hoc erit in virtute superioris causæ. Pono enim, ꝙ cōiunctio Iouis, & Saturni in aliquo gradu Causari (concurrente particulari causa) sit causa alicuius effectus. totus iste ordo causarum erit virtute causę superioris, & tandem primæ. Si modo esset alia coniunctio, puta Solis cum marte in aliquo signo, & gradu posset vna cum causa particulari impedire actionē primæ coniunctionis, producendo effectum oppositū effectui, producendo à prima coniunctione. hoc nō esset, nisi in virtute causæ superioris, necessariò mouentis illas causas ad talem effectum oppositum: & illa supior in virtute superioris & tandem in virtute primę: & sic si ille effectus impeditus fuerit: erit primò à cā prima: & hoc est quod dicit. ¶Sequit. Sic ergo vt triplici via ostensum esse: ꝙ primū agēs est intelligens, & volens. Nota tn̄, ꝙ fortè istę non sunt rōnes demonstratiuę: qa Doct. in suis theore. theo. 14. sic dicit: non pōt ꝓbari Deum esse sapientē, vel intelligentē. Et cōmentando illā propositionē dicit: & per ꝯns nec pscientē, nec pdestinantē, nec per artē, siue per ydeas, siue quocunq; modo intellectualiter aliquid producentē. Deinde ponit aliā propositionem. Nō potest inquit probari Deum esse volentē. Et in com. suo. nec per consequens amantē, nec iustum, nec misericordē, nec per consequens iudicem meritorum, vel demeritorum. hæc ille. Et iō istæ rationes Doct. sunt multum ponderandę, nec Doct. dicit illas esse demonstratiuas: tamen sunt multum efficaces.

Istę rōnes nō sunt demonstratiuę, tn̄ sunt multū efficaces.

SECVNDVM præambulum ad infinitatem primi effectiui ostendendam: est quòd intellectio, & volitio primi effectiui nō est aliud ab essentia ipsius. ¶Et probat ibi. Nūc vlterius. Et rō ista stat in hoc. patet, ꝙ Deus dr cā finalis, vt est actu amatus à voluntate sua: & causatio causæ finalis est metaphoricè, siuè intentionaliter mouere voluntatē suam ad producēdum effectum. ergo ad hoc, ꝙ voluntas diuina producat effectum necessario psupponit caliditatē vltimi finis, & eius causatione.i. ꝙ necessariò præsupponit amorem finis: alr non produceret pp finē: tūc arguit sic. Omne simpliciter incausabile, & improducibile necessario est idē primo effectiuò (patet. supra quia oē tale est simpliciter independens & est à se: & probatū est, ꝙ tm̄ est vnū primū incābile) sed amor quo volūtas diuina amat Deū ē hmōi: patet, qa si ille amor ē cātus. ergo est cāt⁹ à volūtate diuina. ergo ab ipsa amāte Deū. ergo ille amor cātus psupponit aliū amorē, respectu finis amati. vel ergo erit processus in infinitum in amoribus: quod est inconueniens: vel standum est ad primum amorē, quo voluntas diuina amat Deum: & sic erit penitus incausabilis, & independens, & vt simpliciter idē, quod primum effectiuum: & sic patet sensus huius rationis. ¶Ibi. hoc ostendit Arist. 12. meta. & inf. Iste rōnes philosophi possunt declarari. ¶Pro declarationē huius literę supponenda est primo dr̄ia potentiæ actiuę, & factiuæ. Nam potentia actiua propriè dr illa, cuius opus recipitur in illa. Et factiua, cuius opus recipitur in materia extrinseca. Exemplum primi. Intellectus, est potentia actiua. quia operatio intellectus, putà intelligere recipitur in ipso intellectu. Exemplum secundi. Ignis est propria factiua: quia productū ab igne recipitur in materia extra: sed de dr̄ia ista patebit. infra pnti.d.parte.2. & diffusius patet à Doct. in quoli. q. 13. & uide q̄ ibi prolixè exposui. Intellectus ergo propriè dr potentia actiua. ¶Scdo dicit, ꝙ ultima pfectio entis in actu primo est in actu secundo, ut uniatur optimo. Actus primus est principiū operationis. Actus uerò scdus est ipsa operatio: & potentia operatiua nō pōt uniri optimo obo, nisi mediāte operatione sua: ut patet de potentia uisiua: q̄ nullo mō unit pfectissimo uisibili, nisi mediāte uisione illius. Iō doc. uult in primo.d.1.q.1. ꝙ dupliciter est perfectio potentiæ operatiuæ: una extrinseca, q̄ est obm pfectissimū illius potentię, alia intrinseca: q̄ est opō optima: qua potētia attingit tale obm. Et sic potētiam uniri obo, mediāte opatione, nihil aliud est, nisi ipsam attingere obm p opōnē: ut patet à doc. in quoli. q.13. & in 4.d.49. Et sic pfectio optima pfectissimæ potentię est opō pfectissima illius: & talis dr esse, q̄ terminat ad optimum: & sic ultima perfectio intellectus diuini erit cognitio essentiæ diuinæ. Si ergo talis cognitio esset realiter distincta ab intellectu diuino, siuè ab ipso Deo: tūc optimum illius essētiæ esset aliud: quod est inconueniens: quia sequeretur quòd substantia primi posset existere sine sua ultima perfectione: ut posset probari per propositionem Doct. in primo.d.1.q.1. & in 2.d.12.q.2. uidelicet absolutū prius alio, & realiter distinctum ab illo potest esse sine posteriori &c.

Deus dicitur causa finalis. vt est actu amatus à voluntate sua.

Materia du pliciter.

Actiua, cui⁹ opus recipitur in illa, vt intellectus factiua cuius opus recipitur ī materia extrinseca, vt ignis

Actus est primus est principium operationis. actus secundus est ipsa operatio.

Duplex est perfectio potentiæ operatiuę, vna extrinseca, quę est obiectum pfectissimū illius potentia.

Altera intrinseca, quę est operatio optima, qua potētia attingit tale obiectum.

IN ISTA tamen litera Doct. ur, ꝙ sibi ꝯ dicat. Primo in hoc, quod dicit intellectum esse potentiā actiuam. Nā j. parte secunda huius.d. productum in esse simpliciter ab intellectu diuino non est in ipso intellectu. ergo non est potentia actiua. Similiter expressè uult in 2.d.9. de locutione angelorum: ꝙ intellectus unius angeli potest causare actum intelligendi, in intellectu alterius angeli: & similiter speciem intelligibilem: patet etiam de intellectu diuino, qui actu suo producit obiecta secundaria in esse secundum quid: ut patet à Docto. in primo. distinct 3. quæstio. 4. & 35. distin. 36. & 43. & in secunda distin. 1.q.1. & diffusè in quol. q.14. & tamen illa obiecta se-

Apparēs cōtradictio.

Responsio.

cundaria noo sunt formaliter in intellectu diuino. ¶Respõdeo quod non habeo pro inconuenienti eãdem potentiam respectu diuersorum terminorũ diuersimodè appellari. Nam si terminus productus est extra: ipsa dicetur productiua: vt enim intellectus producit aliquid, quod verè recipitur in materia extrinseca, respectu illius, potest dici potentia factiua: vt verò producit aliquid quod non recipit formaliter in ipso intellectu: nec in aliqua materia extrinseca: sed illud productum erit in se subsistens: tunc dicitur potentia productiua: vt patet à Doc. infra parte 2. huius. d. vt verò producit aliquid, vel quasi producit: quod tantũ est in ipso formaliter dr̃ potẽtia operatiua, siuè actiua: vnde Doc. infra parte. 2. & d. 1. q. 1. secundi: vult expresse, quod intellectus dicatur ex parte intellectionis potentia operatiua: & respectu filii producti in diuinis potentia productiua. ¶Secunda difficultas est in hoc quod dicit, quod vltima perfectio primi entis est in actu secundo quo coniungitur optimo. Non enim aliquid vnitur alteri, nisi includat relationem, qua formaliter dicitur uniri terminatam ad illud, cui vnitur, & coniungitur. Vnde Doc. expressè. q. 13. quol. vult quod operatio beatifica includat de necessitate relationem realem terminatam ad obiectum, vt existens est. Et in hoc videtur sibi contradicere: quia. q. præallegata: vult, quòd actus beatificus intellectus diuini nullam relationem includat terminatam ad ipsam essentiam: quæ est obiectum beatificum, & non tantum relationem realem: sed nec etiam relatioẽ rationis. & tamen hic concedit, quod verè vnitur, & coniungitur obiecto optimo &c. ¶Respondeo, ꝙ quãdo est vnio inter aliqua realiter distincta, & habẽtia esse realis existentiæ includunt relationẽ realẽ: & quando est inter extrema habentia esse secũdũ quid: vel saltem vnũ illorũ: tunc nõ est necesse, quod includãt relationẽ realem: vt patet de cognitione abstractiua. quæ vnif obiecto habẽti esse tantũ secũdũ qd: ut patet à Doc. q. 13. quol. Qñ verò est inter extrema sic realiter eadem: quod vnũ illorũ vnitiuè est in alio secundum omnimodam identitatem realẽ, tũc ibi nulla est relatio, nec realis, nec rationis. Et sic actus beatificus intellectus diuini nullam relationem includit ad essentiam, vt obiectum beatificum: vt Doc. exponit. 13. q. quol. Hic ergo debet intelligi unio potentiæ ad obiectum pro unione fundamentali scilicet quod ipsa potentia ꝑ operationem absolutã verè attingit optimũ obiectum: sicut etiam Doc. vult expsse in. 4. d. x. & 49. & q. 13. quol. quod ultima pfectio potentiæ intellectiuæ est illa qua unif optimo: & illam uocat operationem absolutam: & si ad ipsam cõsequatur aliqua relatio ad obiectum: ex hoc est: quia talis operatio realiter distinguitur ab obiecto: & sic patet quomodo nõ est cõtradictio. ¶Ibi. Secũda rõ. Quia dixit Arist. quod si intelligere primi eẽt aliud ab ipso, esset laboriosa eius continuatio. & Doct. ubi supra assignat rationem: quia potentia solummõ receptiua est potẽtia contradictionis: vt patet: q a si tm̃ sc habet receptiuè: sequitur ꝙ nullã necessitatẽ dicat respectu recepti: vt patet à doc. in prol. q. de subiecto theologiæ, & sic intellectus primi posset esse aliqñ intelligens: & aliquando nõ; & hoc est quod dicit. ¶Ibi. Aliter ostenditur propositum. Hic potuit rõnẽ Tho. in primo. d. 3. & Egi. d. 2. primi. & rõ stat in hoc: q a obiectũ, & potentia intellectiua sunt idẽ. ergo intellectio qua talis intellect⁹ intelligit illud obiectũ. Doc. dicit hanc rõnẽ non concludere: & patet instantia de intellectu angeli, & eius essentia: quæ quãuis sint realiter idem: non tamen intellectio realiter identificatur illis. ¶Ibi. Hæc conclusio secunda: videlicet, quod essentia Dei sit idem, quod volitio sua secunda ex corrolarijs, primo sequitur quod voluntas sit idem essentiæ diuinæ. Tum quia si uelle est simpliciter incausabile: ut supra patuit. ergo à fortiori, & voluntas, cuius est tale velle. si enim posterius est simpliciter incausabile, ergo, & prius. cũ ergo sit tantũ vnũ simpliciter incausabile: vt supra patuit. sequitur, quod si voluntas sit incausabilis: quod illa erit realiter ipsa prima natura omnino incausabilis. Secũdo sequitur quod intelligere primi respectu sui sit idẽ illi naturæ: q a simpliciter necesse eẽ patet, q a si velle sit necesse esse: a fortiori intelligere: cum oĩno ꝓ supponatur ipsi velle: sed tãtum est vnum necesse esse: ut supra patuit: si intelligere sit necesse esse: erit realiter ipsa prima natura: q̃ est simplr necesse esse. Tũ ẽt q a intelligere vr̃ propinquius naturæ diuinæ, q̃ velle. ergo si velle est idẽ illi: à fortiori, & intelligere. Tertio sequitur, quod intellectus sit idẽ illi naturæ, & arguatur, sicut sup. arguitũ est de vouẽte & uelle. Quarto sequitur ꝙ ipsa ratio intelligẽdi sit idẽ sibi: quia illa necessario ꝑsupponitur intellectioni, & volitioni: & accipit rationẽ intelligẽdi ꝓ formali rõne causandi, vel quasi causandi intellectionẽ in ratione formali obiecti intelligibilis, quicquid sit illa. ¶Ibi. Ostenso de intelligere se, & uelle se. Hic Doc. intendit probare: quòd intellectio primi effectiui respectu aliorum intelligibilium à se sit eadem cum ipso. & probat: q a nollum intelligere primi, est accidens sibi: quod si esset distinctum realiter, de necessitate esset accidens: vt patet de omni alio intelligere. Probo autem quòd non possit esse aliud à primo. Et ꝑsuppono ꝙ primũ effectiuum possit realiter causare hominẽ: certũ ẽ, ꝙ non posset illũ causare: nec voluntas illũ velle, nisi ꝑintelligeretur: vt patet. Quæro tunc aut intellectio hominis est idem cum primo effectiuo: aut est aliud. Si primum habeo tunc propositũ. si secundũ ergo illud intelligere erit causabile: quia oẽ aliud à primo effectiuo est causabile: sed voluntas non posset illud velle nisi prçintelligeretur: & tunc quæro de illa alia intellectione: aut est idem aut aliud. Si primũ, ergo & prima intellectio erit idem: cum non sit maior rõ de secunda q̃ de prima. Si secundũ. tũc erit ꝓcessus in infinitũ in intellectionibus respectu eiusdẽ hoĩs causabilis: uel standum circa ad primam intellectionẽ hominis: & sic formetur ista ratio sicut illa de velle primi effectiui: licet Doc. hanc rationẽ non sic expræssè ponat in ista litera. formetur ergo sic exponẽdo litteram Doc. Primũ effectiuum ex quo est omnino incausabile habet ex se, hoc est ex natura propria, vnde possit causare quodcunq; cãbile: saltẽ ut prima cã illius cãbilis: quia secũdũ philosophos nõ posset cãre effectũ impfectũ scda cã nõ ꝯcurrente. hẽt ergo ex se posse cãre vt prima cã oẽ causabile, circũscripto quocuq; alio, qđ nõ ẽ idẽ sibi, vt patet: sed circũscripta cognitiõe cãbilis, nõ posset illud, vt prima cã cãre, vt patet in lra. ergo sequif, ꝙ talis cognitio sit idẽ primo effectiuo. ¶Sed hoc videtur sibi ꝯtradicere: quia expsse vult in primo. d. 39. & 40. & magis expresse in quol. q. 14. ꝙ volũtas diuina pri⁹ vult, & determinat de quocunq; causabili illud fore, q̃ intellectus diuinus cognoscat illud. ergo circũscripta cognitione huius. Fran. ẽ producibilis ad extra ſm esse existẽtię. adhuc uoluntas diuina ꝑt illud producere. ¶Respondeo breuiter: ꝙ Doc. in locis supradictis bene concedit ꝙ volũtas diuina prius determinat de propositione cõtingẽti: & post intellectus cognoscit illã: & quãtũ ad hoc nõ ꝑrequirif cognitio illi⁹ ꝯtingẽtis: sed cognitio terminorũ ꝓpositionis cõtingẽtis, de necessitate ꝑcedit determinationẽ volũtatis diuinę: nisi. n. Frã. vt cognitus & existẽtia. Frã. vt cognita eẽnt ꝑsentia volũtati diuinę: nunquã uolũtas diuina posset determinare, quod Frã. actu existat: & sic dictũ Doc. in isto loco debet intelligi de cognitione terminorum complexionis contingentis, quod illa circumscripta &cæt.

¶Secundo

Non est inconueniens eandem potentiam respectum diuersorum terminorũ appellari factiuam, pductiuam, & operatiuam, ut patet de intellectu, q̃ qñ producit aliqd, q̃ vere recipitur in materia extrinseca resp. illius dici potest potentia factiua si uerò producat aliquid. quod non recipiatur formaliter ĩ ipso itellectu, nec ĩ aliqua materia extrinseca, sed illud productum, erit in se subsistens tunc dr̃ potẽtia actiua. Vt vero pducit aliqd uel quasi pducit dicitur potẽtia operatiua.

Dubium.

Solutio.

Regula pulcherrima. Quando est unio inter aliqua distincta realiter & habentia esse realis existentia, icludũt relationem realem, quãdo uerò est inter extrema habẽtia esse secundum quid, tunc non est necesse, ut includant realem distinctionem. Quando autem est inter extrema sic realiter eadem, quod unum illorum uni unũ ẽ ĩ alio secundum omnimodã identitatẽ, tunc ibi nulla est relatio, nec rationis, nec realis.

Intellectio primi effectiui respectu aliorũ intelligibilium à se est eadem cum ipso.

Expositio literæ doctoris.

Apparens expressa contradictio.

Responsio

Notan difficultas.

¶Secundo occarrit dubium in ista consequentia. Primum effectiuum non habet ex se, vnde possit causare: puta causabile, à circumscripta cognitione ipsius. a. ergo talis cognitio nõ est aliud à primo effectiuo: tũ quia nõ sequitur, angelus nõ põt cãre. puta. a. circũscripta cognitione ipsius. a ergo talis cognitio est idẽ cũ ipso. a. immo ſm theologos realiter distinguitur: tũ ẽt posito, ꝙ impossibile sit primum effectiuũ non hr̃e cognitionem lapidis: non sequitur, ꝙ talis cognitio sit idem cũ primo effectiuo: quia diceret, ꝙ talis impossibilitas non esset ex ratione intrinseca talis entitatis: sed magis ex rõne extrinseca quia de necessitate cãt illã. & hoc patet à Doc. in 2. d. 1. q. 5. rñdendo ad q

Responsio.

¶Ad primum argumentum rñdeo. ꝙ rõ Doc. concludit in primo effectiuo: quia uolitio alicuius cãbilis de necessitate pręsupponit cognitionẽ eiusdem: & cũ talis uolitio sit idem cũ primo effectiuo: ut patuit sup. magis sequit, ꝙ talis itellectio p̃supposita sit idẽ. Vel sic, & magis ad ꝓpositũ literę, si talis intellectio est aliud a primo effectiuo: & ipsa circũscripta, est impossibile primum effectiuũ posse cãre aliquod cãbile ergo si cãndo aliquod cãbile necessario prequiritur talis cognitio, vt alia à primo effectiuo: sequit ꝙ primũ effectiuũ in cãndo dependet ab aliquo ente creato: vel in gñe causæ efficientis: sust nendo, ꝙ cognitio obiecti partialiter cõcurrat ad actũ uoluntatis: ut patet in 2 d. 25. uel ut a cã, sine qua non: ut patet ubi. supra & utrunq; est simpliciter in conueniens: quia primum effectiuum posse ex se causare omne causabile, ut prima causa à nullo alio à se dependet. Si dicatur, ꝙ non potest in effectum imperfectum sine secunda causa. ergo aliquo modo dependet ab illa in causando. Negatur consequentia: quia in ordine primę causæ nullomodo dependet à secunda. Nõ. n. habet à secunda nec ut à cã effectiua: nec ut a cã sine qua nõ: ut sit prima cã & agat oĩno indepẽdẽter. Et ex his patet solutio ad ſm. Ibi. secundo ꝓbat idem. Quia omnes intellectiones eiusdẽ intellectus hñt similẽ habitudinem ad intellectũ ſm identitatem essentialem, uel accidentalem: sicut patet de omni intellectu causato, & eius intellectionibus: quia uniuersaliter perfectiones eiusdem generis: ideo si aliquæ habẽt receptiuum, & omnes: & si aliqua est accidens, & q̃libet: sed aliqua non potest esse accidens in primo, ex præcedente cõclusione: quia non intellectio suiipsius. ergo nulla est sibi accidens. ¶Ibi. tertio sic. Hic Docto. deducit ad hoc incõueniens: quòd si intelligere primi, respectu alterius obiecti a se non esset idem: tunc reciperetur in intellectu ipsius: & cum intelligere primi respectu suiipsius sit idem realiter cum ipso intellectu: tunc illud aliud intelligere reciperetur in primo intelligere: quod est inconueniens.

Bona difficultas.

¶Sed dubitatur in ista consequentia: quia non videtur sequi: quòd si prima intellectio sit realiter idem cum intellectu primi effectiui: & secunda intellectio recipitur in tali intellectu. ergo recipitur in prima intellectione: & patet instantia. Intellectio, qua intelligo lapidem recipitur, immediatè in intellectu meo: sed voluntas est idem realiter cum intellectu: vt patet à Docto. in 2. d. 16. ergo intellecio recipitur in voluntate? non sequitur; quia si sic. voluntas formaliter intelligeret. ¶Pręterea. Accidens recipitur in creatura; & relatio creaturæ ad Deum est idem realiter cum illa. ergo recipitur in illa? hoc est manifestæ falsum.

Voluntas est eadem realiter cum intellectu.

Responsio.

Volũtas realiter intelligit.

¶Dico, quòd non haberem pro inconuenienti, quòd voluntas sit realiter receptiua intellectionis, cum sit eadem res, quæ intellectus. Et cum infertur. ergo intelligit. Conceditur: sic quòd realiter intelligat: quia ipsa realiter est res, quæ est intellectus: sed non conceditur, quòd formaliter intelligat: vel quòd formaliter sit receptiua intellectionis: quia sumpta secundum suam formalitatem distinguitur à formalitate intellectus: vt patet a Docto. in 2. distin. 16. Et non est inconueniens, quòd aliquid eiusdem generis cum alio sit receptiuum alterius generis: sed bene esset valde inconueniens, quòd aliquid eiusdem generis, immo eiusdem rationis sit receptiuum alterius eiusdem generis: & ꝙ denominetur ab illo. Sic est in proposito de intelligere primi effectiui, respectu suimet: & de intelligere eiusdem, respectu aliorum: sequeretur, enim quòd sicut intellectus primi verè intelligit: sic, & primum intelligere si esset receptiuum secundi intelligere, quòd intelligeret: quod est valde absurdũ.

Non est inconueniens aliquid esse generis, cũ alio esse receptiuum alterius eiusdem generis.

¶Ad aliud de relatione dico, quòd hæc esset vera realiter: relatio est alba: quia realiter est res, quæ est alba: formaliter tamen non esset vera: quia formaliter distinguitur a creatura: vt patet a Docto. in princip. d. 1. Et vltra nullo modo esset eiusdem generis: esset bene valde inconueniens quòd sit receptiua aliquid eiusdem generis.

Obiectio.

¶Si dicatur. Nonne aliqua creatura quæ realiter includit relationem ad creatorem, ut eamdem sibi est realiter pater? ergo paternitas recipitur in tali relatione, quæ sunt eiusdem generis.

Responsio.

¶Dico, quòd paternitas est de genere relationis: sed relatio creaturæ ad creatorem in nullo genere continetur: sed est simpliciter transendens. vt dicit Docto. in secundo & credo in 4. Ad euitandum ergo hoc incõueniens: valet, quòd aliquid eiusdem generis sit receptiuũ alterius eiusdẽ generis simpliciter cõcedit ꝙ intelligere respectu aliorum in primo effectiuo sit idẽ cum ipso. ¶Ibi. quarto sic. Hic probat, quòd tantum sit vnum intelligere primi effectiui, respectu omniũ: & dicit, quod unum intelligere potest esse plurium obiectorum ordinatorum: patet quia vna intellectione intelligo propositionem, & terminos propositionis: & quanto intelligere est perfectius, tanto erit plurium obiectorum: cum ergo intelligere primi sit simpliciter perfectissimum. ergo erit omnium obiectorum, & sic tantum erit unum intelligere primi: & cum intelligere se in primo ente sit idem. ergo intelligere respectu aliorum erit idem cum primo ente: cum sit penitus idem intelligere, quod intelligere sui.

In Deo est tãtum vnũ intelligere respectũ omnium.

¶Ibi. quinto posset sic argui. Hic recitat unam rationem magistri Alex de Alexan. in primo d. 35. q. 2. Iste intellectus non est nisi quoddam intelligere. sed iste intellectus est idem omnium: ita, quòd non potest esse alius, respectu alterius obiecti. ergo nec intelligere est aliud. ergo est idem intelligere omnium. ¶Ibi. Sophisma est accidentis. Et declaratur sic ista litera per exemplum. animal & homo sunt idem absente: quia homo est animal: & tamen non sequitur. si animal est genus. ergo homo est genus: quia homo, & animal, ut animal prædicatur de homine extraneã tur ipsi generi. quia genus non conuenit animali: ut animal prædicatur de homine: sed tantum in suppositione simplici: & vt sic non prædicatur de homine. Sic in proposito intellectus est quoddam intelligere: sed intellectus est idem omnium intelligibilium. ergo & intelligere? non sequitur: quia intellectus, & ipsum intelligere, ut prædicatur de intellectu extraneã tur huic, quod est esse omnium intelligibilium. Accidit. n. intellectui, ꝙ sit intelligere, quod est oĩum. Similiter est de intelligere, & uelle. ualet. n. diuisim sic, intelligere est idẽ, quod uelle: puta intelligere Dei, & uelle ipsius. ergo si intelligere terminat ad. a. & uelle terminatur ad. a. non sequitur coniunctim. idest ꝙ utrunque terminetur ad. a. sed bene sequitur diuisim. idest quòd uelle est aliquid, quod terminatur ad. a. quia uelle est ipsum intelligere, quod terminatur ad. a. Et sic patet ista litera. ¶Ibi Intellectus primi. Alij probant aliter scilicet ꝙ sit tantum unum intelligere primi, respectu omnium: quia intellectus primi hẽt unum actum adęquatũ sibi & coæternum. s. intelligere se, qđ est idẽ sibi. igit nõ põt hr̃e alium. dicit doc.

Genus non cõuenit animali, vt animal prædicatur de homine, sed tãtum in suppositione simplici.

quod nõ sequitur. patet q̃a licet intelligere primi adæquur ipsi intellectui diuino: & essentiæ diuinæ. s. intẽsiuè: q̃a illa intellectio tãtà est, quãtũ obiectũ est intelligibile: & iõ non p̃t hr̃e aliã respectu talis obiecti: nõ tn̄ adæquat extensiuè. s. q̃ non possit hr̃e aliquã aliã respectu alterius obiecti. Et patet p exemplũ doc. quia intellectus beati habet actũ adæquatũ. s. visionẽ Dei: adæquatum dico intensiuè: q̃a pfectiorem: nec æquè perfectã hr̃e p̃t: & tamen cũ hoc stat, q̃ etiã videt alia & hoc est q̃a visio Dei nõ adæquat sibi extensiuè. & si forte itensiuè ponendo q̃ videat Deũ s̃m totã capacitatem illi⁹ intellectus. i. q̃ habeat tãtã visionem intẽsiuè, quãta põt creari: sicut patet de itellectu aïæ Christi de quo vide Doct. in. 3. d. 14. quæ ẽt alia obiecta uidet alia intellectione, realiter distincta à visione beatifica. ¶Ibi. Itẽ arguitur. Alij arguunt ad idem: q̃a intellectus primi habet in se per identitatem. s. realẽ pfectionem maximam intelligẽdi. s. intellectionẽ, qua se intelligit, q̃ est pfectissima intellectio. ergo hẽt per identitatẽ oẽm aliã. s. aliorum obiectorũ. Dicit doc. q̃ non sequit: quia maxima intellectio est simpliciter incãbilis: & per cõsequẽs idẽ. q̃a nõ põt esse duo icausabilia perfectissima: vt sup. patuit: minor verò itellectio: puta intellectio lapidis est verè causabilis. ergo p̃t esse alia ab illa maxima. ¶Ibi quarta cõclusio est: q̃ intellectus primi intelligit semp, & distincto actu, & necessariò, quodcũq; intelligibile: & etiã prius naturaliter, q̃ illud intelligibile sit in se. s. in actuali existentia. Prima particula. s. q̃ intelligat semp: patet. sup. q̃a intellectio primi respectu oĩum intelligibilium est eadem sibi. ergo sẽper: & sic etiã patet tertia particula. s. necessariò: q̃a si primũ est necesse esse, & itellectio oĩum itelligibiliũ est eadẽ sibi. ergo erit necesse esse. Scd̃a particula patet: quia nulla iperfectio ponẽda est in primo vt ab oĩbus, cõcedit: & q̃cq̃d ibi ponit ponit sub rõne pfectissima. nõ intelliger aliq̃d cõfusè ẽ impfectionis: & intelligere distictè pfectionis. ergo si intelligere respectu oĩum intelligibiliũ sit in intellectu primi, oĩum erit distictissime. quarta paticula. s. q̃ tale itelligere sit prius obiecto itellecto ꝑducto ad extra in esse reali (quod dico: q̃a forte nõ est necesse, q̃ prius intelligatur antequã producatur ab intellectu diuino in esse diminuto, siue obiectiuo: ut exposui in 2. d. 1. q. 1.) probat tripliciter. primo quia intelligere respectu oĩum, est necesse esse vt. sup. patet ergo prius ipso causato quod tantũ hẽt esse possibile. Secundo q̃a oẽ aliud a primo, depẽdet à primo, vt a cã: vt sup. patet. sed primũ nõ est sufficiẽs cã alicuius nisi præintelligat illud: vt sup. patet ergo cũ cã formaliter sumpta sit naturaliter prior effectu: & ẽt q̃dlibet necessario requisitũ ad cam: sequitur, quod intellectio effectus sit prior naturaliter ipso effectu. Tertia ratio ꝓbat secũdã & quartã particulã, quia artifex perfectus distictẽ cognoscit oĩa agẽda, añquã fiãt: aliter nõ perfectè operaret: quia cognitio artificis est mẽsura, siuè exẽplar iuxta, q̃ operatur. i. cui cõformat in operando: vt patet in. q. de praxi: quia habitus perfectè practicus, perfectè dirigit, & cum ipso non stat error: & per consequens distinctè dictat de operabili: quod non est, nisi talis notitia esset distincta. Cum ergo Deus sit omnium artifex, & perfectissimum: sequitur, quod omnia prius, & distinctè cognoscat, quam producat. ¶Ibi. Contra istam. Hæc litera ponit exẽplum. Dico tamen, quod non concludit contra istã tertiã rationẽ: quia ars vniuersalis nõ sufficit ad singularia producenda: ut patet à Doc in primo met. q. 5. & per philosophũ in prohe. meta. vbi vult, quod expertus certius operetur circa singulare, artifice inexperto &c. ¶Sed in hoc, quod dicit: quod omnis intellectus est ipsius entis communissimè sumpti videtur sibi contradicere: quia in quolib. q. 14. expresse tenet, q̃ intellectus creatus hẽt tantũ ens creatũ pro

Quomodo intellectus beati habeat visionem Dei.

Aegi. de Roma quolib. 3. q. 10.

Maxima intellectio est simpliciter incausabilis & consequens idem.

Intelligere confusè dicit imperfectionem.

Obiectum intelligitur antequam fit.

Artifex perfectus cognoscit oĩa distinctè, antequã fiant. Cognitio artificis est mensura, iuxta quam omnia operatur.

Ars vniuersalis non sufficit ad singularia producenda.

Apparens cõtradictio.

obiecto adæquato. ¶Dico, q̃ loquitur ibi de obiecto attingibili ab intellectu creato ex causis naturalibus. hic aũt loquitur de obiecto, ad quod intellectus habet naturalem inclinationem, à quocunque causetur cognitio talis obiecti: vt satis exposui in quæstio. 1. prologi. & etiam patet expresse in quol. vbi supra. Sequentia clara sunt.

Solutio.

OSTENSIS igitur his præambulis arguo infinitatem quatuor vijs. Et præmitto vnum: videlicet posito, quod infinitas intensiua non repugnet esse in entibus: quia hoc demonstratiuè sciri non potest: sed tantum per quasdam persuasiones: vt patet à Docto. arguendo ad quartam viam: tunc rationes Docto. concludunt infinitatem de primo effectiuo. Ex hoc præsupposito patet: qualiter multi reprehendentes Docto. & nitentes soluere rationes, quas facit de infinitate primi effectiui, & credentes, ipsum velle demonstratiuè, & absolutè hoc probare via naturali, non ita perfectè intelligunt sensum Docto. Stante ergo illo præsupposito quòd infinitas nõ repugnat in entibus, probatur ipsa infinitas: primo ex parte efficiẽtis. Et arguit sic. Primum mouet motu infinito. ergo habet potentiam infinitam. hoc dictum Aristot. 8. physic. t. cõ. 78. & 12. met. t. comen. 41. & 42. diuersimodè exponitur. Hæc ratio coloratur quantum ad antecedens sic. & æquè concluditur propositum, si potest mouere per infinitum: sicut si moueret per infinitum. quia æque oportet esse in actu: patet quia perfectio agentis non est ex hoc, quòd actu agit: sed ex hoc quòd habet potentiam ad agendum: & in hoc ista opin. bene dicit: nec improbatur a Sco. stante hoc, probatur consequentia. si primum potest mouere motu infinito (actu enim non mouet motu infinito: vt probat philosophus. 8. phy. t. c. 78) ergo si ex se, & nõ virtute alterius mouet motu infinito. ergo in virtute sua habet totũ effectum simul, & independenter: & sic habet in virtute sua infinitos effectus: patet quia habet in virtute sua omnem effectum, natum causari per infinitum motum, & per infinitum tempus: tales sunt infiniti: quia generatio perpetua est, & infinita, si motus primi mobilis est infinitus: Si ergo primum habet in virtute sua infinitum effectum. idest infinitos effectus per motum producendos: & sic successiue in infinitum. sequitur, quòd primum erit infinitum. Et sic patet ratio huius opi. si tamen sic intelligat per infinitum effectum infinitos effectus successiue per motũ producendos: vt tenet opi. immediate sequens. Si vero intelligat per infinitum effectum, ipsum motum infinitum duratione. Tunc Doct. improbat illam consequentiam scilicet, quòd non sequitur: potest mouere motu infinito, idest motu durante in infinitum. ergo est infinitæ virtutis: non sequitur: quia duratio maior non facit rem perfectiorem ergo primum ita erit perfectum producendo effectum, durantem tantum per horam; sicut si produceret, vt durantem perpetuò. nihil ergo concluditur. nisi quòd primum mouens diutius mouet, & ex se: sed ex hoc non concluditur infinitas ipsius: nisi dicatur, quòd si ex se mouet motu infinito, q̃ erit æternus: & quia æternus ideo infinitus: sed hoc est probandum. scilicet quòd per æternitatem possit concludi infinitas intensiua. ¶Ibi. Secunda declaratio consequentiæ. Contra secundam expositionem. scilicet de effectibus infinitis: patet quòd non concludit: quia virtus q̃ potest producere effectum perfectum. vt duo in vno tempore, potest in alio producere similem effectum: & per consequens tanta est perfectio in producendo vnum in vno tempore; sicut producendo mille æqualis perfectionis, cum primo in mille temporibus. perfectio enim agentis attẽditur in hoc q̃ potest producere perfectiorem effectum; & quãto perfectiorem

Infinitas quatuor viis oñdiatur ex parte efficientis.

Ex hoc patet quã frivole impugnant Doc.

Hen. quol. 4 q. 3.

Duratio maior non facit rem perfectiorem.

Indiuiduus eiusdē spēi nō ē ordo essentialis.

perfectiorem intensiue;tāto agens perfectius.modo in indiuiduis eiusdem speciei non est ordo essentialis. non enim unum est essentialiter perfectius alio: vt patet per philosophum.4. meta.t.c.11. Sed infinitas non est, nisi in indiuiduis eiusdem speciei,inter q̄ est ordo accidentalis: sed non in speciebus: quia non possunt esse infinitæ species,nec actu, nec potentia: quia una essentialiter est perfectior alia, ergo in infinitum perfectior erit infinita intensiuè:& per consequens non causata:quia repugnat infinito posse causari.hæc patent subtiliter a Doc.in secundo lib.metaphisicæ suæ. ¶Ibi. Si quis autem alius probat infinitatem specierum. Pro intellectione huius literæ declaro unum.uidelicet si omnia corpora cælestia possent redire ad vniformitatem: putà cęlum stellatum incęperit moueri in primo gradu arietis:& sic consequenter omnia corpora inferiora in eodem gradu. tamen, quia corpora inferiora perficiunt cursum suum,transeūdo circulum obliquum diuersi modè: vt patet: quia sol in vno anno. Luna in uno mense,& sic de alijs: & si omnia ista corpora simul possent redire ita quòd in principio Arietis omnia coniungerentur:non possent esse infinitæ species: quia secundum Ptholomeum redirēt omnes effectus priores: quia redeunte eadem causa redit idem effectus. Si uerò isti motus essent incommensurabiles, idest quòd corpora ista nunquam simul coniungantur putà in principio arietis,ergo erunt infinitæ coniunctiones: putà, quia sol tantum perficit cursum suum in uno anno, & Saturnus in 30. annis potest coniungi cum Saturno in eodem signo,gradu & minutis totiens q̄ contingit pertransire zodiacum:ita quòd aliquando coniungitur in principio Arietis: aliquando in Cancro:& sic de alijs planetis, & sic patet quomodo possunt esse infinitę coniunctiones, speciè distinctę: & sic causarēt infinitos effectus specie distinctos. ¶Ibi. Vltima probabilitas. Probatio stat in aliquibus pręsuppositis. primo, quòd causa equiuoca est essentialiter perfectior effectu: ut probat subtiliter Doc. in 4.d.12. Secundo, quòd effectus perfectior æquiuocè productus requirit necessariò causam perfectiorē. Tertio, quòd species sunt sicut numeri, ut patet. 8. met.tex.cap.10. ita quòd una species semper addit gradum perfectionis ad aliam: nō enim possunt esse duæ species æqualis perfectionis. Si ergo una causa quantum in se est potest ꝓducere mille species: erit perfectior illa, quæ tantum potest centum:quia q̄libet requirit specialem perfectionē in causa, ergo si aliqua potest simul producere infinitas, quantum in se est, erit actu infinita. licet enim sit impossibile esse infinitas species, nec actu, nec potentia, ut probat Doc. in secundo meta. propter incompossibilitatē talium effectuum, tamen si principium potest,inq̄tum in se est illas producere, erit æquè infinitum: quia ista impossibilitas non erit ex parte primi effectiui, sed ex parte effectuum. Sed primum effectiuū est huiusmodi.hoc tamen Doc. ista ratione non probat. Vult ergo Doc. quòd si consequentia ista.primū mouet motu infinito,ergo est infinitū aliquo mō teneat, quòd specialiter tenet, quia primum potest ꝓducere infinita simul, quantum in se est, quorum quodlibet requirit specialem perfectionem in causa productiua. ¶Ibi. Ex istis potest propositum sic ostendi. Hæc ratio tenet supponendo vnum,scilicet. Causabilia licet simul non possint poni:si tamen sint talia, quòd uirtualiter contineantur in aliqua causa: ita q̄ quodlibet causabilium requirat specialem perfectionem in causa: & infinita talia possint in causis contineri. Sed hic forte est dubium scilicet quòd infinita causabilia: quorum quodlibet requirit specialem perfectionem in causa possint cōtineri in aliqua vna causa: uel in pluribus. Et si sint talia causabilia licet actu non posśint esse simul, tunc ratio Doc. concludit, & stat in huc; ualet quòd continentia uirtualis, uel eminentialis est perfectior: vel saltem æquè perfecta conuinentia formali. Ex hoc enim sol dicitur perfectior, quia uirtualiter continet calorem q̄ si formaliter esset calidus, & sic perfectius est in primo effectiuo, quod uirtualiter contineat causalitatē omnis causæ secundæ, quam si formaliter haberet illā. cum ergo primum effectiuum,ex quo est eminētissimum, & simpliciter indepedens: & omnis causa secunda in agendo dependeat ab illo: vt supra patuit. sequitur,quòd omnis causalitas secunda uirtualiter, vel eminenter continetur in primo effectiuo:& causalitates causæ secundæ sunt infinitæ, saltem successiuè,ergo continens illas uirtualiter,erit infinitæ uirtutis, quia perfectio agendi sumitur ex hoc, quòd agens potest: & non ex hoc, quòd actu agit: ut patet à Doc 7.q.quol, & sic stat ratio Doc. ¶Ibi. Si obijcitur. Doc.facit unam instantiam, probando,quòd licet primum uirtualiter,& eminenter contineat causalitatem omnium secundarum causarum, non tamen sequitur, quòd simul possit producere infinita causabilia,quia oportet probare, quòd sit totalis causa omnium illorum, quod tamen non probatur: diceretur enim quòd licet homo dependeat à primo effectiuo ut à causa prima:non tamen, ut à causa totali: quia ad productionem hominis, requiritur etiā alia causa maximè proxima, quia homo depēdet ab homine, ut à causa proxima. ¶Respondet Doc. dicens. primo quòd hoc nihil obstat, quia si causa prima haberet simul, unde esset totalis causa &c. Posset etiam formari ista ratio sicut, & ratio prima de infinitis effectibus, solo numero distinctis,quòd si ęquè perfectè potest simul producere infinitos, sicut quēlibet seorsum,quòd erit infinitum,ut ĭ.patet respondendo ad obiectiones Achilini, & Francisci Mayronis.1.sēt.d.2.q.8. uide ibi.Idest, q̄ prima cā inquātū prima,si includeret in se formaliter oēm causalitatē causæ secundæ, esset formaliter causa totalis omniū: quia haberet in se causalitatem ignis,hominis,& huiusmodi, tamen non esset perfectior quàm nunc vt est prima causa,idest ut continet uirtualiter omnem causalitatem secundam,idest ut sit illud,in cuius uirtute omnis causa secunda agit. ¶Ibi. Tum etiam quia ille secundæ causæ &c. Sensus est: si enim causę secundæ requirerentur ad maiorem perfectionem habendam in causando, tunc sequeretur, quòd effectus, qui distantius causatur à prima causa, idest ad quem possibiles secundę causę concurrunt,esset perfectior,quod est falsum,immo effectus,qui esset immediatè à prima causa, secūdùm uiam philosophorum, esset perfectissimus, quia effectus imperfectus non potest immediatè esse à prima causa. Nam tota imperfectio est à causis secundis, ut patuit supra. Philosophi, enim volūt, quòd primum effectiuum agat quicquid agit de necessitate naturæ,ergo producit effectum perfectum quantum potest, & sic ab ente perfectissimo agente,secundùm totam uirtutem suā non potest immediatè esse imperfectio effectus, & si aliquis effectus est imperfectus erit à secunda causa, & non à prima, valet, quòd quamuis ille effectus sit à prima causa,sicut à secunda,imperfectio tamen tātum secundæ causæ attribuitur. ¶Ibi. Tum etiam quia totæ perfectiones causarum secundarum. Pro intelligentia huius literæ pono tale exemplum,q̄ ad causandum putà.g. requirantur istę causæ specie distinctæ, scilicet à, ut prima.b. vt secunda, & sic deinceps.c.tertia &c. & quòd in.b. sit formaliter perfectio causandi, vt quatuor, putà ad causandum.g. calidum,vt quatuor,sit calor in.b.vt quatuor,& in c. sit calor,ut tria,si totus iste calor ponatur formaliter in.a. videlicet calor, vt septē,quid erit perfectius, an habere

Non possunt esse infinitę species, nec actu,nec potētia.

Nota,et bū.

Optima speculatio.

Dubium.

Continētia uirtualis est pfectior formali.

Homo depēdet à primo effectiuo aut à causa prima depēdet aūt ab homine vt à cā pxima. sent. dist. 2. q. 8.

G. Deus non pducet immediatè suos eff. quia determinauit pducere oia mediātibus causis secundis.

Opinio philosophorum & primo effectiuo. si aliq̄s effectus ē ipfectus illa imperfectio secunda causa debet attribui nunquā primæ.

Continētia uirtualis est perfectior formali.

habere in uirtute sua totum ipsum calorem, & esse id, in cuius uirtute. b. & c. agunt: quàm tantum habere in se formaliter illum calorem? Certum est, quod primum arguit maiorem perfectionem: quia ut sic non tantum erit causa æquiuoca respectu. g. & respectu. b. quæ semper est perfectior effectu: sed etiam erit illud in cuius virtute. b. & c. agunt: sed si poneretur formaliter in. a. tunc. a. ratione illius caloris esset tantum causa uniuoca: & hoc est quod dicit Doct.

Achillinus Bononien.

SED ALIQVI in hoc passu dicunt rationes Doc. per uiam efficientiæ non concludere infinitatem intensiuam de primo effectiuo. Tum: quia ad concludendam talem infinitatem oporteret concludere, quòd infinitæ species sint possibiles: & quòd virtualiter contineantur in primo, quia quælibet species requirit aliam, & aliam perfectionem in agente. Sed philosophi negarent infinitatem specierum esse possibilem, neque simul, neque successiuè. ¶Si diceretur, quòd si darentur infinita indiuidua in actu, putà infiniti homines: tunc essent infinitæ perfectiones in actu, & æquiuocè continerentur in primo effectiuo: & sic posset concludi infinitas primi effectiui.

Infinitas specierum secundum philosophos est impossibilis, individua sunt infinita successiuè.

Risio Fran. Mayronis i conflatu.

¶Vnus Doc. satis subtilis respondet, quòd perfectio indiuiduorum, aut mensuratur penes distantiam à non gradu speciei: & tunc conceditur antecedens, & negatur consequentia. Aut mensuratur penes distantiam à non gradu perfectionis: & tunc conceditur consequentia scilicet quòd primum esset infinitæ virtutis: & negatur antecedens scilicet si infiniti homines existerent, infinitæ perfectiones essent.

Improbatio eiusdem. Effectus æquiuocus arguit perfectionem in causa.

¶Sed quicquid sit de ista responsione: dubium nullo modo euacuatur: quia effectus æquiuocus de necessitate arguit perfectione in causa: loquendo de effectu absoluto: & posito, quòd duo homines sint æquales in perfectione: & quòd tanta perfectio requiratur in productione vnius, quanta in productione alterius: & sic eadem uirtus ut. 8. quæ requiritur ad productionem unius est sufficiens ad productionem alterius: & sic eadem esset ratio producendi, et infinitos homines. ¶Sed difficultas stat in hoc: an maior perfectio requiratur in agente, quando producit duos effectus simul æquè benè, & æquè perfectè, sicut si tantum vnum produceret: quia si duos potest producere simul æquè benè, sicut, & quemlibet seorsum: sequitur, quòd simul posset producere infinitos æquè benè, sicut unum illorum, & quòd hoc sequatur aliàs probaui exponendo. q. 10. d. 3. secundi. Sed hoc uidetur inconueniens: & sic patet quod responsio huius Doc. non euacuat difficultatem. ¶Et ex hoc patet responsio illorum minusquam sufficiens: quòd licet posset producere infinitos effectus successiuè: ergo, & simul: & tamen non esset infinitæ virtutis: quia si calori apponerentur successiuè in infinitum calefactibilia, causaret infinitos calores successiuè: ergo quantum est ex parte sua, & simul causaret: patet quia causato primo calore, non aduenit sibi noua perfectio, ad causandum secundum calorem.

Responsio

¶Respondeo cum supportatione tanti uiri, quòd quamuis in causatione secundi caloris non adueniat calori causanti, nec requiratur noua perfectio: tamen si posset causare duos calores simul æquè perfectè, sicut, & unum illorum: dico, quòd requireretur maior uirtus: & sic si non esset impeditus, cum sit agens naturale, æquè bene causaret infinitos, sicut, & unum illorum, sed quia experimentaliter uidemus, quòd non ita æquè benè simul causat duos, amoto quocunque impedimento, sicut unum illorum, signum est, quòd maior virtus requiritur: & si infinitos æquè bene: infinita uirtus requiritur. Nec iudicio meo ad euitandum infinitatem non ualent istæ instantiæ de sole, si duraret in infinitum, causaret effectus infinitos: & cum habeat totam uirtutem simul uirtualiter continet illos simul. Et similiter intellectus noster potest partialiter producere infinitas intellectiones successiuè, & semper remanet eadem uirtus, ergo simul virtualiter continet illas, & tamen non est formaliter infinitus. ¶Patet responsio ex supradictis quòd tantum continet illos successiuè, & si contineret duos æquè benè, & æquè perfectè, sicut unum illorum esset maioris perfectionis: & sic non oporteret recurrere ad vitandas istas instantias: quòd secunda causa in alio, & in alio instanti habet aliam, & aliam uirtutem à Deo: vt patet per Augu. 8. super genesim. Et de hoc uide Sco. in 2. d. 1. & 2. & q. 12. quolib. Et sic respectu alterius, & alterius effectus, erit alia, & alia uirtus: sed sic non erit de primo effectiuo: sed patet ex supradictis, quòd si etiam eadem uirtute posset producere infinitos effectus successiuè: non tamen sequitur, quòd simul.

G. B. Nota quod cum agens naturale simul æquè perfectè, uirtutem habeat uarios producendi effectus, maiorem uirtutem non requiri in productione

¶Ibi. Iuxta istam uiam. Hic Doc. adducit rationes quorundam ad demonstrandum infinitatem primi effectiui, & probant sic primo. Primum effectiuum habet uirtutem creatiuam: ergo est infinitæ potentiæ: patet consequentia: quia inter extrema creationis scilicet esse & non esse est distantia infinita.

Ric. & Hen.

¶Ibi. Sed hoc antecedens. Pro ista litera nota, quòd hoc antecedens scilicet, quòd Deus potest creare, idest de nihilo aliquid facere: si exponatur sic, quòd potest facere aliquid de nihilo ut ly nihil præcedit duratione ipsum esse: tunc est tantum creditum: quia philosophi simpliciter negarent aliquid de nouo posse fieri ex nihilo. Nam quicquid de nouo fit: quod non sit sempiternum nec necesse esse, de necessitate erit à secunda causa concurrente tamen prima: & secunda causa semper præsupponit materiam in sua actione. ¶Si dicatur quòd anima intellectiua est immediatè à Deo, & de nihilo & de nouo producitur: ut patet per philosophos: ergo uerè creatur.

Improbatio.

¶Dico, quòd non verè creatur, quia anima intellectiua non alia actione producitur in esse, quàm producatur totum compositum: ut alias exposui in scindo, & diffusius exponetur in 4 d. 43. vbi ista materia copiosè pertractatur à Doc. Aut exponitur sic, vt ly nihil præcedit esse in aliquo instanti naturæ tantum, non durationis: tunc secundùm Auic. hoc antecedens non erit creditum: quia secunda intelligentia est sic causata à prima: & sic non esse ipsius in aliquo instanti naturæ præcessit esse: intelligendò tamen de instanti naturæ priuatiuè, non positiuè, ut habet exponi. 1. d. 8. q. ulti. & clarius declarat Doc. in 2. d. 1. q. 2. Nam si in instanti naturæ positiuè non esse præcederet esse: sequeretur quòd etiam præcederet duratione, ut alias exposui supra. d. 3. tertij sen. Sed hoc non sequitur accipiendo tantum priuatiuè: & sensus est, quòd si in instanti. a. intelligentia secunda non haberet esse: non esse quantum est ex se præcederet ipsum esse: accipiendo ergo hoc antecedens sic. Aliquid producitur de non esse ad esse ergo creatur: negatur consequentia, quia creare propriè requirit extrema mutationis, idest, quòd mutetur de non esse prius duratione ad esse posterius duratione, & quando non esse non præcedit duratione ipsum esse: ibi nulla est mutatio, sine nouitas. Hoc etiam patet de filio Dei. Nam non esse eius prius origine præcessit esse eius, quia tamen non præcedit prius duratione: ideo non dicitur mutari, nec creari. ¶Ibi. Sed quicquid sit de antecedente: consequentia non probatur. Ista litera Doc. continet aliqua dicta ualdè notabilia: & litera clara est.

Solutio.

Non esse præcedit esse priuatiuè, non autem positiuè

OSTENSO proposito. Hic Doc. intendit probare infinitatem primi effectiui, ex hoc, quod distinctè intelligit omnia intelligibilia: & dicit plura in ista litera, ex quibus inferi propositum. Primum est ibi. Intelligibilia sunt infinita, & hoc actu in intellectu

Actu inuentibus intelligibilia i intellectu, omnia intelligente actu sunt infinita, ergo intellectus simul intelligens omnia est infinitus; ergo aliquod ens est infinitum actu in entibus.

lectu omnia intelligente. Hanc propositionem probat parum. J. ibi. Antecedens sic. Quæcunque sunt infinita in potentia &c. Hic nult probare, quòd infinita intelligibilia actu sunt in intellectu diuino: & probatio stat in hoc: quia intellectus creatus pôt successiuè infinita intelligere, acciplendo unum post aliud, putà, si generatio indiuiduorum in infinitum continuaretur: & intellectus creatus in infinitum duraret: posset infinita indiuidua successiuè intelligere: & sic in tali intellectu non essent simul actu omnia intelligibilia: nec actu simul omnia intellecta, sed bene in intellectu diuino sunt actu infinita intelligibilia simul, & etiam infinita intellecta, quæ tamen successiuè sunt in intellectu creato. ¶ Secundum est ibi. Consequentia primi enthimematis sic probo. Infert ergo Doc. quòd intelligere primi effectiui, ex qoo est actu infinitorum intelligibilium sit infinitę perfectionis, & hoc est, quod dicit in ista litera.

Intellectus creatus pôt successiuè infinita intelligere; accipiendo unū post aliud.

¶ Nota tamen, quòd quando dicit, quòd infinita intelligibilia sunt actu in intellectu diuino, putà infiniti homines, vel infiniti lapides: & hoc non debet intelligi quòd sint ibi intelligibilia ex natura rei: quia sola essentia diuina est sic intelligibilis ab intellectu diuino, quoniam intelligibile propriè ex natura rei præcedit actum intelligendi: quia tale pertinet ad memoriam, quæ est productiua actus. Sunt enim omnia intelligibilia creata actu intelligibilia p actū intellectus diuini, quòd enim lapis dicatur esse intelligibilis; hoc habet ab actu intellectus diuini: quia ante illum actum nullum esse habet: nec simpliciter: nec secundùm quid: nec possibile, ut diffusè patet à Doc. in 1. d. 3. q. 4. d. 35. 36. dist. 43. & in 2. dist. 1. q. 1. in quol. 14. & diffusius. q. 15. & sic quia omnia intelligibilia actu intellectus diuini simul producuntur in esse tali: & quia illa sunt infinita ut dixi supra sequitur, quòd infinita intelligibilia actu sunt in intellectu diuino, & actu sunt cognita. Vt uerò ista intelligibilia comparantur ad intellectum creatum sunt ibi intelligibilia ex natura rei, cum præcedant actum intellectus creati, & possunt pertinere ad memoriā productiuā, uerbi siuè intellectionis perfectę, ut patet à Doc. in 1. d. 3. q. 2. & 27. d. & in quol. q. 15. & in 2. d. 3. in materia de cognitione Angelorum. ¶ Item in hoc quod dicit Doc. quòd intellectus diuin' actu intelligit infinita: licet multi credentes sequi uiam Ari. dicant primum effectiuum nihil intelligere extra se, tamen Doc. pro nunc supponit, quòd perfectissimè intelligat omnia intelligibilia: & aliqualiter probat in prologo in illa. q. an theologia sit de omnibus entibus. Sed diffusè hoc patet in primo d. 3. q. 4. d. 15. & 30. & 39. in 2. d. 1. q. 1. & in quol. ¶ Istis præsuppositus patet, quòd intellectio primi effectiui est formaliter infinita: & arguo sic. Continens uirtualiter, uel eminenter infinitas perfectiones est formaliter infinitum: sed intellectio primi effectiui, ut est infinitorum intelligibilium continet eminenter infinitas intellectiones: pater quia quodlibet intelligibile natum est intelligi propria intellectione ab intellectu creato, & illa dicit perfectionem cum sit entitas absoluta de prædicamento qualitatis. ut patet subtiliter à Doc. q. 13. quol.

In intellectu diuino sunt actu infinita intelligibilia simul. & et infinita intellecta. respectu uerò intellectus creati intelligibilia sunt infinita potentia infinitè homines sunt in intellectu diuino.

Omnia intelligibilia creata sūt actu intelligibilia p actū intellectus diuini. Lapis ut dicatur intelligibilis hoc habet ab actu intellectus diuini.

Intellectus diuinus actu intelligit infinita.

Diffi. de visione animæ Christi.

¶ Circa hoc tamen occurrit difficultas; quia tunc videtur sequi, quòd uisio animæ Christi, quæ simul potest esse infinitorum obiectorum, ut patet à Doc. in 3. d. 14. q. 2. possit esse formaliter infinita. ¶ Dico, quòd hoc non sequitur: quia non necessario ex perfectione sua esset obiectorum secūdariorum, posset, enim esse uisio unius obiecti tantum, & non alterius: sed uisio diuina ex perfectione sua est necessariò sui, & aliorum: & sic respondet Doc. in 3. ubi supra.

Responsio.

¶ Sed ista responsio videtur contradicere probationi, qua probat intelligere primi, esse infinitum. In tertio enim dicit, quòd ex perfectione sua necessariò est aliorum: & per consequens infinitorum: & hic dicit quòd ideo est infinitę perfectionis, quia est infinitorum obiectorum. ¶ Dico, quòd non est contradictio aliqua, si rectè intelligatur. Nam quando dicit in tertio quòd ex perfectione talis actus, de necessitate est aliorum obiectorum: sic debet intelligi, quòd ille actus etiam per possibile, vel impossibile, circumscripto omni alio intelligibili à se, nullam imperfectionem includit: immo summam perfectionem, cum intelligere primi, quod est optimum ens, sit penitus idem cū ipso primo: & ex tali perfectione sequitur, quòd sit omnium intelligibilium; ita quòd si darent aliqua itelligibilia, & nō esset illorū, ad ipsū cōcomitaretur aliqua imperfectio, ut patebit in primo d. 39. Hic uerò probat perfectionem primi intelligere tantum à posteriori. Sicut etiam probatur pfectio primi effectiui sic. Infinita producibilia possunt simul produci à primo effectiuo: ergo est infinitæ perfectionis. Sic similiter infinita intelligibilia simul actu sunt intellecta per intelligere primi: ergo illud est infinitum.

Videtur contradictio.

Solutio.

¶ Si dicatur, quòd hæc probatio videtur à priori: quia per causam: tum quia actus intelligendi specificatur ab obiecto. vt patet à Doc. in primo d. 3. q. 7. tum etiam: quia obiectum concurrit acquè ad intellectionem: ut patet à Sco. in prolo. q. 1. & ult. & d. 3. q. 7. & alibi sæpè.

Obiectio.

¶ Dico breuiter, quòd hoc verum est de obiecto ex natura rei, pertinēte ad memoriam, quod est motiuum intellectus, sed huiusmodi intelligibilia, respectu intellectus diuini non sunt obiecta ex natura rei: nec per consequens possunt mouere intellectum diuinum, sola enim essentia diuina mouet intellectum diuinum (loquendo de motione tantum extensiua, quia non propriè mouet) ad cognitionem sui, & aliorum, vt clare patet è Doc. in prologo. q. pen. & d. 39. primi. ¶ Secundo dubitatur, quia non videtur sequi, quòd si intelligere primi est infinitorum obiectorum: ergo est infinitæ perfectienis. Sicut etiam secundùm multos non sequitur: primum effectiuū, vt causa æquiuoca similiter uirtualiter continet infinitos homines: ergo est infinitę perfectionis? non sequitur ut dixi supra. Oporteret ergo hic probare quòd intelligere primi virtualiter continet, uel eminenter infinitas intellectiones, quarum quælibet specialem includit perfectionem in intelligere primi: & hoc non potest esse, nisi illę intellectiones specie distinguantur. Nam si tantum numero: uidetur sequi quòd si intelligere primi sit perfectum ut. 8. & perfectè sit unius hominis: ita videtur quòd etiam infinitorum hominum: patet, quia intellectio putà Francisci nata est esse vt quatuor: & similiter Io. ut quatuor, & sic de alijs, non sic quando specie distinguntur: quia una necessariò est perfectior alia. ¶ Respōdeo pariformiter ad dicta superius: quòd maior perfectio requiritur in aliqua intellectione, quæ ex natura sua æquè distinctè, & æquè perfectè simul est duorum obiectorum, solo numero differentium, sicut est vnius tantum, & si infinitorum æquè perfectè, erit infinitę perfectionis: quamuis ergo vnum intelligere, quod potest esse plurium obiectorum, non æquè perfectè sicut unius tantum, non requirat necessariò maiorem perfectionem, non tamen sic est, quando ita benè, & ita perfectè, & ita distinctè, est plurium sicut unius tantum, in proposito autem intelligere primi æquè bene, & æquè pfectè, & ęquè distinctè est infinitorum intelligibilium solo numero differentium sicut unius tantum, ergo. ¶ Dico secundo, quòd non haberē pro inconuenienti, quòd intelligere primi sit actu infinitorum obiectorum specie differentium, etiam sustinendo uiam naturalium:

Solutio.

Sola essentia diuina mouet intellectum diuinū motione tñ extensiua, et per quandā similitudinē ad alia obiecta, sic quòd ista notitia, p quā Deus cognoscit se, & omnia, si posset causari, & produci, merè naturaliter causaretur, et pduceretur.

Diffi.

Responsio.

Alia responsio.

G. B.

Species non possunt esse infinitæ, nec simul, nec successiuè.

Nota, quòd Doct. per rōnem formalem intellectus diuini intelligit diuinā essētiā

liuili: quia in numeris est processus in infinitum: & quilibet numerus specie distinguitur ab alio numero, & cum infiniti numeri sint successiuè intelligibiles ab intellectu creato: infinitæ erunt species numerorum actu intelligibiles: immò actu intellectæ ab intellectu diuino. Sed hoc differatur usque ad d. 39. huius primi. uide tamen quæ exposui in secūdo met. Doc. s. quomodo intelligitur, quòd non possunt esse infinitæ species: nec simul, nec successiuè: quia in infinitum perfectior esset formaliter infinita: & an hoc intelligatur de speciebus numerorum.

Nūc probat obiectum qđ est diuina essentia esse infinitum

Ratio formalis intelligēdi quid sit.

Quia intellectus diuinus est infinitus. g. & essentia diuina

§ Ibi consimiliter etiam de ipsa ratione intelligendi &c. Hic Doc. intendit probare: quòd etiam ratio intelligendi respectu intellectus diuini sit formaliter infinita. Sed primo declaro quid sit ratio intelligendi: eodem modo potest declarari ratio intelligēdi, sicut declaratum est de ratione formali subiecti. Quando hic Doc. dicit ratio formalis intelligendi dēt sic accipi: uidelicet p rōne formali obiecti intelligibilis: sicut dicimus homo est obiectum intelligibile. Si quæratur, quæ est ratio formalis constituendi ipsum in tali esse? Oportebit dicere, quòd erit quiditas propria. Ratio ergo formalis intelligendi est ratio formalis obiecti intelligibilis: & hoc potest dupliciter intelligi conformiter ad obiectum. Primo dicitur ratio formalis representatiua obiecti, idest quæ facit obiectū esse præsens potentiæ in ratione obiecti. Sicut dicimus, quòd species intelligibilis est ratio formalis representandi hominem, in ratione obiecti intelligibilis: & hoc in cognitione abstractiua: in cognitione uerò intuitiua: dicimus, quòd ratio formalis representatiua hominis erit propria existētia hominis, uel fortè propria quiditas hominis: in esse tamen reali: non autem in esse obiectiuo, siuè secundùm quid: de hoc uide, quæ prolixe tractaui, & difficultaui in quol. vbi de hac materia sunt singularia dubia. §Nota tamen, quòd ratio representandi est duplex tam in cognitione abstractiua, quàm in cognitione intuitiua: uidelicet formalis, & uirtualis: vt patet à Doc. q. 14. quol. Formalis in cognitione abstractiua est species intelligibilis causata ab obiecto, cuius est: uel à fantasmate illius. Virtualis est species intelligibilis, causata ab aliquo, uirtualiter continēte entitatem obiecti: cuius est talis species. Sed formalis in cognitione intuitiua est propria entitas (sub ratione, qua actu existit) obiecti intuitiuè cognoscibilis. Sed uirtualis est entitas uirtualiter, siuè eminēter cōtinens entitatem alterius obiecti, intuitiuè cognoscibilis: quia tunc immediatè potest causare cognitionem intuitiuam talis obiecti, & sic essentia diuina est ratio formalis, non tantum representatiua sui in ratione obiecti, sed etiam cuiuscunque alterius, tam respectu cognitionis abstractiuæ, quam intuitiuæ: sic tamen intelligēdo, quòd respectu intellectus sui, ex natura sua, est tantum sui representatiua: & hoc solum respectu cognitionis intuitiuæ: respectu uerò intellectus creati essentia diuina, nec sui, nec alterius est representatiua, ut patet à Doc. q. 14. & 19. quolib. Sed sola uoluntas diuina potest ipsam perfectè representare tam in cognitione abstractiuà, causando speciem intelligibilem in intellectu creato: ut patet in Angelis. de qua specie Doc. in 2. d. 3. q. 9. quàm etiā in cognitione intuitiua: & tunc dicitur representare in cognitione intuitiua, quādo actu causat visionem illius in intellectu creato, & sic intellectus creatus habet ipsam essentiam præsentem, nō in se, & absolutè, sed ut uisam, ut patet à Sco. in quol. q. 14. & 18. Secūdo principaliter ratio intelligendi, siuè ratio obiecti intelligibilis potest accipi pro ratione formali, productiua actus intelligendi: & hæc ratio posset pariformiter distingui, sicut prima: sed breuitatis causa hoc relinquo: utraque tamen ratio includit perfectionem aliquam. Posset ergo argui infinitas essentiæ diuinæ primo ex hoc, quòd est ratio formalis representandi infinita obiecta in cognitione abstractiua: quia quantum est ex parte sua posset causare infinitas species intelligibiles infinitorum hominum: & sic esset formaliter infinita. Probat enim Doct. in 2. d. 3. q. 9. contra Hen. quòd si aliquis habitus eēt representatiuus infinitorum obiectorum, esset formaliter infinitus. Secundò probatur idem ex hoc, quòd est ratio formalis cuiuscunque obiecti intelligibilis quantum ad hoc, quòd potest causare cognitionem tam abstractiuam, quàm intuitiuam cuiuscunqne intelligibilis, & formetur ratio, ut prius.

Notitia duplex s. intuitiua, quæ est rei præsentis ut presēs est, quæ cum potentia habet causare iudicium de existentia rei.

Rō formalis intelligendi quid sit.

Ratio representandi est dupliciter.

Notitia uerò abstractiua est rei ab sente.

Quomodo essentia diuina sit rō formalis.

Intellectus creatus hēt essentiā diuinam præsentem, nō in se, & absolutè, sed ut uisā.

Nota, quòd essentia diuina nō ... ut mouet intellectum creatum, ... diuinā ... tamen ... intellectū ... diatè.

Maior propositio.

§Ibi. Secundo iuxta istam viam. Tota ista ratio stat in hoc. Potens causare cognitionem infinitorum obiectorum: quorum quodlibet requirit aliquam perfectionem (dicit specialem perfectionem, vt est ratio formalis causandi intellectionem sui in aliquo intellectu) est perfectionis infinitæ, & hoc si potest causare æquè distinctè, & æquè perfectè, sicut obiecta illa possent causare. Sed essentia diuina in intellectu diuino est huiusmodi: quia actu producit, siuè, quasi producit non tantum cognitionem sui, sed simpliciter cognitionem omnium intelligibilium. Hæc est manifesta ex supradictis.

Minor.

Conclusio ergo essentia diuina perfectionis infinitæ.

Dubium.

Dilutio quæ probat intellectū esse ... tum formaliter ... flectione ... ratio concluderet ... intellectus ... causa ... omnium obiectorum specie differentium, & licet contineat infinitas intellectiones specie distinctas, non tamen est infinitus formaliter, ... illas ut causa partialis tantum, & non totalis.

§Sed dubitatur quia ex hoc uidetur posse concludi, quòd intellectus creatus sit formaliter infinitus sicut aliqui contra Doc. instant: quia supponendo, q dicit Doc. in d. 3. q. 7. primi. & in 15. q. quol. quòd intellectus concurrat actiuè ad cognitionem omnium obiectorum, etiam specie differentium, loquendo pro nunc de obiectis creatis: tunc sic si ponerentur in uniuerso infinitæ species, intellectiones illarum essent specie distinctæ: ut patet, & essent infinitæ, si actu intelligerentur illæ species: ita quòd quælibet cōcurreret ad sui cognitionem, ergo uidetur, quòd intellectus creatus uirtualiter contineat infinitas intellectiones specie distinctas, & sic formaliter infinitus. §Dico, quòd si contineret illas, ut causa totalis posset concludi infinitas illius: sed tantum continet vt causa partialis. §Si dicatur quòd saltem continet illas ut causa principalis. Concedo comparando intellectum ab obiecta imperfectiora: quia si obiectū esset perfectius intellectu esset principalis causa intellectionis: ut patet à Doc. in primo dist. 3. q. 1. tunc vltra, si continet, ut causa principalis: ergo uidetur, q sit infinitus: patet consequentia, quia entitas specifica intellectionis principaliter erit ab intellectu, cum sit causa principalis. §Dicō primo, quòd nō est uerū, nisi de causa totali. Secundò dico, quòd quamuis intellectus sit principalis causa intellectionis, & quātum ad substantiam illius, & quantum ad intēsionē: tamen unitas specifica intellectionis est principaliter ab obiecto, vt patet à Doc. in 1. d. 3 q. 7. vbi uult quòd intellectio specificetur ab obiecto: immo uult expressè Doc. in 2. d. 25. & in 3. d 21 & in 4. d. 49. quòd alia, & alia præsentia obiecti causat alium, & alium actum, specie distinctum. Nam si obiectum est in se præsens causat cognitionem intuitiuam: si uerò est tantum præsens in specie intelligibili, causat cognitionem abstractiuam, quæ cognitiones specie distinguuntur: ut patet à Doc. d. 25. secundi. & tamen semper remanet idem intellectus respectu utriusque intellectionis: specificatio ergo intellectionis ē ab ipso obiecto principaliter. hoc uide clarius in secundo. d. 2. q. 10.

... si intellectus sit principalis causa intellectionum quantum ad substantiam & quantum ad intensionem: unitas tamen intellectionis specifica principaliter ē ab obiecto.

Responsio.

Dubium.

Rūsio.

Hæc tertia via, sicut & ... parte sua probat Scotus ...

TERTIA VIA. Hic Doc. per rationem finis probat principium effectiuum esse infinitæ perfectionis. & ratio stat in hoc: quia appetitus naturalis nullo modo est ad impossibile. ut patet à Doc. in 1. d. 45. Sed uoluntas: naturalis, naturaliter appetit infinitum bonum: ut patet: quia dato quocunque bo-

no infinito, non summè quietatur: nam si bonum infinitum non esset conueniens uoluntati naturali, statim illud refugeret: cuius oppositum experimur. Dicit etiam, loquendo de uoluntate rationali: sic experimur in nobis, quòd sine quocunq; habitu, acquisito, uel infuso ualde delectabiliter appetit, & uult actu elicito in ente infinito quietari: quia dato quocunque ente finito, adhuc delectabiliter appetit infinitum.

¶Nec iudicio meo soluunt rationem Doc. illi qui dicunt respondendo ad hanc rationem Doc. quòd oporteret prius probare ens infinitum esse possibile, ad hoc, ut appetitus naturalis possit illud appetere, & similiter cum dicunt de appetitu rationali, quòd ratio Doc. non concludit, quia uoluntas potest esse impossibilium, ut patet. 3. ethi. c. 5. & hoc expressè vult Doc. in 2 d 6 & in 4. d. 49. De appetitu naturali non est necesse probare illi, an appetibile ab ipso sit possibile, cum talis appetitus simpliciter præcedat omnem cognitionem, ut patet à Doc. in primo meta. & in 2. & in 4. sent. Præterea. Cum inclinatio naturalis sit maior quacunque inclinatione cuiuscunque habitus, ut patet à Doc. in 4. d. 49. & ualdè inclinamur ad bonum infinitū: sequitur, quòd tale bonum est possibile in rerum natura. Et cum ultra dicunt, quòd et voluntas rationalis est impossibilium: verum est: loquendo de uolitione conditionata, siuè de uolitione non efficaci, ut Doc. declarat in 2. d. 6. & in 4. d. 48. sed loquendo de uolitione sequente syllogismū practicum, siuè de uolitione efficaci non est respectu impossibilium, ut probat Doc. ubi supra cum ergo intellectus, ex natura intellectus habeat ens, inquantū ens pro obiecto adæquato, saltem ad quod naturaliter inclinatur, ut patuit in q. 1. prolog. & Doc. etiā declarat in 14. q. quol. cum intellectus ergo nō abhorreat bonum infinitum: immò delectabiliter illi assētiat: sequitur, quòd uoluntas sequendo talem cognitionem intellectus in uolendo, huiusmodi bonum nō erit respectu impossibilis, sed respectu possibilis.

QVARTA VIA ex parte eminentiæ. Hæc ratio stat in uno principali: videlicet, quòd infinitas intensiua non repugnat entitati; quo præsupposito: sequitur, quòd primum eminentissimum non erit perfectissimum ens, nisi sit infinitum, quia finitum potest excedi ab infinito, & sic nō erit perfectissimū: & patet litera. Et quòd infinitas non repugnet entitati. Doc. si persuadet. ibi. Minor huius consequentiæ &c. Et dicit primo, ꝙ non potest ostendi à priori, quòd infinitas competat enti, vel quòd non repugnet entitati: patet in simili: quia sicut repugnantia ex suis rationibus proprijs repugnant, nec possunt per aliquid manifestius probari: patet de cōtrarijs, quare enim duo contraria repugnant simul in eodē? hoc nō potest probari per aliquid notius, quam per rationes terminorum: ut puta quia albedo est talis naturę, & nigredo talis, quòd adinuicem repugnant in eodem: sic non repugnantia, siuè compossibilia non uidentur per aliquid notius probari quàm per rationes terminorum, putà: quia hoc est tale, & illud tale: ens autem per nihil notius explicatur: & infinitum intelligimus per finitum ut patet in litera, & sic deducit principale intentum: quia omne compossibile est ponendum; cuius non apparet in compossibilitas: sed quòd entitati competat infinitas non apparet aliqua incōpossibilitas: quia si aliqua appareret: maximè hoc esset: vel quia finitas est de ratione entis: uel passio cōuertibilis cum ente, quòd sit de ratione entis hoc non uidetur: quia tunc non oporteret insistere, an aliquod ens sit infinitum: quia manifestū esset quodlibet ens, esse simpliciter finitum: nec est passio entis, ut patet quia passiones entis conuertibiles cum illo sunt naturalr notæ: ut patet de vnitate

primum ens eē infinitum. voluntas habens naturalem inclinationē ad infinitum bonū. sed nullum bonum finitum est summū: ergo dandum est infinitum bonū in rebus.
Achilinus Bonon.
G. B.
Argumentū contra Achilinum Bono. omnis potentia, quæ hēt inclinationē natura ē ad fugiendam malū, & ad ꝯsequendum bonum, naturaliter pōt appetere illud bonum. sed uolūtas habet naturalem inclinationē ad fugiendam malū, & ad ꝯsequēdum bonum, ergo potest naturaliter appetere illud bonum, ergo tale bonum est possibile ī rerū natura: sed tale bonum est infinitum, ergo uoluntas naturaliter appetit bonum infinitum.
Nunc ꝓbat Scotus infinitatem nō repugnare entitati eminentissimo, ī compossibile est, aliquid esse ꝑfectius sed omni finito non est incompossibile aliqd esse ꝑfectius ergo eminētissimum non est finitū, ergo infinitū, sed eminentissimum existit in rebus igitur infinitum.
Item Cui nō repugnat in

bonitate &c. Ibi. Item suadetur sic. infinitum suo modo non repugnat quantitati, idest in accipiendo partem post partem, ergo nec infinitum suo modo repugnat entitati, idest in perfectione simul essendo. Si intelligit, quòd infinitum contrariè actu non repugnet quātitati molis: hoc est impossibile secundū ipsum in secundo meta suæ. Si autem loquitur de infinito contrariè in magnitudine: & hoc de possibili: ita quòd in infinitum possit fieri additio in magnitudine: adhuc (loquendo secundùm intentionem philosophi) tale infinitum non potest esse, quia secundum ipsum quantam magnitudinem contingit esse in potentia, tantam contingit esse in actu: ut patet. 3. phi. t. c. 69. Loquendo verò secundùm theologos adhuc est dubium si quantitas per diuinam potētiam possit augeri in infinitum: quia sicut forma intensibilis non potest intendi in infinitum: ut dicit Doc. in 3. d. 13. ita forte uidetur, quòd magnitudo non possit in infinitum augeri: si enim in infinitum posset augeri: actu simul posset à Deo produci, sicut etiam probat Doc. ubi supra de forma intensibili, quod si posset in infinitum intendi posset simul produci actu infinita intensiuè. Si uerò loquitur de infinito in quantitate: & hoc secundùm multitudinem: patet, quòd tale potest esse in potentia: tamen ut probat secundo meta. ita quòd accipiendo unam partē alicuius, quanti continui post aliam, semper restat extra aliquid accipiendum in infinitum, & hoc loquendo de partibus secundùm proportionem, quia qdlibet continuum est diuisibile in infinitas partes proportionales. De hoc uide, quæ exposui super secundo Doc. d. 2. q. 9. & super secundo meta. Doc. Sicut ergo quantitati non repugnat infinitas secūdùm partes proportionales: ita entitati non repugnat infinitas intensiua; & secundùm gradus perfectionales. Vel breuiter dicendum quòd hic: si loquitur de infinito contrariè in quantitatem molis, & de infinito in actu, quòd non loquitur secundùm opi. propriā, & hoc sequendo uiam philosophi: immo simpliciter uult in secundo meta. quòd tale infinitum sit impossibile in actu, & fortè etiam in potentia: tamen secundùm multos, qui uolunt, quòd forma intensibilis potest intendi in infinitum: etiam quantitas augmentabilis posset augeri in infinitum. Et sic applica persuasionem sequentem. Vltima persuasio fortè est melior: quia si infinitum intensiuè esset simpliciter impossibile, esset multum disconueniens intellectui immo statim apprehenso illo dissentiret intellectus: tamen oppositum experimur, quòd scilicet suo modo delectabiliter assentit illi.

¶Ibi. Per illud potest colorari illa ratio Ansel. Hic Doc. exponit illam auctoritatem Ansel. quæ talis est. Deus est, quo maius cogitari non potest: & exponit sic: Deus est vnum cogitabile, quo cogitato, sine contradictione maius cogitari non potest siue contradictione, & quòd debeat addi sine contradictione, patet quia si tale cogitabile includeret cōtradictionem, sicut dicimus de chimera: tunc nō esset vnum cogitabile, cum vna pars non possit contrahere aliam cum sint omnino incompossibiles. ut patebit infra à Doc. in distinc. 3. in quæst. de vestigio trinitatis.

¶Ibi. Summum cogitabile prædictum sine contradictione esse in re &c. Hic probat Doc. quòd illud cogitabile summum sit in re. Et primo quantū ad esse quiditatiuum, siuè quantum ad esse obiectiuum, quod idem est: quia in tali ente quiditatiuo summè quiescit intellectus: loquendo de cognitione abstractiua, quæ cognitio abstractiua terminatur tantum ad ens in esse obiectiuo, siuè quiditatiuo: nō ad ens, inquantum existit, ut patet à Doc. in multis locis. Secundò probat, quòd illud summum habeat verum

finitas intensiuè i. lud nō est summè ꝑfectum nisi sit actu infinitum. sed enti non repugnat infinitas intēsiuè. ergo aliqđ ens non ē summè perfectū, nisi sit actu infinitū, ergo datur infinitum actu existēs in rebus.
Duplex ē ꝗtitas s. molis. & uirtutis. siuè ꝑfectionis.
Verum forma in infinitum sit intēsiua.
Aliq dicunt hoc esse problema neutrum: sicut a'ia-us Alij verò tenent qđ possit augeri in infinitū extra subiectum, non autem i subiecto.
Scotus uero 3 sent d 13. quod forma extra subiectum non est possibilis augeri in infinitum, aut etiam ī subiecto. ut patet ē gratia anima Christi collata, ꝗ tāta fuit, ut nulli alteri creaturę maior sit elargita, neque fieri potest. ut elargiatur.
Conciliātur opiniones ꝗ priores opiniones loquūtur ē forma accidentali corporali, secunda autē de forma non eadē: ali spirituali.
Nota illam regulā Ari. 3. ph. t. c. 69.
Quan-ū contingit eē in potentia tā tam contingit eē ī actu

intelligitur de q̃titate cõtinua, non aũt tenet in numeris & rõ est q̃a numerus causatur ex diuisione cõtinui, cõtinuũ aũt est diuisibile in infinitũ: ergo semper est dabilis aliquis numerus maior in potentia q̃ sit in actu. Tho. 1 par. sum. q̃st. 7. arti. pri.

verum esse existentię: quia si illud summum tantum haberet esse in intellectu cogitãte, esset cõtradictio, patet quia illud est magis perfectum, quod est in re, quàm illud, quod tantum habet esse in intellectu cogitãte: vt patet. Summũ ergo cogitabile à nullo põt causari, & à nullo dependet: & ex alia parte si tantũ esset in intellectu cogitante, tunc dependeret à tali intellectu: qd̃ est cõtradictio. ¶Vltimo infert de summo cogitabili. ibi. Vel aliter coloratur: & ratio stat in hoc. quòd illud est perfectius cognoscibile, siuè cogitabile, quod potest cognosci cognitione intuitiua, quàm illud, quod tantum potest cognosci cognitione abstractiua: sed cognitio intuitiua terminatur ad rem existentem, inquantum existens: ergo summum cogitabile erit actu existens.

Scotus primo sent. d. 2. q. 3. reprehendit insigniter Caiet. radices, & processum D. Thomę, processus nr̃ (dicit Caietanus) est talis. forma finitur p materiam ergo forma q̃ non est nata esse in materia est infinita. Cõtra antecedẽs arguit Scotus. Omnis forma prius natura q̃ recipiatur in materia est secũdũ se in tali gradu entitatis.

VLTIMO. Hic Doc. inducit rationem alterius Docto. qua nititur probare primum esse infinitum. Et ratio stat in hoc, scilicet quia Deus non est causa intrinseca formalis, nec est compositum ex materia, nec est in materia: ergo est infinitum: patet consequentia: quia si esset in materia terminaretur ad ipsam, & finiretur per ipsam, idest, quod includit materiam includit limitationem: ergo per locum ab oppositis, quod non includit materiam, nec est natũ esse in materia erit illimitatum & infinitum intẽsiuę. Deus est huiusmodi. Dicit doc. quòd hæc ratio non concludit: & patet instantia de angelo, qui secũdum Tho. est simpliciter immaterialis, & tamen non est infinitus. Nec Tho. potest dicere, quòd licet angelus sit immaterialis: tamen est finitus in entitate: quia essentia angeli finitur per eius esse existentiæ. Contra hoc arguit Doc. quia esse existentię secundum eum, est realiter distinctum ab essentia, & est posterius ipsa essentia, & accidens essentiæ: ergo essentia angeli in illo priori, cum sit simpliciter immaterialis esset infinita formaliter: & per consequens non erit finibilis per aliquid posterius. Quod enim formaliter est tale per nullum posterius potest fieri nõ tale. Dicit ergo Doc. quòd quælibet entitas habet intrinsecum sibi gradum suæ perfectionis, in quo est finitum, si est finitum, vel infinitum si est infinitum: & tale per nullum sibi posterius variatur. ¶Et quod dicit infra de fallacia consequentis. Corpus finitur ad corpus: ergo quod non est ad corpus est infinitum: dicitur quòd est fallacia consequentis: vt patet tertio Phi. t. c. 31. & inde: non enim sequitur. Omne corpus terminatum ad corpus est finitum: ergo corpus quod non terminatur ad corpus erit infinitum: non sequitur: & patet instantia: quia primum cęlum non terminatur ad corpus secundum superficiem conuexam: & tamen non est infinitum: & est simile ac si argueretur. Omne animal est substantia: ergo, quod non est animal non est substantia. Lignum non est animal, ergo non erit substantia.

Possunt hi duo viri facillimè, data hac distinctione conciliari: Nam Scotus quãdo asserit q̃ oĩs forma prius natura q̃ recipiatur in materia est secundum se in tali gradu entitatis, loquitur de forma secundùm terminos suæ quiditatis, & sic intrinsecè. D. Thomas vero (dum inquit) forma finitur p materiã, loquitur de forma secundũ

AD Primum argumentũ huius quæstionis principale. Nota in primo argumento differentiam contrariorum formaliter, & virtualiter. Illa dicuntur repugnare formaliter, quæ sic se habent, quod vnum formaliter expellit aliud, ita quòd vnum formaliter succedit alteri: Sicut caliditas, & frigiditas, priuatio, & habitus, & huiusmodi. Illud vero dicitur repugnare virtualiter alteri, quod habet in virtute sua, aliquem effectũ, quod formaliter repugnat alteri: & sic aqua dicitur repugnare virtualiter caliditati: quia habet in virtute sua frigiditatem, quę formaliter repugnat caliditati, similiter ignis virtualiter repugnat frigiditati, quia habet in virtute sua caliditatem, quæ formaliter repugnat frigiditati, & ex his patet arg. Doct. quòd si datur infinitum bonum in vniuerso, de necessitate destruet omne malum, & hoc formaliter, si ipsum repugnat malo formaliter; vel saltem virtualiter vt patet in exemplo de sole. Respondetur. Ibi. Ad primum arg. & respõsio facilis est. Ibi. Contra. Nunquid philosophi ponentes Deum agere ex necessitate naturæ non ponebãt aliquod esse malum in vniuerso? Dicit Doc. quod philosophi sic ponentes, non potuerunt saluare aliquod malũ fieri contingenter in vniuerso, vt supra patuit arguendo qd̃ voluntas diuina quicquid vult ad extra contingenter vult, vt patebit d. 8. q. vltima primi, & in secundo dist. 1. q. 1. & 37. distin. & in 2. q. quolib. Sed quomodo malum contingat in vniuerso s̃m philosophos (loquendo semper de malo, vt est priuatio alicuius priuationis, quod est malum naturæ) dicerent philosophi, quod, quando essent duo ordines causarum agentium de necessitate naturæ, tunc si aliquid natum esset recipere aliquam perfectionẽ naturalem ab vno ordine causarum: & de necessitate reciperet, cum ageret de necessitate, nisi impedimentum esset: si alius ordo fortior de necessitate pduceret oppositionem illius perfectionis, tunc malum contigeret. Exemplũ: si luna, & sol, & aliqua stella fixa, vt coniunguntur in aliquo puncto: putà cancri si non impediantur, de necessitate producẽt aliquam perfectionem: sed si alius ordo causarũ fortior putà Mars Saturnus, & Venus, vt coniunguntur in aliquo signo Zodiaci; & talis ordo esset fortior, & natus de necessitate producere in eodem susceptiuo oppositum perfectionis alterius ordinis: si tunc produceret tunc malum naturæ contingeret in vniuerso. ¶Ibi. Quid autem philosophi possunt dicere de libero arbitrio nostro & de malitia moris. Hoc diffusè habet pertractari in 2. distin. 37.

¶Secundo principaliter arguit. ibi. Item, corpus infinitum nullũ aliud corpus secũ compatitur &c. Respondetur ibi. Ad secundum argumentum. Hęc responsio satis clara est in litera, nec indiget expositione. ¶Tertio arguit ibi. Præterea. Quod ita est hic, q̃ non alibi est finitum, respectu vbi. Argumentum clarũ est cum sua r̃nsione. ¶Quarto, & vltimo arguit ibi. l. ẽ. 8 phi. t. c. 79. Virtus infinita, si esset, moueret in non tempore: modo nulla virtus potest mouere in nõ tempore, quia motus propriè dictus necessariò est in tempore: quia tempus est mensura motus: vt patet 4. phi. t. c. 99. & 102. ¶Respondet ibi. Ad vltimum dico. Nota hanc responsionem Doc. & stat r̃nsio in ista consequentia. Virtus infinita est in magnitudine: ergo mouet in nõ t̃pe: tam antecedens, q̃ consequẽs includunt cõtradictionẽ: de antecedẽte: patet quia si est virtus infinita: certum est, q̃ mouebit corpus in instanti, in quo est talis virtutis: & ex alia parte, quia est in corpore, siuè in magnitudine corporis extensa per accidens: mouebit illud in t̃pe pp duas causas: quia habebit vnã partẽ corporis ppinquiorẽ & aliã remotiorẽ. Secundo, quia tale corpus aliqualiter resistit sibi: sed ista duo. s. resistentia, & diuersa approximatio partium mobilis ad ipsum mouẽs, faciũt successionẽ esse in motu, & corpus ppriè moueri: ergo ex hoc, q̃ in antecedẽte illo ponit virtus in magnitudine: sequitur, q̃ propriè mouebit: & ita iungendo ista duo simul: qd̃ est infinitum, & in magnitudine: sequitur, q̃ propriè mouebit, & in nõ tempore: quod est cõtradictio: q̃a motus ppriè dictus de necessitate est in tempore: quia ergo virtus in magnitudine mouebit in tempore: & quia infinita mouebit in nõ t̃pe: & sic cõtradictio in tali antecedente: similiter, patet cõtradictio in cõsequẽte. videlicet ergo mouebit in nõ t̃pe. Nã, q̃ motus sit in non t̃pe est implicatio cõtradictionis: quia oĩs motus fit in t̃pe: sed nõ sequit̃ hoc de virtute infinita, & non in magnitudine: quia illa põt agere in instanti: non t̃n mouere in instanti: quia est implicatio cõtradictionis. Sequentia clara sunt, & si quid difficultatis est, clarè exponet̃ infra d. 8. q. vlt. Et sic finis huius quæst.

Quæstio Tertia.

An sit tantum unus Deus.

Straphicus Bonauent. primo sent. dist. 2. q. 1 art. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 3. art. 11.
Scotus primo sent. dist 2. q 3.
Durandus primo sent dist. 2 q. 1.
Alexander Alensis. prima parte summa. q. 14. membro. 2.

Scotus septē uijs probat Dei unitatem.

TERTIO quæritur. An sit tantū vnus Deus. Titulus quæstionis clarus est & non est necessè quærere. An possit esse alius Deus siuè, possint eē duo Dij: qa si possent esse, necessariò actu essent: vt patet supra quæst. prima huius dist. in qua declaratum est, quòd cui repugnat esse ab alio: si potest esse potest esse à se: & si potest esse à se, actu est à se.

Gul. Var. li. 1 d. 2 q 1.

IN ISTA Q Hic recitat opi. Gul. Var. qui dicit, quòd tantum esse vnum Deum est tantum per fidem acceptum: sed Doc. septem vijs probat tantū esse unum Deum: ita, quòd via naturali hanc conclusionem demonstrat.

Prima via.

Cognoscere per essentiā. sic debet intelligi, qd essentia sit ratio formalis cognoscēdi.

¶Ibi. Prima via ex parte intellectus infiniti. Hæc ratio satis clara est in litera. & quando dicit Doct. q cognoscere aliquid per essentiam: sic debet intelligi, quòd essentia sit ratio formalis cognoscendi: & sic erit rō formalis mouendi intellectū ad sui cognitionem, & hoc patet à Doc. in 2. d. 3. q. 8. Vbi quærit an Angelus possit se cognoscere per essentiam suam: & sic si. b. possit cognosci ab a. per essentiam. b. tunc. b. saltem partialiter causaret in. a. cognitionem sui: qd patet à Doc. ubi supra quia aliquid cognosci per essentiam propriam, est saltem partialiter causare cognitionem sui in intellectu cognoscente: & sic sequitur quod dicit Doc. quòd cognitio, qua cognoscitur. b. est naturaliter posterior ipso. b. quia causata ab ipso. b. & ita. a. non erit Deus: quia tunc esset in potentia receptiua ad cognitionem. b. quia talis cognitio non esset idem, quòd Deus, neque esset idem cū. b. Et quod tangit infra ibi. Quia autem actus ipsius. a. sit posterior ipso. b. Hìc dicit, quòd si talis actus cognoscendi nō esset naturaliter posterior obiecto sed esset prior, uel simul natura: tunc talis actus posset intelligi sine obiecto: sicut etiam obiectum sine actu.

Cognosci p essentiā propriā est saltem partialiter causare cognitionem sui intellectus.

¶Sed in hoc uidetur sibi contradicere: quia in q. 14. quolib. vult, quòd aliquis potest cognoscere actū beatificum, & tamen non cognoscit obiectum beatificum.

Argumentū probās unū esse Deū, si sint duo Dij. s. a & b. sūc quaero utrū unus intelligat aliū, uel non. si nō ergo, non est p-fectus, quia ignorat perfectissimum cognoscibile ergo, non est Deus, si aūt intelligit, q ro q̄ūo, aut p essentiam p priam; aut p essentiā Dei intellecti ipsi secundam ergo cognitio Dei intelligentis est posterior Deo. intellecto, & eū cognitio Dei sit De⁹. sequitur, q Deus intel-

¶Item in q. 13. vult, quòd actus cognoscēdi sit qualitas absoluta, licet includat aliquam relationem ad obiectum: sed talis qualitas potest esse sine tali relatione: ergo & sine obiecto. ¶Dico, quòd hic nulla est contradictio, quia quando Doc. dicit quòd si actus esset simul natura, uel prior natura obiecto posset esse sine tali obiecto, non sic debet intelligi, q actus causatus non possit in aliquo intellectu conseruari, saltem à prima causa sine obiecto: quia Deus omnem intellectionem saltem obiecti creati posset conseruare ipsis obiectis destructis: sed debet intelligi, quòd talis actus posset habere uerum esse, obiecto non concurrente ad tale esse: quia si simul natura: nullo modo posset causari ab ipso obiecto, nec vt à causa totali, nec partiali: quia causa etiam quando causat semper est prior natura cāto, ut patet à Doct. in secundo distin. 1. q. 3. & 25. d. ergo si actus cognoscendi. b. est simul natura cum, b. non dependeret in esse ab ipso. b.

¶Si dicatur, quòd non est necesse dependere ab ipso. b. in esse. quia non omnis actus cognoscendi depēdet in esse ab obiecto, cuius est actus: patet quia intellectus diuinus cognoscit creaturam: & tamen talis cognitio non dependet à creatura, nec quasi depēdet: sed ille actus est ab essentia diuina uirtualiter, vel eminenter continente creaturam.

ligens est posterior Deo intellecto, & ita no est Deus.

Apparens cō tradictio.

Solutio.

Oppositio.

R. sio

¶Concedo, q aliquis actus potest causari aliunde ab obiecto, cuius est: sed tunc tale obiectum virtualiter, vel eminēter continetur in causante actum: sed in proposito. b. nec actualiter, nec eminenter continetur in. a. quia tunc esset imperfectius. a. & per consequens nō esset Deus, & sic patet ratio Doc.

Ochamin 1. q. quol istat contra Doc.

Responsio.

AD ISTAM tamen rationē respondet Ochā in 1. q. quolib. Et primo dicit, quòd quando Doc. dicit, quòd intellectus est infinitus, hoc est tantum creditum, & non naturali ratione ostensum. ¶Sed hoc nihil contra Doc. quia hoc posito adhuc sequitur intentum Doc. quia si. a. & b. essent duo Dij. vtrunque esset perfectissimum ens: ita quòd nec. a. esset perfectius. b. nec, è, contra: & hoc posito statim stat ratio Doc. ut patet intuenti.

Idē Ochā.

¶Ideo Ocham dat aliam responsionem & dicit: quòd etiam posito, quòd sit formaliter infinitus, adhuc est tantum creditum, quòd. a. cognoscat. b. perfectissimè: quia diceret philosophus, quòd Deus nihil extra se cognosceret. Sed iudicio meo uidetur esse notum, & apud Aristo. & Commen. & multos alios, quòd Deus cognoscat aliquid aliud extra se. Tum quia ipse. 12. metaphysicæ. t. c. 51. concludit, quòd est intelligens. Tum quia in causis essentialiter ordinatis, necesse est primam causam simul agere: sed non, nisi cognoscendo, & amando. Tum quia causa superior agit propter finem superiorem scilicet ordinando effectum ad finem superiorem: quod non potest esse, nisi cognosceret ista inferiora. Item ad hoc faciunt rationes, quas Doc. facit. q. 1. huius distincti. quando probat, quòd primum effectiuum est intelligens, & volens. Verum tamen est, quòd non cognoscit aliquid extra seipsum: ita quòd recipiat cognitionem ab obiecto extra: quia tunc talis intellectus vilesceret: sed quia hoc requirit diffusum tractatum, pro nūc omittatur, & sic patet quòd. a. perfectissimè cognoscit. b.

Confutatio.

Notum est Deū cognoscere sine aliqd extra se, quia i essētia iter ordinatis necessò est primam causā simul agere, sed non, nisi cognoscēdo, & amando.

Deus non cognoscit aliquid extra seipsum ita qd recipiat cognitionē ab obiecto extra quia tunc talis intellectus uilesceret.

¶Dat etiam Ocham aliam responsionem dicens, q ratio Doc. non concludit, quando quærit Doc. aut cognoscit. b. per essentiam. b. Dicit Ocham, quòd ly per: potest dicere circunstantiam obiecti cogniti p talem cognitionem, sic intelligendo, quod. b. est obiectum cognitionis ipsius. a. siuè terminans huiusmodi cognitionem, & in hoc uerum dicit: aut ly per essentiam dicit circunstantiam causę efficientis: & hoc modo negat quòd. b. possit causare huiusmodi cognitionem in intellectu. a. & si talis cognitio causaretur: conceditur esse posterior ipso. b.

¶Sed iudicio meo non soluit rationem Doc. quia vt dicit Doc. nihil perfectissimè cognoscitur, nisi cognoscatur per essentiam propriā, uel per aliquid virtualiter, vel eminenter continens illud: sed. b. nō continetur in. a. Et ultra: nam causans cognitionem propriam alicuius obiecti non potest causare, nisi virtualiter contineat entitatem talis obiecti, ut patet à Doc. in 1. d. 3. q 1. & dist. 8. & in 2. dist. 3. q. 10. & in quol. q. 14. Nec valet dicere, quòd notitia. a. æquiualet notitiæ propriæ, & simplici ipsius. b. ut dicit Ocham ita quòd. a. per suam unicam cognitionem, & simplicem potest ęquè sufficienter iudicare inter. a. & b. sicut si. a haberet unam propriam cognitionē, qua cognosceret se, & aliam, qua cognosceret. b. Certum est, quòd hoc non ualet. Tum quia huiusmodi cognitionem non cognosceret perfectissimè ipsū. a. quia talis cognitio, nec uirtualiter, nec eminenter posset includere cognitionem propriam. b. sicut dicimus, quòd cognitio Dei æquiualet omni cognitioni simplici creaturarum: hoc ideo est, quia uirtualiter, & eminenter continet huiusmodi cognitionem, & non posset continere, nisi creaturæ eminenter cō-

tinerentur

tinerentur in essentia diuina: sed. b. non contineretur in. a. & per consequens nec cognitio propria. b. contineretur in cognitione propria ipsius. a.

Alf. Tol. in 1. d. 2. q. 1. art. 2.

HANC ETIAM rationem Doc. nititur soluere Reuerendus magister Tole. & dicit quod. a. cognoscit. b. sed non per essentiam ipsius. b. cogniti. sed per essentiam ipsius. a. & ad probationem Doc. quando dicit, quòd nihil cognoscitur perfectissimè, nisi cognoscatur per essentiam suam: vel per aliquid includens essentiam suam perfectius, quàm ipsa sit in seipsa. Dicit, quòd hoc est falsum: quia licet quod cognoscitur perfectius quàm in seipso, necessariò cognoscatur per aliquid representans essentiam suam perfectius, quàm ipsa sit in seipsa: sicut patet de cognitione, qua creatura cognoscitur in uerbo: ad cognoscendum tamen aliquid ita perfectè sicut cognoscitur in se ipso sufficit, quòd cognoscatur per aliquid representans essentiam suam: ita perfectè sicut ipsa est in seipsa: & sic esset in proposito; hæc ille. Et addit dicens: posset etiam concedi, quòd unus Deus cognoscit alium per essentiam Dei cognitam. Et quando dicitur, quòd omnis actus cognoscendi, qui non est idem obiecto, est posterior obiecto, non est verum si sit idem alteri obiecto, quod non est posterius illo, & sic esset in proposito.

Nota q impossibile est unum Deum perfectè representare in rône obiecti intelligibilis alium Deum, nisi virtualiter & eminenter contineat illum.

Improbatio

Sed salua semper reuerentia tam reuerendi magistri. Dico primò, q est impossibile unum Deum perfectè represẽtare in ratione obiecti intelligibilis alium Deum, nisi uirtualiter, & eminenter contineat illum, & hoc patet tam in representatiuo secũdùm quid, quàm simpliciter. Dicimus enim, quòd species intelligibilis hominis representat ipsum hominem in ratione obiecti intelligibilis: licet vt ibi. habeat tantum esse secũdùm quid: nihil tamen posset causare speciem intelligibilem ipsius hominis, si non contineret virtualiter, vel eminenter entitatem ipsius ut patet. Nam esse rationem representandi aliquid in ratione obiecti intelligibilis dicit perfectionem, maximè si tale representatiuum est uirtualiter, vel eminenter representatiuum: patet etiam in representatiuo simpliciter, quod est in cognitione intuitiua: quia nihil põt esse ratio formalis representandi aliquid in ratione obiecti intelligibilis intuitiuè (ita quòd faciat tale obiectum esse actu intelligibile in potentia propinqua intuitiuè) nisi contineat in se entitatem illius virtualiter, uel eminenter, hoc subtiliter patet à Doc. in 2. d. 3: q. 10. & uide ibi singularem glosam. Si ergo in proposito unus, Deus esset ratio formalis represẽtandi alium Deum in ratione obiecti intelligibilis intuitiuè, contineret illum uirtualiter, vel eminẽter.

Species intelligibilis represẽtat hominẽ in ratione obiecti intelligibilis.

Esse rationẽ representandi aliquid ĩ rône obiecti intelligibilis, dicit perfectionem, si tale est representatiuum, est uirtualiter, uel eminẽter representatiuum.

¶ Secundo dico: quòd etiam posito, quòd. a esset ratio formalis representandi. b. in ratione obiecti intelligibilis intellectui ipsius. a. Quæro tunc, cum ipsum. b. sit præsens intellectui. a. ante cognitionem ipsius. b. à quo immediatè causatur talis cognitio? Si ab essentia. b. stat ratio Doc. si ab ipso. a. ergo. a. continet virtualiter, vel eminenter ipsum. b. quia continens notitiam distinctam alicuius obiecti, necessariò uirtualiter, vel eminenter continet ipsum obiectum. vt patuit supra. Nunquam enim Deus posset causare in intellectu diuino distinctam notitiam hominis, nisi uirtualiter, uel eminenter contineret ipsum hominem: licet enim aliqua substantia sit perfectior accidente, & per consequens licet homo sit perfectior cognitione asini. nunquam tamen posset causare immediatè distinctam cognitionem asini, nisi entitatẽ asini virtualiter, vel eminenter contineret: & singularem rationem huius vide in Sco. q. 14. quolib.

Homo est perfectior cognitione asini.

Alia confutatio Alf.

¶ Et ad aliud, quod ultimo dicit Magister Alfon. concedendo, quòd. a. potest cognoscere. b. per essentiam ipsius. b. cogniti &c. Et post dicit, quòd talis cognitio (etiam posito, quòd non esset idem cum ipso. b. dummodo sit idem cum. a.) non erit naturaliter posterior. b. Hoc totum conceditur: posito, quòd talis cognitio sit idem cum. a. sed hoc indiget ꝓbatione, quia quæro quid intelligis per essentiam ipsius. b. si intelligis quòd. b. per essentiam suam causat totaliter, uel partialiter cognitionem sui in intellectu. a. est impossibile, quòd talis cognitio sit idẽ, quod. à quia si sic: tunc ipsum. a. esset in se causatũ a. b. vel ut à causa totali, vel ut à partiali. Si uerò intelligis per essentiam. b. terminatiuè tantum, idest quòd talis cognitio terminetur ad essentiam. b. Hoc est valde impropriè dictũ: & ẽt hoc posito, adhuc stat principalis difficultas, cũ cognitio p Aug. q. de 3. c. vlt. sit à cognoscẽte, & cognito: à quo ergo causatur talis cognitio? certum est, quòd vel ab obiecto cognito: uel ab alio virtualiter, vel eminenter continente obiectum cognitum, & sic sequitur idem, quod prius.

8. 3 tri cap. vltimo.

Quo idem actus nõ põt habere duo obiecta

¶ Deinde Doc. probat principale intentũ alia ratione sumpta ex parte intellectus infiniti. ibi. Secundò ex parte intellectus arguitur. sic. Et quando dicit, quòd idem actus non potest habere duo obiecta adæquata: potest sic exponi, quòd non possit habere duo obiecta adæquata in ratione motiui, & hoc verum est, quia tunc simul dependeret in esse à duobus obiectis: & sic uno circunscripto simul esset, & non esset, esset quidem posito uno à quo dependet in esse, ut ab obiecto totali: & non esset, alio circunscripto, à quo dẽpendet in esse, ut ab obiecto totali, siuè adæquato. Sequeretur etiam, quòd idem actus esset simpliciter causatus, & non causatus: esset quidem causatus, ut est ab alio Deo cognito, & nõ esset causatus, ut est à primo Deo cognoscente, quia tunc distingueretur realiter ab ipso, cuius oppositũ probatum est supra.

Idem actus nõ põt habere duo obiecta adæquata in ratione motiui, q tunc simul dependeret in esse à duobus obiectis.

Vel potest sic exponi, quòd idem actus potest terminari ad duo obiecta adæquata, & sic dependere à duobus obiectis adæquatis in ratione termini, & hoc similiter est impossibile, quia tũc idem actus simul terminaretur adæquatè, & nõ terminaretur adæquatè, circunscripto uno illorum obiectorum, & arguatur ut supra. sequeretur etiam, quòd ut terminaretur ad essentiam Dei cognoscentis non includeret aliquam relationem, nec realem, nec rationis propter realem idẽtitatem ipsius actus, & essentiæ, ut patet à Sco. in quol. q. 13. ut uerò terminaretur ad alium Deum, ut ad obiectum adæquatum, necessariò includeret relationem realem ad ipsum, quia cognitio intuitiua, vt terminatur ad obiectum actu existens, & realiter distinctum includit relationem realem ad illud. ut probat Doc. q. 13. quolib. & ex hoc sequerentur multa inconuenientia: ut patet intuenti.

Idem actus se terminat ad duo obiecta adæquata & dependere à duobus obiectis adæquatis.

¶ Vel tertio potest sic exponi, quòd aliquis intellectus uno, & eodem actu potest adæquatè quietari in duobus obiectis adæquatis in ratione quietatiui: & hoc est impossibile, quia circunscripto uno illorum adæquatè quietaretur, & non quietaretur, & formetur ratio, ut supra. Similiter sequeretur, quòd vt quietaretur in essentia sua nullam relationem, nec rationis necessariò includeret, ut patet à Sco. in quolib. ubi supra, ut uerò in alio quietaretur necessariò includeret relationem realem ad illud, ut patet à Sco. ubi supra.

Aliquis intellectus uno, & eod actu põt adæquatè quietari in duobus obiectis adæquatis in rône quietatiui.

EX HIS patet quòd responsio Magistri Gul. Ocham ad argumentum Doc. in q. 1. quol. non euacuat, nec soluit. Dicit enim ipse, quòd idem actus non potest habere duo obiecta adæquata secundùm prædicationem, potest tamen habere duo obiecta adæquata secundùm perfectionem, & sic esset in ꝓposito, & dicit, quòd huiusmodi obiecta sufficienter quietarent, sed non respondet ad difficultates supra expositas, ut patet in litera sua. Magister tamen Alfon. Tole, loco præallegato dat duas respõsiones.

Responsio Gul Ocham non satisfacit.

1. Rñsio Al.

Prima,

Prima, quòd Deus cognosceret illum alium Deum non per essentiam alterius Dei: sed per propriam essentiam: & sic perfectissimè in essentia sua cognosceret alium Deum: & sic ille alius Deus non esset obiectum adæquatum. Sed ista responsio supra est improbata. Dat aliam responsionem, quòd si vnus Deus cognosceret alium Deum per essentiam alterius Dei: quòd ille actus cognoscendi non haberet duo obiecta adæquata: siuè intellectus vnius Dei nõ haberet duo obiecta adæquata, sed aliquid commune utrique Deo esset obiectum adæquatum.

1. eiusdem responsio.

Ratio doc. adhuc stat.

¶Sed patet, quòd ista responsio non infringit rationem doc. Tum quia loquendo de obiectis quietatiuis: certum est: quòd illud commune non est adæquatum quietatiuum: quia nec perfectissimũ: vt patet: cum ergo uterque Deus esset summè perfectus: ita adæquatè vnus esset quitatiuus sicut, & alius. Tum etiam: quia loquendo de obiecto motiuo: certum est: quod intellectus diuinus non habet aliquod commune: vt patet per communiter docto. & supra ostensum in quæst. penult. prolo. & sic non posset euadere, quin isti duo dij essent obiecta adæquata in ratione motiui. Et ultra posito, quòd obiectum adæquatum intellectus diuini esset aliquod commune, adhùc stat argumentum Doc. quia illud commune non moueret intellectum ad cognitionem aliquam, sed contenta sub tali communi. Quæro tunc an eadem cognitio diuina possit simul esse à duobus obiectis contentis: si sic: ergo eadem erit causata, & incausata dependens, & independens: vt dixi supra, si non, sed alia, & alia respectu alterius, & alterius Dei: ergo vnus Deus habebit duas cognitiones, realiter distinctas: & sic non esset Deus, ut dicit Doc. Et multa alia possent adduci, & elici ex supradictis contra responsionem istorum, quæ breuitatis causa omitto.

¶Ibi quantum ad secundam viam, quæ sumitur à voluntate infinita. Hæc ratio clara est: & quod dicit Doc. ibi, quòd quodlibet naturaliter plus diligit esse suum, quàm esse alterius, cuius nihil est, vt pars, vel effectus. Hoc dicit quia aliter qui dicunt, quod pars naturaliter plus diligit esse totius, quàm suum esse proprium quod est esse partis: licet Doc. Hæc improbet in 3.d.27. & quòd effectus naturaliter plus diligit esse causę, quàm esse proprium: quod tamen improbat vbi supra, tamen ad excludendum omnium instantiam dicit Doc. quòd nisi sit pars, vel effectus plus diligit esse suum: sed si essent duo dij, vnus non esset pars, nec effectus alterius.

Apparens contradictio.

¶Item quod dicit ibi. Sed uoluntas libera quando est recta conformatur uoluntati naturali, uidetur contrarium dicere alibi: vt patet in 2 d.6.q.2.& 49.quarti. & etiam. 10. Immo uoluntas recta, & libera ad hoc, quòd si recta oportet in multis agere contra suum appetitum naturalem, & uelle contrarium naturali inclinationi: vt patet in multis.

Concordantia.

¶Dico, quòd aliud est loqui de uoluntate recta per essentiam: cuiusmodi est sola uoluntas Dei, quæ est regula omnis rectitudinis creatæ: vt patet à doc. quæst. vlti. prolo. & d.44. primi. & alibi sæpe. Et aliud est loqui de voluntate creata, quæ ad hoc, vt dicatur recta oportet conformari regulæ uoluntatis diuinæ, siuè determinationis diuinæ: vt patet à Sco. in pluribus locis. Voluntas secundo modo accepta potest agere contra suam inclinationem naturalem: immo, & tenetur agere, quando uoluntas diuina sic, & sic determinauit: tenetur enim velle mortem, quando Deus vult ipsam mori: & tamen inclinatio sua naturalis est totaliter ad oppositum. Sed loquendo de prima, voluntate tenetur conformari suæ inclinationi naturali cum utraque

Voluntas creata tenetur agere aliquando contra inclinationẽ naturalem.

sit rectissima, vna in esse naturæ, scilicet inclinationis naturalis: alia in esse actus liberè eliciti: & sic patet ratio Doc. quomodo uoluntas unius Dei tenetur plus diligere se, quàm alium Deum: & si non plus diligeret non esset rectissima. Cum ergo teneatur diligere alium Deum amore infinito: & plus se teneatur diligere: sequitur, quòd dabitur amor maior infinito. quod est impossibile.

AD HANC rationem respondet Magister Alfon. vbi supra, quòd natura perfectissima non plus tenetur diligere se &c. quia in statu beatifico propter eius perfectionem tantum gaudet quilibet beatus de bono alterius quantum de proprio: & per consequens tantum diligit ipsum.

Alfon.

¶Sed hæc euasio non concludit contra rationem Doc. Tum quia si vnus tantum diligit bonum alterius, quantum bonum proprium: hoc erit, vt conformetur uoluntati diuinæ sic determinanti. Tum etiam: quia vnus beatus plus diligit bonum suum intensiuè, quàm bonum alterius: immo ad hoc tenetur licet extensiuè posset plus diligere bonum alterius, si in re sit maius: sed hoc requirit prolixiorem expositionem: & ideo differatur vsque ad dist. 50. quarti.

Confutatio.

Vnus beatus plus diligit bonum suũ intensiuè, q̃ bonum alterius.

¶Gul. vero Ocham aliter respondet. Et primò dicit, quòd non est notum naturaliter Deum diligere aliquid extra se. Sed hoc supra improbatum est.

Ocham q.1. quolib.

¶Aliter respondet, quòd non est demonstratum, quòd vnus Deus diligat infinitè alium Deum: quia non potest demonstrari, quòd vterque sit infinitus intensiuè.

¶Hæc responsio non soluit rationem doc. quia posito, quòd vterque Deus non sit infinitus, vterque tamen est summè perfectionis possibilis simpliciter: & sic sequeretur, quòd vnus summè teneretur diligere alium: & quia magis tenetur diligere seipsum: ergo posset dari dilectio maior summa, quod est impossibile.

Improbatio.

¶Ideo aliter respondet, quòd ista propositio: quilibet naturaliter tenetur plus diligere se, quàm alia: est uera si naturaliter diligit se: alia verò liberè: Deus autem secundùm philosophos omnia naturaliter diligit.

Idẽ Ochã.

¶Dico, quòd etiam philosophi concederent, quòd liberè diligeret se, & alia: quia secundùm eos est intelligens, & volens, vt probatum est supra: licet cum dilectione libera stet necessitas dilectionis: & quòd possit stare diffusè patebit à doc. quæstio. 16. quolib. sed dilectio naturalis in proposito non est actus uoluntatis liberè elicitus: sed est sola inclinatio naturalis: de qua hic doc. loquitur. Et ideo Deus magis inclinatur ad esse suum, quàm ad esse alterius Dei: & per consequens magis tenetur diligere se actu elicito: & sic stat ratio Doc.

Improbatio.

¶Ideo dat etiam aliam responsionem, quòd dato quod. a. liberè diligat. b. adhùc uoluntas libera conformatur uoluntati naturali: aliter enim uoluntas nostra &c. Sed patet responsio in exponendo rationem Doc.

¶Ibi. Secundo sic de uoluntate. Aut. a. fruitur. b. Hæc ratio patet ex se, & ex supradictis: licet Ocham nitatur soluere eam: & quia solutio est eadem cum solutione ad secundam rationem primæ viæ: ideo hic pariformiter dicatur cõtra responsionem Ochã sicut ibi responsum est.

¶Ibi. De tertia via hæc ratio clara est.

¶Ibi. Quantum ad quartam viam. Hęc via est satis clara. Et Ocham respondet ad hanc rationem vbi supra, videlicet, quòd causa totalis potest dupliciter

Ocham nititur soluere rãtionem doc.

 citer

citer intelligi. Primo, quòd illud dicatur causa totalis quo posito, omni alio circunscripio, potest effectus sufficienter produci: & illo modo causa totalis dicitur causa efficiens. Secundò dicitur causa totalis illud, quod potest aliquem effectum sufficienter producere, & sine quo non potest talis effectus produci: & isto modo causa totalis, & causa præcisa idem sunt. Primo modo idem effectus simul potest esse à duabus causis totalibus: sicut idem calor numero potest simul produci à sole, & ab vno igne, vel à duobus ignibus.

Rationes Ocham contra docto. ni hil efficiunt.

¶Sed indicio meo hoc videtur simpliciter impossibile: vt patet in littera Doc. quòd idem calor sit totaliter à duobus ignibus simul: quia circunscripto uno, adhuc ille calor esset ab alio igne: & ex alia parte non esset circunscripto alio igne, à quo essentialiter dependet.

¶Hic respondet Ocham, quòd ille calor adhùc esset, circunscripto illo igne, & illo posito. Et cum dicitur, quòd non esset circunscripto illo igne. Dicit, quòd hoc verum esset si essentialiter dependeret ab igne circunscripto: sed essentialiter non dependeret: quia sufficienter esset ab igne non circunscripto.

Impossibile est vnũ, atq; eundẽ effectuum totaliter esse à duabus causis, quia vna illarũ nihil produceret, vel idẽ bis produceretur.

¶Sed hoc videtur simpliciter contra rationem, quòd vnus, & idem effectus sit totaliter a duabus causis: quia, vel vna illarum nihil produceret: vel idem bis produceretur: quòd enim duæ actiones totales in eodem ordine causarum terminentur ad eundem effectum videtur omnino contra rationem: cum effectus per vnam actionem totalem simpliciter capiat totum suum esse: ergo, vel alia superflueret, vel idem bis caperet esse. Multæ aliæ rationes possent adduci, quas relinquo alijs peritis lectoribus. Ibi. Iuxta idem. Hæc ratio similis est rationi præcedenti, & eodem modo formetur.

G. B. Argumentũ pbat vnum esse Deũ, nullũ simpliciter necesse esse põt plurificari in plurib. sed Deus est simpliciter necesse esse. ergo Deus non põt plurificari in plurib. ergo vnus Deus ergo non plures dij.

¶Ibi. De sexta via. Hanc rationem cum instantijs contra eam vide in 2. quæst. quolib. vbi doc. eam prolixè declarat, & omnes instantias contra eam soluit: & ex dictis ibi patebit, quòd responsio, quam facit Ocham contra istam rationem non soluit ipsam.

¶Ibi. Secundo arguo sic. Hæc ratio exposita est supra præsenti. distin. quæst. 1. artic. 3. Et ibi patent solutiones contra instantias factas ab Ocham in primo. distin. secunda. & in quolib. quæst. 1. & similiter ad instantias Magistri Alfon. in primo. dist. 2. quæst. prima, artic. tertio.

¶Ibi. De septima via Dicit doc. quòd loquendo de omnipotentia, vt theologi loquuntur, scilicet, quòd primum possit in omnem effectum immediatè: ita quòd possit producere omne producibile, nulla causa secunda concurrente, sicut exponit doc. in isto primo. distin. 42. & diffusius in quoli. quæst 7. hoc modo accipiendo omnipotentiam, negarent philosophi primum effectiuum esse omnipotens: quia non concederent effectum imperfectum posse immediatè produci à primo effectiuo: vt supra exposui in quæst. prima præsentis distinctionis. Sed hoc tantum est creditum: quo credito posito: aliqui sic arguunt. Si. a. est omnipotens: ergo potest destruere alium Deum, scilicet. b. Dicit Doc. quòd hæc ratio non valet: quia omnipotentia respicit tantum possibile: vt clarè ostendit docto. in isto 1. d. 20. & 42. & 7. quæst. quol. vide ibi. Ibi. Ideò ex omnipotentia. Et hęc littera clara est vsque in finem ar.

Omnipotentia vt pprie dicta potest via naturali demostrari.

Obiectum omnipotentia est ens tansabile, idest creatura.

AD ILLA quæ sunt pro alia opinione respondeo ad auctoritatem Rabi Moysi.

¶Hic doc. respondet ad argumenta facta pro opinione Gul. var. posita supra: & responsio ad auctoritatem clara est in littera.

Singulare potest capi tripliciter. Primo vt l [...] seipso tantũ prædicatur. Secundo vt est fundamentum secũdæ intentionis. Tertio p ratione indiuidua[...]

¶Ibi. Ad secundam rationem de singulari. Pro expositione huius litteræ: nota, quòd singulare potest tripliciter accipi. Primo vt est secunda intentio, scilicet, vt est quædam prædicabilitas tantum de uno solo: siue ut est una secunda intentio nata tantum applicari alicui de seipso, tantum potente prædicari. Secundo pro fundamento talis secundæ intentionis: puta pro Francicisco. Tertio pro ratione indiuiduali determinatiua naturæ ad singularitatem, quæ est quidam actus aduenlens naturæ faciens ipsam esse singularem: de qua singularitate patebit in isto primo distinctio. quinta. quæstio. secunda. & 26. d. sed clarius & prolixius in secundo. distinctio. tertia. Tunc dico, quòd singulare primo modo sumptum, scilicet pro secunda intentione potest in se concipi: & tunc est obiectum conceptum: potest etiam concipi sub modo uniuersali, vt dicendo singulare est vniuersale. Nam hoc quod dico prædicari de uno solo tantum: est commune ad hoc prædicari de uno solo, & ad hoc pręd icari de vno solo: & sic de alijs. Prædicari autem prædicatione signata: per se competit secundis intentionibus: & per accidens primis intentionibus: vt patet a Docto. in suis vniuersalibus: & isto modo ibi obiectum conceptum est singulare: sed modus concipiendi est vniuersale: quia sub modo vniuersali concipitur. Si vero singulare primo modo sumptum accipiatur simul cum fundamento: puta cum Francisco: tunc totum obiectum conceptum est Franciscus cum singularitate primo modo sumpta: & singularitas illa est pars conceptus. Si verò accipiatur tantum Franciscus pro obiecto concepto: tunc singularitas primo modo sumpta est modus concipiendi: quia cum dico Franciscus est singulare: sensus est, quòd concipio Franciscum sub modo singularitatis. Sic dico in proposito de essentia diuina, si concipitur essentia diuina: vel potest concipi, vt obiectum conceptum: & tunc via naturali tantum concipitur in vniuersali, & nullo modo, vt hęc. Si verò concipiatur singularitas primo modo sumpta, quæ prædicatur denominatiuè de essentia diuina: & de qualibet re singulari: tunc ipsa singularitas est obiectum conceptum: & vt sic est communis omni enti singulari. Si verò concipiatur, vt pars concepti, puta concipiendo aliquam essentiam primam singularem: hoc potest esse. Si verò conciperem essentiam singularem sub modo singularitatis, id est, sub propria singularitate, & sub propria incommunicabilitate ad pluras in quibus diuidatur, hoc non est possibile via naturali: sed fit fallacia, vt patet. Nam arguendo sic. Franciscus potest cognoscere. a. singulare: ita quòd singularitas ipsius. a. sit concepta, vt obiectum, vel pars obiecti: ergo potest cognoscere. a. sub modo singularitatis seù sub ratione formali singularitatis? Non sequitur: sed fit fallacia figuræ dictionis commutando rem in modum.

Prædicatio [...] signata [...] cõpetit [...] dis intentionibus, & [...] accidens p[...]mis.

G. B. Regula pulcherrima [...] Quãdocũq; singularitas est modus concipiendi [...] compossibil[...] respectu obiecti [...] propositum [...]

Propositio est vera [...] si dicat [...] dũ obiecta [...] ds incõpossibile esse fa.

ADRATIONES principales. Prima ratio cum sua responsione patet in littera. Ibi. Ad secundam dico.

¶Hæc responsio est satis clara in littera: & stat in hoc, quòd numerus non dicit precisè modum significandi grammaticaliter, quales alij modi grammaticales: vt masculinum & fœmininum &c. quæ præcisè dicunt modum concipiendi rem absque aliquo reali correspondenti tali modo concipiendi:

cipiendi:

G.B. Regula quãdo ∫uga tare dicit modum cõcipiendi cõpossibile respectu subiecti illius ꝑpositionis. ꝑpositio est vera. Si autem e contra, ꝑpositio falsa, vt patet in textu.

cipiendi: patet in isto exemplo: Deus est generis masculini: licet enim Deus concipiatur sub isto modo: non tamen Deus est masculus: sed numerus singularis, vel pluralis non tantum dicit modum concipiendi rem, sed oportet, quòd ipsa res concepta correspondeat modo tali. Nam cum dico homines currunt est numeri pluralis: hic numerus pluralis, qui est modus concipiendi rem sub modo pluralitatis habet conceptum sic in re: ideo hæc esset falsa: homo est numeri pluralis: quia modus repugnat rei conceptæ: sic est in proposito: nam cum dico dij sunt numeri pluralis: dico, quòd ille modus repugnat huic concepto: quia impossibile est, quòd sint duo dij in re: & sic plurale hoc modo includit rationem in se falsam: cum enim dico Deus est singularis numeri: hæc ratio est in se vera: quia includit rem, scilicet Deum, & modum sibi conuenientem, qui est numerus singularis: cum vero dico dij sunt pluralis numeri: hæc ratio est in se falsa: quia includit rem simpliciter incompossibilem: est enim incompossibile esse plures Deos: ideò non sequitur, quòd si singulare primo modo possit vere prædicari de singulari: quòd etiam plurale possit verè prædicari de plurali, quando res pluralis est incompossibilis, vt in proposito.

Deus est, est ratio in se vera: quia includit rē, & modum sibi cõuenientem, Dij sunt est. Propositio in se falsa, quia includit rem simpliciter incompossibilem.

¶ Tertia ratio cum sua responsione satis clara est. Et cum dicit de perfectione simpliciter &c. Vnum tantum nota pro nunc: quia infra in præsenti distinctio. parte secunda. quæst. prima, illius partis in responsione ad illam quæstionem diffusè pertractabitur de perfectione simpliciter. Hic tamen pro ista littera Docto. nota quòd passiones entis conuertibiles cum ipso; vt vnum verum bonum &c. & similiter omnia trascendentia, quæ dicunt perfectionem, & ex sua ratione formali nullam necessariò includunt imperfectionem: vt intellectus, voluntas, sapientia, spiritus, substantia, transcendens: & huiusmodi: omnes istæ perfectiones dicuntur perfectiones simpliciter: quia eis non repugnat infinitas, vel in se, vel in suis inferioribus: patet quia datur infinitum bonum, infinitus spiritus: & sic de alijs. Omnia verò entia de se limitata, vt sunt omnia genera, & contenta in eis non possunt esse perfectiones simpliciter: quia in se, & in suis inferioribus repugnat infinitas: vt patet: quia impossibile est ens limitatum esse infinitum intensiue: ideo reductio ad huiusmodi entia, non est reductio ad simpliciter perfectum: sed reductio ad entia primo modo: putà hoc ens ad ens: vel hoc bonum ad bonum: & huiusmodi: est reductio ad simpliciter perfectum: cum ens: & bonum dicantur perfectiones simpliciter modo præexposito: & patet littera Doc.

Perfectio simpliciter est quæ sic se habet, quod in supposito absolutè cõsiderato melius est ipsā, quā nõ ipsum. Quæ sint ꝑfectiões simpliciter, & quæ non.

Arg. ꝓbans plures esse Deos. Omne ens ꝑ participationē reducitur ad ens tale per essentiam. Sed indiuidua in quacunq; specie creata sunt entia ꝑ participationē ergo species habentes ea sunt indiuidua sunt entia per essentiam.

¶ Ibi. Ad vltimum dicitur. Aliqui respondent ad hoc argumentum: videlicet, quòd plura bona finita sunt meliora paucioribus: sed non plura bona infinita: quia illa sunt impossibilia.

¶ Ibi. Sed hoc non videtur respondere ad argumentum. Et vt ista littera clarè intelligatur formetur sic argumentum. Quæcunque plura bona, si essent essent meliora, ponenda essent in vniuerso: sed si essent plura infinita, essent plura bona meliora: ergo plura infinita, essent ponenda in vniuerso.

Sed quicqd ꝑ ens ꝑ essē tiā est Deus ergo si plura sunt entia ꝑ essentiā sunt plures Dij.

¶ Respondeo quòd si ly. si: replicat incompossibile maior est falsa: quia cum plura incompossibilia non possint esse, ergo nec meliora: & minor est vera, id est si plura bona infinita essent compossibilia essent meliora. Si verò ly si replicaret compossibilitatem maior est vera, id est quæcunque plura bona si essent compossibilia essent meliora & illa essent ponenda: ne vniuersum careat sua perfectione: & minor est falsa, scilicet sed plura bona infinita essent compossibilia. Et sic finis huius primæ partis præsentis distinctionis. Sequentes quæstiones pertinent ad trinitatem personarum.

Responsio bona doctoris. Dicitur. Q. maior nõ est simpliciter vera, quia non est immediata, generatæ species non sunt entia simpliciter ꝑfecta, ergo indiuidua nõ debēt reduci ad talia, sed ad illud qđ nõ habet imperfectionē concomitantem ipsum.

Super Secundam partem distinctionis secundæ primi. q. 4. in ordine.

Quæstio Quarta.

Vtrum cum vnitate diuinæ essentiæ simpliciter stet pluralitas personarum.

Seraphicus Bonauent. primo sententia. distinctio. 2. quæstio 2. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa. quæstio. 14. membro 5.
Scotus primo sent. dist 2. q. 4.
D Thomas prima parte summa. q 39 Artic. 2.
Durandus primo sent. dist 2. q 4.
Ricardus primo sent. dist. 2. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sententia. distinctio. 2 quæstio. 14.

SVPER. quæstionem quartam. In qua doc. quærit quatuor. Primo an possibile sit cum vnitate essentiæ diuinæ stare pluralitatem personarum. Secundo an sint tantum tres personæ in essentia diuina. Tertio an essentia diuina possit stare in aliquo, & ipsum esse productum. Quarto an sint tantum duæ productiones intrinsecæ. Et Docto. primo respondet ad 3. quæst. & primo declaro titulum quæstionis: in qua quæritur, an essentia diuina possit stare in aliquo & ipsum esse productum.

PRO CVIVS intellectione præsuppono aliqua. Primo, quòd essentia diuina ex semetipsa est in patre, id est, quòd proprietas constituens primam personam, sine quacunque productione immediate oritur ab essentia diuina: & est ratio formalis, constituens primam personam in esse personali: & hoc diffusè patebit in isto primo. distinctio. 28. Secundo suppono, quòd essentia diuina non potest esse terminus formalis alicuius productionis; nisi per veram productionem sit communicata alicui supposito, accipienti esse per productionem: quod clarè patebit infra distinctio. 5. quæstio. secunda, & 16. d. Et quia suppositum productum, cui essentia diuina communicatur, realiter distinguitur à supposito producente: quærit Docto. quomodo essentia diuina, cum sit singularissima, & perfectissimè existens in prima persona, eadem possit communicari

Diuina essentia in eodem instanti æternitatis ꝑ primo prioritate adæquationis in tribus ꝑsonis, prioritate autem immediationis est primo in patre, & virtute illius in alijs suppositis quibus ab illo primo cõicatur.

Argumentum probans dictam essentiam terminum esse formalem productionis verbi. Qualiter vero habet ordinem in esse, tale habet in producendo, sed illud quod primo est in verbo est essentia ergo primus terminus erit essentia. sed primus terminus in productione est formalis ergo. Scotus supponendo productionem personarum diuinarum esse possibilem intendit persuadere, et probare Trinitatem personarum non autem via naturali eam demonstrare: et suadet tali argumento. Quicquid de ratione sua formali est principium producendi illud in quocunque est à se, et sine imperfectione est principium productiuum, sed memoria fecunda, quae est quoddam aggregatum ex intellectu, et obiecto diuina, vt obiecto cognito, est principium productiuum notitiae genitae ergo cum in Deo sit memoria perfecta in Deo erit principium productiuum notitiae genitae. Exemplum. Calor est ratio formalis calefaciendi ex sua ratione formali, et quiditatiua.

cari alteri supposito, realiter distinctio à prima persona, quin, & ipsa, vt in secunda persona realiter non distinguatur à seipsa, vt in prima persona: quia vt, in prima persona est ratio formalis communicandi seipsam per productionem: & in secunda persona est terminus formalis, siue terminus communicatus per productionem: cum in creaturis semper ratio formalis producendi aliquid, realiter distinguatur à termino formali productionis; siue à termino formali communicato producto per rationem formalem producendi, ut patebit infra: & ideo doc. prius declarat productionem esse possibilem in diuinis: quam probat multiplici ratione. ibi.

QVIA sicut dixi &c. Et antequam exponam rationes doct. praemitto vnum, quòd hic doct. non intendit probare trinitatem personarum via naturali, ut aliqui uolunt imponere Doct. vt Alson. in primo distinctione. secunda. & similiter Ocham, & multi alij. Doctò. enim praesupponit productionem personarum esse possibilem in diuinis, tanquam articulum fidei: huiusmodi tamen possibilitatem per has rationes intendit persuadere, tam fideli, quàm infideli: nec intendit hoc demonstrare via naturali quia statim sibi contradiceret. Nam expresse. quaest. 14. quolibe. prolixè declarat quomodo est impossibile cuicunque intellectui creato, etiam angelico posse naturaliter cognoscere distinctè ipsam trinitatem. Hoc idem in secundo distinctio. tertia: quaestione nona. Si tamen sint aliquae rationes possibiles ad hoc persuadendum. praecipuè sunt illae positae à Docto. quae ita subtiles sunt, quòd videntur concludere euidenter propositum: & ex hoc multi moti sunt ad imponendum doctori, quòd his rationibus intendat naturaliter demonstrare trinitatem personarum, non intelligentes mentem ipsius: ideo incipiamus declarare has rationes: quarum prima ponitur ibi. Quia sicut dixi &c. Prima ratio est haec. Quicquid de ratione sua formali est principium productiuum, illud in quocunque est à se, & sine imperfectione, in eo est principium productiuum. Illud totum intellectus habens obiectum &c. Sed quia ista minor quantum ad omnes terminos infra in ista quaestione respondendo ad quaedam dubia diffuse declaratur: pro nunc omitto illam: sed declaro maiorem, quae continet multas particulas. Prima ibi. Quicquid de ratione sua formali est principium productiuum. Quia tota perfectio, & ratio producendi est à principio formali: sequitur, quòd illud tale ex sua ratione formali, & quiditatiua habet, quòd dicatur principium formale producendi. Exemplum, dicimus, quòd calor puta in ligno dat ipsi ligno, vt possit calere: & ideo dicitur, quòd calor est ratio formalis calefaciendi: & quòd sic sit ratio formalis calefaciendi est ex sua ratione formali, & quiditatiua: sicut etiam dicimus, quòd albedo dat homini esse album: vel sit ratio formalis, qua homo dicatur albus: hoc est de sua ratione formali, & quiditatiua: quòd ergo aliquid sit alteri ratio formalis agendi: puta supposito, in quo est. hoc habet ex sua ratione formali, & quiditatiua. Sequitur in litera. Illud in quocunque est à se, &c. sine imperfectione, in eo est principium productiuum. In ista maiori. Docto. intendit loqui de productione, quae est in aliquo, sine imperfectione, id est, quae terminantur ad aliquod in se verè subsistens. Si enim producens esset in potentia receptiua respectu producti; sicut intellectus noster respectu intellectionis, quam producit; ibi productio esset cum imperfectione: quia cum potentialitate recipiendi terminum productum. Si etiam productum reciperetur in materia extrinseca: sicut ignis producit calorem in ligno: adhuc productio esset cum imperfectione: quia non posset habere productum perfectum: sed esset cum potentialitate, ad recipi in materia extrinseca. Intelligit ergo quòd respectu productionis perfectè ratio formalis producendi sit in aliquo supposito, sine omni imperfectione: & sit producti perfectè in se subsistentis: cuius producti terminus formalis non recipiatur in aliquo: sicut est in generatione naturali, qua generatur compositum. vbi terminus formalis, scilicet forma, quae est pars compositi: recipitur in materia. Et quod addit à se: intendit simpliciter, quòd tale principium productiuum non praehabeat productum, tanquam terminum sibi adaequatum. Nam in filio in diuinis est idem simpliciter principium productiuum, quod in patre: quia simpliciter eadem memoria foecunda, quae est principium productiuum filij: vt patebit in praesenti quaestione: & tamen filius, mediante illo principio, non potest producere alium filium: quia huiusmodi principium vt in filio praeintelligitur habere productum sibi adaequatum, scilicet ipsum filium. Et si in filio non haberet terminum sibi adaequatum: etiam in illo esset verè productiuum alterius notitiae genitae. Et quia pater habet illud principium à se: ideò in illo priori per illud potest producere: cum illo priori, vt in patre non habeat productum sibi adaequatum. Et si fieret instantia de spiritusancto: quia filius habet principium producendi spiritumsanctum non à se, sed à patre: ergo filius non potest producere spiritumsanctum: quod est falsum. Ideò dixi, quòd Doctor per illud à se principaliter intendit excludere, quòd illud principium non praeintelligatur, in quo est habere productum, vt sibi adaequatum: & sufficit sibi exemplificare per illud à se: quod clarum est in patre respectu filij. Et ex his patet; quòd instantia, quam facit Alphon. Tole. in primo distinctio. secunda quaestio. prima. articulo. 3. & similiter ad instantiam quam facit Ocham in primo distinctio. secunda, & sic patet ista maior. Sed minor Docto. est ibi. Illud totum, scilicet intellectus habens obiectum intelligibile sibi praesens: ex ratione sua formali est principium productiuum notitiae genitae: sic est intellectus diuinus &c. Ad hanc minorem respondet Alphon. vbi supra, quòd philosophi hoc negarent, nec hoc potest demonstrari via naturali. Dico, quòd nec Docto. intendit hoc demonstrare naturaliter: sed quantum possibile est hoc persuadere: quia si memoria nostra fecunda potest esse principium formale productiuum notitiae genitae, cui accidit, vt recipiatur in ipso producente: à fortiori in diuinis memoria foecunda poterit esse principium producendi notitiam genitam per se subsistentem.

¶ Ibi. Contra istam rationem insto, vt declaretur. Hic Doctor adducit aliquas rationes contra minorem primae rationis: & hoc, vt illa minor magis enucleetur. & prima ratio satis clara est. Ad istam primam rationem respondet Doctor ibi. Istas rationes excludendo confirmo rationem. Et dicit, quòd intellectus noster, respectu notitiae genitae dicit rationem receptiui, & rationem productiui. Primum est imperfectionis: quia dicit potentialitatem respectu notitiae à qua perficitur. Secundum est perfectionis:

quia

d signo aut eiusdem ratione, & sic cō cedo, aut alterius, et sic nego. quia si habet notitiā ingenitā adæquatā, pōt uere notitiā genitā adæquatam.

Tria sūt officia intellectus possibilis secundū Scotistas primo ē productiuus secūdo passiuus tertio receptiuus.

quia ratio productiui vt huiusmodi non includit necessariò aliquam imperfectionem: quia si sic non posset reperiri in primo ente: vt supra declaraui in prima quæstione huius distinctionis. Et quòd intellectus noster dicat rationem productiuam, respectu notitiæ patebit infra distinctione. 3. quæstione. 7. Et an hoc conueniat intellectui agenti, vel possibili non est necessè hic declarare: sed in quolib. quæstione. 15. prolixe declarabit: vbi videtur declinare ad hoc, quòd tam possibilis, quàm agens sit productiuus: agens tamen principaliter, & possibilis minus principaliter: quia ergo intellectus noster de necessitate includit imperfectionem, cum sit ens limitatum: ideo imperfectionis est, quòd sit receptiuus alicuius imperfectionis: licet perfectionis sit, quòd sit productiuus eiusdem. cum ergo intellectus diuinus sit perfectissimus, & formaliter infinitus: & similiter essentia diuina: vt supra probatum est quæstione. 1. præsentis distinctionis: sequitur, quòd nulla potest ibi esse imperfectio: & per consequens non potest esse in potentia receptiua alicuius notitiæ, qua perficiatur sicut est intellectus noster & ex alia parte ipsa memoria fæcunda Dei est ratio formalis producendi notitiam sui. Probo: quia hoc competit memoriæ nostræ: & hoc est perfectionis non includentis necessariò imperfectionem. ergo talis ratio producendi perfectissimè reperitur in memoria diuina: & quia non potest producere illam notitiam in seipso: quia tunc intellectus diuinus esset in potentia receptiua ad illam. sequitur ergo, quòd poterit ipsam producere, vt per se stantem: siuè in se subsistentem: & talis notitia genita in diuinis nihil aliud est realiter, & formaliter: nisi idem, quòd filius, siuè verbum in se subsistens, & nulli inhærens nec aliquid perficiens: sed res in se perfecta, & perfectè, in se subsistens, realiter distincta à supposito diuino producente, non realiter tamen distincta à principio productiuo, quod est intellectus, & essentia diuina, vt aliqualiter patuit supra: & magis patebit.]

Memoria fæcūda Dei est rōnē formalis pducēdi notitiā sui.

Notitia genita nihil ē aliud realiter & formaliter nisi idē, qđ filius siuè uerbū, se subsistēs, & nulli inhærēs, neq; aliqđ pficiens. Hæc tñ notitia est eadē cū principio pductiuo i intellectu, & essentia diuina.

¶ Ibi. Quandocunque in aliquo concurrunt duo pee accidens: siuè separabiliter. Hic Doctor intendit probare, quòd si illud, quod est ratio producendi, verè separetur ab illo, quod est ratio patiendi, cui accidentaliter coniungitur: ipsum separatum, adhùc erit verè ratio producendi: & patet de medico sanantese secundo physicorum tex. commen. secundi. & 86. quia si infirmitas separetur à medico: quæ est ratio patiendi. adhùc medicina, siuè ars medicinæ in medico erit ratio sanandi: vt patet: quia mediante illa poterit alium sanare: quia accidit medico, vt medicus est, quòd sit infirmus. cum ergo in diuinis ratio producendi notitiam genitam necessariò sit separata à ratione patiendi. sequitur quòd intellectus diuinus, qui est ratio producendi huiusmodi notitiam, quamuis non sit receptiuus eiusdem: & per consequens nec ratio patiendi ab illa: quia hæc sibi repugnant: tamen adhuc est perfectissima ratio producendi notitiam genitam: & hoc est, quod dicit. Si dicatur hic, vt multi dicunt, quòd intellectus diuinus est bene ratio non propriè producendi: sed quasi producendi notitiam essentialem: quæ tamen non dicitur verè producta: quia non distinguatur realiter à supposito habente talem intellectum: sufficit enim intellectui diuino quòd habeat notitiam qua perfectissimè intueatur essentiam suam.

Nota q intellectus diuinus ponitur productiuus, nō aūt receptiuus: q cū intellectus diuinus sit in se perfectissimus, aliūde nō pōt aliq perfectionē recipere.

Nota, q ly quasi ēim tur distra-

ctiuè & facit hūc sensum. quasi genitam. i. nō genitā.

¶ Contra. quia adhùc stat ratio Docto. quia si intellectus noster est simpliciter ratio producendi notitiam essentialem: & hoc perfectionis est non includentis necessariò aliquam imperfectionem: multo magis intellectus diuinus (in quo omnis perfectio, quæ non necessariò includit imperfectionem, perfectissimè, & formaliter reperitur) poterit esse ratio producendi: non dico secundùm quid: sed simpliciter notitiam essentiæ diuinæ: & sic cum talis notitia sit uerè producta: erit necessariò in se subsistens: vt patuit supra.

Intellectus diuinus est rō pducendi. Quia intellectus humanus est simpliciter rō producendi notitiā essentialē, ut hoc dicit Scotti est ergo multo magis intellectus diuinus poterit esse rō pducendi nō secūdū qđ sed simpliciter, notitiā essentiæ diuinæ.

¶ Ibi. Exemplum huius patet: quia si in intellectu nostro esset concreata: vel consubstantialis notitia sui; secundùm quòd quidam intelligunt Augusti. de notitia condita 14. de trinita. Exemplum hoc est valde ad propositum: quia posito, quòd anima habeat notitiam sui concreatam: & per consequens ingenitam: tamen si ipsa anima potest habere aliquod obiectum: putà actu intelligibile: & aliquod passum sibi approximatum: putà, quod ipse intellectus, & ipsa anima in ratione obiecti intelligibilis sint perfectè præsentes alteri intellectui: licet non possit producere notitiam sui in se, cum habeat illam, vt concreatam: tamen erit ratiò producendi notitiam sui in alio intellectu, in quo potest recipi: & hoc diffusè patebit à Docto. in secundò distinc. 9. de locutione angelorum. Nam ibi habetur; posito, quòd angelus perfectè cognoscat se tantum approximatus intellectui alterius Angeli: ipse Angèlus in ratione obiecti potest causare notitiam sui in intellectu alterius Angeli: vt diffusè ibi glosaui. Sic dico in proposito, quòd quamuis intellectus diuinus habeat notitiam ingenitam essentiæ diuinæ: habens tamen essentiam diuinam, vt obiectum præsens, in ratione intelligibilis poterit uerè producere notitiam: ita quòd essentia diuina concurrat in ratione obiecti: talis notitia erit verè genita: & non poterit esse formaliter in supposito, producente illam per intellectum: cum habeat aliam ingenitam, qua perfectissimè cognoscit essentiam: nec talis notitia poterit recipi in alio intellectu creato: vt patet: quia talis notitia erit adæquata essentiæ diuinæ formaliter infinita: de qua producitur: & sic infinita: vt patet præsenti distinc. & infra distinc. 10 & 38. & in secundo distinc. 1. quæstione. 1. & in quolibe. & alibi sæpè. Modo notitia finita non potest recipi in intellectu limitato, & finito. ergo talis notitia genita erit per se sistens, quod est propositum, & sic debet intelligi littera Doctoris.

Hen. quol. 9. q. 15. Var. in 1. d. 3. q. prima.

Intellectus diuinus quamuis habeat notitiam ingenitā, essentia diuina, tū huius obiectū præsens orōne intelligibilis, nō essentia diuina poterit uerè pducere notitiā, q cum nō possit esse formaliter in supposito producente. et p̄te, cū hēat aliā notitiā īgenitā, oportebit necessariò esse i alio, et cū illa notitia sit ingenita oportebat, q recipiatur alio, qđ sit p se subsistens sed uerbum est p se subsistens ergo recipitur in uerbo.

¶ Ibi. Ad confirmationem illius glosæ &cet. Confirmatio illius rationis erat ista: quia si in diuinis poneretur notitia genita frustra poneretur: quia notitia ponitur ad hoc, vt intellectus perficiatur tali notitia, vel vt suppositum habens intellectum perficiatur illa notitia: & in nobis intellectus noster uerè perficitur notitia genita: quia realiter distinguitur ab illa, & est in potentia receptiua ad illam: sed si notitia genita poneretur in diuinis, intellectus diuinus, uel suppositum habens huiusmodi intellectum non posset perfici ab illa; quia tunc esset in potētia receptiua ad illā: quia esset realiter distincta à tali supposito: sed suo modo in-

Nota, quod noti tia genita quae est summum bonum, & si non ponitur perficere intellectum non tamen dicitur frustra.

tellectus diuinus, vel suppositum habens intellectum dicitur perfectus per notitiam ingenitam, eandem sibi realiter: & sic patet, quòd talis notitia genita frustra poneretur in diuinis.

¶Ad hanc, ergo instantiam, siuè ad confirmationem respondet Docto. ibi. Ad confirmationem illius glosæ. Et responsio est, quòd in omni genere principij non includentis imperfectionem principij est status ad aliquod simpliciter perfectum. Et dicit non includentis imperfectionem: quia aliqua includunt imperfectionem, scilicet illa quæ agunt dependenter: & similiter illa, quæ perficiuntur actionibus suis: & hoc, vel in se formaliter, vt intellectus noster, & aliæ potentiæ cognitiuæ, & appetitiuæ in rebus: vel in suo simili: vt homo producit hominem, vt conseruetur species humana saltem in suo simili: vel si tale principium est pars vniuersi: tunc producendo aliquam speciem in uniuerso, per quam ipsum uniuersum fit perfectius perficitur, cum sit pars vniuersi: quia quanto totum est perfectius, tanto partes sunt perfectiores: omnia ista agentia includunt imperfectionem. Aduerte etiam, quòd hæc propositio fortè potest intelligi ex parte producti scilicet quòd in omni ordine principiandi non includentis imperfectionem, nec ex parte principij: nec ex parte principiati est status ad vnum simpliciter perfectum scilicet tam principium quàm principiatum. In proposito tamen magis videtur regula applicari primo modo. Et dicit, quòd tale principium simpliciter perfectum agit ex plenitudine perfectionis, idest quòd est tantæ perfectionis: quòd suam perfectionem alij communicat quantum potest. Et dicitur agens ex liberalitate secundùm Auicen. 6. metaphy. cap. vltimo, & sic pater in diuinis producendo filium erit summè liberalis, accipiendo liberalitatem pro hoc solo, quod communicat suam perfectionem, quantum potest filio: nihil ex tali communicatione expectando: non quòd communicet ex liberalitate, quæ est actus voluntatis: quia producit filium per modum naturæ, & non per modum uoluntatis: ut infra patebit: nisi dicatur, quòd pater bene producit filium uolens: non, quòd uoluntas sit principium formale productiuum filij: ut patet infra distinctione 6. In proposito tamen accipitur liberalitas summa pro communicatione, qua aliquid communicatur alteri: non expectando ex tali communicatione, quo perficiatur, siuè modo illa communicatio sit per modum naturæ, qualis est generatio filij, siuè per modum uoluntatis, qualis est spiratio Spiritus Sancti. Tunc ultra ad propositum: sed intellectus, & uoluntas sunt principia non includentia imperfectionem: & hoc loquendo de intellectu, & uoluntate transcendenter: quia ut sic nullam includunt imperfectionem: quia si sic: tunc intellectus diuinus esset imperfectus: & non loquendo de intellectu limitato: qualis est omnis intellectus creatus. Si ergo intellectus, vnde intellectus est agens, non includens imperfectionem. ergo in rerum natura erit in existentia reali, aliquis intellectus perfectissimè actiuus; & talis erit, qui erit productiuus alicuius per se stantis, cui communicabit seipsum perfectissimè; & tale productum erit notitia genita non perficiens intellectum: sed per se stans. Hoc idem dico de uoluntate. Nota etiam cum dicit esse standum ad aliquod simpliciter primum perfectum: non debet intelligi, quòd stetur præcisè ad actum simpliciter perfectum: quia sunt duo principia simpliciter perfecta & prima scilicet uoluntas diuina, & intellectus: sed debet intelligi in eodem ordine: putà in ordine agentium per modum naturæ, status est ad unum simpliciter primum perfectum: & tale est intellectus diuinus: & similiter in ordine agentium per modum uoluntatis, status est ad primam uoluntatem simpliciter perfectam: uel sic in ordine agentium per modum libertatis, status erit ad unum simpliciter primum perfectum. Et sic patet ista ratio Doctoris.

Nota hanc declarationem.

Homo producit hominem, ut conseruetur species humana, saltem in suo simili.

Principium simpliciter perfectum agit ex plenitudine perfectionis, & ex liberalitate pater producit filium natura, ut principio, uoluntate ut concomitante, et producit spiritum sanctum uoluntate, ut principio, & natura ut concomitante ut de D. Bona. 6. dist. 1. q. 2. Standum est ad aliquod simpliciter primum verum est in eodem ordine agentium per modum naturæ, ut intellectus diuinus. Duo sunt principia simpliciter perfecta voluntas scilicet diuina, et intellectus diuinus.

¶Ibi. Cum autem arguitur post de impossibilitate. Nunc Docto. respondet ad secundam partem illius confirmationis. Prima pars erat, quòd talis notitia genita poneretur frustra, quæ soluta est. Secunda pars, quòd erat impossibile ponere talem notitiam genitam, quæ impossibilitas duplici ratione probatur ibi. prima stat in hoc, quòd ex quo intellectus diuinus habet notitiam essentiæ diuinæ, quasi productam: & talis notitia in ratione, quasi producti adæquatur intellectui diuino, ut principio, quasi productiuo: si sic. ergo non potest habere ulteriorem notitiam genitam essentiæ diuinæ: quia illa alia esset sibi adæquata in ratione producti: quod videtur impossibile. Secunda ratio impossibilitatis erat. Ibi. Secundò probatur: quia intellectus est potentia actiua non factiua & cet. & per consequens non potest producere huiusmodi notitiam: quia tunc esset receptiuus eiusdem; & sic esset in potentia receptiua: quod est impossibile: quia hoc esset imperfectionis.

Intellectus est potentia actiua non factiua.

¶Ad istas duas rationes respondet Docto. Ad primam ibi. Cum autem arguitur post de impossibilitate duco ad oppositum. Et ratio stat in hoc supponendo vnum, quod sicut impossibile est idem principium, quasi productiuum notitiæ genitæ habere duo, quasi producta sibi adæquata, siue duas notitias, quasi productas, respectu eiusdem obiecti sibi simpliciter adæquatas: sic est impossibile idem principium vere productiuum habere duo verè producta: puta duas notitias verè productas simpliciter sibi adæquatas, respectu eiusdem obiecti. Sed non est impossibile, quòd si habet vnam quasi productam sibi adæquatam: quòd non possit habere aliam verè productam sibi adæquatam: & ideo argumentum est ad oppositum: quia stante prima quasi producta: adhùc est principium verè productiuum alicuius notitiæ verè productæ,

Impossibile est idem principium duas habere notitias quasi productas respectu eiusdem obiecti simpliciter sibi adæquatas, sed non est impossibile, quod habens unam quasi productam sibi adæquatam, & non possit habere aliam verè productam sibi adæquatam.

¶Ad secundam rationem respondet. Ibi. Cum arguitur vlterius de actiuo, & factiuo. Et nota hanc responsionem: dicit enim Docto. quòd potentiæ verè productiuæ accidit, quòd dicatur actiua: vel quòd dicatur factiua: quia hoc non est ex ratione formali potentiæ productiuæ: sed accidit sibi ex aliquo posteriori: quia si effectus productus natus sit tantum recipi in ipso producente, dicitur potentia productiua actiua. Si verò effectus productus tantum sit natus recipi in materia extrinseca, dicitur potentia factiua. Nam potentia productiua habet tantum productum pro termino, & tantum respicit illum: quo modo productum recipiatur in ipso producente: vel in materia extrinseca: hoc non est ex ratione formali producti, vt producti: vel producentis, vt producentis:

Nota, quod principium productiuum duplex est. Quoddam ipsum, & limitatum, et omne tale est actiuum, uel factiuum, & tale presupponit aliquid in quo agat. Aliud est principium productiuum simpliciter perfectum non presupponens aliquid, in quo agat, & tale non est actiuum, nec factiuum, ut intellectus & uoluntas diuina.

sed

sed ex ratione accidentali. Et vide Doctorem in quæstione. 13. quolibetorum. vbi diffusè declarat differentiam potentiæ actiuæ & factiuæ. Si verò potentia productiua habeat productum in se subsistens: ita quòd in nullo recipiatur: tunc talis potentia tantum dicitur productiua: & sic est in proposito: quia memoria fœcunda in diuinis est tantum productiua notitiæ genitæ: quia talis notitia genita non est nata recipi in aliquo, tanquam in subiecto: sed erit in se verè subsistens: & sic patet ista responsio, quam benè nota. Stat ergo ratio prima Doctoris in robore suo: & rationes positæ contra fuerunt pro maiori declaratione minoris primæ rationis.

Notitia genita est non recepta in se subsistens.

SECVNDA RATIO principalis, qua Docto. probat productionem in esse in diuinis est ibi. Secundo principaliter ad conclusionem principalem &c.

Quot modis accipitur intelligentia. Nota, quod intelligentia capitur hoc in loco pro actuali notitia. s. in se subsistente, & per se stante, ut filius sit uerbum diuinum.

¶ Et pro intelligentia huius rationis, quæ est satis difficilis aliqua sunt notanda. Primo declarabo terminos: postea declarabitur ratio de verbo ad verbum. Dico ergo, quòd intelligentia aliquando accipitur pro portione superiori intellectus: quæ tantum respicit æterna: & sic Angeli dicuntur intelligentiæ, vt vnit æternis per actum intelligendi. Aliquando accipitur pro intellectu informato cognitione obiecti. Aliquando pro cognitione sola producta. Et hoc dupliciter scilicet vel pro notitia, siuè cognitione producta non in se subsistente: sed tantum habente in esse in intellectu producente, & realiter perficiente ipsum: cuiusmodi est in nobis: vel pro notitia in se subsistente & per se stante: & talis intelligentia accipitur in proposito: quæ nihil aliud est, nisi filius, siuè verbum diuinum.

Memoria duplex, s. in intellectu, & creata, & nil aliud est nisi quoddã aggregatũ ex intellectu nostro, & obiecto intelligibili. Memoria diuina nil aliud est, nisi quoddã aggregatum ex intellectu, & essentia diuina, ut obiecto cognito, & hoc est perfecta, completa, & infinita quia sem per intelligit diuinus intellectus ...

¶ Secundò est notandum: quòd memoria aliquando accipitur pro potentia memoratiua, quæ est intellectus: vt patet à Docto. in quarto distinctio. 45. & hoc modo non accipitur hic. Aliquando accipitur pro principio productiuo notitiæ actualis: & sic memoria includit tantum intellectum, & obiectum perfectæ præsens, vt duo principia partialia respectu notitiæ genitæ: & in simul sunt vnum totale: & tale propriè dicitur memoria.

¶ Tertiò est notandum: quòd differentia est inter principium productiuum quod: & principium productiuum quo: & hoc loquendo in diuinis ad intra. Nam principium productiuum quod: semper distinguitur realiter à producto: vt patet in diuinis, qui est principium quod, distinguitur realiter à filio. principium verò quo (quod est ipsa memoria) tantum distinguitur, vel ratione, vel ex natura rei à filio: & idem principium quo, vt in patre est ratio communicandi se filio. Eadem ergo memoria, vt in patre dicitur principium communicatiuum sui: & vt in filio dicitur communicatum: & in diuinis inter communicans, & communicatum tantum est distinctio rationis.

Nota. Differentia est inter principium productiuũ, & et princi pium productiuum quo, quod sem per realiter distinguitur a producto, a patre, à filio secundũ ...

¶ Quarto est notandum: quòd in nobis obiectum aliquando tantum habet esse in intellectu & in notitia eiusdem obiecti secundùm quid: quia quando est præsens intellectui tantum per speciem intelligibilem: tunc est præsens tantum secundùm quid, & similiter quando intelligitur vt sic præsens habet esse secundùm quid in tali cognitione abstractiua. & vltra hoc semper est differens, vel ab vtroque: quando obiectum non est ipsemet intellectus: vel saltem à notitia: quia semper distinguitur realiter ab obiecto. Si verò obiectum sit in se præsens tam intellectui, quàm notitiæ productæ: habebit esse simpliciter ibi: cum non sit ibi secundùm similitudinem tantum: sed secundùm propriam existentiam: tamen habet esse differens realiter, vel ab vtroque quando scilicet ipse intellectus non est obiectum sui, vel saltem à notitia intuitiua, quæ semper distinguitur: realiter: in Deo autem essentia diuina: & est perfectissimè præsens intellectui paterno, & perfectissimè existens in intelligentia, idest in uerbo diuino: & non realiter differens: nec ab intellectu paterno: nec ab intelligentia, scilicet à filio, siuè verbo: immò, ut in uerbo dat esse simpliciter illi. Dicit ergo sic. Obiectum, ut in memoria, idest, ut pars memoriæ (quæ ut dixi consistit ex intellectu & obiecto præsente) producit seipsum, ut est in intelligentia, idest quòd communicat seipsum, ut est in intelligentia, idest ut est in uerbo habet esse proprie communicatum: & in patre est ratio communicandi se: & hoc est quod dicit: uel est ratio producendi seipsum, ut est in intelligentia referendo scilicet quòd ut est in patre est ratio communicandi: & ut in filio habet esse communicatum. Sequitur. Quia autem obiectum &cet. Clarum est ex dictis, quòd si memoria esset perfecta (quæ tunc est quando scilicet obiectum, & intellectus sunt simpliciter idem, & obiectum perfectissimè præsens intellectui) & intelligentia perfecta, idest notitia genita: siuè uerbum, siue filius: quæ notitia tunc est perfecta, quando obiectum est simpliciter idem cum tali notitia genita. Ergo ablata omni imperfectione &cet. obiectum simpliciter idem memoriæ gignet, idest quòd intellectus, & obiectum, ut sunt simpliciter idem constituentia perfectissimam memoriam gignet, idest communicabit, ut partiale communicatiuum aliquid, idest seipsum in intelligentia, idest in filio, siuè uerbo: cum filio, siuè intelligentiæ est simpliciter idem. Et sic habeo propositum, quòd est ibi productio. quia essentia diuina non posset communicari filio, nisi per productionem filij sicut nec natura humana potest communicari: puta Francisc. nisi producendo suppositum, cum communicetur: & sic patet euidentia argumenti.

verò distinguitur a filio, vel ex natura rei. Principium quo & memoria secundũ aliquam sententiam verò principium quo, principalius concurrens ad productionem uerbi.

Declaratio rationis. Argumentũ probans productionem esse in diuinis. Quicquid est uno sua habet naturam quidquid perfectissime sibi communicat sicut illud quod ... Maior, & in intellectu diuino bene obiecto sibi ... ergo ... in Deo sit intellectus bene obiectũ sibi ... notitiã genitã ... non differt à posse ergo sic ... est filius ergo productio ...

TERTIA RATIO principalis est ibi. Præterea. 3. sic in qualibet conditione entis &cet. Pro intelligentia huius litteræ præmitto aliqua. Primo, quòd conditiones entis, de quibus Doctor nunc intendit sunt communiter passiones disiunctæ ipsius entis: quarum, quædam includunt perfectionem sine imperfectione aliqua: quædam verò necessariò includunt imperfectionem. Exemplum primi. Causatiuum, productiuum independens, infinitum intensiuè, & huiusmodi: patet, quòd ista non includunt necessariò aliquam imperfectionem. alias non essent formaliter, & perfectissimè in primo ente. Exemplum secundi. Causabile, dependens, finitum positiuè, necessariò includunt imperfectionem: ideò istæ non possunt formaliter esse in primo ente. Secundò præmitto quod dicit Doc. quòd quando ens diuiditur per opposita: alterum diuidentium est perfectionis in ente, alterum imperfectionis. Hoc dictum non debet absolutè intelligi: quia non uerificatur in multis diuidentibus ens per opposita: patet quia productiuum dicit perfectionem simpliciter & tamen productibile non necessariò includit im-

Duplices sunt passiones entis. Quædã simplices, ut unũ, bonum. Quædã disiunctæ, ut ista sũt duppliciter. Quædã inclũdunt perfectionem sine imp. ... Quædã necessariò inclũdunt imperfectionem. Notabilis passus.

Argumentatio probans in diuidentibus ens q̃ ad sufficientiã. In qualibet conditione entis, q̃ non est ex se imperfecta, necessitas simpliciter ẽ perfectionis: ergo in principio productiuo necessitas est simpliciter perfectionis ergo nullum principium simpliciter perfectum, nisi sit necessarium sed tale nõ potest esse necessariũ ad extra, ergo ad intra igitur producit. Primum dubium.

perfectionem: patet de filio Dei, qui est uerè producibilis. Aliqui ergo exponentes Doc in isto passu dicunt, quòd hoc non debet intelligi de diuidentibus ens per oppositum contrariè, contradictoriè, & priuatiuè: quia tunc communiter vnum diuidentium est perfectionis simpliciter, aliud uerò imperfectionis.

¶Deinde addit Doc. quòd in qualibet conditione entis, quæ non est ex ratione sua imperfecta, necessitas est simpliciter perfectionis: igitur in productiuo: quia illud non dicit ex se imperfectionem: & patet, quia sicut necessarium est conditio perfectionis in ente, inquantum ens: ita etiam est perfectionis in quolibet diuidente ens: quod non est ex se necessariò imperfectum, siuè limitatum. Sicut enim quando ens diuiditur per opposita, alterum diuidentium est perfectionis in ente: alterum imperfectionis: ita in quolibet, quod est imperfectionis cuiuslibet diuisionis illud membrum est possibile, quod est perfectionis est necessarium. Producens autem, inquantum tale, non includit imperfectionem, ergo producens non est perfectum, in ratione producentis, nisi sit necessariò producens. Producens autem primum non potest esse necessariò producens aliud à se ad extra. ergo ad intra. quod est propositum.

IN ISTA LITTERA sunt multa dubia. Primo in hoc, quod dicit, quòd in diuidentibus ens immediatè communiter vnum membrum est perfectionis, & reliquum imperfectionis.

Nota, quod diuisio entis per quantũ, et nõ q̃tũ est prima diuisio theologica, per finitum uerò, et infinitũ diuisio physica. Item aliud. Responsio. Responsio ad aliud. A petore potest considerari primo, uel suppositum substãtiæ limitatæ & sic repugnat sibi perfectio simpliciter. secundo ut suppositum entis q̃ti. & hoc modo sibi nõ repugnat perfectio simpliciter.

¶ Contra. primò quia ens prima sui diuisione diuiditur per quantum, & non quantum: vt patet à Doc. in quòlibetis. q. 5. & tamen ens non quantum nullam imperfectionem dicit: ut patet de relationibus diuinis secundùm ipsum.

¶ Secundò si ens quantum ex se nullam includit imperfectionem: sed tantum perfectionem, ergo quodlibet ens quãtum erit perfectionis simpliciter: & sic lapis erit perfectionis simpliciter. ¶Respõdeo ad primum, quòd Doc. tantum loquitur de diuidẽtibus ens quantum ut patet. ¶Dico ad secundum: quòd lapis potest considerari dupliciter. Primo, vt suppositum substantiæ limitatæ, & sic repugnat sibi perfectio simpliciter. Secundò, ut suppositum entis quanti, & sic nõ repugnat sibi perfectio simpliciter: quia nec enti quanto: hoc patet à Doc. præsenti dist. parte secunda. q. 1. & dist. 8. & in quol. q. 5.

Secundum dubium. Item aliud. Responsio. Filius Dei dupliciter considerari potest, ut est suppositum producibilis & hoc modo sibi nõ repugnat aliqua imperfectio secundo modo ut est suppositũ in natura diuina, & hoc modo nullã includit imperfectionẽ. Ad aliud. Dubitatio.

¶Secundò dubitatur circa eandem cõclusionem, quia productiuum, & productibile diuidunt immediatè ens quantum, & tamen productibile non necessariò includit imperfectionem, patet de filio Dei Secundò causatiuum uniuocè, & causabile uniuocè diuidunt ens transcendenter: & tamen causabile vniuocè est tantæ perfectionis, quantæ causatiuum, cũ sint eiusdem naturæ.

¶ Respondeo ad primum, quòd producibile, vt productibile includit imperfectionem, cum semper includat possibilitatem. Et cum dicis de filio Dei, dico, quòd vt est suppositum producibilis non repugnat sibi aliqua imperfectio: vt verò est suppositum in natura diuina nullam includit imperfectionem. Accidit enim producibili, vt producibile: quòd sit suppositum in natura diuina: sicut etiam homini, inquantum super positum substantiæ genericæ non repugnat esse insensibilem: ut suppositum tamen naturæ intellectualis repugnat sibi. Dico secundo, quòd productiuum, aut comparatur ad producibile alterius naturæ, aut ad producibile eiusdem naturæ singularis. Secundò modo producibile est eiusdem perfectionis: nec hoc modo sunt propriè diuidentia ens quantum. primo modo necessariò includit imperfectionem. Ad aliud dico, quòd causabile posito, quòd sit eiusdem naturæ specificæ cum causatiuo, semper includit imperfectionem: quia possibilitatem, & potẽtialitatem, & dependentiam.

¶ Secundò principaliter dubitatur circa aliud dictum Doc. uidelicet quando dicit supra in prædicta litera, quòd in qualibet conditione entis: quæ non est ex ratione sua imperfecta, necessitas est simpliciter perfectionis. Ista littera potest habere duplicem sensum, primum quòd illud, quod non includit imperfectionem aliquam sit formaliter necessarium in se. Secundum, quòd illud, quod nullam imperfectionem includit in ratione superaddita entitati perfectæ: sicut esse productiuum causatiuum, quæ nullam imperfectionem includunt: ita quòd productiuum includit necessitatem producendi &c.

Dubium.

¶ Contra primum sensum occurrit dubium: quia relatio in diuinis nullam includit imperfectionem: & tamen non est formaliter necesse esse: sed tantum identicè ex hoc, quòd identificatur cum essentia diuina: ut patebit infra à Doct. præsenti. dist.

Responsio.

¶Dico, quòd dictum Doc. debet intelligi, quòd illud includat perfectionem non includendo necessariò imperfectionem: modo relatio diuina, & si nullam includat imperfectionem formaliter, tamen non includit aliquam perfectionem formaliter.

Alf. Tol.

¶ Contra secundum sensum arguit Alfon. Tol. in primo distinc. 2. & dicit, quod ista positio est nimis periculosa: quia tunc sequeretur, quòd cum Deus sit perfectissimum productiuum, necessariò produceret creaturam: quod est inconueniens.

Solutio instantiæ Alf. contra Sco. Nota, quòd rõ Alfonsi contra Scotum nihil ualet: ex quo esse productiuũ dicit perfectionem sine imperfectione aliqua. includit necessitatem producendi, ergo includit talẽ necessitatem producendi respectu cuiuscunque producibilis nõ ualet, immo committit fallaciam figuræ dictionis commutando quid in quale, ad est simpliciter necessarium incontingens.

¶ Dico breuiter, quòd dictum Doct. debet sanè intelligi: & uerum est, quòd ex quo esse productiuum dicit perfectionem, sine imperfectione aliqua includit necessitatem producendi: sed non sequitur modo. includit necessitatem producendi. ergo includit respectu cuiuscunque producibilis. Sufficit enim, quòd perfectissimum productiuum includat necessitatem producendi, saltem respectu alicuius producibilis: sicut etiam dicimus, quòd perfectissima uoluntas de necessitate includit actum amoris, sed non circa quodcunque amabile, sed tantum circa summum amabile: vt probat Sco. infra distinc. 10. & in quolib. quæst. 16. Dico secundo, quòd productiuum, quod ex se nullam includit imperfectionem, dicit necessitatem producendi. Hoc uerum est, ut comparatur ad productionem: quæ nullam imperfectionem includit tam ex parte principij productiui, quàm ex parte producti. cum ergo in entibus reperiatur summum productiuum, ergo & summa productio, sed non potest esse summa productio, nisi terminetur ad summum producibile. cum productio capiat denominationem à producto. Et sic tale productiuum includit necessitatem producendi: & sic debet Doc. intelligi. Vt uero productiuum comparatur ad productionem necessariò includentem imperfectionẽ ex parte producti, patet, quòd non includit necessitatẽ producẽdi, & sic ut productio diuina cõparatur ad creaturam, necessariò includit imperfectionem ex parte creaturæ. & ideo Doc. optimè se limitat in littera, quando dicit, quòd non est producens perfectum in ratione producentis, nisi sit necessariò producens: producens autem primum non potest esse necessario producens aliud à se: ex hoc dicit: quia talis productio necessariò includeret imperfectionẽ: vt verò comparatur ad intra nullam imperfectionẽ includit. Si dicatur, quòd prima causa secundũ philosophos necessariò producit aliud à se: & tamen talis productio non erit perfectissima: immo includit imperfectionem cum terminetur ad productum limitatum

Obiectio.

Responsio. Nota, quod relationes sunt implicatio d. sententia.

mitatum,& dependens. Dico secundum Doct. 7.d. 8.q.vltima.& secundo. d. 1. q. 3. quòd est implicatio contradictionis, primam causam producere, aliud de necessitate naturæ.

Quædam sunt relationes incompossibiles in eodem supposito, & in eadem natura, vt causa, & causatum. Quædam sunt incompossibiles in eodem supposito, sed non in eadem natura, vt relationes producentis, & producti, vt in diuinis patet, & filiatio distinguuntur realiter non autem essentialiter. Quædam sunt compossibiles in eadem natura, & in eodem supposito, vt relationes mouentis, & mobilis.

QVARTA RATIO PRINCIPALIS Doct.est ibi. Præterea relationes oppositæ de secundo modo.¶Pro intelligentia litteræ nota, quòd eadem natura creata potest fundare in se aliquas relationes secundi modi, quæ ponuntur.5.metaphysicæ.c.de ad aliquid: vt sunt omnes relationes, quæ non requirunt naturam esse communicatiuam in se, & communicatam: siuè quæ non requirunt naturam esse rationem formalem communicandi se alicui supposito. & eandem esse terminum formalem productionis suppositi: quod idem est, quòd eandem naturam esse actu communicatam: sed tantum istæ relationes respiciunt aliquid aliud à natura, vt productum ab illa, & receptum in illa: sicut sunt multæ relationes mouentis,& mobilis: quæ possunt fundari in eodem simpliciter, sed respectu tertij: sic intelligendo, quod idem non potest mouere se absolutè: sed sic intelligendo, quod idem, vt comparatur ad effectum, quem producit, & ad quem est in potẽtia receptiua: & sic idem potest esse fundamentum relationis mouentis,& mobilis. Nam vt producit effectum in seipsum: tunc habet relationem mouentis: vt verò recipit illum, habet relationem mobilis. & sic duæ relationes verè reales secundi modi possunt fundari in eadem natura. Si dicatur, quod relationes reales oppositæ sunt inter extrema realia realiter distincta: sed idem realiter non potest distingui à seipso. ergo &c. Dico quòd hęc materia requirit prolixiorem tractatum: ideo differatur vsque ad distinctionem. 26. huius primi. vbi Docto. aliqualiter pertractat hanc difficultatem,& aliqualiter exposui super. 15.distinctionẽ secundi. Sed pro nunc sufficiat, quòd duæ relationes oppositæ secundi modi possunt fundari in eadem natura, vt relationes mouentis, & mobilis: non tamen relationes producentis, & producti possunt fundari in eadem natura creata: quia eandem naturam posse fundare huiusmodi relationes est ipsam per productionem esse sui communicatiuam: siue rationem formalem communicandi, se, alicui supposito: & similiter per productionem esse acto communicatam. Nam inquantum fundat relationem producentis, est esse communicatiuã: siuè rationem formalem communicandi se: & inquantum fundat relationem producti est ipsam esse communicatam producto: & tunc de necessitate erit in duobus suppositis: quia, vt communicatiua sui, erit in supposito producente: & vt communicata, erit in supposito producto: modo vna natura numero in creaturis nõ potest esse in duobus suppositis: & hoc propter imperfectionem, & limitationem talis naturæ. ¶His declaratis infert. Doct. intentum principale. videlicet quod eadem natura diuina potest immediatè fundare relationes producentis, & producti. & est quodammodo argumentum à fortiori. Nam si natura creata eadem potest fundare duas relationes oppositas secundi modi: licet cum imperfectione naturæ: quia imperfectionis est fundare relationem mouentis,& mobilis: quia vt fundat relationem mobilis includit potentialitatẽ receptiuã alicuius formæ, quod formaliter dicitur mobilis. cum ergo relationes producentis,& producti, quæ pertinent ad eundem modum relatiuorũ non includant ex se aliquam imperfectionem in fundamento: sequitur a fortiori, quòd natura diuina, quæ est perfectissima, poterit immediatè fundare relationes producentis,& producti: & si sic. sequitur, quòd productio erit in diuinis. ¶Ibi. Confirmatur ratio. Hæc est bona confirmatio,& stat in hoc. infinitas diuinæ essentiæ: siuè illimitatio eiusdem incomparabiliter plus excedit quamcunque aliam illimitationẽ, quam repugnantia quarumcunque relationum secundi modi excedat repugnantiam quarumcunque aliarum eiusdem modi. Vt hoc intelligatur pono dictum Docto. in 25. distinctio. 2. & alibi. quòd aliquæ relationes non sunt repugnantes, neque in eadem natura: neque in eodem supposito, vt relationes mouentis,& moti: quia idem suppositum numero potest mouere se: vt probat Docto. in isto primo. d.3.q.7.& in 2.d.2.q.10. Aliæ sunt relationes quæ nõ repugnant in eadem natura: sed bene in eodem supposito: vt relationes producentis, & producti, quæ possunt immediatè fundari in natura diuina: sed non in eodem supposito: quia relatio producentis fundatur in producente: & relatio producti in producto. Aliæ sunt relationes eiusdem modi repugnantes in eodem supposito,& in eadem natura numero: vt relationes causantis, & causati: & hoc, quia causa semper producit aliud in natura: suppositum.n.cãtũ, dicit simpliciter aliam naturam, saltem numero distinctam à natura suppositi causantis: omnes istæ relationes pertinent ad secundum modum: repugnãtia, ergo relationum causantis,& causati est maior repugnantia, quàm repugnantia relationum producẽtis & producti: & mouentis, & mobilis: patet quia relationes causantis, & causati repugnant in eodem supposito & in eadem natura: relationes verò producentis,& producti repugnant tantum in eodem supposito,& non in eadem natura: & relationes mouentis,& mobilis: adhuc minus repugnant: quia non repugnant, nec in eadem nature: nec in eodem supposito. Dicit ergo Doc. quod illimitatio essentiæ diuinæ plus excedit omnem aliam illimitationem, (cum in infinitum excedat. Nam inter finitum,& infinitum est distantia simpliciter infinita: vt patuit supra à Doc.q.1. præsentis. d.) quàm repugnantia relationum secundi modi excedat repugnantiam aliarum relationum eiusdem modi. hoc patet. Si ergo natura creata: quia aliqualiter illimitata, potest fundare relationes oppositas secundi modi, ut relationes mouentis,& mobilis: quanto magis natura diuina, quæ est in infinitum illimitatior omni illimitatione creata, poterit fundare relationes producentis,& producti: quæ (vt dixi) ex sua ratione formali nõ repugnat simul esse in eadem natura: licet repugnet simul esse in eodem supposito: & hoc est, quod Doct. intẽdit. ¶Ibi. Confirmatur etiam ratio: quia omnia relatiua opposita æqualiter includunt contradictionem: scilicet aliquam secundi modi non includunt contradictionem: igitur nec alia.

Dubium. Responsio. Essentia diuina dupliciter consideratur. Vno modo vt est sui communicatiua, & hoc modo est in supposito producente, & alio modo, vt est communicata est in supposito producto, scilicet filio.

Arg. a minori ad maius, scilicet relationes affirmatiuis natura creata eadem potest fundare duas relationes oppositas secundi modi licet cum imperfectione, ergo & natura diuina quæ est perfectissima poterit immediatè fundare relationes producentis, & producti.

Fundare relationem mouentis & mobilis quodam dicit imperfectionem.

Repugnãtia relationum causantis, & causati est maior repugnãtia, quam repugnantia relationum producentis, & producti, & mouentis, & mobilis; ratio quia relationes causantis, & causati repugnant in eodem supposito & in eadem natura, relationes verò producentis, & producti repugnant tantum in eodem supposito.

Omnes relationes secundi modi æqualiter contradicunt; ergo sicut impossibile est, quod idem sub eadem ratione, & respectu eiusdem sit causa, & causatum, efficiens & effectum, sic impossibile est, quod idem sub eadem ratione, & respectu eiusdem sit mouens, & mobile.

Relationes producentis, & producti non contradicunt in eadem natura, sed bene in eodem supposito.

HIC QVIDAM sic exponunt: quòd relationes secundi modi æqualiter contradicunt: sed non ęquè distant. dicentes, quòd inter contradictoria est maior, & minor distantia. Sed quicquid sit de ista distantia parum curo. Dico tamen, quòd dictũ Doc. sic debet intelligi: quòd omnes relationes secũdi modi æqualiter contradicunt: patet de omnibus: quia sicut impossibile est, quòd idem sub eadem ratione,& respectu eiusdem sit causa,& causatum, & efficiens & effectum: sic est impossibile, quòd idem sub eadem ratione, respectu eiusdem sit mouens & mobile: licet enim idem realiter possit esse mouens, & mobile: non tamen idem sub eadem ratione,& respectu eiusdem: patet quia voluntas, vt est mouens, accipitur, vt est in actu virtuali: vt verò est mota, accipitur: vt est in potẽtia formali: siuè receptiua effectus producti: sed est impossibile, quòd eadem, vt in actu virtuali sit mouens, & mota. ¶Et quod dicit Doc. Sed aliquæ relationes secundi modi non includunt cõtradictionem. Hoc nõ debet referri ad eundem modum contradictionis, quem posuit: quia æqualiter omnes repugnãt: sed magis debet referri

ad

ad fundamentum absolutum: videlicet quòd aliquę relationes, quę includunt cōtradictionem: respectu vnius, & eiusdē, & sub eadē rōne considerata: nō tñ includunt cōtradictionē, quin possint fundari in eadē natura numero, vt relationes mouentis, & mobilis non cōtradicunt in eadē natura. ergo nec relationes producentis, & producti contradicunt in eadē natura: licet in eodē supposito. aliq̄ tñ magis repugnāt & minus repugnāt, vt dixi. sup. & sic patēt rōes Doc. q̄ sūt valde sing. ¶Ibi. Arguit aliter q̄dā Doc. sic. &c.

Hen. quol. 6. q. 1. S. Bona h. 1. d. 3. q. 2.

Hic Doc. introducit aliquas rōnes aliorum, quibus probāt productionē esse in diuinis. Prima tñ est ista. Prima psona cōstituit p relationē ad s̄cdam. & iō cla ra est similiter rōnes sequentes. Sed, quia istę rationes non videntur multum efficaces nec fideli nec infideli: ideo Doc. soluit illas. ibi. Istę rationes non declarant propositum per manifestius. Et patet, quia infideli esset minus notum aliquod per se subsistens constitui in esse tali per relationem, quā productionem esse in diuinis: patet quia philosophi dicerent esse simpliciter impossibile: & magis impossibile aliquod suppositum esse per se ens: siuè per se subsistēs per aliquam relationem, quam quòd natura diuina p productionē sit cōicata alicui supposito. Nam sola s̄ba singularis est per se subsistens, vt ē: præscindit ab ōi accidente. Et hic quidā volunt dicere, q̄ Doc. intendebat per rationes prius factas ostensiuè demōstrare philosophis trinitatem personarum: sed vt dixi. sup. in prin. q. tñ intendebat adducere fortiores persuasiones, si quæ essent: & ita rationes Doct. magis persuaderent infideli productionem diuinam, q̄ rationes hic positę. ¶Ibi. Si etiam vult persuadere fideli. Certum est q̄ illa ratio procedit ex minus noto: est. n. magis notum productionem esse in diuinis cum sit simpliciter articulus fidei, quàm personam constitui per relationem. non. n. est articulus fidei, q̄ persona sit simpliciter constituta per relationem: & facilius sustineri potest, q̄ est constituta per absolutum, q̄ per relationem: vt diffusè patebit in isto primo. d. 26. Et an constituatur persona per relationem origīnis ad aliam personam: hæc materia plene tractatur à Doct. in primo. d. 28. & in quol. q. 4. tota litera sequens est in se clara vt patet intuenti.

Note, q̄ Scotus soluit rationes Henrici. & d. Bonauēturæ non tāquā falsas, sed quia nō videntur multū efficaces, nec fideli, nec infideli.

Ockam in 1. & 14. quoli. & alf. sol.

Necessariū in se potest dupliciter accipi.

TENENDO igit quatuor rōnes primas &c. Nunc Doct. respondet ad argumenta principalia. Pro responsione primi nota. q̄ necessarium in se potest capi dupliciter. primo quiditatiuè, & originatiuè, idest, quòd tale necessarium, est in se formaliter, & quiditatiuè necessarium, & etiam talis entitas sic necessaria à nullo originatur, nec producitur: & isto modo solus Deus, dicitur necessarios: quia talis entitas necessaria est simpliciter incausabilis ut supra patuit. q. j. huius. d. & hoc modo oīs persona diuina est sic necessaria originatiuè, accipiēdo originari pro cāri: non aūt pro produci: quia omnes personæ sunt simpliciter incābile.: patet quia sunt eiusdē naturæ: quæ est omnino incausabilis: filius tñ, & spiritussanctus sunt personæ productæ: non tamen cātæ: & sic sustinēdo opi. philosophorū, q̄ cęlū, & aliæ intelligentiæ sunt necesse esse: & tñ causatæ: haberēt dicere, q̄ talia formaliter, & quiditatiuè dicerent entitatem necessariam: & hoc modo essent ex se necesse esse: non tamen dicerentur ex se necesse causatiuè, cū talia sint verè causata: & sic sicut à primo effectiuo habent effectiuè entitatē, ita & necessitatem. In ꝓposito de filio Dei dicit Doct. q̄ est formaliter ex se necesse esse. i. q̄d filius Dei formaliter icludit entitatem verè necessariam: non tamen est ex se necesse esse originatiue, quia talem entitatem non habet à semetipso. sed habet à patre ipsum producente. Hoc idem dico de spiritusancto. ¶Et addit vnum Docto. quòd filius Dei est magis necesse esse,

Intelligētia secunda non est necessaria tantam necessitate quā tn̄ est filius diuinus secū dum theologos

Intelligētia secūda si est necessaria ē sic necessaria in natura à prima distincta, filius aūt habet eā in natura & ex consequenti eādē necessitatem cū patre.

quàm aliqua alia intelligētia causata: quia vltra hoc, quod sit necessariò productus: etiam formaliter includit eandem naturam, quam, & pater à quo producitur: intelligentia verò, & si sit necessario causata à primo effectiuo: tamen dicit aliam naturam specie distinctam a natura primi effectiui. Sed an sit possibile aliquid esse necessarium, & ab alio causatum habet videri infra in isto primo. d. 8. q. vlti. & in. 2. dist. 1. q. 3. & in quol. q 7. vbi Doc. probat quod est implicatio contradictionis aliq̄d esse necesse esse, & esse causatum. Sed difficultas est ex quo filius est ex se formaliter necesse esse. ergo constituentia filium sunt rationes necessariò essendi filium: & sic videtur, quod filiatio, quæ est vltima ratio constituendi filium, sit ex se necessarium: quod non videtur. Solutio huius difficultatis differatur vsque ad solutionem vltimi argumenti principalis ad primam. q. huius secundę partis ¶Ibi ad secundā probationē maioris. Nota in ista rātione. Duplex esse possibile. s. possibile logicum, & possibile reale. Primū nihil aliud est, nisi nō repugnātia terminorū: & sic dicimus Deū esse Deū est possibile: quāuis sit summè necesse esse. Secundū scilicet reale. dicit Doc. quod possibile reale est, quod accipitur ab aliqua potentia in re, sicut à potentia inhærente alicui: vel terminata ad illud sicut ad terminum. Et dicitur possibile reale accipi à potentia inhærente idest à potentia actiua transmutatiua: qua mediante dicitur aliquis posse transmutare aliud, essentialiter à se distinctum. Et aliquando possibile reale dicitur posse transmutari ab alio essentialiter distincto. Loquendo de possibilitate reali. primo modo filius nō dicitur possibilis, cum nō sit potentia actiua trāsmutatiua. Nec secundo modo dicitur possibilis, quia non recipit suum esse ab aliquo essentialiter distincto: sed tantum personaliter: videlicet à patre, qui simpliciter habet eandem essentiam cum filio: licet realiter, siuè personaliter distinguatur à patre. Et cōcedit Doc. quod filius est terminus productionis: siuè generationis: & hoc modo potest dici possibilis. ¶Sed in hoc videtur quod Doc. sibi contradicat: quia tunc videtur, quod non sit ex se formaliter necesse esse. Quia in cuius conceptu quiditatiuo non cadit esse illud formaliter, & quiditatiuè, non est necesse esse, sed si filius hoc modo sit possibilis: quia producibilis ab alio in suo conceptu quiditatiuo non includit esse. hoc patet in simili: quia sustinendo secundum opin. philosophorum: quòd secunda intelligentia sit necesse esse: & cum hoc causata: & per consequens possibilis. Dicit Doc. in. d. 8. q vl. arguendo sic pro Aui. si intelligentia secunda est ab alio. ergo in conceptu eius quiditatiuo non cadit esse. ergo est de se possibile esse, & non existens. hoc idem in. 2. d. 1. q. 2. & etiam patere potest in. d. 3. Dico, quod quando Doct. dicit pro Aui. quod intelligentia, quæ est ab alio non includit in suo conceptu quiditatiuo esse, siue existens. non sic debet intelligi, quod esse intelligentię non sit formaliter in illa: sed sic debet intelligi, quod tale esse, siuè existens non habetur ab illa semetipsa, sed q̄a est capax talis esse, vt habeat illud ab alio: sequitur, q̄ non sit quiditatiue illud. & sic Doc. intelligit. Pariformiter potest dici de filio: quia tamen intelligētia ex hoc, quod habet tale esse: licet ab alio communicatum. dicitur ex se necesse esse formaliter: sic dico de filio. ¶Ibi. Ad tertiam probationem. Respondet Doc. ad argumentum dando duplicem responsionē quarum una non nominatur expræssē: quando dicit quod producens est prius producto: transeat: quia concedo, quod saltem est prius origine. Et cum infertur. ergo producens in illo priori potest intelligi esse, producto non intellecto. Dico, quod si producens constituatur in esse per relationem ad productum (quod Doct. tenet: sustinendo, quod personæ constituantur

Duplex possibile logicum & reale.

Duplex possibile reale.

Potentia duplex est. Vna dr̄ actiua, q̄ est principiū trāsmutādi aliud inquātum aliud.

Quomodo filius Dei sit possibilis.

Apparens contradictio.

Altera est potentia passiua, q̄ est principium transmutandi ab alio inquantum ab alio.

Responsio.

Nota, quod qr̄. Scotus dicit pro Aui quod intelligētia, quæ est ab alio non includit in suo conceptu quiditatiuo esse, siuè existēs, dēt intelligi, q̄ tale esse, siuè existens non habetur ab illa, sed est à semetipsa, sed ab alio. sic dicēdum est de filio.

cōstituātur per relationes: vt patet in primo. d. a8. & in quol. q. 4.) tunc producens non potest intelligi, ꝑ ducto non intellecto. Alia responsio est ista: quæ patet in litera; videlicet, quòd si persona constituatur in esse per absolutum, quòd persona producens potest intelligi esse, producta non intellecta. Et cum infertur. si persona producens potest intelligi esse, persona producta non intellecta ergo persona producta potest intelligi non esse. Negatur consequentia: quia tunc in tali abstractione committitur mendacium: sicut hic: potest intelligi homo non intellecta risibilitate. ergo homo potest esse sine risibilitate? sic est in proposito. ¶Ibi. Ad quartam probationem. Dico, quòd illa persona &c. In ista litera debet accipi persona pro proprietate personę: quia nō dicimus propriè, quòd persona sit in essentia: sed, quòd proprietas personalis est in essētia. Et cum dicitur, quòd circunscripta productione. essentia diuina non habet productum: siuè proprietatem hypostaticam ipsius producti: dicit, quòd essentia diuina non includit formaliter, & quiditatiue proprietatem hypostaticā Et sustinendo, quòd proprietas hypostatica sit relatio. per textum Aug. probat, quod essentia diuina nō includit illam quiditatiuè; qui tex. sup. expositus est. dist. 1. q. a. huius primi. Si verò proprietas hypostatica sit quid absolutum. adhuc essentia diuina non includit illam quiditatiuè: quia talis proprietas ex sua ratione formali non dicit aliquam perfectionem quiditatiuè: & patebit à Doc. 26. dist. huius primi. Et infra dicit Doct. quòd non sequitur mutatio sic arguendo. Essentia diuina de se formaliter, & quiditatiuè non includit proprietatem: & illam per productionem habet, ergo mutatur. Non sequitur: quia ad hoc, vt aliquid mutetur: requiritur quòd prius fuerit sub opposito eius, ad quod dicitur mutari sicut dicimus quòd materia mutatur a priuatione unius formæ ad ipsam formam. i. quòd prius in aliquo instāti durationis fuerit sub priuatione: & post fiet sub forma. Nam si in eodem instanti, in quo priuatio nata esset inesse materiæ ab agente, forma produceretur in materia: tunc materia non diceretur mutari: quia in re priuatio non infuisset prius duratione: licet infuisset, nisi agēs extrinsecum peruenisset producendo formam in ipsa materia. Sed de huiusmodi mutatione: vide bonam glo. quam feci super distin. 3. tertij. & super distin. 39. primi Doct. in proposito nunquam fuit aliquod instans durationis in quo essentia diuina non habuerit proprietatem hypostaticam. ¶Ibi. Ad quintam probationem dico: quòd in generatione, in creaturis cōcurrunt duæ rationes scilicet, quòd ipsa est mutatio, & est productio: ut est mutatio, est forma subiecti mutati; vt est productio est termini producti, ut uia. ¶Nota pro sensu huius literæ. Nam in generatione in creaturis dicimus, ꝙ aliquid uerè transmutatur à priuatione alicuius formæ ad ipsam formam: patet quando ex ligno generatur ignis: tūc materia ligni, quæ erat priuata forma ignis uerè transmutatur, siue mutatur à priuatione illius formæ ad ipsum formam: & sic generatio ignis includit mutationem aliquam idest materiam mutari à priuatione ad formam: & quia materia uerè mutatur. sequitur, quòd ipsa est subiectū mutationis: & sic generatio sumpta pro mutatione est forma denominās ipsam materiam, siue subiectum generationis, & hoc est imperfectionis: quia si agens esset perfectissimum posset ignē generare, siue mutatione subiecti. Qn̄ uerò accipit generatio, ut est ꝑductio: tūc talis ꝑductio tm̄ respicit ꝑductū ꝑ termino: & nō includit aliquod sbm mutari. Et hoc mō gn̄atio, ut est ꝑductio transferre ad diuina. & sic patet in diuinis verè ꝑducit filium, non præsupponendo in tali productione aliquod subiectum, vel materiam prius mutari: putà à priuatione ad formam nihil enim ibi præsupponitur, nisi natura diuina: quæ in generatione filij nō est materia, nec quasi materia, nec potentia receptiua, nec quasi potentia receptiua: ut infra Doc. declarat. d. 5. q. 2. & d. 27. q. 1. ¶Ibi. Ad secundum principale. Doc. hic dicit, quòd quàmuis filius producatur à patre, nòn tamen depender à patre: quia dependentia sequitur entitatem, videlicet quiditatiuam idest ꝙ omne dependens, propriè loquendo, de dependentia, semper dicit aliam entitatem essentialem ab entitate illius, à quo dependet: & sic cum filius habeat eandem entitatem essentialem, quam pater habet scilicet naturam diuinam: ideo non dependet à patre. ¶Ibi. Ad vltimum dico. Licèt hęc litera sit clara. Nota tamen, quando dicit, ꝙ generatio est perfectior alijs mutationibus: vt enim generatio, & alię mutationes scilicet alteratio loci, mutatio, augmentatio, & huiusmodi comparantur ad terminum, à quo denominantur: generatio est perfectior: quia terminus est perfectior. Nam generatio ex quinto phy. terminatur ad substantiam: & similiter ex septimo Meta. terminatur ad compositum. Aliæ verò mutationes tantum terminantur ad aliquod accidens: vt augmentatio ad quantitatem, alteratio ad qualitatem, loci mutatio ad vbi: vt verò generatio, & aliæ mutationes comparantur ad subiectum, in quo sunt: generatio, vt est mutatio, non vt est productio est imperfectior: quia supponit subiectum magis in potentia: patet quia ipsa fundatur in materia quæ est in potentia ad formam substantialem: & vlterius ad alias formas. Aliæ verò mutationes sunt in subiecto in actu: puta in composito quod tantū est in potentia ad formas accidentales: & loquor semper de generatione, vt est mutatio. Et sic finis huius quæstionis.

Essentia diuina non includit quidditatiuè proprietatē hypostaticam. quia talis proprietas ex suo ratione formali non dicit aliquā perfectionē, quidditatiuè propriè mutari illud dr quod prius fuerit sub opposito eius, ad qd dicitur mutari si aut dicimus materiam mutari à priuatione unius formæ ad ipsam formā. Nunquam fuit aliquod instans distractionis, in quo essentia diuina non habuerit proprietatem hypostaticam in generatione in creaturis cōcurrunt duæ rationes, pri mutatio est mutatio secundu est productio autē mutare est forma subiecti mutari ut est productio ē termini producti. Duplex est generatio. Quædam est generatio mutatio, & productio in creaturis, in qb generans præsupponit subiectum. Quædam est generatio productio tantum vt in diuinis ubi agēs non præsupponit subiectum. Quāuis filius producatur à patre, non dependet à patre: quia omne dependens propriè loquēdo semper dicit entitatem essentialem aliam ab entitate illius a quo depēdet, sed filius habet eandem entitatē essentialem patre ergo nō dependet à patre. contex 4. contex. 26.

Quæstio Septima.

Vtrum sint ibi. Tantum duæ productiones Intrinsecæ?

Scotus primo sent. dist. 2. q. 7.
D. Thomas prima parte summę q. 27. Artic. 5.



AD QVARTAM quæstionem de numero productionum patet veritas: quia sunt tantum duæ productiones. Hoc declaratur ab aliquibus sic. s. ab Hen. quol. 6. q. prima. Actus notitionales fundantur super actus essentiales: sed tantum sunt duo actus essentiales, manentes intra, qui sunt intelligere, & velle. ergo tantum sunt duo actus notitionales, qui sunt productiui ad intra. ¶Ibi. confirmatur ratio. Actus notionales sunt propriè proprietates personarum: sicut generatio actiua patris: & generatio passiua filij: & spiratio passiua spiritussancti. Et tenendo, quod persona constituatur per relationes: tunc generatio actiua patris est proprietas ipsius, constituens ipsum patrem: & in re nullo modo differt à paternitate. Hoc idem dico de generatione passiua filij, & filiatione: vt clarè patebit. infra 28. d. & in quol. q. 4. Potest etiam dici, ꝙ spiratio actiua sit actus notionalis: vt distinguitur contra actum essentialem. Essentiale enim in diuinis dicitur, quod est commune tribus. Et per oppositum, quod non est cōmune tribus potest dici notionale: & de hoc vide Sco. prima. q. quol. & in hoc Doc. non contradicit Hen. Sed quando dicit, ꝙ actus notionales fundantur supper essentiales. Hoc non est ad mentem Doc. vt patebit: nisi sic intelligat, ꝙ actus notionales:

Declaratio Henric.

Spiratio actiua sit dicā notionalis. essentiale in diuinis dicitur quod est cōmune tribus.

les: puta generatio, & spiratio præexigunt actus essentiales scilicet intelligere, & velle. si enim sic intelligeret non discordaret à Sco. vt patebit. infra sed hæc non est mens Hen. Et cum dicit, quòd actus notionales adæquantur actibus essentialibus. Si sic intelligat: quòd sicut intellectus diuinus habet tm̃ vnum intelligere, respectu essentiæ. ergo tantum vnam generationem: & similiter voluntas tantum habet vnũ velle. ergo tantum vnum spirare. Hoc verum est: sed ipse Hen. non sic intelligit huiusmodi adæquationẽ: sed sic intelligit, quòd generatio adæquatur intelligere in ratione principii. Vult enim quòd intelligere, Dei sit ratio formalis, & adæquata, respectu generationis filii: vt infra patebit. Et sic cũ tantum sit vna intellectio. tantum erit generatio: licet dicat, quòd velle non sit ratio producẽdi Spiritum sanctum, sed ipsa voluntas. Et Doct. hoc improbat inferius, scilicet, quod intelligere sit ratio formalis generandi filium: vt patebit in præsenti. quæstio. Hoc idem improbat. d. 5. q. 2. & d. 6. & specialiter in 27. d. q. 1. & in 2 d 1. q. 1 & similiter in quol. ¶ Ibi. Et modus ponitur iste. Et parum. infra ibi. Tam intellectus, quàm voluntas in quocunque habet esse propter separationem illorum à materia 1. quòd sunt potentiæ immateriales, & in operando non indigent aliquo organo, sicut aliæ potentiæ: & quia immateriales, ideo sunt reflexiuæ super se, & super actus suos. Sequitur in litera. Postquam habuerit esse in actu suo primo simplicis intelligentiæ, aut volitionis idest, quod intellectus dicitur esse in actu suo primo per simplicẽ intellectionem: & dicitur simplex intellectio, vt distinguitur contra intellectionem conuersiuam: & quia terminatur ad obiectum simplex, à quo totaliter causatur. vt vult ipse Hen. vt infra patebit. d. 3. q. 7. Hoc idem dico de volitione simplicis voluntatis. Et quod dicit, quòd per intellectionem simplicem habet esse in actu primo. Hoc i. eo est: quia secundũ ipsum vt infra patebit; ipsa notitia simplex est actus primus, siue ratio formalis producendi verbũ: quicquid dicat de uolitione, saltem hoc tenet de notitia simplici. Et quantum ad hoc, quod dicit, quòd notitia simplex totaliter est ab obiecto, uel a fantasmate, improbatur à Docto. infra d. 3. q 7. Et quod dicit ꝙ intellectio simplex est ratio formalis producẽdi uerbum, etiam in nobis: improbat Docto. infra d. 27. ¶ Sequitur. Sunt supra se conuersiuę &c. i quòd intellectus habita cognitione simplici obiecti: postea conuertitur supra se seipsum cognoscendo, & super cognitionem simplicem, illam cognoscendo, & super obiectum cognitum relucens in cognitione simplici. Et in hoc Doct. sibi non contradicit. Sequitur. Intellectus enim non solum intelligit uerum simplici intelligentia: sed etiam intelligentia cõuersiua intelligendo se intelligere, & conuertendo se super obiectum intellectum, & super actum simplicem intelligendi, & super se intelligentem per actum suum conuersiuum: quia notitia secunda, quæ est in uerbo non solum scit, & intelligit rem: sed sic scit, & intelligit rem, ut sciat se scire, & intelligere eam. In ista litera. Hen. uult, quod uerbum dicatur esse à notitia simplici: & hoc postquam conuersus est ad eam, ad quæ conuertitur: tunc uerbum causatur ab intellectu informato notitia simplici: ita ꝙ verbum est declaratiuum obiecti, & intellectus, ut informati notitia simplici: & uerbũ nihil aliud ẽ, nisi q̄a scio me hoc scire & hoc est quod dicit: ꝙ non solum intelligit rẽ notitia simplici: sed etiam mediante notitia conuersiua: quia notitia secunda, siuè conuersia accipiẽdo in ablatiuo: quæ notitia uerbo. idest ad quam inmediatè sequitur uerbũ de re cognita. mediante ergo tali notitia secunda. s. conuersiua non tantum scit & intelligit rem: sed etiam scit se scire, intelligere eam: totum hoc est bene dictum: excepto hoc, quòd uerbum necessario requirat notitiã conuersiuam: ut patet. inf. a. Docto. 27. d. ¶ Sequitur. similiter uoluntas non solum uult bonum &c. Hæc litera clara est usque ibi. Sed ista conuersio partim uno, & eodem modo conuenit intellectui, & uoluntati: & partim alio, & alio modo. Sententia huius literæ est quòd intellectus habita notitia simplici obiecti: ui sua cõuertit se supra se, & super intellectionẽ simplicẽ, & super rẽ cognitã. Similr̃ uolũtas habita uolitione simplici, obiecti. uirtute sua conuertit se supra se &c. ¶ Ibi Sed alio, & alio modo quantum est ex parte obiectorũ, ad quę se conuertit. Dicit, quod uoluntas, & intellectus, ut comparantur ad obiecta, ad quæ se conuertunt differunt: quia intellectus ut nudus recipit notitiam genitam ab obiecto, ad quod se conuertit, & à seipso, ut informato notitia simplici. ita quòd intellectus, ut formatus notitia simplici, & obiectum, ad quod intellectus uirtute sua se conuertit sunt actiua notitiæ genitæ: ita quòd ipsam imprimunt in intellectu nudo, idest, quòd ipse intellectus, ut recipit notitiam genitam à seipso, ut informato notitia simplici, & ab obiecto modo præexposito. consideratur, ut nudus, quoddam putum potentiale. ¶ Ibi. Voluntas autem postquam conuersa est &c. Sentẽtia huius literę est: quòd uoluntas postquam uirtute sua conuersa est super seipsã uolentem, & super uolitionem simplicem, & super rem uolitam: ipsa uoluntas, ut nuda se habet purè actiuè in productione spiritussancti: sed ipsa uolitio simplex, & res uolita, & ipsa ut uolens se habet quasi materia idest, quòd uoluntas, ut nuda de seipsa uolente: & de uolitione simplici: & re uolita. producit amorem incentiuum, idest Spiritumsanctum. In productione uerò filij fit modo contrario: quia intellectus intelligens notitia simplici: & ipsa notitia simplex: & essentia cognita non se habet ut quasi materia: sed sunt uere productiua notitiæ genitæ: & intellectus vt nudus se habet merè passiuè. Sequitur. Qui habet esse à producentibus ipsum nõ per informationem eius, de quo est quasi subiectiuè nec per aliquam impressionem factam eidem, idest quòd Spiritus Sanctus, qui habet esse à producentibus ipsum, scilicet à uoluntate nuda: quæ est ratio producendi ipsum: habet dico esse est non per informationem eius, de qua est, quasi subiectiuè: qui Spiritus Sanctus est de uoluntate, ut informata uolitione simplici, ut de quasi materia prima: ut dicit supra. Nõ tamen ille Spiritus Sanctus subiectatur ibi: nec imprimitur in ipsa uoluntate, ut informata amore simplici: sed per quandam quasi excussionem, vel expulsionem: aut progressum, aut magis propriè loquendo per quandam expressionem producti de eo, de quo subiectiuè producitur, idest quòd quamuis uoluntas, ut nuda producat Spiritum Sanctum de se ipsa, ut informata amore simplici ut de quasi subiecto: non tamen producit illum ita, quòd subiectetur in tali uoluntate; sed magis exprimit illum ut per se stantem, & nullo modo receptum in tali uoluntate.

¶ Econtrariò est de notitia genita: quæ producitur ab intellectu informato notitia simplici de ipso intellectu, ut nudo vt de quasi materia, & imprimit ibi. per quandam informationem: ita quòd talis notitia genita non dicitur propriè per se stare: sed esse in intellectu nudo tamquam in subiecto. Et tota litera sequens patet usq; ibi. Et hic apparet differẽtia intellectus, ut intellectus, & intelľs ut natura. Ista litera stat in duobus dictis: quando accipitur intellectus, ut intellectus, accipitur, ut merè passiuè se habet tã respectu notitiæ simplicis, quàm respectu notitiæ genitæ: respectu enim utriusque tantum passiuè se habet; sed intellectus ut natura accipitur ut est prin-

Intelligere non est ratio formalis generandi filium.

Intellectus & voluntas sunt potentia immateriales in operãdo, quia non indigẽt aliquo organo sicut aliæ potentiæ.

In quibus bene dicit Hẽ.

Volũtas & intellectus, ut comparãtur ad obiecta differũt

Sententia huius literæ.

Quomodo ipsa volitio simplex res volita, et ipsa, ut volẽs se habẽt ut materia.

Quid sit amor incentiuus.

Opi. Henri.

Spiritussanctus est de voluntate, ut informata volitione simplici, ut de quasi materia ... quamuis voluntas ut nuda producat Spiritumsanctum de seipsa, ut informata amore simplici, ut de quasi subiecto: nõ tamen producit illũ quod subiectetur in tali voluntate

Alio modo accipitur intellectus, ut intellectus

Alio modo ut natura

principium actiuum, vel productiuum verbi. Et qa vi dixi supra, notitia simplex est ratio formalis producendi &c. tunc intellectus, vt informatus tali notitia simplici: quia vt sic est vere productiuus ratione notitiæ simplicis: ideo sic dicitur intellectus, vt natura cum natura sit quędam vis insita rebus ex similibus similia procreans. Dicit etiam in ista litera, q notitia simplex, & notitia genita, siue verbum sunt vna res secundùm rem: sed tantum differt verbum a notitia simplici: quia verbum procedit ab ea vt declaratiua eius: verbum.n.tantum valet sicut scio me hoc scire. Expono tamen aliqualiter hanc literam de verbo ad verbum. Cum dicit. Et hinc apparet differentia intellectus, vt intellectus, & intellectus vt natura. vocat intellectum, vt intellectum ipsum intellectum, vt nudum, & merè passiuum: & intellectũ vt natura vocat intellectum informatũ notitia simplici obiecti: sequitur declaratio quid sit intellectus, vt nudus, & vt natura, dicit.n. quia intellectus vt in patre existens in actu intelligendi suam essentiam.i. simplici notitia essentię: quem actum, siue quam notitiam operatur ipsa essentia in ipso intellectu suo: vt talis intellectus est quasi in potentia.s. receptiua ad notitiam essentialem: siuè notitiam simplicem ipsius essentię: & vocat notitiam essentialem: quia est communis omnibus personis: & vt distinguitur à notitia notionali: quæ est verbum diuinum. Sequitur secundùm rationem intelligẽdi.i. secundùm illam notitiam essentialem ipse intellectus patris est fęcund⁹, fęcunditate naturali (nam est fęcunditas per modũ naturæ, & fęcunditas per modum voluntatis: & dicitur aliquid fęcundum quando est principium productiuum dispositum, & non impeditum) ad producendum de seipso.s. intellectu nudo: & per impressionem, vt dixi supra aliquid sibi simile: ad quod.s. principium formale productiuum: (quod est ipse intellectus formatus notitia simplici) est quasi in potentia receptiua.i. quòd intellectus nudus est quasi receptiuus notitiæ genitæ, ab ipso intellectu formato: qui intellectus formatus dicitur principium productiuum: per hoc q est actu sub illa notitia essentiali: quia illa notitia, (vt dixi supra) est ratio formalis producendi notitiam genitam secundùm ipsum Hen. Intellectus enim, vt est quædam notitia essentialis.i. ut est habens talẽ notitiam: secundùm actũ.i. per illam est in actu principiandi: quia secundùm illam dicitur natura, & principium actiuũ: quo principio.s. actiuo pater de eodem intellectu.s. nudo, & puro: & vt est tantum Intellectus (quod idem est q esse nudum) vt de puro passiuo, siuè receptiuo: vt dixi supra, format notitiam.i. gignit notitiã, quam recipit in ipso intellectu nudo: & talis notitia est verbum: quæ secundùm rem est eadem notitia cum illa de qua format: siuè, quæ est principium formale producendi: quæ est notitia essentialis: siue simplex: & & differt tantum secundùm rationem: vt dixi supra.

Natura est quędam vis insita rebus ex similibus similia procreans.

Expono literã de verbo ad verbũ.

Intellectus, vt intellectus dicitur intellectus nudus, & merè passiuus; Intellectus verò vt natura dicitur intellectus informatus notitia simplici obiecti.

Notitia notionalis dicitur verbũ diuinum.

Dup. est fęcũditas una per modum naturæ. Altera per modum voluntatis.

Notitia essentialis est ratio formalis producendi notitiam genitam.

§Sequitur. Et per omnẽ eundem modum. Hic declarat, quomodo verbum nostrum producitur in nobis: & vult q eodem modo producatur sicut & diuinum. Cognitum enim.i. obiectum cognoscibile primo simplicem sui notitiã imprimit.s. intellectui repræsentando se illi, vt pure passiuo.i. q obiectum imprimit intellectui nostro, ut purè passiuo notitiam sui simplicem, per quam ipsum obiectum est actu præsens intellectui: quia intellectio est similitudo obiecti cuius est. Sequitur. Intellectus autẽ sic perfectus notitia simplici obiecti (& talis notitia secundùm ipsum vt infrà, patet præsenti.q. & d.27.q.1. est notitia cõfusa obiecti) siue formatus tali notitia per ipsum obiectum cognitum, siuè cognoscibile (quia obiectum, ut cognitum non causat notitiam: sed vt cognoscibile) quod obiectum cognitum continet ipse intellectus formatus notitia simplici: continet dico non per impressionem: quia obiectum cognitum non recipitur formaliter in intellectu cognoscente: sed continet expressiuè.i. q intellectus formatus tali notitia est suo modo declaratiuus, & expressiuus sui obiecti. & talis intellectus sic formatus factus est fœcundus &c. Applica sequentia sicut prius de formatione verbi Dei. §Doc. tamen improbat primo: quòd verbum nostrum sic producatur vt ipse ponit: vt patebit infrà.d.27.

Quomodo verbum nostrũ producitur in nobis.

Intellectio est similitudo obiecti cuius est.

Obiectũ cognitũ nõ recipitur formaliter in intellectu cognoscẽte, sed expressiuè.

In quibus Sco improbat Hen.

Secundo improbat quòd uoluntas de seipsa, ut informata amore simplici de quasi subiecto, vel materia producat spiritum sanctum: vt patebit infra. d.5. q. 2. admittit tamen quòd ipsa est principium formale productiuum spiritus sancti saltem partiale: vt patebit infrà a Doc.d.10.q.1.

Tertio improbat, q intellectus, vt informatus notitia simplici dicatur natura: accipiendo naturam, vt est ratio formalis producendi per modum naturæ: vt patet in ista.q. & .d.6. & .7. & .13. & .17. & alibi.

Quarto improbat, q intellectus patris, ut nudus informetur notitia genita: ut patet in præsenti.q. & d. 5.q.2. ex intentione. & .d.27. huius.q.1.

Quinto improbat doct. q intellectus nudus sit, de quo producatur verbum, siuè per impressionem, siuè non per impressionem: vt patet infrà.d.5.q.2.

Sexto quando dicit: q intellectus virtute sua se cõuerti supra se &c. Si hoc intelligat, quòd cognitio cõuersiua sit totaliter causata ab intellectu obiecto non concurrente: uel aliquo alio vice obiecti: non tenetur apud Doct. ut patet ex intentione in quol. q 14. & aliqualiter.q.15. Hoc idem dicerẽ de voluntate tenendo illam opi. quòd obiectum, uel cognitio obiecti sit causa partialis volitionis: de quo in 2. d. 25. & sic patet positio huius doc. quam bene nota.

ISTA opinio ponit tres articulos: quos non credo esse veros. Hic doc. primo improbat illam conclusionem q intellectus, ut nudus conuersus super intellectum formatum notitia simplici formetur ab eo notitia genita: vt clarius dicam hanc conclusionẽ contra quam arguit doc. notitia genita, siuè verbũ in diuinis formatur, siuè producitur ab intellectu patris, ut informato notitia simplici: & hoc vt intellectus nudus prius conuertitur super seipsum formatum: & talis notitia genita recipitur in intellectu nudo. §Contra hanc arguit doc. ibi. Hoc improbo sic. Nam intellectum cõuerti super seipsum formatum notitia simplici est ipsum se intelligere ut habentem notitiam simplicem: & hoc cum dicat actionem erit alicuius suppositi. Quærit modo doc. quod est illud suppositum quod actione sua conuertit se super intellectum formatum notitia simplici. Certum est q non est suppositum filij: patet quia esset filius ante filium. Nam ista conuersio super intellectum formatum notitia simplici præcedit generationem filij, ut supra patet ergo si intellectus vt in filio sic conuertitur: tunc erit filius ante filium. §Ibi. Si autem ut cõuertitur super intellectum formatum est ipsius patris: tunc arguo sic. Cuius est &c. Tota ista ratio in hoc consistit. Si pater mediante intellectu nudo cõuertitur super intellectum formatum notitia simplici.s. vt productiuum notitiæ genitæ. productiuum dico ipsius notitiæ genitæ de intellectu nudo p impressionem ipsius notitiæ genitæ in intellectu nudo. (Nam propriè producere de aliquo per impressionem producti in illo, est ipsum productum formaliter inesse illi de quo producitur: sicut de materia ligni producitur forma ignis, & recipitur formaliter in illa materia) est ipsum intellectum nudum, ut in patre formaliter existentem suo modo recipere illam notitiam genitam, productam ab intellectu formato notitia simplici: quod in simili patet. si enim intelle-

Hic improbatur positio Henr.

Intellectum conuerti super seipsum formatũ notitia simplici est ipsum se intelligere, vt habentem notitiã simplicem.

intellectus meus purè passiuè se haberet ad.a.obiectum, ut actiuum: tunc intellectus meus reciperet notitiam illius obiecti.a.tanquam à causa productiua illius notitiæ: & sic intellectus meus informaretur tali notitia: & per consequens esset formaliter intelligens per illam notitiam, in intellectu meo receptam. Sic est in proposito. si intellectus patris vt patris habeat intellectum formatum notitia simplici: vt productiuum illius notitiæ: imprimendo illã in intellectu patris ut patris. ergo pater formaliter haberet in se illam notitiam: & persona filij esset formaliter in patre. & per consequens pater esset formaliter filius. sicut paries habens formaliter albedinem est formaliter albus. Et hic est sensus totius literæ. hanc tamen ut clarius intelligatur expono de verbo ad verbum. ¶Ibi. Tunc arguo sic. Cuius est vt cõuertitur.i.cuius suppositi est intellectus nudus, ut conuertitur super seipsum formatum notitia simplici. Sequitur. eius est ut notitia genita formatur.i. intellectus nudus est eiusdem suppositi inquantum ille intellectus tali notitia genita formatur. Ista propositio sic declarata probatur a doc.ibi Assumptum probandum. probo sic. Cuius est vt conuertitur super intellectum formatum;eius est,vt habet intellectum formatum pro obiecto actu præsente: cuius suppositi est,ut intellectus nudus conuertitur super intellectum formatum eiusdem suppositi est intellectus nudus,ut habet intellectum formatũ pro obiecto actu præsente: ergo eius est, ut ab illo obiecto formatur. i. ergo eiusdem suppositi est intellectus nudus, vt ab illo obiecto.i.ab illo intellectu formato notitia simplici,informatur.s. notitia genita. Sequitur. probatio huius consequentiæ: videlicet quod eiusdem suppositi est intellectus nudus, vt ab illo obiecto formatur: quia passiuum proportionatum dispositum, & approximatum actiuo sufficienti proportionato,natum est immediatè perfici ab illo actiuo. per philosophum 9.meta. Sequitur parum infra intellectus autem nudus,& conuersus,& habens intellectum formatum, vt obiectum præsens,est passiuum dispositum proportionatum, & approximatũ intellectui formato, ut obiecto sufficienter actiuo. hoc patet per Hen. vbi supra, qui vult, quòd intellectus nudus, præmissa conuersione, sit passiuum naturale, respectu notitiæ genitæ. Et ideo intellectus formatus notitia simplici est actiuum naturale, imprimens notitiam genitam in intellectu nudo conuerso. Sequitur: ergo intellectus nudus, vt conuersus,nulla facta variatione circa ipsum esse subsistentiæ.i.circa ipsum suppositum subsistens,vel cuiuscũque entitatis,ut sic formatur notitia genita. Cum ergo intellectus nudus, ut est patris conuertatur super intellectum formatum, vt passiuum ad actiuũ, a quo recipit notitiã genitam: ergo in patre erit formaliter notitia genita: & sic pater formaliter erit filius: patet consequentia: quia si in homine est formaliter quantitas, & albedo sit formaliter in quantitate, ergo homo erit formaliter albus: sic in proposito.

Hic exponitur litera de verbo ad verbum.

Sco. contra Hen.

Optima regula. Passiuum proportionatũ dispositum, & approximatum actiuo sufficienti proportionato natũ est immediatè perfici ab illo actiuo.

¶Ibi. Hic posset poni vna responsio,quòd intellectus nudus per hoc quòd de seipso actualiter formatur illa notitia. siuè ex hoc, quòd est quasi materia informata notitia genita habet esse in persona genita. Sed nota,quòd hæc responsio non euacuat argumentum Sco. quia si intellectus, vt nudus conuertitur ad intellectum formatum notitia simplici, quæro cui personæ conuenit iste actus conuersiuus, aut personæ filij, aut patris? & arguo, ut prius argutum est in argumento præcedente. Sed si absolutè diceret,quòd intellectus nudus,ut de quo formatur notitia genita, siuè, vt suo modo recipiens notitiam genitam:siuè se habens quasi materiam est filij, id est, quòd vt est filij habet illam notitiam: non loquendo de illa conuersione intellectus nudi super intellectum formatum. Si ergo Hen. sic intelligat, dicit doc. Ibi. Sed contra illam responsionem sunt duo argumenta prima, quæ ponentur. dist.5.quæst. ulti. contra opi.de quasi materia,quæ ibi specialiter improbabitur:vide ibi,vbi diffusè probat, quòd essentia,siuè intellectus diuinus tantum habetur in filio,vt terminus formalis generationis:ergo non potest ibi esse,ut materia,nec quasi materia:& per consequens ut in filio non formatur notitia genita:quia vt sic haberet rationem materiæ, vel vt quasi materiæ: quod est impossibile, ut probat doc. hic & hoc idem in 27.dist.huius. quæst.1.

Hæc responsio non euacuat argumentũ Scoti.

Essentia, siue intellectus diuinus tantũ habetur in filio, vt terminus formaliter generationis ergo non potest ibi esse materia,nec quasi materia.

¶Ibi.Secundus articulus est, quòd intellectus informatus notitia actuali essentiali est principium actiuum, & elicitiuum notitiæ genitæ. Quia dicit Hen. vbi supra,quòd notitia simplex, siuè essentialis in intellectu patris est ratio formalis producẽdi notitiam genitam. Contra quem articulum arguit doc. multis medijs.

¶Primo ibi Hoc improbo sic. Hæc ratio stat in hoc. habens formaliter principium productiuum notitiæ genitæ,potest illo formaliter producere.sed pater habet formaliter memoriam fęcundam quæ est principium productiuum verbi: patet per Aug. quia verbum gignitur à memoria: ergo pater formaliter producit notitiam genitam memoria, ut principio productiuo:& non intelligentia siue notitia simplici, quod idem est: & hic est sensus huius literæ. Declaro tamen hanc literam cum dicit ibi: ergo licet in patre concurrant memoria, intelligentia & uoluntas : pater non gignet verbum formaliter intelligẽtia, ut quo. Formaliter enim generare,ut quo, est in se habere formaliter principium siuè rationẽ formalem generandi : sicut dicimus ignis formaliter calefacit calore,vt quo: quia habet in se formaliter calorem, qui est ratio formalis calefaciendi : sic pater dicitur formaliter generare memoria, vt quo: quia habet in se memoriam formaliter, quę est principium generatiuum,siuè ratio formalis generandi. Sequitur. ut autem habet notitiam actualem est in actu intelligẽtiæ.i. quòd pater per notitiã actualẽ est in actu intelligentiæ.i. quod tantum per ipsam est formaliter intelligens omne intelligibile : & per consequens per ipsam non est formaliter producens verbum: cum talis notitia sit simpliciter finis potentiæ propter hoc tantum ponitur, ut per ipsam obiectũ intelligatur,non vt per ipsam aliquid generetur. Sequitur. sed vt est in actu memoriæ.i. vt habet obiectum intelligibile præsens intellectui suo &c. Memoria enim apud doc.ut infra patebit est intellectus habens obiectum perfectè præsens: & hoc in ratione intelligibilis,non ut actu intellecti:quia,ut intellectus habet obiectum præsens in ratione intellecti, magis dicitur intelligentia propter actualem intellectionem, quam habet: & ut sic non est uerè productiuus: ut uerò habet obiectum præsens, in ratione intelligibilis,hoc totum dicitur memoria: quia hoc totum est principium formale operandi, siuè intelligendi : & est principium formale producendi verbum: & hoc totum dicitur actus primus, respectu actus secundi.actus enim primus,ut sępe dictum est: est principiũ actionis,uel operationis: actus verò secundus est ipsa operatio, siuè actio, siuè generatio, & huiusmodi.

Nota quod hic Scotus probat, quod pater formaliter pducit notitia genitã. scilicet memoria, ergo nõ intelligentia. siuè notitia simplici,ut dicebat Henri.

Attẽde hãc declarationem.

Quid sit generare vt quo.

D. Tho. 1. par. sum. q. 27. Ar 1 d. qđ sunt duæ actiones immanentes & ita ga pductiones procedũtur ab ipsis nõ sunt tantum duæ pductiones.

¶Ibi. secundo sic. Secundo probat doc. intentũ.s. quòd notitia simplex non est principium productiuum filij : patet quia principio productiuo correspondet productum, ut finis, siuè terminus productionis : sed notitiæ simplici non correspondet aliquod productum per ipsam, ut finis, uel terminus produ-

Et secundũ ipsos actus s. intelligere & velle prẽ intelligẽdo essentia generat filiũ. velle verò quo prẽ & filius diligũt essentiã producitur spiritus sanct', et sic intelligere est principiũ quo prẽ generat filiũ, velle verò est principium quo prẽ & filius spirãt spiritũ sanctum.

Arguo sic, ut ꝓbo ꝙ intelligere nõ est principium ꝓductiuum filij, sed memoria idest illud quo prẽ generat filiũ. ꝙ illud è principiũ productiuũ filij, vt memoria est principiũ ꝓducẽdi filiũ & non intelligere, ergo. maior probatur quoniam in omni agẽte est quod, & quo principiũ quod in igne est ignis, principium quo in igne calor, sic pater est principium quod, memoria verò est principium quo, minor ꝓ ꝑ D. August. 15 de tri. c.7 vel 15. ubi dicit verbum gignitur à memoria non ab intelligẽtia, D Aug. ꝑ intelligentiã nõ aliud intelligit nisi intelligere actualiter, nam intellectus est potẽtia, intelligere est actuale intelligere,

productionis: patet ista; quia intellectio est ultimus terminus ꝓductus ab intellectu, & finis vltimus intentus ab intellectu, & ab obiecto. Intenditur enim ab intellectu talis notitia, ut per ipsam obiectum tãtum intelligatur: sed productio intenditur non, vt ibi sistatur. sed ut per ipsam productum habeatur: & sic actus primus (cuiusmodi est memoria) est principium productiuum, & non actus secundus; cuiusmodi est intellectio.

¶Ibi. Tertio sic. Ista ratio stat in uno dicto: videlicet ꝙ habens principium productiuum, cui non correspondet productum adæquatum potest illo ꝓducere: sed pater habẽs intellectũ & obiectum perfectè præsens intellectui, habet principium formale productiuum filij: ergo si filius per tale principium non est productus: adhuc pater illo principio potest producere. Si ergo per Hen. pater producit filium notitia simplici, vt principio productiuo: ergo pater habet filium ante filium: quia memoria, vt memoria est principium formale productiuum verbi: vt patet per Aug. & experimentaliter patet in nobis: quia verbum nostrum (quod est intellectio perfecta obiecti) immediatè ꝓducitur à memoria, videlicet ab intellectu, & obiecto pręsente, vt patebit. ĩ.d.27. & multæ sunt auctoritates Aug. ꝙ verbum est à memoria, ut memoria. Si ergo secundùm Hen. ipsum verbum potest esse à notitia simplici: & cum etiam possit esse à memoria, ut memoria: vt dixi: ergo pater habebit duo verba, siuè duos filios: quorum vnũ correspondet memoriæ, & aliud notitiæ simplici, quod est inconueniens: & hoc intendit docto. in ista littera.

¶Ibi. Pręterea. Verbum est illius immediatius verbum, à quo immediatius exprimitur. Hic doc. arguit contra Hen. deducendo ad vnum inconueniẽs: videlicet quòd verbũ esset immediatius expressiuũ notitiæ simplicis, quàm essentiæ diuinæ: & ꝙ sit inconueniens: patet etiam in nobis: quia verbum nostrum, siuè intellectio perfecta obiecti immediatè exprimit, & manifestat, declaratq; ipsum obiectũ, à quo specificatur: vt patet, & non dicitur exprimere, siuè manifestare aliam notitiam obiecti. Sic in ꝓposito notitia genita: secundùm cõmuniter loquentes: dicitur immediatè expressiua obiecti, siuè essentiæ diuinæ, siuè memoriæ fęcundæ. Si ergo talis notitia genita immediatè exprimeretur à notitia simplici, ut à principio formali productiuo: tunc ab ipsa specificaretur, non à memoria fęcunda: & sic magis, & immediatius esset expressiua, & manifestatiua notitiæ simplicis, quàm obiecti, siuè essentiæ diuinæ. Nam quælibet notitia (propriè loquendo) est semper expressiua illius, à quo specificatur. Vnde notitia simplex dicitur immediatè declaratiua essentiæ diuinę, cum ab ipsa specificetur: vt patet à Docto. infra distin. 27. cum ergo notitia genita apud omnes sit immediatè expressiua essentiæ diuinæ siuè memoriæ: sequitur, quòd immediatè exprimitur ab illa, & non à notitia simplici.

¶Ibi. Præterea. Si actualis intellectio patris. Quinto, siuè ultimo. arguit doc. contra Hen. Et supponit duo in isto argumento. Primum, quòd actualis notitia est ab essentia diuina, ut a principio productiuo: quod etiam ipse Hen. concedit vt supra patuit: & patet etiam ratione: quia si actualis notitia simplex non esset immediatè ab essentia, sed ab alia notitia: tunc quæro de illa alia, aut est immediatè ab essentia, aut non: si primum non est maior ratio de vna, quàm de alia: si secundum ergo erit ꝓcessus in infinitum in notiuis. Stat ergo, quòd notitia simplex sit ab essentia, siue à memoria. Secundo supponit, ꝙ notitia genita, & notitia essentialis sunt eiusdem rationis: patet quia non uariatur ratio formalis ex hoc quòd est esse communicatum, & non communicatum: quia tunc essentia diuina esset alterius rationis, ut in patre, & vt in filio: quia in patre non est communicata per productionem: in filio est communicata per generationem. Dicit ergo doc. quòd si notitia simplex esset realiter distincta a patre, tali notitia esset uerè producta, & uerè genita: ergo cum essentia diuina sit principium formale productiuum notitiæ simplicis, quæ verè non principiatur: quia realiter non distinguitur à supposito principiante: adhuc esset principium productiuũ eiusdem, si verè principiaretur: ergo notitia genita, quæ uerè principiatur à patre, est ab essentia diuina, siuè a memoria fœcunda, ut à principio formali productiuo, & notitia simplici: vt dicebat Hen.

ergo fili' nõ ꝓducitur ꝑ intelligere et ideo Caietanus meo iudicio non soluit argumentũ Scoti, dum asserit quod aliqua intelligentia sit ipsa genitio verbi.

SED CIRCA hoc quod dicit notitiam genitam, & notitiam simplicem esse eiusdem rationis occurrunt aliqua dubia. Primo quia notitia simplex est formaliter perfectio simpliciter: notitia verò genita non est formaliter perfectio simplex: primum patet à doct. infra pręsenti.d. & d.8. & in quoli. Item in primo.d.1.q.2. quia intellectus paternus est formaliter beatus in visione deitatis. hoc idem in quæst. 14. quoli. quæ visio est notitia ingenita, siuè simplex: non potest autem esse beatus formaliter in aliquo, quod non est perfectio simpliciter: patet etiã in isto primo. dist.2. quæst.1. & in quoli. quæst. 14. ꝙ intelligere filij est optimum illius substantiæ: ergo. Secundum patet. s. quòd notitia genita non sit perfectio simpliciter formaliter: quia si sic: cum ipsa necessariò includat relationem constituentem ipsam: ergo relatio includeretur formaliter in aliquo, qđ est perfectionis simpliciter: quod est falsum. Tum quia talis relatio nullam perfectionem dicit. illud modo, quod non dicit aliquam perfectionem, non est de formali ratione perfectionis simpliciter. Tũ etiam quia quicquid formaliter includitur in perfectione simpliciter, est perfectio simpliciter: vt patet à doc. in quoli. sed relatio non est perfectio simpliciter: vt probat doc. quæst.1. quoli. ergo. Tunc vltra. Quæ sic se habent, quòd vnum ex sua rationem formali est perfectio simpliciter, & aliud non: non sunt eiusdem rationis: vt patet: sed notitia genita, & notitia simplex sunt huiusmodi: ergo. Si vero dicatur, quòd bene concludit, si notitia genita esset constituta per relationem: sed diceretur, ꝙ esset constituta per proprietatem absolutam. Sed hoc nihil est: quia adhuc talis proprietas nullam perfectionem diceret: vt patet à doc. infra d. 26.

¶Secundo dubitatur, quia notitia ingenita est entitas absoluta: vt patet a doc. quæst. 14. quol. & d.10. quarti. Sed notitia genita est entitas relatiua: modo absolutum formaliter, & relatiuum formaliter non sunt eiusdem rationis; ergo nec notitia genita & ingenita.

¶Respondeo quòd dictum doc. debet sanè intelligi. Non enim vult ipse, quòd de facto notitia genita, & ingenita sint simpliciter eiusdẽ rationis: vt patet per argumenta superius facta: sed ex hoc dicuntur eiusdem rationis: quia si notitia simplex esset realiter distincta a supposito producente: tunc esset verè notitia genita, & eadem quæ nunc. Et similiter. si notitia genita nunc esset idem realiter cum producente esset simpliciter eadem, quod notitia simplex: & ex hoc dicerentur eiusdem rationis.

¶Sed quomodo est possibile, quòd idem, ut realiter distinctum dicatur verè genitum: & formaliter relatiuum: & quòd non sit perfectio simpliciter: & ꝙ si illud idem esset realiter idem, ꝙ dicatur absolutum, & perfectio simpliciter.

¶Dico breuiter, quòd notitia est realiter idem cũ supposito producente, necessario pullulat ab essen-

tia diuina, vt perfectio simplex, & vt entitas absoluta: vt uero realiter distinguitur à supposito, producente necessariò producitur, vt entitas relatiua. Accidit ergo notitiæ diuinæ, quòd dicatur entitas absoluta formaliter: quia hoc habet propter identitatem realem cum supposito producente: accidit etiã, quòd dicatur entitas relatiua: quia hoc est propter realem distinctionem à supposito producente. Si dicatur non ne paternitas est idem realiter cum supposito producente? Dico quòd sic: ergo erit entitas absoluta &c. Dico quòd sunt aliquæ entitates quæ diuersimode pullulant ab essentia diuina: quędam enim simpliciter pullulant vt entitas absoluta: & quædam vt entitas relatiua. Et si quæratur ratio diuersitatis, nulla alia est assignanda: nisi quia hæc est talis entitas, & illa talis: & sic notitia simplex est talis entitas, quòd vt est idem realiter cum supposito necessariò pullulat ab essentia, ut entitas absoluta: ipsa eadem entitas est talis entitas, quòd si realiter distingueretur à supposito producente, esset verè genita, & verè entitas relatiua: & paternitas est talis entitas, quòd vt est idem realiter cũ supposito patris, oritur de necessitate, vt entitas relatiua: & est talis entitas, quòd si etiam esset distincta realiter non esset verè genita, nec esset entitas absoluta: & sic patet ad difficultatem.

¶Ibi. Tertius articulus est. hic instat cõtra tertium articulum, vbi Hen. vult, quòd cõuersio intellectus nudus super se formatum est necessaria ad hoc, vt intellectus nudus formetur ab intellectu formato. i. quod intellectus formatus notitia simplici non potest esse principium immediatè productiuum verbi, siue notitiæ genitę, quæ dicitur propriè verbum, nisi prius conuertatur super notitiã simplicem, & super obiectum cognitum, & super se cognoscentem doc. instat probando, quod talis conuersio non est necessaria quia sola memoria sufficit, quæ tantum includit intellectum, & obiectum perfectè præsens: & sic intellectus patris habens essentiam, ut obiectum intelligibile sibi præsens est naturale principium. i. principium per modum naturę non solum operatiuum respectu intellectionis patris: sed etiam productiuũ respectu notitiæ genitę circunscripta illa reflexione: sola enim memoria perfecta sufficit.

Nota q̃ sec̃dus artic. dicitur esse falsus in nobis. Primo quia notitia cõfusa nõ põt esse principiũ notitia distincta. Secundo quia simul in eodem intellectu respectu eiusdẽ esset cognitio confusa & distincta. Tertio quia notitia simplex, q̃n non esset causatiua notitiæ distinctam

¶Ibi. Secundus etiam articulus est falsus in nobis. Quia in secundo artic. dixit, quòd notitia simplex obiecti est principium productiuum verbi: & quia hoc etiam concedit de verbo nostro: & vult, quòd notitia simplex obiecti confusa tamen: est principiũ productiuum notitiæ distinctæ eiusdem obiecti: & deducit ad alterum inconuenientium: videlicet, vel quòd simul in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti esset cognitio confusa, & distincta: uel aliquid, quando non est, causabit: patet primum inconueniens: quia si notitia confusa causat notitiã distinctam: ergo in eodem instãti, quo causatur notitia distincta in eodem instanti est notitia confusa: patet quia causa etiam, quãdo causat adhuc est prior natura effectu: ut patet à Sco. in. 2. d. 1. Sicut etiam hoc idem exposui ibi 15. d. Si verò in eodem instanti, quo est notitia distincta non est notitia confusa: ergo notitia confusa causat distinctam, quando non est: sed de ista materia diffusius pertractat doc. infra distin. 27.

Tertius art. est falsus in nobis. s. q verbũ nostrũ generatur per actũ reflexũ

¶Ibi. Tertius articulus etiam est falsus in nobis. Quia Hen. dixit in tertio artic. q̃ verbum nostrum generatur per actum reflexum, siue conuersiuum super actum primum, vt per illud sciat quis se scire: & sic videtur, quod tale uerbum habeat immediatè pro obiecto actum rectum, quo obiectum est sibi præsens. Exempli gratia: primo cognosco lapidẽ: secundo reflecto me super illã cognitionẽ & super lapidẽ cognitũ: & ex tali reflexione causatur verbũ per quod scio me scire lapidem: & sic illud verbum immediatè respicit primam cognitionem lapidis: sed hoc non est verum: quia in patria beati habebunt perfectissimum verbum: ergo si illud verbum esset cãtum per actum reflexum: tunc haberet visionem, quia videret deitatem pro obiecto immediatè: & talis visio est quid creatum: ergo verbum terminaretur ad aliquid creatum: ergo non esset perfectissimum: quia verbum perfectissimum immediatè terminatur ad obiectum increatum: & sic patet improbatio opi. Hen.

q̃a beati in patria habebũt pfectissimũ verbũ, & tamẽ si aliud esset, ergo ad verbum habendum sic notitiã per reflexũ intellectus. Beati in patria habebũt pfectiss. verbum, quod imme diatè termi natur ad obiectum increatum.

DICO tunc ad q. Hic doc. aliter probat, quòd tantum sint duæ productiones in diuinis: & per cõsequens tantum duæ personæ productę: quia vni productioni adæquatæ correspondet vnum productũ adæquatum. Nota tamen primo in ista littera q̃ illa propositio s. omnis pluralitas est reducenda ad vnitatem &c. potest multipliciter intelligi vel. s. q̃ omnis pluralitas aliquorum eiusdem rationis sit reducenda ad vnum eiusdem rationis. & sic non est vniuersaliter vera: patet quia pluralitas indiuiduorũ eiusdem speciei non reducitur ad unum illius speciei: quia inter illa nõ est aliquis ordo prioris, & posterioris, nisi fortè per accidens. Nec similiter est vera in cãtis, quòd pluralitas causatorum reducitur ad unum causatum &c. quia tunc idem reduceretur ad seipsum: vt patet; & posito, quòd non reduceretur ad seipsum adhuc talis pluralitas non reducitur ad unum illius pluralitatis. Est tamen vera q̃ pluralitas omnium causatorũ reducitur ad aliquod extra illam pluralitatem: quia ad vnitatem causæ, scilicet primæ à qua dependet illa pluralitas. Est etiam propositio semper vera in essentialiter ordinatis, scilicet q̃ omnis pluralitas essentialiter ordinatorum reducitur ad unum primum illius pluralitatis: quia in essentialiter ordinatis non est procedere in infinitũ: sed statur ad unum primum: vt patet per philosophum. 2. meta. t. c 5 & probat hoc ibi. t. c 6. & de hoc vide Doc. in 2 meta. & quę ibi exposui: & sic in causis effectiuis deueniendum est ad vnum primum effectiuum: & similiter in finibus, in mensuris, & huiusmodi. Est etiam vera in speciebus, dicentibus formaliter perfectionem: nam pluralitas talium spe cierum reducitur ad vnam primam cum non sit procedere in infinitum in illis, vt probat doc. in 2. meta. & vide quæ ibi notaui. Et dixi de speciebus, dicentibus formaliter perfectionem, propter species numerorum: quia vna species dicitur perfectior alia, non simpliciter, & formaliter: sed quia continet materialiter plures vnitates, ut notauit super secundo meta. docto.

Argumentũ probãs mul tas duo tantum esse productiones. Omnis pluralitas reducitur ad vnum, vel ad aliquod unum, vel ad aliud pauciores, ad quãrum reducitur. Sed pluralitas principiorum actiuorũ reducitur ad vnitatem, & ad vnitatem pauciora sunt ergo duo tãtum sunt principia productiua. Nota hic diversitatem inter species numerorum & alias species.

¶Secundo nota, cum dicit, quòd pluralitas principiorum actiuorum, uel productiuorum reducitur &c. possunt esse duæ reductiones: vna respiciens modum indeterminatum producendi, scilicet, vel per modum naturę, uel per modũ uoluntatis: alia respiciens modum determinatum producendi. primomodo pluralitas omnium principiorum actiuorum, vel productiuorum reducitur saltem ad duo; non numeraliter, sed secundum genus, scilicet ad principium actiuum, vel productiuum, tantum per modum naturæ: sub quo continentur omnia alia principia productiua per modum naturę: reducitur etiam ad principium productiuum per modũ uoluntatis: sub quo continentur omnia principia productiua per modum uoluntatis. secundomodo erit reductio ad unum numero, sic intelligendo. pluralitas omnium principiorum productiuorum per modum naturę reducitur ad unum principiũ primum per modum naturę: & tale est essentia respectu intellectus diuini: ut probat docto. in quoli. q. 14.

Duo sunt modi quibus natura alter verò voluntati. Duæ sunt reductiones, vna respiciens modũ indeterminatum, vel per modum voluntatis. Altera respiciens modum determinatum producendi.

q.14.ar.2. Et hoc loquendo de principio quasi productiuo, & partiali respectu primæ, intellectionis diuinæ. Loquendo verò de principio, verè productiuo, quo producitur aliquid realiter distinctum, non ab illo principio, sed à supposito, habente illud principium: tale principium est ipsa essentia cum intellectu diuino. Similiter pluralitas omnium principiorum productiuorum per modum voluntatis: reducitur vltimo ad vnum primum: s. ad voluntatem diuinam: quæ sola primo, & perfectissimè agit liberè; & nullo modo per modum naturæ: & sic patet ista propositio.

¶Tertio nota probationem, qua probat: ꝙ necessariò sunt duo in genere: quia principiare per modū naturæ, & ꝑ modū voluntatis sunt modi simpliciter repugnantes in eodē omnino ex natura rei indistincto: ita ꝙ est simpliciter repugnás, ꝙ idē formaliter acceptū agat per modū naturæ, & per modū voluntati: ꝓbat quia principium ꝑ modum naturæ inclinatur ex se ad agendū naturaliter. i. ꝙ præcisè agit secundùm impetum naturæ: ita ꝙ eius actio nullo modo est in potestate sua, nec intēsio, nec remissio actionis: sed principium per modum voluntatis, tm̄ liberè agit & habet in potestate suā actionē: vt patet de voluntate nostra: & similiter de voluntate diuina ad extra. Et licet ad intra sit principiū, necessariò ꝓductiuū: tn̄ cum tali necessitate stat libertas voluntatis: ita ꝙ nullo mō est ꝓductiua ꝑ modū naturę. Et hoc magis patebit. ī. d. 10. & singulariter in quol. q. 16.

Quid sit intellectus ꝓductiuus, & operatiuus.

¶Quarto nota, cū dicit: ꝙ intellectus inquantum operatiuus, & inquantū productiuus: hoc patet. ī. s. quomodo dicitur operatiuus, & quō productiuus. Nota ēt, quō est productiuus notitiæ infinitæ. vide glosam, quam feci super d. 10. huius primi ar. 1.

Arg. probās tm̄ esse duas ꝑsonas ꝓductas, & vnā tantum improductam.

Perfectissima ꝓductio habet tantū duos modos ꝓducendi s. naturæ. & voluntatis: ergo tm̄ duæ personæ productæ ergo vna improducta.

¶Vltimò infert doc. propositum. s. ꝙ tm̄ sint duæ personæ productæ, siuè tm̄ duæ productiones numero: quia ibi sunt tm̄ duo principia ꝓductiua alterius rationis: quia unum per modum naturæ. s. intellectus cum obiecto: & aliud per modum voluntatis. s. ipsa voluntas & vtrunque habet productionē sibi adæquatam: ita ꝙ intellectus tm̄ vnam: & voluntas tantum vnā: ergo tantum sunt ibi duæ ꝓductiones: & per consequens tantum duo ꝓducta. Sed quō non possunt esse plures productiones eiusdē rationis: puta plures generationes, vel plures spirationes patebit. quæst. 2. quoli.

OBIICITVR contra istam deductionem: intendit doc. probare primo, ꝙ sint tria principia ꝓductiua in diuinis: duo per modum naturæ. s. essentia diuina, & intellectus: & aliud per modū libertatis. s. voluntas. Si ergo sunt tria principia ꝓductiua: ergo, & tres productiones: & cum cuilibet productionum correspondeat productum: erunt tria producta: & hoc est, quod intendit probare per istam rationem primam. Ad istam primam rationem respondet doc. ibi. Ad primum respondeo, quòd hoc totum &c. Et dicit, ꝙ intellectus, & essentia sunt duo principia partialia per modum naturæ, & integrant unum totale: & sic tantum est unum principium per modum naturæ: & littera clara est.

Vnū est principium per modum naturæ. q. a sicut ignis ꝓducit ꝑ naturā lucē, ita pr̄ generat filium ꝑ naturam.

¶Secundo, docto. arguit contra hoc, quod dixit: quod sunt duo actus productiui. s. productio filij ꝑ modū naturę: & ꝓductio spiritus sancti ꝑ modum libertatis: & argumentū stat in hoc. quō est possibile, ꝙ intellectus habeat duos actus diuersarū rōnū: quorum unus dicatur ꝓductiuus, siuè productio: & aliud dicatur operatiuus, siuè operatio: quæ est ipsa intellectio: quia tunc videref, quòd intellectus esset duæ potentiæ. quia potentiæ distinguuntur ꝑ actus. secundo de anima. t. c. 33. Hoc idem dico de actu ꝓductiuo volūtatis: & de actu operatiuo, qui dicitur velle: ergo videtur, quòd istæ duæ potentiæ habeant tantum actus operatiuos siuè essentiales. s. velle & intelligere. Et nota istum terminum de actu productiuo: dicitur enim generatio actus productiuus, non quòd sit ratio formalis producendi: qua suppositum verè producit: sed est id, quo suppositum producens formaliter producit. Et pro maiori intelligentia. nota ꝙ utimur istis uocabulis diuersimode, scilicet esse producens & esse productiuum. Primū tantum competit supposito: quia tantum illud ꝓducit, vel generat. Secundum tantum competit rationi formali producendi: quæ dicitur potentia ꝓductiua. Exemplum: pater producit filium: memoria fęcunda est potentia productiua, qua mediante pater producit. Aliquando accipitur potentia ꝓductiua tantum formaliter: & tunc nihil aliud est, nisi productio relatio: & dicitur potentia productiua, non quòd sit ratio formalis producendi: sed quia terminatur ad productum. Istæ ergo propositiones sunt uerę pater producit filium mediante memoria fęcundā, vt principio formali fundamentali, & absoluto. Alia pater producit filium productione relatione, ut principio tantum formali, quo denominatur actu ꝓducens: sicut dicimus, ꝙ Fran. est similis Petro albedine, ut principio fundamentali similitudinis: & dicitur similis similitudine, vt principio tantum formali.

Actus ꝓductiuus quid sit.

Esse producens & esse ꝓductiuum differunt.

Potētia ꝓductiua formaliter quā dicatur.

Quomodo pater ꝓducat filiū memoria fęcūda, ut principio formali fundamētali. & absoluto

¶Argumentum secundum. s. quòd non debeant poni isti actus productiui est ibi. secundo: dubium est de istis actibus productiuis.

¶Respondet doc. ibi. Ad secundum dubiū dico, ꝙ memoria in patre est principium operatiuum pr̄is: quo. s. actu primo pater formaliter intelligit, ut in actu secundo: est etiam eadem memoria patri principium ꝓductiuum: quo pater existens in actu primo ꝓducit, ut in actu secundo notitiam genitam.

Memoria in patre est principium operatiuum patris.

¶Pro intelligētia huius litteræ p̄suppono. Primo, ꝙ actus primus, quo suppositum agit est forma quæ, est principiū ꝓductiuum alicuius: & actus secundus est actus ꝓductus uel ipsa productio: ita ꝙ suppositum non dicitur actus primus ꝓpriè quamuis dicatur ꝓducere; sed tantum ratio formalis ꝓducēdi existens in supposito dicitur actus primus: quia suppositum mediante illa ꝓducit. Secundo dico, quòd memoria fęcunda in patre: quæ est intellectus, & essentia diuina, perfectè p̄sens in ratione obiecti intelligibilis est principium operatiuū, respectu intellectionis: quia intellectio propriè dicitur operatio, quæ est finis potentię operantis: dr̄ etiā principium ꝓductiuum, respectu productionis filij: non ꝙ talis productio sit vltim⁹ finis principij ꝓductiui: sed est productum per talem productionē: & sic ut est principiū operatiuum pr̄is, est id, quo pater, vt actu primo formaliter intelligit, ut in actu secundo. i. est id, quo mediante, ut actu primo pater formaliter intelligit, ut in actu secundo. i. quo pr̄ habet intellectionem, ut actum secundum: & sensus breuis est, quòd memoria fęcunda, ut principium operatiuum est actus primus patri, quo mediante habet intellectionem, siuè operationem, ut actū secundum: hoc idē dico, vt est principium productiuum, est id, quo pater, ut actu primo producit, ut in actu secūdo. i. ipsa memoria, ut est principium productiuum est patri actu primus, quo mediante producit in actu secundo. i. quo mediante habet productionem, ut in actu secundo: & illa productio terminatur ad notitiam genitā: & sic patet sensus istius lr̄æ. Sequit in lr̄a ibi, Et actus primus prior est prioritate originis actu secundo. i. ꝙ memoria ut principium operatiuum est prius origine ipsa operatione: & vt principiū ꝓductiuū est prius origine ꝓductione & ꝓducto. Sequit: non fundat igitur actus ꝓductiuus super actū essentialē, qui cōsistit in actu scd̄o: videlicet q. est operatio.

Actus primus operatiuus vel ꝓductiuus est prior actu secūdo.

Dicit Doc. ꝙ quamuis generatio filij ꝑexigat necessariò cognitionem essentiæ in intellectu pr̃is: non tñ illa cognitio est ratio formalis producendi filium, vt dicebat Hen. sed est ipsa memoria fęcunda: immo si per impossibile non esset talis cognitio adhuc intellectus patris, vt habens essentiam perfecte ꝓsentem in ratione obiecti intelligibilis esset principiũ verè productiuũ: sunt ergo isti actus. s. actus operatiuus, & actus productiuus quasi effectus ordinati eiusdẽ causæ: ita ꝙ actus operatiuus prius est, quàm actus productiuus: & tamen vterque ab eadem memoria: & exemplum patet in littera, quæ clara est.

Difficultas.

SED oritur una difficultas in hoc, quod dicit, ꝙ actus primus est prior origine actu secundo: putà, ꝙ memoria ꝓductiua in patre est prior origine ipsa productione. Videtur enim ꝙ doc. sibi contradicat tenendo: ꝙ personæ cõstituantur in esse per relationes: vult. n. ipse expresse in 28. d. 1. q. vlt. quæ est in tertia in ordine. & 4. q quol. ꝙ pater constituatur in esse personali per paternitatem: & per ipsum doc. idem est patrem constitui in esse personali per paternitatẽ: sicut, & per generationem actiuã, cum sint penitus idem. Si ergo principium ꝓductiuum, siuè generatiuum est prius origine generatione: ergo suppositũ habens illud principium, quo verè generat erit prius origine ipsa generatione: ergo pr̃ qui est suppositum generans per tale principium erit prior origine ipsa generatione actiua: & sic constitutũ essentialiter erit prius origine cõstitutiuo essentialiter: qđ nõ est intelligibile. ¶Respondeo primo ꝙ qñ doc. dicit, ꝙ ꝓductiuum in diuinis est prius natura productione: & sic ex argumento facto pater erit prius origine productione. Dico, ꝙ põt exponi de productione passiua: & sic nulla est difficultas: quia et pr̃, inquãtum pr̃, in diuinis est prior origine filio: & similiter pr̃, inquãtum generans, est prius origine genito: vt põt deduci ex dictis doc. in 1. d. 26. & 28. & in quol. q. 4. Secundo dico, ꝙ bene principium productiuum est prius origine productione actiua, qua cõstituit pr̃ in esse ꝑsonali. Et cũ dr̃ qđ pr̃ generat filium, vt habẽs tale principium productiuum: concedo: sed postea negatur, ꝙ pater sit prior origine productione actiua.

Principium productiuũ, siuè generatiuũ est pri° origine generatione, productione actiua, qua constituitur pater in esse personali.

Solutio.

Instantia.

¶Si dicatur generatio actiua necessariò ꝓsupponit principium productiuum, & suppositum producens secundùm illud principium.

Responsio.

¶Dico, ꝙ bene generatio actiua ꝓsupponit principium productiuum. s. memoriã fęcundam: non tñ ꝓsupponit suppositũ producens: & hoc patet à Sco. expresse in quol. q. 4. in r̃sione ad primũ argumentum, vbi dicit, ꝙ actio necessariò ꝓsupponit esse simpliciter: nõ aũt esse incõmunicabile, ꝓcipuè qñ suppositum incõmunicabile constituitur in tali esse per huiusmodi actionem. Sic est in proposito de generatione in diuinis: quia ipsa generatio verè præsupponit esse simpliciter. s. memoriam fęcundam: sed non pręsupponit suppositum incommunicabile: quia per illã generationẽ tale suppositũ constituit in esse.

Apparens contradictio.

¶Sed contra hoc. Videtur. n. ꝙ doc. sibi contradicat in hoc, quod dicit, ꝙ generatio actiua nõ pręsupponit suppositum generans: quia in isto primo. d. 7. dicit expresse, ꝙ gerundiuum constructum cum potentia notat actum, vt egredientẽ ab eodem supposito, cui attribuitur potentia: hæc sunt verba formalia doc. Cum ergo memoria fęcunda sit potentia generandi ipsi pr̃i: vt patet à doc. in pluribus locis: ergo generare est actus egrediẽs à supposito, habente talẽ potentiã generandi: ergo præsupponit suppositum: & ideo dicit doc. ꝙ memoria fęcunda nõ est potẽtia generandi filio: quia tunc actus generationis actiuæ intelligeretur à supposito filij egredi.

Concordantia.

¶R̃ndeo, ꝙ doc. in eadẽ di. in respõsione ad primũ arg. factum cõtra primam opinionẽ: dicit ꝙ generatio actiua, qñ respicit principium productiuũ, ꝑ se existens, potest immediatè elici à tali principio: cuiusmodi est Deus: & concordat cum hoc quod dicit in quol. vbi supra nec vult doc. in illa. d. 7. primi, ꝙ generatio ꝓsupponat suppositũ generãs: cum in eadem. q. contrarium dicat. Dico ergo, quòd actũ generationis egredi à supposito põt dupliciter intelligi. Primo modo, ꝙ verè sit à supposito. Alio modo, ꝙ egrediať à principio ꝓductiuo, vt actu existẽte in supposito. Primo modo nõ egrediť à patre: sed bene secũdo modo: qa memoria fęcũda, à qua immediatè pullulat generatio actiua constituens patrẽ in esse personali: primo inest patri & per patrem inest filio.

Actum generationis egredi à supposito dupliciter potest intelligi.

¶Sed si quærať, si à memoria fęcunda immediatè pullulat generatio actiua: ergo in eodẽ instanti erit filius: & ꝑ cõsequẽs pr̃, vt prior origine nõ producit filium: immo nec diceretur generare formaliter.

¶Dico, quòd illa generatio pullulat à memoria fęcunda, vt posterior origine: & in eodem instãti originis constituit patrem in esse ꝑsonali: sed in eodem instanti originis: quo cõstituit patrẽ non habet productum: sed in alio instanti posteriori originis: & sic pater formaliter generat, ut prior origine: & dr̃ generare formaliter ꝑ generationẽ actiuã, constituentem ipsum in esse personali: & hoc modo dictũ doc. in d. 7. primi. debet intelligi de actu egrediẽte à supposito &c. ¶Ibi. Tunc ad illud. a. de anima de distinctione potentiarum per actus &c. Hæc responsio nota est ex præcedentibus.

¶Ibi. Alia responsio esset de intellectu agente, & possibili: quia si agens esset productiuus, & possibilis operatiuus: patet quòd actus producendi conueniret intellectui agenti, & actus operandi intellectui possibili; & sic isti duo actus distinguerent intellectũ agentem, & intellectum possibilem a posteriori tñ.

¶Tertio doc. arguit cõtra illud, quod dixit. s. quòd pluralitas principiorũ nõ põt reduci ad vnitatẽ principiandi; & argumentũ est ibi. Tertio, Probatio illa non vr̃ valere, q adducitur ad ostendendum dualitatem &c. Et ratio stat in hoc: quia licet principiare contingenter, & principiare necessariò sint oppositi modi principiandi, tamen hæc dualitas potest reduci ad unitatẽ. Posito. n. quòd aliqua creatura principiet necessariò, & alia ꝯtingẽter, tñ hęc dualitas reduceť ad unitatẽ, & illud vnum necessariò principiabit.

Pulcherrima regula Scoti. Quando duo principia, habẽtia oppositos modos principiandi, unum includens imperfectionem, vnũ adulterum non habet reduci, tãquam ad prius naturæ.

¶Respondet doc. Ibi. Ad tertium dico. Et responsio satis clara est: quæ stat in hoc, quòd qñ unus modus principiandi est imperfectior, potest reduci ad modum principiandi ꝑfectiorem: & patet quia modus principiandi per modũ naturæ in creaturis, ꝓp suũ imperfectionẽ reducitur ad modum principiandi contingenter in diuinis: qui nullam includit imperfectionem: & patet quia modus principiandi in creaturis essentialiter dependet à modo principiãdi contingenter in Deo: ut patet à doc. ex intentione præsenti. d. q. r. & ĩ. d. 8. q. vlt. & in 2. d. 1. & in quol. q. 7. sed qñ unus modus principiandi nullam includit imperfectionem, & alius modus principiãdi oppositus similiter nullam includit, unus modus non potest reduci ad alium: & sic est in proposito, de modo principiandi liberè in diuinis, & de modo principiandi per modum naturæ. Et quod addit quòd nec ambo possunt reduci ad vnũ tertium modum propter duas rationes. Prima; quia isti modi includerent imperfectionem, si possent reduci: quod est cõtra suppositum. Secunda quia ille tertius modus haberet tantum unum modum principiandi. s. vel ꝑ modum naturæ, vel ꝑ modum voluntatis, cum ista sint immediata. Non. n. põt dari aliquis modus principiandi, q non sit, aut ꝑ modum naturæ, aut ꝑ modum uoluntatis: & tunc si ambo reducerenť ad tertiũ, vnũ reduceretur ad aliud, & idẽ ad seipsum.

Nota & bene.

¶Quarto

¶Quarto principaliter arguit doct. contra illud, qđ dictum est prius: ꝙ vtrunq; principium productiuum habet productionem sibi adæquatã & coæternam: ergo stante illa non potest habere aliam: quia si intelligat adæquatum extensiuè: tunc petitur principium. f. quia non probat hoc: sed supponit esse verum: quod tamen est dubium. Si intẽsiuè adhuc non sequitur: quia licet principium productiuũ habeat ꝓductũ adæquatũ intẽsiuè: tñ stãte illo ꝓducto põt habere aliud: vel æq; perfectũ, vel minus pfectũ sicut patet in causa vniuoca: quæ posito, ꝙ producat vnum effectum sibi adæquatum intensiuè: adhuc potest habere alium similem: patet etiam; quia licet visio verbi adæquetur potentiæ animæ Christi: (quia perfectior non potest haberi: tenendo, ꝙ talis visio sit ita perfecta, ꝙ perfectior nõ põt creari: vt videtur tenere doc. in 3. d. 14.) tamen potest noscere actu elicito aliud intelligibile: vt patet à doc. in 3. d. 14. Similiter Deus nouit se notitia adæquata intensiuè: quia talis notitia est ita formaliter infinita, sicut Deus, vt supra patuit præsenti. d. q. 3. & tamen nouit etiam alia à se ut supra patuit præsenti. d. q. 1. & magis patebit infra d. 39. ergo sic erit in proposito.

¶Quinto arguit. & ratio stat in hoc: quia principium ꝓductiuum, ut tale, est prius principiato: immo, quando actu principiat: adhuc intelligit prius, vt patet subtiliter à doc. in 2. d. 1. & d. 25. & alibi. Et vide quæ ibi exposui. Si ergo prius: sequitur, ꝙ non mutatur ratio principij: per hoc, ꝙ nunc habet productum: patet quia ratio formalis prioris non mutatur per aliquod posterius: ergo si tale principium non haberet hoc principiatum, posset habere aliud, cum habeat eandem rationem principij, quã prius: ergo tale principium (si sit perfectum) si potuit habere aliud principiatum: puta. b. si non fuisset principiatum. a. videtur, ꝙ simul possit habere. a. & b. ut duo principiata, cum per. a. principiatum non tollatur à principio ratio principiandi.

¶Doc. remittit se ad d. 7. huius primi. Quia tamen ibi non soluit has duas rationes expressè: immo clarius põt solui ex dictis in q. 2. quol. aliqualiter soluo eas. Ad primam, quæ est quarta in ordine: dico, ꝙ genitũ adæquatur principio productiuo intensiuè: quia est ita perfectum: cũ includat eandẽ perfectionem: immò sibi cõmunicatur tota perfectio principij ꝓductiui: adæquatur, ẽt extẽsiuè. Cum dr̃, ꝙ hoc non probat. Dico, ꝙ hoc ostendit. ĩ. d. 7. in quol. q. 2. vbi doc. hic probat, & argumento ostensiuo, & argumento, ducẽte ad impossibile. vide ibi, & q̃ ibi exposui. ¶Ad secundum: dico breuiter, ꝙ principiũ ꝓductiuũ eiusdẽ rõnis indiuiduis: est ita pręcisè principiũ respectu illius ꝓductionis: ꝙ si nõ esset illius præcisè, nullo modo posset esse alterius: & illa productio filij est ita necessè esse in diuinis, ꝙ si illa precisè non esset, esset simpliciter impossibile pnsse esse aliam: vt subtiliter ostenditur à doc. in q. 2. quol. Et sic dico, ꝙ tale principiũ ꝓductiuũ (quamuis sit prius ꝓducto) sic pręcisè determinatur ad illud productu, ꝙ simpliciter repugnat ei posse habere aliud ꝓductum: ẽt posito, ꝙ nõ haberet prius ꝓductum. Cum ergo dr̃: ꝙ cũ sit prius non uariatur rõ principij productiui. Dico, ꝙ licet in se non varietur: tamen in illo priori non habebit rõnem principij ꝓductiui, respectu alterius ꝓducti: cũ sit determinatũ ad tale productũ. De hoc vide singularia doc. in quoli. q 2. & aliqualiter. ĩ. d. 7. & præcipuè aliqua à me ibi exposita.

¶Vltimo doc. adducit aliquas instãtias cõtra multa dicta in ista. q. quæ instantiæ sunt ibi. Contra ista instatur. & primo sic. Intelligentia est in patre. Hic arguit contra unũ dictum superius contra Hen. dicebat enim doc. si intellectus nudus, ut patris conuertitur super intellectum formatum &c. Ibi deducebat ergo notitia genita, siuè uerbum esset formaliter in patre: quod est falsum; sed hic probat isto argumento, ꝙ verbum sit formaliter in patre, & probat sic. Intelligentia est formaliter in patre: & intelligentia est verbum: ergo verbum est formaliter in patre. Ad hanc rationem respondet doc. Ibi. Ad primum dico. Sentẽtia huius litterę est: quòd pr̃ habet in se formaliter memoriam intelligentiam, siuè notitiam simplicẽ, & voluntatẽ: quę omnia dicunt perfectionem, & eadẽ sunt formaliter in filio, & spiritu sancto. Non enim pater intelligit per filium: nec diligit per spiritum sanctum, quasi filius sit formaliter intellectio patris, & spiritus sanctus sit formaliter amor patris: sed intelligit per intelligentiam formaliter sibi in existentem, quæ non est notitia genita, & amat per amorem sibi formaliter in existentẽ, qui amor non est formaliter spiritus sanctus: & ꝓbat per auctoritatem Aug. quæ clara est. Ibi. Intelligit igitur, quòd pater formaliter est memoria sibi, id est, quòd memoria est formaliter in patre. & sic intelligentia, & voluntas, siuè volitio: & hæc omnia sunt formaliter in filio, & in spiritu sancto: cum dicant perfectionem simpliciter. Sequitur in littera. *Quõ pater non intelligat per filium.*

Et in hoc est dissimilitudo inter personas, & partes imaginis in nobis secundùm ipsum: patet quia imago in nobis (vt patebit infra d. 3. q. vii.) habet tres partes. s. memoriam perfectam, comprehendendo etiã voluntatem, quæ attribuitur patri, & habet intelligentiam perfectam, quę attribuitur filio; & amorẽ perfectum, qui attribuitur spirituisancto; sed non sequitur; quòd omnis perfectio, quę est in vna parte imaginis: sit in alia formaliter, sicut est in personis diuinis; nec similiter dicimus, quòd secunda pars imaginis sit formaliter memoria: nec formaliter voluntas, siuè amor: nec similiter dicimus, quòd voluntas, siuè amor sit formaliter memoria, & intelligentia: sicut dicimus in diuinis, quòd filius est memoria sibi, intelligentia sibi, & uoluntas sibi: hoc idem dicimus de patre, & spiritu sancto. Sequitur in littera. Cum igitur dicitur proprius actus intelligẽtiæ est verbum: nego; cum de ratione verbi sit, quòd sit notitia genita. *Dissimilitudo imaginis in personis diuinis & in nobis.*

¶Ibi. Cum dicis. sufficit quòd sit notitia declaratiua. Dicerent isti, quòd ex quo verbum est declaratiuum obiecti, uel memorię, cuius est: videtur, quòd notitia actualis cum sit verè declaratiua memorię, siue obiecti intelligibilis, cuius est sit verbum. *Hen. supra.*

¶Rñdet doc. negando ibi. Nego intelligẽdo &c. Snĩa huius lrę est, ꝙ notitiã esse declaratiuam memorię pr̃is, siuè essentię diuinę, vt p̃sentis intellectui patris põt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd declarare dicat tñ relationẽ rõnis, qua relatione, pr̃ mediante tali notitia declarat essentiã: & sic intellectio simplex est perfectè declaratiua. Alio modo, vt dicit relationẽ realẽ ad personam dicentem: ita ꝙ talis notitia non tñ includit relationẽ declarantis ad obiectum declaratũ: sed ẽt includit relationẽ realem ad ꝑsonam dicentẽ, siuè exprimẽtem, & talis notitia ꝓpriè dicitur verbũ diuinũ. Alia verò notitia simplex: & si dicat relationẽ rõnis ad obiectum declaratum: & quãtum ad hoc posset dici verbum: quia tñ nõ dicit relationem realẽ ad aliquã personam dicentem, siue exprimentem: ideo non dicitur propriè verbũ: de quo in pręsenti loquimur: & de hac materia prolixius declarat doc. ĩ. d. 27. q 2. ¶Secũdo principaliter arguit doc. contra aliud dictũ superius: videlicet ꝙ notitia simplex, & actualis non põt esse rõ formalis producendi notitiam genitam: & hic probat cõtrarium per dictũ Augu. Ibi. Pręterea. Augu. 15. de tri. Dicit ꝙ verbum est uisio de visione: ergo visio, siuè actualis notitia est ratio formalis producendi visionem, siuè notitiam genitam. *Sententia litteræ.*

Visio capitur multipliciter.

¶Respondet doc. ibi. Cũ verò dicitur secundo: ꝙ est notitia de notitia. Sensus litteræ est, ꝙ visio potest capi dupliciter. Vno modo actualiter.s. pro notitia actuali simplici. Alio modo habitualiter: & hoc dupliciter.s. vel pro habitu infuso, siuè acquisito ex pluribus actibus: vel pro ipsa memoria fœcunda. Debet ergo sic intelligi in nobis visio obiecti, siuè actualis notitia illius est verè producta de visione habituali: accipiendo visionem habitualem pro memoria fęcunda. Et quòd Augu. sic intelligat probat per aliud dictum Augu. Ibi. Tunc enim est verbum simillimum rei notæ: de qua gignitur supple in ratione obiecti intelligibilis: & imago eius, supple ipsius obiecti intelligibilis quando de visione scientiæ uisio cogitationis exoritur: & dicit docto. ꝙ istæ constructiones sunt in transitiuæ. Nam visio scientiæ est ipsa scientia: & visio cogitationis est ipsa cogitatio: & accipitur ibi scientia habitualiter non pro habitu infuso, uel acquisito ex pluribus actibus sciẽdi: sed pro memoria fœcunda: quæ dicitur scientia habitualis ex hoc, quòd sicut habens habitum scientiæ, causatum ex frequentatis actibus faciliter potest exire in actum sciendi: ita habens memoriam fęcundam (quod est habere obiectum perfectè præsens intellectui) promptè, & expeditè potest producere verbum, quod erit imago, & similitudo obiecti præsentis in memoria: & sic patet ꝙ quando Augu. dicit uisio cogitationis exoritur de uisione scientiæ: sensus est, ꝙ cogitatio in nobis, siuè actualis notitia in nobis propriè dicitur verbum, quando exoritur de uisione scientiæ.i. de scientia habituali.s. de ipsa memoria fęcunda: cuius memorię ipsa cogitatio, siuè uerbum est similitudo, & imago: pariformiter est dicendum de uerbo diuino: quod exprimitur de scientia patris.i. de memoria ipsius patris. Sequentia clara sunt.

Scientia habitualis.

¶Et quod ibi dicit. Si potest esse in anima scientia sempiterna &c. Hoc debet intelligi de scientia habituali, quæ est in memoria, & accipit ibi scientiam habitualem pro obiecto perfectè præsente intellectui, quod obiectum sibi præsens dicitur esse in memoria: quia ut sic pertinet ad memoriam fęcundam: & obiecto sic perfectè præsenti magis attribuitur ratio memoriæ, quàm intellectui: quamuis vtrunque sit pars memoriæ: quia notitia est propriè declaratiua, & manifestatiua ipsius obiecti: cum principaliter specificetur ab ipso, vt supra exposui. Et quòd Augu. accipiat scientiam sempiternam pro memoria patet parum infra per expositionem doc. Nota etiam, cum dicit scientia sempiterna, non debet intelligi scientia habitualis sempiterna propriè, nisi accipiendo sempiternum pro coęterno: & hoc quando anima est sibi præsens, siuè intellectui suo in ratione obiecti intelligibilis actu: quia vt sic est pertinens ad memoriam: & licet sit semper præsens entitatiuè quia idem realiter qđ intellectus: non tamen est præsens, saltem pro statu isto in ratione obiecti, actu intelligibilis. vt patet supra q.1. prolo. Et ideo Augu. loquitur conditionaliter cum dicit si potest esse in anima scientia sempiterna &c. Et posito, ꝙ sit: tamen intelligentia.i. actualis intellectio eiusdem animæ non erit sempiterna: patet quia actu non semper se intelligeret. Sed quicquid sit sufficit, ꝙ habetur ab Aug. quomodo accipit aliquando scientiam pro obiecto præsente intellectui: & hoc in ratione obiecti actu intelligibilis.

An sit differentia inter memoriã et intelligẽtiã in patre.

¶Tertio principaliter arguit doc. cõtra idem. Ibi. Præterea. Non videt differentia inter memoriam, & intelligentiam in patre. Argumentum stat in hoc: ex quo memoria, & intelligentia patris sunt penitus eadem res: quomodò est possibile, ꝙ memoria sit ratio producendi: & non intelligentia?

¶Respondet doc. Ibi. Ad tertiam instantiam: isti aduersatij.s. tenentes, ꝙ propter opus intellectus nulla est distinctio inter intellectum, & uoluntatem, ut magis patebit infra d. præsenti. q.2. huius partis secundæ & d.8 q. pe. adhuc isti habent concedere tantam distinctionem inter intellectum, & uoluntatẽ, vt intellectus dicatur principium productiuum filij, & non.s.s. & similiter uoluntas principium productiuum.s.s. & non filij: si enim essent penitus idẽ esset impossibile, ꝙ si intellectus est principium filij: quin etiam, & uoluntas. Sic dicit in proposito de memoria, & intelligentia: ꝙ posito, quòd non distinguantur realiter.i. præter opus intellectus: ut accipit hoc realiter: adhuc etiam secundùm istos erit saltem per intellectum tanta distinctio, quòd vnum erit ratio formalis producendi, & non aliud. Et ista responsio docto. est tenendo opi. eorum.s. quòd nulla sit distinctio præter opus intellectus. Tamen. Respondendo secundùm opi propriam, & secundùm veritatẽ habet dicere, ꝙ intellectus, & voluntas distinguantur saltem ex natura rei, aliter intellectus non esset realiter principium productiuum filij, & spiritussan cti. Si enim essent penitus idem præter opus intellectus vnum ex natura rei est principium alicuius, & reliquum erit similiter ex natura rei: sed hoc magis patebit infra d 8.q penul. & d. 13. & alibi sępe: sic est dicendum de memoria, & intelligentia: quòd ista distinguntur, quòd aliquid conuenit vni, quod non alteri. Et probat per Augu 15. de tri. c.8. Talis est.n. scilicet distinctio, quod si pater esset memorialiter noscens non autem intelligens non esset perfectus.i. quòd si pater haberet tãtum scientiam habitualem, accipiendo scientiam habitualem pro memoria (vt dixi supra) & non haberet intelligentiam.i. notitiam actualem obiecti relucentis in memoria: tunc pater esset imperfectus, vt patet per philosophum. 12. mẽt. t.c.51. quia per actum secundum, siuè per notitiam actualem coniungitur optimo. vt supra patuit. q.1. huius.d. exponendo dictum philosophi: patet ergo quomodo memoria, & intelligẽtia non sunt penitus idem: quia per memoriam solam nõ dicitur ita perfectus: sicut per intelligentiam.

Quæ distinguantur intellectus, & voluntas.

Quare pater actu, s. dictiuo, & nõ operatiuo producit notitiã genitã.

¶Quarta instantia est: quare pater isto actu.s. productiuo producit notitiam genitam, & non illo.s. operatiuo, non videtur ratio: cum vterque sit actus secundus & principietur uirtute eiusdem actus primi: quia tã intellectio actualis quàm generatio filij est à memoria fęcunda patris, ut à principio formali productiuo. vt supra patuit.

Propositiones contingentes immediatæ.

¶Respondet doc. ꝙ sunt aliquæ propositiones cõtingentes immediatę: sicut ista calor calefacit, & licet calor necessariò calefaciat, quando est præsens passo: dicitur tamen contingens: quia est de actuali operatione, quę non semper necessariò inest: & dicitur immediata: quia non potest probari per aliam: ut patet: sed hęc est immediata necessaria.s. calor est calefactiuus, cũ non possit ꝓbari per aliã: & hoc fortè accipiendo calorẽ ꝓ ratione formali caloris, si habet aliquã: & tũc hæc esset mediata, & illa immediata.s.a. est calefactiuũ: & accipit a. ꝓ rõne formali, & quidditatiua ipsius caloris: & hoc patet: quia passio est demonstrabilis de subiecto: & rõni formali subiecti inest immediatè: vt patet à doc. supra præsenti. d.q.2. Sic dico in ꝓposito: hæc est p se. & immediata.s. operatio, ut operatio est, non est ꝓductiua: patet quia ipsa est finis potẽtiæ operatiuæ, & perfectio operãtis, nã operans per suam operationem perficitur formaliter: & hoc si operatio realiter distinguat: sicut patet in nobis de intellectu, qui pficit sua operatione.s. cognitione: & similiter de alijs potentijs, siuè cognitiuis, siuè appetitiuis: modo ꝓductio nõ est formaliter perfectio ꝓducẽtis: patet quia tunc Deus pficeret formaliter

maliter producendo creaturam: & similiter pater in diuinis formaliter perficeretur generatione filij: sed ipsa productio tantum habet productum extra essentiam, seu entitatem producentis. i. quòd tãtum terminatur ad productum extra essentiam producentis. i. realiter distinctum à producente: & hoc modo accipitur hic extra essentiam: vel saltem non includitur formaliter in persona producentis. Hic tamen nota, quòd productio in nobis: si capitur pro respectu producentis ad productum: talis respectus est formaliter in producente: sed est posterior producto: accipiendo productum pro re verè producta: ut exposui in secundo. distinctio. prima. Si verò accipitur productio, ut prior producto, & non pro respectu producentis: talis productio in se nihil est. producere enim nihil aliud est, nisi quòd habens principium productiuum immediatè ponit productum in esse: ita quód nullo mediante, ponitur productum: & tunc talis productio, sicut in se nihil est formaliter, ita nec in alio: quod bene nota. Et sic ꝓductio isto secundo modo nihil est formaliter in persona producente. Et si acipitur primo modo nihil est in persona producente, supple perficiens ipsam, sicut operatio perficit.

Productio ut posterior producto, est relatio: sed ut prior nihil est.

Productio quid sit.

¶Ibi. Quare igitur actus secundus, quo pater intelligit, uel operatur formaliter (operari formaliter est habere in se formaliter operationem) non producit? dicit, quòd non est assignanda alia ratio, nisi quia intelligere ex ratione sua formali est operari patris, & non producere: & patet littera. Et responsio clara est in littera: & similiter quarta instantia cum sua responsione. Nunc sunt soluenda argumenta principalia.

Operari formaliter qd.

AD PRIMVM argumentum principale. Antequam docto. soluat argumenta Auerro. quibus uidetur probare, quòd est impossibile, quòd eadem natura possit communicari vniuocè, & æquiuocè. Primo declarat, quòd Auer. in 8. phi. commẽto 46. cuius textus incipit. Vtrum autẽ vnumquodque mouentium, quę non mouentur &c. uidetur loqui de natura perfecta contra Auicen. quia Aui. videtur dicere quòd animal perfectum: cuiusmodi est homo, equus, & similia, potest vniuocè, & æquiuocè causari: ita quòd vnus homo potest causari vniuocè, scilicet per propagationem, ut quando causatur ab alio homine mediante semine: & alius homo potest causari æquiuocè non ab alio homine: sed ab alia causa æquoca, puta à sole: & si Auer. sic intelligat verum dicit. & docto. in hoc sibi non contradicit. Si verò intelligat: quòd etiam entia imperfecta non possunt generari vniuocè, & æquiuocè: quantum ad hoc docto. sibi contradicit: & probat quòd eadem natura potest communicari æquiuocè, & uniuocè: sic intelligendo, quòd natura specifica in uno indiuiduo potest esse per propagationem: & hoc quando generatur ab alio indiuiduo eiusdem speciei: sicut vnus mus generatur ab alio mure: & in alio indiuiduo potest esse ęquiuocè: & non per propagationẽ: vt quãdo communicatur alteri indiuiduo eiusdem speciei ab alio alterius speciei: ut quando vnus mus generat puta à sole mediãte putrefactione alicuius; puta aqui, vel alicuius alterius: & sic duo indiuidua eiusdem naturæ specificę, & imperfecta sic se habẽt, quòd unum potest generari æquiuocè: hoc est non ab aliquo eiusdem speciei: & aliud potest generari vniuocę: uidelicet ab aliquo eiusdem speciei. Non autem sic debet intelligi, quòd unum & idem numero possit ęquiuocè, & uniuocè generari: quia hoc nõ pertinet ad intentionem quæstionis: licet non haberem pro inconuenienti, quòd si mus, qui nunc est generatus ab alio murè vniuocè; si fuisset generatus à sole; adhùc ẽt esset idẽ mus numero, qui nunc est,

Quare Auicennam. 15. de animalibus, & in tractatu de diluuijs ad hoc.

Scotus contradicit Auerroi.

quando generatur ab alio mure: & hoc expresse patet à doc. in 2. d. 20. q. 2.

¶Ibi. Quia conclusio sua sit falsa. Hic doc. p auctoritates, & rationes intendit probare, quòd eadem natura specifica imperfecta tamen: possit communicari æquiuocè, & vniuocè: ita quòd uni indiuiduo ab alio alterius speciei, & sic equiuocè: & alij indiuiduo ab alio eiusdem speciei, & sic uniuocè: vt supra exposui. probat primo per Aug. qui vuult, ꝙ generatum per putrefactionem, quod est æquiuocè generatum propagat alia, quod est vniuocè generare: quia mus, qui generatur per putrefactionem, putà à sole propagat alium murem. i. generat alium murem mediante semine: & tamen isti duo mures sunt eiusdem speciei ergo.

Eadẽ natura specifica imperfecta tñ põt cõmunicari uniuoca, et æquiuoca.

¶Ibi. Quia si negat Auer. assumptum de apibus, & animalibus. Quia fortè diceret, ꝙ omnes apes generantur per putrefactionem, & nulla per propagationem. Et similiter fortè diceret, ꝙ omnes mures generantur per propagationem. Dicit doc. quòd saltẽ hoc non potest negare de plantis: quia experientia notum est, ꝙ una planta generatur æquiuocè, & non ex semine: & tamen eadem producit semina, ex quibus generãtur aliæ plantæ eiusdem speciei, cum planta, generante per semina.

Doctrina subtilissima.

¶Ibi. Contradicit etiam ei Aug. Littera sequens est satis clara usq; ibi. Quòd autem omnia prædicta generata æquiuocè sint eiusdem speciei cum generatis uniuocè hoc probat à posteriori. Dicimus. n. quòd duo mures sunt eiusdem speciei: quia vnus habet similem operationem: & circa idem obiectum, & ab eodem nutritur, & conseruatur: & sic de alijs: ita tamen, ꝙ omnes istæ particulæ debent accipi collectiuè, & non diuisiuè: quia non sequitur, homo videt albedinem per potentiam visiuam: & similiter mus videt eandem per potẽtiam visiuam, & sic visio hominis vr̃ similis visioni muris: & tñ mus, & homo non sunt eiusdem speciei: & ideo oportet, ꝙ omnes istæ cõditiones, & plures aliæ collectiuæ accipiãtur.

Rõnes ꝓbantes genita ex putri, & ex semine sunt eiusdẽ speciei.

¶Item probat idem, ꝙ sint eiusdẽ speciei. ibi. Habent etiam hæc & illa mẽbra eiusdem speciei: & mẽbra leonis non differunt à membris cerui: nisi quia anima ab anima. primo de anima. c. 53.

¶Sed hic oritur una parua difficultas: quia doc. vr̃ expressè tenere, ꝙ multæ partes organicæ specie distinguantur abinuicem: ergo si anima est ratio distinguendi unam partem organicam ab alia: oportet ponere plures animas in pluribus partibus organicis.

Difficultas.

¶Rñdeo: ꝙ hoc dictũ nõ debet sic intelligi: sed sic, ꝙ una anima requirit alias, & alias partes organicas: ut puta anima hominis: & alia puta aĩa equi reqrit alias partes organicas specie distinctas à partibus organicis hominis: & sic debet intelligi, ꝙ mẽbra leonis differunt à mẽbris cerui: q̃a aĩa differt ab anima.

Responsio.

¶Ibi. Cõtradicit ẽt sibi magr̃ suus 7. met. vbi vult, ꝙ aliqua possunt gñari ab arte, q̃ erũt eiusdẽ speciei cũ generatis à natura: & tñ ars, & natura distingunt specie: puta qñ materia est similis, & similiter disposita p ingeniũ artis. & ita similiter est disposita p naturã: tunc pñt eadẽ fieri: supple si applicat ars materiã suis actiuis, & passiuis: ita bñ ꝓducunt naturalia, sicut si à natura ꝓduceret. Silr̃ vult Ari. vbi sup. ꝙ aliqua pñt fieri à casu eiusdẽ spẽi cũ his, q̃ fiũt à natura, patet: ut cũ aliq̃d fit ab arte, & à casu. aliqs effectus põt ꝓduci sm ꝓpositũ, & intentionẽ artificis: & aliꝰ effectꝰ eiusdẽ speciei poterit ꝓduci à casu: supple ꝑter intentionẽ, & ꝓpositum artificis: & ex his patet, q̃uo sit possibile naturã eiusdẽ speciei impfectã posse diuersimodè. i. æquiuocè, & uniuocè cõicari indiuiduis eiusdẽ speciei. ¶Ibi. Ad primũ rñdeo. Primũ argumẽtum quod facit Auer. quo probat, ꝙ natura eiusdẽ speciei non põt æquiuocè, & uniuocè cõicari;

7 met. contex. 22. & 23. & 31.

quæ ratio est in principio quęstionis. Et ratio stat in hoc, ꝙ ex quo materiæ diuersæ necessariò correspōdent diuersis agentibus: sequitur ꝙ illę materiæ sint alterius speciei: ergo, & formæ, quæ sunt in illis materijs erunt alterius speciei: patet quia alterius materiæ est altera forma: & sic alia materia habet aliā formā sibi propriam: aliter tunc quodlibet generaretur ex quolibet: vt patet. ¶Rñdet doc. & responsio stat in hoc, ꝙ accipiendo materiā, quæ realiter in existit cōposito: verum est, ꝙ materię eiusdē speciei habēt formas eiusdē speciei; & materiæ alterius speciei habēt formas alterius speciei. Si autē accipiatur materia ꝓ opposito, ex quo transmutato corrupto fit res, & nō in est rei: sicut cum dicimus, ꝙ ignis fit ex aere, tanquam ex opposito. i. quòd ignis agendo in aerem, tāquam in oppositum corrumpit formam aeris, & in materia aeris producit formam ignis: & sic intelligendo non est verum: quòd formæ eiusdem speciei sint à materijs eiusdem speciei: patet quia ignis generatur ex aere corrupto: & similiter ex terra corrupta &c. ¶In ista littera doc. occurrit vna parua difficultas. Videtur enim sibi doc. contradicere quia in 2. dist. 14. vult ꝙ omnes materiæ sint eiusdem rationis loquendo de materijs, quę insunt rei. Nam dicit ibi contra communem opi. ꝙ si in cęlo esset materia esset simpliciter eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum. Si ergo omnes materiæ sunt eiusdē rationis: ergo & formæ receptæ per dictum docto.

¶Responsio est facilis, quia ibi loquit̃ de materia prima denudata ab omni forma: & sic sunt eiusdem rationis: hic verò loquitur de materia secunda. q̃ est in vltima dispositione ad recipiendā formā specificam: sicut dicimus, ꝙ materia receptiua animæ intellectiuæ est corpus organicū humanū: & materia receptiua formæ asini erit tale corpus organicum: & quia huiusmodi materię sunt alterius rationis: sequitur, ꝙ forma hominis, & forma asini sunt alterius rationis: & quia omnia corpora humana sunt eiusdē rōnis: sequitur, ꝙ oēs animæ intellectiuæ sunt eiusdē rationis. Sed tunc postea esset alia difficultas: sustinēdo, qđ cęlum sit animatum anima intellectiua. cuius oppositum nō probat doc. immò dubitatiuè de hoc loquitur: vt patet in 2. dist. 14. q. r. Si ista est vera, ꝙ materiæ alterius rationis tātum sint receptiuæ formarū alterius rationis: cū corpus celeste, & corpus humanum sint alterius rōnis: vt patet: ergo anima intellectiua informās corpus cęleste, & anima informans corpus humanum erunt alterius rationis: sed de hoc aliàs: quia non est præsentis speculationis.

¶His declaratis negat̃ ista propositio. Materię eiusdem rationis sunt tm̃ ab agēte eiusdē rōnis: quia corpus vnius muris potest esse ab agente æquiuoco per putrefactionem: & corpus alterius muris potest esse ab agente vniuoco p ꝓpagationem: & sic per illam ꝓpositionem Auer. i. materiæ alterius rōnis sunt ab agētibus alterius rōnis: ergo, & materię eiusdē rōnis sunt ab agentibus eiusdem rationis: non sequitur: ut patet per exemplum de mure. ¶Secundum argumentum Auer. est ibi. Scdo arguit ex opposito inferēdo, ꝙ eadē species tunc esset à natura, & à casu. Et argumentum est satis clarum in littera. ¶Ad quod rñdet doc. Ibi. Ad ſm dico. Et rñsio stat in hoc: ꝙ non dr̃ aliquid fieri à casu ex hoc, ꝙ fit raro: & non fieri à casu ex hoc, ꝙ fit, vt in pluribus. Ex hoc. n. dicitur aliquid fieri à casu, quia non habet causam determinatam sed fit præter intentum causæ: sic intelligēdo, ꝙ illud dicitur fieri à casu, vt comparatur ad aliquam causam intendentem aliquem effectum, a quo impeditur. Exemplum. Aliquis fodit terram, vt inueniat thesaurum: inuentio thesauri est effectus intentus: & fodiendo inuenit aquam, & inuentio aquæ non est effectus intentus à fodiente. ideo dicimus quòd inuentio aquę fit a casu: quia non habet ipsum fodientem, ut causam determinatam. i. intendentem talem effectum: vt verò inuentio aquæ comparatur ad aliā causam potest esse effectus intentus ab illa alia causa: & sic respectu illius causæ non erit à casu: sed de ista materia diffusè. vide in doc. quęst. 21. quæ est vltima quolib. hoc est, quod doc. dicit in ista littera. Et quod dicit ibi parum. J. Accipitur etiam rarò, vel vt in pluribus, prout distinguit inter opposita cōtradictoriè: non prout inter disperata distinguit. Nā in diuisione philosophi. 2. phi. quæ talis est: omnis effectus, uel fit raro, vel vt in pluribus: membra diuidentia. s. rarò, & in pluribus sunt contradictoria, nō disperata, nec contraria: quia hoc, quod dico, ut in pluribus: tantum valet sicut ex determinata intētione: & hoc quod dico, vt rarò: tantum valet sicut non ex determinata intentione: modo fieri ex determinata intentione, & fieri non ex determinata intentione sunt contradictoria: & cum dico effectus fit, vt in pluribus. i. ex determinata intentione, vel effectus fit rarò. i. non ex determinata intentione: & hoc modo rarò: vt in pluribus dicuntur contradictoria: & sic per ly rarò nihil positiuum intelligitur: patet; quia omne positiuum in effectu casuali est ex determinata intentione naturæ: quod idem est, sicut esse, vt in pluribus. Si ergo rarò, & ut in pluribus essent disperata: tunc rarò diceret aliquod positiuum, & illud esset ex determinata causa: & per consequens, vt in pluribus: accipiuntur ergo tantum contradictoriè. Sequitur ibi. Cū igitur arguitur generabile hoc si generatur æquiuocè, uel ex semine: aut igitur ex necessitate, aut in pluribus, vel rarò, vel ex necessitate: concedo, ꝙ non: aut in maiori parte, vel rarò: concedo, ꝙ in maiori parte. i. si quæratur, an genitura per putrefactionem, & per propagationē fiat ex necessitate, vel vt in pluribus, vel rarò. Dicit Doc. ꝙ tale nō fit ex necessitate: & ultra dicit, ꝙ si illud fiet ex intentione fit, ut in pluribus: si uero nō fit ex intentione fit raro. ¶Ibi. Et etiā ue est disiunctio &c. Dicit Docto. ꝙ ēt comparando effectum æquiuocum ad causam æquiuocam sub disiunctione, & contradictoriè: adhuc effectus æquiuocus fit, ut in pluribus à causa equiuoca. Istæ cōtradictoriæ sunt, ex semine, & nō ex semine: vt effectus pōt fieri naturaliter non ex semine t ita ꝙ ista est uera effectus æquiuocus, ut in pluribus, fit nō ex semine. i. ꝙ causa equiuoca, nō agēs p semē, est causa determinata agens ex intētione, & ꝓposito. Sequitur. Licet rarius eueniat hoc quod generatur non ex semine quàm quod generatur ex semine: ut ui delicet comparantur ad inuicem duo disperata. i. vt mus comparatur ad causam æquiuocam, & mus, ut comparatur ad causam uniuocam: sic causa æquiuoca, & uniuoca sunt duo disperata. Similiter effectus æquiuocus, & effectus uniuocus: non tamen, ut com paratur adinuicem unus dicitur æquiuocus, & alius uniuocus cum sint in proposito eiusdem speciei: sed sic dicuntur pro quāto cōparantur ad causam equiuocam, & uniuocam: isti duo effectus, ut comparant ad suas causas: effectus æquiuocus rarius euenit: qa cōiter sunt plures mures, qui generantur per ꝓpagationē, & uniuocè, q̃ qui generātur sine ꝓpagatione, & æquiuocè: tamen effectus æquiuocus, ut comparatur ad effectum uniuocum: licet dicatur fieri rarò, in numero: non tamen dr̃ fieri à casu: quia semper fit à causa determinata, intēdente hmōi effectum: & sic, ut est disiunctio inter cōtradictoria fit ut in plurib⁹: ut supra exposui. ¶Ibi. Cū arguitur, 5. de motu & termino. Deinde docto. arguit confirmando dictum Auer. ut delicet ꝙ duo effectus eiusdem speciei sic se habeāt ꝙ unus illorum non pōt produci æquiuocè, & alius uniuocè, sed vterq; uniuocè: quia diuersorū motuū, siue diuersarum productionum species sunt diuersi

Quo intelligitur, ignis fit ex aere.

Apparens cōtradictio.

Vnio dictorum Scoti.

Difficultas.

Aliquid fieri à casu qd sit.

Contingens multiplex est.

Plurimum. Raro, & æquale.

Raro fieri & ut in pluribus sunt cōtradictoria.

diuersi termini speciẽ, siue diuersa producta specie. 5.phi.t.c.31. Iam inquit igitur alius specie denigratio, & dealbatio t.omnis autem dealbatio omni dealbationi idem secundùm speciem erit, & omnis denigratio omni denigrationi hoc idẽ.t.c.48. sed ꝓductio æquiuoca, & productio vniuoca differũt specie: ergo, & producta differũt specie: & sic erit in ꝓposito applicãdo ad diuina: quia productio filij, & ꝓductio spiritus sancti sunt simpliciter alterius rationis: vt patet à doc. infra d.13. & prolixè.2.q. quoli. ergo filius, & spiritꝰ sanctus sunt alterius speciei: & sic sũt diuersæ naturæ in illis: qđ est falsum. ¶Rñdet doc. Ibi. Cũ arguitur 3. de motu, & termino. Dicit doct. ꝙ ista ꝓpositio motuum differẽtium specie sunt termini specie differẽtes; non est immediata sed dependet primo ab ista: videlicet, ꝙ motũ differentiũ speciẽ sunt fluxus differentiũ specie, vel formæ ſm quas sunt fluxus differunt specie. Exemplum. Nã duę calefactiones, q̃ sunt fluxus formæ dñr eiusdẽ speciei, quia formæ, ſm quas sunt istę calefactiones, siue fluxus sunt eiusdem speciei. patet. Secunda propositio est ista, ꝙ forma fluẽs, vel forma ſm quam est fluxus est eiusdem rationis cũ forma terminãte: calefactio terminatur ad calorẽ in esse quieto, siuè ad calorẽ ꝑmanentẽ: dicimꝰ ergo, ꝙ duę calefactiones sunt motus eiusdem speciei: quia, & fluxus istarũ sunt eiusdẽ speciei. Fluxus.n. calefactione est acquisitio partis post partem: ita ꝙ semper includit respectum partis prioris ad partẽ posteriorẽ: & forma ſm quã est fluxus est ipse calor, qui successiuè acquiritur: & terminus talis motus, siue calefactionis est calor in esse quieto, siuè permanẽte: sed frigefactio, & calefactio differunt specie: quia termini ad quas sunt differũt specie: qui sunt calor, & frigus in esse quieto: & etiã fluxus differunt specie: quia formæ, ſm quas sunt, differunt specie. s. frigus, & calor in esse successiuo: & sic stat, ꝙ diuersorum motuum specie distinctorũ sunt diuersi termini: uidelicet quando formæ, ſm quas sunt isti fluxus differunt specie, & termini ad quos terminant similiter differunt specie: Et hoc expressè intendit philosophus, vbi supra.t.c.48. dr, inqt, vnũsquisq; supplẽ motus in quod mutat magis quàm ex quo, vt sanatio in sanitatem: egrotatio aũt in egritudinem. Et ibi Cõmen. Et quia inquit substantia motus est de natura cuius, ad quod est non eius ex quo est: ideo motus denominatur ab illo, cum dr ꝙ motus de albedine ad nigredinẽ est nigrificatio, non albificatio: hęc ille: licet ergo generatio æquiuoca, & generatio vniuoca differant specie: non tamẽ sequit ꝙ termini differunt specie: quia nõ sunt eiusdẽ rõnis cum generatione, sicut dicimus, ꝙ terminus calefactionis, & terminus frigefactionis differunt specie; quia sunt eiusdẽ rõnis cum motibus, siuè cũ formis fluentibus: sed mus genitus æquiuocè non est eiusdẽ rationis cũ generatione: quia natura muris est quid absolutũ, & generatio ꝓpriè dicta quid respectiuũ: & similiter mus genitus vniuocè nõ est eiusdẽ rõnis cũ generatione vniuoca ꝓpter causam supradictã: hoc idem dico in diuinis, ꝙ q̃uis ꝓductio filij, & ꝓductio spiritus sancti sint alterius rõnis: nõ tñ filius, & spiritus sanctus sunt alterius rõnis: quia terminus formalis productionis filij (qui est essentia diuina: vt patebit. ĩ.d.5.q.2.) nõ est eiusdem rõnis cũ ꝓductione: q̃ est sola relatio: hoc idem dico de spiritu sãcto. ¶Ibi. Quod autem sit falsa quãdo alterum illorũ est falsum &c. Hic probat doc. ꝙ ista propositio est falsa motuũ differentiũ specie sunt termini specie differentes: & hoc qñ altera illarũ conditionũ deficit: patet quia idem vbi potest acquiri ꝑ motũ circularem, & rectum, & motus differunt specie: vt patet.7 phi. t.c.21. & littera clara est. ¶Ibi. Qualitercunque sit de exemplo. Hic dicit doc. ꝙ quamuis hoc exemplum non sit fortè ad propositum: tamen illa propositio non est vera, nisi pro quanto dependet ex alijs duabus supradictis: & quòd exemplum non sit ad ꝓpositum: patet quia exponendo Ari. diceretur, ꝙ motus circularis ad vbi est vbi fluens: & motus rectus ad vbi est similiter vbi fluens: modo vbi fluens, & vbi terminãs, siuè vbi permanens sunt eiusdem rationis: & per cõsequens motus circularis, & motus rectus: vt sunt quidam fluxus ſm vbi: sunt eiusdem speciei: licet rectum, & circulare, qui accidunt lineę, seù magnitudini, super quam mouentur non sint eiusdem rationis: & patet littera. ¶Ibi. Sed adhuc videtur remanere difficultas istorum argumentorum. Auer. Dicit docto. supponendo, ꝙ Fran. possit esse à causa æquiuoca. & Io. a causa vniuoca: non tamen ista duo indiuidua possunt fieri æquiuocè, & vniuocè ab aliquo eiusdem speciei: patet quia causa æquiuoca ꝓducens Fran. æquiuoce esset superior, & perfectior tota natura humana: & sic de necessitate esset alterius speciei: sed in proposito filius in diuinis, & spiritus sanctus producuntur ꝓductionibus alterius rationis, vt dixi supra. ergo natura diuina non potest communicari filio, & spiritui sancto à supposito eiusdem rationis: sed pater est eiusdem rationis cũ filio, & spiritu sancto (quia eiusdem speciei) ergo non põt cõmunicare naturam diuinã filio, & spiritui sancto ꝓductionibus omnino alterius rõnis. ¶Ibi. Rñdeo natura creata non põt &c. Hęc est singularis responsio, q̃ stat in hoc, ꝙ suppositum vnius naturæ creatæ non põt cõmunicare eandem naturam alteri indiuiduo æquiuocè: patet quia si æquiuoce posset illã cõicare: putà Fran. tunc natura cõicata in Fran. esset essentialiter imperfectior, & alterius rationis à natura suppositi cõicãtis: vt patet: in diuinis verò est oppositũ: quia, & si pater sit eiusdem rationis cum filio, & spiritu sancto: tamen includit principia alterius rõnis. æquè perfecta. s. intellectum, & voluntatem: & ꝑ cõsequens productiones ſm intellectũ, & voluntatem sunt alterius rationis: & sic idem suppositũ põt cõmunicare eãdem naturam ꝓductionibus alterius rationis filio, & spiritui sancto: nõ dico tamen, ꝙ filius dicetur produci vniuocè, & spiritus sanctus æquiuocè, cum vterq; sit eiusdem rationis cũ pr̃e producente: sed benè verũ est, ꝙ alia ꝓductione alterius rõnis producitur filius, & alia spiritus sanctus: & hoc est propter diuersitatem principiorum. ¶Ibi. Vlterior ratio eius quod supponit hic de duplici principio. Hæc est ratio satis singularis: quare homo per intellectum, & voluntatem non potest diuersimodè communicare naturam suã: & tñ pater in diuinis naturã, quã habet intellectum, & uoluntatem diuersimodè cõicat: rõ clara est in lra, nec indiget alia expositione.

AD argumenta quæ probant, ꝙ non sunt tantũ in Deo duo principia productiua. Ista argumenta sunt supra in principio.q. ¶Ibi. Quod non tatum sint duæ probo: quia philosophus 2.phy.t.c.49. Sunt inquit propter hoc quæcunque ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunque à natura: hęc ille. Distinguit ergo naturam, & intellectum, tanquã diuersa principia actiua: vtriusq; aũt ratio. s. intellectus, & naturæ inueniuntur in Deo: quia neutrũ includit imperfectionem: ergo sunt tria principia ꝓductiua. s. intellectus, voluntas, & natura diuina. ¶Cõfirmat ꝑ philosophũ. 9.me.t.c.3. palã: quia & potentiarũ aliæ esse irrationales, aliæ cũ rõne: ipsum. ĩ. & q̃ quidẽ cũ rõne oẽs contrariorũ sunt eodẽ: & hoc ꝓbat: quia scientia est oppositorũ: cã aũt: q a rõ est scietia: rõ aũt eadẽ ostendit rẽ, & priuationẽ: hæc ille. Hic arguit, ꝙ ex quo intellꝰs est indeterminatꝰ ad opposita, & natura e determinata ad vnũ: ergo intellꝰs habet aliã rõnem principij, q̃ natura: & sic natura, & intellꝰs sunt duo principia. & volũtas aliud: ergo, & plres ꝓductiones q̃ duę.

Declaratio huius motuum specie differentiũ, &c.

Generatio æquiuoca, et generatio vniuoca differunt specie.

Nota & bene.

Difficultas.

Responsio.

Intellectum concurrere ad agēdum cū voluntate duplicem habet sensum.

¶Pro intellectione huius litteræ, in qua rñdet ad argumentū, & cōfirmationē. Primo nota, q̄ q̄n Ari. distinguit agēs in naturā, & intellectū: p agēs p intellectū nō excludit voluntatē. Artifex.n. agit à proposito, siuè per intellectum: ita quòd intellectus cōcurrit ad agendū cū voluntate: quod pōt dupliciter intellecti: vel q̄ actus intellectus sit partialis causa actꝰ voluntatis, quo vult aliquid: vel q̄ talis actus intellectus sit directiuus voluntatis in operationē. Primus sensus potest stare, tenēdo opi. quam supradixi: quæ ponitur in 2.d.25. quod cognitio obiecti sit partialis causa actus voluntatis. Si secundus sensus teneatur verus est, & magis ad ꝓprium, vt satis patuit supra in q. de praxi. Et sic quando dicimus, q̄ intellectus concurrit cum voluntate, altero istorum modorum debet intelligi, vel vtroque modo: videlicet q̄ talis cognitio non tantum sit directiua in praxim: sed etiā, q̄ sit causa partialis praxis. Idem est ergo simpliciter apud Ari. agere per intellectum, & agere à proposito: agere per voluntatem, & agere per potentiam rationalem: de quo vide diffusè in q. 16. quol.

¶Secundo nota. ibi. Ad quam dico, q̄ intellectus comparatur ad suam naturam &c. Hic dicit doc. in sententia, q̄ intellectus, vt comparatur ad suam primam operationem, putà ad operationem, quæ præcedit actum voluntatis est merè agēs à natura: & de necessitate naturæ agit, quando obiectū est præsens: quia tunc sunt duæ causæ partiales integrantes vnā totalem, & agentem simpliciter de necessitate naturæ: de quibus infra. d.3.q.7. & 8. vt vero cōparatur ad actum uoluntatis, non dicitur sic agens à natura: vel per modum naturæ: quia aliquando actus intellectus est imperatus à voluntate, non quòd ille actus eliciatur à volūtate: sed ex hoc dicitur imperari: aut quia firmat intellectum in cognitione obiecti: & tunc talis cognitio sic firmata à voluntate intēditur: aut quia remouet intellectum ab vno obiecto cognito, & conuertit ad aliud obiectum: & sic dicitur imperare illum actum, quo intellectus conuertitur ad aliud obiectum cognoscendo illud: sed de hoc diffusè in 2.d.42. vbi singulariter hanc materiam pertractat.

¶Ibi. Nono meta. cap. 4. Potentia rationalis ꝓpriè dicitur intellectus, & potentia rationalis participatiuè dicitur voluntas: vt patet à Doc in quoli. q. 16. Dicit ergo, q̄ potentia rationalis nō potest ex se exire in actum: quia tunc simul exiret in opposita: hoc manifeste patet: quia si in intellectu ponantur plures species intelligibiles: putà albi, nigri, calidi, frigidi, & huiusmodi. quantum est ex parte sua exiret in cognitionem omnium obiectorum relucentium in illo per species intelligibiles: quia omnibus per modum naturæ cooperatur, vt particularis causa: & quantum est ex se simul omnia intelligeret, quod nō est possibile pro statu isto; quicquid sit de statu alio, alias pertractabitur: & simul etiam exiret in oppositum illorum: vt supra dixi: quia scientia ostendit rē, & priuationem eius. Si ergo intellectus determinatur ad aliud obiectum: aut hoc ideo est: quia species vnius obiecti intelligibilis fortius mouet: ut patebit infra d.3. aut quia voluntas potest ipsum determinare ad aliud, & ad aliud obiectum: hoc tamen non debet sic absolute intelligi: quia voluntas non posset determinare intellectum ad cognoscendum vnum obiectum, non prius cognitum: cum non habeat actum, neque elicitum: neque imperatum, nisi circa præcognitum: sed sic debet intelligi, q̄ voluntas potest firmare intellectum in cognitione vnius obiecti: qui tamen intellectus, quantum est ex parte sua exiret simul in omnia obiecta: vel quia potest ipsum remouere à cognitione vnius obiecti, & conuertere ad cognitionem alterius: qui tamen intellectus quantum est ex parte sua nunquam remoueretur à cognitione illius obiecti, cum sit agens merè naturale: & multa alia potest uoluntas circa intellectū: quę breuitatis causa omitto: & sic voluntas determinatiua intellectus dicitur potentia rationalis participatiuè tamen: & dico determinatiua modo præexposito: & intellectus dicitur potentia determinata rationalis: per essentiam: & dicitur determinata modo pręexposito. Similiter si intellectus determinatur ad oppositum alterum putà, quòd determinetur ad obiectum, vel ad priuationem ipsius hoc erit à voluntate: quia ipse intellectus quantum in se est: esset rei, & priuationis ipsius. & sic philosophus concludit vbi supra, q̄ præter potentiam intellectiuam, quæ de se est oppositorum: oportet ponere aliam, scilicet appetitum. Ille inquit contrariorum, scilicet potentiæ rationales: quare simul facient contraria, scilicet, si agerent approximata passiuo sine aliquo determinante. hoc autem impossibile. Necesse ergo alterum aliquid esse, quod proprium est. Dico autē hoc appetitū aut proheresim. Hæc ille. Et ibi Com. hoc inquit principium quod facit magis agere alterum contrariorum est appetitus, & voluntas. appetitus enim cum fuerit alterius contrariorum: tunc actio agentis pendet ex illo contrario: & similiter à uoluntate. hęc ille. Ex quo patet, quòd voluntas determinat intellectum ad alterum oppositorum.

Nota q̄n intellectus determinatur ad vnū obiectum.

Volūtas est rōnalis participatiuè. Intellectus verò p essentiam.

¶Et quod dicit in vltimo de voluntate productiua alicuius adæquatæ &c. Diffusè pertractatur à Doc. in 2. d. 1. q. 1. & in quolib.

Quæstio Quinta.

Iuxta hoc quæro vtrum sint tantum tres personæ in essentia diuina.

Seraphicus Bonauent primo sententia distinctio 2. quæstio 4. Artic. 1.
Alexander Alensis primo parte summæ. quæstio. 64. membro 5.
Scotus primo sent. dist 2 q 5.
D Thomas prima parte summa. q 39 Artic. 2.
Ricardus primo sent. dist. 2 q. 2 Artic. 2.
Durandus primo sent dist 2 q. 4.
Franciscus de Mayronis primo sententia. distinctio. 2 quæstio. 9.



AD QVAESTIONEM quintam in ord. cū q̄ritur de trinitate psonarum in diuinis: an tantum sint tres personæ. Hic doc. primo probat, q̄ tantum sint duæ personæ productæ. Secundo, q̄ tantum est una improducta: & sic tantum tres. primum patet: & primo probat, q̄ vna sit producta per intellectum: & alia per voluntatem. secundo q̄ persona producta per intellectum sit necessariò alia à persona producta per voluntatem. De primo patet: quia intellectus, ut est pfecta memoria. i. ut habens obiectum actu intelligibile sibi præsens (dicitur actu intelligibile, & non vt actu intellectum: quia, ut sic non habet rationem principij productiui: cum sic habeat tantum esse diminutum: quia esse cognitum: sed pręcisè, ut actu intelligibile. i. vt sit in potentia proxima, & dispositum ad productum) per aliquem actum sui. i. per actum productiuum est productiuus termini adæquati (hic accipitur terminus adæquatus non pro termino formali. s. pro essentia tantum: sed pro tota persona producta, quæ includit essentiam, & proprietatem: qui terminus adæquatus, siuè totalis dicitur infinitus: eo q̄ includit, ut terminum formalem

Quomodo accipiatur terminus adæquatus.

lem essentiam diuinam, formaliter infinitam) nihil autem seipsum producit ex primo de tri. ergo quod producitur actu intellectus, aliquo modo distinguitur à producente: non essentialiter: cum producens, & productum habeant eandem essentiam. ergo realiter personaliter: ut patet respondendo ad argumēta principalia primæ. q. huius secundæ partis. Et dicit, q̃ distinguitur realiter à persona producente, & non à principio productiuo: quia hoc est speciale in diuinis. s. q̃ principium productiuum non distinguitur realiter a producto. quia illud idē principium, quod est in patre communicatur filio: in creaturis autem semper principium productiuum realiter distinguitur à producto: & hoc magis patebit infra d. 5. q. 2. in solutione dubiorum. patet ergo quomodo est aliqua persona producta actu intellectus. Cōsimiliter arguitur de producto actu uoluntatis: aliqualiter tamen differenter, quia hic uoluntas habet essentiam præsentem non per proprium actum, sed per actum intellectus diuini. actum dico intelligendi: quia uoluntas non potest habere aliquem actum, neque operationem: neque productiuum circa aliquod obiectum non præcognitum. an modo essentia prius tamen cognita (non quòd esse cognitum sit ratio formalis principij productiui, sed quòd tantum præexigatur: ut scilicet præsens per esse cognitum) concurrat cum uoluntate ad productionē spiritussancti. an cognitio essentialis ipsius essentiæ concurrat: an sola uoluntas sit totale principium productiuum spiritussancti. De hoc alias erit sermo. s. d. 10. huius primi. & q. 26. quol. sufficit pro nunc, q̃ actu uoluntatis, siue totaliter, siue partialiter habetur aliquod productum.

¶Secundum huius primi membri. s. quòd persona producta actu intellectus sit alia à persona producta actu uoluntatis. Probat Doc. quia prius ostensum est, quòd tantum sunt duæ productiones in diuinis. Si ergo persona filij non esset alia à persona spiritussancti. sequeretur, q̃ eadem persona esset producta duabus productionibus totalibus, & sufficientibus: quod est impossibile: quia tunc posita una productione poneretur persona. & alia per impossibile circumscripta, non esset illa eadem persona: & sic simul esset, & non esset. Deinde probat, quòd non possunt esse plures, quàm duę productæ: quia ut ostensum est supra tantum sunt duæ productiones, scilicet una per modum naturæ, & alia per modum uoluntatis: & hoc magis patebit in 7. d. huius, & subtiliter probatur in quol. q. 2. & uide quę ibi exposui. Si ergo sunt duæ productiones, ergo tantum duo producta: patet quia uni productioni correspondet tantum unum productum: licet enim idē principium formale productiuum possit habere plura producta: ut patet de sole: non tamen eadem productione potest producere plura: quia una productio est tantum unius producti.

Duę sunt productiones.

Vni productioni correspōdet unū productum.

¶Ibi. Nunc restat probare, quòd tantum sit una non producta. Hic ostendit secundum principale, & primo recitat opi. Hen. quol 6. q. 1. q̃ illud ostenditur, sicut ostenditur unitas Dei. Hoc etiam ostendit per Hyla. c. 5. de synodo. ubi dicit, quòd qui dicit duos innascibiles confitetur duos deos. Item probat, quia non sunt plura supposita absoluta: quia tunc natura diuina esset diuisa in illis: quia illa supposita absolutè non possent esse nisi tres substantiæ. erunt ergo plura relatiua. i. plura supposita constituta i. esse supposita per relationē: aut ergo erunt constituta relatione mutua inter se. i. quòd sicut pater constituitur per paternitatem: ita, & filius per filiationem, quæ sunt relationes mutuæ: aut ad alia, scilicet supposita. Sed si essent plura supposita non producta non distinguerētur relatiuè, id est per relationes ad alia supposita: quia non per relationē ad alia supposita producentia: quia nulla sunt ex hypothesi. s. posito, quòd sint plura non producta: & illa non producta non sunt producibilia: quod tamen sequeretur: si distinguerentur per relationes ad alia producentia: tunc enim essent uerè producta: sicut si filius distinguitur filiatione à patre producente sequitur, quòd filius sit productus. Nec similiter illa plura non producta non distinguuntur per relationem ad alia producta: quia tunc haberent eandem relationem ad illa producta: quia si. a. & b. sint producta a. c. & d. tunc c. & d. referuntur eadem relatione ad. a. & b. & si c. & d. constituerētur in esse per relationes ad producta: tunc. c. & d. essent consimiliter eadem relatione: & per consequens. c. & d. essent simpliciter idem suppositum: quia haberent idem principium formale constitutum. & quòd c. & d. haberent eandem relationem spirationis actiuę ad spiritum sanctum. ergo relatione inter se distinguerentur. i. quòd prima persona precisè distinguitur per relationem ad secundam, & secunda præcisè per relationem ad primam, & tertia per relationem ad primam, & secundam: quæ sunt relationes originis, id est, quæ notant, uel personam originare aliam, uel originari ab alia: & sic habetur propositum, quòd tantum sit una persona non producta. & sic patet ratio Hen.

Doc. improbat rationes Hen.

¶Contra. Doc. arguit contra opi dicens, quòd probationes istæ non sunt sufficientes. prima non: patet quia unitas Dei probatur ex hoc: quòd diuina infinitas non diuiditur in plures essentias: ut supra patuit. q. 1. & 3. primæ partis huius. d Non autem ita manifestum est, quòd ratio ingeniti non sit in pluribus suppositis. Tum quia ratio innascibilis non dicit aliquam perfectionem simpliciter: ut patet infra distin. 26. & in quolib. quest. 1. & 5. modo unitas Dei probatur specialiter ex hoc, quòd non possunt esse plura infinita intensiuè: ut specialiter patet. q. 3.

Nota & bene.

¶Similiter auctoritas Hylarij. dicit, quòd ita est. non tamen probat ita esse: quasi dicat: non sufficit dicere ita esse, nisi probet: ideo locus ab auctoritate debilis est: & maximè quādo doctrina alicuius doc. non est in totum approbata ab ecclesia: ita quòd contradicens illi de facto contradicat determinationi ecclesiæ.

¶Ad rationem dicit Doc. quòd non plures esse personas absolutas non est magis notum conclusione. s. quòd non sint plura ingenita: immo, qui tenēt personas constitui per absoluta, negant expresse posse esse plura ingenita: ut magis patet infra dist. 26. & dist. 28. nec sequitur diuisio naturæ in illis absolutis: ut patet. d. 26. huius. Cum ultra accipit quòd illa plura ingenita non distinguuntur relationibus inter se: quia hoc non esset, nisi per relationes originis. Hanc consequentiam oportet probare. s. quòd non distinguantur, nisi per relationes originis. hoc enim concesso statim habetur propositum: ut supra patuit. Sed quis diceret esse plura ingenita, haberet dicere, quòd constituerentur, non per relationes originis, sed per aliquid aliud: putà per negationem nascibilitatis. De hoc erit sermo infra distinctio. 28. quæstio. ulti.

¶Aliter persuadeo conclusionem intentam sic. Et ratio stat in hoc, q̃ quando aliquid potest diuidi in plura supposita eiusdem rationis: si non determinatur ad certum numerū suppositorum, per aliud à se quantū est ex se potest esse in infinitis. Si ergo ingenitum potest esse in pluribus suppositis eiusdē rationis cum non possit determinari ad certum numerum suppositorum. cum hoc sit cōtra rationem ingeniti, q̃ sit determinabile ab alio. ergo in diuinis possunt esse infinita ingenita: & si possunt esse, ne-

cessariò

cessariò actu sunt infinita: quia nihil est possibile in diuinis ad intra, quin actu sit ibi necesse esse.

Respondet Ochã ad rationẽ Doc.

SED Ocham responderet hic, sicut respondet quæst. 1. prologi primi. q; non est demonstrabile, q; species plurificabilis non determinat se ad certum numerum indiuiduorum: quia non potest demonstrari, quin aliqua astra sint eiusdem speciei: & tamen, illa, secundùm philosophos determinant sibi certum numerum indiuiduorum sub qualibet specie ita quòd per nullam potẽtiam possunt plura fieri sub illa specie.

¶Sed hæc ratio non concludit: quia & si plura indiuidua secundùm certum numerum contineantur sub aliqua specie: hoc non erit secundùm naturam illius speciei: sed per aliquod extrinsecum. Docto. autem loquitur quod est ex se plurificabile in plura eiusdem rationis, ex se non determinatur ad certum numerum indiuiduorum: & si determinetur hoc erit aliunde.

¶Deinde quando dicit Ocham, quòd non potest demonstrari: quòd aliqua species astrorum si potest esse in pluribus indiuiduis, quòd etiam possit esse in infinitis: haberet hoc probare, quòd non possit demonstrari: sed ista materia dimittatur usque ad q. 2. quol. Sco. quia ibi diffusè pertractatur: & clarius patebit, q; responsio Ocham ad argumentum Doc. nõ euacuat illud. Sequentia clara sunt.

AD argumenta principalia. Primum argumentum cum sua responsione clarum est. Et quod dicit: relationibus in communi: difficultas est. an à pluribus relationibus productiui possit abstrahi unum commune: puta productiuum: & si sic. possumus dicere, quòd producens una relatione refertur ad productum: sub qua tamen relatione in communi continentur duæ relationes producentis ad duo producta: & similiter à duabus relationibus productorum potest abstrahi relatio producti in communi: qua tamen continentur duæ relationes duorum productorum. Et sic potest responderi ad argumentũ: quòd sicut relatio producentis cõstituit ipsum producens in esse personali: ita relatio producti in diuinis constituit ipsum productum in communi: sed non sequitur modo de relationibus in particulari: quia duo producta constituuntur in esse per aliam, & aliam relationem. ergo & duæ relationes producentis constituunt aliud, & aliud producens? non sequitur; quia una persona tantum constituitur in esse per primam relationem originis, scilicet per productionem filij.

¶Ibi ad secundam rationem. Dicit Doc. quòd relationes producti possunt distingui propter distinctas rationes producendi, quæ sunt in producente: licet sit idem suppositum producens. Nam generatio passiua, & spiratio passiua distinguuntur per distinctas rationes producendi: istæ distinctę rationes producendi sunt intellectus, & uoluntas: & sic una productio est per modum naturæ, quæ est ab intellectu: & alia quæ est per modum libertatis, est à uoluntate: & istę duæ relationes, sic distinctæ distingunt etiam formaliter, & intrinsecè duo producta: & quæ sunt principia distinguendi formaliter: sunt etiam principia constituendi formaliter: ut patuit supra in quæst. de praxi. Si dicatur. nonne etiam generatio actiua, & spiratio actiua distinguuntur. Dico, quòd sic. Et per quid diguntur? Dico, quòd per intellectum, & uoluntatem in patre: & loquor semper de distinctione originatiua. Sicut enim generatio passiua, & spiratio passiua dicuntur distingui originatiuè, siuè principiatiuè per intellectum, & uoluntatem: formaliter verò seipsis distinguntur: sic generatio actiua, & spiratio actiua. Sed ultra non sequitur. generatio actiua, & spiratio actiua distinguntur propter diuersas rationes producendi. ergo constituunt aliud, & aliud suppositum. Non sequitur: quia illę duæ relationes sunt formaliter in uno supposito: & similiter principia productiua sunt in eodem. & tantum per primam suppositum constituitur in esse.

Quomodo distinguantur generatio passiua & spiratio passiua.

¶Ibi. Ad tertium. Quod dicit Doc. quòd ideò potentia infinita non potest habere plures terminos adæquatos: puta intellectus: quia semper habet unum adæquatum in produci: & hæc est bona respõsio. Sed posito per impossibile, quòd non habeat semper unum adæquatum in produci: an possit habere plures terminos: uel plures productiones eiusdem rationis. Dico quòd non quia memoria fœcunda sic est determinata ad hanc generationem, ut hác, q; si per impossibile illa non esset nullam aliam posset habere: ut patet subtiliter à docto. in q. 2. quolib. Et sic finis. q.

Prima. q huius secundæ partis distin. & tamen quarta in ordine totius distin.

Quæstio Quarta.



AD PRIMAM quæst. in qua quærebatur: An possibile sit cum unitate essentiæ diuinæ stare pluralitatem personarum. In ista. q. Doc. declarat primo rationem suppositi: & deinde probat intentum principale.

¶Primum ibi. Ad uidendum autem istam incompossibilitatem uidenda est ratio extremorum, scilicet naturæ, & suppositi. Et ut ista littera clarius intelligatur præmitto aliqua. Primum. ista differunt inter se indiuiduum, siuè singulare, quod idem est suppositum: & persona. Indiuiduum propriè, siuè singulare in creaturis est quid constitutum ex natura, & hecheitate. ita quòd hecheitas est quędam entitas positiua actualis contrahens naturam ad esse singulare: siuè ad esse incommunicabile ut quod: ut subtiliter patet à doc. infra distin. 5. quæst. 2. & magis diffusè in 2. distin. 3. in quæstionibus de indiuiduatione. Nam esse incommunicabile propriè ut quod. est non habere aliquod inferius de quo possit prædicari in recto, siuè prædicatione dicente hoc est hoc: & hoc modo quodlibet singulare in quocunque prædicamento est simpliciter incommunicabile ut qđ: ut patet. Et dixi de singulari in creaturis: quia nulla natura creata est de se hæc: hoc est ex sua ratione formali: sed est contrahibilis per aliam, & aliam hecheitatem: ut clarè exposui super dist. 3. secundi. Docto. In diuinis uerò non ponimus singularitatem posse determinare, uel contrahere naturam diuinam; ut dicatur singularis: quia ipsa de se, & de sua ratione formali est hæc: ut subtiliter patet à doc. infra d. 5. q. 2. & d. 26. & q. 1. quol.

Differentia inter indiuiduũ, suppositũ, uel singulare, & persona.

Hecheitas quid sit.

Incõmunicabile ut quod est nõ habere aliquod inferius de quo possit prædicari.

Natura diuina est de sua ratione formali hæc.

¶Sed si dicatur. ex quo singulare est incommunicabile ut quod. ergo essentia diuina erit incommunicabilis ut quod: quod est falsum. nã hæc est uera; pater Deus: filius est Deus &c.

Dubium.

¶Respondeo, q; ideo locutus sum de singularibus in creaturis: quia est impossibile dari aliqđ singulare quod sit communicabile pluribus singularibus: non sic est de essentia diuina, quæ est pluribus suppositis communicabilis: de quibus essentialiter prædicatur. Si dicatur. nonne albedo est singularis: & tamen hæc albedo potest alteri cõmunicari, ut quod? cum hæc sit uera. hic paries est albus hac albedine. Dico, ut dixi supra, quòd cum dico singulare est incommunicabile vt quod, debet intelligi quidditatiuè,

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

&

& essentialiter.i.quòd non possit communicari alteri, vt sit de essentia, & quiditate illius: non autem debet intelligi denominatiuè, & accidentaliter: & sic patet de ratione singularis.

Quid addit suppositum vltra singulare.

Suppositum vltra singularitatem, qua est incommunicabile, vt quod. addit etiam negationem cõmunicabilitatis; vt quo ita ꝙ suppositum propriè est incommunicabile, ut quo, & vt quod: dicit.n. entitatem per se existentem, & subsistẽtem omnino incommunicabilem, & vt quo, & vt quod. sicut Franciscus, & Ioan. hic lapis: & huiusmodi: & sic suppositum tantum reperitur in prędicamento substantiæ. Sed an vltra singularitatem, quæ est ens positiuum ratio suppositi vltimata dicat aliquam entitatem positiuam constituentem in esse suppositali: an tantum dicat negationem communicabilitatis &c. Hoc diffusè exposui substinẽdo vtramque partem super.q.1.dist.1. tertij doc. & Deo duce subtiliter exponam in isto primo dist.23.vel 28.quia ibi erit magis ad propositum: sed pro nunc sufficiat, quòd suppositum sit simpliciter incommunicabile, & vt quo, & vt quod & quid sit cõmunicari vt quo.

Cõmunicari vt quo cõtingit dupliciter.

dico communicari propriè, vt quo contingit dupliciter. Vnomodo perficiendo. Aliomodo vt aliquid propriè vnitur alteri: oon tamen perficiendo illud. Primo modo dicimus: quòd omnis forma partis, siuè substantialis: siuè accidentalis potest communicare alteri perficiendo illud: ita quòd sit actus informans, & perficiens: sicut dicimus: ꝙ corpus est animatum hac anima: & hic paries est albus hac albedine.

Natura humana unitur supposito diuino, sed nullomodo pficit suppositũ diuinum.

Secundo modo, vt aliqua natura singularis apta nata suppositari voitur alteri supposito: non tamen informando: aut perficiendo illud: sicut natura humana vnitur supposito diuino: ita quòd tantum ibi sustentatur: sed nullomodo perficit illud: & sic dicimus, ꝙ verbum est homo humanitate. Si etiam natura humana singularis vniretur alteri supposito: puta alicui alio non perficeret: neq; informaret illud: repugnat.n. naturæ singulari natæ suppositari in se: vel in se subsistere: quòd sit forma informans, siuè perficiens aliud suppositum: vt patet a doc. quæst.9. quol.

Differentia inter cõicari ꝓpriè vt qđ. & quo, & impropriè.

Est tamen differentia inter illud, quod propriè communicatur, ut quod: & ex consequenti communicatur, ut quo: & inter illud, quod communicatur impropriè, ut quod, & impropriè, vt quo. Quia primo modo illud quod communicatur, vt quod: dicit totam essentiam illius, cui communicatur in cõcreto: & illud tale, vt dicitur communicari, vt quo i dicit totam essentiam in abstracto: totam dico si est species specialissima, partem verò essentiæ: si est genus, vel differentia. Exemplum. Franciscus est homo quiditatiuè: & dicitur humanitate homo. Secundo vero modo illud, quod cõmunicatur, ut quod impropriè non est de essentia: nec de quiditate illius cui communicatur: & dicitur communicari: vt qđ: quando prędicatur de illo in concreto: & dicitur communicari vt quo impropriè quando illud sumptum in abstracto non est de essentia, nec de quiditate illius. Exemplum Franciscus est albus albedine: vel verbum est homo humanitate: & de istis multa vide in expositione, quam feci super.1.quæst. dist.1. tertij docto.

Particulare indiuiduũ, suppositum, & persona differunt vt de Franciscum.

Ex his patet differentia inter singulare, & suppositum: quia singulare potest communicari, vt quo: differẽter tamen: quia singulare quod est aptum natum per se subsistere si communicatur alicui supposito, vt quo: non tamen informat, nec perficit illud. singulare verò, quòd non est aptum natum in se subsistere: si communicatur alteri, vt quo perficit, & informat illud: & sic omne singulare est communicabile vt quo: suppositum verò, nec vt quo, nec vt quod est aliquo modo communicabile. Sed persona vltra rationem suppositi addit, quòd sit alicuius intellectualis: ita quòd persona est suppositum in substantia intellectuali, & est incommunicabilis, & ut quo, & ut quod: sicut Franciscus, vel Ioan. ita quòd Franciscus vt est suppositum substantiæ prædicamentalis dicitur tantum suppositũ: ut verò consideratur, vt suppositum naturæ intellectualis dicitur persona.

Suppositum naturæ humanæ cõsideratur dupliciter.

¶His præmissis patet littera doc. Quia tamen sunt ibi aliqua difficilia in uerbis tantum declaro illa incipiendo ibi. Vbi notandum quòd natura nõ se habet ad suppositum: sicut vtile ad singulare.i. quòd natura ut singularis, siuè contracta per singularitatem: & natura vt contracta ad suppositum non sunt idem: patet quia vnum potest reperiri sine alio quia natura singularis potest reperiri sine ratione suppositi: vt patet in omnibus accidentibus, quæ sunt communicabilia ut quo: & patet etiã de natura nostra athoma.i. singulari assumpta à uerbo: & si communicetur ut quo: sed ubi est ratio suppositi nullo modo est communicabile ut quo, nec ut qđ. Vel sic natura ad suppositum nõ se habet: sicut uniuersale ad singulare.i.ꝙ non eo modo distinguitur natura a supposito: sicut uniuersale à singulari: ita ꝙ suppositũ dicat ꝓcisè singulare: quia stat aliquid esse singulare, & nõ suppositum: ut hæc albedo est singularis, & non suppositum. Sequitur. Neque se habet natura ad suppositum, sicut quo ad quod.i. ꝙ suppositum naturæ non dicitur proprium quod ipsius naturæ: & sic suppositum, & natura non dicuntur præcisè distingui vt quo, & vt quod: ita ꝙ suppositum sit propriũ quod ipsius.

Vnicuique quo propriũ correspõdet suum quod.

Nam cuicunq; quo correspondet propriũ quod, uel quis: sicut dicimus, ꝙ humanitati correspondet proprium quod: quod est homo: quia homo est humanitate homo. Sequitur. Et ita sicut natura est quo, ut humanitas, uel deitas: ita habet ꝓprium qđ uel quis, ut homo, uel Deus. Seqnitur. Qđ non contrahitur ad suppositum.i.ꝙ illud quod: qđ est proprium naturæ non includit rationem suppositi. Nam Deus est propriũ quod, uel quis respectu naturæ diuinæ, uel deitatis: ut patet a Docto. infra dist 4.quæst.2. & tamen non est suppositum, nec includens rationem suppositi: & sic debet intelligi. Sequitur. Et sicut suppositum est quod vel quis: ita habet suum quo propriũ, quo subsistit. Exemplũ. Hoc subsistens hac subsistentia subsistit: uel ratione hac formali subsistendi subsistit: uel hoc suppositum hac suppositalitate est suppositum: siuè hac ratione suppositali est suppositum.

Suppositum includit duplex quo.

Nota tamen, quòd suppositum includit duplex quo: cui correspõdet proprium quod: unum est ratio essendi quiditatiuè: & aliud est tantum ratio subsistendi. Exemplum primi. hoc suppositum est homo humanitate. Exemplum secundi: hoc suppositum est suppositum suppositalitate. Sequitur. Et tamen suppositum concomitanter de necessitate est singulare: quia ratio formalis suppositi, tantum inest naturæ singulari: ut exposui in 3.d.1.q.1. Sequitur. Et etiam non potest esse quo respectu alterius.

Quomodo dicatur aliquid cõicabile propriè.

Et parum infra ibi. Vbi sciendum, quòd communicabile dicitur aliquid, uel per identitatem: ita quòd illud cui communicatur sit ipsum, id est, ꝙ communicabile propriè, ut quod sic per identitatem communicatur, ut illud, cui communicatur, dicatur ipsum in recto quiditatiuè, & essentialiter: sicut dicimus, quòd homo cõmunicatur Francisco, ut quod: & tunc sensus est, quòd Franciscus est homo essentialiter, & quiditatiuè. Sequitur. Vel per informationem: ita quòd illud, cui communicatur sit ipso non ipsum.i. quòd illud quod propriè communicatur, ut forma perficiẽs dicatur quo respectu illius cui communicatur, & non quod sic intelligendo, quòd non sit ipsum per identitatem essentialem, & quiditatiuam.

Quõ anima cõicatur corpori.

Exemplum. Anima communicatur corpori, & sic est quo respectu corporis: non tamen

men est quod illius essentialiter, & quiditatiuè: quia hæc est falsa: quòd corpus sit anima: vel quòd corpus essentialiter, & quiditatiuè sit animatum. Sequitur. Natura igitur quæcunque, & quantum est ex se, & de ratione naturæ est communicabilis utroque modo. videlicet pluribus suppositis: quorum quodlibet sit ipsum: & etiam ut quo tanquam forma, non tamen informans: sed tanquam forma, qua singulare, uel suppositum sit ens quiditatiuè: & sic patet littera Docto.

Natura diuina est cõmunicabilis pluribus suppositis.

¶Ibi. Ex his declaratur propositum. &c. Secundũ principale iu isto art. est quòd natura diuina est communicabilis pluribus suppositis: ita quòd quodlibet sit ipsum, supplè essentialiter & quiditatiuè. videlicet ꝙ hæc sic uera. pater est quiditatiuè Deus, & filius similiter, & spiritussanctus. Et hoc probat tribus modis, & vno exemplo.

¶Prima ratio stat in hoc: quòd quælibet natura est pluribus communicabilis per identitatem. ergo & natura diuina cum sit perfectissima: & remouet vnum dubium: quia aliquis posset dicere, quod est pluribus communicabile est diuisum in illis. hoc patet quia homo communicatur pluribus suppositis. & per consequens quot sunt supposita hominis, tot sunt realiter humanitates. oportet ergo ꝙ communicabile plurib⁹ sit vniuersale. Hoc dubiũ remouet cum dicit, quòd natura diuina est simpliciter indiuisibilis, cum sit impossibile esse plures naturas diuinas: ut probatum est supra in quæst. 1. præsentis. d. cũ ergo sit communicabilis: sequitur ꝙ erit communicabilis tantum per identitatem: ita ꝙ sit simpliciter eadem in pluribus suppositis.

Essentia diuina est cõicabilis tñ per identitatẽ.

¶Secunda ratio est ibi. Hoc etiã arguitur &c. Sed quia hoc argumentum concludit ex ratione perfectionis simpliciter: ut clarius intelligatur aliqualiter declaro quid sit perfectio simpliciter cum dicit. ꝙ quicquid inest naturę diuinæ ut natura est: est perfectio simpliciter. i. quia natura diuina, ut sic, est prior natura omnibus proprietatibus. quicquid inest in illo priori naturę est perfectio simpliciter: & sic insunt sibi omnia, dicentia perfectionem: nam omnis perfectio diuina est prior omni proprietate personali: ut patet à Doct. quæst. 1. quol. & per consequẽs quicquid inest naturæ diuinæ in illo priori naturæ est perfectio simpliciter. Post sequitur declaratio perfectionis simpliciter. Vnde not. quòd duplex est perfectio. s. simpliciter, & ex sua ratione formali excludit omnem imperfectionem. Alia est perfectio limitata, & dicitur illa, quæ ex sua ratione formali semper includit imperfectionem: ut omne ens creatum, & dependens ab alio quodcunque sit illud. Et nota, ꝙ illa res dicitur non includere ex sua ratione formali aliquam imperfectionem: quę vt in summo accepta excludit omnem imperfectionem, & realiter includit omnem perfectionem: vel saltẽ formaliter dicit perfectionem infinitam: & illa res dicitur ex sua ratione formali includere imperfectionem: quæ in summo accepta adhuc includit imperfectionem. Exemplum primi. Ens, vnum, verum, bonum, res, intellectus: uoluntas: intellectio: volitio: sapiẽtia: & huiusmodi. Ista enim accepta in summo: ut putà, summa entitas, summa ueritas &c. omnem excludũt imperfectionem, & omnem perfectionem simpliciter includunt, saltem per eminentiam. Exemplum secundi, natura angelica, & natura humana etiam in summo accepta non excedendo limites naturę angelicæ semper includunt imperfectionem: quia limitationem & dependentiam. Tertio nota: quòd omnes perfectiones simpliciter sunt compossibiles in eodem realiter: hoc est de se notum: quia si detur infinitum ens, illud realiter erit infinitum bonum, infinitum sapiens, & huiusmodi, similiter si detur infinitum bonum. illud erit realiter infinitum ens. Quarto no. ꝙ aliquid esse perfectionem alicuius cõtingit dupliciter: aut ut est suppositum naturæ limitatæ: aut ut est suppositum naturæ omnino illimitatæ: puta entis, boni, veri, & huiusmodi. primo modo aliqua perfectio limitata est melius tali supposito, quàm perfectio simpliciter in summo accepta: patet quia melius est lapidem, ut est suppositum lapidis esse album, quàm sapientem: quia primum est perfectio sibi conueniens. & secundum est perfectio omnino repugnans. non enim dicitur aliquid esse melius per aliquod, quod omnino sibi repugnat. secundo modo, ut est suppositum naturæ illimitatæ: tunc omnis perfectio simpliciter nata est competere illi: patet quia melius est Franciscum, inquantum suppositum entis, esse substantiam infinitam, quàm finitam: patet quia infinitas non repugnat entitati s nec per consequens alicui supposito entis, inquantum entis. Quinto no. quòd quando dicitur perfectio simpliciter est melius ipsum, q̃ non ipsum &c. debet accipi ly non ipsum pro suo incompossibili: non autem pro contradictorio: ut notat docto. in q. 5. quolib. patet quia melius est lapidem esse, quàm non esse: & tamẽ lapidem esse, non est perfectio simpliciter, sed limitata: incompossibile ergo est perfectioni simpliciter omne illud, quod ex sua ratione formali includit imperfectionem. Et sic dico, quòd omnis perfectio simpliciter est cõmunicabilis cuicunque supposito naturæ omnino illimitatæ, & trascendenns: patet quia accipiendo quodcunque ens, vt suppositum entis, sibi non repugnat aliqua perfectio simpliciter, cum etiã illa nullomodo repugnet entitati. Perfectio ergo simpliciter. s. excludens ex sua ratione formali omnem imperfectionem, & includens omnem perfectionem in summo est melius ipsum, quàm nõ ipsum: siuè quàm suum incompossibile. i. est melius simpliciter ipsam esse in quolibet supposito absolutè considerato quàm non esse, id est melius est simpliciter suppositum habere illã, quàm suum incompossibile: quia habẽdo illam est melius simpliciter: habendo verò suum incompossibile, putà quodcunque ens limitatum non est melius simpliciter: sed tantum secundùm quid, & limitatè.

Aliqd esse pfectionẽ alterius cõtingit dupliciter.

Melius est ipsum q̃ non ipsum quomodo intelligatur.

¶His declaratis patet ratio docto. quia ex quo natura diuina est perfectio simpliciter: si ipsa esset incommunicabilis: tunc non esset melius ipsam esse in quolibet supposito, quàm non esse: & sic non esset perfectio simpliciter & patet ratio.

¶Tertia ratio est ibi. Hoc etiam arguitur ex parte rationis suppositi. Et quod dicit ibi. non oportet illam rationem includere quamlibet rationem entis per identitatem. i. quòd non oportet rationem suppositi includere quamlibet rationem entis per identitatem. Hoc dicit docto. propter perfectionem simpliciter: quia perfectio simpliciter in quocunque est per identitatem realem includit omnem entitatem, quæ est in illo: uel ipsa est inclusa realiter in omni alio quod est in illo. Exemplum. essentia diuina est pfectio simpliciter: & includit realiter quicquid est in Deo: & simpliciter sapientia diuina est idem realiter cum omni illo, quod est in Deo: ratio autẽ suppositi puta filij in diuinis non includit realiter omnem entitatem, quæ est in Deo: patet quia non realiter paternitatem, nec spirationem passiuam, cũ realiter distinguatur ab illis. ergo istæ tres rationes suppositales (cum una non includat aliam realiter) possunt esse ibi. s. in essentia diuina, ut realiter distinctæ. ergo & constituta per istas relationes suppositales: & sic patet, ꝙ non repugnat naturæ diuinæ simplicissimæ, perfectissimæ, & singularissimę esse in pluribus suppositis: & hoc intendit Docto. in ista ratione.

Essentia diuina est perfectio simpliciter.

¶Ibi.

Essentia diuina est simpliciter illimitata.

¶Ibi. Hoc. quarto declaratur ex infinitate &c. Ista persuasio est per quoddam exemplum satis clarum, & ad propositum, & procedit à fortiori: quia, scilicet essentia diuina est simpliciter illimitata: & hoc ratione suæ infinitatis. Dicit ergo. anima intellectiua, quæ est aliqualiter illimitata in perficiendo partes corporis indiuisibiliter. i. quòd nullomodo extẽditur, nec per se: sicut quantitas, quæ est per se. i. ratione sui præcisè extẽsa: nec per accidẽs: sicut albedo extenditur: quia ad extensionem quantitatis. & dicitur aliquid extendi per accidens dupliciter: vel qa recipit quantitatem, & sic forma substãtialis corporalis, vt forma ignis extenditur per accidẽs: vel quia recipitur in quanto partibiliter tamen: ita quòd vna pars recepta potest signari in vna parte quanti: & alia in alia: nullo istorum modorum anima intellectiua extenditur. immo tota, & indiuisibiliter est in qualibet parte corporis: & hoc modo dicitur aliqualiter illimitata: quia sine sui diuisione perficit plora perfectibilia: & nõtãter dicit de anima intellectiua: quia aliæ animę fortè extenduntur per accidens secundùm multos, & præcipuè secundùm ipsum: licet etiam albedo cubitalis perficiat plures partes: tamen quia perficit illas partes tantum secundùm aliam, & aliam sui partem non dicitur aliquo modo illimitata: quia una pars signata præcisè perficit illã signatam. Dicit etiam docto. quòd perficere plures partes sine sui diuisione est simpliciter perfectionis: quia anima intellectiua ponitur forma perfectissima inter omnes formas naturales: non quòd sit ꝓducta ab agente naturali dicitur naturalis cum a solo Deo immediatè producatur: ut patet per philosophum. 16. de animalibus: sed dicitur naturalis quia perficit corpus naturale: & quomodo vide docto. in 4. dist. 43. Dicit etiam ꝙ perficere materiam est imperfectionis: non est imperfectionis ex hoc solo, quòd perficit: sed magis concomitanter: quia forma perficiens materiam dependet a materia: & vltra est pars alicuius compositi: & ista sunt imperfectionis. Similiter partes corporis, vt partes dicũt imperfectionem vt patet infra d. 8. quęst. 2 & etiam pręsenti. dist. quæst. 1. Si ergo tollatur à partibus corporis ratio parti: sed quòd sint per se supposita subsistentia in eadem natura: & similiter tollatur ab anima, ꝙ formaliter perficiat illas partes: & hoc per informationem, & inhærentiam. erit exemplum multum ad propositum: quia tunc eadem natura numero erit communicata pluribus suppositis: ita quòd illa supposita erunt subsistentia in tali natura: intelligendo etiam quòd illæ partes nullum esse supplè quiditatiuum, & dicens perfectionem habeant in se vltra ipsam animam: sed quòd tantum includant proprietatem ypostaticam, qua subsistunt in tali natura: sicut etiam personæ diuinæ vltra essentiam, in qua subsistunt nullum esse quiditatiuum dicens perfectionẽ includunt: sed tantum proprietatem personalem: ita quòd ipsæ personæ dicuntur simpliciter habere esse, & totam perfectionem essentialem: quia habent essentiam diuinam. Sed dico etiam, quòd illæ partes corporis, quæ ponuntur per se existere, & non partes alicuius: & quę ponuntur subsistere in anima: debent intelligi, quòd nullum aliud esse includant pręter proprietates: ita quòd præcisè illę proprietates ypostaticæ sunt rationes subsistendi in natura ipsius animæ. aliter exemplum non esset ad propositum: & hoc magis patebit infra distin. 5. quæst. 2. & distin. 26.

Duplex extensio p accidens.

No. hic de aia sensitiua.

Anima intellectiua immediatè producitur à Deo.

Quare aĩa intellectiua dicatur naturalis.

¶Sed circa aliqua dicta docto. in istis rationibus superius positis occurrunt aliquę diffi. Prima difficultas est in prima ratione: vbi dicit, quòd quæcunque natura est in pluribus communicabilis. nam ex hoc videtur sequi: quòd natura solis sit pluribus cõmunicabilis: quod est contra mentem philosophorum: & sic de alijs stellis. Sed de hac difficultate parum est curandum: quia apud doc. & apud communiter theologos non negaretur quicquid sit de mente philosophorum: non enim est præsentis speculationis hoc pertractare. Sed maior difficultas videtur sequi: quia si natura diuina est pluribus communicabilis, quantum est ex natura sua: sequitur quòd sit in infinitis suppositis communicabilis per argumentum docto. in primo. dist. 2. q. 1. & in quol. quæst. 2. & alibi: quod est indeterminatum ad plura eiusdem rationis, nisi aliunde determinetur, quantum est ex parte sua, potest esse in infinitis. si ergo essentia diuina est indeterminata ad plura supposita, quãtum est ex parte sua. ergo potest esse in infinitis, nisi aliunde determinetur: & si potest esse. ergo actu est. hanc consequentiam ultimam facit doc. vbi supra.

Prima diffi circa rõnes docto.

¶Respondeo, ꝙ essentia diuina est simpliciter determinata ad certum numerum suppositorum: ita ꝙ est impossibile ipsam esse in pluribus vel in paucioribus. Et cum quæritur à quo determinatur? Dico, ꝙ propter duplicem rationem formalem producendi est tantum in vno filio, & tantum in vno spiritusancto: ita quòd intellectus est ita determinatus ad hanc productionem filij: quòd est impossibile habere aliam, etiam ipsa circunscripta. hoc idem dico de voluntate, respectu productionis spiritussancti: & hoc patet subtiliter à docto. in 2. q. quol. & quia non potest esse in persona producta, nisi de necessitate sit in persona non producta: ideo tantum est in tribus. Si quæratur: vnde est determinata tantum ad vnam personam improductam: ita quòd non ad plures? Dico, quòd à semetipsa: quia est talis natura, quòd est simpliciter impossibile ipsam posse esse in pluribus suppositis nõ productis. Et de hoc patebit infra dist. 28. Est etiam alia ratio quę est Doc. in 2. q. huius partis: quare non potest esse in pluribus productis, quàm in duobus tantum: quia illa producta sunt adæquata potentijs productiuis: & semper sunt in produci, & in producto esse: quod clarius patebit infra dist. 9.

Responsio.

A quo determinatur essentia diuina.

Quare essentia diuina non põt esse in pluribus productis.

¶Secunda difficultas est in hoc, quod dicit: quòd ex quo diuina natura est perfectio simpliciter: adeo potest esse in pluribus suppositis. Ex hoc videtur sequi, ꝙ possit esse in supposito lapidis per dictum Docto. hic: quia perfectio simpliciter est melius ipsum quàm non ipsum in quolibet supposito entis: quia entitati non repugnat infinitas: vt dixi supra. ergo lapidi vt suppositum entis, non repugnat perfectio naturæ diuinæ: quod videtur inconueniens.

Secũda diffi.

¶Diceretur ꝙ nõ est inconueniens: & tunc sensus est quòd huic supposito entis inquantum entis non repugnat talis perfectio: sed bene repugnat lapidi, vt est suppositum lapidis.

Responsio.

SED hic restat ulterior difficultas. Hic doctor intendit probare, quòd inter essentiam diuinam, & & proprietatem personalem sit aliqua distinctio ꝓter omnem actum intellectus. s. ꝙ nullo modo sic causata per actum collatiuum intellectus, nec alterius potentiæ. Expono tamen aliqualiter litteram cum dicit, ꝙ sine assertione &c. Non debet intelligi, ꝙ hic non sit determinata intentio doct. Tum quia istæ rationes cõcludunt euidenter propositum: supposito hoc articulo: ꝙ essentia est realiter in tribus suppositis, realiter distinctis. Tum etiam quia. d 8. q. pe. hoc asserit esse simpliciter necessarium. hoc idẽ in pluribus alijs locis. Sequitur. Et probo sic. primũ suppositũ. s. pater habet realiter. i. (pręter omne opus intellectus) entitatem communicabilem. s. naturam diuinam alioquin non posset eam communicare, nisi haberet in se eam formaliter: non enim habet eam virtualiter eo modo, quo causa habet effectum.

Hic exponitur littera.

Quõ pr̃ habeat essentiã diuinã.

ctum, ſi enim non haberet eam realiter nō eſſet realiter Deus: habet etiam realiter entitatem poſitiuā, entitatem incommunicabilem. ſ. proprietatem perſonalem, qua conſtituitur in eſſe perſonali: & incōmunicabili: alioquin non eſſet poſitiuè, & in entitate reali ſuppoſitum. Et quomodo proprietas perſonalis, ſiuè ſuppoſitalis in diuinis ſit neceſſariò poſitiua, licet in nobis tantum dicat negationem: vide quę expoſui ſuper 3. Doc. d. 1. q. & aliqualiter. ĩ. diſt. 28. & ſic patet ratio iſta, quæ ſtat in hoc: quia ſi ſunt penitus idem præter omnem actum intellectus, quod competit vni præter actum intellectus, ſiuè ex natura rei, de neceſſitate competit, & alteri: ſed eſſentiæ diuinæ competit ex natura rei, vt ſit communicabilis pluribus ſuppoſitis: & hoc repugnat proprietati perſonali: & ſimiliter proprietati perſonali competit eſſe incommunicabile ex natura rei: & hoc repugnat eſſentiæ diuinæ. Sequitur ergo ꝙ inter ſe diſtinguntur aliqua diſtinctione: quæ non eſt per actum intellectus diuini, neque creati.

Quomodo pater generet filium.

¶Ibi. Si dicas. ꝙ ante omne opus intellectus in patre nulla eſt diſtinctio eſſentiæ & proprietatis. Contra: quia tunc pater totum communicaret filio: patet quia pater realiter, & præter omne opus collatiuum intellectus generat filium: & in tali generatione realiter communicat ſibi naturam diuinam: quæ ponitur terminus formalis generationis: ut patebit. ĩ. d. 5. q. 2. ſi enim realiter non communicaretur per talē generationē: tunc in diuinis nō eſſet generatio realis: & per conſequens nec genitum reale: quæ omnia ſunt abſurda. Si communicatur natura diuina realiter filio, & ꝓprietas patris pręter omne opus intellectus eſt idē naturæ diuinæ. ergo realiter pater communicat proprietatem filio: & ſic filius erit realiter perſona patris.

Intelligentia litteræ.

¶Ibi. Secundo arguitur ſic. Pro intelligētia huius litteræ nota quòd diſtinctio in intellectu, quę tantū eſt penes diuerſum modum concipiendi idem tantum dependet ab intellectu ſic conſiderante: & in re nullam penitus præſupponit diſtinctionem: ſed illa diſtinctio, quę eſt in intellectu penes diuerſa obiecta formalia de neceſſitate præſupponit in re ante omnem conſiderationem aliquam diſtinctionem illorum obiectorum formalium. Nota ſecundo, ꝙ obiecta formalia nata ſunt cōcipi diſtinctis actibus intellectus. vt. ĩ. patebit. d. 8 Nam quæ ſic ſe habent, quòd ſunt obiecta formalia vnum diſtinctè poteſt concipi, alio non concepto: ſed hoc diffuſè pertractari habet. ĩ. d. 8. q. 2. in reſpōſione ad primum arg. principale.

Quō ꝓprietas perſonalis, & eſſentia diſtinguantur.

¶His declaratis infert Doct. principale intentum: videlicet, ꝙ proprietas perſonalis, & eſſentia diſtinguantur ex natura rei: ſiuè præter omnem conſiderationem intellectus. Et ratio ſtat in hoc. pater in primo ſigno originis in quo habet à ſe quicquid habet, & in quo eſt prior filio: intelligit eſſentiam, quæ dicatur. a. & proprietatem, quæ dicatur. b. vt diuerſa obiecta formalia mō ꝑexpoſito: aut intelligit. a. & b. vt idem obiectum formale: ſed ſub alio modo concipiendi ſicut naturam humanam ſub modo cōcreti, vel abſtracti. Si ſecundo modo. ergo. b. non erit ibi diſtinctum præter opus intellectus ab. a. & ſic ex natura rei ita. b. erit communicabile, ſicut. a. & per conſequens perſona patris ex natura rei erit præciſè natura diuina: & ſic pater pręter opus intellectus nō erit diſtinctus à filio: patet quia ſi b. eſt idem ex natura rei quod. a. & a. ex natura eſt ita in filio, ſicut in patre. ergo pater, & filius ex natura nihil aliud includunt, niſi naturam diuinam: & ſic pater, & filius ſunt ſimpliciter idem inter ſe ex natura rei: & ſic nō erūt duæ perſonæ realiter diſtinctæ: cuius oppoſitum tenet eccleſia. Si primo modo pater intelligit. a. & b. vt duo obiecta formalia. ſ. ex natura rei. ſequitur ꝙ a. & b. erunt in actu exiſtentia. & præter omne opus intellectus diſtincta. Probat ſupponendo unum. ſ. ꝙ cognitio intuitiua eſt exiſtentis, & exiſtens in propria exiſtentia: & præſentis in propria præſentia: vel præſens in alio, in quo virtualiter continetur: ſicut creatura cognoſcitur intuitiuè ab intellectu diuino: ſed non ut in propria exiſtentia: quia etiam cognouit ab æterno: ſed ſufficit, quòd creatura virtualiter contineatur in eſſentia diuina: & tale virtualiter cōtentum non habet eſſe merè per opus collatiuum intellectus. Et quod dicit quòd continetur eminenter, ſiuè uirtualiter ſecundùm totam entitatem. hoc bene nota: quia nulla creatura continet aliam virtualiter, & eminenter ſecundùm totam eius entitatem: vt expoſui ſupra in d. 3. q. 10. In propoſito tamen nihil eſt in Deo quod virtualiter, ſiuè eminenter contineatur, in alio, etiam intrinſeco ipſi Deo: quia tale ſic contentum eſt ens per participationem: & per cōſequens includens limitationem. Stat ergo quòd b. non continetur in a. Si ergo pater intuitiuè intelligit. b. vt obiectum formale diſtinctum ab. a. ꝙ b. terminabit illam cognitionem intuitiuam ſecundùm eius propriam exiſtentiam: & ſimiliter. a. terminabit ſecundùm propriam exiſtentiam: & per conſequens. a. & b. erunt ibi diſtincta præter opus intellectus.

Solus Deus cōtinet virtualiter ſecundùm totā entitatē.

¶Et nota ex iſta littera quomodo eſt neceſſe concedere proprietates diuinas dicere ex natura rei aliā exiſtentiam ab exiſtētia naturæ diuinæ: & nō eſt hoc inconueniens: eſſet tātum inconueniens: ſi eſſent ibi tales exiſtentię realiter diſtinctę.

Dubium.

¶Dubitatur tamē in hoc, quod dicit, ꝙ intellectus patris quicquid cognoſcit, cognoſcit intuitiuè: & cognitio intuitiua terminatur ad rem exiſtentem, & ꝓſentem in actuali exiſtentia: & hoc in ſe, uel in alio eminenter continente totam entitatem ipſius. Nam relatio rationis perfectè cognoſcitur ab intellectu diuino: & tamen non eſt pręſens in actuali exiſtentia: nec in ſe, ut patet: nec in alio continente eminēter: quia relatio rationis non poteſt eminenter contineri in alio: quia omne tale ſic contentum eſt ens reale. Sed hanc difficultatem, diffuſè pertractabit infra diſtin. 30.

Reſpōſio datur alibi.

¶Nota etiam in littera quomodo doct. concedit expreſſè eſſe in Deo plura obiecta formalia ex natura rei: quę ſecundum propriam exiſtentiam terminant cognitionem intuitiuam intellectus diuini: quę tamen exiſtētię licet ſint aliquo modo diſtinctę pter omnem actum intellectus cōſiderantis: tamen ſunt una res realiter, & eſſentialiter.

Dubium.

¶Si dicatur cum paternitas, & filiatio ſint realiter diſtincta, & terminent cognitionem intuitiuam ſecundùm propriā exiſtentiam. ergo inter ſe verè realiter diſtinguntur ut duę res exiſtentes, quod videtur inconueniens.

Reſponſio.

¶Dico, quòd ſi ſic cōcederet: adhuc non eſſet inconueniens: quia cum eſſentia diuina dicunt unam, & eandem exiſtentiam realiter: licet fortè formaliter diſtinctam. Dico ſecundo quòd res aliquando accipitur pro eſſentia perfecta: ſiuè pro aliqua natura dicente perfectionem: aliquando accipitur pro entitate conceptibili, & exiſtente nullam imperfectionem includente. Primo modo paternitas, & filiatio ſunt tantum vna res, & una exiſtentia. Secundo modo poſſunt dici plures res, id eſt, plures quiditates conceptibiles extra intellectum exiſtentes: & ſic res accepta pro quiditate ſimpliciter incommunicabili non eſt inconueniens in diuinis eſſe plures res exiſtentes ſecundùm propriam exiſtentiam.

Res accipitur multipliciter.

¶Ibi. Si dicas, quòd eſſentia de ſe facit vnum conceptum in intellectu patris &c. Eſſentiam de ſe facere

re unum conceptum in intellectu patris nihil aliud est, quàm ipsam in ratione obiecti intelligibilis, quasi producere vnam cognitionem intuitiuam, immediatè repræsentantem essentiam diuinam. Et ista opi. dicit quòd intellectus patris fabricat circa ipsam essentiam sic cognitam diuersas rationes &c. Sed hæc positio clarius habet perscrutari. j. distin. 8. q. 3. Nota tamen, quòd conceptus potest accipi, vel pro obiecto intelligibili: vel pro obiecto actu cognito, vel pro intentione: vt patet a doc. in theorematibus. Essentiam ergo de se facere vnum conceptum potest intelligi, quòd faciat vnam notitiam præcisè terminatam ad vnum cóceptum ex natura rei & ad vnum obiectum ex natura rei: vel si facit de se plures conceptus. i. vnam notitiam, cum tantum sit vna in diuinis: terminatam tamen ad plures conceptus. i. ad plura obiecta formalia ex natura rei. Et isto secúdo modo intendit docto. quòd pater habet notitiã intuitiuam: & unam tantum terminatam: tamen ad plura obiecta formalia ex natura rei. Sed Hen. intelligit tantum primo modo. Ideo doc. instat contra ipsum ibi. Contra quicquid intellectus causat sine actione obiecti circa obiectum.

Conceptus potest accipi tripliciter.

Intelligẽtia litteræ.

¶Pro intelligentia litteræ est notandum. Primo, quòd intellectus diuinus, & essentia diuina possunt dupliciter considerari. Vno modo consideratur intellectus, ut intellectus: & vt pars memoriæ, & essentia consideratur, vt in ratione obiecti intelligibilis, & vt est pars memoriæ. Alio modo consideratur intellectus, vt actu intelligens, siue considerans essentiam, & essentia cósideratur, vt actu cognita ab intellectu diuino. Primo modo intellectus diuinus, & essentia diuina dicũtur principium operatiuum alicuius verè realis, putà cognitionis intuitiuæ: & similiter dicuntur principium productiuum alicuius suppositi verè realis: ut patuit supra. Sed secũdo modo non sunt principium nec ratio formalis producendi aliquod reale: cum ut sic tantum considerentur habere esse secundùm quid, siuè diminutum: patet quia cognitum inquantum cognitum dicit tm̃ relationẽ rõnis: & similiter cõsiderans inquantũ cõsiderãs. Ex his infert doc. Si intellectus, vt cõsiderans aliqd operatur circa essentiã, vt cognitam, in quantum huiusmodi, illud operatum erit tantum ens rationis: & sic proprietas patris erit relatio rationis: & per consequens vltimum constitutum patris in esse personali erit tantum ens rationis: quod est inconueniens: & hoc intendit doc. in præsenti ratione. Declaro tamẽ litteram cum dicit ibi. Quicquid intellectus causat sine actione obiecti circa obiectum præcisè: hoc est virtute propria intellectus: & hoc loquendo de obiecto vt habet esse cognitum in intellectu præcisè: & de intellectu vt considerans est. illud supplè causatũ est præcisè relatio rationis. hęc littera clara est ex supra dictis. Sequitur. Nunc autem illa ratio. i. conceptus siuè obiectum intelligibile quem facit essentia de se, pro quanto ex natura rei est perfectè præsens intellectui suo in ratione obiecti actu intelligibilis: potest etiam hic accipi ratio pro notitia terminata ad conceptum, siuè obiectum. & hoc dupliciter vel vt terminatur precisè ad vnum obiectum ex natura rei: & sic dicitur vna ratio, & formaliter, & terminatiuè: vt tenet Hen. vel terminatur ad plura obiecta formalia ex natura rei: & sic tantum erit vna formaliter sed plures terminatiuè. ratio primo modo siuè pro notitia, siuè pro obiecto: patet quòd est absoluta. i. quòd talis conceptus, quem facit essentia de se est verè absolutus: aliter non beatificaret intellectũ patris: supple vt in obiecto. intellectus enim patris beatificatur in essentia, ut in obiecto: sed in cognitione essentiæ formaliter beatificatur cum habeat illam in se formaliter. Sequitur ergo præter istam rationem absolutam, siuè conceptum essentiæ absolutum: nulla est alia in re ante actum intellectus: aliàs haberetur propositum. s. quòd essent plura obiecta formalia: siuè plures conceptus præter omne opus collatiuum intellectus. Sequitur. nulla etiam. s. ratio, siuè conceptus est in intellectu patris per te: nisi per actum intellectus negociantis, & non per impressionem factam ab obiecto: quia non imprimit per te. s. ex natura rei, nisi unum cóceptum realem: quod potest intelligi: vel quòd obiectum non imprimit eandem notitiam, ut terminatã ad aliud obiectum formale ex natura rei: & sic erit alia notitia à notitia essentiæ, non alia formaliter, sed terminatiuè: vt supra dixi. Vel potest intelligi, quòd non imprimit in intellectu alium conceptum, siuè obiectum: & hoc obiectiuè tantum, non formaliter: siuè per informationem: sic, quòd virtute essentiæ ipsum imprimatur obiectiuè intellectui patris. i. quòd fiat præsens intellectui patris in ratione obiecti actu intelligibilis: vel quòd uirtute eiusdem essentiæ imprimatur obiectiuè aliud obiectum formale: puta proprietas personalis, quę dicatur. a. i. quòd uirtute essentiæ. a. fiat pŕsens intellectui patris in ratione obiecti actu intelligibilis. & hoc ex natura rei. modo per Hen. nullus conceptus habetur præter conceptum realem essentiæ diuinæ ergo quælibet ratio alia, siuè conceptus à ratione ablata essentiæ, erit præcisè relatio rationis: quod est inconueniens: quia tunc ratio proprietatis patris erit tantum relatio rationis fabricata per actũ collatiuum intellectus: & sic pater ex natura rei erit præcisè natura diuina: & sic similiter filius esset, & per consequens non erunt ibi tria supposita ex natura rei realiter distincta.

Declaratio litteræ.

¶Ibi. Secundo oportet videre qualis sit ista differentia, quę ponitur præcedere omnem actum intellectus. Dicit duo. primo quòd in rebus est differentia manifesta, scilicet suppositorum, & naturarum. i. quod omnia supposita realiter distinguntur: ita quòd manifestum est, vnum suppositum esse aliud per realem identitatem: & similiter manifestũ est, plures naturas verè reales posse esse eadem per realem identitatem: & ista non oportet probare cũ experientia sint nota. Est etiam alia manifesta in intellectu considerante: & hoc est, vel modorum concipiendi eandem rem: sicut logicè consideratur idẽ, vel sub modo concreti, vel sub modo abstracti, vt homo, & humanitas: vel est obiectorum formalium ex natura rei. i. quòd intellectus experitur se cognoscere aliud, & aliud obiectum, ita quòd cognitio eius non terminatur præcisè ad unum obiectum: immo experitur, quòd terminatur ad plura obiecta: quæ ex natura rei præcedunt eius cognitionem. Secundo dicit, quòd ex differentia manifesta tam in rebus, quàm in intellectu concluditur differentia immanifesta. De differentia manifesta in rebus patet: quia ex differentia creaturarum concluditur differentia ydearũ in intellectu diuino: quia creaturę, ut in intellectu diuino tantum distinguuntur, vt habent esse cognitum: esse enim cognitum creaturarum dicitur ydea: vt patet à doc. j. d. 35. & 36. & 39. Similiter ex distinctione reali suppositorum in Deo: quę est manifesta fidelibus. concluditur minima præter opus intellectus hic intenta. s. quòd essentia, & proprietas aliquo modo præter opus intellectus distinguntur: patet si pater, & filius realiter distinguntur ratione proprietatum: quæ sunt rationes realiter distinguendi: & sunt realiter idem in essentia: patet quia tantum est vna essentia in illis. si ergo essentia est ratio, qua pater, & filius conueniunt realiter. & proprietas est ratio, qua differunt adinuicem realiter. ergo proprietas, & essentia aliquo modo distinguuntur præter opus intellectus: & si nullo modo distinguuntur, tunc

Omnia supposita realiter distinguntur.

Quæ creatura in intellectu diuino distinguntur.

tunc sicut essentia ex natura rei est ratio conuenientiæ. ergo & proprietas cum sit penitus idem ex natura rei. Ex distinctione ergo suppositorum manifesta concluditur ista immanifesta. Similiter ex differentia manifesta obiectorum formalium in intellectu ꝛ quorũ unus non continetur in alio eminenter (quia tunc continens sufficeret sine contento: de quo. q. 4. quol.) cõcluditur, ꝙ talia obiecta præter omne opus intellectus aliquo modo distinguntur: qualia sunt essentia diuina, & proprietas.

¶Sed nunquid hæc distinctio dicetur realis.

¶Respondeo non est propriè realis &c. Hæc littera sic declaratur, Non est propriè realis actualis: sicut communiter dicitur realis actualis illa, quæ est differentia rerum, & in actu. i. quòd distinctio inter proprietatem, & essentiam non est realis actualis, qualiter est inter veram rem & rẽ: quia si sic: tunc in eadem persona esset differentia rerum: & sic illa persona non esset simplicissima: patet quia si paternitas esset verè alia res ab essentia, cum paternitas fundetur in essentia: sequeretur cõpositio personæ ex pluribus rebus. Sequitur, & sicut non est realis actualis: ita non est realis potentialis: quia nihil est ibi in potentia quod non est in actu. Distinctio realis actualis est sicut inter Fran. & Ioan. actu existentes: sed distinctio realis potentialis est sicut inter Fran. & Ioan. in potentia existentes. Sequitur. potest autem vocari differentia rationis secundùm Var. & Bona. accipiẽdo rationem pro quidditate rei, secũdùm quòd quiditas est obiectum intellectus id est ꝙ essentia, & proprietas dicuntur distingui ratione: quia sunt duæ quiditates conceptibiles: siue quia sunt duo obiecta formalia, distinctè conceptibilia: & sic ratio accipitur hic pro quiditate conceptibili. Sequitur vel alio modo potest vocari differentia virtualis &c. vult dicere, quòd in vna persona potest esse differẽtia virtualis: siue distinctio quando continet in se plures realitates: dicimus enim quòd in eodem homine est distinctio virtualis: quia cõtinet in se realitatem animalis, & rationalis, quæ distinguuntur præter opus intellectus: sic in proposito in persona patris, quę est tantum vna res est distinctio virtualis essentiæ, & proprietatis, quæ non sunt duæ res: cum paternitas non dicatur vera res: sed magis realitas &c.

¶Ibi. Vel vt propriissimè dicatur. Hic Doct. facit duo, primo distinguit modos vnitatis. secundo intõdit declarare principale intentum: videlicet qualis sit distinctio inter essentiam, & proprietatem, & hæc litera clara est vsque ibi. In quinto est vnitas simplicitatis quæ est verè identitas. quicquid enim est ibi, est realiter idem cuilibet. Si hoc intelligatur prout verba sonant: tunc paternitas erit eadem realiter filiationi: cum omnia in diuinis sint vnum vnitate illa simplicitatis. Dico, quòd sunt idem realiter: quia sunt simpliciter eiusdem essentiæ, & naturæ: non autem sunt idem realiter, idest suppositaliter, siue personaliter. Si dicatur, quod tunc erit maior identitas simplicitatis inter attributa, quam inter personas: & sic non erunt vnum perfectissima simplicitate. Dico, quòd ad perfectissimam identitatem simplicitatis non requiritur omnimoda identitas: quia tunc non diceretur propriè identitas aliquorum, nisi inter illa esset aliqualis distinctio: identitas enim aliquorum præsupponit ipsa adinuicem aliquo modo differre. Ad perfectissimam ergo identitatem simplicitatis sufficit idẽtitas realis illorum ita quòd quodlibet cuilibet sit perfectè idem realiter: accipiẽdo realiter modo præexposito. Vel potest dici ad dictum Sco. quòd essentia est simpliciter idem cuilibet existenti in ipsa: & quòd in vna persona diuina est vna vnitate simplicissima, alia ab vnitate alterius personæ: & sic vna persona est realiter idẽ cuilibet exi-

stenti in ipsa. Non. n. est inconueniens ponere in diuinis plures vnitates simplicissimas: putà vnitatem patris filij, & spiritussanctii & vnum realiter distinctum ab alio: respectu tamen essentiæ diuinæ omnia sunt vnum vnitate simplicissima.

¶Ibi. Ita adhuc vltra omnes est identitas formalis: voco autem identitatem formalem: vbi illud qd dicitur sic idem includit illud, cui sic est idem in ratione sua formali.

¶Ex hac litera Docto. manifestè patet quòd inferius est idem formaliter superiori: superius autem non est idem formaliter inferiori: quia superius nõ includit in sua ratione formali inferius: sed bene econtra. Et sic secundum aliquos totum essentiale, vt humanitas est idem formaliter partibus essentialibus, vt animæ intellectiuæ, & corpori organico, & non econtra. Multa tamen sunt dicenda de identitate formali & de distinctione formali: quę omnia reseruo vsque ad d. 8. q. pe. vbi agitur de distinctione formali attributorum: sed pro nunc sufficiat scire quid sit identitas formalis. vt intentum Doct. manifestum fiat videtur enim declinare ad hoc, quod essentia, & proprietas distinguantur formaliter: quia nec essentia includitur quiditatiuè in proprietate: nec proprietas in essentia: vt patet: & licèt hic non ita expressè dicat ipsas distingui formaliter: alibi tamen expressè dicit: vt post videbitur.

¶Ibi. Nunquid igitur debet concedi aliqua distinctio. Dicit Doct. hic, quòd magis debemus dicere paternitas & essentia sunt non idem formaliter, quam quòd distinguantur, formaliter. Et si inferatur. si non sunt idem formaliter. ergo distinguũtur formaliter. Negat hoc doctor dicens: quòd formalitas in antecedente negat, & io consequẽte affirmatur: quia vt infra patebit. d. 8. q. 2. in responsione ad primum argumentum principale, aliqua non sunt idem formaliter: & tamen non distinguntur formaliter: vt gradus intrinsecus non est idem formaliter cum eo, cuius est: & tamen non sequitur, ergo distinguitur formaliter: quia cum dico a. & b. distinguntur formaliter, dico quòd a. dicit distinctam formalitatem à formalitate. b. ita quòd a. & b. sint duæ formalitates Modo gradus intrinsecus non dicit aliquã formalitatem distinctam. ideo non sequitur, nõ sunt idem formaliter. ergo distinguntur formaliter. Nã in antecedente negatur formalitas: supplè negatur quòd. a. & b. sint duæ formalitates: in consequente verò affirmatur formalitas: supplè quòd. a. & b. sint duæ formalitates distinctæ adinuicem: & sic patet littera.

¶Ibi. Ista differentia manifestatur per exempla. Hic docto. intendit declarare quomodo est possibile, quòd in vna re non composita possint esse plura, quæ adinuicem distinguantur præter opus intellectus: sic tamen quòd inter se, & cum illa re simpliciter sint realiter idem: & patet de albedine, quæ est forma simplex, o[illegible] in ipsa est aliquid, à quo accipitur ratio disgregatiui. & non dico (vt aliqui) quòd ab vno gradu albedinis accipiatur ratio coloris, & ab alio ratio differentiæ: quia non credo hoc esse ad mentem doc. quia si accipiatur albedo in uno tantũ gradu perfectionali: adhuc in ipsa reperitur aliquorum, à quo accipitur ratio coloris, siue generis: & aliquid, à quo accipitur ratio differentiæ: ita quòd illa duo, à quibus accipiuntur genus, & differentia, præter omne opus intellectus distinguuntur ita ꝙ vnum non includitur formaliter in alio, nec econtra. Sed hæc diffusius patebunt infra dist. 8. q. 4. sed pro nunc sufficiat habere, quomodo in vna re simplici possunt esse plures formalitates: siue realitates. Et litera patet.

¶Ibi. Ista autẽ distinctio, siuè nõ formalis idẽtitas.

Distinctio realis actualis & realis potentialis.

Dubium.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

Item alia solutio.

Hic dicit Sco. infer. esse idem formaliter superiori & non econtra.

Essentia & relatio secũdum Scot. sunt idẽ realiter, & distinguuntur formaliter. Tamen. D. Tho. I. par. q. 28. Ar. 2. dicit quo relatio & essentia sunt idẽ secundũ rẽ, differunt secundum intelligẽtiæ rationem. & Caietanus prima. par. sũma. q. 28. Art. 2. dicit quòd relatio & essentia, sunt idẽ realiter differunt secundum rationem tantum. Sed contra. D. Tho. primo sent. dist. 33. dicit quòd relatio, & essentia distinguuntur secũdum conceptus, distinguuntur secundũ conceptus, & plusquã ratione, non distinguuntur conceptum realem non est nisi distinguatur formaliter, & ex natura rei, nam distingui secũdum rationem intelligentia nõ est distingui rationem tantũ (vt dicit Caietanus)

Hic

Sed est distinguitur per conceptum eiusdem, quia intelligentia non est nisi intellectus sub actu suo, ideo bene. D. Thomas semetipsum declarat dicens, proæt in relatione importatur respectus ad suum oppositum qui non importatur in nomine essentiæ, ergo dicere quòd D. Tho. & Sco. nō differunt nisi in verbis.

Hic doc. probat intentum, q.s. proprietas personalis, & essentia distinguuntur formaliter: vel saltem nō sunt idem formaliter: & probat per auctoritates sanctorum: quæ omnes auctoritates stant in isto psupposito, q quando aliqua sunt simpliciter idem præter opus intellectus, quod competit vni ex natura rei, competit & reliquo, & ecōtra vt dixi supra. Prima ergo auctoritas Aug. quæ stat in hoc, q essentia est quid absolutum: & paternitas est essentialiter relatio. ergo si sunt penitus idem essentiæ: erit essentialiter, siue formaliter relatiuum: & paternitas erit similiter formaliter ens absolutum. Et hic auctoritas Aug. exposita est supra d. 1. q. 2. Secunda est Augu. 7. de tri. c. 2. vel 12. non eo verbum inquit, quo sapientia: quia verbum non ad se dicitur. i. non est entitas absoluta, sed relatiua: quia verbum relatiuè ad eius cuius est verbum dicitur. i. relatiuè dicitur ad psonā dicentem. s. ad patrem Idem. n. in te sunt verbum filius genitum, differunt tātum vel nomine, vel ratione: verbum relatiuè dr ad psonā verbātē: vt. p. patet dist. 27. filius relatiuè ad patrem dicitur genitum relatiuè ad personam gignentē. habetur ergo q filius, siuè verbum formaliter dicitur relatiuū, & relatiuū includit relationem, qua formaliter dicitur relatiuum, & absolutum in quo fundatur talis relatio, q̄ adinuicem distinguuntur. Si ergo verbum nō eo verbum, quo sapientia. i. non eodē dicitur verbum, quo dicitur sapientia: sequitur, q illo, quo dicitur verbū formaliter. s. relatio (supponendo, q personę constituantur in esse personali relationibus: quod differatur vsque ad. d. 16. huius) non sit idem ex natura rei cum illo, quo dicitur sapientia. dicitur autem verbū sapiētia ipsa essentia diuina: & hic accipitur essentia pro omni eo, quod est perfectio simpliciter: quę p nunc importat idem, q essentia non faciendo p nuc distinctionem aliquam ex natura rei inter essentiā, & attributa: quia tunc erit sermo infra d. 8. q. pen. ergo persona verbi est ibi ex natura rei: & per consequens, quæ constituunt ipsam, sunt in illa ex natura rei. constituit autem essentia diuina, & proprietate personali relatiua. ergo pręter omne opus intellectus essentia, & proprietas distinguuntur. Ex his etiā patet auctoritates sequentes, q̄ simili mō exponant.

Difficultas.

OCCVRRIT tamen vna bona difficultas. Quomodo est possibile, q paternitas, & filiatio distinguantur realiter adinuicem: & tamē sint idē realiter essentiæ diuinæ singularissimæ: quia per dictū doc. in rñsione ad primum arg. principale pñtis. q. expressè habetur, q eo modo, quo personæ diuinæ, siuè proprietates personales sunt idem in essentia: eo modo sunt idem adinuicem: & in essentia sunt idē realiter: vt patet. ergo adinuicem.

Responsio.

¶Dico breuiter, q maior est distinctio inter paternitatem, & filiationē, q̄ inter paternitatem, & essentiam: quia paternitas, vt comparatur ad essentiam, propter infinitatem essentiæ transit in identitatem realem ipsius: vt verò comparatur ad filiationem: dico, quòd non potest transire in realem identitatem: quia nec filiatio est formaliter infinita: nec similiter paternitas: vt probat doc. in quol. q. 5. Si enim per impossibile istę proprietates non includerentur in essentia, essent omnino distinctæ: quia nec paternitas esset ratio alicuius conuenientiæ cum filiatione: nec econtra: sunt enim primo diuersa: vt patebit infra. d. 13. & 26. Et bene nota hanc responsionem quia facit ad multa in ista materia.

Gre. de Ari. in primo di. stin. 26. conclusione tertia.

NOTA tamen quòd Grego. de Arimino ponit, quòd diuinæ personæ non distinguuntur personaliter aliquibus pprietatibus hoc modo acceptis, scilicet aliquibus proprietatibus, quæ sint ipsarum personarum transitiue: & hoc pro entibus aliquibus sibi proprijs incomplexè significabilibus: pro quibus termini complexi possunt personaliter, seu significatiuè supponere. & sic supponentes esse subiecta propositionum: quomodo nonnulli opinant proprietates personarum: dicentes, q in patre est aliqua entitas cōis sibi, & filio & spiritusancto. s. essentia diuina. & aliqua entitas non illis communis sed sibi propria quam vocant paternitatem & hanc dicunt esse proprietatem eius. Et similiter in filio opinantur esse aliquam entitatem sibi propriam, vtpotè filiationem: & in spiritusancto spirationem passiuam. Et hæc est positio Sco. vt patet præsenti. d.

¶Secundo concedit Gre. q diuinę personę distinguuntur proprietatibus intransitiuè: intelligendo illas proprietates, vt sit constructio intransitiua: cum dicitur proprietates personarum. i. proprietates, q̄ sunt personæ: videlicet pro aliquibus tantum complexè formaliter, vel ęqualenter significantibus, qūo dicit August. de fide ad Pe. & ponitur à Magist. d. 26. q proprium est patris, q vnum filium genuit: & pprium est filij, quòd de essentia patris natus est: & proprium spiritussancti, quòd solus de patre, filioque processit. Constat autem, q talia propria nō sunt aliquæ entitates secundùm se extra animam propriç personis. Non enim est entitas aliqua: pater vnū filium genuit: nec etiam filius nascitur ex patre. Nā quamuis filius sit vna res, & natiuitas vna res, & similiter pater, quæ significātur per terminos huius cōplexi: filius nascitur ex patre: non pōt tamen dici, q hoc totum filius nascitur ex patre sit aliqua res: nisi fortè materialiter, & non significatiuè sumeretur istud dicendum. Cum ergo dicitur, q proprietas patris est q vnum genuit filium: aut, quòd filius nascitur ex eo: non denotatur, q aliqua entitas extra animam existens sit propria patri: sed tantummodo, q ille solus genuit filium: & quod idem est, q ex eo nascitur tm̄ filius: & hoc modo pater, & filius distinguunt ad inuicē. Et multa alia dicit pro ista positione: sed pro nunc ista sufficiant ad propositum nostrum.

¶Et probat quod dicit primo. s. q nō sint dabiles aliquæ tales proprietates personales incomplexę extra animam existentes: vt paternitatē in persona patris extra animam distinctam ab essentia. Et probat sic primo: quia vel tales entitates essent extrinsecę psonis: vel intrinsecè inclusę in eis: non primo modo: qm̄ ipsæ essent per se subsistentes: & per consequens essent psonæ: & tunc vltra: sequitur q in diuinis essent ad minus sex psonę: vel essent psonis inhærētes, vel insistentes, sicut formæ in materijs, quod est impossibile in Deo: qui nulli subsistere potest: vt dicit Aug. 7. de tri. Sed nec potest dici, q sint aliquæ entitates intrinsecè inclusę in personis: secundùm quem modum imaginari videntur quicunque tales proprietates ponunt in personis. Hoc autē esse impossibile probatur multipliciter.

Prima ratio Greg.

¶Primo quidem per expressam determinationē ecclesiæ extra de sum. tri. & fi. cath. cap. Damnamus. vbi dicitur. Pater ab æterno filium generando suam substantiam ei dedit: iuxta quod ipse testatur: pater quod dedit mihi maius est omnibus: ac dici non potest, quòd partem substantiæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit &c. Patet ergo, q sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit: & ita pater, & filius habent eandē substantiam. & sic eadem res est pater, & filius, & spiritussanctus ab vtroq; procedēs. Cum ergo (vt profitetur ecclesia) filius totā substantiā patris sine diminutione acceperit: manifestè patet q nullam entitatē in se habet sibi propriā pater, quam filio generando non dederit. Nec potest dici, q quamuis totam sine diminutione patris substātiā filius generando acceperit: non tamen accepit oēm entitatē patris: qm̄ non illam propriam: quam vltra

communem essentiam pater includit. Tum quia oõ minus est indiuisibilis, & omnino simplex persona patris, quàm sit essentia communis: & per cõseqoẽs iuxta determinationẽ ecclesiæ impossibile est, quòd partẽ sui. s. communẽ essentiá filio dederit, & partẽ aliam sibi reseruerit: ergo sine diminutione filius totam entitatẽ patris accepit; nulla ergo entitas est in patre, quę non sit in filio. Tum qoia stultissimum est imaginari, quòd in patre sit aliqua entitas, quæ non sit substantia, vel de substãtia eius: sic enim esset ei accidentalis, vel extranea: ergo si totam substantiam patris accepit filius, omnem entitatem patris habet filius.

Secunda ratio. ¶Secundo, si essent in personis tales proprietates; tunç non eadem res esset pater, & filius, & spiritussanctus (vt dicit ecclesia) quoniam illo posito non solum essentia cõmunis est patri: sed ipsa simul cum illa propria entitate patris, quæ noo est in filio: & per consequẽs nõ eadẽ res, quæ est pater est filius.

Tertia ratio. ¶Tertio; sequitur, quòd essentia diuina non est pater, nec econtra; cuius oppositum ẽt tradit ecclesia; vbi supra. d. ꝙ vna quædam summa res est incõprehensibilis quidẽ, & ineffabilis, q̃ veraciter est pater filius, & spiritussanctus. s. tres simul personæ ac singillatim quælibet earundẽ: & ideo solummodo est trinitas non quaternitas; sed quælibet trium personarum est illa res; valet substantia essentia, seu natura diuina: consequentia probatur ex hoc quòd nullum includens plura est aliquid illorum: & similiter nullum illorum est ipsum, sed ipsius est: transitiue loquendo: & illud includens est ex eo; sicut anima nõ est homo, sed hominis: nec homo est anima, sed ex anima: simili modo probari potest ꝙ essentia non esset filius nec spiritussanctus nec econtra.

Quarta ratio cum sequentibus. ¶Quarto; si quælibet habet aliquam propriã entitatem præter communẽ entitatẽ, quæ est Deus: sequitur, ꝙ quælibet persona, præter diuinitatem cõmonem, habet etiam propriam diuinitatem: & sic in trinitate erunt quatuor diuinitates, vna communis, & tres proprię: & vna persona erit alius Deus ab alia propter illam propriam entitatem, s. diuinitatem, quam sola includit. Hæc autem omnia sunt erronea: consequentia probatur ex eo, quòd impossibile est esse in Deo aliquam entitatem, quæ non sit Deus: alioquin sequeretur, quòd persona non esset Deus, sed eius pars esset Deus. ¶Item omnis entitas, quæ non est Deus vtique est creatura, iuxta illud Aug. primo de tri. Omnis substantia, quæ Deus nõ est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est: & constat, ꝙ substantiam pro essentia, vel entitate ponit: sicut dicimus, ꝙ substantia albedinis est alia à substantia nigredinis: alioquin non sufficienter probaret intentũ. s. quòd filius est Deus. Hoc etiam modo Aug. super illud ps. Infixus sum in limo profundi, & non est substãtia: ꝓ entitate accipit substantiá: vnde ait. Omnia. n. substantiæ sunt eo ipso, ꝙ sunt natura: quæ nulla sunt in substantia omnino nihil sunt.

Psal. 68.

Si ergo aliqua entitas esset in persona, quæ non esset Deus: iam persona composita esset ex Deo, & creatura: quod blasphemum est dicere. ¶Item Hugo de sacramentis lib. primo. Omne, qd in Deo, est; aliud quàm Deus esse nõ potest: sed si illa entitas propria est deitas: & per positionem non est illa diuinitas communis: ergo est alia diuinitas propria: & patet coosequentia. Si verò diceretur, quòd illa entitas ꝓpria non est entitas distincta modo aliquo à deitate communi, sed est ipsa: tunc sequitur, quòd nulla pluralitas entitatum est in personis; & per coosequens non est in ea aliquid, quo conuenit cum alia persona, & aliquid aliud, quo distinguitur ab ea.

¶Item, quòd nulla proprietas est in persona, vel est personæ: transitiuẽ loquendo, qua distinguatur ab alia persona: sed ipsamet persona nulla plura, quoquomodo includens, seipsa primo iuxta sensum supra positum distinguitur ab alia: & sic habetur propositum.

¶Quinto secundùm hanc viam: sequitur, ꝙ nulla persona sit summẽ simplex: quod est error. Consequentia probatur: quia secundùm hic quęlibet persona habet in se aliquid, quod ipsa nõ est: nec econtra: sed est aliquid eius. Simplex autem nihil, quod ipsum non sit, habet in se: vnde propter istá causam Magister determinat, ꝙ proprietas personæ est ipsa persona. d. 23. primi libri. *Nota bene hæc omnia.*

¶Et aduertẽdum est, ꝙ omnes præmissę rationes procedunt contra quamlibet opinionem, ponentẽ aliquam proprietatẽ, modo suprapolito; siuẽ illa ꝓprietas vocetur res: siuẽ formalitas, vel quiditas, vel modalitas, vel alio quolibet nomine: dummodo aliqua pluralitas, & distinctio ponatur intra personam diuinã: q̃ oĩa nomine entitatis intelligo significari.

¶Pro hac conclusione sunt sanctorum auctoritates. Ait. n. Hylari. tertio de tri. propẽ finem. Audis, ego, & pater vnum sumus: vnum sunt. s. is, qui est, nihil habens: quod non sit etiam in eo, à quo est.

¶Itẽ idem. 7. de tri. Indico quid sunt. s. pater, & filius cum vnum ex vno est: quia neq; vnus vni aliud per generationem, quàm quod suum est dedit: neq; vnus ab vno per natiuitatem obtinet, q̃ quod vnus.

¶Item Isy. de summo bono lib. 1. ait. Ideo vnum sunt pater, & filius: quia nihil habet pater, quod non habeat filius. ¶In super August. de sum. tri. loquens de verbo consubstantiali di. Et idẽ verbum (inquit) hæc veritas est: quoniam quicquid est in ea scientia: de qua genitum est etiam in ipso est. Scientia autem de qua est genitũ, est pater: vt ibi patet. Quicquid ergo est in patre est in eius verbo. Ex qbus omnibus: patet, ꝙ nihil omnino: aut entitas aliqua est in patre, quæ non sit in filio: nec econtra. Quod etiam hmõi verba filij confirmant. Ioan. 16. dicentis. Omnia, q̃cunque habet pater mea sunt. & proinde cantat ecclesia. in patre totus filius, & totus in verbo pater: non ergo in personis diuinis, præter communẽ essentiam, sunt aliquæ speciales, & propriæ entitates cogitandæ: vt est ex dictis ostensum. Cui quoq; consonat dictum Hugo. libr. 1. de sacramentis di. Nihil aliud esse, quàm essentiam vnam, quam cõtinemur. *Nulla entitas est in patre, quæ non sit in filio.*

¶Deinde arguit contra se primo per illud verbũ præfactionis: in personis proprietas: & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur ęqualitas: ex quo patet, quòd proprietas est aliqua entitas: alioquin non esset in personis: & non est entitas, quæ est persona: quia nihil est in se ipso: ergo est entitas personæ.

¶Secundo si proprietas personæ nõ sit aliqua entitas propria, & partialis personę; tunc non esset vna proprietas, seù notio communis patri, & filio: cuius oppositum dicit Magister. d. 29. primi. & patet consequẽtia: quia nulla persona cõmunis est prĩ, & filio.

¶Rñdet ad primum: quia illa auctoritas in sententia nullo modo est cõtra propositum. Et dicit, ꝙ illa verba accipiunt impropriẽ. Sicut ẽt dr̃: & in maiestate adoretur æqualitas: non. n. est ibi æqualitas aliqua entitas distincta; & similiter, nec vnitas est aliqua entitas distincta, cum dr̃, & in essentia vnitas. Et dat alias expositiones, quæ non sunt multum necessariæ pro nunc: quia idem concludunt in rem.

¶Ad secundum negat consequentiam: quia pari modo probaretur, quòd essentia, cum sit cõmunis tribus personis, esset partialis entitas ipsarum; sicut ergo essentia est pater, & filius, & spiritussanctus: sic illa communis notio (si ponatur) est pater, & filius; & non aliqua partialis entitas ipsarum. Et hoc intelligo, si loquamur de notione, prout est aliquid incomplexẽ significabile, modo supradicto. Si verò de cõmuni notione loquamur, vt est aliquid significabile

ficabile complexè tantum: tunc non valet consequẽtia: quia notio sic sumpta non est aliqua entitas, existens in persona: immo nec aliqua entitas omnino. Hęc Grego.

HVIC conclusioni Greg. posset multis medijs instari: sed pro nunc sufficiát omnia illa media quibus Sco probat, proprietatem, ypostaticam distingui ex natura rei ab essentia: quæ media partim ponuntur in præsenti.q. & infra d. 8. q.3. & alibi. Possunt etiam adduci omnia illa media, quibus docto. probat per quid personæ distinguuntur adinuicem: vt patet infra d. 13. Possunt iterum adduci omnia media, quibus doc. probat per quid personæ constituuntur in esse reali, & incõmunicabili, siuè personali, quæ ponuntur a doc. infra di. 26. Item possunt adduci omnia media, quibus doc. probat personas constitui in esse personali, quæ ponuntur infra d.23. & 28. & in quoli.q.4. Hæc omnia omitto: quia principalis intentio est respondere argumentis Grego. contra docto. subtilem.

Respon. ad rónes Greg. ad primam. ¶Respondeo ad rationes Grego. Ad primam dico, ꝙ proprietates illæ sunt intrinsecæ personis & intrinsecæ constituunt personas: & cum probat impossibilitatem per illud cap. Damnamus. patet, ꝙ non est contra nos: quia vult, quòd pater generando filium non det ei partem substantiæ patris: sed totã substantiam: & certum est, quòd illud cap. loquitur de natura diuina, quæ est tota in tribus: & sic per generationem pater communicat illam filio: & hoc probat per illud Ioan.5. Pater, quod dedit mihi maius est omnibus: quod tantum potest intelligi de natura diuina quæ est terminus formalis generationis filij: vt infra probat doc. d.5.q.2. & ibi multa exposuit de ista materia. Tum etiam quia Magist. vult. d.5. primi. ꝙ filius sit genitus de substantia patris: & patet ꝙ ly substantia tantum accipitur pro natura diuina: quia magister vult ibi: ꝙ sit genitus de substãtia patris. i. vt consubstantialis patri, vt exponitur ibi à docto. Non ergo accipit ibi cap. illud substantiam pro omni entitate incommunicabili. Non.n. talis entitas incommunicabilis dicitur substãtia, accipiẽdo, prout hic accipitur à magistro, & ab ecclesia: quia accipitur substantia pro entitate deitatis, quæ est vltima perfectio quiditatiua personarum; modo entitas personalis, siuè proprietas nõ est aliqua perfectio, nec quiditatiua, nec attributalis: cum per ipsam, persona distinguatur à psona: aliqua perfectio esset in vna persona, quę non in alia: ergo talis entitas, nec dicit perfectionem, nec imperfectionem. vt patet à doct. in pluribus locis. Immo illud cap. est magis contra Grego. quia si vult, quòd pater generet filium realiter: ergo filius per generationem accipit aliquod esse reale: aliter non esset persona ex natura rei: quæro tunc, quod esse reale accipit à pře: aut esse quod est pater: loquendo de totali esse reali tantum: si sic ergo pater generat seipsum realiter: qđ est impossibile: ergo per illud cap. habetur, quòd pater generando filium, tantum communicat filio essentiam diuinam, & omnem entitatem, quæ est perfectio simpliciter, & nõ proprietatem, qua pater est př realiter.

Ad secundam. ¶Ad secundam: cum dicit, ꝙ si essent in personis tales proprietates: tunc non eadem res est pater filius, & spiritussanctus, vt dicit ecclesia. Dico, ꝙ istæ tres personæ esse eandem rem potest dupliciter intelligi. *Personę esse eadem rem potest intelligi dupliciter.* Primo, ꝙ sint eadem natura diuina, siuè eadem essentia: vel perfectio essentialis diuina essentialiter, & realiter. Secundo, ꝙ sint eadem natura dinina omnibus modis ex natura rei: ita ꝙ paternitas sit formaliter essentia diuina, & econtra. Primo modo conceditur, quòd sunt eadem res: & sic sancti intelligunt & ecclesia: nec aliũ sensum habere potest, saluando realem productionem in diuinis, & realem distinctionem personarum, & vnitatem essentiæ diuinæ: vt posset euidenter per multas rationes probari. Secundo modo. Dico, quòd nõ sunt eadẽ res formaliter: quia nec pater dicitur formaliter essentia diuina, vt patebit infra a doc. d. 4.q.2. & d.5.q.1.& 2.& d.26. Et sic concedo, ꝙ pater, & filius, & spiritussanctus vltra essentiam diuinam (qua dicuntur vna res realiter, & essentialiter: & qua dicuntur Deus) includunt aliquas proprietates ex natura rei formaliter distinctas ab essentia diuina: vt patet à docto. infra d. 8.q.3. Vel saltem distinctas ex natura rei: vel non idem formaliter: vt patet hic pręsenti.q. à doc. & quibus etiam proprietatibus personæ realiter distinguuntur adinuicem: accipiẽdo realem distinctionẽ secundùm quòd exposui in responsione ad primum argumentum principale pręsentis quæstio.

Ad tertiã. essentiã diuinam esse patrem potest intelligi duobus modis. ¶Ad tertium quando dicit, ꝙ tunc essentia diuina non esset pater: nec econtra Respõdeo, ꝙ essentiam diuinam esse patrem potest dupliciter intelligi: vel per identitatem realem: vel formalem. Primo modo dico, ꝙ essentia diuina est pater prædicatione idemptica: vt patet infra à doc. d.4.q.2. accipiendo tamen patrem substantiuè, non adiectiuè: essentia.n. diuina, nec prædicatione idemptica, nec formali est pater, accipiendo patrem adiectiuè: vt subtiliter ꝓbat doc. infra d.5.q.1. Et similiter concedo, ꝙ pater est essentia diuina prædicatione tantum idemptica, & accipiendo patrem substantiuè: non autem adiectiuè. vt patet à doc. infra d.5.q.1. Sed accipiendo secũdo modo. dico, ꝙ pater, nec adiectiuè, nec substantiuè est formaliter essentia: nec ecõtra: vt patuit supra. Et cum dicitur per illud cap. ꝙ vna quædam summa res est &c. Concedo, quòd tres personę sunt ipsa natura diuina, siuè ipse Deus realiter, & essentialiter: non tamen omnibus modis est eadem ex natura rei: & sic debet intelligi.

Ad quartam. ¶Ad quartam: quando dicit, quòd si persona habet aliquam propriã entitatem, præter communẽ; quòd tunc sequitur, ꝙ quælibet persona, præter diuinitatem communem, habet etiam propriam diuinitatem: & sic in trinitate essent quatuor diuinitates. Dico primo ꝙ miror: ꝙ tam excellens Doc. inferat hanc consequentiam: quia secundùm Magi. vt patet. d.5. in diuinis est res, quæ nõ est genita: sed generans, & res tantum genita, & res tãtum spirata, & res, nec generans, nec genita, nec spirans, nec spirata: quę est essentia diuina: & tamen non sequitur, ꝙ illę res, quæ est generans &c. dicant propriam diuinitatem, distinctam à diuinitate communi: quia illę tres res sunt realiter, & essentialiter natura diuina: non tamẽ sequitur, ꝙ formaliter: vt patet per illud cap. Damnamus: vbi Papa contradicit Ioachin dicenti Magistrum Petrum esse hęreticum. *Vide hic Bargium. tuentẽ quaternitatem.* Nos autem sacro approbante concilio credimus, & confitemur cum Petro, scilicet, quòd vna summa res est essentia, vel natura diuina: quæ nec generat, nec generatur: & tamen non sequitur, quòd sit quaternitas: quia illę tres res pater, filius, & spiritussanctus sunt illa vna res: quaternitas autem non esset, nisi esset quartum realiter distinctum a tribus. Apparet ergo, quòd consequentia, quam infert Grego. non est multum, nec satis euidens. Respondeo ad argumentum negando consequentiam: supponit.n. manifestè falsum: videlicet, ꝙ proprietas personæ sit entitas, pertinens ad perfectionem quiditatiuam: quod non est dicendũ. Si.n. esset aliqua perfectio quiditatiua diuina, illa esset diuinitas: quia ibi nulla est perfectio quiditatiua, nisi deitas, vel diuinitas: aliæ perfectiones sunt perfectiones attributales. Sed nos ponimus huiusmodi entitates dicere, nec perfectionem, nec imperfectionem: vt supra

 dixi:

dixi: sunt enim proprietates incõmunicabiliter existendi. Et ideo non sequitur, quòd sint entitates diuinæ propriæ personis. Sicut etiam non sequitur Petro & Ioan. vltra humanitatem, quæ est entitas quiditatiua sunt proprietates, quibus personaliter, vel suppositaliter, vel indiuidualiter distinguntur: ergo huiusmodi proprietates sunt humanitates formaliter. non sequitur: sed tantum fortè sequitur, quòd sunt humanitas realiter, non formaliter. Sic istæ proprietates in diuinis sunt diuinitas realiter, & essentialiter: non tamen sequit, quòd formaliter. ¶Ad aliud quãdo dicit, quòd omnis entitas, quæ non est Deus est creatura. ¶Respondeo quòd aliquid esse Deum potest dupliciter intelligi. Primò, quòd omnis entitas, quę non est realiter Deus, est creatura. Secundo: quòd omnis entitas, quæ non est formaliter Deus: vel quæ ex natura rei non est omnibus modis: idem quod Deus, est creatura. Primo modo posset concedi: quia omnis entitas, quæ est verè realiter distincta à Deo, non est Deus, & per consequens est creatura: sed isto modo non dicimus, quod huiusmodi proprietates sint entitates, sic distinctæ à Deo, & per cõsequens sint creaturæ: sunt enim ipse Deus realiter, & essentialiter: licet non formaliter. secundo modo negatur, quòd omnis entitas, quę non est formaliter Deus sit creatura: est enim realiter Deus. primo modo intelligit Aug. non secundo modo: qui ponit huiusmodi proprietatem distingui à Deo vt patet: q̃a non est pater est Deus, quo pater est pater, vt expositum est in præsenti. q. Et per idem patet ad illud Hugo. cum dicit, quòd omne, quòd in Deo est, aliud esse, non potest quam Deus: verum enim dicit, quòd omne tale est realiter, & essentialiter tale: non tamẽ vult, quód sit formaliter tale, vel omnibus modis ex natura rei sit Deus. Et sic patet quid Aug. & Hugo. intelligant. ¶Ad aliud de simplicitate. Dico pręmittendo aliqua. Primò, q summa simplicitas non dicit ex sua ratione summam identitaté, excludendo omnem distinctionem: immo cum summa simplicitate stat aliquorum distinctio, vt magis. j. patebit. d. 5. q. a. & d. 8. q pe. & d. 26. & in quol. Si. n. cũ summa simplicitate non staret aliqua distinctio, præter opus intellectus, nullo modo posset saluari distinctio personarum, cum unitate naturæ diuinæ. Secundo præmitto, quòd simplicitas opponitur compositioni: & compositio potest accipi, vel ex his. vel cum his: & omne compositum ex his de necessitate includit plura: quorum vnum est potentia, vel quasi potentia, & aliud est actus, vel quasi actus Similiter omne componibile alteri, vel habet rationem actus. informantis, uel rationem materiæ informabilis. Tertio præmitto, quòd ubi aliqua duo adinuicem comparantur, ita q unum transit in perfectam identitatem alterius (loquendo de identitate reali) nunquam illa componunt aliquid: quia ut sic unum non dr actus informans, respectu alterius, vt patebit. j. a doc. d. 5. q. a. & d. 26. Quarto præmitto, q quãdo sunt aliquæ duæ entitates, comparatæ adinuicem: quarum una sit in ultima actualitate: ita q sibi repugnat formaliter posse vlterius contrahi, uel determinari: & alia non habet rationem actus informantis, siuè perficientis, sed tantum est ratio, qua aliquid dicatur subsistere incommunicabiliter in aliqua natura: nunq̃ ex his, potest fieri compositio, nec quasi compositio vt subtiliter patet a doct. j. d. 5. q. a. & d. 26. & in quolib. ¶Istis præmissis patet responsio, quòd non sequitur personam diuinam non esse summè simplicem. quia nullo modo est composita, nec quasi composita ex essentia, & proprietate. Tum quia ibi proprietas transijt imperfectam identitatem realem essentiæ diuinæ. Tum quia essentia diuina ex se est simpliciter in vltima actualitate, & proprietas nullo modo nata est esse actus, nisi ypostaticus: ut j. patebit locis præallegatis. Et cũ dicit, quòd persona habens in se aliquid, quod ipsa non est: non est summè simplex. Dico, q hoc non sequitur, nisi ubi non est ipsũ realiter, & essentialiter. Si enim nõ est ipsum formaliter: & tamen est ipsum verè realiter: tunc non sequitur compositio: immo stat summa simplicitas. ¶Ad auctoritates primo ad illam Hylarij: patet, quod illa auctoritas tantum loquitur de entitate, pertinente ad perfectionem: cuiusmodi non est proprietas personalis: & sic filius nihil habet pertinens ad entitatem perfectionalem: quin illa eadem entitas sit et in patre, à quo est filius: & sic hoc modo pater, & filius vnum sunt: non tamen dicit, quòd sint unum in proprietatibus, quibus constituuntur inesse reali personali: & quibus adinuicem pater, & filius realiter distinguntur. ¶Ad Ysy. de summo bono: concedo similiter: quod pater, & filius idem sunt, vel sunt unũ. s. secundum omnem perfectionem, siuè quiditatiuã siuè attributalem: & sic nihil pertinens ad huiusmodi perfectionem habet pater, quod nõ habeat filius: & sic debet intelligi: non enim vult, q sint unum in personis: immo sunt distinctæ personæ: ergo pręter illud, in quo sunt vnum, includunt aliquas entitates suppositales, siuè personales, quibus realiter distinguntur. ¶Ad auctoritatem Aug. dico, q scientia de qua filius est genitus est ipsa memoria patris: ut patet a Doc. præsenti. d. & j. d. 6. & 17. & hæc memoria est in filio: ut patet a doc. j. d. 7. & falsum est, q pẽs illa scientia formaliter. Ad oĩa alia patet r̃nsio.

Aliquid esse Deum potest intelligi duobus modis.

Cũ summa simplicitate stat distinctio præter opus intellectus.

Quõ pater & filius sũt vnum, & nõ vnum.

¶Deinde arguit Greg. de Ari. contra Scotum probando, q proprietas personalis non distinguitur ex natura rei ab essentia. in primo. d 33. & 34. sic dicẽs. Hæc opin. quæ est in suis uerbis proprijs recitata sic apparet, tam ex rationibus eius recitatis, q̃ ex dictis eiusdem alibi. sup. in d. 8. cum de attributis diuinis ageretur in simul recollectis: ponit ex natura rei distingui essentiam à proprietate: sic quòd in persona diuina sunt aliqua plura inter se distincta ex natura rei, ante omnem operationem intellectus creati, vel increati: quæ plura aliquando vocat realitates, vbi supra aliquando entitates, vt d. 2. q. vlt. aliquando verò formalitates: sed vbi constat de intellectu non est cura de nomine. Hac tamen pluralitate non obstante, dicunt tam essentiam, quam personam esse summè simplicem, propter perfectionem: immo, vt alibi dicunt perfectissimam identitatem proprietatis ad essentiam & econuerso. Conclusio ista videtur mihi falsa, & incompossibilis istis alijs simul dictis. Vnde probo primò, quòd huiusmodi distinctio, vel pluralitas non est compossibilis cum simplicitate essentiæ: quod ex dictis illiusmet opinantis ostendo. ¶Primo sic. Entitas communicabilis patris, scilicet essentia diuina est summè simplex, vt dicunt, & verum est: ergo ipsa est omne quod ipsa habet, ad qđ non dicitur relatiuè: patet consequentia per eos supra. Sed (vt dicunt) ipsa habet istas entitates incommunicabiles, quas vocant proprietates personales, cum omnes fundet: nec ad eas dicitur relatiuè: ergo ipsa est quælibet illarum ex natura rei: aut si non sint essentia. ipsa non erit summè simplex. ¶Cõfirmatur: quia sicut ipsemet dicit in hac dist. 33. q. 2. in repor. Parisien. contra opi. duas, quarum vna posuit inter essentiam, & proprietatem distinctionem realem, non simpliciter, sed rei absolutæ & rei relatiuæ: alia verò distinctionem modalem, quam pro tanto (vt isti referunt) dicebat posse vocari realem: quia non erat per operationem intellectus: sic oportet saluare simplicitatem diuinam: vt ratio, quæ est causa simplicitatis in persona, ponat habens esse id, quod habetur. Ex quo sequitur necessario, quòd si formalitas communicabilis habet formalitatem, vel entitatem

Gre. de Ari. arguit contra Sco.

tem

tem incommunicabilem (vt dicunt) ꝙ ipsa sit illa, vel ipsa non est simplex. ¶Secundo probo, ꝙ talis distinctio repugnet simplicitati personæ ꝑ rationem eorum ibidem contra dictas opi. quæ talis est. Ex quibuscunque qualitercunque distinctis ex natura rei est aliquid vnum: alterum eorum est actus, & alterū potētia. Si ergo (essentia, & relatio distinguātur qualitercunq; ex natura rei & ex eis est persona) alterū erit actus, & alterum potentia: & per cōsequēs persona ex natura rei erit cōposita compositione, quæ destruit simpliciter eius simplicitatem: hæc omnia verba sua sunt. ¶Deinde exquisitè probāt illā maiorem, quam probationē: non oportet nunc recitare hic. Nulla argumentatio, vel declaratio alia est opportuna ad ostendendum incompossibilitatem secundùm dicta eorum, aut ēt falsitatem conclusionis in se: cum expresè dicant, ꝙ si qualitercunq; distinctio est, aut sit ex natura rei inter proprietatem, & essentiam, persona non erit simplex simpliciter, sed cōposita cōpositione, quę destruit eius simplicitatē. Cum ergo (secundùm ipsos, & secundùm veritatē persona sit summè, & simpliciter simplex) sequitur, ꝙ nulla omnino est natura rei distinctio. ¶Præterea. Ad idē arguo sic. Pater habet in se aliquā entitatē cōicatā filio: & aliquam entitatem nō communicatam filio: ergo pater non est oīno simplex. Antecedēs (licet sit falsum) est datum ab opi. in prima responsione facta supra, & consequentia tenet per consilium. extra de sum. tri. & fi. ca. Damnamus. sicut supra patet. d. 26. conclusione. 3. illius. q. ¶Tertio arguo contra cōclusionem in se ex dictis opi. & probo per aliam rationem, quam supra facit contra prædictā opi. q̄ est talis de verbo ad verbū. Omnis res (accipiendo rē generalissime) habens distinctionē ab alia re qualitercunque, aut est ens informans, aut informatū, aut ꝑ se existēs, nec informans, nec informatū. Si ergo relatio sit res distincta ab essentia, aut ergo sic: non primo vel secundo modo: quia sic vel esset actus, vel potentia respectu essentię: & per cōsequens faceret cōpositionē in persona. Si verò sit res: tertio modo. s. ꝑ se subsistens: sequitur, ꝙ proprietas ꝑ se subsistit sicut persona: & sic persona non includeret essentiam, vt aliquid sui. sed tantum relationem: quod est impossibile: hęc ipse. Ex quibus patet ꝙ (cū accipiat rem generalissimè, & qualitercunq; distinctam ab alia) sequitur quòd proprietas non est realitas, vel entitas, aut formalitas, vel modalitas, aut quouis alio modo nominaretur ex natura rei distincta ab essentia: saltem si argumentatio eorum bona sit, cum res generalissimè accepta dicatur de qualibet entitate.

¶Vnde eadem argumentatio potest fieri. Posito hoc termino entitas: vel hoc termino formalitas loco huius termini communis res. ¶Confirmatur: quia si non sic intelligant vt dicatur, ꝙ non valet argumentatio contra ponentes relationem non esse propriè rem, sed modalitatem rei: contra quos ista argumenta valent. ¶Præterea. Ista formalitas relationis ꝑcisè secundùm se est distincta ab essentia ex natura rei: & cum hoc (vt dicunt in. q. ꝓximè allegata) est sibi eadem perfectissima identitate, ac si non distingueretur ab ea: ergo secundùm argumentationem eius contra præpositiuum. d. 26. ipsa non est ab essentia se tota primo diuersa: sed aliquo sui conuenit cum illa, & aliquo sui distinguitur: ergo per secundam suam rationem nunc supra allegatam: habet in se aliqua distincta ex natura rei: & sit. a. id, quo ista formalitas est eadem essentiæ: & sit. b. id, quo distinguitur ab ea: & tunc de b. precise sumpto quęro vtrum sit aliquo modo idem essentiæ ex natura rei, vel non. Si non: ergo persona includens. b. & essentiam non est simplex: quia secundùm illos non saluatur simplicitas personæ, nisi propter perfectissimam identitatem eorum quæ includit. Et postea de ipso. b. quæretur an sit informans, vel informatum: aut per se subsistēs, sicut statim ipsi arguebant. Si verò sit aliquo modo idem ex natura rei ipsi essentiæ: ergo aliquo sui est idem, & aliquo sui distinguitur, sicut prius: & sic in infinitum: vel oportet dare aliquid in persona, quod nullo modo erit idem ex natura rei ipsi essentiæ: & per consequens: persona non erit summè simplex: quod est erroneum, & cōtra eos. Plura alia ex dictis eorundem possent adduci repugnantia istis: sed dicta sufficiant.

RESPONDEO ad primum. Cum dicit, quòd essentia diuina propter sui simplicitatem est omne, quod ipsa habet, ad quod non dicitur relatiuè. Dico, quòd hoc potest dupliciter intelligi. Primo ꝙ sit puta paternitas (ad quam essentia non dicitur relatiuè) ex natura rei, accipiendo ex natura rei pro vera identitate reali. Secundo, quòd sit paternitas ex natura rei, id est, quòd sit eadem omnibus modis præter omne opus intellectus collatiui. Primo modo essentia diuina est paternitas: quia ipsa paternitas transit hoc modo in perfectam identitatem realē, propter infinitatem, & simplicitatem essentiæ diuinæ: vt patet à Sco. in primo. d. 5. q. 2. & d. 26. & in quol. & sic prędicatione identica conceditur ista: essentia est paternitas: vt patet à Doc. in primo. d. 5. q. 1. & alibi. Et hoc modo non conceditur ista: essentia est pater accipiendo patrem adiectiue: vt patet à doc. in isto primo. d. 5. q. 1. Non. n. pater pōt ꝑdicari de ipsa identicè, cum vt sic adiectiuè sumptus, sit tantum natus prædicari formaliter: nec ēt est vera formaliter: quia tunc esset vera in primo modo dicēdi ꝑ se: vt patet à Sco. vbi supra & vide ibi, quę exposui. secundo modo dico, ꝙ p̄ṫnitas non est ex natura rei essentia: nec ecōtra: quia paternitas, vt paternitas, nō transit in essentiā diuinā in istā identitatem realem: quia tunc oībus modis paternitas, & essentia essent idē ꝑter opus intellectus collatiui, quod non concedimus. Sunt. n. distinctæ realitates: licet non distinctæ res: imò sunt simpliciter vna res realiter. Et cum infert: ergo si istæ proprietates sunt distinctæ ex natura rei ab essentia diuina: essentia non erit perfectè simplex. Hoc habet probare. Stat. n. cum perfectissima simplicitate distinctio aliqua, præter omne opus intellectus, ut infra patebit a Doc. d. 5. q. 2. & d. 26 & vide quę ibi exposui, & difficultates, quas ibi adduxi. Ad hoc. n. vt esset aliqualis cōpositio oporteret, quòd proprietas aliquo modo diceretur actus perficiens, vel informans essentiam diuinam: non enim determinat essentiam: sed tantum ypostasim. de hoc vide Sco. vbi supra. ¶Ad confirmationem illam dico (vt dixi supra) quòd formalitas communicabilis habet formalitatem incommunicabilem, & eo modo, quo habet eo modo est illa. Et cōcedo, ꝙ habet ipsam ex natura rei, accipiendo ex natura rei realiter: non autem accipiendo ex natura rei, sicut exposui supra secundo modo: & est eadem responsio cum priori vt patet. ¶Ad secundū quo ꝓbat ꝙ talis distinctio repugnat simplicitati ꝑsonę ꝑ rōnē eorū in repor. d. 33. q. 2. Dico primo ꝙ (vt patet ibi) non vult doc. ꝙ hmōi distinctio repugnet simplicitati cum ipse respondendo ad. q. illam concedat expresè huiusmodi distinctionē. Facit. n. ibi aliqua argumēta cōtra huiusmodi distinctionē, q̄ alibi ꝑsupponit soluta: vt in primo. dist. 2. parte 2. q. 1. dist. 5. q. 2. d. 26. & alibi.

¶Ad tertiū r̄ndeo vt supra r̄nsum est ad secundū argumētū: ꝙ illa argumēta ibi facta in reportatis q̄uis ibi nō soluat: ꝑsupponit tñ alibi in simili esse soluta: aliter sibi contradiceret in p̄n̄ti. d. & infra. d. 8. q. 3. vbi in responsione cuiusdā argumēti dicit, ꝙ necessè est ꝓprietatē ypostaticam distingui formaliter

Respōsio ad argumenta Gre de Ari.

Ista est vera essentia est paternitas: et tamē ista est falsa essentia est pater.

Quomodo stet distinctio cū summa simplicitate.

ab eſſentia diuina; vide ibi. Et ſic ad mentem huius Doct. poteſt faciliter reſponderi. primo, quòd licet proprietas non ſit informãs, nec informata, nec per ſe ſubſiſtens; eſt tamẽ ratio formalis per ſe ſubſiſtendi: & talis non dicitur propriè actus alicuius: vt patet ſubtiliter a Sco. in primo. d. 26. & d. 5. q. 2. ¶Poteſt ſecundo dici ſimul ad ſecundum & tertium argumentum quòd Sco. accipit rem, vt diſtinguitur contra modum rei: & ſic relatio in diuinis non poteſt dici res, ſed magis modus rei: de qoo modo. vide docto. in quol. q. 3. & ſic conceditur quo ad ſecũdum, quòd ex quibuſcunque, ſcilicet rebus qualitercunq; diſtinctè ex natura rei eſt aliquid vnum; alterum eſt actus, & alterum eſt potentia: ſed poſtea negatur, ꝙ reſolutio, & eſſentia ſint res huiuſmodi: ſed eſſentia eſt vera res & relatio modus rei. Et ſimiliter quo ad ſecundum; conceditur quòd omnis res, accipiendo rem generaliſſimè, vt res generaliſſimè accepta, diſtinguitur contra modum rei; aut eſt ens informãs, aot informatum, aut per ſe exiſtens; ſed negatur, ꝙ hoc modo relatio ſit res, ſed tantum eſt modus rei: & maximè, quando eſt talis modus rei, quòd nullo modo poteſt eſſe perfectio alterius. Et cũ dicit Grego. quòd res generaliſſime accepta dicitur de qualibet entitate; negatur, qoòd hoc modo dicatur de entitate accepta pro modo rei. ¶Ad vltimum dico, ꝙ paternitas ſe tota diſtinguitur ab eſſentia; quia formalitas paternitatis in nulla realitate quiditatiuè cõuenit cum eſſẽtia diuina, licet realiter ſit idem cum eſſentia diuina: ſicut etiam in nobis vltima differentia ſe tota diſtinguitur quiditatiuè ab eo, cuius eſt vltima differentia, licet ſit realiter eadem cum eo. Et ſic in propoſito: licet paternitas ſecundùm totã ſuã entitatem realem tranſeat in identitatem realem cũ eſſentia diuina, & ſit id, quod eſſentia diuina; nõ tamen tranſit formaliter, ſiuè ſecundùm identitatem formalem: eadem enim entitas ſecundùm ſe tota eſt realiter eſſentia diuina, & eadem ſimpliciter eſt diſtincta formaliter: nec enim imaginor in paternitate duas realitates, & quòd ſecundùm vnam dicatur idem realiter cum eſſentia diuina, & ſecundùm aliã diſtinguatur formaliter ab eſsẽtia diuina: ſed eſt vna entitas ſimpliciſſima, quæ, vt comparatur ad eſſentiam diuinam, dicitur realiter, & idennicè eſſentia diuina: non tamen dicitur formaliter eſſentia diuina. Et patet, quomodo falſum eſt, quod aſſumit, ſ. quòd proprietas aliquo ſui diſtinguatur ab eſſentia diuina, & aliquo ſui conueniat cum eſſentia: & ſic non oportet procedere in infinitum. Et ſic patet reſponſio ad rationes Greg.

Qũo relatio in diuinis non ſit res.

¶Nunc reſtat reſpondere ad rationes opi. recitatæ. Ad primam cum dicitur, quòd eſſentia eſt vna realiter: proprietates ſunt plures realiter realitate relatiua: ergo differunt. Reſpondeo primo quòd ſi argumentum eſſet efficax probaret, quòd eſſentia non eſſet realiter proprietates: quod eſt hęreticum & contra ipſummet doc. in verbis ſine medio præcedentibus; vbi ait. Eſt ergo eſſentia diuina paternitas, & quęcunque alia proprietas, & ęconuerſo; licet non formaliter. ¶Ad argumentom tamen dico, ꝙ ſicut eſſentia eſt vna ſubſtantiandi eſſentia realiter: ita proprietates ſunt vna eſſentia realiter: & ſicut proprietates ſunt plures: non quidem eſſentialiter: ſed plures proprietatrs realiter: ita eſſentia eſt plures ꝓprietates realiter, licet non ſit plures eſſentiæ: & ita ſi ſuppleantur propoſitiones, addendo ſuis adiectiuis ſua ſubſtantiua, ſicut oportet in iſto argumento, & multis alijs circa iſtam materiam, patebit ꝙ noo concludunt. ¶Ad aliam cum dicitur, ꝙ pater habet rem communicabilem, & rem incommunicabilem &c. Iſtud argumentum etiam probaret, ꝙ non eſſet eadem res, nec eadem eſſentia: quia ſicut dicunt, ꝙ

Gre. de Ari. reſpõdet rationibus Scoti.

non eſt eadem realitas, quæ eſt communicabilis, & quæ eſt incõmunicabilis realiter: ſic nec eadem res eſt, quæ eſt communicabilis, & quæ incommunicabilis: ſimiliter nec eadem eſſentia: & tamen conſtat, ꝙ proprietas eſt res, & eſſentia quædam. Dico ergo ad argumentum, ꝙ antecedens eſt falſum: & vt apparet non bene cõſonum fidei propter illam partem, quæ dicit, ꝙ pr̃ habet aliquam rem, vel realitatem, vel aliquam entitatem (non curo de nomine) nõ cõmunicatã filio: nam maniſeſtè repugnat expreſſè determinationi eccleſiæ in illo cap. Damnamus. vt in 3. concluſione. q. circa. d. 26. in prima reſponſione illius. q. patet euidenter. Et ſi arguatur contra hoc, q̃a ſi ſic; ſequitur, ꝙ pater communicat filio paternitatem. Dico, ꝙ hoc conſeqoens poteſt habere duplicẽ ſenſum. Vnus eſt: ꝙ communicauit filio entitatem illam, quæ eſt paternitas: & ſic concedo illud. Alius eſt: communicauit filio paternitatem. i. communicauit, ꝙ filius eſſet pater; & iſte ſenſus eſt falſus: nec ſequitur ex primo, qoi verus eſt, & quẽ omnes habent concedere; ſicut omnes concedunt, ꝙ communicauit eſſentiam, quę eſt paternitas. ¶Ad aliud dicendũ; ꝙ pater nullo ſui tranſiuuè conuenit, aut diſtinguit à filio: ſed ſeipſo primò conuenit eſſentialiter cum filio, & diſtinguitur perſonaliter ab eodem: ſicut ibidem ad eandem rationem clarius eſt reſpõſum. ¶Ad aliud dico, ꝙ aſſumptum fundamentum illius rationis. ſ. ꝙ beatus intuẽdo Deum videt deitatem diſtinctam à proprietate. eſt falſum. Immo videt eam penitus indiſtinctam, ſicut eſt in rei veritate: & ideo rationi, quæ ſuper hoc fundatur oon oportet vlterius reſpondere. ¶Ad primam auctoritatem. Omnis eſſentia, quæ relatiue dicitur &c. Dico primo, ꝙ falſe additur ibi ly aliud; nihilominus, ſiuè ſit, ſiuè nõ: auctoritas non eſt contra: quia non aliud vult Aug. niſi, ꝙ omnis eſſentia quæ dr̃ aliquid relatiue; dicitur etiam aliquid ad ſe; vt dictum eſt ſupra de relationibus. q. 2. Et cum dicitur, ꝙ in re eſt eſſentia, quæ eſt ad ſe, & oon ad aliquid: & pater dicitur relatiuè. Sed non eſt formaliter eadem entitas ad ſe, & non ad ſe. Dico primo: ꝙ ita poteſt argui: quia non eadem entitas eſt realiter ad ſe, & non ad ſe: & ſic ſi argumẽtũ valeat: valebit illud ad ꝓbandum, ꝙ nõ ſunt vna res. Scdo dico, ꝙ iſtud contradicit auctoritati allegatæ, q̃ dicit, ꝙ omnis eſsẽtia, q̃ relatiuè dr̃ eſt aliquid &c. Et ſi pr̃ non eſſet aliquid ad ſe, &c. ergo eſſentia eſſet aliquid ad aliud, & aliquid ad ſe: alioquin non oĩs res, q̃ dr̃ relatiuè eſſet aliquid ad ſe, vt dicit auctoritas. Dico ergo, ꝙ auctoritas eſt expreſſè ad oppoſitũ eius, ad qđ adducitur: & eſt ꝓ concluſiooe, q̃ teneo. Nam ex ea patet (vt ſup. d. 30. eſt diffuſius declaratũ) ꝙ oĩs entitas mundi, quæ eſt relatiua, vel aliquid ad aliud; ꝙ ipſa eſt ad ſe. Sic in ꝓpoſito: dico, ꝙ pr̃ eſt pr̃ ad aliquid, ſiuè relatiuè: ſed cũ hoc eſt diuinitas non ad aliquid, ſed ad ſe. Similiter eſſentia eſt eſſentia ad ſe, & non ad aliquid; & eſt pr̃ ad aliquid, & nõ ad ſe, nec pp iſta oportet ponere aliquam diſtinctionem in patre: qm̃, & ſi aliqua entitas relatiua poneretur in illo pręter eſſentiam cõem, adhuc illa eſſet entitas q̃dam, & eſſentia. Et conſtat ꝙ non diceretur entitas, vel eſſentia relatiuè, ut ibi ſup. oſtenſum eſt ex intentione Aug. ibidem. ¶Et notandum, ꝙ vbi ſancti dicunt aliquid eſſe, vel dici ad ſe: aliquid vero ad aliquid: illud põt intelligi de terminis illis abſoluto, & relatiuo: & eſt ſenſus, ꝙ ille p̃dicatur de aliquo ad aliquid: ille aũt non ad aliquid, ſed ad ſe abſolutè: cum hoc aũt ſtat, ꝙ p̃dicentur de eodem. Põt ẽt itelligi de rebus: ꝓ quibus termini tales ſupponunt, uel uerificantur. Et tunc cum dr̃ de aliquo, ꝙ eſt ad aliquid debet intelligi, quòd eſt pater ad aliquid: verbi gratia. Cum dr̃, quod pater eſt ad aliquid debet intelligi, ꝙ eſt pater ad aliquid. Et cum dr̃ ꝙ aliquid eſt ad ſe; dẽt intelligi,

Patrem communicaſſe filio paternitatem, duobus modis intelligi poteſt.

Nota & bene.

ligi,quòd est ipsum ad se:verbi gratia. Si dicatur, ꝙ homo est ad se: intelligẽdum est quòd homo est homo ad se.Sed patet,quòd simul cum hoc, quòd homo est homo ad se:etiam est pater ad aliquid: & cũ hic quòd Deus est creator ad aliquid: est etiã Deus, & spiritus ad se:nec sequitur (sicut patet ad bonum intellectum) non est Deus ad aliquid. ergo nõ est ad aliquid? ¶ Ad aliam auctoritatem eiusdem dico, ꝙ ly eo,& quo:possunt dupliciter accipi. Vno modo secundùm quòd sunt pronomina, quę possunt pro aliquibus entitatibus extraanimam supponere:quo modo accipit argumentum :& tunc dico quòd non sic accipi Aug.cum ait,quòd filius non est eo verbũ, quo sapiẽtia:quia hoc esset prorsus falsum : quoniã filius vnica simplicissima entitas est:& ea est sapientia,& verbum,& filius,& omne quod est: & ideo sic acceptis illis vocabulis verè dicitur , quòd filius est eo verbum,quo sapientia.i.ea entitate est verbum , qua est sapientia. Et similiter econuerso ea entitate, qua est verbum est sapienna:propter quod secundũ hãc acceptionem etiam verè dicitur, quòd eo est sapientia,quo verbum. Alio modo ly eo &quo possunt accipi,vt sunt cõiunctiones : & hoc dupliciter. Nam aliquando sic acceptæ sumuntur,vt æqualent dictioni: in qua est nota reduplicationis, vt inquantum,& secundũ quod:& huiusmodi. Et sic reddunt propositionem reduplicatiuam, & secundùm hunc modum istæ duę æquiualent:homo inquantum animal est sensibilis:& homo eo,quo est animal est sensibilis:ita quòd ly quo ponatur ad terminum reduplicatum. Alio modo possunt accipi,vt sunt coniunctiones causales æquiualentes istis:adeo, & quia: & eodem modo reddentes propositionem causalem. Et hoc modo istæ duæ æquiualẽt.homo eo, quo est animal,est sensibilis:& homo:quia est animal est sensibilis. Nunc ad propositum dico quòd Augu.accipit in verbis allegatis ly eo,& quo primo modo, scilicet, vt habent vim reduplicandi: & idem valet ista. filius non eo est verbum,quo est sapientia: quod,& ista filius non inquantum sapientia est verbũ:& hęc est vera:quia sua opposita est falsa,scilicet hęc filius, inquantum sapientia est verbum: quoniam tunc sequitur,quòd pater esset verbum,cum pater sit sapiẽtia. Et eodem modo accipit ly eo,& quo:cum ibidẽ ait,quòd eo sapientia,quo essentia. Nam istis vocabulis acceptis contractè ad essentiam,& sapientiam Dei:hæc est vera:filius inquantum est essentia est sapientia. Et quia pater est essentia,& ambo vna essentia: ideo concludit in fine præcedentis capituli per istud medium quòd pater , & filius sunt vna sapientia: & ne quis putaret:quòd sicut sunt vna sapientia, sic essent vnum verbum,cum ipsum verbũ sit sapientia:ideo ait,quòd filius,non inquantum sapientia est verbum:hoc expressè est intẽtio sua in illo cap. sicut patet diligenter aduertẽti. Et quamuis (vt puto) iste fuerit intellectus Augu.posset tamen intelligi,& bene secundo modo:etiam vt ly eo, & quo teneantur causaliter:vt essent nota causalitatis præcisè. Et tunc esset sensus,quòd filius non præcisè: quia est sapientia est verbum: & hoc est verum:quia tunc pater (cũ sit sapientia) esset verbum. Sed ad hunc sensum nõ videtur posse intelligi,quod sequitur , scilicet sapiẽtia vero eo,quo essentia. Non enim quia essentia ideo sapientia non plusquam econtra: ideo essentia:quia sapientia,vt vr:& ideo præcedens modus conueniẽtior est. Ex neutro autem istorum modorum exponendi dictum Aug.sequitur,ꝙ filius aliquo alio extra animam sit sapientia,& alio sit verbum:sicut cõcludere nititur argumentum: sicut non sequitur , ꝙ albedo aliquo alio extra animam sit ens,& alio sit albedo:quamuis vtroque modo ista sit vera. Albedo non inquantum ens est albedo: & similiter ista albedo non inquantum color est albedo : & tamẽ non ꝑ aliud a parte rei est color,& per aliud est albedo.

Eo. & quo possit intelligi dupliciter.

¶Nunc ostendendum est responsiones Greg.non euacuare rationes,quas facit Sco.pręcipuè in reportatis.d.33.q.1. Et prima ratio Sco. est : quia pater ex natura rei in primo signo originis habet rem communicabilem,vt essentiam, & rem incommunicabilem,vt proprietatem,& hoc ex natura rei : aliter nõ esset persona ex natura rei:sed realitas communicabilis ex natura rei : & realitas incommunicabilis ex natura rei non sunt eadem realitas ex natura rei : ut patet: ergo. Et hoc argumentum est idem in sententia cum illo primo facto pręsenti.d.à doct. Cum ergo Grego.dicit, quòd si argumentum doc.esset efficax probaret,ꝙ essentia non esset realiter proprietas. Dico,quod non sequitur: quia paternitas cum sit eadẽ res cum essentia realiter tñ non formaliter: bene sequitur:ꝙ sicut essentia est realiter communicabilis: ꝙ etiam paternitas sit realiter communicabilis cũ sit vna res realiter:non tñ sequitur,ꝙ pr̃nitas sit formaliter communicabilis,& essentia formaliter incõmunicabilis,cum non sint vna formalitas: quod tñ sequeretur si essent vna formalitas : sicut etiã sequit̃ in nobis: homo est realiter capax beatitudinis: & similiter risibile,siuè relatio creaturæ ad Deum,cum sint vna res realiter:non tñ sequitur:homo formaliter est capax beatitudinis : ergo, & relatio ipsius ad Deum? Sunt enim distinctæ formalitates. Cum ergo essentia diuina sit ex sua ratione formali communicabilis,& proprietas ex sua ratione formali sit incommunicabilis : & hoc præter omnem operationem intellectus: sequitur , ꝙ non sunt idem ex natura rei, siue formaliter. Et quãdo respondet ad argumentum doc.ꝙ essentia est plures proprietates realiter,licet non sit plures essentiæ:non soluit argumẽtum:quia cum dr̃ essentia est pr̃nitas realiter. quæro aut inter essentiam , & paternitatem nulla est distinctio,præter omnem actum negociatiuum intellectus:& statim sequitur: quod ita præter opus intellectus est paternitas communicabilis, sicut essentia: aut inter ipsas est aliqualis distinctio,pręter oẽ opus intellectus:& tunc habetur intentum. Et certe argumentum Sco.non potest solui. ¶Similiter cum dicit, ꝙ hoc argumẽtum:pater habet rem communicabilem,& rem incommunicabilem &c. probaret,ꝙ nõ esset eadem res,nec eadem essentia: quia sicut nõ est eadem realitas,quæ est communicabilis, & quæ est incommunicabilis realiter,sic nec eadem res , quæ est communicabilis, & quæ est incommunicabilis : similiter nec eadem essentia. ¶Respondeo,ꝙ si (accipiendo realiter propriè) essentia esset realiter communicabilis,& paternitas realiter incommunicabilis: tunc essentia non esset realiter paternitas. Esset.n. implicatio contradictionis,si realiter non distinguerentur:& ideo dixi prius: ꝙ accipiendo realiter propriè, vt distinguitur contra modum rei: vel vt distinguitur contra formaliter: ꝙ essentia est realiter incõmunicabilis:quia ut sic est ipsa res realiter, quæ pr̃nitas:& similiter pr̃nitas est realiter communicabilis: q̃a ut sic est realiter res,quæ est essentia. Sed apud doc.non sequitur tale inconueniens,qui cõcedit, ꝙ essentia ex sua formali ratione est communicabilis , & paternitas ex sua formali ratione est incommunicabilis: & sic essentia non est formaliter paternitas , uel non est adæquatè ipsa paternitas ex natura rei. Et qñ respondet ad argumentum &c. ꝙ hoc concedere.s.ꝙ pater habet aliq̃ realitatem nõ cõicatã filio, uĩ repugnare determinationi ecclesiæ in illo c. Dinamus.ext.de sum.tri. & fi.catho. ubi dr̃ pr̃ ab æterno filium gñando suam substantiam ei dedit, iuxta, quod ipse testatur: pr̃ qđ dedit mihi maius est omnibus:& dici non potest,quòd partẽ substantiæ illi de-

Quomodo rões Greg. de Ari. non concludunt contra Scot.

Nota hoc exemplum.

derit,& partem ipse sibi retinuerit, cum substantia patris indiuisibilis sit, vt pote simplex omnino: sed nec dici potest, quòd pater in filium transtulerit suã substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipsam sibi alioquin desinisset esse substantia. Ex his patet, quòd pater non habeat sibi aliquam entitatem propriam, quam non dederit filio. ¶ Respondeo cum supportatione tanti viri, quòd non rectè intelligit illud capitulum. Loquitur enim, quòd pater dedit omnem substantiam filio, quod conceditur: sed ista proprietas patris non est substantia, vt patebit. j. d. 26. & 25. Dico etiam, quod tantum loquitur de entitate pertinẽte ad perfectionem: vt patet cum dicit, quod dedit mihi pater maius est omnibus, quod principaliter intelligitur de essentia diuina, & secundariò de attributis: vt j. patebit a doc. d. 5. q. 2. ¶ Et si arguatur contra Grego. si paternitas est penitus idem cum essentia: ergo pater communicauit filio paternitatem. Dicit, quod patrem communicare filio paternitatem verum est, sic intelligendo, quod communicauit illam entitatem, quę est paternitas: quia essentiam diuinam, quę est paternitas. Sed certe hic sensus videtur omnino includere repugnantiam: quia quęro, aut paternitas ex natura rei tantum dicit essentiam: aut vltra essentiam: aliquam formalitatem, vel realitatem, vel modum rei, quo vltimatè dicatur pater. Si secundo modo habetur propositum, quòd illam non communicauit filio: quia tunc filius esset pater formaliter. Nõ primo modo: quia tunc pater non distingueretur realiter a filio: patet quia est simpliciter eadem essentia: si ergo pater tantum ex natura includit essentiã, & filius ex natura rei tantum includit essentiam: ergo pater, & filius sunt penitus idem ex natura rei: quod est contra sanctos, & contra determinationem ecclesiæ in illo cap. Damnamus. vbi patet quòd in diuinis sint tres personę ex natura rei, & non per actũ negociatiuum intellectus. Et multa alia possent adduci inconuenientia. ¶ Ad secundam responsionem ad secundum argumentum Sco. quod fuit tale: quod secundùm aliquid sui cõuenit realiter cum aliquo, & per aliquid sui realiter differt ab illo habet i se aliqua distincta ex natura rei: sed pater conuenit realiter cum filio per essentiam, & realiter distinguitur ab eodem per proprietatem relatiuam, ergo in patre relatio, & essentia distinguitur ex natura rei. Dicit Grego. quòd seipso distinguitur, & seipso est idẽ filio. ¶ Sed hæc responsio non potest stare. Quia quęro, quid dicit pater, quo est idem filio? aut tantum essentiam: & sic esset ratio distinguendi: quod est impossibile: aut vltra essentiam dicit aliquam proprietatem, & tunc stat argumentum Sco. vt patet. Ad responsiones quas dat ad auctoritates, quæ auctoritates ponuntur præsenti. d. Cum dicit, quòd ita potest argui, quòd non eadem entitas est realiter ad se, & non ad se: & sic si argumentum valeat valebit illud ad probãdum quòd non sunt vna res. Dico primo, quòd non est simile quia diceretur, quòd realiter esset ad se, & non esset realiter ad aliud: quia relatio transit in identitatem realem essentiæ non econtra.

Essẽtia quo modo contineat omnẽ relationẽ.

Essentia enim propter sui infinitatem realiter continet omnem relationem diuinam non econtra. vt patet a doc. in simili in 2. d. 16. hoc idem patet in isto primo d. 5. q. 2. & in quoli. & sic realiter loquendo erit tantum ens ad se: non sic sequitur in proposito: quia non transit in idẽtitatem formalem: & hoc modo posset etiam dici de communicabili, & incommunicabili de quo supra. Dico secundo, quòd si loquimur de re propriè, sic intelligendo eadem res secundùm totam entitatem realem est absoluta, & secundùm totam est relatiua: statim sequeretur, quòd essent distinctæ res propriè dictæ: & hoc modo non potest intelligi de essentia, & proprietate. Sed accipiendo rem pro formalitate hæc est vera: quòd paternitas secũdùm totam suam entitatẽ est ad aliud: & essentia secundùm totam suam entitatem est ad se. Hoc idem dico de communicabili, & incommunicabili: non enim paternitas secundùm totam entitatem, quã dicitur vera res, est incommunicabilis: quia tunc essentia diuina esset incommunicabilis: sed bene conceditur, quòd paternitas secundùm totam suam entitatem, qua dicitur formaliter paternitas est incommunicabilis: & sic essentia, & paternitas non dicunt eandem formalitatẽ licet dicant eandem rẽ.

Quomodo essentia est communicabilis, & paternitas incõicabilis.

Et similiter paternitas secundùm totam rẽ: qua dicitur res realiter, & propriè non est ad aliud: quia vt sic non distinguitur ab essentia, sed tantum secundùm suam formalitatem. ¶ Ad illud, quod addit in sententia, quòd idem simpliciter potest dici ad se, & ad aliud: vt cum dicitur, quòd pater est ad aliquid debet intelligi, quòd pater est ad aliquid: & cũ dicitur, quòd aliquid est ad se debet intelligi, quòd est ipsum ad se: verbi gratia; si dicatur, quòd homo est ad se, intelligendum est, quòd homo est homo ad se: sed simul cum hoc, quòd homo est homo ad se, est etiam homo ad aliquid: sic in proposito de patre in diuinis potest dici ad se, & ad aliud &c. ¶ Se dista responsio est manifestè falsa: quia vt sic nulla relatio posset distingui a suo subiecto, quod isti concedũt. Ideo pro nunc dimittatur ista materia, vsque ad d. primam secundi, vbi probabitur, quòd multæ relationes realiter distinguuntur à suis fundamentis.

An relatio distinguatur a suo fundamento.

In proposito tamen de patre in diuinis hoc sustineri non potest, scilicet, quòd pater ex natura rei tantum dicat essentiam diuinam. Tum quia nulla esset realis distinctio inter personas, cum omnes personæ tãtum ex natura rei dicant essentiam. Tum quia omnes personæ essent æquè communicabiles ex natura rei: patet quia nihil ex natura rei includunt, nisi essentiam diuinã per te: modo essentia diuina est formaliter communicabilis. Tum quia non posset saluari productio in diuinis: patet, quia si pater ex natura rei tantum dicit essentiam diuinam: quæro quid generet pater: si personam filij? quæro quid dicat persona filij ex natura rei, cum ipse sit persona ex natura rei? si dicit tantum essentiam diuinam, & eandẽ, quam pater dicit? ergo in re essentia diuina erit generans, & genita: & sic a seipsa erit ex natura rei distincta, cum nihil gignat seipsum ex primo de trin. Et multa alia inconuenientia possunt adduci, quæ relinquo alijs. ¶ Et ex his patet, quid dicẽdum ad omnia sequentia istius doc. procedunt enim omnia ex hoc, quod vult, quòd filius sit vnica simplicissima entitas, & illa est sapientia, & filius, & verbum, & omne quod est: & sic cum dicitur non eo est filius, quo sapientia distinguit de ly eo, & quo. sed quia hęc omnia procedunt ex falso fundamento nõ oportet hic multum immorari vt patet. Ex his potest faciliter responderi ad omnes obiectiones, quas faciunt alij contra Sco. & quomodo responsiones eorum non euacuant rationes Sco. vide positionem Ochã quolib. primo. q. 2. & aliqualiter in primo. d. 2. & similiter vide positionem Alfon. & Ioãnis anglici, & multorum aliorum.

Tho. Gaiet. nititur soluere rationes Sco.

¶ Quidam nouus expositor sancti Tho. parte prima. q. 39. art. primo. nititur soluere rationes Sco. probantes proprietatem personalem distingui ex natura rei ab essentia diuina, & tantum respõdet ad duas scilicet ad istam. Pater secluso opere intellectus habet entitatem communicabilem, & entitatem incõmunicabilem, &c. secũda est. Pater intelligens in primo signo originis à se, aut intelligit essentiam, & proprietatem: putà paternitatem: vt duo obiecta formaliter distincta: aut non: si sic habetur intentum:

quia

quia cognitio intuitiua est rei secundùm esse presēs in se: si non: ergo distinguntur tantum in modo concipiendi: ergo ex distinctione inter ea non est hoc communicabile, & hoc incommunicabile: & tenet sequela: quia distinctio secundùm modum concipiendi nihil facit in re. ¶ Respondet premittendo aliqua scilicet, quòd sicut in Deo secundùm rem, siuè in ordine reali est vna res non purè absoluta, nec purè respectiua, nec mixta, aut composita, aut resultās ex vtraque: sed eminentissimè & formaliter habens, quod est respectiuè, immo multarum rerum respectiuarum: & quod est absolutè: ita in ordine formali, seu rationum formalium (secundùm se, non quo ad nos loquendo) est in Deo vnica ratio formalis, non purè absoluta, nec purè respectiua, nec purè cō municabilis, nec purè incommunicabilis: sed eminentissimè, & formaliter continens quicquid absolutè perfectionis est: & quicquid trinitas respectiua exigit: oportet, autem sic esse: quia cuilibet simplicissimæ rei secundùm se maximè vni oportet respondere vnam adæquatam rationem formalem: alioquin non esset per se primo vnū intelligibile, a quo vnius intellectu. ¶ Confirmatur: quia verbum Dei vnicum tantum est. Cōstat enim verbum si perfectum est adæquare id, cuius est: fallimur autem ab absolutis, & respectiuis ad Deum procedendo: eo quòd distinctionem inter absolutum, & respectiuum, quasi priorem re diuina imaginamur: & consequenter illam sub altero membro oportere poni credimus: & tamen est totum oppositum: quoniam res diuina prior est ente, & alijs differentijs entis: est enim super ens, & super vnum. Et propterea quemadmodū virtutes inferiores, non vt dearticulatæ ac distinctæ inter se, sed vnam solis virtutem etiam formaliter eleuantur: multo magis absolutum, & respectiuum ad vnam rem, & rationem formalem diuinam eleuantur: hoc præmisso respondetur ad primum argumentum Scoti negando consequentiam: ad probationem eius negatur assumpta cōditionalis. Ex hoc enim quod est vnius rationis in se non sequitur: ergo tantum communicabilis, vel tantum incommunicabilis: sed stat, quòd sit, & communicabilis, & incommunicabilis: & hoc propter infinitatem illius rationis formalis: nec est mirabilius vnicam rationem formalem habere vtrunque quàm vnicam rē: immo illud secundùm rectam philosophiam sequitur ex hoc posito per fidem. ¶ Ad secundum argumētum dicit, quod pater in primo signo originis non intelligit essentiam, & paternitatem, vt duo obiecta formalia secundùm se: sed vt vnum formaliter, & multa virtualiter: vt patet ex dictis: non tamen ita q̀ in illa summa re, atque ratione formali paternitas, & essentia sint virtualiter: sed ita, quòd sint formaliter, & realiter: sed distinctio earum est virtualiter: quia ita ibi sunt, ac si essent distinctæ. Et rursus: quia ita exercet propria vtriusque, ac si essent distinctæ. Vnde Sco. errauit dimittendo hunc modum loquēdi & introducendo, vt proprijssimum alium de distinctione formali ex natura rei. Nouus si quidem hic modus alienus valde est à diuinitatis eminentia formali hæc ille.

Verbū Dei vnicum tātum est.

Contra Th. Caiet.

¶ Respondeo primo ad modum ponēdi istius expositoris præmittendo aliqua. Primo, quòd omnis perfectio, etiam in creaturis, quæ non necessario includit imperfectionem ponitur formaliter in Deo vt sapientia, intellectus, & huiusmodi: perfectio vero, quæ necessario includit imperfectionem, puta limitationem, & dependentiam: vt homo Lapis, q̄titas, & huiusmodi: non ponitur in Deo formaliter, sed tantum eminenter, vel virtualiter: & sic omnes mundi perfectiones ad vnam rem perfectissimam reducūtur: & sic quæ sunt sparsa hoc modo in creaturis sunt vnita in ipso Deo. Secundo præmitto, q̀ quamuis omnis pluralitas reducatur ad vnitatem, (scilicet, si talis pluralitas non includat repugnantē modum, & oppositum modum) tamen aliqua pluralitas propter modum repugnantem non potest reduci ad vnitatem. Exemplum primi. Omnis pluralitas imperfectorum reducitur ad vnum perfectissimum: & similiter omnis pluralitas dependentium reducitur ad vnum simpliciter independens: & sic de alijs. Exemplum secundi: pluralitas productiuorum, siue rationum formalium producendi nō potest reduci ad vnitatem vnius rationis formalis producendi: & hoc propter repugnantem modum p̄ducendi: vt patet de ratione formali producendi p̄ modum naturæ: & de ratione formali producendi per modum voluntatis: quia isti duo modi sunt formaliter repugnantes: ideo nō possunt reduci ad vnitatem: & hoc satis patet a Doc. præsenti. d. part. 2. q. vlt. & d. 10. & in quol. Et sic oportet ponere in diuinis duas rationes formales producendi, scilicet vnā per modum naturæ, qua producitur filius, & aliam per modum voluntatis, qua producitur spiritus, sanctus vt subtiliter patet à docto. in isto pri. vbi supra. & d. 13. & alibi sæpe. Ex his infero, quòd omnis pluralitas distinctorum debet reduci ad vnitatem, nisi sit formalis repugnantia in illo vno. Et sic in primo non potest poni, nisi perfectissima vnitas essentialis omnium, quæ sunt in illo: & similiter perfectissima vnitas realis omnium existentium in illo. Nō potest tamen poni perfectissima vnitas formalis omnium existentium in illo: præcipuè ponendo illud vnum esse perfectissimè in pluribus suppositis, realiter distinctis adinuicem: & quòd sit in vno à se, & in alio per realem generationem. Et ideo omnis distinctio quæ includit aliquam imperfectionem, remouenda est ab illo: & distinctio, quæ nullam ponit imperfectionem: quia nec compositionem, nec potentialitatem, nec propriè diuersitatem: immo magis ad declarandam infinitam perfectionem: valet, quòd vna res simplissima sit indiuisibiliter in tribus suppositis, talis distinctio ponenda est ibi. Et ideo videtur pura fictio, quòd Deus sit eminētissimè formaliter absolutum, & respectiuum: quia si sic: quæro quomodo saluatur, quòd una persona realiter generet aliam realiter distinctam? quando enim pater generat filium: quæro pro quo supponit pater? Si pro persona includente paternitatem, & essentiam: ita q̀ paternitas non sit formaliter essentia? habetur propositum. Si pro essentia tantum? quęro pro quo supponit filius? certum est quòd pariformiter tantum supponet pro essentia: ergo pater non generat aliq̄d realiter distinctum: immo tantum seipsum generabit. Et præterea cum suppositum propriè generet, & non potest generare verè realiter, nisi sit suppositum ex natura rei: cum ergo pater realiter generet illud suppositum, non potest poni natura diuina, cū sit tribus communicabilis: ergo pater, vltra essentiā, aliquid ex natura rei includit, per quod dicitur suppositum ex natura rei: ergo tale inclusum ex natura rei erit ab essentia distinctum; quia si nullo modo distinctum: ergo pater tantum erit essentia. ¶ Et ex his patet quod responsio ad primum argumentum Sco. nihil valet: quia est impossibile (vt supra exposui respondendo ad Greg.) quòd idem ex natura rei: & pręter omne opus intellectus sit formaliter communicabile, & incommunicabile: licet non sit inconueniens concedere idem realiter esse incommunicabile, & communicabile: eo tamē modo, quo supra exposui contra Grego. Et quod dicit, quòd non est mirabilius vnicam rationem formalem habere vtrunque, qu m vnicam rem: patet hoc non esse simile: quia esse incommunicabile ex natura rei secundùm

Exemplum primi.

Exemplū secundi.

Dua sunt rationes formales producendi in diuinis.

Caietanus nō soluit primum argumentū Scoti.

suam

suam rationem formalem importat aliquid, quod non importat esse communicabile, vt patet: licet ergo incommunicabile transeat in perfectam identitatem realem in naturam communicabilem (vt sup. exposui) adhuc tamen potest saluari ex natura rei perfecta ratio huius, quod dico incommunicabile. Si vero transiret in perfectam identitatem formalem naturæ diuinæ, vel in omnimodam identitatẽ illius, præter omne opus intellectus: esset impossibile saluare ex natura rei in diuinis rationem incommunicabilis, & rationem communicabilis: vt patet: & sic patet, quòd ista mirabilitas, quã adducit iste nouus expositor nihil est ad propositum, & minimè valet. ¶Ad illud quod dicit ad secũdum argumentum patet ex his, quæ supra dixi nullo modo soluere argumentum Sco. Et quod dicit, quòd ibi dicitur distinctio virtualis ex hoc, quòd sunt ibi, ac si essent distincta. Miror quod tã ingeniosus vir, & magister somniauerit hoc: quia si præter opus intellectus non esset ibi aliqualis distinctio: nescio quomodo poterit rectè saluare realem distinctionem personarum: nisi fingat, quòd ideo est ibi realis, ac si ibi esset, non quòd tamen ibi sit: sicut ponit de illa distinctione, q dicuntur virtualiter distincta: quia sunt ibi, ac si essent distincta: & sic esset facilè declinare omnem difficultatem. Et quod dicit: Scot. errauit dimitiendo hunc modum loquendi, & introducendo aliũ modum. Ad hoc. Silentium sit pro responsione. Sufficeret enim sibi respondere ad rationes doc. licet non posset illas euacuare, & non corripere tantum Doctor. cuius ego infelix non sum dignus sequi vestigia. Multa omitto contra istum expositorem &c.

Caietanus nõ soluit argumentũ secũdum Scoti.

Item Ochã quaris rationes doct. soluere.

¶Insuper Ocham quoli. primo. q. 2. dicit, quòd in re nullo modo paternitas distinguitur ab essentia diuina. Distinguit tamen dicens, quòd distingui ex natura rei potest dupliciter accipi. Vno modo propriè: & tunc illa distinguuntur, quæ sunt plura: quorum vnum non est realiter alterum. Alio modo impropriè: quando scilicet est aliqua ratio absoluta, q est plures res relatiuè: & est aliqua res, quę est illa res absoluta, quæ est plures res relatiuè: & tamen ipsa non est plures res relatiuè. Vult dicere: quòd ideo essentia, & paternitas dicuntur distingui ex natura rei impropriè: quia essentia est aliqua res absoluta, quæ est plures res relatiuè: quia ipse est pater, filius, & spiritus sanctus, siuè est paternitas, filiatio, & spiratio passiua: & paternitas est res relatiua, quæ est essentia diuina: & tamen ipsa paternitas nõ est filiatio, & spiratio passiua. Hac distinctione præmissa respondet ad omnes rationes in contrarium: quia si arguatur. Ex natura rei aliquid prædicatur de essentia, quod non prædicatur de paternitate: ergo paternitas, & essentia distinguuntur ex natura rei. Antecedens patet: quia de essentia prædicatur ex natura rei filiatio & tamen non prædicatur de paternitate: consequẽtia probatur: quia quæ possunt fundare duo contradictoria, præter opus intellectus, aliquo modo distinguuntur, pręter opus intellectus: sed paternitas, & essentia sunt huiusmodi: patet quia essentia est filiatio, paternitas non est filiatio: ergo. Respondet ipse Ocham negando consequentiam: quia non sequitur aliquid verè prædicatur de essentia, quod non prædicatur de paternitate: ergo pater, & essentia distinguunt: quia antecedens est verum, terminis supponentibus personaliter, & significatiuè: & consequens est falsum, terminis significatiuè acceptis: q a manifestũ est, quòd aliquid verè prædicatur de isto termino essentia, vt stat personaliter, quod non prædicatur de paternitate, vt stat etiam personaliter: & tamen essentia, & paternitas, vt stãt personaliter, nõ distinguũtur: quia denominaretur, quòd in re esset aliqua distinctio alia, quam dicta sit: sed bene sequitur, quòd essentia supponit pro aliqua re, quæ est plures personæ, & paternitas supponit pro aliqua re quæ non est plures personæ: tamen si essentia, & paternitas supponant simpliciter, vel materialiter in consequente: tunc consequens est verum, sicut antecedens: quia isti conceptus essentia, & paternitas distinguuntur realiter: hæc ille.

¶Sed iudicio meo ista non possunt bene sustentari. Et primo quæro ab eo quando concedit, quòd paternitas, & filiatio hoc modo distinguuntur præter opus intellectus: quia essentia est tres personæ, & paternitas non est tres personæ. Si ipse intelligit, quòd detur aliqua distinctio, præter opus intellectus, minor vera distinctione reali. non est contra Sco. Si verò intelligit, quòd nulla penitus detur tũc videtur manifesta contradictio in dictis suis. s. quòd paternitas sit omnibus modis idem cum essentia, & similiter filiatio sit omnibus modis idem ipsi essentiæ: & quòd paternitas nõ sit filiatio: vt arguatur sic in forma. Quæ sunt omnibus modis idem, præter omne opus intellectus, ita quòd est impossibile imaginari aliquam non identitatem, quicquid conuenit vni, præter opus intellectus, conuenit, & alteri: sed per te paternitas, & essentia sunt huiusmodi: ergo si filiatio ex natura rei prædicatur de essentia, etiam ex natura rei prædicatur de paternitate: maior est manifesta: quia da oppositum: statim sequitur, quòd non sunt omnibus modis idem: & sic patet contradictio ponere paternitatem esse penitus idẽ, quod essentia, & non esse ex natura rei quicquid est essentia. ¶ Ad responsionem argumẽti: dico quòd est implicatio concedendo antecedens, & negando consequentiam: vt patet ex supradictis. Deinde quæro, cũ dico essentia est filiatio: pro quo supponit siuè subiectum huius propositionis quid significat? certũ est, quòd naturam diuinam, & non conceptum. Deinde quæro, cum dico paternitas est essentia diuina: pro quo supponit paternitas, vel quod importat significatiuè? Si aliquid distinctum ab essentia: & hoc præter opus intellectus habetur propositum: & cõsequentia facta erit vera: aut tantum essentiam diuinam? si sic. ergo paternitas est filiatio. probatur sic. quæcunque supponunt simpliciter pro. a. quicquid prædicatur de vno, prædicatur & de alio: sed paternitas, & essentia supponunt tantum pro essentia: sitè pro eodem supposito. si ergo filiatio prædicatur de essentia: necessariò prædicabitur, & de paternitate. Videtur enim manifesta implicatio, quòd supponant simpliciter pro eodem, & quòd non recipiant prædicationem eiusdem. Nec valet dicere, quòd essentia supponat pro aliquo absoluto, quod est tres personæ, & paternitas supponat pro aliquo, quod non est tres personæ, & sic non supponũt pro eodẽ. Hæc euasio nulla est: quia semper quæro, vt prius: cum dicis, quòd paternitas supponit pro aliquo qđ non est tres personæ: quæro quid est illud, pro quo supponit: aut est aliquid ex natura rei distinctum ab essentia? & habetur propositum aut est tantum ipsa essentia? & sic idem quod prius. Et certè uidetur omnino falsum, quod ipse concedit respondendo ad unũ aliud argumentũ: uidelicet quòd subiecta istarum propositionum. essentia est tres personæ: paternitas non est tres personæ: similiter essentia est filiatio: paternitas non est filiatio: significent omnino idem: & quòd prædicata similiter non uerificentur de paternitate, & filiatione: uidetur enim simpliciter impossibile, quòd subiecta duarum propositionum sint omnino idem in essendo, & in significando: & quòd prædicta non ita uerificentur de uno, sicut de alio. ¶Ex his omnibus quæ dixi in ista materia omnes obiectiones aliæ ipsius Ocham ut supra solui possunt. Et similiter omnes obiectiones aliorum

Opinio Ocham non potest tueri.

Quomodo sit vera ista propositio vide Franciscum de May distin. præsenti. q. 14.

rum

rum ut Alfonsi tol. & Ioann. anglici Bacchonis & multorum aliorum.

Ad argumenta principalia quomodo debet intelligi propositio philosophi, an quæcunque vni & eidē &c.

¶Ad primum argumentum principale. Hic doc. respondet ad principalia argumenta. Primum argumentum stat in hoc: quòd quæcunque vni & eidem simpliciter &c. Hoc sic debet intelligi ad hoc, quod aliqua sint eadem simpliciter inter se: duo requiruntur: & hoc si sunt eadem propter identitatem in tertio. Primo requiritur, quòd illud tertium sit unum ens simpliciter, & non secundùm quid. Sicut est vnū in essentia simpliciter; vel unum in natura simpliciter: vel unum in supposito simpliciter. Exemplum primi, & secūdi, ut natura: puta hominis singularis, & actu existens. Exemplum tertij, vt suppositum talis naturæ. Exemplum, quando est unum tantum secundùm quid: vt homo in esse diminuto; vel in esse cognito: vel opinato. Secundo requiritur, quòd illa duo, quæ sunt eadem in tertio sint simpliciter eadē illi & non secundum quid. Exemplum de simpliciter. Si Franciscus esset vnum, sinè idem simpliciter cum hac natura humana, actu existente; idem dico essentialiter, vel realiter: & similiter Io. hoc modo esset idem; tunc inter se essent idem essentialiter, & secundùm esse existentiæ. Similiter si essent idem homini in esse reali, & quiditatiuo: essent simpliciter idem inter se. Exemplum de secundùm quid: ut albedo, & dulcedo sunt idem lacti tantum secundùm quid: & sic inter se erunt idem tantum secundùm quid: nam in lacte tantum sunt idem accidētaliter. Et ideo Arist. primo elencho. dicit quòd hæc regula patitur instantias duas, quas ibi facit: & hoc quia non possumus concludere identitatem simpliciter aliquorum inter se, quando sunt idem alicui, quod est in se secundùm quid: & quando sunt idem illi tātum secundùm quid. Et per hanc regulam prius expositam tenet omnis forma syllogismi perfecti: quia enim homo, & risibile sunt simpliciter idem animali rationali: quod est unum simpliciter: per illud tertium concluditur risibile de homine.

Quō ista propositio sit uera iuxta de Frāciscum de Mayronis dist præsenti q. 14.

Ad primū.

¶ Ibi. Ad primum argumentum principale. Hic Doc. respondet ad primum argumentum principale. Dicens, quòd maior sic est intelligenda. s. quæcunque aliqua identitate sunt eadem alicui, illa, tali identitate inter se sic sunt eadem: quia non potest concludi aliqua idētitas extremorum inter se, nisi secundum illam idētitatem, qua sunt eadem medio: & medium in se sic sit idem. Nota, quòd Doct. loquitur præcisè de idētitate extremorum, quam habent tantū ratione medij. Et ideo quamuis paternitas, & filiatio in diuinis sint idem realiter essentiæ diuinæ: non tamen sequitur, quòd præcisè illa identitate sint idem inter se, cum distinguātur realiter adinuicem: sed oīa sunt præcisè idem ratione essentiæ, ideo inter se habent identitatem essentialem. i. quòd essentia est ita in patre sicut in filio. Et ideo concedimus, quòd pater est ille idem Deus qui est, & filius. concedimus etiam, quòd ratione deitatis sunt una res realiter: ratione tamen proprietatis distinguuntur realiter, siue personaliter. Sunt etiam aliqua, quæ inter se sunt eadem realiter: quę tamen non sunt eadem ratione alicuius medij, cui sint idem. Nam paternitas, & essentia diuina sunt eadem: quia vnum extremum. s. essentia, quia infinita includit aliud per talem identitatem. patet ergo quòd loquitur hic de identitate extremorum, quam habēt ratione medij, cui sunt idem; nō quod sic sint idem inter se, sicut sunt idem illi medio: sed si inter extrema concluditur aliqua identitas ratione medij habent illā tantum, ut in illo medio. i. eo modo, quo medium unit extrema adinuicem eo modo sunt illa idem inter se: & non sequitur ulterior identitas. Sequitur. Et per hanc propositionem sic intellectam tenet omnis forma syllogistica: quia unū extremum concluditur de alio in conclusione ratione medij: quia enim homo, & risibile sunt idem rationali, risibile concluditur esse idem homini per rationale: nec concluditur quòd sic sint præcise idem inter se, sicut sunt idem rationali. nam homo est idem rationali formaliter, & risibile realiter: sed concluditur identitas realis tantum: quia per tale medium habent præcisè talem identitatem. Requiritur etiā, quòd medium sit unum in se: quia si nō esset unum in se. i. si non diceret vnum conceptum in se (sicut est terminus æquiuocus: qui non immediate significat vnum conceptum; sed plures æqualiter) non posset concludi identitas extremorum ratione medij: sed syllogismus esset in quatuor terminis. Ideo Doct. dicit, quòd omissa altera conditione. s. vel unitatis medij inter se, vel extremorum ad medium non est syllogismus. vult enim, quod utraque conditio referuetur: aliter committeretur paralogismus accidentis. s. si extrema non sic essent idem medio. Posset ēt committi fallacia æquiuocationis. s. si medium non significaret unum conceptum. Exemplum de paralogismo accidentis. Animal est genus. homo est animal. ergo homo est genus. Hic est paralogismus accidentis. Primo quia genus, & homo non sunt simpliciter idem animali. immo, ut genus conuenit animali repugnat sibi, quòd sit idem homini: & similiter, ut animal est idem homini repugnat sibi genus. Secundo: quia etiam medium non est simpliciter idem in utraque præmissa. Nam in prima accipitur tantum animal in esse cognito; & nullo modo in esse essentiali: vt patet à Docto. in uniuersalibus. In secunda verò accipitur, ut habet uerum esse essentię & ut est in homine. ¶ Ibi. Cum accipitur in minori &c. Dico, quòd pater non est simpliciter idem formaliter essentiæ diuinæ: quæ in se est vnum formaliter: & similiter nec filius est sic idem. Nam pater, & filius inter se distinguuntur formaliter: & si essent idē formaliter illi: etiam inter se essent idem. Ideo nota quòd si inclusum in aliquo essentialiter esset idem formaliter includenti: tūc animal, & rationale cum Includantur essentialiter in homine, inter se essent idem formaliter: quod tamen Doc. negat & Aristo. tertio metaphy. tex. c. 10. Vbi vult, quòd genus non prædicetur per se de differentia; nec ècontra. ideo bene nota identitatem formalem quando dicit Docto. Voco autem identitatem formalem &c.

Ratio quare animal non est idem formaliter homini.

¶ Ibi. Et si dicas, quòd saltem ex idētitate reali. ¶ Nota de identitate reali: aut accipitur identitas realis quādo sunt vna res ipsa una essētia, vel una natura, vel una entitas perfecta, vel una essentia perfecta, & realis. hoc modo personæ sunt idem realiter essentiæ diuinæ, & inter se: sed accipiendo idem realiter. i. suppositaliter, siuè personaliter, etiam secundùm existentiam personalem, siue suppositalem Dico, quòd pater, & filius non sunt sic idem essentiæ diuinæ: quia tunc essentia esset in se una persona, siuè unum suppositum. ¶ Ibi. Per hoc patet ad talia sophismata. hic Deus est pater. filius est hic Deus. ergo filius est pater: patet quia medio existenti hoc aliquid oportet extrema coniungi: & iste est syllogismus resolutorius. ¶Potest primo responderi; quia secundùm philosophum secundo prior. Omnis talis syllogismus, cuius medium est hoc aliquid, non est bonus, nisi sit reducibilis ad tertiam figuram per vniuersalem propositioné. modo maior erit falsa. s. ista. omne quod est hic Deus est pater. nam filius est hic Deus & nō est pater. Dat Doct. aliam responsionem. Et primo dicit, quòd est fallacia figuræ dictionis commutando quale quid in hoc aliquid: & licet Deus non sit propriè quale quid. s. vniuersale cum sit simpliciter singularis: quia tamē est communicabilis pluribus, & ut quo, & vt quod: cuiusmodi non est singulare in creaturis,

Nota declarationem literæ de verbo ad verbū vsque in finem q.

Quid sit cōmutare quale quid, in hoc aliquid.

ereaturis.ideo habet rationem qualis quid, & suppositum diuinum habet rationem huius alicuius: quia simpliciter incommunicabile:ideo concludendo in conclusione filium esse patrem ratione essentiæ, quæ habet rationem qualis cuius.i. communis. committitur fallacia figuræ dictionis nunquam.n. tenet talis syllogismus resolutorius, nisi medio existente incommunicabili, saltem ut quod:quale non est in proposito:tenet.n.per hoc:quæ uni, & eidem incommunicabili, vt quod sunt vnum incommunicabile, ut quod:inter se sic erunt idem. ¶Ibi. Similiter ibi videtur esse fallacia accidentis &c. Exemplũ. Hic Deus est pater:hic Deus est filius. ergo filius est pater.est.n.fallacia accidentis,concludere identitatẽ inter se propter identitatem in tertio,cui extraneantur nam quia pater,& Deus sunt idem : concludere identitatem patris, & filij inter se fit fallacia accidentis.nam quando dico. hic Deus est pater. hic Deus est filius : ly Deus extraneatur filio : vt hic Deus est pater:quia in prima tantum stat pro patre. fit etiam fallacia consequentis.s. a positione consequentis ad positionem antecedentis:sicut non sequitur.animal est.ergo homo est.Sic in proposito.minor identitas est superius ad maiorem:ideo maior identitas se habet,ut antecedens:& minor, vt consequens noo valet ergo,pater,& filius sunt vnum essentialiter : quia sunt unus Deus.ergo sunt unum personaliter: non sequitur: quia hæc est simpliciter maior unitas.

Exemplum.

¶Quia si arguas.Deitas est pater : filius est deitas. ergo filius est pater.Hoc argumẽtum est aliud à primo:quia in primo Deus potest supponere pro pluribus supposins ideo habere rationem communis. Hic autem deitas non potest supponere pro aliquo supposito diuino,ergo saltem videtur valere hoc argumentum.

¶ Respondet Doctor. quòd quamuis non supponat pro alio supposito in maiori,& in minori:qa tantum stat pro ipsa deitate: tamen adhuc habet rationem qualis quid : quia ipsa est verè communicabilis pluribus. fit ergo fallacia figuræ dictionis cõmutando quale quid in hoc aliquid : & nihil aliud est commutari quale quid in hoc aliquid,quam interpretari ex ui illationis illud habere rationem huius alicuius,quod habet rationem qualis cuius i. ꝙ concludendo extremum incommunicabile de extremo incommunicabili per medium communicabile:est interpretari tale medium esse incommunicabile:quia talia extrema non possunt uniri in conclusione:nisi per medium incõmunicabile. Aduerte etiam qñ Doc.concedit istam. deitas est pr̃ : ꝙ ly pr̃ non potest accipi adiectiuè:quia tunc adiectiuum possiet prædicari de vltimatè abstracto: qđ est cõtra doc. ĩ.d.5.q.1.accipitur ergo pr̃ substãtiuè: & sic est prædicatio non formalis sed idemptica. Et quõ esset contra doc.patebit. ĩ.d.5.q.1. ¶ Addit Doct.ibi. Quia si saltem arguas extrema esse idem realiter inter se:quia ẽt in medio sunt idem:hoc tenet per illã propositionem.s.q̃ uni, & eidem sunt realiter eadẽ inter se,sic sunt eadem: cum ergo pr̃,& filius sint idẽ realiter deitati inter se,erunt idem realiter : quod tñ est falsum:quia sequeretur ꝙ pater esset realiter fili⁹. ¶Respondet doc.ꝙ sunt idem essentialiter non suppositaliter.i. ꝙ sunt præcisè idem ideotitate tertij.i. ꝙ sicut pater includit deitatem realiter: ita filius includit eandem:& ita filius est illud idem essentiale, quod est pater:quia sicut pater est realiter, & essentialiter Deus:ita,& filius:& hoc est quod dicit:quòd filius est idem cum eo.s.cum Deo : qui Deus est pater: siuè filius est ille idem Deus,qui est pr̃:licet ergo pater,& filius sint idem essentialiter, pro quanto includunt eandem essentiam : & similiter idem realiter,pro quanto includunt eandem rem essentialem, & dicentem perfectionem simpliciter.s.ipsam naturam diuinam : non tamen absoluiè sunt idem realiter:accipiendo realiter suppositaliter: siuè personaliter: patet quia pater,& filius ultra essentiam,quam includunt,& per quam sunt idem: includunt etiam proprietates personales: quæ admuicem distinguntur,& formaliter,& realiter: patet quia una non includit aliam per identitatem: immo sunt primo diuersa in realitate : vt ĩ.patebit.d.13.& d.26. & ideo pater, & filius ratione proprietatum distinguntur realiter,siuè suppositaliter: licet ergo sint idem essẽtialiter ratione essẽtiæ æquè perfectè inclusę in vtroque extremo,modo præexposito:non tamen ex hac identitate potest inferri identitas formalis, siuè supposiialis.i.quòd non potest inferri:quòd si pater est idem Deus,qui,& filius. ergo pater est formaliter, vel realiter filius:quia pater vltra essentiam includit proprietatem,per quam repugnat sibi,quod sit realiter filius.

Commutari quale quid in hoc aliquid quid sit.

Filius est idem cum Deo, & est idem Deus.

Quõ distinguantur pater,et filius.

¶ Ibi. Quia si adhuc confirmetur illa ma. argumenti principalis scilicet,quæcunque vni,& eidem sunt eadem &c.quia negare eam videtur destruere primum principium:ponendo negationem,& affirmationem esse veras de eodem.nam ponere. a.& b. esse eadem realiter. c. & negare esse eadem realiter inter se est negare idem,& affirmare. ¶Respõdet Docto.quòd quando.a.& b.includunt plura : ita quòd secundùm unum conueniũt,& secundùm aliud differunt possunt esse idem, & non esse idem : quia ratione unius erunt idem,& ratione alterius non idẽ : vt patet de Fran. & Io. quæ ratione humanitatis inclusæ in utroque erunt idem in humanitate, saltem in communi:& ratione hæcheitatis erunt nõ idem. Similiter albedo ratione coloris, in quo conuenit cum nigredine erit idem cum nigredine:& ratione disgregationis,in qua non conuenit cum nigredine non erit idem. Sic in proposito pater ratione deitatis,in qua conuenit cum filio erit idem filio:& ratione proprietatis, in qua non conuenit cum filio non erit idem filio:modo contradictoria sunt de eodẽ, & respectu eiusdem.

¶ Ibi . Si contra hoc arguas. Adhuc instat probando : quòd saltem videtur sequi, quòd deitas differat à paternitate : & intendit, quòd formaliter:quod tamen non videtur uerum : & intẽdit probare ex hoc:quòd si pater, & filius sunt idem in deitate : & tamen inter se non sint idem, quòd ipsa deitas non erit idem cum patre : siuè cum paternitate. Et probat sic. Affirmatio differt ab affirmatione, cuius unius, scilicet affirmationis negatio dicitur de alia, scilicet affirmatione : vel saltem talis negatio stat cum alia affirmatione: quia neutrum est uerum de affirmatione contradicente illi negationi, id est, quòd neutrum istorum, scilicet dicitur, & stat. est uerum de affirmatione contradicente. Exemplum est de Francisco & Ioanne, negatio Ioannis dicitur de Francisco: pater quia Franciscus non est Iohan. ideo affirmatio Iohan. de Francisco, quæ contradicit negationi Iohann. de Francisco. non dicitur de Francisco: quia hæc est falsa. Franciscus est Iohan. nec etiam stat cum Franciscus. Aliquando enim affirmatio stat cum affirmatione: & tamen non dicitur de ea : vt cum aliqua ratione unius sunt idem , & ratione alterius non sunt idem. nam affirmatio filij, ut Deus in diuinis stat cum affirmatione patris : patet quia filius est idem essentialiter quod pater : vt supra exposui : & tamen affirmatio filij non dicitur de affirmatione patris : quia hæc de rigore sermonis est falsa. pater est filius: quia hæc denotat identitatem formalem suppositorum. In proposito. Si affirmatio deitatis stat cum non paternitate:

Quõ differant deitas, & paternitas.

nitate: puta in alia persona.s.filij. i. si affirmatio deitatis, vt in filio stat cum negatione paternitatis. sequtur quòd ipsa deitas differt à paternitate: quæ.s.paternitas nunquam stat in eodem cum non paternitate. si enim non paternitas stat cum essentia, ut essentia est in filio: sequitur, quòd ipsa paternitas, siue affirmatio paternitatis non stabit cum essentia, ut in filio: quia si staret: sequeretur, quòd affirmatio paternitatis, & negatio paternitatis simul starent cum essentia in eodem. i. vt in filio. ergo essentia differt a paternitate. Et merito arguit.s.de stare, & non de dici: quia, & si negatio paternitatis stet cum affirmatione deitatis: ut in filio: nunquam tamen conceditur de rigore, quòd negatio paternitatis dicatur de deitate: quia Deus est pater: quia est simpliciter vera.si.n. negatio paternitatis dicitur de Deo absolutè. de rigore sermonis ista esset vera absolutè. Deus non est

Exemplum. pater. ¶ Ibi. Respondeo maior posset concedi. Exemplum. Sit homo, & asinus. nam negatio contradictoria asini stat cum homine: quia hæc est vera. homo

Not. hāc de clarationē. non est asinus. ergo affirmatio asini de homine erit falsa dicendo. homo est asinus. Et ut clarius intelligatur distinguo maiorem: aut ly differt accipitur propriè, vt importat distinctionem realem, uel essentialem: aut, vt importat aliqualem distinctionem: putà formalem, vel ex natura rei: vel non identitatem omninò adæquatam. Primo modo patet in exemplo de homine. Secundo modo patet sic. Affirmatio, putà hominis, vt constituti differt ab affirmatione rationalis, ut constitutiui: quia negatio rationalis, ut huiusmodi, stat cum homine: quia hæc est uera. homo non est rationalis, ut constitutiuum est: & tamē non sequitur ultra quòd homo differat realiter à rationali: sed tantum ex natura rei. Sic in proposito affirmatio deitatis, ut in patre est, differt ab affirmatione filiationis, ut ipsa deitas est in patre. Nam, ut in

Paternitas conuenit patri, & repugnat filio. patre aliquid conuenit sibi, quòd repugnat filio: qa vt in patre conuenit paternitas: quæ quidem paternitas repugnat filio. Similiter affirmatio deitatis, ut in filio differt ab affirmatione paternitatis: quia ut in filio negatio paternitatis stat cū deitate: & sic patet quomodo deitas differt a paternitate, & filiatione, & hoc ex natura rei: posset etiam deitas differre à seipsa: non tamen ex natura rei: sed tantum ratione, vt consideratur in patre, & in filio: quia affirmatio deitatis ut in patre differt ab affirmatione eiusdem, ut in filio: quia negatio deitatis, ut in filio stat cum affirmatione eiusdem, ut in patre: quia hæc est uera. essentia ut in patre est principium communicandi seipsam: & ut in filio non est principium communicandi seipsam filio: cum ibi sit communicata. ideo ipsa differt aliquo modo in filio, & in patre. Si verò accipiatur sic. Affirmatio differt ab affirmatione, cuius una negatio dicitur de alia affirmatione. hoc est verum, quando dicitur vniuersaliter, & necessariò, & per rationem propriam subiecti: sicut negatio asini dicitur de homine, & uniuersaliter: quia hæc negatio competit omni homini: & per rationē formalem ipsius hominis: quia est talis entitas: quòd affirmatio asini simpliter sibi repugnat. ergo negatio illius sibi necessario, & uniuersaliter conuenit. Et quando est contradictio realis, siuè rei ad non rem: ut in exemplo præfato de asino, & non asino. Et similiter affirmatio de qua affirmatur talis negatio est res: ut hic homo est non asinus. & sic homo realiter differt ab asino. Si uero contradictio esset tantum rationis: puta entitas realis ad non ens rationis: vel affirmatio de qua affirmatur negatio est rationis: & negatio realis: uel utrunque ens rationis: semper affirmatio differt ab affirmatione tantum ra-

Exemplum primi. tione. Exemplum primi Vt negatio generis dicitur de homine. ergo homo differt ab affirmatione generis tantum ratione. Exemplum secundi. Negatio ho-

Exemplum secundi. minis dicitur de genere secundè intētionaliter sumpto: ergo genus differt ab homine tantum ratione. Exemplum tertij. Negatio generis dicitur de spē, accipiendo utrunque, ut quid. ergo affirmatio speciei vt quid, differt tantum ratione ab affirmatione generis, ut quid Applicando igitur primam partem.s.dici de alio sic negatio patris dicitur de deitate, ut in filio: quia hæ sunt ueræ. Deus ut supponit pro filio non est pater. ergo affirmatio deitatis, ut in filio differt à patre. Dico, quòd bene sequitur, quòd ut supponit pro filio differt realiter à patre: quia filius differt realiter à patre: sed non sequitur, quòd Deus in se differat à patre: quia negatio patris non conuenit

Negatio patris non conuenit Deo necessario. Deo necessario: nec vniuersaliter: quia tunc Deus non posset stare pro patre: neque per rationem deitatis conuenit sibi negatio patris: sed negatio patris tantum conuenit Deo, ut stat pro filio. ¶ Ibi. Quia si arguas illud quo pater distinguitur à filio &c. Dein de Doc. instat probando, quòd cum unitate essentię non possit stare pluralitas personarum: quæ scilicet personæ sint realiter Deus: & quòd tamen adinuicē realiter distinguantur. Et quærit deducere ad hoc impossibile. s. quòd in diuinis erit aliqua entitas, uerè alia ab essentia diuina: uel oportet dicere, quòd illa supposita non differant adinuicem. Arguit ergo sic accipiendo. a. pro proprietate patris: aut. a. inquātum. a. est idem essentiæ: aut aliud. si aliud. est impossibile: quia tunc essentia, & a. essent duæ res realiter distinctæ: si idem. sequitur quod. a. inquantum distinguit est idem: patet quia. a. distinguit patrem à filio: & a. inquantum. a. est idem essentiæ. ergo. a. inqtum est idem essentiæ distinguit patrem à filio. & per consequens essentia distinguit patrem à filio: quod est impossibile: quia essentia est ratio conuenientiæ: qua pater conuenit cum filio. ergo non est ratio distinguendi. ¶ Respondet præmittendo unum decla-

Inquantum potest duobus modis accipi. ratum. sup. d. 1. q. 2. quod ly inquantum potest dupliciter accipi. s. reduplicatiuè pro quanto illud quod immediatè sequitur ly inquantum notatur esse causa immediata: quare prædicatum insit subiecto: uel specificatiuè tantum, scilicet pro quāto illud, quod immediatè sequitur ly inquantum notatur accipi secundum suam rationem formalem: quæ tamen ratio non est causa inhærentiæ prædicati ad subiectū. hoc præmisso. dicit duo. primo quod. a. inquantum a accipiendo ly inquantum primo modo, non est idem essentiæ: nec aliud: quia si. a. inquantum. a. hoc modo esset idem. sequeretur quod. a. esset causa immediata, & præcisa identitatis essentiæ: & sic sequeretur, quod. a. contineret essentiam per realem identitatem: quod est impossibile: immo econtrario essentia: quia formaliter infinita continet per realem identitatem ipsum. a. ut ĩ. patebit. d. 5. q. 2. & d. 8. q. pen. Si etiam. a. inquantum. a. esset aliud ab essentia: sequeretur, quod aut esset causa præcisa, & imme-

Vide Antoniū Adreā. 1. met. q. 1. diata. quare realis alietas inesset ipsi. a. & sic esset simpliciter impossibile. a. esse realiter idem essentiæ. & hoc patet per exemplum. nam homo, & non homo sunt opposita contradictoriè: & de quolibet alterū verificatur absolutè: quia dato quocunque ente, aut est homo, aut non homo: & tamen non verificatur alterum oppositorum de quocunque ente cum ly inquantum, & hoc reduplicatiuè: patet quia album inquantum album, aut est homo, aut non est homo. si est homo. ergo homo necessario inest albo. si non est homo. ergo homo nunquam poterit prædicari de albo. & sic nunquam aliquod album poterit esse homo. Exemplum etiam magis euidens est de albo, & non albo, quæ opponuntur contradictoriè: & alterum inest, puta homini: quia homo, aut est albus, aut non albus: non tamen inest, cum ly inquantum.

si enim

si enim homo inquantum homo esset albus, albedo necessariò inesset homini. si etiam homo inquantū homo non est albus: sequitur quòd albedo nunquā poterit inesse. Et per hoc patet ad illud quod sequitur, scilicet quòd licet idem, & aliud sint immediatè opposita circa ens: scilicet quia omne ens comparatum alteri: aut est idem aut aliud: non tamen sunt immediatè opposita, cum ly inquantum: vt supra patuit. licet enim. a. sit absolutè idem essētiæ: aut aliud: quia bene conceditur quòd est idem realiter: non tamen conceditur cum ly inquantum propter rationem supradictam: quia. s. tunc. a. contineret necessariò essentiam per realem identitatem. Secundo principaliter dicit: quòd si accipiatur ly inquantum tantum specificatiuè, quòd. a. quocunque modo acceptum formaliter: puta sub ratione sua formali est idem essentiæ. i. quòd identitas realis cum essentia non repugnat ipsi. a formaliter accepto: & si non repugnat actu est idem: quia quicquid ibi potest esse necessariò est. sic etiam homo inquantum homo: specificatiuè accipiendo inquantum est albus: quia albedo potest inesse homini accepto secundùm rationem formalem hominis, &c. Addit tamen q. a. non est formaliter idem essentiæ: vt supra patuit in corpore. q. Sed tunc non sequitur. a. formaliter. i. in se formaliter acceptum est idem essentiæ. a. formaliter distinguit. ergo essentia distinguit: sed est fallacia figuræ dictionis commutando hoc aliquid in quale quid: sicut supra dixi. quando commutatur quale quid in hoc aliquid interpretatur tale medium, scilicet quale quid habere rationem huius alicuius: sic similiter quando commutatur hoc aliquid in quale quid, interpretatur hoc aliquid. habere rationem qualis cuius. Sic est in proposito: quia essentia habet rationem qualis cuius: & illud quod personaliter distinguit habet tantum rationem huius alicuius: quia sola proprietas incommunicabilis distinguit personaliter. inferre: ergo. quòd essentia personaliter distinguit virtute alicuius proprietatis incommunicabilis est interpretari illud quod habet rationem qualis cuius. i. communicabilis habere rationē huius alicuius. s. incommunicabilis: sicut est in illo syllogismo. ¶ Ibi. Si adhuc instes. Adhuc Doc. instat: probando, quòd essentia diuina non sit in tribus personis, realiter distinctis: ita quod sint ibi plures proprietates personales aliquo modo, præter opus intellectus distinctæ: quod oportet concedere: si illæ personæ realiter distinguuntur: vt supra patuit. Et tunc sic arguit de illis proprietatibus: & ponit exemplum de una illarum, quæ dicatur. a. quia. a. inquantum a. est res, vel ens: & hoc patet: & tunc quærit qd ens, aut est ens, quod est essentia: & sic habetur propositum. s. quòd essentia non erit in distinctis suppositis. Si vero est res, & non essentia. ergo. a. erit alia res ab essentia: quod est inconueniens. ¶ Respondet, quòd est ens, & res inquantum. a. accipiendo ly inquantum, tam specificatiuè, quàm reduplicatiuè. nam. a. includit quiditatiuè ipsum ens: vel est ens quiditatiuè. Et addit: quòd quando aliquid est tale quiditatiuè semper conuenit sibi: siuè, vt idem alteri: siuè, vt distinctum: sicut homo est quiditatiuè animal rationale, & semper est tale: siuè homo consideretur, vt idem alteri: vel ut non idem: siue vt distinctus. ista enim præsupponunt semper quiditatem rei. Sic in proposito a. est ens quiditatiuè inquantum realiter continetur in essentia: quia talis continentia realis non tollit ab a. suam propriam rationem formalē, & quiditatiuam: immo præsupponit eam. prius. n. est res in se quiditatiuè quàm dicatur esse idem alteri, vel non idem. Sed cum quæris quod ens est. a dicit, q est ens, quod est. a. & hoc descendendo sub cōceptu entis: sicut substantia est per se ens: & descendendo ad ens speciale substantia est ens, quod est substantia: & sic de alijs: & hoc loquendo semper quiditatiuè. ¶ Deinde quærit ex quo. a. est per se ens quiditatiuè: an sit per se essentia. Dicit, q non: quia nō est formaliter essentia, & quiditatiuè. ¶ Ibi. Si infers. ergo est alia res. est fallacia consequentis. Non. n. sequitur. Si paternitas non est per se essentia. ergo est alia res. est. n. fallacia consequentis à negatione inferioris, siuè antecedentis ad negationem superioris, siuè consequentis. nam esse idem alicui per se inferi esse idem simpliciter non econtra. ergo non sequitur: i. ō sunt per se eadem res. ergo nō sunt simpliciter. sicut non sequitur. homo, & visibile nō sunt idem formaliter. ergo non sunt idem simpliciter: Sunt. n. idem realiter. ¶ Ibi. Si obijcitur. Doc. probat tribus rationibus: q si paternitas non sit per se essentia. s. formaliter, q erit simpliciter alia res ab essentia primo sic. a. est per se res. i. formaliter, & quiditatiuè: & non est per se essentia. s formaliter, & quiditatiuè. ergo erit per se alia res ab essentia. ergo est simpliciter alia res. prima consequentia patet. s. q sit per se alia res: quia idem, & diuersum, siuè aliud sunt immediatè opposita circa ens. i. q de quocunque ente alterum immediatè verificatur. s. vel q erit idē, vel aliud alteri. Si ergo a. est p se res: aut ergo est p se eadē res essentiæ: aut p se alia res. secunda consequētia patet. s. q si p se ē alia res ab essentia: q erit simpliciter alia res: qa p se non est determinatio distrahens: vt patet: quia homo est p se aliud, & ēt simpliciter aliud ab asino. ¶ Secundo pbat primā consequentiā. s. primæ rōnis, q erat ista. ergo est p se alia res ab essentia: & :n̄ hæc rō est ēt ad principale. s. q vnitas essentiæ non sit in pluribus suppositis realiter distinctis: qa sequeret q a. esset simpliciter alia res ab essētia: & sic essētia nō esset realiter q cqd est ibi. Arguit ergo sic. si. a est p se res. s. formaliter: aut est p se res, q̄ est essētia: aut p se res, q̄ nō est essētia. si primo ergo. a. ē p se essētia. si s̄do. ergo ē p se alia res ab essētia. & hæc s̄da nō differt a prima pp illā iplicationē mediā: vt patebit rñdēdo ad istā s̄dam. ¶ Tertio arguit sic. Essētia ē p se res formaliter, & q ditatiuè, & ppeietas ē p se res: & nō sunt p se eadē res formaliter, vel realiter. ergo sunt duę res: & sic vtraq; ē p se res alia ab altera. ¶ Ibi Ad primū licet posset cōclusio, &c. Ista differūt alietas pseitatis, & pseitas alietatis: qa cū in alietate includat negatio. primo mō ē negatio pseitatis: & ē sēsus. Qn̄ dr: pr̄nitas ē p se alia res ab essētia i. q pr̄nitas nō ē p se eadē res cū essētia. E cū infert ī s̄da cōsequētia. ergo ē alia res ē fallacia cōsequētis à negatione añ ns: & ē sēsus: nō ē p se eadē res cū essētia. ergo nō ē eadē res absolutè cū essētia: sed simpliciter alia? nō seqt. s̄do mō accipiēdo, vt ē pseitas alietatis: tūc ē sēsus. Qn̄ dr. ergo pr̄nitas ē p se alia res ab essētia. i. q pr̄nitati cōuenit p se esse alia rē ab essentia: qd ē filiū: qa tūc distingueret verè realiter ab essētia. & hoc mō in prima cōsequētia ē fallacia ąñtis arguēdo sic. Pr̄nitas ē p se res: qa ē p se q̄dā relatio: & nō ē p se essētia. i. q essētia nō conuenit illi p se nec primo mō: nec s̄do mō. ergo ē p se alia res ab essētia. ē. n. sēsus. Pr̄nitas, & essētia in ante nō sūt una res p se, siuè formaliter. ergo nō sunt una res realiter, & absolutè nō seqt. a negatione añtis ad negationē cōsequētis. Ibi. Tn̄ qa nō vr bn̄ logicè dictū. s. q negatio si qua includat in alietate (in alietate. n. includit nō idētitas) posset aliquid attingere pter terminū respectus. Terminus respect⁹ alietatis ē tm̄ termin⁹ sequēs ipsā alietatē: & p cōsequēs negatio inclusa in ipsa alietate tm̄ hēt vim sup terminū sequentē, & nō pcedētē. Ex quo ergo alietas seqt ly p se qd ē modus cōpositionis: quia dicit pdicatū p se inhęrere subiecto: malè distinguit dicēdo, q pōt accipi, ut alietas perseitatis: vel perseitas alietatis. Ideo potest dici aliter. Dat Doc. responsionē secundū propriā intentionem.

Arguit Scotus quòd essentia diuina nō sit in tribus personis.

Essentia & paternitas an sint una res.

tionem. Et dicit primo, quòd in hoc consequēte: ergo a. est per se alia res ab essentia, quod de vi sermonis tantum potest haberi, s. esse rem aliam ab essentia per se ineßt. a. quia ibi præcise notatur perseitas alietatis: quia per se præcedit alietatem: quod tamē consequens est falsum: quia nunc essentia, nec per se, nec per accidens posset esse idem. a. vel inesse ipsi. a. patet per propositionem Doc. supra. q. de praxi qñ aliquid inest alicui per se. s. primo vel secundo modo oppositum eius nec per se, nec per accidens potest inesse. Ideo negat primam consequentiam: quia duę propositiones in antecedente sunt veræ, & consequens falsum. Illæ duæ propositiones sunt istæ. prima. a. est per se res. secunda. a. non est per se essentia, & sunt veræ; vt supra patuit. Ad probationem illius primæ consequentiæ dicit, quòd idem, & aliud, cū ly per se non sunt opposita immediata: patet qa datur aliquid, quod non est, nec hoc, nec illud. homo enim nec est per se albus, nec per se non albus: quia si esset per se albus primo vel secundo modo oppositum nec per se, nec per accidens posset inesse. Similiter si esset per se non albus: non posset esse, nec per se, nec per accidens albus: sic in propositio: idem. n. & aliud absolutè accipiendo sunt bene opposita circa omne ens: sed non cum ly per se, nec cum ly formaliter. Et sic cum infertur. a. aut est per se res eadē cum essentia: aut est per se res non eadem, siue per se res alia ab essentia: dico, quòd, nec hoc, nec illud pp rōnē supradictam. Absolutè tamen dico si quæritur a. aut est res eadem cum essentia, aut alia. Dico, quòd eadem. s. realiter, non autem formaliter: & tunc non sequitur vltra si est eadem res cum essentia; quòd sit per se eadem res cum essentia, sed est fallacia consequentis à positione consequentis ad positionem antecedentis. Nam esse idem absolutè est superius ad esse idem per se: ideo non sequitur a. est eadem. res absolutè cum essentia: ergo est eadem res per se.

¶Ibi. Ad secundum: antecedens potest distingui, &c. Cum enim dicit in antecedente. Paternitas, aut est per se res, quæ est essenna: aut est per se res, q nō est essentia? Si accipitur in sensu composito vtraque est falsa: & est sensus: paternitas est per se essentia: paternitas est per se non essentia: & sicut non sequitur: homo, aut est per se albus, aut est per se non albus. vtrunque enim est falsum: quia si esset per se albus, vel primo, vel secundo mō dicendi per se: nunq posset esse nō albus, nec per se, nec p accidens: similiter si esset per se non albus, nunquam posset esse albus: quia quando aliquid cōuenit alicui primo, vel secundo modo: eius oppositum non potest sibi cōpetere, nec per se, nec per accidens. Nec ex hoc negantur ambo contradictoria: quia ista non contradicunt: homo est per se albus. homo est per se non albus; sed bene ista contradicunt: homo est per se albus, homo non est per se albus: quia totum quod affirmatur in prima, negatur in secunda. Sed primo modo in prima affirmatur per se album: in secunda tantum negatur album: & ly per se affirmatur. Exemplum in diuinis est in incomplexis, & in complexis. paternitas aut est per se essentia, aut est per se non essentia. ista non contradicunt; sicut contradicunt paternitas est per se essentia: aut non est per se essentia: & secundum est per se concedendum: quia essentia non conuenit paternitati, nec in primo nec in secundo modo dicendi per se. Exemplum in complexis; paternitas est per se res, quæ est essentia diuina: aut paternitas est per se res, quæ non est essentia diuina. Ista non cōtradicunt: sed bene ista: paternitas est per se res, quæ est essentia diuina: & paternitas non est p se res, quæ est essentia diuina: & secunda est vera: qa essentia diuina non prædicatur per se de paternitate. Similiter in ista disiunctiua complexa: paternitas est per se essentia diuina, aut paternitas non est per se essentia diuina. secundum est uerum: modo præexposito. ¶Ibi. Sed non sequitur vlterius propositum. propter positionē consequentis. Nō enim sequitur. paternitas est idem realiter, vel essentialiter cum essentia diuina: ergo est idem formaliter: vel essentia prædicatur de paternitate per inhærentiam realem: ergo, & per inhærentiam formalem? quia est fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmatiuè.

(margin: Exemplum. / Exemplum. / Quō paternitas est per se essentia diuina.)

¶Ibi. Hæc secunda distinctio non habetur ex vi sermonis. Quia ly: quæ est essentia: possit dicere inhærentiam formalem prædicati ad subiectum, uel idēticam, non est ex vi illius implicationis: quia tantum ex ui sua potest notare inhærentiam identicam præ dicati ad subiectum. i. quòd tantum notat prædicatum esse idē subiecto aliquo modo, vel realiter, vel essentialiter, vel alio modo: sicut dicimus, quòd homo est per se res, quæ est risibilis? Et hoc si accipitur in sensu diuiso: quia sensus est, quòd homo est vna natura per se: quæ natura est risibilis: sic quando accipit hęc in sensu diuiso: paternitas est per se res, quę est essentia: sensus est: quòd paternitas est quædā res per se respectiua, quæ est essentia realiter. Quando vero ly, quę accipiaur in sensu composito: licet ex vi sua non notet inhærentiam formalem prædicati ad subiectum; tamē quia vnitur ly per se ex eadem parte extremi ratione coniuncti potest notare huiusmodi inhærentiam.

¶Secundo principaliter arguitur probādo, quòd vnitas essentiæ non sit in pluribus suppositis: quia si esset in illis esset per proprietates vltimatè constituentes talia supposita, quæ proprietates sunt in essentia diuina: vt j. patebit. d. 5. q. 2 & tunc quęro, aut sunt ibi essentialiter idem, aut accidentaliter, nō datur medium, non primo quia multiplicato illo, qđ est essentialiter idem essentię multiplicatur essentia: non secundo, quia nihil est accidens essentię diuinę.

¶Respondet Doct. quòd si accipiatur accidentaliter pro eo, quod est extra essentiam alicuius: sicut ēt differentia est extra conceptum generis: tunc insunt sibi accidentaliter: non tamen accidentaliter sicut accidens dicitur inesse alicui habenti esse completū: & hoc magis patebit. j. dist. 5. q. 2. Sed dubitatur in hoc, quòd dicit in argumento. s. quòd multiplicato eo, quòd est de essentia alicuius, multiplicatur ipsa essentia: quia sic arguam proprietas est idem realiter essentiæ: ergo ipsa multiplicata realiter, multiplicatur essētia realiter: ergo sicut sunt tres proprietates realiter distinctæ, ita tres erunt essentiæ. Dico breuiter quòd hoc sic debet intelligi, quòd multiplicato illo secundùm quod sunt idem, vel realiter, vel essentialiter multiplicatur essentia: & sic quia personæ sunt præcisè idem ratione essentiæ: ideo non sequitur quòd multiplicatis personis multiplicetur essentia: quia tantum sequitur, quando talis multiplicatio fit præcisè, secundùm illud, secundùm quod sunt idem: & quia secundum essentiam sunt præcisè idem: igitur, &c.

(margin: Dubium. / Responsio.)

¶Tertio principaliter arguitur: nihil est ponendū in entibus: & maximè in summo bono: quę non posito nihil perfectionis deficit in vniuerso: sed aliqua persona diuina non existente, in diuina essentia, nihil perfectionis deesset in vniuerso. ergo, &c. Minor patet. quia secunda persona non posita, nihil perfectionis deficit in vniuerso: patet quia tota perfectio saluatur in prima: ergo secunda persona nō est ponenda: ergo sufficit, quod essentia sit tantum in vno supposito. Nec valet dicere, quòd si secunda persona non esset nō haberet perfectio summa, sub omni modo, quo posset haberi. Quia hoc nihil est: talis enim modus habendi non est perfectio aliqua: quia tunc primæ personæ deficeret aliqua perfectio.

¶Respondet

¶Reſpondet Doct.quòd ſi in maiori,&c.formetur ſic ratio,quodcunque bonum ſi non eſſet, nihil perfectionis deficeret in vniuerſo: neceſſario nō eſt ponendum : ſed ſi ſecunda perſona non eſſet, nihil deficeret in vniuerſo: ergo ſcda pſona nō eſt neceſſario ponenda. Dicit ergo,quòd ſi in maiori intelligatur conditio poſſibilis.maior eſt vera, & minor falſa.Senſus maioris eſt.ſi poſſibile eſſet nō eſſe tale bonum,&c. Conceditur:ſed minor eſt falſa : quia non eſt poſſibile ſecundam perſonam nō eſſe, etiam per quamcunque poſitionem poſſibilem, vt magis patebit.q.2.quolI. Et addit quòd ſi ſecunda perſona deeſſet,ſummum bonum deeſſet: quia ſecunda perſona eſt ſimpliciter ſummum bonum ſicut, & prima: & ideo ſi pater eſſet ſummum bonum eſſet quia eſt ſummum bonum. Si autem ponatur conditio impoſſibilis: maior eſt falſa,& minor uera:patet de maiori,ſcilicet quodcunque bonum , ſi impoſſibile eſſet deeſſe,nihil perfectionis deeſſet vniuerſo : quia tunc illud bonum pertineret ad perfectionem vniuerſi,& mi.vera:quia ſenſus eſt ſi eſſet impoſſibile ſecundam perſonam non eſſe: aliqua perfectio non deeſſet vniuerſo.

Non eſt poſſibile ſecundam perſonam nō eſſe.

¶Quarto,& vltimo arguitur per rationem ducentem ad impoſſibile:quia ſequeretur , quòd una perſona eſſet neceſſe eſſe: quia in ipſa eſſent plures neceſſitates eſſendi:patet quia eſſet neceſſe eſſe per id , in quo conuenit cum alia perſona, ſcilicet per eſſentiā, & per id,quo diſtinguitur ab alia perſona.ſ.p ꝓprietatē : & ſic arguat. ot ſup. argutū eſt de vnitate Dei.

¶Reſpondet Doct. primo quòd illud argumentum. ſupra de vnitate Dei bene concludit : quia ſi ſint duo dij.puta.a.& b.erunt eiuſdem ſpeciei,vt ibi expoſui:& vt etiam arguit Doct. ſi ergo realiter cōueniunt in natura diuina ſpecifica, quæ diuiditur in eis:patet quia ſunt duo dij habentes aliam , & aliam naturam diuinam:ſicut etiam Franc.& Io. qui realiter conueniunt in humanitate habent aliam , & aliā humanitatem:& ſic natura diuiditur non quòd detur natura ſpecifica realiter commonis pluribus , q̄ poſt diuidatur in illis, ſed intelligitur ſic: quia natura Franc. vt prior ſingularitate eſt indifferens ad hāc ſingularitatem,& illam : & idem dico de natura Io. & hoc modo dicitur communis & diuidi : vt prolixe expoſui ſuper ſecundo Doct.d.3.q.1.& ſicut talis natura eſt in potentia ad hæcheitatem , & contrahibilis: ita quòd per illam fit in vltima actualitate : ita quòd non eſt amplius diuiſibilis, id eſt , quòd contracta per hæcheitatem ſic facta eſt propria illi individuo, quòd non eſt amplius contrahibilis: ſic in ꝓpoſito: natura diuina diuiſa in alio,& alio Deo , vt intelligitur prior ſingularitate eſt indifferens ad omnem ſingularitatem,& in potentia ad quamcūque : & per conſequens per hæcheitatem contrahentem fit in vltima actualitate: & ſic vnus Deus realiter cōſtituitur per naturam diuinam contractam : & per hæcheitatem:cum ergo natura diuina in vno Deo dicat totam quiditatem,& eſſentiam, & totam perfectionem quiditatiuam ipſius:ſequitur quòd erit formaliter neceſſe eſſe propria neceſſitate, alia à neceſſitate contrahentis: & ſimiliter hæcheitas cōtrahens,cum ſit vltima actualitas: per quam natura diuina fit in vltima actualitate in iſto Deo erit formaliter neceſſe eſſe,& propria neceſſitate:aliter non eſſet vltima actualitas : & ſic patet quomodo ſi eſſent duo dij quilibet eſſet neceſſe eſſe duplici neceſſitate eſſendi. Sed non eſt ſic de perſona:quia tota neceſſitas eſſendi ipſius eſt ab eſſentia diuina, quæ ex ſe , & ex ſua formali ratione eſt in vltima actualitate,& neceſſitas eſt conditio perfectionis ſimpliciter: vt ſup. patuit.d præſenti.& per conſequens formaliter infinitum eſt formaliter neceſſe eſſe ; proprietas autem perſonalis,cum non ſit perfectio ſimpliciter,vt probat Doct.in quolib.quæſt.prima. & 5. non erit formaliter neceſſe eſſe: ſed eſt neceſſe eſſe tantum identificè,quia realiter identificatur eſſentiæ diuinæ : & ſic perſona cōſtituta per eſſentiam, & proprietatem non eſſet neceſſe eſſe duplici neceſſitate , ſed tantum neceſſitate diuinæ eſſentiæ,Si dicatur ipſi.a.inquantum.a.aut repugnat poſſe deficere aut non. Si primo ergo.a.inquantum.a. eſt neceſſe eſſe, &c. Dico breuiter , quòd ſi. a. per impoſſibile diſtingueretur realiter ab eſſentia , quòd poſſet deficere : ſed hoc eſt ſimpliciter impoſſibile, ſcilicet quòd realiter poſſit diſtingui.

Quæ natura humana dicitur cōmunis & dicitur diuidi.

Tota neceſſitas i eſſendi perſona ab eſſentia diuina.

Proprietas perſonalis nō eſt neceſſitas ſimpliciter.

Diſtinctio tertia.

Circa primam partem tertiæ diſtinctionis. In qua magiſter agit de cognoſcibilitate Dei.

Quæſtio Prima.

Quæritur vtrum Deus ſit naturaliter cognoſcibilis. Ab intellectu viatoris?

Seraphicus Bonauent. primo ſententia diſtinctio.3.quæſtio 1. Artic.1.
Alexander Alenſis prima parte ſummæ. quæſtio. 2. membro 1. Artic.1.
D Thomas prima parte ſummæ q 12 Artic.12.
Ricardus primo ſent. diſt.3 q.1 Artic.1.
Durandus primo ſent.diſt.3.q 1.
Franciſcus de Mayrones primo ſententia. diſtinctio.3 quæſtio. 1
Ioannes Bacconitanus primo ſenten.diſt.3.q.1.



Væritit Doct.in hac.q. an Deus ſit naturaliter cognoſcibilis ab intellectu viatoris . Et primo declarat titulum.q. Secundo adducit quandam opinio. Tertio reſpondet ad quæſit.

¶Ibi in prima. q. non eſt diſtinguendum (ſicut.S.Thom. diſtinguit in prima parte . ſum.q.12.art.12.) quòd Deus poſſit cognoſci negatiuè, non affirmatiuè, id eſt , quòd Deus tantum cognoſcatur per negationem:puta remouendo incōpoſſibilia. Sicut ſi diceremos : Deus non eſt corporeus:& huiuſmodi:& non affirmatiuè: puta cognoſcendo aliquid de Deo,affirmando illud, ſiuè attribuendo:vt quòd Deus ſit infinitum ens,vel ſummū bonum:& dicit Doct. quòd eſt quodammodo implicatio,quòd cognoſcatur negatiuè,& non affirmatiuè:quòd probat auc.& ratione. Auctoritate patet primo:ſecundo per Hier.in fine negatio non cognoſcitur niſi per affirmationem:hoc etiam expreſsè patet.4.meta.t.c.2.& clarius.t.c.16. vbi expreſsè habetur, quòd nūquàm negatio cognoſcitur,niſi per affirmationem:& maximè hoc eſt verum de negatione, quæ neceſſariò ineſt:aliqua enim negatio neceſſario ineſt:quia eius oppoſitum ſibi repugnat, ut negatio aſini neceſſario ineſt homini , quia affirmatio aſini formaliter repugnat homini:negatio verò albi contingenter ineſt homini, quia album eſſe non repugnat homini. Negatio ergo , quæ neceſſario ineſt cognoſcitur propter aliquam affirmationē, cui formaliter repugnat affirmatio oppoſita negationi: nā affirmatio aſini repugnat homini propter aliquam affirmationem,ſiuè entitatem poſitiuam in homine ſcilicet propter rationalitatem. Et ſic in propoſito : ſi co-

D.Thom.1. par ſumma. q.3 Arti... dicit q ... tor poteſt co... gnoſcere ... poſitione ... lā Deus eſ... ſed non ... ipſius Dei ... ſe cognoſc... ro contra ... quit Scotu... ſi via ... ſcere ... propoſition... veritatem ... Deū eſſe ... go natura... ter etiā De... eſſe, nam ... cuiuslibet ... poſita que... ſtiones ... minus prae... gnoſcuntur ... in hac prop... ſitióe eſt ... minus e... ergo debet ... cognoſ... eſſe ſub ... quo cōcept... propter ... dum q ... ficatur ... aliquo ... quam de ... bicibo erg...

si cognosco Deum non esse lapidem, quæ negatio inest necessario Deo: cognosco aliquid positiuum, cui formaliter repugnat affirmatio opposita negationi lapidis: puta quia cognosco Deum esse spiritum, cui repugnat omne corpus: ideo statim cognosco ipsum non esse lapidem. An modo non possit cognosci negatio, quæ contingenter inest nisi propter aliquam affirmationem in illo: de hoc aliàs. In proposito enim loquitur de negatione, quæ necessariò inest Deo, cuius opposita affirmatio simpliciter repugnat: vt patet in litera Doctor.

¶ Ibi. Similiter etiam, aut negatio concipitur præcisè: aut, vt dicta de aliquo. Vt cum dicimus Deus est non lapis: si tantum concipitur ista negatio in se, & absolute: puta non lapis: sequitur, quòd per hoc non magis cognoscitur Deus quam chymera: patet quia ita non lapis dicitur de chymera sicut de Deo. Si verò concipitur non lapis, vt dicitur de aliquo: tunc quæro an illud substratum, siuè subiectum, de quo dicitur non lapis: aut est conceptus affirmatiuus, aut negatiuus? Si primo. habetur propositum: quia tunc non tantum concipio non lapidem, sed concipio aliquid affirmando illud esse: vt puta, quòd non tantum concipio non lapidem: sed concipio Deum esse, à quo remouetur lapis, cui attribuo non lapidem: & patet littera.

¶ Ibi. Nec est distinguendum de cognitione: si est: & quia est, &c. Quæstio si est: est quæstio de aliquo conceptu incomplexo, scilicet an Deus sit talis conceptus in se simplex cognoscibilis, cui non repugnat esse, scilicet actualis existentiæ: non enim quæstio si est: propriè quærit: an aliquid actu existat: sed an possit existere: vt patet à Doctor. in quarta distinctione primi, quæstione secunda, aduerte tamẽ quòd si est propriè vt dicit actualem, vel aptitudinalem existentiam: est quid demonstrabile de illo, de quo quæritur: per diffinitionem illius: vt patet à Doctor. in secunda distinctione primi, quæstione tertia. Nam per animal rationale demonstratur, quod existentia non repugnat homini: & ideo quæstio si est, de qua Ari. primo posteriorum non propriè quærit actualem, vel aptitudinalem existentiam, cum illa sit demonstrabilis: vt patet à Doctor. in secunda distinctione primi, quæstione tertia, & etiam patere potest ex dictis eius. in primo. distinctione tertia, quæstione quinta, contra Hen. & distinctione trigesimasexta. Nam per diffinitionem demonstratur existentia de re, cuius est: & quæstio si est: præsupponitur in omni demonstratione: de subiecto enim præsupponitur si est: vt patet primo posteriorum. Nota tamen, quod si est: contingit à nobis sciri dupliciter. Vno modo simpliciter, quando, scilicet cognoscitur si est demonstratiuè, & per propriam causam eius: quæ dicitur quod quid est subiecti: per quod demonstratur: ipsum si est de suo subiecto. Et sic nullo modo præcognoscitur si est ante demonstrationem, vel diffinitionem: immo quidquid est præcognoscitur ipsi si est: sicut causa præcognoscitur suo effectu: alio modo potest sciri si est: secundùm quid, & imperfectè: non quidem per demonstrationem, sed per aliqua accidentia: vel per diffinitionem descriptiuam: aut etiam per diffinitionem quid nominis ipsius subiecti: & sic necesse est præcognoscere si est ante quamlibet demonstrationem, vel diffinitionem dicentem quid rei. Quæstio vero quia est: quærit veritatem propositionis: vt patet primo posteriorum. Et est sensus, an ista propositio sit vera Deus est cognoscibilis à nobis, scilicet, an Deum esse sit verum cognoscibile à nobis. Sed certum est quod veritas propositionis præsupponit cognitionem extremorum: oportet ergo prius habere conceptum simplicem illius subiecti: de quo quæro esse.

¶ Ibi. Nec oportet distinguere de si est, vt est quæstio de veritate propositionis. Et quod dicit hoc Doctor, quod non oportet distinguere de si est, &c. quia in re est idem cum illa quæstione quia est: quia quæstio quia est: propriè quærit veritatem propositionis: vt patet primo posteriorum. Posito ergo: quod sit quæstio de veritate propositionis: vbi quæritur esse de conceptu Dei. adhùc oportet præconcipere terminos illius quæstionis, quia cognitio propositionis præsupponit cognitionem terminorum: & sic quæritur de conceptu simplici illius subiecti, scilicet Dei si est possibilis naturaliter, id est possibile naturaliter, siuè via naturali habere conceptum simplicem Dei. Sequitur: nec valet distinguere de conceptu naturali, & supernaturali; quia quæritur de naturali. Non enim quæritur an via naturali, vel supernaturali possit haberi aliquis conceptus simplex de Deo. sed quæritur de naturali, id est, q̃ritur an via naturali possit haberi aliquis talis conceptus. Sequitur: nec valet distinguere de naturali absolute. quia quæritur de naturali tantum pro statu isto, scilicet an pro statu isto via naturali, id est, ex solis causis naturalibus possit haberi aliquis conceptus simplex de ipso Deo.

¶ Ibi. Nec valet distinguere de cognitione Dei in creatura vel in se. Et arguit sic Docto. quia si cognosco Deum per creaturam: puta per aliquẽ effectum: certum est, quod illa cognitio terminatur ad obiectum cognitum: aut ergo ad Deum in se? & tunc habetur propositum: quia illum conceptum Dei in se quærimus. Si vero non terminatur ad Deum in se sed ad creaturam: tunc idem erit terminus & principium discursus: & ita nulla notitia habetur de Deo.

¶ Et nota, quòd quando dicimus, quod aliquid cognoscitur per aliud multum differt ab illo, quo dicimus, quod aliquid cognoscitur in alio: ut patet à Doctor. quæstione decimaquinta, quolib. Nam cum cognoscimus. b. per a. tunc cognitio ipsius. b. terminatur ad ipsum. b. in se. Sicut per principia cognita cognosco conclusionem in se: & sic quando per creaturam cognosco Deum. sensus est; quod per creaturam cognitam, tanquàm per medium cognitum, cognosco ipsum Deum: ita quod talis cognitio terminatur ad Deum in se: non sic est, quando cognoscimus. a. in b. & de hoc vide Sco. loco præallegato.

¶ Ibi. Est igitur mens. quæstionis i sta. vtrum aliquem conceptum simplicem possit intellectus viatoris naturaliter habere: in quo conceptu simplici concipiatur Deus, id est, an possimus via naturali cognoscere aliquod obiectum simplex de Deo, sub quo cognoscatur Deus a nobis, id est, an possimus habere cognitionem alicuius conceptus simplicis: quem nominamus Deum: vel quem attribuamus alicui enti quod nominamus Deum, per quem aliquo modo dicatur Deus à nobis cognoscibilis. Et hic titulus. q. & mens istius. q. respondendo ad illam diffusè declarabitur.

¶ Ibi. Ad hoc dicit quidam Docto. Hæc est opi. Hen. in summa. articul. 22. quæstione prima secunda, & tertia, & quod dicit ibi. Sed in vniuersali qđ sibi analogicè commune est & creaturæ: tamen quasi vnum à nobis concipitur propter proximitatem conceptuum, licet sint diuersi conceptus. Et not. secundùm istum Doctor. quod conceptus analogicus

Caietanus tentat saluare D.Th. ab hac instantia & dicit q responsio D.Tho. est optima quoniam esse ẽ prædicatum primi modi quidditatiui & essentialis, quod est falsum de alijs rebus quæ habeant esse per participationẽ, exinde nascitur quòd esse in se, & absolute est proprius terminus quæstionis quid est, et est terminus an ẽ secundũ q.d., idest vt fundat veritatem propositionis, & sic videtur q. opinio D. Thomæ sit bona Caietanus. n. nõ saluat D. Th. quoniã esse capitur duobus modis, vno modo quatenus differt ab essentia, non nisi vt concretum, & abstractum, & esse sic cõceptum non est ad propositum. Secũdo modo capitur esse vt dicit existẽtiã quia D. Th. quãdo inquirit an Deus sit, loquitur de esse vt dicit existentiam & patet q. a dicit quod quærimus q effectus primum esse ẽ prædicatum quidditatiuũ primo modo Caietanus credidit q esse vt dicit existẽtiã esset prædicatum immediatum quidditatiuũ, de claro homo est substantia est corpus, est corpus animatum, hæc oia sunt prædicata quidditatiua, sed non immediata vt homo est animal rationale, hoc est prædicatum quidditatiuũ immediatũ sit hæc essentia est prædicatũ quidditatiuum, sed non immediatum. esse vt dicit essentiã est prædicatum quidditatiuum immediatum, modo cognosco Deum quod sit, ergo ex quo ad aliquem conceptum prædicatum quia ab illis rebus distinguitur.

cus dictus de Deo, & creatura non dicit in se vnum conceptum communē Deo, & creaturæ: licet per prius de Deo quàm de creatura: sed dicit tantum duos conceptus immediatè, vnum de Deo, & alium de creatura: sed cóceptus Dei est perfectior & propter approximationem horum conceptuum, quasi vnum conceptum communem Deo, & creaturæ concipimus: tamen in re nulles est cõmunis.i.quòd quia vterque conceptus conuenit in hoc nomine ens. Conceptus Dei, & conceptus creaturæ: & hoc modo dicitur proximè. videntur esse vnus.i.tamen videntur cõuenire in vno conceptu communi Deo & creaturæ: cum tamen conueniant in solo nomine.s.entis: quod nomen est æquiuocum analogicū: quia prius conuenit conceptui Dei: & posterius cõceptui creaturæ.

¶ Ibi. In particulari nõ cognoscitur ex creaturis. Dicit Hen. quòd Deus nõ cognoscit in particulari: puta in se, vel sub propria ratione formali, & quidditatiua: quia creatura est peregrina similitudo eius.

¶ Ibi. Itē in vniuersali tripliciter cognoscitur: generalissimè: generalius: & generaliter. Sententia huius litteræ est: videlicet quòd primus gradus generalissimè cognitionis est cognoscere indiuiduum vagum vt hoc ens, non determinando quod ens: puta an homo: an asinus: & huiusmodi: sed tantum sic vage cognoscendo: & tunc est pars conceptus ipsius entis: quia concipiendo minus commune, quasi concipio partem illius conceptus communis: sicut si concipio indiuiduum vagum hominis concipio partem conceptus hominis. In secundo gradu est cõcipere ens in se: & ens in se conceptum non est pars conceptus, modo præexposito: & vt sic est conceptus analogicus eo modo quo prius declaraui secundùm intentionem Hen. quia non in se communis: sed videtur vnus propter approximitatem &c. Et talis conceptus entis: qui videtur vnus, & dicitur de Deo, vel conuenit Deo, mō prædicto: aut concipit vt est ens indeterminatū negatiue.i. nullo mō aptum natum determinari: siue contrahi: siue plurificari: & tunc concipitur, vt ens in se existens, & singularissimum, & formaliter infinitū. Nam, vt sic repugnat sibi à quocūque posse determinari. Conceptus verò entis, qui dicitur de creatura, cum sit communis ipsis, & prædicabilis de illis, vt vniuersale de inferioribus: & indeterminatus priuatiuè tantum: quia contrahibilis, & determinabilis ad creaturas: sicut animal determinatur ad species per differentias suas.

¶ Ibi. Post istos tres gradus cócipiendi generalissimè concipitur Deus generalius. Dicit Hen. quòd Deus dicitur generalius cognosci vt cum cognoscimus aliquod attributum: & hoc cum summa præeminentia: vt cognoscendo sūmū bonū sūmū verū: & huiusmodi. Generaliter verò dicitur cognosci qñ non tantum cognoscimus attributa in summo: sed cū cognoscimus illud, vt penitus idem illi cum sit. No. quòd attributa possunt dupliciter concipi: vel vt talia simpliciter: puta bonitas, sapientia, & huiusmodi, & sic in tali attributo adhuc cognoscitur generalissimè: & sic posset distingui, vt prius: quia bonitas dicit vnum cóceptum analogicum dictum de bonitate Dei, & creaturæ: & hoc modo prius posito, s. quòd talis conceptus videtur vnus propter approximationem &c. Et tunc habebit tres gradus secundùm quòd prius exposui: primus gradus, vt hoc bonum vage: secundus bonum in se: tertius vt bonū indeterminatum negatiuè: idem dico de aliis attributis: secūdo modo accipit attributū nō simpliciter, sed cum summitate: vt summum bonum: summus sapiens: & huiusmodi: & hoc modo cognoscit Deus generalius. Si verò cognoscant ista attributa non tm̄ in se, & in summo: sed inquantum sunt simpliciter idem primo attributo, s. ipsi esse simplicissimo Dei: tunc Deus cognoscitur generaliter.

QVO ad secundam q. Nunc respondet Hen. ad secundam q. principalem præsens d. quæ talis est. An Deus sit primum cognitum a nobis naturaliter pro statu isto. Respondet distinguendo de modo cōcipiendi naturaliter, & rationaliter. Concipere naturaliter, vt ad præsens spectat est cócipere secundùm cursum naturæ: sicut dicimus aliquid esse nobis notum, & naturæ. Rationaliter verò concipere, vt ad præsens loquimur est per discursum: & talis præsupponit cognitionem propositionum. Et dicit Hen. quòd loquendo de modo concipiendi naturaliter Deus est primum obiectum intelligibile à nobis ex creaturis: quia naturalis cognitio procedit ab indeterminato ad determinatum: & loquitur hic de primitate originis. Si ergo naturaliter cognitio procedit ab indeterminato ad determinatum: sequitur, quòd Deus erit simpliciter primo cognitum cū sit simpliciter indeterminatum: quia indeterminatum negatiuè, vt supra patuit. Ens verò, & passiones entis sunt indeterminatæ priuatiuè tantum.

¶ Ibi. Rationaliter autē est Deus posterius creatura obiectum cognitum secundum tres gradus. Primo generalissime, & hoc secūdùm tres gradus: quia primo concipit hoc bonum supple vt est indiuiduū vagum: deinde bonum vniuersale, vt est bonum in se: siue, quod est indeterminatum priuatiuè: deinde bonum prima abstractione abstractum: quod est indeterminatum negatiue &c.

¶ Ibi. Exponitur primū membrum, s. naturaliter: quo modo est sic cognitum primo: quia Deus, vt sic primum cognitum non distinguitur ab aliis propter simplicitatem: quia nihil est extra ipsum sed omnia in ipso simplicissimo. Sequitur. Et quia non est primum cognitum, nisi tantum quo ad primos duos gradus generalissime concipiendi: quorū neuter pertingit ad aliquam rationem determinantem illud attributum Deo, s. summam simplicitatem: & sic patet positio Hen. quo ad secundam q. de primo cognito, quæ etiam improbatur diffuse ab Ocham. d.3 q.1.& 2. primi.

RESPONDEO aliter ad primā q. Hic Doc. intendit probare, quòd via naturali pōt haberi aliquis conceptus, in quo per se, & quidditatiue concipiatur Deus. Hæc conclusio pōt habere triplicem sensum. Primus est, quòd Deus pōt naturaliter cognosci sub conceptu proprio, & quidditatiuo: & hic sensus non est verus apud Doc. vt inf. patebit. & supra patet. q.1. & pe. prolo. & prolixius in q. 14. quol. Secundus sensus est, quòd potest concipi Deus sub aliquo conceptu quidditatiuo: puta cognoscendo Deum, quòd est ens quidditatiue: & hic sensus pōt distingui: vel quòd cognoscatur conceptus entis de ipso Deo affirmando conceptum entis de Deo in se: ita quòd via naturali cognoscens hanc propositionem. Deus est ens quidditatiue: distinctè cognoscat terminos: vel cum dico Deus est ens quidditatiue: via naturali tantum cognoscatur confuse, quòd est aliquid, quod nominamus Deum, quod est ens quidditatiue. Hic secundus sensus est verus, sed primus est manifeste falsus: quia via naturali non possumus distinctè cognoscere hanc propositionem. Deus est ens quidditatiue: nisi distinctè cognoscamus terminos: modo Deus in se nō potest distinctè cognosci. Tertius sensus est, quòd via naturali potest cognosci Deus sub aliquo conceptu quidditatiuo: non tantum sic in cōi: sed etiam in indiuiduo vago: vt puta concludendo via naturali, quòd est aliquod perfectissimum ens quidditatiue: & hic sensus est verus: & cognitio talis entis isto modo

Deus possit cognosci sub conceptu proprio, & quidditatiuo.

modo, & modo præcedenti præsupponitur cognitioni attributorum de ipso. Non enim possum cognoscere bonum inesse alicui, nisi aliqualiter præcognoscam ipsum in suo esse quiditatiuo,& essentiali: nec possum cognoscere albedinem in esse substantiæ:nisi præcognoscam substantiam,saltem confusè in esse quiditatiuo:vt puta,quòd est aliquod ens qui ditatiuè per se existens, cui attribuo albedinem : & sic debet hic intelligi Doct.

¶ Ibi. Secundo dico. Hic Doctor.intendit probare , quòd ipse Deus possit naturaliter intelligi in aliquo conceptu quiditatiuo verè vniuoco sibi , & creaturæ:& non tantum analogico:accipiendo analogicum vt supra exposui secundum intentionem Henri. Non enim Doctor.negat:quin cum vniuocatione stet analogia : accipiendo analogum prout dicit conceptum communem: qui per prius conuenit vni,& per posterius alteri:sicut etiam conceptus entis est conceptus vniuocus,& analogus , communis Deo , & creaturæ : licet per prius , id est, perfectius conueniat Deo,& per posterius creaturæ. Et quod hoc intendat Doctor.patebit infra distinctione 8.quæstione secunda. Sed conceptus analogicus secundum Henr. (vt supra dixi)non est unus cōceptus communis Deo , & creaturæ : sed sunt duo conceptus:qui tamen videntur vnus propter approximationem.

Analogum mediat inter vniuocū & æquiuocū 4 met. contex. secūdo, & ideo secūdum Scotum , hic nō datur purū analogum , eò omne tale stat cum vniuoco.

¶ Ibi. Et ne fiat contentio, &c. Hoc dicit propter æquiuocum,quod æquè præ importat plura significata:& tantum nomē est commune illis: ideo de eodem nomine verificantur ista. canis currit , & canis non currit:& talis affirmatio, & negatio non sufficil ad contradictionem:quia æquè primo affirmatio verificatur de cane latrabili : & æquè primo negatio verificatur de sydere cœlesti:vel de pisce marino. Sed quando vltra nomen est conceptus communis,alius a conceptibus inferiorum esse, & non esse respectu illius conceptus æquè primo importati,siue significati contradicunt:& sic intenditur probare de conceptu entis, quòd non tantum nomen sit commune Deo,& creaturæ:sed etiam conceptus significatus. Cum ergo ens dicat vnum conceptum in se potest esse medium demonstratiuum in syllogismo sine fallacia æquiuocationis: quæ fit quando medium in vna præmissa accipitur pro vno significato:& in alia pro alio sicut hic. Omne ens est bonum. Animal est ens. ergo animal est bonum,id est, in vtraque præmissa accipitur idem significatum entis.

Fallacia æquiuocationis tunc cōmittitur,qn̄ medium in vna præmissa accipitū pro vno significato, & in alia pro alio. Achiles Scotistarum.

¶ Ibi. Et vniuocationem sic intellectam probo tripliciter. Primo sic.Omnis intellectus certus de vno conceptu,&c. In ista ratione tam singulari Doctor. supponit vnum , videlicet quòd ens dicatur in quid de Deo , & decem prædicamentis : vt communiter omnes concedunt:quia si quæratur quid est substantia?rectè respondetur , quòd est ens: & si quæratur , quid est Deus?rectè respondetur,quod est ens. Sed tenentes contrariam opi.de vniuocatione entis dicerent , quòd substantia non est ens quiditatiuè : vt ly ens dicit conceptum alium à conceptu substantiæ , & a conceptu Dei: sed quod substantia est ens quiditatiue,quod est substantia:ita quod quādo quęrimr quid est substantia: & respondetur, quòd est ens : ly ens non dicit alium conceptum à conceptu substantiæ : sed penitus eundem : & sensus est, substantia est ens,& cum quæritur quod ens ? dicerent qd est ens, quod est substantia:& sic de omnibus alijs. Hoc supposito,quòd ens dicatur in quid modo præ exposito.nunc probat Doct. quod ens dictum in quid verè dicat conceptum alium à conceptu substantiæ,& à conceptu Dei : & ex hoc soluuntur multæ instantiæ factæ contra hanc rationem,quæ diffusius patebunt.j.dist.8.

An ens dicatur vniuoce de Deo,& de decem prædicamētis.

¶Secundo no.propter rationem Doct. quòd qn̄ antiqui disputabant de primo principio . Aliqui dicebant , quòd ignis est primum principium. Alij vero dicebant,quòd aqua:qui dicebāt, quòd primū principium erat ignis:dubitando an illud principiū esset creatum,vel increatum:certi erant,quòd creatum erat ens quiditatiuè : & similiter increatum : & sic intellectus eorum erat certus de conceptu entis: & dubius de duobus:puta an illud principium esset creatum,vel increatum : ista certitudo non erat penes nomen tantum : sed penes conceptum: sicut , & dubietas nō erat penès nomina, sed penès cōceptus : non enim disputabant de nominibus tātum : sed de conceptibus:quia non est verisimile , quòd tantum de nominibus disputassent. Si ergo intellectus eorū fuit certus de conceptu entis.videlicet quòd primū principium erat ens,& dubius de duobus conceptibus, scilicet an esset ens creatum , vel increatum : sequitur quòd ens commune creato,& increato verè dicat alium conceptum à cōceptu creato,& increato. Probo quia si creatum non dicat alium conceptum à conceptu entis.ergo idem intellectus de eodem conceptu erit dubius,& certus:quod est impossibile: patet quia certus est quòd primum principiū est ens:& dubius est,an sit ens creatum: & per consequens si ens creatum dicat eundem conceptum intellectus erit dubius, & certus de eodem conceptu. Si dicatur quòd(quando dicitur quod est certus, ꝙ primum principium est ens : & quod est dubius an sit ens creatum)est certus de conceptu entis nō alio à conceptu primi principij:sed certus, quod primū principium est ens quod est primum principium : & est dubius an sit ens creatum, vel increatum. sic,ꝙ non est dubius de eodem conceptu, sed de alio:& sic erit certus de vno,& dubius de alio, & ille certus nō erit cōis.Sed certe hoc nihil est:qa si intellectus est certus, quòd primum principium est ens : & similiter est certus , quòd creatum est ens, & increatum est ens. Quæro nūc a te : an cōceptus primi principij sit idem conceptus simpliciter, quod conceptus entis creatī,vel increati ? si sic ? ergo certus , & dubius de eodem conceptu ? si non ? hoc non videtur:quia primum principium aut est ens creatum,aut increatum.ergo oportet dicere,quod si intellectus est certus : quod primum principium est ens: & creatum est ens:& similiter increatum : & dubius an primū principium sit creatum , vel increatum:talis intellectus habebit conceptum entis simpliciter alium à conceptibus entis creati, & increati:& sic patet ratio Doct.contra quam nulla valet instantia.

Opinio veterum philosophorū de primo principio.

Hoc hētur primo phys. contex. 41.

Veteris philosophi non tantum de nomine entis sed etiā de conceptu entis disputabant.

¶Ibi. Confirmatur etiam ratio. Ista confirmatio multum valet pro vniuocatione entis: quæ duo supponit. Primo,quod quando aliquis videt disputare duos philosophos : puta.a. & b. an ignis sit substantia,vel accidens:certus est, quod substantia sit ens & similiter accidens,& ꝙ sint ens quiditatiuè. Secūdo, ꝙ quando habet certitudinem , ꝙ substantia sit ens , & similiter accidens non habeat tantum certitudinē de nomine entis:sed habeat certitudinem de conceptu entis:ita ꝙ qn̄ est certus,ꝙ substātia est ens sit certus de aliquo conceptu, & non de nomine tantum : & similiter qn̄ est certus,ꝙ accidens est ens. Istis præsuppositis patet confirmatio,ꝙ si.c.videat disputare. a.& b an ignis sit substantia, vel accidens habet conceptum certum,ꝙ substantia & accidens sunt ens q̇ditatiue:& similiter certus est,quod ignis est ens q̇ditatiue:sed dubitat an ipse ignis sit substantia , uel accidens.sequitur ergo quod.c habebit conceptum certum alium à conceptibus dubijs: vt patet.

Cōfirmatio pro vniuocatione entis.

Solutio.

¶ Si dicatur, quòd eſt certus, quod ſubſtantia eſt ens quod eſt ſubſtantia: & quòd ſimiliter eſt certus, quòd accidens eſt ens, quod eſt accidens: & ſic habet duos conceptus certos: vnum de ente, quod eſt ſubſtantia, & aliud de ente, quod eſt accidens: & tamen dubitat: an ignis ſit ens, quod eſt ſubſtantia: vel ens, quòd eſt accidens: & ſic non ſequitur, quod habeat conceptum entis communem ſubſtantiæ, & accidenti alium à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis.

¶ Dico, quòd ſolutio huius inſtantiæ patet ſupra. & dico breuiter, quòd inſtantia nulla eſt: quia cum ſim certus, quod ignis ſit ens quiditatiuè & dubius an ſit ens, quod eſt ſubſtantia, vel ens, quod eſt accidens: & certus ſum, quòd ſubſtantia eſt ens, & quòd accidens eſt ens. ſequitur, quòd ſi conceptus, de quo ſum certus, non ſit aliud à conceptu ſubſtantiæ, vel à conceptu accidentis: tunc idem intellectus ſimul erit certus, & dubius de eodem conceptu: patet quia certus ſum, quòd ſubſtantia eſt ens: & quòd tantum eſt ens, quod eſt ſubſtantia. Et ſimiliter dico de accidente: & certus ſum, quod ignis eſt ens, & dubius ſum, an ſit ens, quod eſt ſubſtantia: vel ens, quod eſt accidens, & ſic applica vt prius. Et addit Doctor. ad oſtendendum, quod conceptus entis, de quo eſt certus ſit alius à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis: quia ſi in intellectu.c. deſtrueretur conceptus accidentis: vt puta: quia concluſum eſſet per ſyllogiſmum demonſtratiuum, quòd ignis eſſet ſubſtantia, & non accidens: adhuc conceptus entis dictus de accidente remaneret in eodem intellectu: ergo ſequitur, quòd conceptus entis, de quo eſt certus ſit alius à conceptu accidentis, de quo erat dubius. Ibi. Quia ſi non cures. Iſta litera clara eſt, & magis patebit. infra diſtinctione octaua.

Quòd ens dicat cōceptū vniuocū cū Deo, & creatura.

¶ Ibi. Secundo principaliter arguo ſic. Hic doctor. probat quòd ens dicat conceptum vniuocum Deo, & creaturæ alium a conceptu Dei, & creaturæ, & hoc probat per argumentum deducens ad impoſſibile: quia ſi ens non diceretur de Deo, & creatura quiditatiuè, & vniuocè: via naturali nullus conceptus realis poſſet haberi de Deo: & ſic Deus naturaliter non poſſet à nobis cognoſci: ſaltem quantum ad aliquem conceptum realem, dictum de Deo: quod eſt inconueniens & impoſſibile. Vt clarius intelligatur iſta ratio ſuppono aliqua. primo quòd cauſans cognitionem alicuius in ratione obiecti intelligibilis, continet, vel eſſentialiter, vel virtualiter entitatem illius, cuius cognitionem cauſat: dicimus enim, quòd homo cauſat notitiam animalis in me: quia continet ipſum animal eſſentialiter, & quiditatiuè: & cauſat cognitionem riſibilitatis in me: quia continet ipſam virtualiter: non poteſt autem cauſare cognitionem, puta aſini: quia aſinus ſecundùm ſuam entitatem, nec eſſentialiter, nec virtualiter continetur in homine: vt patet. Secundo ſuppono, quòd nulla creatura nec virtualiter, nec eſſentialiter continet entitatem deitatis vt patet: deitas enim non eſt de eſſentia creaturæ, nec virtualiter, vel eminenter continetur in ea: quia hoc eſſet imperfectionis: & ſic ſequitur, quòd nulla creatura, nec partialiter, nec totaliter poteſt cauſare cognitionem Dei in ſe: & hoc in ratione obiecti intelligibilis quod dico propter intellectum: quia & ſi intellectus poſſit partialiter concurrere ad cognitionem cuiuſcunque obiecti in ratione potentiæ intellectiuæ: nullum tamen obiectum in ratione obiecti poteſt cauſare nec partialiter, nec totaliter cognitionem alterius obiecti: niſi tale obiectum virtualiter, vel eſſentialiter, vel eminenter continεatur in illo: & de hoc vide ſingularem gloſam quam feci. ſupra quæſt. 10. diſtinctio. 3. ſecundi Doctoris.

Deitas non eſt de eſſentia creaturæ

¶ Tertio præſuppono, quod pro ſtatu iſto nihil poteſt mouere intellectum noſtrum, cauſando in illo aliquam cognitionem, niſi tantum quiditas rei ſenſibilis vt infra patebit: ita quod nulla ſubſtantia poteſt immediatè cauſare in intellectu noſtro ſpeciem intelligibilem ſui, vel actum intelligendi vt infra patebit præſenti. d. Solum ergo obiectum ſenſibile (& loquor de ſenſibili per ſe: non de ſenſibili per accidens cuiuſmodi eſt ſubſtantia) pro ſtatu iſto poteſt mouere intellectum noſtrum ad ſui cognitionem, & contentorum in eo virtualiter, vel eſſentialiter: & ſic ſenſibilia in ratione obiecti poſſunt in intellectu noſtro cauſare cognitionem ſuperiorum. Exemplum. Viſa albedine à potentia viſiua exteriori cauſatur phantaſma albedinis in virtute phantaſtica: quod phantaſma, eſt quædam ſimilitudo repræſentans albedinem cum conditionibus materialibus, ut materialibus, vt hanc albedinem, vt hic & nunc: & vt in tali, vel tali ſubiecto, & vt huiuſmodi. phantaſma vero albedinis relucens in phātaſia eſt cauſa partialis cauſandi ſpeciem intelligibilem albedinis in intellectu poſſibili, & alia cauſa partialis, & principalis eſt intellectus agens: & hoc patebit. infra præſenti. diſtinct. quæſt. penult. quæ ſpecies intelligibilis primo repræſentat indiuiduum vagum albedinis. ſecundo ipſum naturam albedinis in ſe. & tertio hanc albedinem ſignatam. vt patet à Doctor. Illa ergo ſpecies intelligibilis albedinis eſt cauſa partialis cognitionis albedinis, vt expreſſè patet à Doctor. in quoli. & alia cauſa eſt intellectus, non diſtinguendo modo de intellectu agente, & poſſibili, de quo patebit quæſt. 15. quolib. & ſic illa ſpecies intelligibilis, vt partialis cauſa poteſt cauſare cognitionem omnium ſuperiorum: puta coloris, qualitatis, & entis, quæ eſſentialiter continentur in albedine: poteſt etiam cauſare cognitionem omnium paſſionum virtualiter contentarum in albedine: puta diſgregationis, & omnium paſſionum entis, &c. Et hoc dico ſuſtinendo, quod ſuperiora non habeant proprias ſpecies intelligibiles: quia tunc ſpecies intelligibilis qualitatis eſſet partialis cauſa cognitionis illius: vtraque tamen via eſt ſuſtentabilis, vt patebit. infra. Et ſi ponantur ſingulæ ſpecies intelligibiles ſuperiorum. Tunc dico, quod phantaſma relucens in phantaſia partialiter primo cauſat ſpeciem intelligibilem albedinis: & deinde ſpeciem intelligibilem coloris: & ſic aſcendendo. Dico ergo, quod naturaliter ſolum illa intelliguntur ab intellectu noſtro pro ſtatu iſto. vel quæ ſunt in ſe ſenſibilia: vel quæ virtualiter, vel eſſentialiter continentur in illis: & ſic per albedinem poſſum cognoſcere ens in communi: & cognito ente in communi poſſum illud applicare alteri: vt puta ſubſtantiæ intelligendo, quod aliqua ſubſtantia ſit ens quiditatiuè: licet illam non cognoſcam in ſe, vt clarius patebit. infra. Si ergo ens non prædicaretur vniuocè de ipſo Deo, & creatura non poſſet haberi naturaliter aliquis conceptus realis de Deo patet. Nam albedo non poteſt immediatè cauſare cognitionem Dei in ſe: quia deitas nec virtualiter, nec eſſentialiter continetur in albedine. Si ergo virtute albedinis poſſum cognoſcere aliquid de Deo quiditatiuè, illud tale virtualiter, vel eſſentialiter continetur in albedine: pono modo, quod cognoſcam pro ſtatu iſto, quod Deus eſt ens: certum eſt, quod cognitio entis dicti de Deo eſt cauſata ab aliquo ſenſibili, puta ab albedine: quæro tunc cum cognoſco ens dici quiditatiuè de Deo: aut conceptus entis,

Motiuum intellectus nostri pro ſtatu iſto

Quid ſit fantaſma.

Nota & bene.

Vtraque via eſt ſuſtentabilis.

entis, quod est albedo dicitur de Deo? & sic albedo prædicaretur formaliter de Deo, quod est impossibile: aut conceptus entis, qui est alius simpliciter ab albedine dicitur quiditatiuè de Deo? & sic habetur intentum, quòd ens prædicatur vniuocè de Deo, & creatura. Si dicatur, quòd conceptus entis, qui dicitur de Deo non est alius a conceptu Dei, licet sit alius à conceptu albedinis. Hoc nihil est: quia quæro à quo causatur cognitio illius conceptus? certum est, quòd non potest causari ab aliquo sensibili: quia conceptus entis qui est Deus nec virtualiter, nec essentialiter continetur in aliquo sensibili, vt supra dixi. & tamen intellectus noster pro statu isto tantum natus est moueri à sensibilibus, id est, quòd tantum recipit cognitionem causatam à sensibilibus: loquendo semper via naturali: quia supernaturaliter posset immediatè recipere cognitionem insensibilis à Deo. & sic patet ratio Doctorum. Sed quia in illa ratione sunt aliqua dicta, quæ aliqualem important difficultatem: ideo illa declaro, sequendo litteram. Cum dicit ergo nullus conceptus realis. Sic debet intelligi: nulla cognitio alicuius conceptus realis, &c. Sequitur. Sed illa sunt phantasma, vel obiectum relucens in phantasmate. Hoc debet sanè intelligi: quia nec phantasma, nec obiectum relucens in phantasmate mouent immediate intellectum nostrum ad cognitionem alicuius, vt patebit infra præsenti distinctione, quæstione septima. Sed debet sic intelligi, quod phantasma, vel obiectum relucens in phantasmate immediatè mouet intellectum possibilem, causando in eo partialiter speciem intelligibilem talis obiecti, vt vult expresse Doctor. infra præsenti distinctione, quæstione penultima. qua specie intelligibili causata postea causari cognitio obiecti, & contentorum in eo virtualiter, vel essentialiter. Sequitur. Ergo nullus conceptus simplex, id est, ergo nulla cognitio, quæ terminatur ad conceptum simplicem, &c. vel nullus conceptus, id est, obiectum conceptibile fit modo naturaliter in intellectu nostro, id est, præsens intellectui nostro in ratione obiecti, actu intelligibilis, nisi virtute intellectus agentis, & phantasmatis. Sequitur. Sed conceptus, qui non esset vniuocus alicui obiecto, relucenti in phantasmate, id est, conceptus, siue obiectum conceptibile, qui non includeretur essentialiter in aliquo obiecto relucenti in phantasmate, id est, in obiecto, cuius species intelligibilis esset immediatè causata in intellectu possibili virtute intellectus agentis, & phantasmatis. sed ille conceptus esset omnino alius, & prior ad quem iste haberet analogiam, id est, si conceptus, quem habet de Deo non esset inclusus quiditatiuè, & vniuocè in conceptu, puta in albedine conceptibili virtute phantasmatis: sed esset omnino alius: & per consequens non essentialiter inclusus, & prior, scilicet, & natura, & perfectione, ad quem conceptua albedinis tantum haberet analogiam: ita, quòd conceptus Dei, & albedinis non conuenirent in aliquo vno communi, sed præcisè essent duo conceptus: quorum vnus est essentialiter prior, & perfectior, scilicet conceptus Dei, & alius posterior, & imperfectior, scilicet conceptus obiecti relucentia in phantasmate: puta conceptus albedinis: & per consequens: dicitur iste habere analogiam: quia cum dico ens non dico conceptum communem Deo, & creaturæ, sed tantum nomen est commune: prædicatur tamen analogicè: quia per prius de conceptu Dei, & per posterius de conceptu creaturæ: modo talis conceptus Dei non posset fieri virtute intellectus agentis, & phantasmatis: probat hic Doctor, ibi obiectum quodcunque, siue relucens in phantasmate, secundùm opinionem aliquorum, vt infra patebit. quæstione septima, siue in specie intelligibili & hoc secundum intentionem propriam, vt infra patet. quæstione sexta, & septima, tale obiectum cum intellectu agente, vel possibili cooperante, secundùm vltimum suæ virtutis facit in intellectu, scilicet possibili: sicut effectum sibi adæquatum conceptum proprium, id est, notitiam, immediatè terminatam ad ipsum, & notitiam omnium inclusorum in eo, scilicet essentialiter, vel virtualiter, id est, quòd obiectum quodcunque, vt præsens intellectui in ratione obiecti, actu intelligibilis præcisè causat notitiam sui, & omnium essentialiter, vel virtualiter contentorum, & est impossibile causare notitiam alicuius alterius: ideo talis notitia, scilicet obiecti, & inclusorum dicitur effectus adæquatus tali obiecto: vt causæ tamen partiali: & quod dicit virtualiter contentorum debet intelligi quod contineat illud, secundum totam eius entitatem eo modo, quo exposui in secunda distinctione tertia, quæstione 10.

Declaratio secunda rationis de verbo ad verbum.

Not. & bene.

¶ Sensus tamen literæ est cum dicit obiectum relucens in phantasmate, vel specie intelligibili facit, &c. id est, quòd phantasma talis obiecti causat notitiam illius; & omnium contentorum, & hoc secundùm opinionem. Henri. vel scilicet obiectum relucens in specie, &c. id est, species intelligibilis causat (partialiter tamen) notitiam obiecti proprij, cuius est immediatè repræsentatiua, & notitiam omnium contentorum, & hoc secundùm propriam intentionem. Et nota (vt dixi supra, quòd Doctor. accipit conceptum aliquando pro obiecto conceptibili, aliquando pro actu intelligendi, quo concipitur obiectum: aliquando pro obiecto, actu intellecto: in proposito accipit, & pro actu intelligendi, & pro obiecto actu intellecto. In proposito si conceptus Dei, id est, obiectum conceptile non ponitur vniuocus Deo, & obiecto relucenti in phantasmate, vel specie intelligibili, sed tantum analogus modo prædicto non includitur in tali obiecto, nec essentialiter: quia non vniuocus: nec virtualiter: quia perfectius essentialiter non potest contineri in aliquo virtualiter, secundùm totam suam entitatem: & per consequens nullus conceptus; siue nihil poterit cognosci de Deo via naturali: & sic patet ratio.

Sensus literæ.

Conceptus accipitur multipliciter.

¶ Ibi. Et confirmatur ratio. Dicit Doctor. quòd huiusmodi obiectum, puta sensibile: vltra cognitionem sui adæquatam, & vltra cognitionem inclusorum in eo essentialiter, vel virtualiter ex tali obiecto nihil aliud potest cognosci, nisi per discursum. Hic respondet tacitæ obiectioni: quia forte diceretur: licet enim ex obiecto sensibili non possit causari cognitio Dei: quia Deus nec essentialiter, nec virtualiter continetur in tali sensibili: tamen potest cognosci ex obiecto sensibili per discursum. Sed hoc remouet quia discursus præsupponit cognitionem istius simplicis ad quod discurritur: vt patet de omni discursu. Sequentia clara sunt.

¶ Ibi. Tertio sic. Omnis inquisitio metaphysica, &c.

Hæc est tertia ratio Doctor. qua subtiliter probat, quòd ens dicat conceptum vniuocum communem Deo, & creaturæ: & ratio consistit in hoc: quia multa attribuimus Deo, & cognoscimus inesse formaliter Deo: vt puta quòd est summum bonum, summum ens, & huiusmodi: quæ tñ non possent de

Quo ens dicitur analogicè.

Quo ens dicat conceptum vniuocum.

Deo cognosci; nisi illa, vt in se considerata, dicerent conceptum vniuocum commune Deo, & creaturæ. Exemplum. Dicimus enim, quod Deus est formaliter ens, & cognoscimus ens dici perfectissime de Deo. Certum est, quod intellectus noster primo mouetur ab aliquo ente sensibili: & sic cognoscit aliquod ens sensibile in se: deinde abstrahẽdo cognoscit ens in se, ut est superius ad omne sensibile: & sic potest cognoscere ipsum ens, applicãdo illud Deo; quæro tunc si cognosco conceptum entis formaliter dici de Deo: aut ille conceptus est alius à conceptu Dei, & creaturæ: & habetur propositum: aut est idem, quòd conceptus creaturæ? & sic cognosceretur creatura dici de Deo: quod est falsum: aut ille conceptus est idem quod Deus? & tunc talis conceptus non posset cognosci ex creaturis, ut patuit supra. dicit ergo Doctor. quòd omnis inquisitio metaphysica de Deo supponit intellectum habere conceptum eundem vniuocũ, quem accipit ex creaturis. Si enim inquirere volo ex creaturis an Deus sit perfectissimum ens; præsuppono, quòd tam Deus, quàm creatura sit ens quiditatiuè: & qđ conceptus entis sit communis Deo, & creaturæ: aliter nulla esset comparatio in entitate; sic dico de bonitate, & sapientia & huiusmodi.

Cõceptus entis est communis Deo, & creaturis

¶ Ibi. Quia si dicas non: sed alia est formalis ratio eorum quæ conueniunt Deo, id est, quòd bonitas, quæ formaliter prędicatur de Deo non est eiusdem rationis cum bonitate creata: nec istę bonitates conueniunt in bonitate in communi, tanquam in conceptu alio. Contra hanc responsionem arguit Doctor. deducendo ad hoc inconueniens; quod ita posset dici Deus formaliter lapis, sicut dicitur formaliter bonus. Et pro intelligentia litteræ præmitto vnum, scilicet, quòd Doctor. supponit, quòd aliqua, quæ formaliter prædicantur de creatura: prædicentur etiam formaliter de Deo, sicut bonitas formaliter prædicatur de Deo, & etiam de creatura. Et nisi bonitas, quæ formaliter prædicatur de Deo esset eiusdem rationis cum bonitate creata, id est, quòd si bonitas Dei, & bonitas creaturæ non conuenirent in bonitate trãscendenti: tanquam in conceptu vniuoco alio à bonitate creata, & increata, nunquam per creaturam posset haberi cognitio de bonitate, conueniente Deo: patet vt supra in secunda ratione: quia si non diceret alium cõceptum, sed tantum conceptum bonitatis creatæ: tunc tantum cognoscerem Deum sub ratione bonitatis creatæ: quòd est falsum: si etiam tantum esset cõceptus Dei: tunc cognoscendo Deum, sub ratione bonitatis, cognosceretur sub ratione deitatis, vel saltem illa bonitas increata non cognosceretur ex creaturis: cum in nulla contineatur, nec virtualiter, nec essentialiter, Et quia isti dicerent fortè, quòd conceptus bonitatis dictus de Deo est simpliciter alius à conceptu bonitatis dictæ de creatura: & nullo modo conueniũt in conceptu bonitatis in communi, alio ab illis: sed conceptus bonitatis creaturæ habet attributionem ad conceptum bonitatis in Deo, tanquam imperfectum ad perfectum. Docto. contra hoc arguit: quia tunc per creaturam nihil cognosceretur formaliter dictum de Deo: patet quia cognitio bonitatis Dei non potest causari à creatura, cum non includat illam nec virtualiter, nec essentialiter, ut dixi. Et sic ita cognosceretur formaliter lapis dictus de Deo sicut bonitas, & sapientia: patet quia conceptus lapidis in se habet attributionem ad ydeam lapidis in mente diuina. Si ergo cognosco bonitatem dictam formaliter de Deo per bonitatem creatam: quia bonitas creata habet attributionem ad illam: ergo similiter lapis potest cognosci, vt dictus formaliter de Deo, quia habet attributionem ad seipsum, ut est ydea in mente diuina; & sic Deus ita formaliter diceretur lapis sicut formaliter dicitur bonus, uel sapiens. Si ergo cognosco de Deo formaliter, vel conceptum entis, vel boni, & huiusmodi: & hoc per creaturam: ille conceptus communis, quem postea attribuo Deo continetur in creatura sensibili: essentialiter, & erit alius à conceptu Dei in se, & a conceptu creaturæ in se; ut supra ostendi: alioquin ex creatura nihil simpliciter cognosceretur de Deo naturaliter: quòd est falsum: & sic patent istæ tres rationes multum euidentes.

Quõ bonitas Dei, & creatura cõueniant.

¶ Ibi. Tertio dico. Hic Doct. dicit, quòd Deus nõ potest in particulari, hoc est sub ratione propria cognosci naturaliter à creatura: quia cognoscere ipsũ in particulari est cognoscere Deũ sub rõne deitatis: & hæc conclusio probata est superius. q. 1. prolo. & q. 14. quolib. Licet etiam hic parum infra assignet vnam rationem. Sed primo ostendit, quomodo ratio ab Hen. facta non concludit propositum: dicit enim Hen. quòd non potest cognosci Deus in particulari per creaturam: quia quod cognoscitur in particulari, cognoscitur per similitudinem, & nulla creatura est similis Deo. Dicit docto. hic quòd aut Hen. loquitur de similitudine vniuocationis: sicut dicimus quòd homo, & asinus sunt similes in animali, quod prædicatur vniuocè de illis. Si sic: sequitur, quòd nihil cognoscitur de Deo: quia nihil dictum de Deo habet similitudinem vniuocationis cum creatura; & sic bonitas non posset cognosci de Deo; puta per bonitatem creatam, cum non conueniat in aliquo communi vniuoco: vt patet per Hen. Et tamẽ ipse Hen. vult expressè, quòd per creaturam cognoscantur multa attributa de Deo: vt supra patuit. Aut loquitur de similitudine imitationis, supplè, quòd cognoscitur per aliquod simile per imitationem: & si sic; sequitur contra Hen. ꝙ Deus in particulari potest cognosci per creaturam, quia creaturæ imitantur essentiam diuinam: vt hęc essentia, ut in se existens. Et certum est, quòd creatura imitatur Deum primo in ratione dependentis ad independens. Secundo in ratione finiti ad vltimum finẽ. Tertio in ratione causati ad primam causam. Quarto in ratione exemplati ad suum exemplar. Quinto in ratione mensurati perfectionaliter ad suam mensuram perfectionalem; & non tantum ista imitatio terminatur ad Deum in ratione attributi: sed etiam ad Deum sub ratione propria, in qua principaliter est tota perfectio independentis primi, causalitatis primæ, finis vltimi, exemplaris perfectissimi, & mensuræ optimæ.

Deus nõ pt cognosci sub propria ratione.

Similitudo duplex s. vniuocationis, & imitationis.

Creatura immitatur Deum quintuplici dependentia.

Apparẽs contradictio.

¶ Si dicatur, ꝙ docto. sibi contradicit quia contra Henri. dicit, quòd creaturæ imitantur hanc essentiam, ut hanc essentiam, siuè vt nudam, & in se existentem; & sic per creaturam posset cognosci essentia diuina in se. & in particulari. Et post dicit, quòd creaturæ non imitantur essentiam, nisi imperfectè. Respondeo, quòd nulla est contradictio quia Hen. habet concedere, quòd creaturæ imitentur essentiam perfectè, siuè secundùm conceptum Dei in se, & in particulari; patet quia non tantum imitantur Deum secundùm aliquod attributum: sed etiam secundùm esse Dei, quod præsupponitur omni attributo: & quia vult. quòd de Deo non posit haberi aliquis conceptus quiditatiuus alius à conceptu deitatis: ideo habet concedere, quòd per creaturas possit cognosci conceptus deitatis in se cum ipsę creaturæ non posint imitari Deum secundùm alium conceptum quiditatiuum inferiorem, siuè imperfectiorem Sed Doc. ponit Deum posse cognosci secundùm alium conceptum quiditatiuum: puta secundùm conceptum entis realis, & secundùm talẽ conceptum ipsæ creaturæ imitantur: & sic per illa

Responsio.

potest

potest naturaliter cognosci in cóceptu imperfecto, quiditatiuo tamen.

Deus vt hec essentia non cognoscitur à nobis.

¶Ibi. Est igitur alia ratio huius conclusionis, quòd Deus ut hęc essentia in se non cognoscitur naturaliter à nobis quia sub ratione talis cognoscibilis est obiectum voluntarium, & non naturale, nisi respectu sui intellectus tantum. Sed hoc vide diffusè in q. 14. quoli.

¶Ibi. Quarto dico, quòd ad multos conceptus proprios de Deo possumus peruenire, qui non conueniunt creaturis: cuiusmodi sunt conceptus omnium perfectionum: simpliciter in summo &c.

Apparens cõtradictio.

¶ Sed hoc videtur contrarium dictis supra in quæstio. 1. prolo. vbi dicit Docto. quòd via naturali non possumus peruenire: ad conceptus proprios ipsius Dei. Tum quia si sic: sequeretur, quòd possemus naturaliter cognoscere Deum sub ratione propria: patet quia si aliquis cognoscit. a. sic competere. b. ita quòd ipsum. a. cuicunque alteri repugnat: sequitur quòd possit cognoscere ipsum. b. distinctè.

Solu.

¶ Dico, quòd Doctor. hic loquitur de conceptu complexo proprio, sumpto a sensibilibus: vt puta cognoscimus, quòd aliquid est summum ens, & summum bonum: & huiusmodi. In prologo vero loquitur de proprietatibus incomplexis, quæ non sunt communes sensibili, & insensibili, & illas via naturali ignoramus. Et cum dicit, quod tunc posset cognosci Deus sub ratione propria: negatur: quia cum cognosco summum bonum de Deo, nõ attribuo illud deitati in se in particulari, sed alicui enti, quod nominamus Deum: via enim naturali cognoscimus aliquod ens esse summum bonum, summum verum: & huiusmodi: ignoramus tamen naturaliter quid sit illud ens in se.

Inter conceptus simplices, cõceptus entis infiniti est perfectissimus, inter cõceptus vero complexos, cõceptus boni est perfectissimus Deinde conceptus boni est perfectissimus inter attributa.

¶Deinde Doctor. dicit, quòd conceptus perfectior, & simplicior nobis possibilis est conceptus entis simpliciter infiniti. Et dicit Doct.

¶Primo, quòd conceptus entis infiniti est simplicior conceptu entis summè veri, summè boni: & huiusmodi. Et hoc probat: quia cum dicoens bonum est magis per accidens, quàm ens infinitum. Nam passio, siuè attributum magis facit vnum per accidens cum eo, cuius est, quàm infinitas: patet quia ipsa simpliciter est intimior: homo enim albus est magis vnum per accidens, quàm homo risibilis: quia risibilitas est simpliciter intimior naturæ hominis, quàm albedo: quòd autem infinitas sit huiusmodi, scilicet, quód sit intimior naturæ diuinæ, quàm quodcunque aliud attributum, vel quàm quæcunque alia passio, vel quasi passio: patet quia per possibile, vel impossibile, circumscripto omni attributo a deitate: adhuc ipsa deitas intelligitur formaliter infinita: & per consequens ipsa infinitas (cum sit gradus intrinsecus deitatis) erit simplicior quocunque attributo, idest quod conceptus entis infiniti erit simplicior conceptu entis Dei.

Quid dicãt aliqui Scoti. de infinitate

¶ Hic tamen aliqui exponentes Doctor. volunt expresſè intelligere, quod infinitas sit de ratione formali deitatis: quia intimior deitati, quàm quæcunque passio, vel quasi passio: licet hoc Doctor. expresſè non dicat, in quolibe. tamen. quæstione quinta. dicit aliqua, quæ videntur sonare, quod infinitas sit de ratione formali deitatis. Dicunt enim isti, quod si non est de ratione formali ipsius: tunc propositio in qua prædicatur proprietas de diffinitione, siuè de rõne formali subiecti: de quo demonstratur proprietas non esset per se nota: patet quia talis proprietas posset demonstrari de ratione formali subiecti per gradum intrinsecum, cum ille sit intimior: & sic per infinitatem.

Propositio immediata potest duob. modis intelligi.

¶ Diceretur ad hoc, quòd propositio immediata potest dupliciter intelligi, vel immediatione causæ, vel immediatione subiecti: nam ista propositio animal rationale est risibile: est immediata immediatione causæ: quia rationalitas illa est præcisa, & immediata causa risibilitatis: sed ista homo est risibilis: est immediata immediatione subiecti: quia risibilitas primo inest homini: non enim inest parti compositi, sed toti composito primo: vt patet à Doctor. in tertia distinct. secunda. licet ergo finitas sit gradus intrinsecus, & intimior rationalitati: non tamen ipsa finitas est præcisa causa risibilitatis, sed rationalitas: sic dico de propositione per se nota: quia teneo, quod omnis propositio propriè immediata sit per se nota. Et cum dicis, quod propria passio esset demonstrabilis de ratione formali subiecti, siuè de diffinitione, si subiectum habet diffinitionem. Negatur hoc. Si dicatur infinitas est intimior. Concedo. Sed ex hoc non sequitur, quod sit ratio demonstrandi proprietatem de diffinitione, siuè de ratione formali subiecti. Sed de hoc diffusè dicturus sum exponendo. 5. quæstione quolibe.

Conceptus entis infiniti est perfectior cõceptu entis boni.

¶ Ibi. Perfectio autem istius conceptus multipliciter probatur. Hic Doctor. intendit probare multiplici ratione, quod conceptus entis infiniti sit perfectior conceptu entis boni, entis veri, & breuiter conceptu cuiuscunque attributi. Et primo probatur sic. Ille conceptus est perfectior inter omnia conceptabilia a nobis, qui virtualiter plura includit. Hæc est nota, quia inclusio virtualis dicit perfectionem in includente: sed conceptus entis infiniti est huiusmodi: probatur: quia sicut ens virtualiter includit vnum, verum, bonum, & cæt. ita ens infinitum includit bonum infinitum, verum infinitum, & omnem perfectionem simpliciter sub ratione infiniti.

¶ Aduerte tamen, quod conceptus entis infiniti non continet propriè virtualiter conceptum infiniti boni: quia tale contentum est ens per participationem: vt supra patet. distinctione secunda, sed dicitur virtualiter continere non verè: sed quasi continere, vel saltem ex hoc: quia per infinitatem entis: quasi demonstratur de eo infinitum bonum, &c.

¶ Secunda ratio est ibi. Tum: quia demonstratione quia. Vltimo concluditur esse de ente infinito, vel esse infinitum de aliquo ente: sed quæ cognoscuntur ex creaturis demonstratione quia: illa sunt perfectiora, quæ vltimo cognoscuntur demonstratione quia: patet quia difficillimum est ea cognoscere ex creaturis propter eorum amotionem a creaturis.

Aliqui conceptus competunt Deo, & formaliter communicãtur creaturis.

¶ Ibi. Similem dicis de summo bono. Hæc littera clara est vsque ibi. Simplicitas communicatur creaturis: infinitas autem non secundùm modum, quo conuenit Deo. Hoc si debet intelligi, quod sunt aliqui conceptus, qui competunt Deo, & formaliter communicantur creaturis, scilicet, per participationem formalem: quia conceptus, qui conuenit Deo, & conceptus, qui conuenit creaturæ, conueniunt in conceptu communi vniuoco: vt patet de bonitate creata, & increata: nam bonitas creata participat bonitatem increatam formaliter, id est, quod est eiusdem rationis cum bonitate increata, cum vtraque vniuocetur in bonitate in communi. Hoc idem dico de simplicitate, quæ communicatur creaturis participatiuè: accipiendo semper participare eo modo, quo exponit Docto. infra distin. 8. Infinitas autem, scili-

Infinitas repugnat communicari creaturis.

cet intensiua nõ potest communicari creaturis: quia repugnat aliquid esse creatum, & esse intensiuè infinitum & dicit, quòd infinitas non potest communicari creaturis secundùm modum, quo conuenit Deo, id est, secundùm intensionem: quia hoc modo infinitas tantum conuenit Deo, & non alio modo.

¶Quinto, dicit Doct. quod ista, quæ cognoscunt de Deo cognoscuntur per species intelligibiles creaturarum: & declarat modum: dicens. Si minus, & magis uniuersale (primo intentionaliter tamen) cognoscuntur per eandem speciem minus vniuersalis: tunc species minus uniuersalis, ut causa partialis primo causat cognitionem minus vniuersalis: vt patet a Doct. præsen. d. quæst. 2. & immediatè post. cognitionem magis vniuersalis: & sic ascẽdendo vsque ad conceptum entis, & non tantum hoc: sed et causabit partialiter notitiam omnium passionum tam minus vniuersalis, quam magis: patet quia ille passiones virtualiter continentur in suis subiectis: modo talis species poterit etiam causare notitiam omnium virtualiter contentorum: vt supra patuit: si ergo causat notitiam superioris à fortiori causabit notitiam uirtualiter contentorum in illo superiori. Si verò ponitur alia, & alia species: tunc illæ species vt infra patebit causantur virtute phantasmatis, & intellectus agentis: & hoc magis patebit præsenti. d. quæst. 2. habitis ergo pluribus speciebus, puta entis; boni: actus: primi: summi, &c. poterunt vti illis multis speciebus ad concipiendum ens bonum, summum, &c. & facere ex illis cognitis vnum conceptum complexum proprium Deo: & sic concipere aliquid esse summum ens: esse primam causam: & huiusmodi. Et nota, quòd non est in potestate intellectus vti tali vel tali specie: quia ex se præcisè vtitur illa, quæ fortius mouet, & communiter est illa: cuius sensibile extra fortius mouet sensum vt infra patebit. quæst. 2. potest tamen imperio voluntatis vti vna, & non alia vel vti pluribus talibus, &c. & quomodo hoc vide quæ exposui in 2. dist. 9. & dist. 42. Et dicitur actu vti simul pluribus speciebus cum actu concurrit, ut causa partialis principalis tamen cum illis speciebus, vt causis partialibus, & minus principalibus ad causandum notitiam obiectorum quorum sunt species: & dicitur, quòd intellectus vtitur specie: & non econtra species vtitur intellectu: hoc dicitur quia de rigore sermonis causa magis principalis dicitur vti minus principali: & non econtra: vt patebit infra distin. 17. Et an intellectus possit simul plura intelligere: dico quòd sic: non tamen æquè perfectè illa plura simul sicut quodlibet seorsum, vt supra patuit. dist. 2. q. 1.

An intellectus possit plura intelligere simul.

¶Ibi, Ex hoc apparet improbatio illius opin. de illa suffossione. Hic improbat specialiter dictum Hen. qui dicit vt supra patuit, quòd intellectus sub specie creaturæ, quæ non repræsentat, nisi creaturã ex suo accumine suffodit ad cognoscendum ea, quæ sunt, & dicuntur de Deo per speciem alienam ex creaturis. Hoc improbat, quia ex quo conceptus proprius Dei, & analogus nec virtualiter, nec essentialiter inclusus in conceptu creaturæ (vt supra patuit) nullo modo continetur in creatura: quomodo potest illum suffodere, si ibi non est: non enim virtute creaturæ potest haberi aliqua intentio, siue species intelligibilis, quæ sit repræsentatiua alicuius proprij in Deo: quia si aliqua creatura virtualiter posset continere huiusmodi speciem: posset etiam virtualiter continere ipsum Deum in se, vt probaui super secundo. Doct. d. 3. q. 9. & hoc potest probari ex his quæ Doct. dicit in quolib. q. 15. art. 2.

¶Et quod adducit simile de æstimatiua, quæ ex speciebus sensatis suffodit intentionem insensatam, idest speciem obiecti insensibilis, vt species amicitiæ, vel inimicitiæ, quæ non sunt obiecta sensibilia: patet quòd non potest huiusmodi intentionem, siue speciem suffodere: & patet exemplum. Et si fugit videndo lupum hoc non est: quia eliciat speciem inimicitiæ ex illis sensibilibus extra: vt patet per exẽplum Doctor. sed quia sensatis illis sensibilibus extra: ex naturali instinctu fugit vt obiecta disconuenientia, non quòd eliciat speciem inimicitiæ, per quam cognoscat ipsum esse inimicum. Et de hoc magis patebit in quarto, distinctio. 45. Si dicas, quòd intentio ibi conuenientis in oue non multiplicat se, id est, quòd species conuenientis non multiplicat se, id est, non causat aliam, & aliam speciem: sicut dicimus, quòd species albi multiplicat se in medio, id est, quòd causata specie albi in parte propinqua ab ipso albo: statim causat aliam in parte proxima, & illa aliam, vsque ad organum, & cæt. Dicit ergo, quòd species conuenientis non multiplicat se vsque ad æstimatiuam, nisi sub accidentibus sensibilibus extra conuenientibus. Dicit, quòd hoc nihil est: patet: si enim agnus videt ouem sub speciebus lupi si sub illis nòn suffodit speciem disconuenientis: puta inimicitiæ, cum non sit ibi inimicitia, nec per consequens species eius: quare ergo fugit, & si non fugit per illam suffosionem cum non sit ibi talis suffosio: ergo nec alias fugeret, scilicet videndo lupum. Si ergo fugit hoc erit: quia instinctu naturali percipit illa accidẽtia sensibilia, ut obiecta nociua suæ propriæ naturæ, non quòd ibi suffodiat speciem inimicitiæ, &c.

Exemplum.

Arguit Ocham contra Sco.

SED in ista litera Doctor. occurrunt aliqua dubia. Primo in hoc, quòd dicit, quòd conceptus entis infiniti est perfectior conceptu entis veri, boni: & huiusmodi: Contra hoc arguit Ocham. Et prima ratio stat in hoc: quia nullus conceptus negatiuus est formaliter perfectior conceptu positiuo: sed conceptus entis infiniti, ultra conceptum entis includit negationem: maior patet, & minor probatur: quia iste conceptus, ens infinitum, est compositus: patet quia si esset simplex cum sit quidditatiuus: ex quo conceptus entis est quidditatiuus aliquis conceptus simplex quidditatiuus esset conuertibilis cum Deo, quod isti negant. ergo conceptus entis infiniti erit compositus. Tunc quæro de secundo conceptu partiali, scilicet, de conceptu infinitatis, aut est negatiuus, aut positiuus: si primo habetur propositum: si secundo, cum conceptus infinitatis sit simplex: quia non possunt dari conceptus partiales: ex quibus componatur: & est conuertibilis cum Deo: quia nihil aliud a Deo est infinitum: ergo aliquis conceptus simplex proprius Deo, & positiuus esset nobis possibilis: quod ipsi negant.

Solutio rationis Och.

¶Respondetur ad hoc argumentum concedendo maiorem, negando minorem. Ad probationem. dico primo, quòd conceptus entis infiniti est simplex: quia ens infinitum est simplex: non enim gradus intrinsecus potest distinctè concipi sine eo, cuius est gradus: sed de hoc patebit infra distinctione octaua. Et cum dicit, quòd talis conceptus est quidditatiuus. Negatur hoc: quia licet conceptus entis vt entis sit quidditatiuus: non tamen conceptus entis cum suo gradu intrinseco est quidditatiuus: vt ĩ. patebit. d. 8.

Cõceptus entis cum suo gradu intrinseco non est quidditatiuus.

¶Dico secundo, quòd cõceptus entis infiniti suo modo est compositus. Et cum quæritur de conceptu infinitatis, aut est simplex, aut compositus? Dico, quòd est simplex. Et cum vltra quæritur aut est negatiuus, aut positiuus? Dico, quòd formaliter est positiuus. Et cum vltra deducitur ille est conuertibilis cum Deo. Concedo.

Et

Et cum dicitur vltra: ergo aliquis cõceptus simplex proprius Deo, & positiuus esset nobis possibilis naturaliter. Negatur hoc vltimum: quia primo non cognosco infinitatem Dei sub ratione propria: & posito, quòd hoc cognoscerem: non tamẽ sequitur quòd cognoscam conceptum proprium Dei: quia nec Deum sub ratione propria: sed bene sequitur, quòd possum cognoscere conceptum infinitatis esse proprium conceptum alicuius entis, ignorando qd sit illud ens in se: scilicet ergo cognoscam infinitatem intensiuam in se, vel quid sit infinitas intensiua: non tamen sequitur, quòd cognoscam illam vt proprietatem ipsius Dei: sed sequitur, quòd cognoscendo infinitatẽ intensiuam, quòd est possibilis in entibus, quòd possit inesse alicui enti. Et cum dicis tantum inest Deo. Dico quòd naturaliter notum est quòd si est possibilis in entibus quòd tantum inest alicui enti, quod nominamus Deum: ignoratur tamen via naturali illud ens in se. Docto. autem dicit, quòd nulla proprietas Dei simplex potest via naturali cognosci inesse ipsi deitati: vnde dicit in 1. q. prolo. quòd Deus non potest cognosci via naturali in aliquo conceptu sibi proprio.

Arguit etiã Ock. ¶Deinde arguit Ocham contra hoc, quod dicit Docto. scilicet, quòd infinitum non est quasi passio, nec attributum Deo. Et arguit sic. Omne quod demonstratur de aliquo, quod non prædicatur de eo in primo modo dicẽdi per se est passio illius: sed infinitum est huiusmodi respectu Dei: quia nihil negatiuum, vel includens negationem prædicatur de positiuo per se primo modo: ergo infinitum est passio Dei, sicut esse immortale, incorruptibile, & huiusmodi.

Responsio. ¶Respondetur negando maiorem: quia de aliquo ente demonstratur finitas, & tamen non est passio illius, nec de quiditate eius: posito ergo, quòd infinitas possit demonstrari de primo ente; non sequitur quòd sit passio illius. Ad minorem, cum dicit, quòd infinitum dicit negationem: negatum est supra, nec tamen conceditur, quòd prædicetur de Deo in primo modo dicendi per se: sed de ista materia an infinitum sit passio, vel quasi passio diffusè habet videri in 5. q. quoli. Et multa dicit Ocham, quæ tantum infinitatis habent veritatem ex solo hoc, quòd conceptus infinitatis sit tantum conceptus negatiuus & non positiuus.

Opi. Ioan. Angl. cõtra Sco. ITEM Ioannes Anglicus Bacho. In 1. d. 3. q. 3. dicit, quòd aut loquimur de infinito secundùm formale significatum eius, quantum ad modum significandi famosum: dicunt aliqui, quòd cù ille modus significandi sit negatiuus, quòd multa alia dicta de Deo faciunt conceptum perfectiorem. Aut loquimur de infinito, quantum ad modum concipiendi, scilicet euidenter, & euidenter sic dicunt, quòd multa alia dicta de Deo faciunt conceptum perfectiorem, euidentiorem: quia multa alia, quod est causa omnium, & finis omnium, & huiusmodi: sunt euidentiora, quàm quòd est infinitum in perfectione. Aut loquimur de infinito, quantum ad præcisum eius conceptum: & hoc dupliciter: aut de conceptu infiniti comparando ipsum ad omnes alios cõceptus simul aggregatos de Deo: aut comparando ipsum ad vnum conceptum singularem. Primo modo dicunt, quòd talis conceptus aggregatus est perfectior conceptu infiniti: quia talis conceptus aggregatus habet vim cognitionis diffinitiuæ: quia explicat, & addit omnes differentias vsque ad vltimas: sed conceptus infiniti nihil explicat sed virtualiter continet &c.

¶Item: quia talis conceptus sic aggregatus magis quietat appetitum: patet quia intellectus concipien do infinitum, multa alia appetit scire, sed non sic, quando concipit Deum, sub tali cõceptu sic aggregato. Si secundo modo loquimur. s. comparando conceptum infiniti ad vnum conceptum singularẽ: dicit, quòd multi alij conceptus sunt perfectiores de Deo, quàm conceptus entis infiniti: & probat quadruplici via. Sed quia hoc vltimum directè videtur contradicere conclusioni Doct. recitabo argumenta, quæ sunt contra conclusionem Docto. & post soluam illa sustinendo positionem Doc.

¶Prima ratio stat in hoc: quia conceptus, quo cõcipitur Deus sub ratione substantię est perfectior illo, quo concipitur sub ratione infiniti: patet quia substantia est perfectior omni accidente, & concipere Deum sub ratione infiniti est concipere Deum sub ratione accidentali: quia infinitum, vt distinguitur contra substantiam dicit quantitatem.

¶Item ille conceptus est perfectior, sub quo concipitur Deus in prædicato essentiali, quàm ille, sub quo concipitur, vt in aliqua proprietate: sed conceptus substantiæ est huiusmodi: quia dicitur prædicatum essentiale, & conceptus infinitatis dicit quodammodo proprietatem. Vnde Ansel. Mono. 15. loquens de infinitate, & accidentibus, & spiritu dicit: istud vltimum, scilicet spiritus solum videtur substantiam significare: cætera vero substantiæ proprietates. Hæc secunda via. s. de conceptu speciei probat intentum: quia prima via fuit de conceptu generis generalissimi, scilicet de substantia. Et hoc sic quia conceptus, quo Deus concipitur, vt prima intelligentia est perfectior, quàm conceptus infiniti: patet quia vt concipitur in ratione primæ intelligentiæ collocatur in perfectissimo genere viuentium: patet quia intelligere est perfectissimum viuere. secundo de anima. t.c. 26 & præsertim quando hoc sibi conuenit per excessum super omnes intelligentias: sed vt concipitur sub ratione infiniti non sic concipitur, vt collocatur in perfectissimo genere viuentium: patet quia vt concipitur sub ratione infiniti: adhuc restat dubium apud modum intelligendi naturalem: vtrum sit substantia, vel accidens. *Intelligere est pfectissimũ viuere.*

¶Item: quia vt concipitur sub ratione intelligentiæ concipitur sub illa ratione, qua est summè beatificabilis: vt patet secundùm intentionem philosophi. 10. ethi. cap. 8. ergo ratio intelligentiæ est nobilissima quàm naturaliter cognoscimus.

¶Tertio principaliter arguit propositum ex via de conceptu indiuidui, vel quasi indiuidui: & dicit, sic conceptus de Deo, vt Deus est perfectior, & nobilior conceptu infiniti: quia Deus sub illa ratione est nobilius conceptibile naturaliter, secundùm quã est obiectum theologiæ nostræ naturalis: sed hoc est sub absolutissima ratione deitatis, & non sub ratione infiniti: quia plus quæritur in metaphisica sub ratione deitatis, quàm infiniti vt patet. 12 meta. vbi philosophus diffinit eum sub hoc nomine Deus. Ista sufficiant pro nunc. *Deus ẽ obiectum theologiæ nrẽ sub absolutissima ratione deitatis.*

Responsio ad rõnes Ioan. Angl. RESPONDETVR ad rationes istius doc. & primo præmitto aliqua. Primo, quòd aliquod ens potest dupliciter considerari. vno modo, vt cõcipitur sine gradu intrinseco. alio modo, vt concipitur cum gradu intrinseco: sicut albedo potest concipi, vt hæc albedo tantum, vt præcisè includit entitatem specificam albedinis cum hęcheitate: alio modo potest concipi sub modo intrinseco: puta, vt includit tot, & tot gradus perfectionale consequentes naturam indiuidui. Primo modo concipitur imperfectè. Et secundo modo perfectè: vt patet a Doc. infra dist 8. q. 2. sic dico, quòd ens primum siue substantia prima potest dupliciter considerari, vno modo secundùm suam esse specificum præcisè. alio modo, vt includit infinitatem perfectionem intensiuè: & sic conceptus, qui est de essentia, vt includit infinitatem *Aliquid ẽ duobus modis considerari.* *Substantia prima, etiã duobus modis considerari.*

tem

tem erit perfectior illo conceptu, vt includit tãtum entitatem specificam.

Difficultas incidit.

¶Sed hic esset bona difficultas. quia dicit Docto. in q. de subiecto theologiæ: quòd Deus sub ratione deitatis est subiectum theologiæ: non autem sub ratione infinitatis: & ꝙ cognitio de subiecto est perfectissima: vt patet ibi. An ergo conceptus deitatis in se sit perfectior conceptu infinitatis in se?

Respõsio ad difficultatẽ.

¶Posset dici primo sine assertione, & saluo semper meliori iudicio: ꝙ ipsa deitas in suo esse specifico, quæ formaliter, & essentialiter est hoc perfectissima entitatis specifica: loquendo tantum de gradu specifico: ita quòd gradus specificus deitatis: vt suo modo prior infinitate, quæ est gradus intrinsecus est perfectissima entitas. Et si quæratur an talis gradus sit formaliter, & quidditatiuè infinitus? Dico, ꝙ est talis entitas, cui nata est conuenire infinitas, vt gradus intrinsecus: & est talis entitas, quòd ab ipsa suo modo, pullulant tam gradus intrinseci, quàm omnia attributa: & vt sic fortè non est inconueniens dicere conceptum deitatis esse perfectiorem conceptu infinitatis: licet fortè ly conceptus si posset dari, esset alterius rationis: quicquid sit, hoc magis disputatiuè dico, quàm aliquid asserendo.

¶Dico secundo quòd deitas in suo esse specifico non posset distinctè concipi, sine gradu intrinseco: & posito, quòd possit concipi, tali gradu non concepto: non tamen potest concipi distinctè infinitas, nõ concipiendo deitatem, cuius est: cum eodem conceptu concipiatur vtrunque: non enim infinitas, vt est gradus intrinsecus deitatis potest distinctè concipi alio conceptu à conceptu deitatis: & sic difficultas supponit vnum, quod non admittitur: videlicet quòd alius sit conceptus deitatis, & alius sit conceptus infinitatis. Secundo principaliter præmitto, quòd quando Doc. dicit, quòd conceptus entis infiniti est perfectior &c. Loquitur tantum de conceptu complexo: & sensus est quòd inter omnes conceptus complexos, qui de Deo dicuntur: vt conceptus entis boni: entis veri. & huiusmodi: conceptus entis infiniti est perfectissimus: & non intendit de conceptibus quidditatiuis, & incomplexis cuiusmodi est conceptus substantiæ: conceptus intelligentiæ: conceptus deitatis, & huiusmodi: & sic ex ista responsione possunt solui omnia argumenta Ioannis Anglici.

In Deo sunt cõceptus in triplici differentia. Quidã sunt proprij habiti ex proprijs qui nõ possunt cognosci naturaliter à nobis, vt Deus est trinus & vnus. Alij sunt proprij habiti ex cõmunibus, seu ex creaturis, vt sunt infinitas, summũ ens & similes. Alij sunt cõmunes Deo, & creaturæ vt bonũ verum. Gradus intrinsecus nõ dicit alium conceptum à conceptu cuius est gradus.

¶Dico etiam, ꝙ loquendo de conceptu infinitatis intensiuè: adhuc ille est perfectior, qui possit haberi in nobis via naturali. Et cum dicit, ꝙ conceptus substantiæ est perfectior. Negatur. Et cum dicit ꝙ infinitas intensiua est accidentalis. Hoc indiget probatione, cum sit gradus intrinsecus ipsius Dei, & gradus intrinsecus est essentialiter, & realiter idem: nec aliquo modo distinguitur formaliter ab eo, cuius est gradus: loquendo de distinctione positiuè: nec dicit alium conceptum à conceptu: cuius est: vt dixi supra. Et vltra dico, quòd cõcipere Deum sub ratione substantiæ in communi est ipsum concipere imperfectè, & confusè: sed concipere Deum sub ratione entis infiniti est ipsum cõcipere perfectè: quia sub gradu perfectionis infinitæ: & similiter dico, quòd perfectius est concipere Deum sub ratione entis infiniti intensiuè, quàm ipsum concipere sub ratione intelligẽtiæ in communi propter rationem superius factam.

Deus nõ põt concipi sub rõne deitatis, sed sub rõne entis.

¶Ad vltimum quando dicit, quòd perfectius est intelligere Deum, sub ratione deitatis, quàm sub ratione infinitatis. Dico primo quòd docto. loquitur tantum de conceptu, qui potest haberi via naturali: modo via naturali non potest concipi Deus sub ratione deitatis: vt patet: potest tamen concipi sub ratione entis infiniti: puta quòd est aliquod ens infinitum. Diceretur etiam, quòd res perfectius concipitur, quando concipitur sub gradu intrinseco, qui est perfectio intrinseca illius, quàm quando præcisè concipitur sine tali gradu. Dico etiam, quòd concipere Deum sub ratione entis infiniti distinctè includit conceptum deitatis in se, vel saltem præsupponit. Sed quicquid sit. Prima responsio est magis ad propositum: quia docto. loquitur de conceptu qui potest haberi à nobis via naturali: & sic patet solutio ad rationes contra Docto.

¶Potest etiam responderi ad illa argumenta, quæ probant de conceptu aggregato &c. patet.n. quòd conceptus entis infiniti (cum dicat infinitatem intensiuam) est simpliciter perfectior conceptu aggregato, etiam ex mille conceptibus. cum nullus eorũ, vt sic dicat infinitatem intensiuam: non enim conceptus entis boni, etiam summi boni dicit perfectionem infinitam: vt patet. Et quando dicit quòd ille conceptus aggregatus est magis appetibilis Hoc habet probare. Et quando dicit, quòd cognoscens conceptum entis infiniti adhuc appetit alia. Et si concedatur hoc: non sequitur, quòd sit conceptus imperfectior illo conceptu aggregato: vt patet: sed de huiusmodi appetibilitate alias dicetur. vt in dist. 49. quarti.

Tho. Caietanus.

¶Ex supradictis apparet, quòd nouus expositor. S. Tho. non benè intellexit Scot. cum dicit sic in prima parte. q. 13. arti. 12 vnde non videtur rectè sensisse Sco. dicens quòd simplicior, & perfectior conceptus proprius Deo nobis possibilis sit conceptus huius nominis ens infinitum. Iam enim patet, quòd cõceptus deitatis est simplicior perfectior, ac prior: hęc ille. Et nõ oportet hic multum insistere, cum responsio sit nota ex superius dictis, nec libenter circa talia friuola vagor.

AD argumenta principalia. Ad primum respõdet Sco. quòd quando dicit quòd sicut se habent sensibilia ad sensum ita fantasmata ad intellectũ &c. Dicit quòd ista comparatio debet intelligi quantum ad primam motionem intellectus ab obiecto. Intellectum moueri ab obiecto est aliquid recipere causatum ab obiecto. Et tripliciter põt moueri. Primo recipiendo speciem intelligibilem: & hæc est simpliciter prima motio in cognitione abstractiua: nec debet intelligi, quòd immediatè moueatur pro statu isto ab obiecto, recipiendo ab illo speciem intelligibilem obiecti, vel contenti virtualiter, vel essentialiter in eo: sed recipit illam à fantasmate obiecti, quod fantasma supplet vicem obiecti. Et quomodo dicatur obiectum esse causam præcisam talis fantasmatis ipsum repræsentantis: & similiter quomodo dicatur causa præcisa speciei intelligibilis, & sui, & contentorum virtualiter, vel essentialiter vide glosam, quam feci super secundum Docto. dist. 3. quæstio. 10. Dico tamen, quòd si obiectum esset in se præsens, posset causare speciem intelligibilem saltem, vt causa partialis in intellectu sibi proportionato: ita quòd non requireretur aliquod fantasma medium: vt patet de lapide præsente intellectui separato: de hoc vide Docto. in secunda distinctio. 3. quæstio. vltima, & ibi vide singulares difficultates. Sed ad propositum sufficiat, quòd prima motio intellectus pro statu isto est recipere speciem intelligibilẽ ab aliquo fantasmate, supplente vicẽ obiecti: & quantũ ad hoc est vera cõparatio philosophi, ꝙ sicut sensibilia immediatè causant speciẽ sensibilem in sensu: ita phantasmata immediatè causant speciem intelligibilem in intellectu: differenter tamen quia phãtasmata tantum causant partialiter, & intellectus agens est alia causa partialis: vt patebit. infra præsenti. d. quæst. 6.

Intellectus mouetur ab obiecto tripliciter.

&pe.

& pe. species vero sensibilis tantum causatur à sensibili: nulla potentia sensitiua concurrente: vt patet à Doct. in quolib. Secundo intellectus, habita specie intelligibili, immediatè mouetur, recipiendo notitiam abstractiuam à specie intelligibili, vt à partiali causa: & in hoc talis species supplet vicem obiecti intelligibilis: & quòd immediate sit à specie intelligibili patebit à Doct. infra præsenti. d quæst. 6. & d. 17. & in 2. dist. 3. & in quoli. Et quãdo dicitur, quòd intellectus mouetur ab obiecto i cognitione abstractiua sic debet intelligi: quòd ideo dicitur moueri ab obiecto: quia mouetur à specie intelligibili, repræsentante obiectum in ratione intelligibilis, & supplente vicem talis obiecti: & quantum ad hoc nõ intelligitur comparatio Philosophi, quando dicit quòd sicut se habent sensibilia ad sensum: ita phantasmata ad intellectum: quia phantasma nullo modo mouet intellectum ad cognitionẽ alicuius obiecti, vt infra patebit præsenti. d. q. 7. Tertio ĩtellectus dicitur moueri percipiẽdo notitiam intuitiuam ab obiecto existente & in se præsente. Sed an possit recipere aliquam cognitionem intuitiuam pro statu isto, hoc alias habet videri præcipuè in 4 distin. 45.

Hic exponitur litera.

¶ Nunc expono literam huius responsionis, cum cit ibi. Sed non debet intelligi quantum ad omnem actum sequentem motionem primam: potest enim intellectus abstrahere obiectum inclusum in aliquo primo mouente, & considerare illud abstractum, non considerando illud, à quo abstrahit. Hęc litera potest habere multiplicẽ sensum. Primo quia in phãtasmate non tantum virtualiter continetur, vt in causa partiali species intelligibilis, puta albedinis: sed ẽt species intelligibilis omnium superiorum: & intellectus agens, vt causa magis principalis causata prima specie intelligibili, immediatè repræsentatiua albedinis, in ratione obiecti intelligibilis, potest abstrahere obiecta superiora: supple causando species intelligibles repræsentantes huiusmodi obiecta: & sic habita specię intelligibili, puta coloris, vel qualitatis inclusæ in albedine, talis species, puta qualitatis potest immediate causare (partialiter tamen) notitiam qualitatis in se: ita q intellectus tantum considerabit qualitatem, non considerando albedinem. Alius sensus p̃t esse, q intellectus, habita cognitione albedinis, pòt abstrahere omnia superiora, considerando illa in se: sic intelligendo, q species intelligibilis albedinis, causata cognitione abstractiua albedinis, potest causare cognitionem cuiuscunque superioris: & sic intellectus poterit stare in cognitione superioris in se, non stando in cognitione inferioris: & vterque sensus est verus: & ad propositum literæ Sequitur. Et considerando illud sic abstractum, cõsiderat commune sensibili, & insensibili: puta si stet in consideratione trãscendentis, q est commune sensibili, & insensibili. Sequitur. Et pòt considerare istud abstractum, & aliud abstractum cum quo fit proprium alteri, s. insensibili: potest enim considerare ens in se abstractũ ab ente sensibili: similiter potest cõsiderare actualitatem in se abstractã ab actualitate sensibili: & similiter potest considerare primitatem in se abstractã, à primitate sensibili: puta à primitate in numeris, vel in figuris: & tunc coniungẽdo vnum abstractum cum alio facit vnum propriũ insensibili, attribuendo sibi, puta ens primum, vel ens actualissimum.

Ly sicut dudicatur exponitur, s. vt dicit impossibilitatem, vel vt dicit difficultatem.

¶ Ad secundum Doct. primo adducit expositionẽ Auer. & non improbat illam in se, sed tantũ improbat illam rationẽ expositionis. Dicit enim Auer. super illud. sicut se habet oculus nocturæ &c. q hoc nõ dicit impossibilitatem, sed difficultatẽ. i. q sicut oculo nocturæ est difficile videre lumen solis: ita intellectui nostro est difficile videre, vel cognoscere manifestissima naturæ: & vult ipse Auer. q intellectus noster possit cognoscere manifestissima naturæ: licet cum difficultate, ut substantias separatas: quæ dicuntur manifestissima naturæ, cum sint maximè intelligibilia propter earum perfectam entitatem. Et assignat Auer. causam, quare substãtiæ separatæ possunt à nobis cognosci: qa si nullo modo possint cognosci à nobis: tunc natura fecisset ociosè illas substãtias abstractas intelligibiles, & non possibiles intelligi ab intellectu nostro. Et dicit Doct. q hæc ratio non cõcludit: quia illud dicitur ociose fieri, quod nõ attingit finem, propter quem fit: modo finis substantiæ separatæ non est q intelligantur ab intellectu nostro: & ideo si non possunt intelligi ab intellectu nostro non dicuntur ociosæ in natura.

& hoc sumetur.

¶ Secunda ratio est ibi. Tum quia non sequitur: non sunt intelligibiles ab intellectu nostro: ergo à nullo? Possunt enim intelligi à seipsis: & ideo est fallacia consequentis. arguendo ab inferiori negatiuè ad superius: sicut non sequitur: homo non currit: ergo animal nõ currit; stat. n. quòd asinus currat, qui est animal: sic non sequitur; intellectus noster non intelligit substãtias separatas: ergo nec alius intellectus? Ibi. Vnde licet multipliciter possit exponi aucto. philosophi. Hæc est singularis expositio quæ clara est in litera.

Fallacia cõsequentis committitur, quando arguitur ab inferiori negatiuè ad superius.

¶ Ad tertium principale. Nota hanc responsionẽ. Dicit enim Doct. quòd infinitũ potentiale est ignotum: quia vnumquodque est cognoscibile, inquantum est in actu: siue in actu quiditatiuo, vel essentiali, siue in actu existentiæ: non infinitum in potentia, inquantum huiusmodi non est actu infinitum. Et addit Doct. quòd infinitum secundum modum suæ infinitatis non potest ab aliquo intellectu cognosci: qa vt sic nullo modo cognosceret infinitum: patet quia modus infinitatis est semper accipere alterum post alterum: & cognoscere alterum post alterũ est semper cognoscere finitum: puta, si imaginetur quantitatem infinitam, illa non potest intelligi, vt infinita secundum modum suæ infinitatis: quia cum infinitũ sit, cuius quantitatem accipiẽtibus semper restat aliquid accipere: accepta quacunque parte quantitatis illa est finita: cognoscere ergo primo vnam partem, & post illam aliam: & sic in infinitũ: semper est cognoscere quantitatem finitam. Et addit, quòd bene intellectus infinitus potest totum infinitũ simul intelligere: ita quòd simul, & vno actu intelligit infinitas partes, vt supra exposui dist. 2 q. 1. sed non pòt intelligere tale infinitum secundum modum suæ infinitatis: vt patuit supra, nec etiam potest intelligere infinitum successiuè: ita vt vnam partem post aliam partem cũ hoc sit imperfectionis, & limitationis ipsius intellectus. Ibi. Et cum arguitur de 2. Metaph. Vltra enim sic arguitur. infinita non contingit cognoscere ergo nec infinitum: antecedens patet. 2. Metaph. t. c. 11. Nam inquit quæ sic sunt infinita, supplè in multitudine quomodo contingit intelligere: hoc idem. t. c. 8. Sed si inquit infinitæ essent pluralitate species causarũ non esset ita cognoscere. Tunc enim scire putamus cum causas ipsas nouerimus. Infinitum verò secundum adiectionem non est ex parte scire infinito tempore; hoc ibi probatur consequentia: quia eadem videtur esse proportio intellectus ad infinitum, & infinita: quia æqualis excessus, quia vtrobique infinitas. ¶ Respondet Doct. negando cõsequentiam: quia si cognosceret infinita esset virtutis infinitæ: & hoc si simul actu cognosceret infinita: & vltra quòd æquè perfectè simul cognosceret infinita, sicut quodlibet seorsum aliter non sequitur vt supra patuit. dist. 2. quæst. j. vide ibi, sed non sequitur nec intellectum esse infinitum intensiuè, nec notitiã esse infinitam: si est alicuius obiecti infiniti sub ratione infinitatis: patet de frui: si verò comprehenderet obiectum: & hoc actiue causando cognitionem appre-

Infinitum duplex. potentiale, & actuale.

apprehensiuam: tunc esset infinitus: patet quia cognitio comprehensiua adæquatur obiecto sic cognitio .i. ꝙ tanta sit cognitio intensiuè, quantum obiectum natum est cognosci: & quia obiectum infinitum natum est cognosci cognitione infinita: ideo causans talem esse partialiter erit infinitum: & similiter talis cognitio comprehensiua erit infinita intensiuè, & talis non potest haberi nec uia naturali, nec supernaturali.

¶Respondeo ad auctoritatem Grego. clara est in littera.

AD argumenta pro prima opi. ¶Ista responsio stat in hoc. Nam quando abstraho hominem à Fra. & à Io. abstraho ipsum hominem, vt prius omni singularitate: & vt indifferens ad omnem singularitatē hominis: & vt contrahibilem ad singularitatem per aliquid posterius ipso: puta per hæcheitatem, ad quā est in potentia. Sed quando abstraho à Deo non pōt abstrahi aliquid prius, quod sit in potentia ad illud. vt supra exposui. d. 2. quæst. 1. quia natura diuina est ex se hæc: & quicquid est in Deo est ex se hoc: non abstrahitur ergo aliquid in re quod sit in potentia ad determinari sicut in creaturis: sed sic abstrahitur, quòd possum considerare singulare in communi, & vt hoc tantum. In primo casu est abstractio alicuius prioris natura à posteriori ad quod est in potentia. In secundo casu est tantum abstractio posterioris à priori. Et sic finis huius q. primę.

Quæstio Secunda.

Vtrum Deus sit primum cognitum à nobis naturaliter pro statu isto.

Scotus primo sententia. dist. 3. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sententia distinctio 3 quæstio. 2
Ioannes Bacconitanus primo senten. dist. 3. q. 2.

Ordo intelligibilium est triplex.



AD secundam quęst. Hic dicit ꝙ triplex est ordo intelligibilium. In proposito hic ordo est ordo posterioris ad prius et ita ꝙ intelligibile potest intelligi esse primum, vel primitate originis, siue generationis: vel primitate perfectionis: vel primitate adæquationis, de quibus membris infra patebit.

¶Loquendo igitur de primo ordine .s. originis. Hic Docto. intendit ostendere quid sit primum intelligibile primitate originis respectu intellectus nostri, & præmittit aliqua.

Quid sit conceptus simpliciter simplex.

¶Ibi. Quantum ad primum præmitto duo. Primum est de conceptu simpliciter simplici: & dr̄ conceptus simpliciter simplex qui non est resolubilis in priores conceptus sicut ens, & passiones entis, & vltimæ differentiæ: de quibus infra patebit. Hoc sic debet intelligi, ꝙ conceptus simpliciter simplex nō est resolubilis in plures quiditatiuos, vt inferius resoluitur in superiori: vel in conceptus quiditatiuos, & qualitatiuos, sicut diffinitum resoluitur in conceptum quiditatiuum, scilicet generis, & qualitatiuum scilicet differentiæ: licet enim vltimæ differentiæ resoluātur in conceptum entis: tamen sunt conceptus simpliciter simplices: quia ens non prædicatur in quid: de eis vt infra patebit q. immediatè sequenti.

An deitas sit cōceptus simpliciter simplex.

¶Sed difficultas est, an deitas sit cōceptus simpliciter simplex? Posset sustineri, ꝙ sic, & ꝙ non. Si teneat ꝙ cōceptus simpliciter simplex dr̄ ille, qui nullo modo resoluitur in priores cōceptus quiditatiuos, qui verè sint de quiditate illius: & sic deitas dicit conceptum simpliciter simplicem: quia conceptus entis est simpliciter posterior deitate: nec est proprię de quiditate ipsius vt supra exposui. d. 2. quæst. 1. Si verò teneatur, quòd ille dicitur conceptus simpliciter simplex, qui non resoluitur in plures cōceptus qualescunque: hoc modo deitas nō dicit cōceptum simpliciter simplicem: quia resoluitur in conceptum entis, qui licet in se sic non sit prior: est tn̄ communior & sic prior accipiendo prius, à quo non conuertitur subsidendi consequentia: & si non sit de quiditate Dei: tamen dicitur prædicari in quid. Et quomodo hoc intelligatur supra dixi. in d. 2. q. 1. exponendo illud argumentum, quo probat, ꝙ non possunt esse plura necesse esse. vide ibi.

Quomodo deitas dicit conceptum simpliciter simplicē & quomodo non.

¶Secundo doct. præmittit aliud .s. ꝙ aliud est cōfusum intelligere: & aliud est confusè: nā cōfusum intelligere est intelligere ipsum totum quod est resolubile in plures conceptus: sed confusè intelligere est intelligere sicut per nomen exprimitur: vt quando cognosco aliquod diffinitum, puta hominē: sed distinctè intelligere est quando cōcipitur, sicut exprimitur p diffinitionē: vt puta p animal rationale. stat n. ꝙ cognoscā confusum: nō tamen confusè: immo distinctè, ut cum cognosco hoiem sub ratione, qua est animal rationale, cognosco tunc confusum, sed non cōfusè: confusè .n. cognoscere, est non tm̄ cognoscere ipsum hominem, sed ꝙ cognoscam, vt præcisè est quoddam totum, non cognoscendo eius partes suas diffinientes ipsum: quia vt sic cognoscerei distinctè.

Aliud est cōfusum intelligere, & aliud est cōfusè.

Et aliud est intelligere distinctè, & aliud est intelligere distinctum.

¶Ibi. His præintellectis. Hic Doc. primo intēdit loqui de actuali cognitione confusè intelligendi, & ponit hanc conclusionē. Primum actualiter cognitum confusè (loquēdo de primitate originis) est species specialissima cuius singulare efficacius, & fortius primo mouet sensum. siuè sit audibile, siuè visibile, siuè tangibile. Antequam deducā rationes doc. declaro aliqua. Primo, quòd aliquid potest dici singulare respectu speciei specialissimæ, & respectu generis proximi & sic ascendendo. Exemplum, hæc albedo dicitur singulare albedinis: hic color dicitur singulare coloris: hæc qualitas dicit singulare qualitatis: & hoc ens singulare entis. Secundu præmitto, quòd quando doct. dicit, ꝙ primum cognitum primitate originis est species specialissima cuius singulare, &c. debet intelligi de singulari illius speciei debitè approximato potentiæ sensitiuę, & omni impedimento remoto, tam ex parte singularis, quàm ex parte potentiæ. Tertio præmitto, quòd quando singulare mouet potentiam exteriorem, causando in ea speciem sensibilem: statim in virtute fantastica causatur species fantasiabilis, quæ dicitur fantasma repręsentans ipsum singulare cū conditionibus materialibus: & ipsum fantasma cum sit agēs merè naturale: ut partialis causa concurrente intellectu agente, ut alia partiali causa immediatè causant speciem intelligibilem repręsentantem naturam illius singularis; præscindendo ab ea omnes conditiones materiales. Quarto præmitto, quòd talis est ordo inter potentiam superiorem, & inferiorem: ꝙ qn̄ inferior efficacius mouetur ab aliquo obiecto, superior etiā efficacius mouetur propter ordinem potentiarum. Exemplum. Si enim aliqua albedo efficaciter mouet potentiam visiuam, causando speciem sensibilē efficaciter mouetur virtus fantastica, recipiendo fantasma albedinis: & illud fantasma efficaciter mouet intellectum possibilem, causando speciem intelligibilem albedinis: stāte ergo efficaci motione alicuius singularis, respectu potentiæ sensitiuæ communiter stant aliæ motiones superiores. Quinto præmitto, ꝙ quando Doc. dicit, ꝙ species specialissima primo primitate originis confusè cognoscitur: potest esse duplex sensus. Primus, ꝙ si ponatur, ꝙ species intel-

ligibilis

ligibilis speciei specialissimæ sit partialis causa cognitionis speciei specialissimæ, & cuiuscunque superioris: argumentum Docto. debet applicari ad speciem intelligibilem sic, quòd illa prius origine causat cognitionem speciei specialissimæ, & posterius origine causat cognitionem superioris. Alius sensus est, quòd si ponatur alia, & alia species intelligibilis, respectu superioris & inferioris: puta, quod vna sit respectu albedinis, & alia respectu coloris, & & alia respectu qualitatis, & alia respectu entis. Tūc dico, quòd argumentum doct. potest sic applicari. Fantasma prius origine causat speciem intelligibilē illius speciei specialissimæ: cuius singulare tortius mouet sensum, & posterius origine causat speciem intelligibilem: puta generis: & sic deinceps: & vltra sequitur, quòd species intelligibilis primo causata: prius origine nata est causare cognitionem obiecti cuius est: & species intelligibilis, secundo causata nata est posterius origine causare cognitionem obiecti cuius est. Istis præmissis, patere potest euidentia argumenti docto. Et quod dicit ibi parum infra. Et hoc supposito, quòd singulare non possit cognosci sub ratione propria: de quo alias. Loquor enim modo de illis, quæ certum est posse intelligi secundùm omnem opi.

Singulare [non] possit cognosci sub [ra]tione ppria.

¶Hic Docto. non intendit disputare nunc an singulare posit cognosci sub ratione propria, vel nō: de quo ipse in metaphisica sua lib. 7. quæstio. 15. sed intendit tantum loqui de vniuersali: quia notum est apud omnes, quòd vniuersale potest intelligi ab intellectu nostro: quia intellectus est vniuersalium: sed non est sic notum apud omnes, quòd singulare posit cognosci ab intellectu nostro: ideo intendit loqui de re magis, vel minus vniuersali: & sic probat intentum quòd primum cognitum cognitione confusa, & primitate originis est species specialissima, cuius singulare &c. Ratio ergo prima docto. est ibi. Causa naturalis agit ad effectum suum &c. Si ponatur, quòd species intelligibilis sit partialis causa cognitionis minus vniuersalis, & magis vniuersalis: tunc ista minor debet sumi sub illa maiori: videlicet sed species intelligibilis, puta albedinis, est causa naturalis respectu intellectionis: & similiter intellectus est causa naturalis: ergo talis species producit cognitionem perfectiorem quàm potest: sed cognitio speciei specialissimæ est perfectior cognitione generis: patet quia cognitio specificatur ab obiecto.

[D]ubium.

SED hic occurrit aliqualis difficultas: quia videmus per experiētiam, quód causa naturalis prius producit effectum imperfectum: & deinde perfectum: vt patet in generatione hominis: sic erit in proposito. Dico, quòd hoc nihil est: quia docto. loquitur de causa naturali perfectè disposita, & nullo modo impedita: talis enim immediatè attingit effectum perfectissimum: vt patet à doct. in 2. in 3. d. 4. & alibi. In proposito species intelligibilis obiecti, & intellectus agens, siue possibilis sunt debitè approximati: & non apparet aliquod impedimētum: nec appatet, quòd requiratur aliqua dispositio prior respectu speciei.

[R]esponsio.

[Dubiu]m aliud.

¶Si iterum dicatur: cum cognitio distincta speciei sit perfectior cognitione confusa eiusdem: videtur sequi, quòd prius origine producat cognitionem distinctā speciei specialissimæ. Dico primo, quòd notanter docto. dicit effectum, quem primo potest producere modo species intelligibilis speciei specialissimæ non potest partialiter primo producere, nisi notitiam confusam: inter notitias autem confusas perfectissimè est notitia speciei specialissimæ: & sic gradatim ascendendo. Non dicit autem absolutè quòd causa naturalis producat primo effectum perfectissimum, sed dicit quòd prius producit effectum perfectissimum, quem primo potest producere, modo primo non potest producere, nisi notitiam confusam: ergo primo producit notitiam speciei specialissimæ, quæ est perfectior. Secundo dico, quòd cognitio distincta alicuius habentis partes præsupponit distinctam cognitionem partium: nā si distinctè cognosco hominem secundùm omnes suas partes: sequitur, quòd cognosco hoc animal, & etiam rationale, & alia cognitione cognoscitur animal, & alia cognoscitur rationale: ita quòd cognitio distincta diffiniti præsupponit duas cognitiones partium: modo est imposibile vnam & eandem causam simul producere duas cognitiones æq; perfectè, vt supra probaui dist. 2. quæstio. 1. & certū est: quòd cognitio animalis seorsum sumpta, est imperfectior cognitione hominis: & similiter cognitio rationalitatis, est imperfectior cognitione hominis: & ideo cognitio hominis est perfectior qualibet cognitione partium. Si teneatur alius sensus: videlicet quòd magis vniuersale cognoscitur per propriam speciem: & minus vniuersale per propriam: patet tunc, quòd species minus vniuersalis tātum causat cognitionem illius: & illa est cognitio confusa: vt patet: quia cognitio distincta est cognoscere partes ipsius: in quas natum est resolui.

[R]esponsio.

¶Dico secundo, quòd doc. limitatè loquitur cum dicit. Causa naturalis primò producit effectum perfectissimum, quem primo potest producere: modo species intelligibilis cum intellectu non potest primo producere, nisi notitiam confusam obiecti: sed inter notitias confusas, vna est perfectior alia: ideo si potest producere imperfectiorem, & perfectiorem: si est perfectè disposita prius producit perfectiorem quæ est speciei specialissimę: si tamen species intelligibilis primo representet speciem illam; & post producitur notitia omnium essentialiter inclusorum: & sic habita notitia entis per viam diuisionis poterit cognoscere speciem distinctè: & sic primum simpliciter conceptum distinctè est conceptus entis, qui est conceptus communissimus: & p consequens, quæ sunt propinquiora sunt prius distinctè cognita: quæ remotiora posterius distinctè cognita. Et hoc probat dupliciter. primo ibi. Hoc sic probo &c. Quia concipere distinctè, a. est cognoscere omnia, quæ quiditatiue includuntur in a. Sed conceptus entis includitur quiditatiuè in omnibus inferioribus. ergo est simpliciter primum cognitum distinctè: & post propinquiora &c. Et addit, quòd conceptus entis est simpliciter simplex: & sic potest distinctè concipi sine alijs: non alia sine eo.

Inter notitias cōfusas vna est perfectior alia.

SED occurrunt aliqua dubia. Videtur enim si ad cognitionem distinctam: puta hominis sufficeret cognitio omnium partium: quòd cognitis illis partibus cognoscatur, & homo perfectè: quòd non videtur: quia cognitis anima, & corpore distinctè, nō propter hoc cognoscitur humanitas: cum sit alia entitas absoluta realiter distincta ab omnibus partibus: & sic cognitis illis separatis cognosceretur homo: etiam hoc non sequitur, si cognoscantur, vt vnitæ cum adhuc distinguuntur realiter ab ipsis, vt vnitis: vt patet à doc. in 3. d. 2.

Primum dubium.

¶Tum: quia cognitis omnibus partibus distinctè: à quo causatur cognitio totius? non à partibus quia sunt imperfectiores toto etiam simul sumptæ: modo imperfectius non potest causare cognitionem perfectioris vt supra: patet. quæstio. 1. præsentis. distinctio.

Secundum.

¶Tum etiam si cognitis omnibus partibus cognosco totum distinctè. quæro an sit alia cognitio distincta totius: & alia omnium partium: aut eadem: non secundo modo patet: quia prior est cognitio partiū,

Tertium.

&imper-

& imperfectinr. Si alia quæro ad quid terminatur cognitio totius: aut terminatur ad totum: aut ad partes: non ad partes: quia tunc non esset alia cognitio totius, & partium. si ad totum absolutè. ergo illa erit confusa. patet, ergo cognitio confusa totius stat semper cum cognitione distiocta eiusdem: quod est impossibile.

Quartum. ¶Tum etiam: quia aut eadem cognitione cognoscuntur simul omnes partes totius: aut alia, & alia cognoscitur alia, & alia pars: non primo: quia non potest esse eadem cognitio plurium: & hoc distincta omnium. Si alia, & alia. ergo cognitio distincta totius erit tantum quoddam aggregatum ex pluribus cognitionibus distinctis: quod videtur inconueniens.

Quintum. ¶Tum etiam: quia nunquam totum: puta homo: posset perfectè distinctè concipi: patet, quia cognoscere perfectè hominem quantum est cognoscibilis distinctè: est cognoscere omnes eius partes, quātum sunt cognoscibiles. Sed hoc est impossibile: patet, quia si in instanti. a. perfectè, & distinctè cognosco hominem. ergo in eodem instanti simul cognosco omnes partes eius, quantum sunt cognoscibiles: & per consequens cognosco simul plura ęque perfectè simul: sicut quodlibet seorsum patet: quia ex præsupposito cognoscitur quælibet pars quantum est cognoscibilis: aliter totum non perfectè cognosceretur distinctè.

Sextum. ¶Tum: quia accipio aliquod quantum diuisibile in partes infinitas: & quęro si potest cognosci ab intellectu creato distinctè, & perfectè: patet quòd sic: quia tale quantum est cognoscibile limitatum. Tūc sequitur, ꝙ oportebit prius cognoscere partes infinitas: quæ tamen non possunt pertransiri: & tamen si actu distincto cognosco illud quantum: & distincta cognitio requirit cognitionē omnium partiū: sequitur ꝙ actu cognoscam infinita: & sic esset talis intellectus infinitus: vt supra patet. d. 2. q. 1.

Septimum. ¶Tum: si cognitio distincta conceptus quiditatiui est pręcisè cognoscere ipsum ſm omnes conceptus quiditatiuos, inclusos in eo. ergo relatio: puta paternitas potest distinctè cognosci sine cognitione fundamenti, & termini: patet quia fundamentum, & terminus non sunt de conceptu quiditatiuo relationis: quia ponuntur in diffinitione tantum, vt addita: ut patet à doc. infra di. 30. Sed modo est impossibile nec distinctè, nec confusè posse cognoscere aliquam relationem sine fundamento, & termino: vt supra patuit. q. 1. prolo. & infra patet. d. 8. q. 1. & in quol. q. 14.

Octauum. ¶Tum: quia requireretur magnum tēpus ad hoc posset: puta homo cognosci: si non potest cognosci distinctè, nisi ꝑcognoscatur omnes cōceptus quiditatiui, inclusi in eo: quod est multum difficile: sicut etiā ipse doc. habet ꝓ incōuenienti de cognitione speciei: vbi vult, ꝙ si prius oporteret ꝑconcipere conceptus vtiliores ante conceptum speciei: tunc oporteret ponere magnum tempus, antequam cōciperetur species alicuius singularis debitè approximati sensui, & non impediti &c.

Nonum. ¶Tum: quia quæro an potētia sensitiua: puta visiua possit videre distinctè aliquod albū: patet ꝙ sic: quia aliter talis potētia esset imperfecta: si perfectè non posset videre obiectum sibi perfectè approximatum. si ergo pōt ipsum distinctè videre: puta aliquod album. ergo oportet ipsum prius videre oēs conceptus, quiditatiuè inclusos, sed includitur conceptus entis. ergo oportet ipsam prius videre conceptum entis: quod tamen videtur manifestè falsum.

Decimum. ¶Tum etiam: quia si potest uidere distinctè albū, poterit prius uidere omnē partē distinctè illius albi: quia oēs sunt de integritate illius: & per cōsequēs posset videre minorē, & minorem partem in infinitum: & sic oportebit crescere potentiam uisiuam in infinitum: ut patet per philosophum de sensu, & sensato. Si dicatur, ꝙ non poterit sic uidere distinctè. ergo sequitur, quòd nunquam poterit videre perfectè distinctè aliquod uisibile: & sic potētia respectu sui obiecti debitè approximati non poterit habere perfectam uisionem: & per cōsequens esset aliquod visibile, quod nullo modo esset natum uideri: vel non posset uideri, quantum est uisibile ab aliqua potentia uisiua: quod est multum inconueniens: patet quia, & si sit aliquod intelligibile, quod non possit intelligi ab aliquo intellectu creato, quantum est intelligibile: ut obiectum formaliter infinitum: tamē illud obiectum potest intelligi, quantum est intelligibile ab intellectu infinito.

¶Tum: quia ponendo, ꝙ magis, & minus uniuersale cognoscantur per eandem speciem minus vniuersalis: quod doc. non improbat: vt supra patet. sequitur, ꝙ si cognitio distincta minus vniuersalis sit secundùm omnes conceptus, quiditatiuè inclusos in minus vniuersali, ꝙ necessariò erit simul distincta, & confusa cognitio eiusdem obiecti: quod doct. habet pro magno inconuenienti: ut supra patet. d. 2. contra Hen. Quia autem sequatur patet: quia per doct. species minus uniuersalis, unà cum intellectu necessariò prius causat notitiam confusam ipsius minus uniuersalis: si modo causat notitiam superiorum: certum est ꝙ tunc minus uniuersale est æque ꝑsens intellectui: immo magis: quia species intelligibilis illius magis representat ipsum. ergò tunc, vel causat nouam cognitionem confusam illius, quādo causat cognitionē superiorum: vel prius habitā cōtinuat: patet quia intellectus, & talis species sunt causa per modum naturæ, & non sunt impedita, ergo simul erit cognitio confusa, & distincta eiusdem obiecti, ergo. *Vndecimū.*

¶Tum, & pono, ꝙ Fran. distinctè cognoscatur: puta ab angelo: quod est possibile: ut patet à Docto. in 2. d. 3. q. vlt. quæ est 11. Tunc quæro: aut in conceptu quiditatiuo Francisci includitur conceptus hominis, animalis, corporis, substantiæ, & entis ex natura rei: & præter omne opus intellectus cōparatiui: aut tātum per actum intellectus: Nō secundo modo: quia tunc conceptus tōnis esset de quiditate cōceptus verè realis. Si primo modo: tunc pono, ꝙ angelus videat distinctè intuitiuè ipsum Fran. hoc est possibile: ut patet à doc. in 2. ubi supra, ergo sequitur, quòd angelus prius videbit intuitiuè conceptum entis: deinde conceptum substantiæ: & sic deinceps descēdendo vsq; ad conceptum indiuidui. Sed hoc nō vr possibile specialiter apud doc. qui vult, ꝙ intuitiua cognitio tantum sit rei existentis, ut existentis: & ꝑsentis, vt pręsentis: sed tales conceptus superiores nō videntur habere prius existentiam, q̄ cōceptus indiuidui: siue, quòd cōceptus superiores in illo priori, quo intuitiuè videntur nō videtur habere aliquā existentiā patet: quia nō existent, nisi ut in singularibus actu existētibus: ut patet à Doc. in 2. d. 3 q. 1. Ex his ergo apparet, quàm difficile sit sustentare: ꝙ nihil dicitur cognosci distinctè, nisi cognoscatur secundùm omnes eius partes. *Duodecimum.* *Que non [illegible] cognitio [illegible] tuitiua.*

¶Secundo principaliter posset multum dubitari, quō conceptus entis possit distinctè cōcipi sine alijs, quia tūc talis cōceptus esset simpliciter prior, quod tamen non uidetur uerum, vt patet à Doc. infra. d. 8. q. 2. & patet ꝑ philosophum. 2. me. t. c. 4. principia inquit sempiternorum esse verissima, &c. sed de hoc vide infra. d. 8 q. 2.

¶Ibi secundo ꝓbo, &c. secundo principaliter ꝓbat doc. q. in cognitione distiocta prius cognoscunt cōceptus cōiores: quia ſm Aui. 1. met. c. 3. metaphysica

est

eſt prima ſecundùm ordinem diſtinctè cognoſcẽdi: quia ipſa habet certificare principia aliarũ ſciẽtiarũ. ergo cognoſcibilia in metaphyſica ſunt prima diſtinctè cognoſcibilia: modo metaphyſica maximè cõſiderat cõiſſima: vt patet per philoſophũ primo met. in prohe. Si ergo principia in metaphyſica hñt certificare principia aliarũ ſcientiarũ. i. ꝙ cõſiderata in alijs ſcientijs diſtinctè cognoſcunť per principia cõiſſima: quæ pertinent ad metaphyſicam: ergo non tñ ſic intelligo, ꝙ præciſè cognoſcantur inferiora p conſiderata tantũ in metaphyſica: quia tunc ad metaphyſicam pertineret conſiderare oẽs quiditates in particulari, i. ſub ratione propria, & diſtincta earũ: cuius oppoſitum expreſſè tenet Doc. in met. lib. 1. q. pen. Sed ſic intelligo, ꝙ ex quo non poteſt diſtinctè cognoſci aliqua quiditas: puta humanitas, niſi ſm oia incluſa in illa quiditate cognoſcatur: & cũ conceptus cõiſſimus includať ibi quiditatiuè, vt conceptus entis, inquantum ens, qui tñ pertinet ad cõſiderationem metaphyſici: ſequitur ꝙ primum cognitum diſtinctè pertinet ad cõſiderationem metaphyſicæ: & vt ſic intelligitur eſſe primam in ordine diſtinctè concipiendi.

Quomodo metaphyſica eſt prima & vltima.

¶ Ibi. Nec in hoc contradicit ſibi Aui. quia ponit eam vltimam in ordine doctrinæ: & primam in ordine diſtinctè cognoſcendi: quia ponitur vltima in ordine confuſè concipiendi. i. ꝙ prius concipiuntur termini aliarũ ſcientiarum confuſè: vt ſupra patuit: & poſt termini cõiores & vltimo cõiſſimi: q ad metaphyſicã pertinent: & hæc eſt vltima. Sed in concipiendo diſtinctè: puta lineam erit prima: quia incipit à cõiſſimis incluſis in linea. Et cum dicit, ꝙ geometer, inquãtum geometer nõ vtitur principijs p ſe notis, niſi tñ illis, q ſunt euidẽtia ex confuſo conceptu terminorum, qualis occurrit primo ex ſenſibilibus: puta linea eſt longitudo, &c. nõ curans ad quod genus pertineat linea: ſed modo cognita geometria, & alijs ſcientijs ſpecialibus: ſequitur metaphyſica de conceptibus cõibus: ex quibus põt fieri redditio per viam diuiſionis ad inquirendum quiditates terminorum in ſcientijs ſpecialibus: & tunc ex illis quiditatibus, ſic cognitis, diſtinctius cognoſcuntur principia ſciẽtiarũ ſpecialium. Hęc littera debet ſanè intelligi. ſi. n. intelligitur ꝙ termini ſcientiarũ ſpecialiũ non poſſunt diſtinctè concipi, vt in illis ſcientijs pręciſè: puta, ꝙ geometer nõ poſſit, vt geometer cognoſcere lineam diffinitiuè, niſi per metaphyſicam: ita ꝙ tota cognitio diffinitiua, & completiua ſit pciſè à metaphyſica: fortè hoc non videtur verum: quia vltimæ differentiæ lineæ cognitio magis videtur pertinere ad geometrã: cum doc. velit, ꝙ ſcientia ſpecialis cognoſcat conſiderata in illã particulari: & ſub ratione propria: vt patet in ſua met. ſua vbi ſupra. Si verò intelligitur, quòd geometer nõ cognoſcat diffinitiuè completiuè lineam, niſi per metaphyſicam: non ꝙ metaphyſica tradat notitiam omnium, pertinentium ad diſtinctam cognitionẽ: puta lineę: hoc modo erit verum: quia geometer non poteſt diſtinctè, & completè cognoſcere lineam, niſi præcognoſcat conceptum entis: & poſt præcognoſcat, an linea ſit in genere ſubſtantiæ, vel quantitatis: quia quod cognoſcitur diffinitiuè, & completiſſimè quiditatiuè diffinitur, non tantum per genus propinquum, ſed etiam per generaliſſimum: ergo oportet ſcire ad quod genus pertineat linea. & hoc non poteſt, niſi per metaphyſicam, quæ primò diuidit ens finitum in decem genera: vt patet in 5. met. text. cap. 13. ſecundùm ſe inquit (id eſt, ens per ſe, vt diſtinguitur contra ens per accidens: de quo ibi. text. cap. 13.) ſunt quæcunque ſignant figuras prędicationis. Et parum infra. Quoniam ergo prędicatorum alia, quid ſi generat: alia quale, alia quantum, &c. Habita ergo cognitione ad quod genus pertineat, poteſt per viam diuiſionis deuenire ad diſtinctam cognitionem lineę. An modo habita per metaphyſicam cognitione ad quod genus ptineat linea: poſſit geometer, vt geometer per viam diuiſionis cognoſcere diffinitiuè lineam. Dico, quòd ſi ad metaphyſicum non pertinet conſiderare omnes quiditates in particulari: vt videtur tenere Doctor. vt dixi: quòd metaphyſica non erit neceſſaria, niſi vt habeatur notitia conceptuum tranſcendentium, & generaliſſimorum: & hoc magis videtur. Eſt ergo metaphyſica neceſſaria ad cognitionem diſtinctam terminorum conceptorum in ſcientijs ſpecialibus modo præexpoſito. Scientia ergo ſpecialis, vt geometria, & phyſica, & huiuſmodi nõ præhabita metaphyſica pręciſè cognoſcit terminos confuſè: & per conſequens principia per ſe nota in illis ſunt tantum nota, terminis confuſe conceptis: quia in illo priori, quo nullo modo intelligitur habere metaphyſicam non poteſt concipere ad quod genus pertineant illi termini: nec ſimiliter poteſt ſcire omnes conceptus tranſcendẽtes: qui nec includuntur quiditatiuè in illis terminis: ſed eorum conſideratio ſpectat ad metaphyſicam: ſed habita per metaphyſicam notitia prædictorum: fortè non vt metaphyſicus, ſed vt geometer, vel vt phyſicus poterit acquirere notitiam diſtinctam terminorum per viam diuiſionis: & ſic cognoſcere ſua principia ex cognitione diſtincta terminorum: & ſic habere ſua principia per ſe nota terminis diſtinctè conceptis: quod bene nota. ſuſtinendo tamen, quòd ad metaphyſicam tantum non pertineat conſiderare omnes quiditates in particulari, pertinentes ad ſpeciales ſcientias: ſed quòd quælibet ſcientia ſpecialis conſideret quiditates in particulari: & ſub ratione propria quiditatiua pertinentes ad illam ſcientiam. Ex his patet quomodo metaphyſica dicitur prima, & non dicitur prima.

Ad met. nõ pertinet cõſiderare oẽs quiditates in particulari.

Nota & bene.

Ad quod genus pertineat linea.

¶ Ibi. Sed comparando totum ordinem confuſe concipiendi ad totum ordinem diſtinctè concipiendi quis ſit prior, id eſt, an cognitio confuſa ſit ſimpliciter prior diſtincta: puta an pro ſtatu iſto prius origine cognoſcatur aliquid confuſè quàm diſtinctè. Dicit Doctor. quòd ſic. prius enim origine cognoſcitur totum, quàm partes. Et quia in ordine confuſè cõcipiendi eſt ſpecies ſpecialiſſima: cuius ſingulare fortius mouet ſenſum. ideo prius ſimpliciter cognitum primitate originis eſt ſpecies ſpecialiſſima. Et hoc debet intelligi tantum, quando ſingulare illius ſpeciei eſt perfectè præſens, & optimum diſpoſitum reſpectu potentiæ ſenſitiuæ: quæ etiam ſit bene diſpoſita. Communiter tamen prius origine concipiť magis vniuerſale, quàm minus vniuerſale: & hoc eſt: quia cõmuniter ſingulare magis vniuerſalis, prius, & fortius ſentitur, quàm ſingulare minus vniuerſalis: quod eſt verum communiter: ſi tñ ſingulare minus vniuerſalis, fortius moueat ſẽſũ: tunc ſpẽs intelligibilis illius ſpeciei, prius origine cãt notitiam illius, q notitiam magis vniuerſalis. Ex his apparet ꝙ Doct. hic, & in ſua meta. lib. 2. q. vlt. ſibi nõ contradicit. hic enim vult ꝙ primum cognitum, primitate originis, non eſt magis vniuerſale: ſed ſimpliciter minus vniuerſale: & ibi vult ꝙ magis vniuerſale: vide ẽt quæ ibi prolixè expoſui, oſtendendo quo illa qõ non contradicit qõni huic. Et ibi gloſaui auctoritates philoſophi. & Aui. ꝙ ut faciũt ibi ad oppoſitũ. q ſm aliũ, & aliũ ſenſum pñt verificari, vt ibi patet. Nunc rñdeo ad illas inſtãtias factas cõtra illud. ſ. ꝙ diſtinctè cognoſcere, eſt cognoſcere ſm oẽs partes, &c. Ad primã dico ꝙ diſtinctè cognoſcere aliqd non eſt tantum cognoſcere oẽs partes illius, etiam vnitas: & hoc ſi totum, ſit aliud à partibus vt vnitis:

Reſpõſio ad alias inſtantias.

ſed

sed est cognoscere ipsum totum secundùm omnes suas partes: ita quòd si est vna cognitio totius, & partium: illa terminetur ad totum, & ad partes. Si vero alia, & alia: vna terminetur præcisè ad totum, & alia ad partem: vel si sint plures, per te, alia ad vnam: & alia ad aliam. & hoc dicitur distinctè cognosci.

¶Ad secundum dico: quòd cognitio totius realiter, vel conceptibiliter distincta à partibus, causatur a specie intelligibili totius, si intelligitur abstractiuè: si vero intuitiuè: causatur ab ipso toto. immo, forte totum essentiale causat cognitionem, non tantum sui sed etiam partium. Et tenendo quòd magis vniuersale cognoscatur abstractiuè per speciem minus vniuersalis; tunc species illa poterit partialiter causare notitiam totius, & omnium ad quiditatem ipsius pertinentium: vt supra patuit. q. 1. quia obiectum causat cognitionem sui, & omnium virtualiter vel essentialiter contentorum.

Alia et alia cognitione cognoscitur homo et partes.

¶Ad tertium dico: quòd loquendo de toto essentiali, & in nobis, quòd alia cognitione cognosco totum: & alia, & alia partes: & sic alia cognitione cognosco hominem: & alia corpus & alia animam. similiter alia cognitione cognosco hominem: alia animal: alia corpus: & sic ascendendo. Et concedo quòd cognitio hominis terminatur præcisè ad hominē: & cognitio animalis ad animal. Et cū dicitur quòd cognitio hominis est confusa, cognitio partium distincta. ergo idem cognoscitur simul distinctè, & confusè. Dico quòd cognitio hominis absolutè, est confusa: & cognitio partium hominis præcisè, non est cognitio hominis distincta: cum illa sit tantum cognitio partium & non hominis. Sed habita cognitione hominis, & omnium partium vt sunt hominis. hoc totum vocatur cognitio distincta hominis: & sic cognoscere hominem secundum omnes suas partes (licet talis cognitio plures includat cognitiones) est cognoscere distinctè hominem. Ista vero non simul stant, scilicet, quòd simul cognoscam hominem distinctè, & confusè, quia cognoscere cōfusè est ipsum cognoscere, non secundùm omnes partes: & cognoscere distinctè est ipsum cognoscere secundùm omnes suas partes. sicut etiam cum cognosco propositionem aliquam distinctè: non tantum cognosco propositionem in se, sed simul cognosco terminos illius: licet alia cognitione cognoscā propositionem: & alia, & alia terminos: & stantibus simul illis cognitionibus: tunc distinctè cognosco propositionem. Nisi forte dicatur (vt aliqui dicunt) quòd prius habetur cognitio terminorum, & vnionis eorum: & post cognoscitur veritas propositionis distinctè: & habita illa, non remanet prior cognitio terminorum: quia illa continet notitiam terminorum: sed hoc non credo absolutè verum, de quo alias. Et ex his patet responsio ad quartum.

Cognoscere confusè, & distinctè quid sit.

¶Ad quintum concedo absolutè quòd intellectus creatus non potest simul cognoscere ęquè benè plura, sicut quodlibet seorsum: & hoc æque intense. In proposito concedo: quòd non æque intensè simul cognoscit totum & partes: sicut unum illorum seorsum acceptum: tamen cognoscit totum, & partes distinctè: sicut ego cognosco lapidem distinctè secundùm omnes suas partes: non tamen ita intensè, sicut intellectus angeli, quia perfectior: & tamen angelus non cognoscit distinctius: posito quod lapis possit à me cognosci distinctè: sic in proposito.

¶Ad sextum dico breuiter, quòd illud quantum, potest distinctè cognosci secundùm omnem eius quiditatem; quia secundùm omnem conceptum inclusum quiditatiuè: sed non potest distinctè cognosci secundùm omnem partem integralem: & hoc loquendo de partibus proportionalibus: quia tunc actu cognoscerentur infinita, immo infinities infinita: quia illud est diuisibile in infinitas partes: & quælibet pars adhuc est diuisibilis in alias infinitas. hoc enim modo, tantum potest cognosci ab intellectu infinito intensiuè. potest tamen cognosci distinctè ab intellectu creato, secundùm omnes partes integrales quantitatiuas.

Relatio p[...] quiditatiu[...] & distinct[...] cognosci, n[...] præcognitis fundamento & termino.

¶Ad septimum dico: quòd cognitio paternitatis confusa, non potest haberi aliquo modo, nisi præcognitis fundamento, & termino: & magis termino: quia prope est ad aliud, siuè est entitas formaliter ad aliud, vt ad terminum: habita tamen tali cognitione potest eam distinctè cognoscere, & quiditatiuè. i. secundùm omnes conceptus quiditatiuè, & essentialiter inclusos: & quo ad istam cognitionem quiditatiuam distinctam, potest haberi sine termino, & fundamento pręcognitis. i. quòd cognitio fundamenti, & termini non requiritur ad cognitionem eius tantum quiditatiuam distinctam: licet requiratur ad cognitionem eius absolutam: quia est impossibile cognoscere relationem, fundamento & termino non præcognitis &c.

¶Ad octauum dico: quòd hoc est necessarium, quia talis cognitio distincta, vt supra patet. fit per diuisionem magis communis: & hoc non est inconueniens: est tamen inconueniens ibi de indiuiduo sensibili, perfectè præsente sensui, sub ratione propria.

¶Ad nonum dico: quòd visio illa potest terminari ad quiditatem albedinis absolutè, non ut quod: sed vt quo. i. quòd quiditas albedinis, est ratio formalis terminandi visionem: non autem terminat ut quod: sed tantum vt singularis. i. quòd singularitas est conditio obiecti: vt patet a docto. lib. 1. met. suę. quæst. 6. Cum dicitur de conceptu entis. Dico quòd talis conceptus nō cognoscitur nisi abstractiuè: modo potentia uisiua non abstrahit: cognoscit ergo albedinem distinctè, eo modo quo potest sibi competere cognitio, siue visio distincta: visio enim tantum terminatur ad rem existentem: & sic suo modo videt albedinem: & quicquid realiter, & essentialiter existit in albedine: sic visio est perfecta & distincta: nō tamen ibi distinguendo unum conceptum ab alio. Vel breuiter dicendum, quòd non potest uidere, nisi quod cadit sub obiecto eius adequato: quod est præcisè color, vel lux: non est sic de intellectu: quia habet totum ens, pro obiecto: & potest abstrahere conceptus etiam communissimos. Potest breuiter dici: quòd cognoscere aliquid distinctè secundùm omnes conceptus essentialiter inclusos, tantum pertinet intellectui: cum sit virtus illimitatior, & virtus abstractiua: & hoc magis placet.

Visibile d[...] plex.

¶Ad decimum dico: quòd nō potest videre omnem partem albi: quia datur minimum visibile, virtute quo, minus uideri nō pōt: ut patet de sensu & sensato: & cum dicitur quòd tunc esset aliqua pars non uisibilis: dico quòd esse uisibile potest dupliciter intelligi: primo quòd sit uisibile per se: & hoc modo est ibi aliqua pars ita parua, quæ nullo modo potest mouere sensum. secundo quòd sit uisibile nō per se: sed ut in toto potest coagere ad sui uisionē: sed separatum non: & hoc modo quæcunque pars potest uideri, ut præcise in toto: non tamen distinctè potest uidere omnes partes, cum sint ibi infinitę. Si. n. intellectus nō potest simul uidere partes infinitas: multo minus potentia uisiua.

¶Ad undecimum patet responsio ex dictis ad primum, secundum etiam tertium articulum.

¶Ad duodecimum & ultimum patet responsio ex his quæ exposui prolixè in quol. de notitia intuitiua.

¶Ibi.

¶Ibi: Si.n.aliqualis alius eſſet. Dicit doc.ꝙ ſi ſpecies intelligibilis ſpecialiſſimæ (quæ agit ẽm vltimum potentiæ ſuæ) immediatè produceret conceptum ſuperioris: ille eſſet perfectiſſimus, quem poſſet producere: quia cauſa naturalis non impedita &c. producit effectum perfectiſſimũ quem poteſt. Si ergo conceptus ſuperioris, eſſet perfectiſſimus in quem poteſt: ſequitur, ꝙ nunquam talis ſpecies, poterit producere conceptum ſpeciei ſpecialiſſimæ: cum ille ſit perfectior conceptu ſuperioris.

¶Secundo principaliter doc. probat idem ibi. Secundo ſic: quia ſecundùm Aui.&c. Hic doc. pſuppo nit vnũ, qđ dicit ſupra d.2.q.1.ꝙ aliqua eſt ꝓpoſitio p ſe nota, terminis confusè cõceptis: vt mathematicus, habet iſtã per ſe notã: putà: totum eſt maius ſua parte: vel linea eſt lõgitudo ſine latitudine: terminis cõfusè cõceptis. Et metaphyſicus haberet illas ꝓpoſitiones p ſe notas, terminis diſtinctè ꝯceptis: ſi ergo metaphyſica eſt vltima in ordine doctrinæ: ſequitur ꝙ prius concipiuntur principia aliarum ſcientiarum, & termini illarum ante principia metaphyſicæ: modo ordine doctrinę, eſt à confusè concipiẽdi ad diſtinctè: prius.n. occurrit totum & deinde reſoluitur in partes: ſi.n. cõiora: puta ens & hmõi primo cõciperentur: tunc metaphyſica, quæ primo tractat de illis eſſet ſimpliciter prima ordine doctrinæ: quod eſt contra Auicen.

Quo meta. ſit vltima in ordine doctrina.

¶Tertia ratio eſt ibi. Tertio: quia ſi oporteret ꝑconcipere conceptus vniuerſaliores, ante conceptum talis ſpeciei: tunc ſuppoſito caſu de ſingulari mouente ſenſum, & intellectum, exiſtente ſoluto.i. non impedito: oporteret ponere magnum tempus, antequam conciperetur ſpecies illius ſingularis primo ſenſati: quia prius oporteret intelligere omnia prædicata communia dicta in quid de illa ſpecie ſecundùm ordinem: cuius oppoſitum manifeſtè experimur: nam viſa aliqua albedine ſingulari, prius, & facillimè intellectus fertur in cognitionem albedinis in ſe, quam in cognitionem ſuperiorum. Et quod dicit de ſingulari mouente ſenſum, & intellectum. Non debet intelligi, ꝙ ſingulare immediatè moueat intellectum: ſed tantum mediatè: quia prius mouet ſenſum exteriorem, cauſando ſpeciem ſenſibilem: & ſpecies ſenſibilis, in ſenſu exteriori cauſat phantaſma, in virtute phantaſtica: & phantaſma cauſat ſpeciẽ intelligibilem in intellectu poſſibili: qua cauſata, ſtatim: pot ſequi intellectio: & hoc loquẽdo de ſingulari exiſtente ſoluto, i. nullo modo impedito, ſed debite approximato &c.

Singulare moueat intellectũ me diatè non autem immediatè.

¶Ibi. Ex hoc apparet cauſa, quare intellectus intelligit prius vnum intelligibile, quàm aliud: licet ſpecies plurium ſint ibi præſentes: hoc.n. non eſt à voluntate. Dicit doc. ponẽdo quòd in intellectu ſit ſpecies nigredinis, & albedinis: ſpecies ſoni: ſpecies tangibilis obiecti, & huiuſmodi: quæ omnes agunt de neceſſitate naturæ ad cognitionem obiectorum: quorum ſunt ſpecies: & certum eſt, quòd omnia illa obiecta, quorum ſunt tales ſpecies, non ſimul intelliguntur: quare ergo vna prius mouet ad cognitionem ſui obiecti? Hoc præcipuè erit: quia ſingulare ſpeciei repræſentatæ fortius mouet ſenſum exteriorem: quo moto, fortius excitatur virtus phantaſtica: qua excitata, phantaſma talis ſingularis, fortius & prius excitat ſpeciem intelligibilem: & hoc non eſt a voluntate: quia intellectus tunc non habet actum intelligendi.

...nare intellectus intelligit prius vnũ intelligibile quàm aliud.

¶Sed in hoc videtur, quòd docto. ſibi contradicat: qui in ſecunda diſtinctio.9 quæſtio. ſecunda. expreſsè dicit, quòd eſt in poteſtate angeli, quantum ad primam intellectionem, vti hac ſpecie in memoria: vel illa: ad illam intellectionem actualem iſtius, vel illius: hæc ſunt verba formalia Docto. vide reſponſionem huius in gloſa quam ibi feci.

...parens ...radictio.

¶Ibi. Secundo dico de cognitione actuali diſtinctè conceptorum. Hic docto. intendit probare, quòd loquendo de cognitione diſtincta actuali primum cognitum primitate originis, eſt magis vniuerſale: & hæc ratio eſt ſatis clara in littera.

Solutio datur alibi.

¶Secunda ratio eſt ibi. Secundo probo idem. Et ſimiliter hæc littera eſt nota.

CONTRA iſtud obijcitur. Hic docto. intendit probare, quòd magis vniuerſalia ſint primo nota nobis, primitate originis: & littera clara eſt.

Dupliciter confuſum.

¶Ibi. Ad primum dico. Hæc reſpon. ſtat in hoc, quòd ſicut duplex eſt confuſum, ſcilicet partium ſubiectiuarum & partium eſſentialium: ita duplex eſt ordo, ſcilicet, confusè concipiendi, & diſtinctè: & quanto aliquid eſt magis confuſum partium eſſentialium, tanto prius cognitum cognitione confuſa: & quanto aliquid eſt magis confuſum, cognitione partium ſubiectiuarum: tanto prius cognitũ, cognitione diſtincta: ſed comparando iſta duo confuſa inter ſe: primum ſimpliciter cognitum, eſt cõfuſum partium eſſentialium. Et hoc eſt quod dicit ibi. De iſto duplici confuſo.

¶Ibi. Ad Aui. dico. Hęc littera clara eſt: excepta iſta littera, quæ ponitur ibi: quando obiectum non eſt debitè approximatũ, non mouet ad cognoſcendum ſe, ſub perfectiſſima ratione, ſed ſub aliqua imperfecta: hoc ſic intelligitur: quando ſenſibile eſt præſens ſenſui: vt ſingulare magis vniuerſalis, cũ video coloratum hoc, ſ. vt eſt ſingulare coloris: tunc tale ſingulare, cauſat præcisè in ſenſu ſpeciem coloris: & ita intellectus ſequẽs, primo cognoſcit colorem: licet tale ſingulare ſit in ſe album: tamen vt a remotis non videtur, niſi vt indiuiduum coloris, nõ vt indiuiduum albedinis: ſed vt tale coloratum fit perfectè præſens: tunc cauſat viſionem albi: & ſic tandem, cauſatur in intellectu ſpecies intelligibilis ſpeciei albedinis: & tunc tale dicitur perfectè mouere ſenſum: & intellectus primo cognoſcit ſpeciẽ illius ſingularis. ſ. albedinem: & hoc magis patet in metaphy. Doc. lib.1.q.vlti. vide quæ ibi expoſui.

¶Ibi. Ad tertium dico. Tertium argumentũ ſtat in hoc: quia in argumentando, prius componimus ſyllogiſmum ex propoſitionibus: & propoſitiones ex terminis: & vltimo reſoluimus ſyllogiſmum in propoſitiones: & propoſitiones in terminos: ergo in ſyllogiſmo, prius cognoſcimus terminos: & poſt propoſitiones: & vltimo ſyllogiſmum: ſicut ergo dixi in compoſitione complexorum, hoc idem dico in compoſitione incomplexorum: nam homo prius componitur ex ente: ſubſtãtia: corpore animato: ſenſitiuo, & rationali: & vltimo reſoluitur in ea, ex quibus componitur. Cum ergo via compoſitiua ſit prior reſolutiua: ſequitur, quòd primo cognitum in hoc homine, erit magis vniuerſale: cum magis vniuerſale primo componat: vt patet à doc. in 4 d.1.q.1.

¶Reſpondet doc. ibi. Ad tertium dico. Et reſponſio ſtat in hoc. videlicet, ꝙ vtrobique, ſ. tam in cõplexis, quàm in incõplexis, proceditur ab includẽte ad incluſum: & ſicut in complexis, cum principium includat virtualiter concluſionem: ſequitur quòd prius cognoſco principium: & ſimiliter cum termini principiorum includant ipſa principia: ſequitur, ꝙ prius cognoſco terminos: ſic in incomplexis, cum inferius includat eſſentialiter ſuum ſuperius: ſequitur ꝙ cognitione confuſa, prius cognoſco inferius. quàm ſuperius.

QVANTVM ad notitiam habitualem. Hæc littera patet vſq; ibi. Quantum ad iſtam notitiã habitualem, & virtualẽ dico: ꝙ cõiora ſunt prius nota via originis: & ſatis patet littera. Dñr aũt habitua-

Quid sit primo notum habitualiter.

liter, siue virtualiter nota, ex hoc, quòd includuntur in primo intellecto: & dicitur primum intellectum (in proposito) illud, quod per se intelligitur: ita quòd intellectio præcise terminatur ad illud, & nullo modo ad inclusum. Sed quia habita notitia confusa puta hominis: tunc inclusa, siue partes essentiales illius dicuntur intelligi: non actu, quia tunc intellectio actu terminaretur ad illud: & tunc esset per se intellectum: sed intelligitur habitualiter, eo quòd est actu intelligibile: quia, scilicet in potentia propinqua ad intelligi: non quòd actu intelligatur. Et sic magis vniuersale, est primo cognitum habitualiter, minus vniuersali (semper stando in cognitione habituali).

Difficultas.

¶Nota tamen de cognitione habituali, & virtuali: quia posset fieri difficultas. Si ens, inquantum ens, est primo cognitum habitualiter, & virtualiter: ergo erit aptum prius cognosci actualiter: & sic ordo distinctè concipiendi, erit prior ordine confusè concipiendi: sicut etiam forma, quæ est apta prius perficere materiam, etiam actu prius perficit.

Solutio.

Dico, quòd non sequitur, quòd ens prius cognoscatur: nam ex quo Docto. tantum loquitur de cognito habitualiter, & virtualiter distincto contra cognitum actualiter: qualem ordinem habet aliquid in se, talem habet respectu cuiuscunque: sicut dicimus, quòd homo prius constituitur per ens: deinde per substantiam: & sic descendendo: ita homo, intellectu talem habebit ordinem: quòd quando præsentatur intellectui in cognitione actuali, sic perficit intellectum secundùm istud esse quod habet in se: ergo prius est intellectu perficiendo, vt ens: secundo vt substantia: & sic descendendo. Et intelligitur non perficiendo formaliter: sed tantum obiectiuè: vnde qualis est ordo inter aliqua, vbi realiter distinguuntur: talis est, vbi non distinguuntur realiter: vt patet a Docto. in 2.d.1. & in quol. vbi

Plures formæ realiter distinguntur.

ergo plures formæ realiter distinguuntur: vt vegetatiua: sensitiua: & intellectiua: quæ realiter distinguuntur, talis est ordo inter illas: sic quòd vegetatiua prius perficit; deinde sensitiua: & vltimo intellectiua: ergo vbi in vna forma sunt idem realiter, & virtualiter, ibi continentur, vt in intellectiua: adhuc secundùm rationem talis est ordo; quòd intellectiua intelligitur prius perficere, vt vegetatiua, quàm vt sensitiua: & post intelligitur perficere vt sensitiua: & postremo vt intellectiua. Et sic quanto communiora, tanto sunt prius nota intellectui nostro: licet pro statu lapsus sit oppositum: & non debet intelligi quòd actualiter sic sit: sed aptum natum esset sic esse ex parte obiectorum: sed pro statu isto repugnat intellectui ordo ille &c.

Tho. Gaie. nititur soluere rõnes Doc

SED ad rationes, quas facit docto: probando, quòd species specialissima est primum cognitum, loquendo de cognitione confusa actuali. Respondet quidam nouus expositor. S. Tho. in libro, qui intitulatur de ente, & essentia.

Respõsio ad primum.

¶Ad primum dicit, quòd perfectissimus conceptus est conceptus entis, in quem possunt huiusmodi agentia naturalia. Et cum dicitur à Doc. quòd tunc non posset producere conceptum specificum, cum ille sit perfectior. Respondet, quòd nulla virtus potest imperfectioré effectum suo effectu perfectissimo simpliciter: quelibet tamen virtus potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu, in quem potest pro aliquo priori: quia ille non est perfectissimus, nisi secundùm quid. Exemplum: virtus generatiua leonis non potest in perfectiorem effectum, quàm sit leo: potest tamen in effectum perfectioré illo, quem producit in principio actionis: qui tamen effectus fuit perfectissimus: quem pro tunc posset producere.

Respõsio ad secundum.

¶Ad secundum argumentum respondet: quòd termini metaphysicales, vt sic, non ponuntur à nobis primo cognosci: sunt enim termini metaphysicales abstracti abstractione formali: & secundùm illum, abstractio formalis est, quæ forma abstrahitur à subiecto, vel a materia: & abstractio totalis est, qua totum vniuersale abstrahitur à partibus subiectiuis: secundùm primam abstractionem quantitas abstrahitur à materia sensibili: & secũdùm secundã abstractionem animal abstrahitur ab homine & leone: & sic dicit quòd ens quandoque habet abstractioné formalé, quando. s. cum præcisione ceterarum rõnum genericarum, & specificarum accipitur: & quãdoq; habet abstractioné totalem: quando. s. vt totũ vniuersale potestate includit cętera genera, & species.

Respõsio ad tertium.

¶Ad tertium respõdet, quòd non oporiet in quacunque formatione conceptus specifici semper singillatim præformare conceptum confusum entis: sed sufficit ens primo omnium fuisse cognitum: in illo enim omnia virtualiter concipiuntur.

¶Vlterius dicit, quòd non oportet tantum ipsis interesse: quia non est ordo essentialis inter conceptus confusos: & quòd non sit talis ordo essentialis (vt Scotistæ videntur tenere) probat: quia quando sunt aliqui conceptus essentialiter ordinati, ordine originis; impossibile est extremos generari, non genitis intermedijs: sed experimur nos concipere hominé, & substantiam: & tamen intermedia ignoramus, non solum distinctè, sed etiam confusè ergo. Et dicit, quòd Scotistæ non possunt soluere hanc rationem. Et si contra illam rationem arguatur, s. si non est ordo essentialis inter conceptus confusos actuales superioris, & inferioris: ergo ita potest primo generari conceptus speciei specialissimæ, sicut entis: quod est contra eos. Dicit, quòd licet non sit ordo essentialis inter omnes alios conceptus inter se præter conceptum entis: est tamen ordo essentialis inter conceptum entis: & inter omnem alium, conceptum: & sic oportet prius ens concipi: quo concepto possunt alia concipi.

Caietanus contra Scotum.

¶Deinde dicit contra Docto. quòd ens, & quodlibet simpliciter simplex potest cognosci cognitione cõfusa actuali: & antequam probet præmittit, quòd non est de ratione cognitionis distinctæ actualis, quòd obiectum cognoscatur per resolutionem in partes rationis: sed sufficit, quòd obiectum penetretur ab intellectu secundùm omne, quod actualiter in illo inuenitur: siué hoc fiat per resolutioné obiecti in partes rationis: siué fiat ex claro intuitu obiecti simplicis. Similiter non est de ratione cognitionis cõfusæ actualis: quòd intellectus intelligat obiectum secundùm aliquid: & sin aliquid ignoret: sed sufficit, quòd intellectus feratur in obiectum: & nõ penetret eius actualitatem: quo pmisso probat intentum: & ratio

Hæc rõ esset multũ euidens si valeret.

sua stat in hoc: quòd quando intellectus fertur in ens actualiter, & nescit ipsum separare à substantia, & accidente cognoscit ipsum cõfusé: sed hoc patet per experientiam: quia videmus multos per plures annos exercitatos in studijs adhuc nescire distinguere rationem propriam entis à substantia, & accidente. Et addit, quòd ex quo cõceptus actualis confusus entis, est conceptus imperfectissimus omnium: ergo est prius via originis: patet quia imperfectiora sunt priora via generationis ex 9. met. T. c. 5.

Perfectio cõceptus est duplex, scilicet obiectalis, & euidentiæ.

¶Et si dicatur ad hoc, quòd pfectio conceptus est dupliciter. s. obiectalis, & euidẽtiæ: & ille cõceptus est pfectior obiectalis, q habet obiectũ pfectius positiuũ: ille aũt est pfectior euidẽtiæ, qui habet obiectũ paucìora includés: vt patet in 7. phe. meta. lectione scda.

¶Cõtra hoc arguit pbando, quòd cõceptus actualis cõfusus entis sit cõceptus impfectissimus, (loquẽdo de pfectione euidentię) & rõ stat in hoc: quia ille cõceptus

ceptus est ineuidētissimus sub quo intellectu magis remotus est à cognitione aliorum, q̄ sub quocunq; alio conceptu: sed intellectu habens conceptum entis magis distat ab aliorum cognitione, quàm habēs quemcunque alium conceptum: patet quia quando sunt aliqui duo cóceptus, quorū vnus actualiter includit, alterum ipse est in proximiori dispositione ad cognoscendum reliquum, q̄ econuerso: modo alij conceptus includunt conceptum entis, & non econtra. Et confirmat hoc per dictū Sco. qui dicit, ꝙ pars rōnis actualiter intellectæ est satis proxima intellectui: adeò, vt proximus esse non possit. Et dicit, ꝙ illud de prohemio metaphysice, s. ꝙ euidentia actualiter penes obiectum, pauciora actu includens non est ad propositum: quia certitudo illa est certitudo obiectalis: sermo autem noster est de euidentia se tenente ex parte intellectus. Ex talibus enim euidentibus, & certis procedit intellectus ad sibi in-euidentia, & incerta.

Caietanus citra Scotū.

¶Vltimo arguit contra doc. probando, ꝙ species specialissima nō sit obiectū simpliciter cōfusissimū: & dicit, ꝙ magis vniuersale, puta genus est magis cōfusum: quia plura continet sine ordine: species autē cōtinet partes suas ordinate: modo prouerbiū est: vbi pluralitas sine ordine ibi cōfusio. Et si dicaẛ, ꝙ genus cōtinet species ordinatè: quia cōtinet eas medijs differentijs: q̄ sunt valde ordinata. Arguit cōtra: quia genus non cōtinet species, & differētias in actu, sed in potentia: vt dicit Porphy. c. de differētia: ergo cōtinet eas indistinctè tenet consequētia: quia actus est; qui distinguit. 7. meta. tex. c. 49. Et sic patet quid dicat iste nouus expositor.

Ocham etiā contra doct. arguit.

ITEM Ocham in 1. d. 3. q. 5. arguit contra multa dicta Doc. Et primo cōtra hoc, quod dicit, quòd conceptus speciei, vel generis nō est simpliciter simplex: & primo sic arguit. Q̄ñ aliquid cōponitur ex pluribus partes sunt ibi modo sibi cōuenienti: si totum sit realiter: partes sunt realiter: si totum sit ens rationis, & habēs actualiter esse cōpositū, & esse obiectiuum partes proportionaliter erunt: ergo conceptus speciei specialissimæ non pōt esse sine partibus suis: & ita cum Sco. ponat, ꝙ cōceptus entis est pars: non potest esse conceptus speciei specialissimæ, sine conceptu entis: quod ipse negat.

¶Secundo arguit. Quando aliqua habent oēs partes simpliciter easdē sunt simpliciter idē: ergo si cōceptus speciei est cōpositus, habebit easdem partes, quas habet diffinitio, ergo diffinitio, & diffinitum non essent distincti termini: quod Sco. negat. distin. secunda. quæst. 2.

¶Si dicatur, ꝙ aliter componunt conceptum speciei, & conceptum diffinitionis: quia in conceptu diffinitionis sunt in actu: sed in cōceptu speciei sunt tantum potentialiter, & virtualiter.

¶Cōtra: quia non dicimus formā facere materiā compositam, eo ꝙ sit in materia tantum in potentia, & non in actu: sic in proposito.

Ocham contra Scotum.

¶Secundo principaliter arguit cōtra aliū dictum doc. s. ꝙ illud dicitur confusè concipi, qñ concipiẛ, sicut exprimiẛ p nomē: & distinctè, qñ cōcipiẛ, sicut exprimiẛ p diffinitionē: innuens, ꝙ diffinibile nō pōt distinctè cognosci sine diffinitione. Contra. Omne qd concipiẛ fm totū, & fm quamlibet partē distinctè concipiẛ: sed cōceptus diffiniti est huiōi, patet, tū quia aliqua species non habet diffinitionē ꝑprie dictā: tū quia conceptus alicuius speciei est simpliciter simplex: tum quia communissimum non est semper primum distinctè cognitum: nec etiam cōmunius semper prius distinctè cognoscitur.

¶Tertiu principaliter arguit ꝯ hoc, qd dicit doc. ꝙ species specialissima, cuius singulare, &c. Primo cognoscitur &c. Sed quia istæ rationes procedūnt de singulari: de quo doc. ad præsens non intendit pertractare: ideo pro nunc omittantur.

Scotus pbat ꝙ species specialissima sit primum cognitum.

¶Quarto principaliter arguit contra rationes, quas doc. facit probando, ꝙ species specialissima sit primum cognitum: & primo arguit contra primā: quia quando accipit, ꝙ causa naturalis &c aut intelligit, ꝙ causa naturalis producit effectum perfectissimum, secundùm numerum: aut secundùm speciē? Si primo modo? falsum est: quia ignis in calefaciendo non producit perfectissimum calorem, quē pōt: quia successiuè producit illum. Si secundo modo? aut intelligit de causa totali, aut partiali? Si primo, si est nata producere plures effect⁹: nullus eorū prius produceretur, nisi fortè prioritate tēporis: quia vnus potest produci in instanti: & alius tantum successiuè, & productus in instanti erit prior: sed nō sequitur, quòd sit perfectior: patet per phylosophum. 9. meta. quæ sunt priora generatione sunt imperfectiora: quod debet intelligi de totali causa ordinata habente plures effectus. Si intelligit de causa partiali: non sequitur, ꝙ producat effectum perfectissimum: in quem potest prius origine: patet quia substantia animæ primo causat cognitionem, & postea ista cognitio, & substantia animæ poterunt producere vnam volitionem, quæ est perfectior cognitione prima producta in naturalibus.

¶Præterea, secundùm Sco. visibile distās prius intelligiẛ sub ratione cōiori, quàm minus cōi: ergo nō semper producitur primo effectus perfectissimus. Si dicatur, ꝙ causæ istæ sunt impeditæ propter improportionem medij.

Contra, quando est aliqua causa productiua multorum effectuum: ita ꝙ quęcunq; sufficiunt ad productionem vnius effectus: puta. a. & nō alterius: puta. b. & tunc a. & b. si simul producantur prius natura producitur b. quàm a. quia prius natura secundùm phylosophum. 5. met. & fm eos: est illud quod potest esse sine alio, & non econuerso: ergo non pōt produci cōceptus speciei specialissimæ, nisi producatur conceptus communior: sed econuerso potest secundùm eos quando obiectum improportionaliter existit: ergo prius natura producitur conceptus cōior. Si dicatur, ꝙ conceptus speciei specialissimæ potest produci sine cōceptu cōiori. Contra, si cōceptus ille, sic excedens non simul causaretur, hoc erit pp defectum intellectus agentis, aut possibilis, aut speciei intelligibilis: non pp defectum intellectus agētis, vel possibilis: quia semper vniformiter se habent: nec speciei intelligibilis. s. vniuersalis: quia quęro à quo causaretur illa species illius vniuersalis: & non potest dari, nisi intellectus agens, & singulare: vel species singularis: vel natura cōis: quæ oīa sunt præsentia, & sufficienter approximata quādocunq; generatur species rei singularis. Hoc confirmatur: quia si primo non habetur conceptus entis: & postea habetur: tunc erit tempus medium inter productionem cōceptus speciei specialissimæ, & productionem conceptus entis. Et quæro de illo tpe: aut sit aliqua mutatio: aut nulla? si nulla? non est maior ratio, quòd ageret post illud tempus mediū, quàm in illo tempore medio: si aliqua mutatio? non potest dari terminus talis mutationis: quia nec species, nec actus intelligendi: vt patet.

¶Itē arguit ꝯ hoc, quod dicit doc. ꝙ cōceptus ꝑfectissimus, in quē pñt est cōceptus speciei specialissimę: ipse probat, ꝙ cōceptus singularis sit ꝑfectior. Sed quia doc. prius præmisit velle tm̄ loqui de magis, & minus vniuersali, & non de singulari: ideo hęc argumenta Ocham, quę ꝓbant de singulari ad pręsens omitto: cum non sint contra conclusionē Doc.

Ocham contra secundã rationẽ.

¶Contra secundam rationem Doc. arguit Ochã, & ꝓbat: posito, ꝙ termini metaphysicales sint prius noti terminis aliarum scientiarum: ex hoc non sequitur, ꝙ metaphysica ordine doctrinę sit prior alijs scientijs: quia scientia metaphysicalis est de cõplexis: quæ cõplexa sunt posterius nota ordine doctrinæ: quia non semper sequitur, ꝙ si termini sint prius noti, ꝙ complexa ex illis terminis sint prius nota: patet quia isti termini: corpus celeste: astra, & paritas, & imparitas, & huiusmodi sunt manifestè non: & tamen istud complexum astra sunt paria: nõ potest euidenter cognosci.

¶Preterea. Metaphysica non tantum est de compositis: sed etiam est de substantijs separatis: q̃ sunt posterius notę ſm istos. ergo, & si metaphysica non esset vltima ordine doctrinæ, quantum ad illam partem, quæ est de complexis compositis ex terminis communibus: tamen posset esse vltima, quantum ad illam partem, quæ est de substantijs separatis.

Contra tertiã rõnem.

¶Contra tertiam rationẽ arguit. Tum quia ęquè concluderet magnum tempus, si conceptus speciei specialissimę primo producitur, antequam deueniatur ad conceptum entis. Tum quia dicerent alij, quòd simul (saltem tempore quamuis non natura) producerentur conceptus entis communissimi: & conceptus speciei specialissimę.

¶Deinde arguit contra secundum articulum, in quo ponitur ꝙ ens necessariò est primum distinctè cognitum, primitate originis: & dicit ꝙ hoc est simpliciter falsum: quia ex quo conceptus entis non est de essentia speciei specialissimæ: cum talis cõceptus non sit aliquid reale: sed tantum in intellectu: sed species specialissima est res extra intellectum. ergo talis species potest distinctè concipi, sine conceptu entis.

¶Preterea. Ita ens ꝑdicatur in q̇d de Deo, sicut, & de creatura. ergo sicut Deus põt distinctè cognosci, sine cognitione entis ergo similiter, & creatura, cũ non sit maior ratio de vno, quàm de alio, quòd autẽ Deus sic possit cognosci (& hoc loquendo de cognitione intuitiua) patet, quia in re est simpliciter simplex, & sic in re aut totaliter ignoratur: aut totaliter cognoscitur. Cognitio autem intuitiua non est respectu alicuius conceptus. Itẽ aliquod sensibile distinctè cognoscitur à sensu, sine cognitione entis. ergo sic similiter, & ab intellectu, cum sit potentia superior, & perfectior. Vltimo arguit contra tertium arti. Sed quia rationes illę procedunt ex malo intellectu cognitionis virtualis, & habitualis: & vltra q̇a ex illa parua glo. quam ibi feci facillimè solui possunt (prolixitatem vitando) illa argumenta prætereo. Multi etiam alij Doc. arguunt contra positionẽ Sco. in hac materia: sed quia eorum argumenta, vel coincidunt cum argumẽtis, & responsionibus istorum: vel si quid addant facillimè solui potest per easdem responsiones, vel expositiones ad argumenta istorum: illa ideo relinquo.

Soluuntur rationes Th. Gaie.

NVNC soluenda sunt dicta istarum opi. Et primo ad illum nouum expositorem. S. Tho. respon. Quando ergo respondet ad primum argumentum, Sco. de causa naturali, &c. Dico quòd argumentum docto. est euidens. Et quando dicit, ꝙ causa naturalis producit effectum perfectissimũ pro illo tempore quo producit illum, non tamen perfectissimum simpliciter: quia pro alio tempore potest producere perfectiorem: vt patet de virtute actiua respectu leonis. Dico (vt supra dixi) quòd docto. loquitur de causa naturali, nullo modo impedita, & perfecta, quantum ad hoc: quòd non prærequirit aliquam dispositionem pręuiam: sed, quòd immediatè possit attingere terminum principaliter intentum, cuiusmodi est in proposito de causis naturalibus, respectu intellectionis: sic enim intellectus, & obiectum: siuè species intelligibilis obiecti sunt causæ perfectæ: quòd nulla præuia dispositione posita, & amoto quocunque impedimento, statim attingunt perfectissimam intellectionem obiecti, quam possunt habere: non enim cognitio magis vniuersalis est dispositio præuia requisita ad cognitionem minus vniuersalis (loquendo de cognitione confusa) & sic patet ꝙ illę causæ si in primo instanti, quo sunt sic vnitæ non producunt conceptũ perfectissimum: pro nullo alio tempore possunt producere ipsum. Et quod dicit de virtute actiua leonis non est ad propositũ: quia si virtus actiua leonis esset causa, ita perfecta respectu sui effectus principaliter intenti: sicut est obiectum perfectè præsens intellectui, vel in se, vel in specie intelligibili subito attingeret leonem, sicut etiam obiectum intellectionem: sed quia virtus actiua leonis est valde imperfecta: ideo prius attingit multas dispositiones p̄uias, quæ sunt effectus imperfectiores.

Ad secundã rõnem.

Solutiones singulares Lychett.

¶Ad secundam responsionem, quam dat ad secundum argumentum Docto. Dico, ꝙ illa responsio non euacuat rationem docto. quia siuè loquatur de abstractione metaphysicali formali, siuè totali non videtur respondere ad rationem docto. Si. n. metaphysica est posterior ordine doctrinæ, quantum ad cognitionem complexorum: erit etiam posterior, quantum ad cognitionem incomplexorum: qualitercunque illa incomplexa abstrahantur: vt patet intuenti: & responsio facta ad istam secundam rationem, patet quomodo parum concludit. ex superius declaratis, vide ibi. Et quando dicit, quòd termini metaphysicales, vt sic, non ponuntur primo cognosci: (supplè, vt sunt abstracti abstractione formali) sed quòd significatum huius termini ens concretũ quiditate sensibili est primo cognitum. Ex hoc videtur magis stare ratio docto. qui tantum loquitur de terminis, metaphysicaliter conceptis, qui sunt termini abstracti a sensibilibus: quia illi termini posterius cognoscuntur. Cum verò iste expositor dicit, ꝙ ens non in se, sed vt concretum quiditate sensibili est primo cognitum. Tunc quæro ab eo: aut tale ens dicit conceptum distinctum à quiditate sensibili: aut eundem conceptum, quem dicit quiditas sensibilis? Si primo videtur, ꝙ conceptus entis, vt sic, sit abstractus à quiditate sensibili: & sic stat argumẽtum docto. Si secundo: tunc quærendum est de illa quiditate sensibili: & manifestum erit, quòd species specialissima quiditatis sensibilis: cuius singulare fortius mouet sensum, erit primo cognita cognitione confusa, & primitate originis. Si verò intelligat, quòd ens concretum quiditate sensibili, sit tantũ ens sensibile: ita quòd ens sensibile est primo cognitũ: sequitur, quòd illud ens sensibile erit primum cognitum: cuius singulare fortius mouet sensum: & si singulare alicuius speciei specialissimæ fortius mouet sensum: sequitur, quòd species specialissima erit primo cognita confusè.

¶Ad tertiam responsionem, ex dictis supra patet, quòd nihil facit ad argumentum doc.

Exemplum primi, exemplum secundi.

¶Ad illud, quod dicit de ordine essentiali originis, antequam respõdeam præmitto aliqua. Primo, quòd ordo essentialis originis inter conceptus confusos potest dupliciter intelligi: aut inter res conceptas confusè: aut inter conceptus confusos: quibus illæ res concipiuntur. Exemplum primi. homo, animal, sensibile, viuens, corpus, & substantia. Exemplum secundi. cognitio hominis, cognitio animalis, & sic deinceps. Secundo præmitto, quod dicit docto. in 4. dist. 1. q. 1. quòd idem dicitur prius,

& po-

& posterius generari secundùm aliam,& aliam realitatem: quia Fran. prius origine dicitur ens, deinde substãtia, deinde corpus,& sic deinceps. Tunc dico ad rationem istius, quòd accipiendo ordinem essentialem originis primo modo: extrema non possunt generari, intermedijs nõ generatis, quòd enim Franciscus dicatur generari secundùm substantiam, & secundùm humanitatem, & ꝙ simul non sit genitus secundùm animalitatem, corporeitatem, & huiusmodi: est impossibile, quia vbi est talis ordo, est impossibile haberi posterius sine priori. Si verò intelligat, quòd vbi est talis ordo extrema non possunt concipi, intermedijs non conceptis. Dico, quòd hoc potest habere duplicem sensum. Primò sic, ꝙ Franciscus intelligatur, vel concipiatur generari secundùm substantiam, & secundùm suum esse vltimatum: & quòd non intelligatur generari secundùm alia intermedia: hoc fortè importat difficultatem. Secundo sic: ꝙ extrema, puta substantia, & homo non possint absolutè concipi intermedijs nõ conceptis: hic sensus est falsus: quia contingit concipere hominem, & substantiam, non concipiendo ipsum esse animal, vel viuens. Et patet quòd hic non est ordo essentialis originis, sic, quòd conceptio hominis confusa essentialiter dependeat à conceptione animalis. Si verò intelligatur ordo essentialis inter conceptus confusos, secundo modo sumptos, scilicet inter cognitiones confusas superioris, & inferioris.

Extrema possunt concipi, non conceptis intermedijs.

¶ Dico, quòd non inueni à Doct. quòd inter tales conceptus confusos sit ordo essentialis originis: & sic stat, quòd extremi conceptus possunt haberi, intermedijs non habitis. Benè verum est, quòd loquendo de conceptibus distinctis inter illos est ordo essentialis originis: quia homo non potest distinctè concipi non conceptis omnibus superioribus: & ita non potest homo distinctè concipi: ita quòd distinctè concipiatur quod ens est, nisi omnia intermedia concipiantur, vt patet.

Inter conceptus distinctos est ordo essentialis.

¶ Dico etiam, ꝙ posito, quòd sit ordo essentialis originis inter conceptus confusos, secundo modo dictos, hoc debet intelligi quantum ad produci: quia (vt dicit docto.) si ponatur vna species intelligibilis eadem respectu speciei specialissimæ, & omnium superiorum: illa species vna cum intellectu prius origine causat cognitionem confusam, puta albedinis: & posterius origine causat cognitionem confusam coloris, & sic deinceps, & sic est ordo essentialis originis inter huiusmodi cognitiones, qualis potest esse inter plures effectus ab eadem causa ordinatè productos: & sic istæ cognitiones confusæ ab eadem causa ordinatè producuntur: & tunc negatur, quòd extrema possint haberi, siue produci, intermedijs non productis: licet intellectus, habita cognitione confusa superioris, possit præcisè considerare illud non considerando inferius: vt patuit à Docto. supra quæstio. 1. præsentis. dist. tamen quantum ad produci, comparando ad eandem causam, non potest conceptus superioris produci à specie intelligibili alicuius speciei specialissimæ, non producto prius conceptu confuso speciei specialissimæ, & sic patet ad rationem istam, quæ prius videbatur sibi omnino insolubilis.

¶ Ad aliud argumentum, quo probat, quòd ens, potest confusè concipi. & primo respondeo ad illud, quod præmittit, nam quando dicit, quòd cognoscere aliquid distinctè est illud cognoscendo penetrare secundùm omnia, quæ sunt in illo. Hoc conceditur: nec in hoc differt à positione Docto. quia habeo pro eodem cognoscere hominem penetrando secundùm omnia ipsius hominis, & cognoscere eum secundùm omnes partes eius: non enim possum perfectè penetrare hominem, nisi cognoscam omnes partes essentiales hominis: cognoscere aliquid secundùm omnes partes suas est ipsum distinctè cognoscere. Tunc ad argumentum respondeo, quando dicit: quòd ens confusè cognoscitur ab aliquo intellectu, quando nescit separare ens à substantia, & accidente, &c. Dico primo, quòd Docto. supponit, quòd ens dicat distinctum conceptum, alium à substantia, & accidente: vt supra exposuimus quæstio. 1. præsentis distinctio. Et sic intellectus cognoscens ens, cognoscit ipsum distinctè. Et cum dicit, quòd nescit ipsum separare à substantia, & accidente. Hoc falsum est: quia notum est apud intellectum: ꝙ omnis substantia est ens non econtra: & quòd omne accidens est ens, & non econtra. Credo tamen, quòd ens apud istos possit confuse concipi: quia isti ponunt, quòd ens non dicat alium conceptum à substantia, & accidente: & sic patet argumentum parum concludere.

Caietanus in hoc non differt à Scoto.

Cognoscere aliquid secundùm omnes partes quid sit.

¶ Ad aliud quo probat, quòd conceptus entis sit primò cognitus: quia imperfectissimus. Hoc negatur: & cum probatur ex 9. metha. quòd imperfectiora sunt priora via generationis. Dico quòd hæc propositio habet veritatem in formis eiusdem ordinis: vt patet à Docto. in quolib. in 4. in materia de eucharistia: & vera est quantum ad esse, quia communiter, quæ prius generantur in respectu ad aliquem effectum principaliter intentum sunt imperfectiora: vt patet in generatione hominis: non enim est absolutè vera, quòd primo genita sint imperfectiora: patet quia prius generatur substantia, quàm accidentia, & tamen substantia perfectior. Sic dico, quòd licet conceptus entis sit imperfectissimus: non tamen sequitur, quòd prius cognoscatur: non enim valet substantia est prior generatione accidente: ergo à prius cognoscitur: imo econtra prius accidentia cognoscuntur.

9 met. text. 13.

Illa regula Arist. valet quando illa priora se habent p modum potentie & posteriora p modum actus.

¶ Si dicatur, quòd quando perfectum, & imperfectum comparantur ad eandem causam, imperfectum prius generatur. Cum ergo cognitio entis sit imperfectior cognitione hominis: sequitur, ꝙ species intelligibilis hominis prius origine causabit cognitionem entis.

Obiectio.

¶ Dico, quòd quando imperfectum, & perfectum sic comparantur ad eandem causam, quòd imperfectum sit dispositio præuia ad perfectum: imperfectum prius generatur: vt patet in generatione hominis, cuius prius generatur sanguis, deinde caro &c. sed cognitio entis non prærequiritur, vt dispositio præuia ad cognitionem hominis, vt supra dixi: ergo nec est multum necesse hic distinguere de perfectione obiectuali, & de perfectione euidentiæ: qua etiam distinctione posita: certum est, quòd conceptus entis est perfectior perfectione euidentiæ: & ratio contra hoc parum concludit: quia hic loquimur de euidentia conceptus in se: & certum est, quòd ex quo ens dicit conceptum simpliciter simplicem statim sit euidens cuicunque intellectui concipienti illum: non sic est de alijs conceptibus includentibus ipsum ens: immo (vt supra dixi) conceptus entis est simpliciter euidentissimus, cum tamen sit cognoscibilis distinctè: & sit simpliciter primum in cognitione aliorum distincta.

Solutio.

Conceptus entis est simpliciter euidentissimus. cum tamen sit cognoscibilis distinctè.

¶ Ad vltimum de cognitione confusa, siue de conceptu confuso. Dico primo, quòd conceptus confusus magis, vel minus nõ attẽditur principaliter

ter penes hoc, quòd est importare partes ordinatè, vel inordinatè: vel magis, vel minus ordinatè: sed attenditur penes hoc, quod talis conceptus includit plures per se partes: & sic illud erit magis confusum quod includit partes in actu, quàm illud quod tantum in potentia. si enim inclusio partium est causa, quòd aliquid dicatur confusum, sequitur, quòd vbi est maior, & perfectior inclusio, erit magis confusum: & huiusmodi est inclusio actualis partium. Dicimus enim hominem esse perfectiorem animali: quia plura includit actu, quàm animal: licet animal plura includat potentia.

Multiplex actus. ¶ Si etiam dicatur, quòd inclusio partium sine ordine includit maiorem confusionem, transeat. Et cum dicit, quòd genus est huiusmodi: negatur: quia includit omnes species ordinatè, secundùm differentias ordinatas, ita quòd non ęquè primo includit *7. met. contex 49.* omnes, vt patet. Et cum dicit, quòd nulla est ibi distinctio: quia actus est, qui distinguit, &c. Dico, quòd actus est multiplex, scilicet actus formalis, actus entitatiuus, de quibus Doctor. in 2. distinctio. 12 quæstione secunda, & actus obiectiuè, siue obiectalis, & actus, qui importat actualem existentiam: omnes isti actus possunt suo modo distinguere, & sic inter species potentialiter contentas in genere est saltem distinctio obiectiua, siuè entitatiua per actū obiectalem, siue entitatiuum. Et est distinctio formalis: quia per differentias: licet non sit distinctio per actum includentem actualem existentiam: & sic patet ad rationes huius noui expositoris.

Soluuntur r̄nes Ochā. NVNC respōdendum est ad rationes Ocham. Ad primam quam facit de causa naturali. dico primo, quòd etiam causa loquendo de perfectione naturali effectus: si est perfecta & non impedita statim producit effectum perfectissimum quem potest: & si calor successiue producat calorem, talis successio accidit propter imperfectionem in causa.

¶ Dico etiam, quòd non est ad propositum: quia fit comparatio causæ ad duos effectus numero distinctos: modo quando calor producit in ligno calorem successiuè est tantum vna productio numero: & per consequens tantum vnum productum numero. si fieret ergo comparatio inter effectum perfectum & effectum imperfectum qui tantum numero distinguantur: diceret, quòd causa naturalis prius origine produceret effectum perfectum: & posterius origine effectum imperfectum: licet fortè casus non admitteretur, posita æquali dispositione, ex parte vtriusque effectus: quia vel nihil produceret, vel si aliquid produceret: effectum perfectiorem produceret. In proposito non fit comparatio causæ ad duos conceptus, solo numero differentes. Et cum dicit: aut attenditur ista perfectio specificè, & non numeraliter: ita quod causa eadem comparetur ad plures effectus speciè distinctos, vel saltem plusquam numero: quia propriè cognitio hominis, *Cognitio hominis & animalis non propriè specie distinguūtur.* & cognitio animalis non distinguuntur specie, quia nec obiecta: nisi accipiendo cognitionem specificam impropriè sumptam. Sed quicquid sit an huiusmodi cognitiones specie distinguantur: alias pertractabitur. cum quærit: aut est causa partialis respectu illorum: aut totalis (si partialis. illa posterius origine potest producere effectum perfectiorem: patet de substantia animæ, quæ prius producit cognitionem sui: & ipsamet cum cognitione partialiter producit volitionem sui, & quæ est perfectior cognitione. Dico, quod hoc non est multum ad propositum: tum quia si essentia animæ sit partialis causa cognitionis sui: non tamen ipsa sub eadem ratione formali est partialis causa volitionis sui: quia non ponit obiectū aliquod in se esse causam alicuius volitionis: licet fortè cognitio talis obiecti posset esse causa: sustinendo quòd voluntas non sit totalis causa volitionis suæ: de quo patet in secunda distin. 15. Dico etiam, quòd & si substantia animæ inquantum intellectus sit causa cognitionis: tamen ipsa inquantum intellectus non est causa, nec totalis, nec partialis volitionis: vt patet à Docto. in pluribus locis: præsertim in primo. dist. 2.7.10. in 2. distinctio. 26. & alibi. Dico tertio, quòd (vt dixi) causa naturalis perfectè disposita producit effectum perfectissimum, quem potest: vbi autem requirit aliquam dispositionem, prius producit illam: & tunc dico, quòd licet substantia animæ possit comparari secundùm istum ad cognitionem, & volitionem, vt ad duos effectus, specie distinctos: tamen non est æqualiter disposita respectu vtriusq;: quia ad volitionem alicuius obiecti semper præerequiritur cognitio eiusdem, vt dispositio, siue, ut causa sine qua non: vt patet à Docto. in secunda dist. 25. *Causæ naturales agētes cognitione, quādo non sunt impeditæ nō prærequirunt aliquam dispositionem.* In proposito autem causæ naturales agentes cognitione, quando non sunt impeditæ non prærequirunt aliquam dispositionem positiuam: vt supra exposui, & sic patet, quid dicendum sit de specie intelligibili speciei specialissimæ. si ponatur, quòd sit partialis causa cognitionis speciei, & cognitionis superiorum: quòd ipsa prius origine producit cognitionem speciei specialissimæ, vt partialis causa. Et quod dicit de causa totali. hoc idem dico. Et cum dicit, quòd non est maior ratio de vno, quàm de alio. Hoc indiget probatione. cum verò dicit, quòd quando comparatur ad duos effectus, specie distinctos: ita quod vnum prius origine producit, & aliud posterius origine. Verum est, si vnum est producibile in instanti: & aliud successiuè. Hæc omnia indigent probatione. Oporteret enim probare, quod si vna causa puta sol potest producere plures effectus specie distinctos successiue: quod prius non posset producere perfectiorem, quàm imperfectiorem. Et quod dicit de philosopho, quod priora generatione sunt imperfectiora. *Priora generatione sūt posteriora perfectione verum est, quā agens nō potest immediatè attingere effectū principaliter intentū.* Hoc verum est, vt comparantur ad agens: quod nō potest immediate attingere effectum principaliter intentum: ideo oportet ipsum prius producere dispositiones præuias: & ideo priora in tali generatione sunt imperfectiora effectu principaliter intento: vt verò comparantur ad agens quod non requirit dispositionem præuiam respectu effectus principaliter intenti: non est verum: quod effectus imperfectior sit prior generatione.

¶ Ad aliud de visibili distanti dico (vt ibi dicitur) quod ideo visibile distans prius causat cognitionem communioris: quia non est perfectè proportionatum. Exempli gratia. posito, quod a longe videatur: puta aliquod indiuiduum coloris: tale indiuiduum causat similitudinem coloris in potentia sensitiua: & talis species sensitiua causat phantasma in phātasia, quod repræsentat indiuiduum coloris cum cōditionibus materialibus: & illud phantasma causat partialiter in intellectu possibili, speciem intelligibilem coloris, representatem colorem, in ratione obiecti intelligibilis: & talis species, partialiter causat cōceptum perfectissimum, quem potest: & sic prius origine causat conceptum coloris, quam conceptum qualitatis. Si verò tale visibile esset debitè proportionatum potentiæ visiuæ: ita quod causaret speciem sensibilem representantem: puta hanc albedinem: tunc primum cognitum esset species albedinis. Et quando arguit contra de illa improportione. Et quod dicit, quod non potest haberi conceptus speciei specialissimæ sine conceptu superiori, negatur hoc: quando sensibile est perfectè proportionatum. Et cum arguit cōtra, quærendo quæ requiruntur ad causandum conceptum superioris: vt entis. Dico breuiter: quod per quamcunque speciem intelligibilem alicuius spe-

ciei ſpecialiſſimæ, poteſt haberi conceptus entis. Et ſi ponantur diſtinctæ ſpecies intelligibiles reſpectu ſuperioris, & inferioris. Dico ꝙ fantaſma cuiuſcunque ſingularis ſpeciei ſpecialiſſimæ, poteſt cauſare ſpeciem intelligibilem ſpeciei ſpecialiſſimæ, & omnium ſuperiorum: vt ſupra expoſui.

¶ Ad rationem factam cõtra ſecundã rõnem doc. patet ꝙ ratio doc. eſt euidens. Et quãdo dicit Ochã: ꝙ metaphyſica eſt de conceptibus complexis: admittitur: Cum addit, ꝙ aliquando complexa erunt poſterius nota: licet termini ſint prius noti: vt patet de aſtris, & partiale, & paritate, & imperitate. Dico ꝙ: aut loquimur de propoſitionibus per ſe notis: aut de ꝓpoſitionibus non p ſe notis, ſed de cõcluſionibus deductis: ſi de propoſitionibus per ſe notis. Dico ꝙ ordine doctrinæ, ſunt poſterius notæ in metaphyſica: & ſimiliter, termini earum, ſunt poſterius noti, quàm in alijs ſcientijs: & patet de iſta propoſitione: omne totum eſt maius ſua parte: quæ eſt nota metaphyſico, terminis diſtinctè conceptis: ſed prius nota in alia ſcientia, terminis confuſe conceptis: & tunc dico, quòd ſi termini diſtinctè concipiantur à metaphyſico: ſtatim ille habebit propoſitionem per ſe notam: ſi ſunt tales termini, ex quibus poſſet componi propoſitio per ſe nota: & ſic, ſi iſta propoſitio eſſet per ſe nota: aſtra ſunt paria: ſtatim notis termini, diſtinctè eſſet metaphyſico per ſe nota: & habitis principijs per ſe notis ex terminis, diſtinctè conceptis: ſtatim poteſt habere euidentiam propoſitionum virtualiter contentarum in illis. Cum ergo ordine doctrinę ſit prior cognitio confuſa terminorum, cognitione diſtincta eorum: patet ꝙ ratio Ocham nihil concludit contra rationem Doc.

De ſubſtantijs ſeparatis ſtm habentur conceptus cões nobis & illis.

¶ Ad illud de ſubſtantijs ſeparatis: hoc minus concludit: quia de ſubſtantijs ſeparatis, tantum habentur conceptus communes illis, & nobis: & non habetur aliquis conceptus proprius incomplexus: vt ſupra patuit: nec eſt intentio Aui. quòd metaphyſica dicatur vltima in ordine doctrinæ reſpectu ſubſtantiæ ſeparatæ: ſed ſimpliciter, & abſolutè dicitur vltima.

¶ Ad aliud quod facit contra tertiam rationem docto. in qua Doc. dicebat quòd, ſi prius cauſaretur conceptus entis, ꝙ requireretur magnum tempus ad habendum conceptum ſpeciei ſpecialiſſimę. Et dicit Ocham, ꝙ idem ſequeretur, ꝙ ſi prius cauſaretur conceptus ſpeciei, requireretur magnum tempus antequam haberetur conceptus entis: quia oporteret tranſire per omnia media. Dico ꝙ non eſt ſimile: quia facilius eſt habita cognitione inferioris, ꝙ habeatur cognitio ſuperioris, quàm econtra: nam cognita ſubſtantia: oportet multas facere diuiſiones antequam deueniatur ad cognitionem puta hominis: non autem econtra. Similiter cognito aliquo toto: in quo plures partes includuntur: facilius eſt cognoſcere omnes illas partes: quàm cognita aliqua parte, cognoſcere aliquod totum: tum etiam: quia notitia inferioris poteſt eſſe cauſa notitiæ ſuperioris: quia tale inferius eſt perfectius, & eſſentialiter continet ſuperius: vt ſupra dixi in q. 1. præſentis diſt. cognitio autem ſuperioris, non poteſt eſſe cauſa cognitionis inferioris: cum ſuperius nec eſſentialiter, nec virtualiter contineat notitiam inferioris. Cognito ergo, ꝙ ſit neceſſe tranſire per eadem media, à cognitione ſpeciei ſpecialiſſimę ad cognitionem entis: & econtra: tamen maius tempus incomparabiliter requiritur tranſeundo à conceptu entis, ad conceptum ſpeciei ſpecialiſſimæ: quàm econtra.

¶ Dico etiã ſuſtinendo, ꝙ ſit eadem ſpecies intelligibilis, ſpeciei ſpecialiſſimæ, & omnium ſuperiorũ: ꝙ per eandem ſpeciem, facilius eſt tranſire à cognitione ſpeciei ſpecialiſſimæ, ad cognitionẽ entis, quàm econtra: vt patet intuenti.

¶ Poſito etiam, ꝙ ſit alia ſpecies intelligibilis ſpeciei ſpecialiſſimæ: & ꝙ quodlibet ſuperius habeat ſpeciem intelligibilem propriã: adhuc patet, ꝙ facilius eſt, habita cognitione ſpeciei ſpecialiſſimę (includentis eſſentialiter omnia ſuperiora) tranſire ad conceptum entis: quàm habita cognitione entis per ſpeciem intelligibilem ipſius, tranſire ad cognitionem ſpeciei ſpecialiſſimæ, cum ens nullum inferius includat, nec virtualiter nec eſſentialiter: & ſic patet quomodo ratio Ocham non concludit.

¶ Ad vltimum quod facit contra ſecundum articulum principalem, in quo doc. dicit, ꝙ neceſſariò primum cognitum cognitione diſtincta eſt ipſum ens. Et Ocham intendit probare, ꝙ ſpecies ſpecialiſſima, poſſit diſtinctè concipi, ſine conceptu entis: ſed hoc negaretur à Doc. Et cum probat illud: poteſt diſtinctè quiditatiue cognoſci, nõ cognito illo, quod non eſt de quiditate illius: hoc concedit. Et cũ addit, ꝙ ens non eſt de quiditate ſpeciei ſpecialiſſimæ: negatur. Cum probatur, ꝙ ſpecies ſpecialiſſima non habet eſſe extra animam: ſed ens tantum in anima: hoc habet probare: quia vt infra patebit, ipſum ens, eſt de intrinſeca ratione cuiuſcunque creati, & dicit conceptum realem: vt infra patebit præſenti d. & d. 8. Et quando dicit, ꝙ Deus poteſt diſtinctè cognoſci (loquendo de cognitione intuitiua) quæ terminatur ad rem exiſtentem inquantum exiſtens: vt dicit Sco. ergo ſimiliter, & creatura. Dico primo, ꝙ non eſt ſimile, de Deo, & creatura: quia ens, non eſt de intrinſeca ratione Dei: cum conceptus entis, ſit ſimpliciter poſterior: eſt autem de intrinſeca ratione creaturę: & de hoc vide ſupra ea quæ dixi in diſt. 2. q. 1. exponẽdo illud argumentũ, quo ꝓbatur, ꝙ nõ poſſunt eſſe ſimpliciter duo neceſſe eſſe. Dico ſecũdo, ꝙ poſito, ꝙ cõceptus entis ſit ſuperior Deo, & de intrinſeca ratione eius: dico ꝙ in cognitione abſtractiua, Deus non poſſet diſtinctè cognoſci, nõ cognito conceptu entis: & hoc idem dico de creatura. Et cum dicit de cognitione intuitiua non eſt multum ad propoſitũ: quia in tali cognitione, illud dicitur diſtinctè cognoſci, quando cognoſcitur ſecundùm perfectam exiſtentiam: ſupponitur autem, ꝙ conceptus entis abſtrahat ab omni exiſtentia: & ſi ad huiuſmodi cognitionem intuitiuam requiritur: tunc cognoſcitur, inquantum actu exiſtens.

Ens non eſt de intrinſeca ratione Dei, ſed creaturæ.

¶ Ad illud quod dicit Ochã contra doc. de cõceptu ſimpliciter ſimplici, ꝓbando ꝙ ſpecies ſpecialiſſima dicat cõceptũ ſimpliciter ſimplicẽ, patet rñſio: quia cõceptus ſpeciei, accipitur pro re cõceptibili, quæ eſt compoſita ex pluribus realitatibus cõceptibilibus, Et concedo, ꝙ ſicut entitas ſpeciei ſpecialiſſime habet eſſe præter operationem intellectus: ita & omnes partes illius: & eo modo quo habet eſſe eodem modo & partes. Et hęc omnia clarius habẽt videri infra d. 8. Ad aliud quod dicit contra docto. de cõfuſe & diſtinctè concipi: vbi probat, ꝙ ſpecies ſpecialiſſima poteſt concipi diſtinctè ſine diffinitione: hoc patet eſſe falſum: & probationes quas facit ſunt manifeſtę falſę, vt patet intuenti & ſequenti doctrinam ſubtiliſſimi docto.

QVIDAM nouus expoſitor. Philoſophi arguit contra Sco. de primitate cognitionis. Et primo ſic recitat poſitionem Sco. dicens. Sco. in prima d. 3. ponit ꝙ via originis in cognitione confuſa ſemper minus vniuerſale prius occurrit intellectui: & hoc, quia illius ſingulare fortius mouet ſenſum. Modo ex hac eorũ diuiſione hr̃, ꝙ ſemper ſingulare magis vniuerſalis fortius mouet ſenſum: tam in ꝓxima ꝙ in remota diſtantia: vt patet. Etiam habetur, ꝙ via

Augu Sueſ. in ſua metaphy.

gis vniuersalis non potest effici in intellectu, nisi per cognitionem accidentium omnium, vel non sine accidentibus communibus: vt sine sensu, voce, loquela, &c. Tunc arguo sic. Illud via originis primo intellectui nostro in cognitione actuali occurrit cuius accidentia primo via originis cognitione actuali nobis occurrunt: patet hoc ex primo presupposito: sed cognitio accidentium generis, & magis vniuersalis prius via originis nobis occurrit. hæc ratio. Simpli. nullis additis demonstrat.

Ratio simplicij nō demonstrat.

¶Tertio principaliter. Hæc positio videtur insufficiens primo quia per hanc non habemus, quid sit prius posteriusve cognitum in vniuersalibus post rem: sed solum in vniuersalibus in re. Adhuc cū intellectus possit procedere naturaliter voluntarie, & fortuitè atque scientificè: ex hac determinatione nō habemus, quid sit præcognitum in vnoquoque processuum: sed per hanc positionem tantum habetur, quid sit præcognitum in processu diffinitiuo: hæc ille.

Solutiones rationum Aug. suo.

AD istum nouum expositorem philosophi respondeo. Et primo, quando infertur per Sco. habetur, quòd semper singulare magis vniuersalis fortius mouet sensum, tam in proxima, quàm in remota distantia. Hoc Sco. nō dicit, nec ex dictis eius hoc potest inferri: vt patet intuenti dicta ipsius. Vult enim, quòd quando singulare in debita distantia, & proximatione fortius mouet sensum: vniuersale illius singularis prius cognoscitur cognitione confusa. i. quod habita cognitione sensitiua huius albedinis à phantasmate illius: tūc primum causatum erit species intelligibilis albedinis: & secūdo erit species intelligibilis proximioris albedini: & sic deinceps tenendo (vt supra dixi) quod ponantur tot species intelligibiles, quot vniuersalia magis, & minus cōmunia. Si vero tantum vna ponatur: patet quòd species intelligibilis albedinis prius partialiter causat cognitionem confusam ipsius albedinis: & post cognitionem superiorum: vt exposui. Et sic semper posita debita dispositione sensibilis: puta, quòd videatur, vt indiuiduum speciei specialissimę: tunc quando tale singulare fortius mouet sensum: tunc primo species specialissima, illius via originis cognoscitur. Et etiā falsū assumit, quòd singulare magis vniuersalis fortius moueat sensum, quàm singulare minus vniuersalis, stante æquali dispositione vtriusque singularis. Assumit etiam falsum, cum dicit, quòd singulare magis mouet sensum, siuè in proxima, siuè in remota distantia: vt patet ad sensum. Et multa alia dicit, quę ipse non inueni in Sco. sed transeo breuiter.

Aug. nō bagit Sco. mi[...]em.

¶Deinde respondeo ad rationes, quas facit. Cum primo dicit: quòd hæc positio non est peripatetica. Miror certe, quòd semper vtatur isto vocabulo quasi alij periniores in via philosophi, & Commen. nihil viderint. Oporteret enim ipsum ostēdere, quę dicit: ostendat mihi, quod dicta a Doct. subtili non sint ad mentem philosophi, & credam: sed quia hoc non ostendit, sicut etiam in alijs locis dixit non esse peripatetice dictum: adduxi literam philosophi, & Auer. ostendendo, quòd erat peripatetice dictum. Ideo parum curo ex quo oppositum non ostendit per dicta philosophi, & sequacium ipsius. Credo. n. Doctor. subtilem fuisse perfectissimum Aristotelicum, vt opera, & commentaria sua ostendunt. Sed his omissis: quia parum curo insistere contra istum nouum interpretem: respondeo ad illud, quādo dicit, quòd Sco. sibi contradicit: quia si magis vniuersale est prius cognitum cognitione habituali: igitur, & in cognitione actuali. Negatur consequentia. Et cum dicit, quòd potentialiter tale quandoque erit actualiter tale. Parcat mihi, quòd non intelligit Docto. non enim Docto. vult, quòd illud dicatur prius

[...]otus fuit [...]erfectissi[...]mus Aristo[...]licus.

cognosci habitualiter, quia est aptum natum sic cognosci, quòd talis potentia reducatur ad actum: q. Doct. tantum loquitur de cognito habitualiter, vel virtualiter distincto, contra cognitum actualiter: & sic qualem ordinem habet aliquid in se, talem habet respectu cuiuscunque. sicut dicimus, quod homo prius constituitur ens, &c. vide supra, vbi hoc exposui respondendo ad similem difficultatem.

Suessanus non intellexit Scotum.

¶Ad aliud, cum dicit: si intellectus naturaliter est aptus natus perfici a minus perfecto: igitur cum deducitur ad actum, prius perficietur a minus perfecto. Dico (vt supra dixi) quòd non intelligit Doctor. quia loquitur tantum de perfectione habituali, vel virtuali; vt distinguitur contra actualem. i. posito, q. intellectus actu perficiatur cognitione, puta albedinis: quod est proximius sibi non in actuali cognitione: sed tantum in habituali, vel virtuali: patet, quod magis vniuersale: ergo illud est prius cognoscibile, cognitione actuali non sequitur, vt supra diffuse exposui. Iste enim imaginatur, & non recte, quòd Sco. velit, quod illud, quod est prius cognitum via originis cognitione habituali, vel virtuali: possit etiam esse prius, cognitum cognitione actuali. Et nota verba Docto. dicit enim sic. Si vna forma includat virtualiter plures, prius perficiet materiam sub ratione communioris formæ: puta sub ratione substantiæ, quàm sub ratione corporis: & semper in illa via generationis imperfectius erit prius: quia proceditur a potentia ad actum: ergo sicut conceptus plures cōmuniores & minus communes habituales, vel virtuales nati sunt perficere intellectum via generationis, vel originis: ita, quod imperfectior semper est prius. ita si vnus conceptus virtualiter includat omnes illos prius perficiet sub ratione conceptus prioris, & vniuersalioris, quam sub ratione conceptus particularis. Hæc Sco. patet ergo q. non vult Doct. quod tale sic prius cognitum cognitione habituali sit natum prius cognosci cognitione actuali: nisi fortè loquendo de cognitione distincta.

¶Potest etiam responderi, vt respondet quidam: quæ responsio est prius recitata ab isto nouo interprete: videlicet, quod obiecta, eo modo mouent intellectum, quo sunt præsentia, nisi sit aliquod impediens. Et sic licet obiectum sit pręsens intellectui sub ratione magis vniuersalis: tamen (intellectus in intelligendo, & mouendo dependet a sensu: & sensus mouetur ab obiecto extra sub ratione naturæ specificæ) quando obiectum est in debita distantia ad sensum: oportet intellectum moueri ab obiecto sub ratione naturæ specificę: & ita obiectum præsens, sub ratione vniuersalis non potest mouere sub tali ratione, ex impedimento singularis sensibilis ad extra, mouentis ipsum sensum. Concedo ergo, quod quæcunque sunt præsentia intellectui, eo ordine mouent intellectum, quo ordine sunt præsentia; nisi eorum motio impediatur ab aliquo sensibili extra: hæc ille. Et hāc rationem dicit ille interpres esse friuolā. Hoc dicit forte; quia eam non recte intelligit. Quando ergo dicit, quod nunquam dicitor aliquid proxime cognoscibile, quod nunquam tali ordine cognoscitur. Cōceditur amoto semper impedimento.

Anto. trombeta in sua meta.

Suessanus non intellexit rationē Scoti.

¶Et cum infertur, quod per nos stante tali dispositione impeditiua: nunquam intellectus potest post cognitionem speciei cognoscere vniuersalius. Dico primo, quod hoc nihil est contra nos: quia tunc ponitur impedimentum quo stante nō potest sequi cognitio, &c. Intelligitur enim dictum istius, quod q. tum est ex parte sua est obiectum prius cognoscibile: sed quando singulare sensibile fortius mouet sensum, prius causatur cognitio perfectior, siue conceptus perfectior, qualis est cōceptus speciei: & sic magis vniuersale esset prius cognoscibile ex parte sua, quàm

quàm minus vniuersale:& semper loquor pro statu naturæ lapsæ:& sic posito tali impedimento nó potest sequi. Dico secundo, cum dicis, quòd stante tali impedimento vniuersalius non potest cognosci; nogatur, q non possit cognosci: hoc enim impedimentum non ponitur propter negationem cognitionis absolutæ: quia tunc sequeretur, quòd státe cognitione speciei specialissimè intellectus non posset aliquo modo cognoscere superiora:& sic nó posset formare hanc propositionem homo est animal: vel substátia, vel ens; oportet enim cognoscere extrema cognoscens vnionem extremorum, & ponens differentiam eorum adinuicem: vt patet 2. de anima. vbi probatur sensum communem esse ex hoc, quòd ponit differentiam inter obiecta sensuum particularium, siue sensuum exteriorum:& per consequens cognoscit illa obiecta: & sic patet quomodo intellectus simul potest habere cognitionem speciei specialissimæ: & multorum superiorum. Dico tamen, q stante tali ordine non potest cognosci prius prioritate originis: quia prius de necessitate cognoscitur species specialissima, cuius singulare fortius, & efficacius mouet sensum. Et ideo stante tali impedimento nunquam potest cognosci primo: non tamen sequitur, quòd non possit cognosci secúdo, siue in aliquo posteriori instanti:& sic patet.

Magis vniuersale actu prius cognoscitur cognitione confusa.

¶Ad illud, quod secúdo principaliter dicit, q magis vniuersale actu prius cognoscitur cognitione cófusa: quia nobis certius. Dico, q stante debita dispositione tam sensus, quàm obiecti: tunc sensus non erat circa sensibile: vt patet 2. de anima. & hoc clarius intelligitur a Sco. in isto primo. d.3. q.4. de sinceris veritatibus:& sic si habet album perfectè præsens, & non sit in dispositio in sensu: ita sensus certus est, qd est album: sicut, q est coloratum: immo per prius apprehendit sub ratione albi, quàm sub ratione coloris:& sic semper Doct. loquitur. Particularia enim sunt prius nota nobis,& magis vniuersalia natura: quare a particularibus táquá a notioribus inchoandum est: magis ergo vniuersalia sunt notiora naturæ. Et ideo in ordine distinctè concipiendi incipimus a magis vniuersalibus.

Ratio Simplicij.

¶Ad illam rationem, quam dicit esse Simplicij. Dico, quòd concessis illis præsuppositis: tamen sanè intellectis: quod dico propter, secundùm præsuppositum: quia licet absolute accidens magis commune communiter sit certius: stante tamen dispositione potentiæ,& obiecti sensibilis particularis in se non video istam maiorem certitudinem magis vniuersalis: vt dixi supra, postea negatur ista: videlicet, quod cognitio accidétis magis vniuersalis prius nobis occurrit ponédo debitam propinquitatem sensibilis. Bene verú est: q si sensibile videatur a remotis prius occurrit, vt singulare magis vniuersalis: vt vero est in debita distantia, & propinquitate qualis requiritur ad videndum singulare speciei specialissimæ: prius occurrit, vt singulare speciei specialissimæ, quam vt singulare magis vniuersalis: vt patet per experientiá: & sic ratio ista nihil concludit.

Notabiles hæc omnia.

¶Ad illa alia inconuenientia, quæ adducit: primo q per hanc positionem non habemus, quid sit prius aut posterius cognitum in vniuersalibus post rem: sed solum in vniuersalibus in re. Dico, q hoc nó est necesse: quia quærimus tantum, quid sit simpliciter primo cognitum via originis: posito, q singulare nó cognoscatur in se:& sic concluditur, q species specialissima cuius singulare fortius mouet sensum: & habita cognitione talis speciei: intellectus postea potest omnia essentialiter, vel virtualiter inclusa in tali specie cognoscere,& hoc sufficit.

¶Ad aliud, quod dicit, q contingit intellectú procedere naturaliter voluntariè, &c. Dico, q vt patet ex litera Docto. non oportet quærere omnem modum: sed quæritur absolutè, quid sit primum cognitum primitate originis. Cognoscere enim voluntariè præsupponit cognitionem naturalem: quia cognitio dicitur voluntaria, inquantum voluntas imperat intellectui, vel firmádo illum in priori cognitione: vel remouendo a priori cognito, & conuertendo ad aliud obiectum, vt patet a Sco. in 2. d. 42. Nunquam enim voluntas posset habere actum, nisi circa prius cognitum. Et ideo superfluum est quærere omnem processum, siue omnem modum procedendi.

Quare dicatur cognitio voluntaria.

NVNC de ordine perfectionis. Hæc litera est satis clara. Et, quod dicit de visione aquilæ respectu solis:& de visione nostra respectu cádelæ. Vt clarius intelligatur: pono, q sol sit visibilitatis, vt 8 & lumen candelæ tantum, vt duo. Aquila videt solem tantú, vt vnum:& Ioannes videt lumen candelæ, vt duo: dico, q quamuis visio aquilæ sit perfectior simpliciter quia terminatur ad perfectius visibile: visio tamen candelæ est perfectior, secundùm proportionem attingibilitatis obiecti: patet, quia sol est attingibilis, vt 8.& tantum attingitur, vt vnum: & lumen candelæ est attingibilitatis, vt duo: & eodem modo attingitur. De hoc tamen vide, quæ prolixè exposui sup q.2. lib. 2. meta. Doct. vbi multa notaui, &c. Et sic posito isto exemplo applica literam respectu cognitionis, quæ terminatur ad primum ens, & cognitionis; quæ terminatur ad ens sensibile.

Visio Aquilæ est perfectior simpliciter quam visio mea, quia est circa obiectum perfectius. Mea autem visio circa lumen cádelæ est perfectior secundum proportionem, quia intensius oculus meus videt lumen cádelæ quàm Aquila lumen solis. Oculus meus attingit lumen candelæ quantum visibile est, non sic autem Aquila. Applica.

AD argumenta huius q. Primo arguit sic. Deus est primum ens simpliciter: ergo primum cognitum antecedens patet. d.3. consequentia patet. 2. me. t.c.4. Vnumquodque inquit sicut se habet, vt sit. i. ad esse: ita,& ad veritatem. Ibi. Cóm. in fine commét. Quáto inquit magis perfectum in esse, tanto magis erit perfectum in essendo verum.

¶Secundo arguit quia 2. topi. c.29. Rursus si quidá magis,& minus dicitur,& simpliciter dicitur. q.n. non est bonum, vel album neque magis,& minus album vel bonum dicetur: hoc ibi est intentione eius: ubi loquitur in his, quæ sunt per se. i. quæ absolutè, & simpliciter insunt hæc regula tenet: sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis, & maximum ad maximum: patet: si album est simpliciter visibile: ergo magis album, &c.& econuerso magis album est magis visibile: ergo simpliciter album est simpliciter visibile:& sic patet regula. In proposito nihil potest perfectissimè cognosci, nisi Deo perfectissimè cognito: ergo nihil potest simpliciter cognosci, nisi Deo simpliciter cognito: ergo cum aliqua cognoscuntur à nobis Deus erit simpliciter cognitum prius.

¶Tertio. perfectissimus actus potentiæ est circa obiectum perfectissimum, siue simpliciter primú: hoc patet à Doct. in præsenti. d. q.7. Tum etiam, quia actus specificatur ab obiecto. Tum etiá: quia nobilitas scientiæ accipit à nobilitate obiecti: vt patet 1. de aia. t.c.1. Cum inquit, omnium scientiam, siue. s. cognitionem rem esse bonam opinemur, ac honorabilem: magis autem alteram altera, aut secundùm certitudinem, aut ex eo, q melior quidé, & mirabilior est. hoc ibi: sed perfectissimus actus est circa Deum ex. 10. eth. c. 10. quia ibi ponit felicitatem: ergo Deus est simpliciter primum obiectum cognoscibile.

¶Respondet Doc. ad primum dupliciter, primo, q propositio philosophi intelligit de obiecto ex parte sui. s. q sicut est simpl. primú, ita qtú i se est: é primatú cognosci: sed q prius non cognoscat nó est parte obiecti. i. q sicut est ens primú: ita, & prima cognoscibilitas inest: sed mó nó seqtur qtú i se ét est primú cognoscibile: ergo illud primo actu cognoscit ab intellectu nro: mó sequit: reqrit. n. vltra, q sit primú cognoscibile: q ét sit pñs intellectui i róne obiecti actu intelli-

Deus nó est primum cognitum secúdum actualem cognitionem, sed secundum cognoscib. literam.

intelligibilis: modo hoc non poteſt eſſe vt ſupra patuit. præſenti. d. q. prima. vbi habitum eſt: quod primum mouens intellectum eſt aliquod ſenſibile. Secūdo dicit quòd ſi intelligatur de cognoſci actu .i. ſicut ſe habet ad entitatem ita ad cognoſci actu. i. quod ſi eſt primum ens, quod primo cognoſcatur actu: vera eſt comparando ad intellectum, qui reſpicit omnia intelligibilia, ſecundùm gradum propriū cognoſcibilitatis eorum. i. qui cognoſcat illa: ita perfectè quantum ſunt cognoſcibilia: quia talis intellectus habet pro obiecto primo motiuo ſimpliciter primum ens, & neceſſario primo cognoſcit illud; vt patebit magis in quol. q. 15. arti. 2. modo nullus intellectus creatus intelligit omnia, ſecundùm ſuam intelligibilitatem: & maximè intellectus pro ſtatu iſto: in quo maximè cognoſcit ſenſibilia, vt infra patebit. q. ſequenti, &c.

¶Ad ſecundum. Reſpondet, quod illa eſt vera in cauſis præciſis: ſi. n, bonum eſt præciſa cauſa diligibilitatis: magis bonum erit magis diligibile. Et ſic ſimiliter, ſi ens eſt præciſa cauſa intelligibilitatis maximè ens erit maximè intelligibile: ergo & ens ſimpliciter erit ſimpliciter intelligibile; ſed non, valet in cauſis non præciſis. Si enim Deus eſſet cauſa præciſa cognoſcendi rem: puta hominem ſimpliciter; ſicut eſt cauſa præciſa cognoſcendi ipſum perfectiſſimè: valeret conſequentia. a. non cognoſcitur perfectiſſimè niſi Deo perfectè cognito. ergo. a. non cognoſcitur ſimpliciter Deo non cognito; ſed quia a. poteſt ſimpliciter per motionem propriam; licet non ita perfectè ſicut per motionem eſſentiæ diuinæ. ideo poteſt ſimpliciter cognoſci. a. Deo non præcognito. Si dicatur entitas eſt cauſa cognoſcendi rē ſimpliciter: ergo magis ens erit cauſa cognoſcendi rem perfectius: ergo maximum ens erit cauſa cognoſcendi rem perfectiſſimè: ergo econuerſo: maximum ens eſt cauſa cognoſcendi perfectiſſimè: ergo eſt cauſa cognoſcendi rem ſimpliciter. Dico, quod ſi magis, & maximè & ſimpliciter comparentur ad eandem rem: non ſequitur abſolutè, niſi magis ens ſit cauſa cognitionis: vnde nō ſequitur ens, quod eſt lapis eſt cauſa cognoſcendi ſe ſimpliciter: ergo homo, quod eſt magis ens erit cauſa cognoſcendi lapidem perfectius: non ſequitur: quia homo nullo modo eſt cauſa cognoſcendi lapidem: valet tamen de Deo: quia eſt cauſa cognoſcendi lapidem ſimpliciter perfectius, & perfectiſſimè: ſed modo non eſt cā cognoſcendi rem ſimpliciter: & hoc præciſè; patet, quia cognitio lapidis pōt haberi ab intellectu creato, & ipſo lapide: nec forte eſt cauſa præciſa cognoſcendi ipſum perfectius: quia lapis cognoſcitur perfectius ab intellectu angeli, quàm ab intellectu nro: eſt tamen cauſa præciſa cognoſcendi lapidem perfectiſſime: modo non ſequitur lapis non poteſt perfectiſſime cognoſci, niſi Deo perfectè cognito: ergo nec ſimpliciter niſi ipſo cognito: non ſequitur, quia in primo arguitur à cauſa præciſa; in ſecundo à cā non præciſa. ¶Ad tertium dicit Doct. maior eſt vera de primitate perfectionis, quia pfectiſſimus actus tm̄ dr̄ reſpectu perfectiſſimi obiecti: vt patet 3. de anima. t. c. pl̄imi. non aūt intelligit de primitate adæquationis, quia illud ponit ens in gn̄ū ens: loquendo de intellectu ex natura intellectus, & de obiecto motiuo. vt ī. patebit q. ſeq. Loquēdo vero de intellectu nr̄o pro ſtatu iſto eſt quiditas rei ſenſibilis: loquēdo de obiecto motiuo. Si. n. Deus eſſet primū obiectū adæquatū, & motiuū: tunc eſſet primū cognitū: quia nunq̄ obiectū motiuū ad cognitionē plurium obiectorū p̄t cāſare cognitionē alicuius cōtēti virtualiter in ipſo niſi prius in illo intellectu cāſ, & notitiam ſui: & hoc loquēdo de obiecto nāli, & p modū naturæ motiuo: q̄a nunq̄ tale p̄t cāre notitiā alicuius in aliquo intellectu niſi prius in illo cauſet notitiam ſui: vt expoſui prolixe in quol. & ſic eſſentia diuina: quæ ponitur obiectum adæquatum motiuum intellectus diuini obiectum. ſ. naturale: primo cauſat in illo intellectu notitiam ſui: & poſt aliorum: ſecus quando eſt obiectum voluntariū: quia tunc bene poteſt cauſare notitiam aliorum prius quàm notitiam ſui: & ſic patet quomodo: ſi eſſet adæquatum obiectum & naturale: q eſſet neceſſario primum cognitum. *Eſſentia diuina eſt obiectum voluntarium, non naturale.*

QVOD autem dicit iſta opi. recitata: & hoc quantum ad ſecundam q. de indeterminato negatiuè, & priuatiuè &c.

¶Pro intelligentia huius litteræ eſt notandum q doctor accipit magis indeterminatum & minus vt ſit comparatio inter magis vniuerſale, & minus vniuerſale: & cum indeterminatum negatiuè ſit tātum ſingulare (non enim eſt magis nec minus indeterminatum: quia nec magis vniuerſale, nec minus) ideo loquēdo de indeterminatione qualis eſt in primo intellecto, ſcilicet, qualis eſt in illo, quod eſt primo cognitum primitate originis; illud eſt ſpecies ſpecialiſſima &c. Et quando dicit, quòd licet indeterminatio negatiua ſit aliquo modo maior; intelligit tantum entitatiuè, id eſt, licet ſingulare ſit perfectius vniuerſali; & maximè Deus; non tamen ex hoc ſequitur, quòd ſit primo cognitum primitate originis.

¶Pro intelligentia litteræ, nota etiam q aliquando eſt abſtractio accidentis a ſubiecto: & ſic non eſt verum prius cognoſcam ſubiectum quàm accidens quod abſtraho. Aliquando fit abſtractio a ſingularibus: & tunc in cognitione confuſa prius cognoſcitur minus vniuerſale & in cognitione diſtincta prius cognoſcitur magis vniuerſale. Aliquando fit abſtractio minus noti a magis noto: quod fit per diſcurſum ſyllogiſticum: & ſic abſtrahitur concluſio minus nota à principio magis noto; & hoc modo verum eſt quòd concluſio poſterius cognoſcitur; quia notitia illius dependet a notitia principij; ſed tamen non poſſent formari principia, & concluſiones niſi prius terminis cognitis, vt patet. Et ſic ponendo, quòd Deus ſit poſterius cognitum & ſit concluſio (puta quia demonſtro ipſum eſſe ens vel ſummum bonum; & huiuſmodi) oportet ponere, quòd ante illum diſcurſum ſit prius cognitum in ſe: & ſic patet littera iſtius ſecundi membri; quod ibi incipit. Quod arguit etiam in ſecundo membro; quòd notitia rationali Deus ſit vltimum cognitum. Et ſic finit quæſt. *Abſtractio multiplex.*

Quæſtio Tertia.

Vtrum Deus, ſiuè ens ſit obiectum adæquatum naturale reſpectu intellectus viatoris?

Scotus primo ſententia diſt. 3. q. 3.
D. Thomas prima parte ſumma. q. 85 Artic. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſententia. diſtinctio. 3 quaſtio. 3.
Ioannes Bacconitanus primo ſenten. diſt. 3. q. 1.



ERTIO quæritur Doct. Vtrum ens ſit obiectum adæquatum naturale reſpectu intellectus viatoris?

IN iſta quæſtio, eſt vna opi. Hæc eſt opi. Sancti Tho. qui dicit quod primum obiectum intellectus noſtri primitate adæquationis eſt quiditas rei materialis. *D. Thomas prima parte ſumma. q. 89. Art 4. & quaeſt. 85. Artic. 1. dicit quòd quiditas rei materialis ſit obiectum*

¶Pro intelligentia opi. S. Tho. hoc præmitto: videlicet quòd S. Tho. aut intelligit de obiecto tāntum motiuo,

¶Contra. Quia si substantia est perfectè præsens in se poterit esse obiectum proximum: similiter si sit præsens in specie intelligibili: ideo enim ponitur species intelligibilis obiecti, quando non habetur præsentia obiecti in se.

¶Si dicatur: nonne anima est perfectè præsens intellectui, & tamen non est obiectum proximum? & similiter Deus est perfectè præsens intellectui (cum omni rei sit intimus,) & tamen non est obiectum proximum? Oportet ergo addere, quòd sit præsens nó tátum realiter, sed sit præsens in ratione obiecti, vel mouentis, vel terminantis: & lumé gloriæ facit substantiam immaterialem esse præsentem in ratione obiecti.

¶Dico, quòd hoc non concludit: quia si substantia immaterialis est obiectum ex ratione sua formali: tamen sit proximum obiectum per lumen, &c. Ista approximatio tantum requiritur propter præsentiam obiecti: si ergo sit perfectè præsens in se nó requiritur alia approximatio: & si anima nostra pro statu isto posset mouere intellectum non requireretur alia approximatio, quam præsentia ipsius: sed pro statu isto non potest: quia tantum intellectus mouetur a quiditate rei sensibilis: tamen non repugnat ex natura potétiæ. Et ex his patet quomodo ratio Sco. euidenter concludit. Multa alia possent dici ad propositum, sed causa breuitatis transeo.

¶Ibi. Contra hoc arguitur tripliciter, &c. Vt clarius intelligatur ista ratio notandum est, quod illud de desiderio naturali: patet sic: quia potentia tantum desiderat illam, quæ continentur sub obiecto illius potentiæ: patet, quia potentia visiua naturaliter non desiderat videre sonum, quia non cótinetur sub suo obiecto: Sed intellectus cognoscens effectum perfectissimè habet desiderium naturale ad cognoscendá causam perfectissimé, & sub ratione propria: patet ex experientia: ergo illa causa continetur sub obiecto potentiæ: ergo tale obiectum non repugnat sibi ex natura potentiæ.

Instantia. ¶Si dicatur concedendo, quòd sit desiderium naturale huiusmodi, tamen illud desideratum non potest cognosci, nisi mediante lumine supernaturali.

Solutio. ¶Contra. Quia stante præsentia perfecta obiecti non requiritur lumen ad simplicem cognitionem, puta intensam, vt duo tantum: patet a fortiori. Sic. n. obiectum minus perfectum in entitate, & in cognoscibilitate: & per consequens in actualitate præsens intellectui causat cognitionem sui sine alio medio: vt patet in cognitione intuitiua: & similiter, quando est præsens in specie intelligibili sine alio medio causat quanto magis obiectum perfectius, & perfectè præsens poterit sine medio: & si medium ponitur, aut ponitur in ratione actiui: & hoc non: quia accipio cognitionem substantiæ immaterialis, vt vnum intésam: si obiectum materiale potest in cognitionem sui vna cum intellectu non alio medio concurrente in cognitionem etiam intensam, vt quatuor: quáto magis substantia immaterialis cum incomparabiliter sit maioris actualitatis, & actiuitatis. Illud ergo lumen ponetur tantum ad intensiorem actum, &c.

Instantia se cũda. ¶Si dicatur, quod ponitur ad disponendum potentiam.

¶Contra. Quia ipsa ex se est dispositissima, & in ratione receptiui cum ibi nullum sit contrarium: & in ratione motiui respectu actus absolute sumpti: quia forte requiritur dispositio aliqua ad actum perfectiorem: si ergo ex se potest vna cum obiecto materiali in cognitionem perfectam illius: quanto magis poterit cum obiecto immateriali perfectiori. Nã calor, vt 2 cum calore, vt 10. potest calefacere: quanto magis vnitus cum calore, vt 20. Sic in proposito: si intellectus vnitus cum intelligibili, vt 6. potest causare intellectionem: quanto magis vnitus cum obiecto intelligibili vt 30. patet ergo quomodo argumétum Sco. perfectè concludit.

¶Ibi. Secundo sicut nulla potentia potest cognoscere, &c. Hoc argumentum si intelligatur, vt verba sonant non erit contra Tho quia ipse bene forte concederet, quod ens commune sensibili, & insensibili potest cognosci: sed talis cognitio erit causata ab aliquo materiali: sicut etiam Sco. concedit, quod possum intelligere Deum sub ratione entis: & hoc cognitione causata a sensibili. Si vero Thom. poneret obiectum terminatiuum esse ens materiale: argumentum Scoti concluderet. Si etiam poneretur ens commune sensibili, & insensibili posse mouere intellectum sub ratione sua formali: ita esset contra Sco. sicut contra Tho. quia Sco. ponit primum obiectú motiuum esse rem sensibilem. Si diceretur, quod nó posset mouere in se, nisi prius esset motus a sensibili. Dico, quod idem concluderetur apud Scot. sicut apud Tho. Sed quia Thom. expressè ponit, quod omne per se intelligibile, siue loquendo de obiecto motiuo, siue terminatiuo est quiditas rei materialis abstracta à singularibus materialibus: vel contentum sub tali quiditate: ideo absoluté argumentum Scot. concludit cótra ipsum: quia metaphysica, id est: cognitio metaphysicalis est de ente communi sensibili, & insensibili: & de passionibus entis communibus sensibili, & insensibili: & tale nó continetur sub quiditate rei materialis. Si vero diceretur, quod accipitur quiditas rei materialis non tantum pro quiditate materiali in se: sed etiam pro abstracto, & contento in huiusmodi quiditate. Contra. Quia tunc illud abstractum cum sit communius deberet poni pro obiecto adæquato: & sic etiam patet vis vltimi argumenti. &c. *Cognitiometa physicalis est de ente communi*

¶Et quia ista argumenta: videntur etiam concludere contra Scot. qui ponit tantum quiditatem rei sensibilis pro obiecto adæquato intellectus nostri: & tamen multa cognoscimus, quæ non sunt in se sésibilia: quia ens, & passiones entis, & multa transcendentia: quæ non continentur sub quiditate sensibili. *Doct. videtur contra se concludere.*

¶Dico, quod non est contra: quia tãum loquitur de obiecto motiuo: non autem terminatiuo. Si dicatur: obiectum habitus metaphysici mouet intellectum: & illud est ens commune sensibili, & insensibili. Sustinendo hoc possumus dicere, quod quiditas rei sensibilis est primum obiectum motiuũ: loquendo de prima motione: quæ est causare speciem intelligibilem sui, & omnium superiorum: & habita spe cie intelligibili superiorum illa superiora, vt relucet in tali, speciẽ possunt causare cognitionem sui vna cum intellectu: & sic pro statu isto non potest habere cognitionem, nisi sensibilium, & contentorum essentialiter, vel virtualiter in illis: licet contenta essẽtialiter possint forte habere propriam motionem. s. causare propriam cognitionem: non tamẽ propriã speciem intelligibilem: quia illa causatur tantum à phantasmate, & intellectu agente: sed loquendo de intellectu ex natura intellectus: quodlibet ens natũ causare cognitionem sui posset illum causare in intellectu nostro ex natura intellectus: & sic substantiæ separatæ præsentes in se, vel in specie intelligibili possent partialiter causare cognitionem sui: etiam possent causare speciem repræsentantem superiora: & fortè cognitionem eorum: & sic cognitio superiorum non dependeret quoquomodo à sensibili. *Concordantia.* *Nota quod obiectum intellectus, aliud est terminatiuũ & sic è entia sua maxima cõtinuitate* *Aliud è motiuum naturale, vt quiditas rei sẽsibilis.*

DVBITATVR in hoc, quod dicit. s. desiderium naturale est in intellectu cognoscente effectũ ad cognoscendam causam. Tum quia desiderium naturale ad scientiam est tantum ad illam, vt ad perfectionem qua. s. potentia perficiatur: ergo est tantũ ad cognitionem absolute, & non ad cognitionem, *Aliud motiuum supernaturale, ut Deus.* *Primum dubium.*

vt

vt includit relationẽ ad obiectum: quia ipsa scientia absolute perficit potentiam: sicut patet in proœmio me. omnes homines natura scire desiderant: ibi Doct. vult, quòd tale desiderium sit ad scientiam, vt ad formam perficientem: & si non: sequitur, quòd non sit desiderium naturale ad obiectum ad quod est talis scientia.

¶Secũdo: quia desiderium naturale præcedit omnem notitiam: & per consequens non præsupponit aliquam cognitionem: ergo etiam si non esset cognitio effectus esset naturale desideriũ ad qdcunq; est.

Desiderium naturale est ad perfectionem intrinsecam, & extrinsecam.

¶Respondeo ad primum, ꝙ desiderium naturale est non tantum ad perfectionem intrinsecam: sed ẽt ad extrinsecam: potentia enim visiua appetitiua naturaliter non tantum appetit visionem coloris in se: sed etiam appetit coniungi perfecto colori, vt obiecto extrinseco: sic in proposito intellectus appetit coniungi suo obiecto perfectissimo: quod non contingit, nisi per intellectionem qua coniungitur: appetit ergo scientiam nõ solum: vt formam perficiẽtem formaliter, & intrinsecè: sed etiam eam appetit, vt per ipsam attingat obiectum ad quod habet naturale desiderium.

¶Ad secundum concedo, ꝙ non præsupponit aliquam cognitionem: sed debet sic intelligi, ꝙ desiderium naturale non tantum est ad cognoscendum effectum: sed etiam ad cognoscendum causam: & præcipuè causam perfectissimam a qua magis dependet effectus.

Secundũ dubium.

¶Secundo principaliter dubitatur in hoc, quod dicit: nulla potentia potest cognoscere aliquid sub ratione communiori, quàm sit eius obiectum primum. Tum quia essentia diuina est obiectũ primũ, & adæquatum intellectus diuini: & tamen potest cognoscere omne cognoscibile: sed conceptus entis est cognoscibilis: similiter conceptus substantiæ transcendentis: qui conceptus sunt communiores ipsa essentia diuina. Tum etiam, quia Doc q. 14. quolib. vult, ꝙ obiectum adæquatum intellectus creati sit tantum ens limitatum, siue finitum: & tamen potest cognoscere conceptum entis, vt communem enti limitato, & illimitato: vt sup. patuit. q. 1. præsentis. d. & sic cognoscet aliquid sub ratione communiori, q̃ sit obiectum eius adæquatum. Si dicatur, ꝙ loquitᶠ ibi de obiecto tantum motiuo. Contra. Quia conceptus entis, vt communis Deo, & creaturæ est obiectum motiuum: supponendo, ꝙ habeat speciem ꝓpriam intelligibilem: quod Doct. non negat: etiam si nõ habeat sufficit, ꝙ species inferioris possit illam causare. Tum etiam: quia metaphysica est de ente in quantum ens, vt est commune enti limitato, & illimitato: & tamen ens limitatum ponitur obiectum adæquatum intellectus creati.

Instantia solutio.

Responsio.

¶Respondeo ad primũ: ꝙ essentia diuina est obiectum adæquatum intellectus diuini, & in ratione motiui: quia ipsa mouet ad cognitionẽ omnis obiecti: & ẽt in rõne terminatiui: quia cognitio intellectus diuini terminatur ad essentiam: ita, ꝙ non cognoscit aliquid aliud ab essentia, nisi præcisè, vt in essentia: vt patet à Doct. in quoli. q. 15. Dico etiam, qđ cognoscit omnia intuitiue, & perfectissimè: cognoscere. n. conceptum entis in tali communitate est ipsum cognoscere tantum abstractiuè: quæ cognitio est imperfecta.

¶Ad secundum dico, ꝙ ens limitatum est obiectũ motiuum, &c. cum dᶠ, ꝙ ille conceptus mouet: dico ꝙ in se non mouet cum tantum habeat esse diminutum: sed species intelligibilis illius mouet: tamen talis species est causata ab aliquo ente limitato in quo continetur conceptus entis quiditatiuè: vt supra patuit. Loquendo tñ de obiecto adæquato terminatiuo: dicti, ꝙ est ens inquantum ens: vt est cõmune enti limitato, & illimitato. Et sic doc. indistinctè loquitur de obiecto adæquato, &c. Et per hoc patet rñsio ad tertium argumentum.

Tertium dubium.

¶Tertio principaliter dubitatᶠ in hoc: ꝙ dicit in vltima rõne. s. quicquid p se cognoscitur a potẽtia cognitiua, vel est eius obiectũ primum, vel continetᶠ sub eius obiecto primo. Contra. Tum, quia conceptus entis intelligitᶠ: & tñ nõ est obiectũ primum, siue adæquatũ: patet, qa obiectum adæquatum nõ intelligitᶠ vna intellectione: vt patet: qa obiectũ adæquatũ p se includitᶠ in oĩ p se intelligibili: vt patet a Doc. q. 1. ꝓlo. & sic pcipiẽs obiectũ adæquatũ pcipit oĩa p se intelligibilia: vt patet a doc. ibi: q̃ nõ pcipiuntᶠ vnico actu ab intellectu nr̃o. Nec similiter conceptus entis continetᶠ sub aliquo: patet, qa est conceptus communissimus.

Respon.

¶Dico, ꝙ doc. cũ accipit ens esse obiectũ adæquatũ intellectus nr̃i in rõne motiui, siue terminatiui non accipit ipsum ens tm̃ ꝓ conceptu entis cõi oĩ enti: sed accipit ꝓ ut includitur in omni ente: siuè vt comprehendit omne ens. Et hoc modo cõceptus entis: & si non continetᶠ sub aliquo cõiori: cum sit cõissimus: tñ dᶠ aliquõ cõtineri: cũ ponatᶠ esse de numero entiũ intelligibiliũ: eo mõ quo exposui sup. q. 1. ꝓl. & nota bene oĩa ista.

Soluit Scotus rationẽ D. Thom.

CONGRVENTIA etiam illa. Soluit Doc. rõnẽ Tho. qua probabat primum obiectum esse quiditatem rei materialis: quia potentiam ꝓportionatᶠ obiecto: & sic cum intellectus nr̃ sit in materia habebit obiectum materiale, &c. Dicit doc. ꝙ inter obiectũ & potentiã non est propriè similitudo: & hoc in mõ essendi: quia obiectum poterit hr̃e alium modũ essendi a mõ essendi potentiæ: vt ĩ. patet. se habent. n. ut motiuum, & mobile: nam obiectũ est ꝓpriè motiuum potentiæ, & potentia mobilis ab ipso. Dᶠ. n. obiectum esse motiuũ potentiæ, pro quanto est cãtiuum alicuius effectus: siue vt totalis: siue, vt partialis cã: qui natus sit recipi in tali potentia: & potentia dᶠ mobilis ab obiecto, ꝓ quanto nata est recipere effectum ab obiecto cãtum: & sic obiectũ motiuũ se habet, vt actus: quia actiuum, vt huiusmodi dᶠ esse actiuum, vt est in actu virtuali: vt ĩ. patebit: & mobile, vt huiusmodi dᶠ esse in potẽtia. s. receptiua: & hoc mõ actus, & potentia sunt simplr̃ alterius rõnis: & p consequens magis sunt dissimilia, s. obiectũ, & potẽtia, q̃ similia. Et sic cõcedit, ꝙ inter illa est ꝓportio, q̃ semp requirit dissimilitudinẽ ꝓportionatorũ: vt patet in oĩbus ꝓportionibꝰ positis in 5. li. Eucli. ꝓportio. n. dupla requirit dissimilitudinẽ ꝓportionatorũ: quatuor. n. & duo inter q̃ ẽ ꝓportio dupla sunt alterius rõnis. sunt. n. numeri spẽ distincti: & sic de aliis.

Th. arguit.

¶Th. arguit ꝓbãdo, ꝙ inter potẽtiã, & obiectũ sit similitudo: quia licet agẽs factiuũ. vt ignis: possit esse dissimile obiecto circa qđ, i. passũ receptiuũ suæ actionis, vt calefactibile: tñ opans in cognitiua opatione. i. vt cognoscẽs: oportet assimilari obiecto circa, qđ opatᶠ: quia tale obiectũ nõ est passiuũ, siue receptiuũ respũ potẽtiæ: sed magis actiuũ: & ꝯñs assimilãs. Nã oẽs antiqui ꝯcordãt in hoc: ꝙ cognitio fit p assimilationẽ.

Sco. respon.

¶Rñdet Doc. ꝯcedẽdo, ꝙ bñ potẽtia p̃t p actũ suũ cognoscẽdi assimilari obiecto. & hoc dupl̃r, s. formal̃r, qñ. s. actu intelligit obiectum: quia actus intelligẽdi est similitudo obiecti: vt ĩ. patebit. q. 6. pñs. d. p̃t ẽt assimilari, vt in potentia ꝓxima: & hoc, qñ habet actu spẽm intelligibilem: q̃ non est vera similitudo obiecti sicut actus intelligendi: vt patebit ĩ. qu. 6. quia tñ est intellectus p spẽm illam cã ꝓpinqua actus intelligendi: nõ potentia dᶠ esse in potẽtia ꝓxima, vt sit sil̃is obiecto. Nõ tñ potẽtia ĩ se ẽ sil̃s in mõ essẽdi: vt patet p multa exẽpla hic ĩ lr̃a posita.

Primum dubium.

IN ista litera occurrunt aliqua dubia. Primo in hoc, quod obiectum, & potentia se habent, vt dissimilia: quia se habent obiectum, vt motiuũ, & potentia, vt mobilis: quia vt actus, & potẽtia. Ex hoc sequitᶠ

quòd

quod idem erit dissimile sibi, patet: quia idē potest mouere se: & per consequens idem erit motiuum, & mobile: hoc patet à Doct. in secundo dist. 2. q. 10. vbi probat de grauibus, & leuibus: immo idem omnino indiuisibile potest mouere se: vt patet à Doct. de angelo vbi supra hoc idem patet de intellectu: qui potest mouere se: in præsenti. d. q. 7. & in 2. d. 3. q. 8. Et similiter eadem voluntas omnino indiuisibilis potest mouere se: vt patet a Doct. in primo. d. 2. parte. 2. q. 3. hoc idem in secundo. d. 25. & in quol. & alibi, vt in primo. d. 26. ergo idem indiuisibile erit dissimile sibi.

...cundum.

¶Secundo dubitatur in hoc, quod dicit: quòd inter causam, & causatum est proportio, quę requirit dissimilitudinem, quia si sic: sequitur, quòd causa vniuoca, & effectus vniuocus sint dissimilia: qđ non videtur: quia sunt eiusdem speciei specialissimę.

Respond. ad primum.

Quō idem è dissimile si...

¶Respondeo ad primum: quòd licet in re in eodem absolutè considerato non sit dissimilitudo respectu eiusdem: tamen vt idem consideratum in ratione motiui, & in ratione mobilis poterit esse dissimile sibi: quia inter istas rationes. s. motiui, & mobilis est necessariò dissimilitudo: vult ergo Doct. tantum habere, quòd inter potentiam, & obiectum nō requiratur necessariò similitudo in modo essendi: quia obiectum semper habet rationem motiui, & potentia rationem mobilis: quæ rationes sunt in se formaliter dissimiles, & quodammodo oppositæ, & quòd idem sit motiuum, & mobile est ratione suę illimitationis: vt patet à Doctor. in isto primo. distin. 2. & 26.

Ad secūdū.

¶Ad secundum patet per idem: quia esse causabile, & esse causatiuum: quia causatiuum est in actu, & causabile in potentia: & vt sic necessariò sunt dissimilia: licet in se absolutè considerata aliquando sint eiusdem speciei.

Opinio Hen.

ALIA est opinio, quæ ponit Deum esse primū obiectum supplè adæquatum intellectus nostri: & hæc est opi. Hen. quol. 15. q. 9.

¶Ibi. Contra istam opi. Hic Doct. arguit contra Hen. & intendit probare, quòd Deus nō sit adæquatum obiectum intellectus nostri, & hoc in ratione motiui. Et ratio stat in aliquibus dictis.

¶Primum, quòd obiectum adæquatum alicuius potentię habet naturalem ordinem ad talem potentiā, & hoc in ratione motiui: hoc patet, quia obiectū adæquatum, & potentia sic proportionantur, quod extremum, vt est obiectum adæquatum naturaliter potest mouere potentiam causando in ea cognitionem sui: & potentia nata est moueri naturaliter a tali obiecto: & sic habent naturalem ordinem adinuicem: quòd sicut quodlibet contentum sub obiecto adæquato natum est mouere quamlibet potentiam contentam sub potentia, cui adæquatum obiectum adæquatur: sic quælibet potentia contenta sub illa, nata est moueri naturaliter a quolibet contento sub obiecto adæquato: & ista proportio naturalis ordinis, scilicet obiecti, & cuiuslibet contenti ad potentiam, & econtra: expressè patet à Doct. in prolo. q. 1. & clarius in quol. q. 14.

...eus sub ra... ...ne deita... ...nō potest ...re ad ex...

¶Secundum dictum est, quod Deus sub ratione deitatis non habet naturalem ordinem ad aliquem intellectum creatum: vt patet: quia tunc naturaliter posset cognosci à tali intellectu: posset etiam naturaliter mouere intellectum creatum: est enim de ratione obiecti habentis naturalem ordinem ad potentiam in ratione motiui, vt possit illā naturaliter mouere: & sic Deus sub ratione deitatis posset agere ad extra: quæ omnia sunt inconuenientia.

¶Tertium dictum: quod Deus fortè sub ratione alicuius generalis attributi: puta bonitatis veritatis, & huiusmodi: dicit naturalem ordinem ad intellectum creatum: non sic tamen intelligendo, quòd ipse Deus naturaliter possit mouere intellectum creatum ad cognitionem alicuius generalis attributi: quia non ponimus ipsum posse naturaliter causare in intellectu creato: nec sui cognitionem: nec cuiuscunq; alterius: quod patet à Doct. q. 14. quol. Sed sic debet intelligi, quod generale attributum: quod prædicatur de Deo habet naturalem ordinem ad intellectū creatum: & hoc, vel in se, vel in suo inferiori: puta, quod bonitas in se sumpta naturaliter moueat intellectū creatum ad sui cognitionem: vel saltem aliquod inferius essentialiter creatū: vel aliquod inferius creatum continēs ipsum virtualiter. Et si poneret Deus adæquatum obiectum intellectus creati sub ratione generalis attributi: Deus in se non esset adæquatum obiectum: sed magis illud generale attributū.

Quō Deus dicit ordinem naturalem ad intellectū creatum.

¶Quartum dictum est: quod Deus sit obiectum adæquatum intellectus creati sub ratione entis: sustinendo opi. Doct. quod ens sit commune vniuocum Deo, & creaturæ: & tunc sensus est: quod ens sub ratione entis habet naturalem ordinem ad intellectū creatum mouendo illum: & hoc, vel in se, vel in rebus creatis continentibus essentialiter, vel virtualiter ipsum: & sic patet ratio Doc. qua probatur Deū sub ratione deitatis non esse adæquatum obiectum intellectus creati.

Nota de adæquatione obiecti.

¶Ibi. Præterea. Certum est: quod Deus non habet primitatem adęquationis propter communitatem. Dicit Doct. quòd duplex est adæquatio obiecti: vel communitatis; vel virtualitatis. Primo modo illud dicitur obiectum adæquatum intellectus creati: qđ est commune ad omnia per se intelligibilia ab intellectu creato: & prædicatur de illis. Secundo modo, quod virtualiter cōtinet omnia per se intelligibilia: & per consequens, quod potest causare cognitionē omnium per se intelligibilium ab intellectu creato: & iste secundus modus potest dupliciter intelligi.

Obiectū virtualiter adæquatū est dupliciter.

Primo, quòd illud dicatur obiectum adæquatū virtualiter respectu alicuius potentiæ: quod sic virtualiter contineat omnia per se intelligibilia ab aliqua potentia, quòd ipsum solum possit mouere potentiam ad cognitionem cuiuscunque obiecti intelligibilis: ita, quòd sit impossibile talem potentiam posse moueri ad cognitionem alicuius intelligibilis, nisi tantum ab illo: & hoc modo essentia diuina ponitur adæquatum obiectum intellectus diuini in ratione obiecti: quia ipsa mouet intellectum diuinum ad sui cognitionem, & omnium per se intelligibiliū: & est impossibile intellectum diuinum moueri ab aliquo alio obiecto ad sui cognitionē: vt clare patet a Doct. q. pe. prol. & clarius in q. 14. quol. Et hoc modo essentia diuina quamuis virtualiter, & eminenter contineat omnia per se intelligibilia: quia tamē alia per se intelligibilia possunt per se mouere intellectū creatum non ponitur adæquatum obiectum intellectus creati: loquendo de adæquatione virtuali. Secūdo potest intelligi obiectum adęquatum virtualiter sic: quòd posset mouere intellectum creatum ad cognitionem cuiuscunq; per se intelligibilis: sic tamē, quòd etiam quodcunque per se intelligibile posset mouere intellectum creatum motione propria ad sui cognitionem: hoc etiam modo Deus sub ratione deitatis quamuis virtualiter, vel eminenter contineat omne per se intelligibile: non potest tamen mouere aliquem intellectum creatum ad cognitionem alicuius per se intelligibilis: vt supra patuit. Si dicatur, quòd voluntas diuina potest mouere intellectum creatum ad cognitionem cuiuscunque per se intelligibilis. Conceditur: sed hoc non arguit ipsam esse adæquatum obiectum adæquatione virtuali: quia quod sic est adæquatum potest mouere in ratione obiecti intelligibilis; voluntas autem diuina

Voluntas diuina potest mouere intellectū creatum.

etsi

etsi effectiue possit mouere quemlibet intellectum causando in eo cognitionem cuiuscunque obiecti: non tamen potest in ratione obiecti intelligibilis: vt patet.

¶Ibi. Per easdem rationes probatur. Hęc litera clara est. Substantia enim in communi non potest poni primum obiectum intellectus creati: nec primitate communitatis, quia non prædicatur per se de omni per se intelligibili: quia non de qualitate, nec quantitate: nec primum primitate virtualitatis: tum, quia alia obiecta a substantia possunt per se mouere intellectum ad sui cognitionem: tum etiam, quia non teneo, quòd substantia possit mouere aliquem intellectum ad cognitionem omnium accidentium: cum nec contineat omnia illa virtualiter, secundùm totá eorum entitatem: & de hoc vide singularem glo. quã feci super d.3.q.10. secundi Doct.

Primum dubium. *Vide Borgium cõtradicẽtem hic Lichero.* *Secundũ dubium.*

IN ISTA litera sunt aliqua dubia. primo in hoc, quòd dicit, quòd primum obiectum alicuius potentiæ habet naturalem ordinem ad illam potentiam, s. in ratione motiui. hoc nõ videtur. Tum: quia sonus est primum obiectum primitate adæquationis potentiæ auditiuæ: & tamen non potest naturaliter mouere illam ad sui notitiam: quia tunc sonus in communi audiretur: nec similiter potest mouere ad notitiam omnium contentorum in eo: quia tũc particulares soni non haberent propriam virtutem mouendi ad sui notitiam, siue auditionem. Tum: q̃a sensibile in communi ponitur obiectum adæquatũ virtutis phantasticæ: & tamen virtus phantastica nõ percipit, nisi singularia sensibilia: modo obiectũ primum motiuum alicuius intellectus necessario prius mouet ad sui notitiam, quam ad notitiam contentorum: vt patet in quolib. & supra in prolog. q. pen. & d.1.q.2. vbi habetur, quòd essentia diuina: quæ ponitur primum obiectum intellectus diuini: necessariò prius mouet ad sui notitiam. ergo sensibile in communi prius mouet virtutem phantasticam ad sui notitiam: & sic virtus phantastica primo cognoscit naturam communem omni sensibili. Tum, quia ens sub ratione entitatis ponitur primum obiectum naturale potentiæ volitiuę: vt patet à Docto. præsenti. d.q. præsenti. & in 4.d.49. ergo habet naturalem ordinem ad voluntatem: & sic necessariò mouebit voluntatem ad sui volitionem. & tunc voluntas non erit libera respectu sui actus. Si dicatur, quòd tãtum mouebit partialiter: & per consequens habebit actũ in sua potestate. Contra. & accipio obiectum perfectius volũtate: puta naturam angelicam: tunc voluntas erit causa minus principalis: & natura angelica erit causa magis principalis. tunc sic effectus magis dependet a causa magis principali, quàm a minus principali. ergo volitio erit necessario causata: patet consequentia per Doct. ẏ.d.17. vbi vult, quod si habitus esset causa magis principalis actus, quam voluntas: quòd tunc actus non esset in potestate voluntatis: quod est falsum.

Tertium dubium.

Respon. ad primum.

¶Respondeo ad primum, quòd sonus, vt est præcisè quid commune omnibus inferioribus non dicitur obiectum adæquatum: sed vt includitur in omnibus per se audibilibus: & sic obiectum adæquatũ potentiæ auditiuę est vnum aggregatum ex omnibus per se audibilibus: quibus sonus ponitur communis, & dicibilis in quid. Et sic concedo, q̃ quodlibet per se audibile, potest causare notitiam sui in potentia auditiua: & talia per se audibilia nõ sunt, nisi singularia, quæ mouent. Dico secundo, quòd aliud est loqui de conditione obiecti motiui: & aliud de ratione formali mouendi. primo modo singularitas est conditio mouentis. secundo modo, natura communis est ratio mouendi. De hoc prolixè dictũ est in primo meta. q.6. Similiter sonus in communi est ratio formalis terminandi auditionem: & singularitas est tantum conditio terminantis: vt ibi patet. Nota tamen, quod sonus in communi non est ratio formalis mouendi cuicunque inferiori: quia tunc virtualiter contineret inferiora: sed est forte ratio formalis mouendi ad sui notitiam præcisè, & non ad notitiam inferiorum: sed quodlibet inferius habet propriam rationem mouendi ad sui notitiam: vt infra patebit de obiecto intellectus. & sicut dixi de ratione formali mouendi. hoc idem dico de ratione formali terminandi. Et per hoc patet responsio ad secundam instantiam: quæ est de obiecto virtutis phantasticæ eodem enim modo respondeo sicut ad primum.

Natura cõis est ratio mouendi sui nõ inferiora.

¶Ad aliud de volũtate. Dico primo, quod non est manifestum apud Docto. obiectum aliquod posse mouere voluntatem, nec vt causa totalis: nec vt causa partialis: vt patet in 2 d.25. vbi prolixè loquitur de hac materia.

Ad secũdũ. *Ad tertium.*

¶Dico secundo, quòd posito, quòd obiectum cognitum sit partialis causa actus voluntatis: tamen voluntas communiter ponitur causa magis principalis. Cum dicitur de angelo, &c. Dico, quòd & si angelus sit perfectior essentialiter volũtate nostra: tñ respectu volitionis non dicitur causa magis principalis, & voluntas minus principalis. Nam quãtum ad hanc conditionem, quòd est vti alia causa: quæ conditio conuenit semper causæ superiori: magis conuenit voluntati respectu sui actus, quàm angelo: q̃a voluntas in eliciendo actum amoris erga angelum: magis vtitur angelo, quàm econtra: & sic semper est causa magis principalis, & quòd magis vtatur angelo, quàm econtra: patet, quia essentia angeli cognita nullo modo causat partialiter volitionem sui voluntate simul, vel prius non eliciente actum: sed bene quando voluntas actu elicit essentia angeli actu concurrit. Et sic oportet intelligi dictum Docto. in primo. d.17. vbi de hoc erit sermo prolixior.

Nota bene hoc dictum.

¶Quarto arguitur contra illam conclusionem de ordine naturali obiecti: quia tunc sequeretur, q̃ idem formaliter haberet naturalem ordinem ad seipsum: & tunc idem respectu eiusdem esset naturaliter prius, & posterius: quia ordo naturalis est tantũ vbi est prius, & posterius. probatur antecedens: quia idem intellectus est obiectum naturale sui: quia mouet ad sui notitiã, quando seipsum cognoscit: & hoc patet de intellectu angelico per Docto. in 2.d.3.q.8. Dico breuiter, quod non est inconueniens, q̃ idem vt in actu virtuali habeat naturalem ordinem ad seipsum, vt in potentia formali: & sic idem, vt in actu virtuali est naturaliter motiuum sui, vt in potentia formali. vt patebit ẏ. præsenti. d.q.7. & in 2.d.2.q.10. & d.25. & alibi.

Quartũ dubium. *Respond. ad quartum.*

AD q. igitur respondeo. Hic Docto. ponit duos artic. In primo ostendit de quibus rebus prędicatur ens in quid: & de quibus non. In secundo ostendit quomodo ens sit adæquatum obiectum intellectus nostri.

¶Primus articulus est ibi. Quantum ad primum. dico, quod ens non est vniuocum dictum in quid de omnibus per se intelligibilibus: quia non de differentijs vltimis: nec de proprijs passionibus entis. Intendit ergo Docto. primo probare, quod ens non prædicetur in quid de vltimis differentijs quibus supple aliqua vltimate differunt: & quid sint vltimę differentiæ. ẏ. patebit in præsenti. q. Prima probatio est ibi. Si differentiæ incindant ens vniuocè, & non sunt omnino idem. ergo, sunt diuersa aliquid idem entia: & talia sunt propriè differentia ex. 5. & 10. me. In ista ratione Doc. supponit differentiam inter prædicari vniuocè, & esse prędicatum tantum vniuocũ: quam ponit in 3. Prędicari vniuoce pro nũc de pluribus

Differentia inter prædicari vniuoce, & prædicatum vniuocum.

ribus est quòd non tantum nomen sit commune illis: licet cõceptus significatus per nomen vere prędicetur in quid de illis: sicut animal de homine & asino. Prædicatum vero tãtum vniuocum est: quòd non tantum nomen sit cõe pluribus: sed conceptus significatus per nomen vere prædicetur de illis nõ tamen in quid: vt album prædicatur de ligno, & lapide: quia non tantum nomen prædicatur de illis: sed &etilde; conceptus nominis vere prædicatur: licet tãtum denominatiue.

Quid sit prædicarũ æquiuocum.

Prædicatum vero æquiuocum est quando tantum nomen est cõe pluribus: & significata nominis sunt immediata illa plura: de quibus nomen prædicatur. Quando ergo doc. accipit prædicari vniuoce intelligit, ꝙ conceptus significatus p nomen prædicetur in quid de illis. Secundò supponit, ꝙ quando aliqua includunt aliquid quiditatiue, & non sunt omnino idem adinuicẽ, ꝙ illa sunt propriè dña: quia inter se differunt, & in aliquo quiditatiuè conueniunt: & loquit Doc. de illis q̃ propriè differunt: nã aliqua sunt dña ſm quid tantum: aliqua sunt dña simpliciter: vt illa quæ conueniunt in aliquo quiditatiuè, & inter se differunt essentialiter, & quiditatiuè. Tunc doc. arguit sic. Sint. a. & b. vltimè dñæ: aut. a. & b. sunt primo diuersa, idest in nullo quiditatiuè conuenientia: sed seipsis quiditatiuè diuersa: & tunc habetur intentum: aut. a. & b. sunt differentia, idest in aliquo quiditatiuè cõuenientia: & per aliud, & aliud differentia: & illa quibus differunt. a, & b. dicantur. c, & d. tunc quærendum est, vt prius: aut ergo stabitur, quòd vltimæ differẽtiæ sint primo diuersa: & in nullo quiditatiuè conuenientia: aut erit processus in infinitum.

¶ Secunda ratio est ibi. Secundo sic. Ista ratio est satis euidens, & stat in hoc: quòd est similis modus in componendo compositum reale, & conceptum non simpliciter simplicem: & est similis modus resolutionis vtriusq; compositi. Certum est, quòd cõpositum semper componitur ex aliquo quòd est in potentia: & ex aliquo quòd est in actu, & resoluitur in illa: & similiter cõceptus nõ simpliciter simplex: puta conceptus hominis componitur ex aliquo potentiali: puta determinabili siue contrahibili, & ex aliquo actuali: puta determinatiuo siue cõtractiuo: sicut cõceptus hois cõponit ex cõceptu aĩalis, vt determinabili, & contrahibili: & conceptu rationalis, vt determinatiuo, & contractiuo: & non tantum cõceptus hois componitur ex cõceptu aĩalis determinabili: sed ex omni conceptu per se determinabili, quiditatiuè: vt ex cõceptu corporis substantiæ entis: & similiter cõponitur ex omni concepto per se determinatiuo: & sic resoluitur in illa; hoc idem dico de composito reali: modo cõpositũ reale vt hõ non tãtum resoluitur in corpus organicum, & aĩam intellectiuã: sed resoluit in materiã primã, & vltimã formam: & ita ꝙ materia prima, & vltima forma sunt simpliciter diuersa: quia materia prima est tñ determinabilis, & in potẽtia subiectiua. Forma verò vltima substãtialis sic est vltimus actus cõpositi, ꝙ nullomõ p̃t esse in potentia subiectiua alicuius pertinẽtis ad esse cõpositi, sunt & aliquæ formæ intermediæ: ꝙ includũt aliqd materialitatis siue aliqd potentialitatis subiectiuæ: & aliqd actualitatis: vt oẽs formæ q̃ sunt inter materiã primã hois, & vltimã formã: sicut q̃ p̃exigunt, nã materia prima hois anteqũ dicatur pars substãtialis hois prius fit sub forma seminis: deinde sub forma lactis: deinde sub forma sanguinis: deinde sub forma carnis: deinde sub forma organicationis: & vltimo sub aĩa intellectiua: oẽs istæ formæ intermediæ, vt patet includũt aliqd actualitatis, & aliquid potẽtialitatis subiectiuæ. Stat ergo resolutio hois vltimata ad vltimã formã: q̃ nihil potẽtialitatis subiectiuæ includit: & ad primã materiã

Homo resoluitur an corpus organicum, & animam intellectiuam.

A materia prima, & vltima forma sunt primo diuersa.

quæ nihil actualitatis includit: & sic sunt simpliciter simplicia: & primo diuersa. Hoc idẽ dico de cõceptu simpl'r simplici: puta de cõceptu hois, ꝙ resoluit in aliqua primo diuersa: puta in aliquẽ cõceptũ tñ determinabilẽ, & cõtrahibilem: & in aliũ cõceptũ tñ determinatiuũ, & cõtractiuũ: & cõceptus tñ determinabilis est cõceptus entis, & conceptus tñ determinatiuus: & nullomodo determinabilis est cõceptus vltimæ dñæ: & p consequens vltima dña non includit ens quiditatiuè: q2 si sic tunc in sua ratione formali, & quiditatiua includeret aliquid determinabilitatis, & contrahibilitatis: & tunc nõ esset tantum conceptus determinatiuus.

Primum dubium.

SED in ista littera Doc. occurrunt aliq̃ difficultates. Prima in hoc quod dicit: ꝙ materia prima est simpl'r simplex: & sit vltima forma. Hoc vr̃ repugnare dictis suis: quia illud est simpl'r simplex quod nõ est resolubile in priores conceptus quiditatiuos: vt ipse dicit præsenti. d. q. 2. & alibi. sed materia prima resoluitur in ens quiditatiuè: quia ens prædicatur in quid de ea: vt expresse patet ab ipso in q. præsenti. ergo non erit simpliciter simplex. Hoc idem dico de forma vltima compositi realis.

Responsio. simpliciter simplex dupliciter pot intelligi.

¶ Dico quòd aliquid esse simpliciter simplex potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ nõ sit cõpositum realiter ex re, & re: siue ꝙ nõ includat realiter aliqd potẽtialitatis, & aliquid actualitatis: & sic materia prima dicitur simpliciter simplex. Alio modo aliquid dr̃ simpl'r simplex: quod non est compositũ ex conceptu determinabili, & conceptu determinatiuo: & sic materia prima nõ est simpl'r simplex: q2 resoluitur in conceptum entis quiditatiuè. Si etiam tertio dicatur, ꝙ illud dr̃ ꝓpriè simpl'r simplex: qd non est resolubile in plures conceptus essentiales: quorum vnus sit essentialiter determinatiuus: & aliud essentialiter determinabilis: & hoc modo materia prima est simpliciter simplex: quia & si includat ens quiditatiuè, vt cõceptum determinabilem: tñ ille conceptus non contrahitur ad materiam primam per aliquem conceptũ essentialẽ: vt patet: sed tantũ per aliquẽ modũ intrinsecum: & isto modo sola species, vel specialissima, vel subalterna dr̃ conceptus non simpliciter simplex: quia vere resolubilis in plures conceptus essentiales, scilicet determinabilis, & determinatiui.

Secundum dubium.

¶ Secundò dubitatur in hoc quod dicit, ꝙ materia prima, & forma vltima sunt primo diuersa: quia in hoc sibi vr̃ contradicere: quia vult ipse expresse, ꝙ illa dicantur primo diuersa: q̃ in nullo concepto quiditatiuo conueniunt: & ex alia parte cõcedit hic in præsenti. q ꝙ materia prima, & forma vltima conueniant in cõceptu entis quiditatiuè.

Solutio. Vide Scotũ in secundo distinc. 13. q. 1. quo materia, & forma sunt primo diuersa dicantur physica, non autem metaphysica, nec in realitate nõ in conceptu. vide Trombetam in formalitatib. Item alias so lutio.

¶ Dico quòd non vult doc. ꝙ materia prima sit simpliciter, & absolute primo diuersa scilicet in nullo prædicato dicto in quid conuenientia: quia in hoc sibi contradiceret: sed dicuntur primo diuersa quantum ad esse actuale formale, & potentiale subiectiuum: sic intelligendo, ꝙ nec materia prima includit quiditatiuè aliquid actualitatis formalis: nec forma vltima includit quiditatiuè aliquid potentialitatis subiectiuè respectu formæ substantialis: & in hoc dicuntur primo diuersa.

¶ Potest etiam dici ꝙ dicuntur primo diuersa in hoc quòd distinguuntur se totis subiectiuè: quia non conueniunt in aliquo genere quiditatiuè: non tamen dicuntur primo diuersa obiectiuè: quia non distinguuntur se totis: obiectiuè cum conueniant in ente quiditatiuè.

¶ Nota etiam quòd quando doc. dicit: quòd materia prima nihil actualitatis includit: non loquitur simpliciter de actualitate: quia statim contradiceret sibi. nam in d. 12. quæst. 1. & 2. Secundi, dicit & probat, quòd est verè actus entitatiuus: & per

consequens concludit entitatiuam actualitatem. In proposito ergo debet intelligi, quod nihil actualitatis formalis includit.

Sequitur litera Doct. ¶Ibi. Secundum, scilicet propositum de passionibus entis probo dupliciter Hic Doct. intendit probare, quòd ens non prædicetur in quid de suis passionibus: & non loquor hic de passionibus disiunctis: sicut sunt actus, & potentia: finitum, & infinitum: absolutum, & respectiuum: quantum, & non quantum: vnum, & multa: & huiusmodi: sed loquor de passionibus conuertibilibus cum ente: vt vnum bonum verum, &c. Et probat intentum tribus rationibus. Et prima ratio formatur sic. Nihil includitur quiditatiue in aliquo: quod tantum ponitur in eius diffinitione, vt additum: patet, quia tale additum præsupponit quiditatem cui additur. dicitur enim propriè addi habenti esse completum quiditatiue: sed ens tantum additur in diffinitione passionis: patet, quia passio tantum prædicatur de subiecto per se secundo modo: vt patet primo post. tex. c. 9. quasi in principio. vbi ponit, quæ per se primo modo: & quæ per se secundo modo: & in per se secundo modo subiectum ponitur in diffinitione: vt patet ibi. Et clare exponit Commen. ibi. Hoc idem patet. 7. met. t. c. 4. vbi vult, quòd substantia sit prior accidente diffinitione, &c. & sic substãtia ponitur, vt additum in diffinitione accidentis Modo ens habet proprias passiones: vt patet 4 met. t. c. 5. Quoniam ut quit sicut sunt, & numeri inquantum numerus propriæ passiones: vt imparitas: paritas; commensuratio: æqualitas: excedentia: & defectio; & hæc secundùm se, & adinuicem insunt numeris. Similiter autem, & de solido, & immobili: & leui, & graui sunt alia propria; sic, & enti inquantum ens sunt quædam propria: & ea sunt de quibus est philosophi perscrutari veritatem hęc ibi. Si ergo ens habet illas passiones cadit in diffinitione earum, vt additum: & per consequens non poterit de eis prædicari quiditatiue, &c. Confirmatur: quia si hęc est per se secundo modo ens est vnum: vt supra patet primo Poster. quia passio prædicatur per se secundo modo de subiecto. ergo ista non erit per se vnum est ens. consequẽtia patet: quia per se non cõuertitur in per se: vt patet primo Post. t. c. 35. ens enim includit causam inhærentiæ passionis ad subiectum: non econtra. si enim esset per se vnum est ens: tunc vnum includeret causam talis inhęrentiæ per se: vt patet à Doctor. libro tertio metaphysic.

¶Secunda ratio est ibi. secundo sic. Ista ratio est satis clara. hoc tamen supposito: videlicet, recipiens prædicationem alicuius in quid est inferius eo, qđ prædicatur in quid: vt patet: & quicquid est inferius ente aut est creatum; aut increatum; & passiones entis non sunt inferiores ente: cum conuertantur cum illo: & si ens prædicaretur in quid de illis. de necessitate essent inferiores: & sic aut creatæ: aut increatæ,

Difficultas alibi soluetur. ¶Et quod dicit in ista litera; quòd ens sufficienter diuiditur (tanquàm in illa, quę includunt quiditatiue ipsum) in ens increatum, & in 10 genera videtur dubium: quia substantia transcendens est ens quiditatiue: & tamen non sequitur, quòd sit creata aut increata: & similiter sapientia transcendens est ens quiditatiue. Sed quia hęc difficultas: videlicet an substãtia trãscendens possit prædicari de substantia creata: requirit prolixiorem tractatũ; ideo hæc difficultas dimittatur vsque ad distinctione octaua huius quæstione secunda; in responsione ad vltimum argumen. principale.

¶Item, quod dicit in litera, quòd omnia transcendentia dicunt perfectiones simpliciter Hoc debet sane intelligi: quia loquitur de transcendentibus quantis non necessariò includentibus aliquam imperfectionem.

¶Tertia ratio est ibi Tertio argui potest: & declaro literam. Quia si vnum includit ens quiditatiue non includit præcisè ens; quia idem tunc esset passio sui ipsius, id est, quòd si vnum sit præcisè ipsum ens: & cum vnum dicatur passio entis: tunc idem esset passio suiipsius: quod est falsum. Sequitur. ergo includit ens, & aliud, id est, quòd ipsa vnitas vltra entitatem inclusam quiditatiue (si dicatur ens quiditatiue) dicitur etiam aliquid aliud ab illa entitate: & illud aliud dicatur a. Sequitur. aut igitur illud a. includit ens supplé quiditatiue: aut nó. si sic. vnum bis includeret ens: patet, quia si vnum primo includit ens quiditatiue, & includit aliquid aliud: & illud aliud includit ens quiditatiue. sequitur, quòd vnum includit bis ens quiditatiue: quod est inconueniens. Sequitur: & esset processus infinitum supplé semper quęrendo de illo alio. Exemplum. vnum dicatur a. a. includit ens quiditatiue: illud ens dicatur b. & vltra ens includit aliquid aliud, & dicatur c. quæritur aut c. includit b. quiditatiue: si sic. aut præcisè b. aut aliquid aliud. si præcisè b. ergo a. includit bis ipsum b. siue ens. si c. includit aliquid aliud. illud aliud dicatur d. aut d. est b. quiditatiue: & sic processus in infinitum. Sequitur. Vel vbicunque stabitur illud vltimum; puta c. quod est de ratione vnius: & non includit ens supplé ipsum c vnum; siue a. ratione entis inclusi non est passio entis: vt patet. Sequitur. Et per consequens illud aliud inclusum, quod est a. est primo passio: quia inclusum in a. non includit ipsum ens quiditatiue: & sic stat, quòd quicquid est prima passio entis non includit ipsum ens quiditatiuum.

QVANTVM ad secundum articulum principalem. Hic Doctor. ponit hanc conclusionem: quòd ens est primum obiectum intellectus nostri primitate adæquationis propter duplicem primitatem concurrentem in ea. videlicet causalitatis, & virtualitatis. Nam omne per se intelligibile, aut includit essentialiter rationem entis: vel continetur virtualiter, vel essentialiter in includente essentialiter rationem entis. Et propter istam positionem aliqua sunt præmittenda.

Primum; quòd hic Doctor. loquitur de obiecto adæquato motiuo. Et sensus est: quòd omne per se intelligibile, aut includit ens quiditatiue: vt sunt genera, & species substantiæ: & multa in prædicamento qualitatis; & fortè in prædicamento quantitatis. Dato enim quocunque intelligibili per se: si per se mouet intellectum ad sui cognitionem: aut est ens quiditatiue: aut virtualiter, vel essentialiter includitur in aliquo, quod est ens quiditatiue: sicut forté, si ponantur vltimæ differentiæ specierum prædicamenti substantiæ posse mouere intellectum ad sui cognitionem: vel si ponantur passiones entis sic posse mouere. Si vero detur aliquod intelligibile, quod non possit mouere intellectum ad sui cognitionem; saltem illud tale continetur in aliquo; vel virtualiter, vel essentialiter: quod potest causare cognitionem talis contenti. Et multa sunt entia: quæ non sunt tantæ virtutis, vt possint causare cognitionem sui, nam nulla relatio potest causare cognitionem sui in aliquo intellectu: licet sit ens quiditatiue. Et ratio, quia est impossibile, quòd effectus absolutus essentialiter dependeat in esse, & conseruari ab aliquo, quod est essentialiter relatio. Et si quæratur à quo causatur cognitio relationis. Dico, quòd à fundamento, & termino: vt patet à Doctor. quæstione prima, prolo. & quęstione 14. quol. Et tamen dubium est de quantitate: an possit causare cognitionem sui cum non ponatur *Quare relatio non potest causare cognitionem sui.*

natur de numero actiuorum: & hoc, secundùm aliquos. Sed non video aliquam repugnantiam (cum sit ens absolutum, & ens, quantum includens gradus perfectionales) quin possit causare cognitionem sui: & licet quantitas non ponatur de numero actiuorum: hoc debet intelligi quantum ad transmutationem generatiuam, & alteratiuam: quia non potest esse principium alicuius accidentis corporalis. Et hæc est mens Doctor. in 4. distinctione duodecima, quæstione tertia, in responsione ad argumenta principalia. vbi expresse dicit, quòd si quantitas esset præsens intellectui: moueret illum ad sui cognitionem: licet pro statu isto non moueat: quia tantum sensibilia mouent. Immo ibi videtur declinare ad hoc, quòd etiam quantitas possit causare speciem sensibilẽ in sensu: licet non sine sensibilibus proprijs: vt patet: vbi supra.

An quantitas possit cãre cognitionem suã.

¶Si tamen teneatur, vt Franciscus videtur tenere: & multi alij, quòd non agat ad sui cognitionem. Dico tunc, quòd cum sit per se intelligibilis, & quiditatiuè ens: saltem virtualiter continetur in substantia corporea: & sic talis substantia causat cognitionem quantitatis. Sed quid de materia prima, quæ nullo modo ponitur principium actiuum? ipsa enim est per se intelligibilis, & quiditatiue continetur sub ente. Dico primo, quòd ipsa potest per se mouere intellectum ad sui cognitionem. Et si dicatur, quòd tantum cognoscitur per analogiam ad formam per philosophum. Dico hoc non esse verum: & quomodo intelligitur philosophus in ista parte. vide Doctor. in 2. distinct. 12. & vide glo. quam ibi feci. Et si ipsa materia prima sustinendo, quòd sit entitas realis absoluta realiter distincta à forma posset mouere intellectum creatum ad sui cognitionem: teneo tamen absolutè, quòd a nullo intellectu creato possit cognosci sub ratione propria: quia materia prima cũ sit tantum entitas creabilis in nullo ente creato, quãtumcunque perfecto virtualiter continetur, secundùm suam entitatem: quia si sic: tale ens posset esse causa illius: quod est manifestè falsum. Si dicatur, quòd licet entitas materiæ virtualiter non contineatur in aliquo ente creato: cognitio tamen illius potest virtualiter contineri. Patet hoc esse falsum: & de hoc vide subtiliter Doctor. in 2. distinctione tertia, quæstione decima. Et vide ibi glo. quam feci: & præcipuè vide ipsum in quolib. quæstione 14. vbi facit hoc argumentum, & soluit illud. Si dicatur, quod materia prima saltem essentialiter continetur in aliquo, quod includit ens quiditatiue: quia in cõposito. Dico, quòd loquor semper de materia separata a composito. de qua Doctor. in 2. distinctio. 12. Si etiam loquamur de materia in composito, dubiũ est an entitas compositi possit causare notitiam distinctam materiæ: sed quicquid sit, ad præsens sufficiant hæc, quæ dixi de materia prima.

Materia prima p se mouere intellectum.

¶Sed quid dicendum est de entibus rationis: quę non sunt ens quiditatiue: nec continentur essentialiter in aliquo includente ens quiditatiue? vt patet: quia sic essent ex natura rei: nec etiam virtualiter: & tamen intentiones sunt veræ intelligibiles. Si dicatur (vt quidam dicunt) quod sunt tantum intelligibiles per accidens. Hoc non videtur: quia quod non est per se intelligibile: non est per se scibile. secundæ autem intentiones sunt per se scibiles cum per se cõsiderentur à logico. Dico primo, quod potest sustineri secundas intentiones esse per se intelligibiles: cũ per se considerentur a logico. Et cum dicis, quod omne per se intelligibile, vel est ens quiditatiue: vel virtualiter, vel essentialiter continetur in aliquo includente ens quiditatiue. Cõcedo. & dico, quod secundæ intentiones cum sint relationes rationis possunt virtualiter contineri saltem in fundamento, & termino: & sic cognitio earum potest partialiter causari a fundamento, & termino. Et si iterum dicatur. Aliqua secunda intentio fundatur in prædicamento relationis, & terminatur ad aliquid in eodem prædicamento: vt secunda intentio, quæ est species fundatur i paternitate, & terminatur ad indiuidua paternitatis: & tamen relatio realis, si non potest causare cognitionem sui: multo minus, nec cognitionem alterius. Dico, quod ab eodem fundamento a quo partialiter causatur cognitio paternitatis potest partialiter causari cognitio secundæ intentionis fundar in eo. Si dicatur, quod per se intelligibilitas est passio entis. Quæro aut est tantum passio entis realis? si sic. ergo intelligibilitas non potest per se competere enti rationis. si tãtum per se competat enti rationis? ergo entia realia non sunt per se intelligibilia. Si dicatur, quod competit enti, quod est commune enti reali, & enti rationis. Et hoc non: quia illud ens commune non dicit aliquem conceptum communem enti reali, & enti rationis: sed tantum nomẽ: & sic est æquiuocum: vt patet a Doctor. in quolib. licet aliqui videntur dicere, quod dicat conceptum communem: qui nõ est, nec ens reale, nec ens rationis: sed omnino indifferens: & hoc credo nõ esse intelligibile: modo nullum æquiuocum, vt æquiuocũ habet passionem aliquam. Si dicatur, quod intelligibilitas per se potest distingui in intelligibilitatem, quæ per se competit enti reali: & intelligibilitatem, quæ per se competit enti rationis. Sed hoc nihil est: quia tunc non posset assignari vnum per se obiectũ primum primitate adæquationis: & sic videtur, quod secundæ intentiones non sint per se intelligibiles.

Dubium de ente rationis.

…atia ratio…s sunt vere intelligibilia.

…responsio.

Aliud dubium de ente rationis.

Solutio.

Item aliud.

Conceptus entis nõ est communis Deo & creatura communis ente reali, sed solum communitate rationis, vide Parisiensis in primo notabili primi libri mo.

¶Respondeo primo: quod ex quo primum obiectum intellectus motiuum eiusdem non potest esse, nisi ens reale: ideo ponitur ens reale adæquatũ obiectum intellectus nostri: & per se intelligibile in ratione obiecti motiui tantum competit enti reali: & sic omne per se intelligibile: vel est quiditatiue ens reale, vel essentialiter, vel virtualiter continetur in aliquo includente quiditatiue ens reale. Et cum quęritur an ens rationis sit per se intelligibile? Dico, quod sic. Et cum vltra dicitur. Omne per se intelligibile ab intellectu continetur sub obiecto adæquato intellectus. Ens vero rationis non continetur: quia ens reale non prædicatur de illo? Dico, quòd contineri sub adæquato obiecto alicuius potentiæ contingit tripliciter.

Singularis responsio.

Primo quiditatiue recipiendo prædicationem eius in quid. Secundo tantum sub prædicato vniuoco recipiendo prædicationem illius quasi denominatiue. Tertio, quia virtualiter continetur in aliquo: quod continetur quiditatiue sub adęquato obiecto: & hoc tertio modo ens rationis continetur sub ente reali: non, quod recipiat prædicationem entis realis: sed quia ponitur in aliquo ente reali: quod potest causare cognitionem illius. Et cum quæritur de per se intelligibilitate. Dico, quod accipiendo per se intelligibilitatem in potiori significato est passio entis realis: sicut etiam quando absolute loquimur de ente: intelligimus de ente reali. Et concedo, quod huiusmodi intelligibilitas non est passio entis rationis. Et cum vltra dicitur: si non prædicatur de ente rationis: ergo ens rationis nõ est per se intelligibile. Dico, quod ex quo ens rationis habet tantum esse, secundùm quid: & absolutè sibi repugnat habere esse simpliciter: ideo per se intelligibilitas tantum competit sibi s[e]c[undu]m quid: cum intelligibilitas consequatur entitatem cuius est. Et cum dicis. Si dantur duę per se intelligibilitates: vna entis realis. & alia entis rationis. ergo non erit vnum obiectum adæquatum sub vna ratione formali.

Aliquid cõtineri sub obiecto adæquato cõtingit tripliciter.

Quõ ens rationis est intelligibile secundùm quid.

¶Dico primo: quòd si loquamur de obiecto adæquato simpliciter est tantum vnum, scilicet ens reale: & tunc illud, quod est secundùm quid reducitur ad illud, quod est simpliciter, & primo tale.

Quare ens rationis cõtinetur sub adæquato obiecto intellectus nostri.

¶Secundo dico, quòd tãtum est vnum obiectum adæquatum secundùm vnam rationem formalem: & illud est conceptus entis realis. Ens autem rationis, licet actu habeat per se intelligibilitatem, secundùm quid: & rationem formalẽ obiecti secundùm quid: quia tamen virtualiter continetur in aliquo ente reali includente simpliciter conceptum entis in quid: & rationem formalem eiusdẽ: ideo ponimus ens rationis contineri sub adæquato obiecto intellectus nostri.

Per accidẽs potest capi tribus modis.

¶Potest secundo principaliter dici ad vitandam tantam prolixitatem: quòd omne ens rationis continetur sub adæquato obiecto intellectus nostri tantum reductiue: eo modo quo Doctor. dicit in prædicamentis: quòd omnis relatio rationis est tantum in prædicamento reductiue. Et tunc si arguatur: vt sic habet tantum esse per accidens: & nihil per accidens pertinet ad artem. Dico, quòd per accidens potest capi aliquo trium modorum quos ponit Arist. 5. met. quos vide ibi. Vel etiam, vt dicit aggregatum ex rebus diuersorum generum: & tale non pertinet ad scientiam; nec etiam aliquod trium modorum: vt patet 6. met. quamuis ergo secunda intentio sit tãtum reductiue in prædicamento relationis: non sequitur quin habeat conceptum in se. Sicut anima intellectiua est tantum in prædicamento substantiæ ꝑ reductionem: vt inquit Doct. in 2. d. 1. q. vlti. & tamẽ dicit vnum conceptum in se: sic dico de omni secunda intentione. Et sic eo modo quo potest habere conceptum: eo modo est intelligibilis. Et si habet cõceptum per se, secundùm quid: est intelligibilis per se secundùm quid. Et sic sufficit, quòd eo modo cõsiderẽtur a logico quo possunt habere esse. & sic concederetur, quòd omnes secundæ intẽtiones sunt per se cognoscibiles a logico: quia habent reductionem ad obiectum adæquatum intellectus: & hoc sufficit. Et multa alia essent dicenda de ista materia: quæ causa prolixitatis vitandę omitto. Si etiam volumus exponere Doct. de obiecto adæquato non in ratione motiui, sed in ratione terminatiui erit facilior expositio. Et tunc diceretur, quòd ens reale est adęquatum obiectum intellectus: quia omne per se intelligibile, vel includit ens quiditatiuè, vel essentialiter: vel virtualiter includitur in aliquo includente ens quiditatiuè: vel saltem habet reductionem: quod dico propter secundas intentiones: & omnia entia rationis, & omnes negationes, & priuationes habent reductionem ad aliquod quod per se includit ens quiditatiue. Posset tertio modo exponi de obiecto adęquato inquantum huiusmodi: an modo tantum dicat vnum cõceptum communem dictum de omni per se intelligibili: an vltra hoc includat omnia per se intelligibilia: ita, vt cum dico. Fran. cognoscit ens inquantum ens: siue inquantum ens est adæquatum obiectum intellectus: quòd tunc cognoscat tãtum conceptum entis in se: an vltra hoc cognoscat ipsum, vt inclusum in omni per se intelligibili: & ꝑ consequens cognoscat omne ꝑ se intelligibile. Hanc difficultatem sup. exposui in q. 1. prologi. respondẽdo ad primum argumentum principale.

Secunda intẽtiones sũt per se cognoscibiles à logico.

Aug. Suessa.

HIC tamẽ quidam nouus interpres philosophi
1 nititur soluere aliquas rationes Sco. de obiecto adęquato intellectus. Et primo declarat propositũ suũ dicens, quòd tripliciter dicitur obiectum: aut obiectum operationis agẽtis. eo modo quo Arist. appellat cibum obiectum virtutis nutritiue: aut est ratio agendi, vel mouendi. quomodo Arist. vocat sonum obiectum auditus. 2. de anima. Et sic dicũtur. 5. obiecta. 5. sensuum. Tertio modo obiectum dicunt peripatetici omnem terminum principaliter intentum: qui per aliquam actionem habet esse post non esse: aut habere potest esse post non esse: & sic forma dicitur obiectum agentis. Nam ipsa actionem finit: & ipsa erat in mente agentis. & hoc pacto dici solet in potentia obiectiua esse omnem rem antequam sit. Sic igitur tertio modo obiectum dicitur esse omne contentum in virtute agentis, quod per eius actionem potest produci: quo producto cessat omnis actio eius.

¶Ex his apparet, quàm ineptè dicunt exteri ipsum ens inquantum ens esse obiectum intellectus. Ipsum enim non potest esse mouens: quia si ratio mouendi esset ens: omne ens esset aptum mouere intellectum consequens est contra Arist 9. met. & Auer. ibi cõm. 30. vbi dicitur id mouere intellectum: duntaxat, qđ est actu: quale non est materia, quæ tamen est ens. Amplius ipsum non est subiectum actionis intellectus. Adhuc ipsum non est finis intentus ab intellectu: nec eius cognitio est præintenta: quoniam illa habita non cessat intellectus vlterius intelligere. Ipsum igitur ens nullo pacto potest dici obiectum intellectus: nisi inueniatur aliqua alia ratio obiecti, quam nullus peripateticus diceret.

Ad rationes Doct. respondet.

¶Respondet ad primam rationem Scot. negando maiorem: quia siue contineat omnia intelligibilia: siue prædicetur de omnibus intelligibilibus: nõ adhuc sumitur ratio obiecti.

¶Ad secundam negatur maior: quia non dicitur obiectum eo, quòd cõtineat omnia. Item minor est falsa: quia ens non est obiectum metaphysice.

¶Ad tertiũ negatur maior: quia non dicitur obiectum ab eo: quia est ratio intelligendi. Item minor est falsa: quia si ens esset ratio intelligendi omne ens per se esset intelligibile: & ita singulare, & materia: quæ non concedunt peripatetici. Hæc interpres ille. 5

¶Addit etiam dicens. Vlterius apparet, quàm ineptè dicunt ens esse primum obiectum voluntatis. Nam volũtas, nec ab illius cognitione mouetur: sed a conclusione syllogismi practici per intellectum facta: nec eius actio recipitur in ente: nec est finis intentus à voluntate.

¶Præterea. Voluntas, & intellectus apud peripateticos non differunt, nisi ratione, siue distinctione tantum. Intellectus enim dicitur, vt syllogizans finẽ esse exequendum. Voluntas autem est idem intellectus, vt assentiens, vel dissentiens exequutioni: nec aliter vnquam differunt. Hæc interpres nouus.

Ad Aug. Suessam respondetur.

¶Dico ad nouum interpretem. præmittendo aliqua. Primo præmitto, quòd vnius potentiæ oportet vnum per se assignare obiectum: vt patet de potentijs sensitiuis quibus assignantur obiecta adęquata, vt patet 2 de anima. Non enim potentia visiua habet pro obiecto adæquato tantum vnum visibile: nec sic omnia singularia visibilia: sed aliquod cõmune sub quo contineatur omne per se visibile. Sic dico, quòd respectu intellectus oportet assignare aliquod commune obiectum, & adæquatum. Secundo præmitto, quòd ens inquantum ens est saltem commune vniuocum omni enti reali per se intelligibili: vt sup. probatum est. Tertio præmitto, quòd ratio obiecti, aut potest assignari, vt obiecti motiui: vel vt obiecti terminatiui.

¶Istis pręmissis dico conformiter Doctori, quòd loquendo de obiecto terminatiuo non potest conuenientius assignari adæquatum obiectum, quam ens inquantum ens. Tum, quia intellectus ex natura intellectus habet naturalem inclinationem ad ens in quantum ens: & ad omne ens: vt patet à Doct. quæstio. 1. prolog. & quæstio. 14. quolib. Tum, quia nul-

lum

lum est ens in quod intellectus non possit terminari per actum intelligendi. Et hoc modo potest dici finis intellectus: quia intellectus intendit intellectionem: vt ipsa mediante attingat obiectum, siue, vt ipsa terminari possit ad obiectum: vt posset deduci ex dictis Sco. in quol. quæst. 13 14. & 15. & ideo falsum est, quòd ens non sit finis potentiæ. Dicit enim Sco. in 4. distinct 49. & in primo. q. 1. distinct. 1. quòd duplex potest esse finis intellectus, scilicet intrinsecus, & extrinsecus. Intrinsecus: vt cognitio. Extrinsecus: vt obiectum ad quod terminatur cognitio. Et sic ens inquantum ens est finis intellectus, & perfectissimum cõtentũ est vltimus finis: vt patuit supra q. 1. prolog. Nec enim dico, quòd ens accipiendo ipsum tantum pro illo conceptu communi sit finis intellectus, & adæquatum obiectum intellectus: quia vt sic est tantum vnum de numero intelligibilium. Sed dico: vt supra exposui, quòd ens inquantum ens, vt includitur in omni per se intelligibili est adæquatum obiectum intellectus in ratione terminatiui. Potest etiam dici, vt sic terminus adæquatus actionis intellectus: pro quanto actio intellectus, siue intellectio terminatur ad ipsum. Est enim terminus actionis duplex. Vnus productus mediante actione sicut genitum dicitur terminus adæquatus generationis: quia per ipsam accipit esse. Alius est p̃suppositus, vt obiectum potentiæ. Hæc distinctio patet à Doct. in isto. 1. distinctio. 3. quæstione vltima. respondendo ad vltimum argomentum hoc idem in quolib. quæst. 13. Et sic falsè imaginatur, quòd terminus actionis tantum sit productum, quod prius fuit in potẽtia obiectiua. Immo actioni, vt actio non correspondet productum, vt terminus: patet, quia intellectio dicitur actio; vt patet per philosophum. 9. met. t. c 16. Quorum inquit non est aliquod aliud opus præter actionem in istis existit actio: vt visio in vidente: & speculatio in speculante. hæc ille. Nisi forte iste nouus interpres loquatur de actione transeunte. Si vero loquamur de obiecto adæquato in ratione motiui. Dico, quòd non potest poni, nisi ens saltem loquendo de ente limitato: quia fortè Deus non potest poni à nobis, nec etiam ab aliquo intellectu creato esse ens per se intelligibile: & hoc in ratione obiecti motiui quia ipse Deus, (vt supra dixi) tantum potitur obiectum intellectus diuini: nec etiã aliquid potest causare cognitionem illius: & hoc in ratione obiecti: vt supra exposui. Et cum arguit iste: quia tunc quodlibet ens posset per se mouere intellectũ. Dico, quòd nõ, nisi superficialiter intelligit dicta Sco. Non enim pono conceptum entis in communi, vt indifferentẽ ad omnia entia esse per se rationem formalem mouendi intellectum, vt iste fortè imaginatur. Nec pono, quòd quodlibet ens sit per se ratio mouendi intellectum: quia multa non mouent: vt supra dixi. Sed quia multa tam sensibilia, quàm per se intelligibilia possunt per se mouere intellectum non solum ad sui cognitionem: sed etiam ad cognitionem omnium virtualiter, & essentialiter inclusorum in eis. Ideo pro obiecto adæquato non possumus conuenientius ponere, quàm ens inquantum ens: vt prolixe supra exposui: & sic non sequitur inconueniens quod dicit. Sufficit enim, quòd omne ens, vel per se moueat, vel saltem contineatur virtualiter in aliquo ente, vel essentialiter, quod sit ratio mouendi intellectum ad cognitionem talium contentorum. Et quod dicit de materia prima, & de singularibus, quòd non possint mouere intellectum. Falsum dicit loquendo semper de intellectu ex natura intellectus. De materia prima, quid senserit Aristotel. vide Scot. in 2. De singularibus quid philosophus senserit. vide Scot. in septimo metaphys. Et quod dicit non esse peripatetice dictum. Hæc est optima fuga dicere semper non esse peripateticè dictum: & non adducere auctoritates philosophi in contrarium: nisi forte dicere suum habeatur pro auctoritate. Ex his omnibus patet, quòd responsiones datę ad rationes Doctor. non soluunt illas rationes. Immo nec respondet ad illas prout Doct. adducit illas: vt supra patuit in exponẽdo huiusmodi rationes Scoti.

Terminus actionis duplex.

Nota hanc declarationem.

Q̃õ ens est obiectum intellectus creati.

Fuga Suessani.

¶ Ad illud de voluntate. Miror, quòd tantus interpres velit dicere hoc esse ineptè dictum: præsertim, quando dicitur à tanto Doctore, qui à toto studio Parisiensi: in nullo potuit vnquam reprobari: qui habetur, vt subtilissimus Doctor quicquid sit: cuilibet datur licentia loquendi. Ad Rem. nihil est ad propositum dicere, quòd intellectio entis non mouet voluntatem: quæ enim consequentia est ista? Cognitio entis non mouet voluntatem. ergo ens non est obiectum voluntatis? Illi enim, qui tenent obiectum esse causam actûs voluntatis negarent istam consequentiam: vt patebit in secund, distinctione vigesima quinta. Item. Si ponatur voluntas, vt totalis causa sui actus: vt multi volunt: vt patebit in 2. distinctione vigesima quinta. & trigesima septima, negarent istam consequentiam, & dicerent non esse de ratione obiecti voluntatis mouere voluntatem. Sufficit enim terminare actum voluntatis. Item falsum est, quòd cognitio entis non possit mouere voluntatem: tenendo, quòd cognitio possit esse partialis causa actus voluntatis: vt patebit in secund. distinctione vigesimaquinta. Et quòd etiam cognitio, non tantum conclusionis practicæ possit mouere: patuit supra quæstione vltima, prolog. Et quod dicit, quòd tantum conclusio syllogismi practici potest mouere voluntatem. Dico, quòd etiam supposito, quòd cognitio aliqua possit mouere voluntatem: quòd falsum est, quod tantum talis cognitio, vel conclusio possit mouere. Et quod dicit: quòd intellectus, & voluntas tantum ratione differunt secundùm philosophos. Hoc non est verum, nec probat, sed in distinctio. 16. secundi probabitur contrariũ. Et pro nunc sufficiant hæc cõtra illum nouum philosophi interpretem: ad quem erubesco respondere iuxta suorum labiorum incircuncisionem.

Scotus a toto studio Parisiẽsi in nullo potuit vnquam reprobari.

Erubescit Lychetus respondere Suessano.

IBI. Quod autem supposuit communitatem entis in quid ad omnes conceptus quiditatiuos prædictos. Hic Doctor per duas rationes per quas prius probauit, quòd conceptus entis sit alius à conceptu Dei & creaturę vniuocè dictus: probat idem de omni alio ente: videlicet, quòd ens dicat conceptum alium, & vniuocum de omni substantia.

Exponitur litera Doc. qua probat vniuocationẽ entis respectu substantię, & accidentis.

¶ Prima ratio est ibi. Primam sic. De quocunque enim prædictorum. Et ratio stat in hoc supponendo vnum, quòd ens prædicetur in quid de substantia, & accidente. Probat modo, quòd ille conceptus entis dictus in quid de substantia, & accidente erit alius à conceptu substantiæ, & accidentis. Et accipio pro exemplo substantiam, & accidens: & differentias contrahentes ens ad substantiam, & accidens: puta esse per se, & esse in alio. Et iste differentiæ dicantur a. & b. si intellectus est certus, quòd substantia est ens quiditate: & similiter, quòd accidens est ens quiditatiue dubitãdo de a. & b. s. an substantia sit ens per se: an in alio: & similiter dubitando an accidens sit ens per se, an in alio; tunc intellectus habebit conceptum entis dictum in quid de conceptibus substantię, & accidentis: de quibus est certus, q̃ sunt ens quiditatiue: alium à conceptu substantię, & accidentis; patet, quia si conceptus entis dictus de substantia esset tm̃ ꝯceptus substantiæ Et similiter si ꝯceptus entis dictus in q̃d de cõceptu accidẽtis esset idẽ ꝯceptus: tũc intellectus de eodẽ cõceptu simpl'r

Achylles Scotistarũ.

eſſet certus,& dubius:patet.quia certus eſt, quòd cõceptus ſubſtantiæ eſt ens: & dubitat an ſit ens per ſe an in alio. Et cum ſit ſimpliciter idem conceptus.ſ. conceptus entis dictus de ſubſtantia, & conceptus ſubſtantiæ:& de neceſſitate cõceptus ſubſtantiæ: aut eſt conceptus per ſe:aut cõceptus in alio: tunc idem intellectus erit ſimpliciter certus,& dubius de eodẽ conceptu:quod eſt impoſſibile: & iſte eſt ſenſus lſæ.

Declaratio litera.

¶Sed quia litera videtur importare aliqualem difficultatem declaro eam per exemplum prius poſitũ. cum dicit.De quocunque enim prædictorum conceptuum quiditatiuorum. ſ. conceptus ſubſtantiæ, & accidentis:qui dicuntur conceptus quiditatiui:eo quòd includunt ens quiditatiue. Sequitur. Contingit intellectum certum eſſe ipſum.ſ. cõceptum quiditatiuum:ſiue conceptus quiditatiuos eſſe ens: dubitando de differentijs contrahentibus ens ad talem vel tales conceptus.ſ ſubſtantiæ,& accidentis:vtrum ſit tale ens,vel non,id eſt,an conceptus ſubſtantiæ ſit ens per ſe:vel ens in alio: qui ſunt modi contrahentes ens ad conceptum ſubſtantiæ, & accidentis. Sequitur Et ita conceptus entis,vt conuenit illi conceptui:puta ſubſtantię eſt alius ab illis conceptibus inferioribus: de quibus intellectus eſt dubius: ſupple eſt alius a conceptu ſubſtantiæ,& accidentis:de quibus intellectus eſt dubius.ſ.an conceptus ſubſtantiæ ſit ens per ſe,vel ens in alio. Eſt enim certus, ꝙ conceptus ſubſtantiæ eſt ens, & ſimiliter de cõceptu accidentis:ſed eſt dubius an conceptus ſubſtantiæ ſit ens per ſe an ens in alio. Si vero exponatur ſic. quòd conceptus entis erit alius a conceptibus differentiarum:ſic intelligendo: quòd intellectus ſit certus: ꝙ ſubſtancia eſt ens: dubitando de differentijs: an ſint ens per ſe:an ens in alio.ita tamen, quòd ſit certus: quòd conceptus entis per ſe eſt ens, & conceptus entis in alio ſit ens.Si ergo intellectus eſt certus de iſtis duobus conceptibus differentiarum,quòd ſunt ens: dubitando an ſint ens per ſe an in alio: tunc habebit conceptum entis alium a cõceptibus differentiarũ.

¶Ibi.Secundam rationem pertracto ſic. Pro intelligentia huius rationis nota,quòd hæc ratio concludit propoſitum de communitate entis: ſuppoſito, quòd non poſſit haberi cognitio propria ſubſtantiæ ſub propria quiditate;& vltra, quòd ꝓ ſtatu iſto nihil cognoſco de ſubſtantia ſibi attribui denominatiue:niſi præcognoſcatur in eſſe quiditatiuo; puta, quòd in ſe ſit ens quiditatiue; vt ſupra expoſui in 1. q. præſentis d. in reſponſione ad q. Tunc arguo ſic. Cognoſco ens dictum in quid de ſubſtãtia. ergo ens eſt alius conceptus dictus in quid a cõceptu ſubſtãtiæ:& alius ab illo a quo abſtrahitur;patet,quia aliter nihil de ſubſtãtia pro ſtatu iſto cognoſci poſſet: ex quo enim ſubſtantia non poteſt cauſare immediate cognitionem ſui: nec per conſequens cõtenti virtualiter,vel eſſentialiter in ea:vt patet de albedine, quæ prius cauſat cognitionem ſui:ſi poteſt:& deinde omnium incluſorum: vt ſupra expoſui in q. 2. præſentis d. Si ergo cognoſco de ſubſtantia ens dici in quid:ſiue,quòd ſubſtantia eſt ens quiditatiue: cognitio entis erit cauſata ab aliquo ſenſibili: puta ab albedine,quæ cauſat cognitionem ſui, & omnium incluſorum eſſentialiter Habita ergo cognitione entis in ſe poſſum illud conſiderare, & coniungere cũ alijs abſtractis a ſenſibilibus,vt cum abſtraho abſolutum ab abſoluto:actum ab actu,& huiuſmodi:& ſic coniungendo facio vnum conceptum complexum: puta ſic dicendo: aliquod ens eſt ens per ſe: & aliquod ens eſt ens in alio:& aliquod eſt per ſe actus:& aliquod eſt actus in aliquo, & huiuſmodi. per primum intelligo ſubſtantiam: & per ſecundum accidens.Si ergo conceptus entis non eſſet alius ab albedine:tunc cognoſcere ens dici in quid de ſubſtantia nihil aliud eſſet, niſi cognoſcere albedinem dici in quid de ſubſtantia:quod nihil eſt. Similiter ſi nõ eſſet alius a conceptu ſubſtantiæ in ſe: tunc cognoſcere ens dici in quid de ſubſtantia nihil aliud eſſet, niſi cognoſcere ſubſtantiam in ſe: quod eſt contra præſuppoſitum, ſcilicet, quòd ſubſtantia non poteſt immediatè cauſare cognitionem ſui in intellectu noſtro pro ſtatu iſto.Dico ergo: quòd ex quo ſubſtantia non poteſt immediatè cauſare cognitionem ſui, id eſt, ſub propria ratione formali:nec etiam poteſt cauſare mediatè referendo ad cognitionem ſubſtantiæ ſub propria ratione Si ergo ſubſtantia non poteſt cauſare cognitionem ſui ſub propria ratione.ergo non poterit cauſare cognitionem eſſentialiter, vel virtualiter incluſi prædicabilis illius ſubſtantiæ. Nam quando obiectum eſt optimè diſpoſitum, & perfectè præſens potentię,& agens mere naturale:ſi non poteſt cauſare immediatè cognitionem. ergo nec mediatè, id eſt, non poterit cauſare cognitionẽ alterius obiecti incluſi in illo:cum ſecunda cauſatio præſupponat primam:& ſic patet litera Doct.

¶Ibi. Hoc autem, quod ſuppoſitum eſt in ratione iſta de ſubſtantia. Hic Doctor.probat per ſingulare argumentum: quòd nulla ſubſtantia pro ſtatu iſto poteſt immediatè immutare intellectum ad ſui cognitionem: & quia hæc ratio poteſt intelligi tam de cognitione intuitiua, quàm abſtractiua, & econtra. ideo expono quid ſit immutare immediatè ad ſui cognitionem tam intuitiuam, quàm abſtractiuam. Dicimus enim, quòd albedo in cognitione abſtractiua immediatè immutat intellectum ſic intelligendo: quòd aliquod album ſingulare immediate immutat potentiam ſenſitiuam cauſando in ea ſpeciem ſenſibilem: & partialiter cauſando viſionem ſui.

Subſtantia non poteſt immutare intellectum ad ſui cognitionem.

Quid ſit immutare intellectum.

¶Secundo a tali ſpecie ſenſibili, vel a viſione illa cauſatur phantaſmata in phantaſia:& illud phantaſma perfectè repreſentat album ſingulare: phantaſma vero immediatè immutat intellectum cauſando ſpeciem intelligibilem:& a ſpecie intelligibili immediatè immutatur recipiendo cognitionem albedinis.Sic ergo immutare intellectum immediatè in cognitione abſtractiua eſt cauſare ſpeciem intelligibilem ſui in tali intellectu: per quam immutatur ad cognitionẽ albus obiecti. Sed immutare intellectũ in cognitione intuitiua eſt ipſũ obiectũ in ſe exiſtẽs, & perfectè præſens cauſare notitiam ſui in tali intellectu. Modo ad propoſitum. cum nulla ſubſtantia poſſit immediatè immutare aliquem ſenſum: quia ſolum ſenſibilia per ſe immutant: ſi immutat intellectum tantum immediatè immutat: vel cauſando ſpeciem intelligibilem ſui ad quam ſequitur cognitio abſtractiua: vel immediatè cauſando cognitionem ſui intuitiuam; & in vtraque cognitione ſemper requiritur præſentia obiecti, vel in ſe, vt in cognitione intuitiua: vel in ſpecie intelligibili, vt in cognitione abſtractiua. Et ex his patet ratio Doctor. quòd quicquid præſentia ſua immutat intellectum: eius abſentia poteſt cognoſci. Et litera clara eſt.

Subſtantia nõ poteſt immutare aliquẽ ſenſum.

¶Ibi. Per idem concluditur etiam propoſitum de partibus eſſentialibus ipſius ſubſtantiæ. Hic Doctor. probat per eandem rationem: videlicet ſecundam, quòd conceptus entis dictus in quid de materia, & forma ſit alius a conceptu materiæ, & formæ: quia aliter, nec materia, nec forma ſubſtantialis poſſent cognoſci pro ſtatu iſto: nec aliquid de eis: ſupponendo, quòd non poſſint immutare intellectum noſtrum:& eodem modo formetur ratio ſicut ſupra formata eſt.

¶ Ibi. Iſte rationes, &c. Hic Doctor. reſpondet ad tertiam obiectionem; quia aliquis poſſet dicere

quòd

quòd per has rationes posset concludi: quòd conceptus entis sit alius à differentijs vltimis, & passionibus entis, & dictus in quid de eis. Patet quantum ad primum; quia aliquis intellectus potest esse certus, quòd vltima differentia albedinis sit ens: dubitando an sit tale, vel tale ens. ergo, & similiter quo ad secundam rationem: ex quo vltimæ differentia, puta hominis nõ potest immediate immutare intellectum ad sui cognitionem. ergo non potest cognosci conceptus entis de ea: nisi sit alius à conceptu sensibilis: p quod cognoscitur conceptus entis: & similiter alius à conceptu vltimæ differentiæ hominis, ergo. Dicit Doctor. quòd licet per has rationes possit concludi alietas conceptus entis à conceptibus differentiarũ vltimarum, & passionum: non tamen concluditur, quòd talis conceptus dicatur in quid de illis: quia non est certus, quòd vltimæ differentiæ, vel passiones entis sint ens quiditatiue. Per has tamen rationes concluditur alietas conceptus entis dicti in quid de conceptibus substantiæ, & accidentis, & partiũ substantiæ: quia certus est, quòd omnia ista sint ens quiditatiue: & ideo per illas rationes non intendit probare, quòd ens dicat cõceptum in quid de illis cum illud supponat tanquam notum: sed intendit probare, quòd ille conceptus dictus in quid de substantia, & accidente de materia, & forma sit alius à conceptu istorum.

Aug Suess. ¶Et ex hoc apparet improbatio responsionis, q̃ facit quidam in primo suæ meta. approbans responsionem Iohan. dicens, quòd non concludit prima ratio Doct. alietatem conceptus: sed tantum alietatẽ entis: quod nihil est.

¶Ibi. Vel aliter, & melius. Probat per hanc rationem, quòd vltimæ differentiæ, & passiones entis nõ sunt ens quiditatiue: quia sunt conceptus simpliciter simplices. Si ergo vltima differentia includeret ens quiditatiue: tunc non esset conceptus simpliciter simplex. Nam conceptus simpliciter simplex: aut simpliciter scitur: aut simpliciter ignoratur: vt dicit hic Doct.

Conceptus simpliciter simplex. ¶Sed pro intelligentia huius nota, quòd cõceptus simpliciter simplex aliquando accipitur quiditatiue: & est ille, qui non habet alios conceptus quiditatiuos: ex quibus quiditatiue componatur: sed est tantum vnus in se quiditatiue: & talis, vel totaliter scitur quiditatiue: vel totaliter ignoratur quiditatiue. Et conceptus non simpliciter simplex quiditatiue est ille, qui componitur ex pluribus conceptibus quiditatiuis, vt homo ex animali: corpore: substantia: ente: & talis, secundùm vnum conceptũ potest ignorari: & secundùm alium sciri: & hoc modo accipitur hic.

Obiectio. ¶Et quando dicit Doctor. in isto primo. distin. 2. quæstio. 2. quòd ens infinitum: vel ens necesse esse: vel ens vnum non dicunt cõceptum simpliciter simplicem: quia ens infinitum includit entitatem, & infinitatem: & tamen vnum non est de essentia alterius.

Responsio ibi. ¶Respondeo secundùm glos. quam ibi feci.

¶Ista litera exponitur. Cum dicit, quòd non est circa eos deceptio sicut est circa quiditatem complexorum: puta non contingit intellectum decipi circa conceptum simpliciter simplicem: quia, vel totaliter scitur, vel totaliter ignoratur: sed circa quiditatem complexam contingit errare. Posset enim quis scire, quòd homo est substantia: dubitando, an sit animal propter distinctionem conceptuum inclusorum in homine. Sequitur. Quod non est intelligendum quasi intellectus simplex formaliter decipiatur circa intellectionem quiditatis: quia in intellectione simplici non est verum, vel falsum.

[…]uid sit ve[…]tas forma[…]ter. & vir[…]aliter. ¶Nota pro intelligentia huius literæ, quòd veritas, vel falsitas formaliter consistit in actuali diuisione, vel compositione intellectus: vt quando actualiter format propositiones: sed veritas, vel falsitas virtualiter est, quando obiectum includit verum virtualiter: vt homo, qui includit animal, & superiora, id est, habet in se terminos ex quibus intellectus potest formare propositionem veram, vel falsam. Et nota, quòd quiditas simpliciter simplex non dicitur nec virtualiter vera: nec virtualiter falsa: sic intelligendo: quòd non dicitur virtualiter vera quiditatiue: quia non includit aliquid, quod possit dici in quid de ea: nec similiter virtualiter falsa quiditatiue: quia non includit aliquid dictum in quid quod possit ab ea negari. Secus est de quiditate non simpliciter simplici: quia potest esse virtualiter vera quiditatiue: cũ includat aliquid dictum in quid: ex quo intellectus potest formare propositionem quiditatiue veram. Hoc idem dico de propositione virtualiter falsa. *Nota.*

¶Ibi. Tertio etiam modo potest responderi ad primam rationem. Sensus huius literæ est: quòd si ille conceptus de quo est certitudo, scilicet conceptus entis sit alius ab illis de quibus est dubitatio: & si ille certus saluetur in alterutro illorum dubiorum vere erit vniuocus: sed non oportet, quòd insit vtrique illorum in quid: sed vt sit vniuocus cum eis: vel vt determinabilis ad determinans: vel vt denominabilis ad denominans: & sic patet.

Primitas duplex. ¶Ibi. Ex his apparet quomodo in ente concurrat duplex primitas, scilicet primitas communitatis in quid ad omnes conceptus nõ simpliciter simplices: & primitas virtualitatis in se, vel in suis inferioribus ad omnes conceptus in se simpliciter simplices. Et quòd ista duplex primitas concurrens sufficiat ad hoc, quòd ipsum sit primum obiectum intellectus: licet neutram habeat præcise ad omnia per se intelligibilia. Doct. per exemplum declarat. quod clarum est in litera.

Ioan. Angl. Bac. in primo. d. 3. q. 1. CONTRA hanc conclusionem de ista duplici primitate in obiecto arguit quidam. & primo sic Ens in sua maxima communitate est adæquatum obiectum intellectus: & vt sic præscindit ab ista duplici primitate, scilicet essentiali, & virtuali probat antecedens: quia primo physic. t. c. 5. probat philosophus, quòd confusum est prius notum, id est, primum obiectum per hoc, quòd puer primo vocat omnem hominem patrem: & post distinguit patrẽ inter alios. ergo ens sub communissima ratione erit primum obiectum.

¶Præterea. Ens, vt concernens vnitatem seu communitatem essentialem, & vt concernens virtualem natum est causare conceptum per accidens vnum: quia conceptus passionis cum conceptu quiditatiuo est vnus per accidens: sed omne per accidẽs præsupponit aliquod primum per se. ergo ens, vt præscindit ab illa duplici primitate erit primũ obiectum intellectus.

Item arguit Ocham contra Doct. ITEM alius arguit contra eandem conclusionem in prim. distinctione tertia, quæstione octaua. Et arguit sic primo. Ens non habet aliquam primitatem respectu omnium intelligibilium: patet, quia ens rationis, & secundæ intentiones sunt per se intelligibiles: & tamen ens neutram primitatem habet respectu talium. De primitate communitatis patet: quia nihil est commune vniuocum enti reali, & enti rationis.

De primitate virtualitatis patet: quia illa primitas non est, nisi respectu entium realium.

¶Secundo arguit sic. Ens rationis potest cognosci nullo ente reali cognito. ergo per se continetur sub primo obiecto intellectus: & non sufficit, q̃ contineat in illo virtualiter: sed non continet p se sub ente vni-

uoco.ergo ens vniuocum non est obiectum adęquatum intellectus.

¶Tertio arguit, quòd ista duplex primitas non sufficiat; quia sic Deus esset primum obiectum intellectus nostri;patet,quia prædicatur per se de omni intelligibili per se ab intellectu: vel includit illud virtualiter, vel essentialiter; nec valet dicere, quòd non includit sic virtualiter; quia creatura potest virtute propria mouere intellectum. Contra hoc arguit sic. Qua ratione genus potest virtute propria mouere intellectum eadē ratione differentia vltima pōt mouere intellectū virtute propria.ergo illa cōtinentia virtualis qua aliqnid includens essentialiter rationem entis,includit essentialiter, vel virtualiter differentiam,vel passionem:non facit ad hoc, quòd ens sit primum obiectum adæquatum intellectus. ergo ad hoc, quod aliquid sit primum obiectum oportet, quòd per se prædicetur de quolibet per se intelligibili.

¶Quarto arguit sic. Si partes essentiales essent per se intelligibiles virtute propria,quantumcunq; continerentur essentialiter in toto; illud totum non diceretur obiectum adæquatum: quamuis esset per se prędicabile de alijs per se intelligibilibus.ergo quāuis ens prædicetur per se de aliquibus intelligibilibus, & includat aliqua alia essentialiter, vel virtualiter;non dicetur propter hoc primū obiectum adæquatum. Et sic exemplum Doctor. de colore non est ad propositum. Dicit ergo ille: quòd nihil est obiectum adæquatum intellectus: quia tale est per se commune ad omnia per se apprehensibilia ab intellectu: sed nihil est tale respectu omnium intelligibilium: vt patet de secundis intentionibus, & huiusmodi.

Responsio ad rationes Io anglic. bacchon.

¶Respondetur primo ad obiectiones Iohan. anglic. & deinde ad obiectiones Ocham: licet solutio earum patere possit ex superius declaratis.

¶Ad primam Iohan.cum dicit: quòd ens,vt omnino indifferens est obiectum,&c. Dico, quòd quādo Doctor. assignat ens sub ista duplici primitate, &c. non intelligit, quòd ens sic sit primum obiectū adæquatum intellectus: ita, quòd illud solum attingat. sed quæritur aliquod vnum, quod se aliqualiter habeat ad omnia attingibilia ab illa potentia: ita quòd omnia simul collecta propriè, & formaliter sunt adæquatum obiectum potentiæ: sed denominatio eorum est ab aliquo vno, quod se habet aliqualiter ad omnia ista: & sic ens est adæquatum obiectum intellectus:non, quòd ipsum solum intelligatur ab intellectu; sed quia aliqualiter se habet ad omnia intelligibilia: vt supra diffusè exposui. Et quòd Doctor.sic intelligat: patet expresse in quæst. 1. prolog. vbi dicit sic. Licet enim ens, vt est quoddam intelligibile vno actu. sicut homo intelligibilis vna intellectione sit naturaliter intelligibile: illa enim vnica intellectio entis, vt vnius obiecti est naturalis; non tamen ens, vt primum obiectum,id est adæquatum potest poni naturaliter attingibile: nisi quodlibet sub eo contentum sit naturaliter attingibile: quia est primum obiectum, vt includitur in omnibus per se obiectis. Hæc Scot. Cum dicit ergo Ioan.angli.quòd ens sic abstractum est adæquatum obiectum,&c. Si intelligat, quòd illud sit communius respectu omnis intelligibilis transeat. Si vero intelligat, quòd inquantum huiusmodi sit adæquatum, vt indifferens, & vt præscindens ab omni inferiori. Hoc est manifeste falsum. Et illud,quod adducit de philosophio, quòd cōfusum est prius notum.

Quo confusum sit prius notū nobis.

Non est ad propositum:quia philosophus ibi loquitur de prius noto primitate originis non autem de primitate adæquationis,vt patet, secūdùm communiter expositores.

¶Ad aliud de conceptu per accidens. Dico,quòd si intelligit,quòd obiectum adæquatum alicuius potentiæ sit aliquis conceptus per se cognoscibilis: & nō vt includitur in omnibus per se intelligibilibus: tūc est oppositio in adiecto ponere aliquid esse adæquatum obiectum potentiæ: & vt sic non includi in omni per se perceptibili a tali potentia:vt patet a docto.in q.1.prolo. immo obiectum adæquatum, vt sic percipi; est pcipere omnia per se contenta sub tali obiecto. Dico vltra, quòd non intelligit mentem Doct.quia Doct.non ponit ens esse adæquatū obiectum intellectus sic, vt percipiatur cum illa duplici primitate: sed sic dicit, quòd quia in ente concurrit ista duplex primitas.s. communitatis: cum sit communissimum vniuocum: & virtualitatis, vel in se,vel in suis inferioribus:si aliquid commune debet: poni obiectum adæquatum intellectus respectu omnium perceptibiliū ab intellectu maxime erit ens: & sic Doct.debet exponi.

In ente duplex est primitas.

Responsio ad rationes Ocham.

¶Nunc ad rationes Ocham. Ad primam de ente rationis: secundis intentionibus, & huiusmodi: patet responsio ex his,quæ supra dixi.quomodo secundæ intentiones sint per se intelligibiles.

¶Ad aliud cum dicit: quòd tunc Deus esset adæquatum obiectum:quia virtualiter continet,&c. patet responsio ex his,quæ supra dixi. Et posito etiam quòd Deus contineat virtualiter, &c.tamen ex quo quęrimus aliquod obiectum commune ad omnia per se intelligibilia: propter istam communitatem in ente,& virtualitatem,vel in se, vel in suis inferioribus ponimus esse obiectum adæquatum.

¶Ad illud de partibus essentialibus: patet ex sup. dictis non esse contra Doct. si intelligatur ens esse adæquatum obiectum modo præexposito. Multi alij adducunt rationes contra Doct. sed quia coincidunt cum prioribus,& facillimè solui possunt ex su pradictis,illas omitto:& præsertim quorundam minus Doct intelligentium.

Aug.Sues.

AD aliquas rationes Sco. de vniuocatione entis respondet insuper nouus interpres philosophi.

¶Ad illam de conceptu certo, & duobus dubijs adducit responsionem Io. quam ipse approbat:q ex natura rei non posset idem conceptus esse certus,& dubius Et dicit, q quicunque concipit aliquam rōnem entis:necessario illum concipit:aut sub conceptu Dei,vel rei productę: substantiæ,vel accidentis. Et dicit,q dubitatio non accidit philosophis de lumine ex parte rei, vel conceptus: sed ex ignorantia quid nominis:propterea quia ignorabant quid importetur nomine substantię,aut accidētis. Et ad formam. negatur minor,& cōceditur maior. Et ad ꝓbationem minoris patet solutio: q disputātes de lumine non ex parte rei dubitant de ipso: si est substantia,vel accidens: sed propter ignorantiam quid nominis: & sic patet, rationem hanc non esse Achillem sed Thersitam. ¶Ad aliud dicit concedendo, q substantia,& accidens in ente conueniunt: non quidem in conceptu entis ex parte rei cōi: sed in illo disiūcto qd repręsentat̃ p conceptionē entis Differunt aūt ꝓprijs,& distinctis conceptibus ¶Ad aliud dicit: q cōceptus entis qui distinctè significat̃ p ens nihil aliud est q̃ conceptus substantiæ,vel accidentis: qui vt disiunctiuè accipit̃ est alius ab illis distinctè sumptis: & sic non tenet rō. Et quia oēs rn̄siones istius noui interpretis incidunt quodāmodo in idē: & ēt q a magis sunt aliorū rn̄siones: omittant̃ alię.

Responsio ad Aug Suess.

¶Rn̄deo quis satis rn̄sum sit. sup. tn̄ aliqua alia hic dico. Præmittēdo primo q disputantes, & adinuicē ꝯ dicentes non disputant, nec ꝯ dicunt de nominibus solum. Exemplum. Fidelis, & infidelis disputant de ista propositione.an Deus sit trinus, & vnus non ꝯtendunt de istis nominibus; sed de cōceptibus: vt sup. patuit. q. 1. ꝓlogi.

logi. Secundo præmitto: quòd omnis quæstio præsupponit aliquod certum, & quærit dubium: & illud certum præsuppositum non est tantum nomen: vt patet, vt cum quæritur: an homo sit risibilis: præsupponit hominem esse ens. Item cum quæritur: an lignum sit substantia, vel accidens: præsupponitur, quòd sit ens tanquàm certum: & similiter præsupponitur, quòd tam substantia, quàm accidens sit ens. Si ergo habeo certitudinem, quòd lignum sit ens: dubitando, quòd sit substantia vel accidens: si conceptus entis, non sit alius à conceptu substantiæ & accidentis: tunc intellectus meus erit verè certus, & dubius de eodem conceptu. Non enim disputabant philosophi de nominibus sed de conceptibus: quia vnus dicebat lumen esse substantiam: & alius esse accidens: ergo præsupponebant tanquam certum conceptum entis dici de substantia & accidente; & per consequens si conceptus entis tantum esset conceptus substantiæ, vel accidentis: & non esset alius ab illis conceptibus: intellectus fuisset certus de vno conceptu, & dubius de duobus. Et sic patet quomodo ista responsio nullo modo soluit verè Achillem contra quem tot & tanti insudarunt nec vnquam soluere potuerunt.

Phylosophi nõ disputabant de nominibus, sed de cõceptibus.

¶Ad aliud quando dicit de conceptu disiuncto. Hæc non est responsio sua, licet Iohannis Rhoditon. lib. 1. dist. 2. quæstio 6. Contra hanc responsionem arguit Scot. in isto primo. dist. 8. q. 2 & arguit sic. Ista certitudo præcedit omnem apprehensionem quorumcunque diuidentium ipsum ens: ergo præcedit certitudinem de toto disiuncto; antecedens probatur: quia non oportet in prima apprehensione qua scitur hoc esse aliquid: vel ens; apprehendere a se, vel ab alio, vel per se, vel in alio: & sic de alijs disiunctis: & sic patet quomodo responsiones huius minime valent.

¶Ad aliud patet ex his quæ dixi supra &c.

Expositio litteræ.

CONTRA istam vniuocationem entis. Hic docto. arguit contra conclusionem quam posuit de vniuocatione entis, vt clarius innotescat. Et primo per philosophum 3. met. t. c. 10. vbi vult, quòd ens non sit genus: vt patet circa fi. illius text. Hæc littera clara est. Et quod dicit philosophus si ens esset genus: differentia non esset ens: propter hoc dicit quia genus non prædicatur in quid de differentia: vt patet in tertio meta. t. c. 10. circa fin. Impossibile inquit prædicari aut species generis de proprijs differentijs aut genus sine suis speciebus: & multas rationes adducit Docto. in metaphysica sua: sed si differentia specifica est ens quiditatiue: ens non est genus: & si prædicatur de pluribus vniuocè: videtur esse genus.

¶Respondetur ibi ad primum arg. Hic Docto. dat primo vnam responsionem generalem: videlicet, quòd rationes factæ in tertio meta. non sunt determinatæ secundùm intentionem philosophi. Ibi enim mouet (si bene memini) 23. vel 24. quæstiones arguendo ad opposítas partes: vt ibi patet: quas quæstiones postea soluit in alijs libris sequentibus. Et quod dicit, quòd duo opposita non possunt cõcludi nisi alterum argumentum sit sophysticum; hoc patet. Nam si argumento ostensiuo ostendo vnum oppositum de aliquo subiecto: aliud oppositum ostendi non potest nisi tantum sophysticè: quia si argumento ostensiuo vel demonstratiuo: tunc duo opposita possent concludi de eodem; quod est impossibile. Cum ergo philosophus in tertio meta. semper arguat, & pro & contra: sequitur, quòd vnũ est sophysticum & non determinat quid sit illud; nihil ergo ibi dictum debet summi pro auctoritate. Vnde Com. eius tertio meta. com. 3. dicit in primo argumento ad primam quæstio. ibi disputatam esse fallaciam consequentis; si contraria pertinent ad eandem scientiam: ergo non contraria non pertinent ad eandem scientiam; non enim sequitur sicut etiam hic. Si homo currit; ergo non homo non currit; nam asinus potest currere. Sequitur; quamuis etiam istud argumentum specialiter non oportet tenere, quòd concludat. Hoc dictum debet referri ad argumentum primum philosophi, tertio meta. videlicet, quòd argumentum quo probat, quòd ens non est genus: non oportet specialiter tenere, quòd concludat: infert enim ibidem, scilicet, tertio met. t. c. 10. in fine textus. Quare si vnum est genus aut ens; supple est genus; nulla differentia, neque vnum, neque ens erit, id est, si ponatur, quòd ens sit genus; nulla differentia erit ens. Et similiter si ponatur, quòd vnum sit genus; nulla differentia erit vnum, Sequitur. Quæro aut intendit inferre, quòd non per se, primo modo erit differentia ens & vnũ, & sic conclusio non est inconueniens de vno, scilicet, quòd differentia nõ sit vnum per se primo modo: est tamen inconueniens de ente, scilicet, quòd differentia non sit ens per se primo modo. Nam differẽtia est ens per se primo modo secundùm ipsum Arist. aut intẽdit inferre negatiuè absolutè, scilicet, si ens, vel vnum essent genus; differentia nullo modo esset ens, vel vnum, vel per se primo modo; vel denominatiuè; vel quocunque alio modo. Hoc autem est falsum; vt patet de animali respectu rationalis; licet enim rationale non sit animal per se primo modo; non tamen negatur quin sit aliquo modo animal.

Ens non est genus.

¶Ibi. Tamen tenendo, quòd argumentum valeat, concludit oppositum magis, quàm propositum. Docto. hic dat aliam responsionem. Et in ista littera multa bona dicit; quæ declarantur de sententia in sententiam. Dicit enim primo, quòd ens non ponitur genus; tenendo, quòd sit vniuocum decem generibus propter nimiam communitatem. Nam aliquæ differentiæ specificæ sunt ens quiditatiuè; & si ens esset genus: tunc huiusmodi differentiæ non essent ens: vt dixi supra. Secundo dicit: quòd si ens esset tantum æquiuocum ad decem genera esset tantum decem genera; quia idem conceptus quocunque nomine significetur habet eandem rationem generis. Exemplum. Conceptus substantiæ quæ est genus generalissimum; remanens idem conceptus quocunque nomine significetur; siue nomine substantiæ: siue nomine entis; semper importatur idem conceptus & per consequens eadem ratio generis.

Quomodo ens sit vniuocum.

¶Ibi. Ad videndum autem quomodo sit verum. Supple, quòd aliquæ differentiæ specificæ sint ens quiditatiuè: cum tamen prædictum sit, quòd ens non prædicatur per se primo modo de differentijs vltimis. Et sententia litteræ stat in hoc; quòd eodem modo differentia est ens quo & natura à qua sumitur est ens. Exemplum. Si ponantur in homine plures formæ substantiales: vt Docto. expresse ponit in quarto in materia de eucharistia: tunc ab vna forma priori accipitur ratio generis, siue conceptus animalis & ab anima intellectiua accipitur conceptus differentiæ: & si anima intellectiua est ens quiditatiuè etiam conceptus differentiæ sumptus ab ea erit ens quiditatiuè: sed talis conceptus non est vltima differentia; patet, quia nec anima intellectiua: patet: in anima enim intellectiua, quamuis ipsa sit vnica, & simplex forma: sunt tamen plures realitates, in quas resoluitur; & sic nõ erit conceptus simpliciter simplex. Nam si est ens quiditatiuè: & similiter alia anima; puta sensitiua sit ens quiditatiuè; certum est, quòd in ipsa anima intellectiua est aliqua realitas prior, à qua accipitur conceptus entis: & quia

4. sent. dist. 4. q. 3.

In anima intellectiua plures sunt realitates.

& quia vna anima essentialiter differt ab alia: & certum est: quod non per conceptum entis: quia eodẽ nõ possunt conuenire quiditatiuè, & differre: ergo differt per aliam realitatem: & illa realitas, qua anima differt ab alia anima, est simpliciter vltima realitas animæ, faciens ipsam differre à quocunque alio, quod non est ipsa: & sic illa realitas, qua anima intellectiua vltimatè differt ab anima sensitiua, erit primo diuersa ab vltima realitate animæ sensitiuæ: & per consequens illæ realitates non sunt ens quiditatiuè: quia tunc esset processus in infinitum in realitatibus: vt supra exposui. Sequitur ergo, quod differentiæ sumptæ ab illis vltimis realitatibus, quæ dicuntur vltimæ differentiæ, erunt primo diuersi: & per consequens nõ includent ens quiditatiuè, & sunt simpliciter simplices: & tota littera clara est per exemplum positum.

¶Ibi. Et si arguas contra istud: quod si rationale includit ens quiditatiuè: ergo addendo talem differentiam generi erit nugatio, eo, quod ens bis dicetur: quia dicendo animal rationale, dico bis ens quiditatiuè: patet, quia animal est ens quiditatiuè: & similiter rationale: sicut etiam si animal prædicaretur in quid de rationali, dicendo animal rationale, bis diceretur animal.

Singularis responsio de nugatione. Quãdo duo inferiora ad tertiũ sic se habẽt, quod vnũ denominat alterũ cõmittitur nugatio.

¶Ibi. Dico. Hic nota singularem responsionem, quam declaro exponendo litteram: Dicit enim sic. Quando duo inferiora ad ternum sic se habent, quod vnum denominat alterum. Exemplum: homo albus; quæ comparantur ad ens. Sequitur. Illud commune, vt ens particulare denominat seipsum sine nugatione: patet tunc. n. dicitur nugatio, quando idem bis nominatur sub eadem ratione: vt dicendo animal animal. Si verò nõ nominatur sub eadẽ rõne, non erit nugatio: sic in proposito. Nam cum dico homo: dico ens quiditatiuè: cum verò dico album: dico ens denominatiuè: & sic ens denominatiuè, particulariter sumptum, denominat seipsum quiditatiuè, & particulariter sumptum: sic cum dico aliquis homo est albus, sensus est, quod aliquod ens est ens tale, accipiendo ens tale pro ente denominatiuè sumpto. Sic in proposito. Cum dicitur animal rationale: ly rationale accipitur denominatiuè & tũc ens denominatiuè sumptum particulariter denominat seipsum. Nam hæc est falsa, rationale est ens quiditatiuè: licet hæc sit vera, rationalitas est ens quiditatiuè. Nota tamen, quod rationale, non dicitur propriè denominatiuum animalis, cum nõ sit accidẽs: sed loquitur de denominatiuo largè sumpto: de quo infra d. 8 q. pen. & in quol.

¶Secundo principaliter arguit doc. cõtra vniuocationem entis & argumentum est. ibi. Item etiam in 4. meta. vbi vult, quod ens dicatur de entibus, sicut sanum de sanis: vt patet. t. com. secundi. Ens (inquit) dicitur multipliciter, & non dicitur æquiuocè, sed attribuitur vni rei, & vni naturæ, sicut omne sanans attribuitur sanitati: quoddam. n. dicitur sanũ, quia conseruat quoddam, quia facit sanitatẽ, & quoddã, quia si generat: & quoddam, quia recipit: hæc ille: sicut ergo sanitas dicitur æquiuocè, siuè sanum de sanis, sic, & ens de omnibus entibus: vult etiam ibi in illo textu, quod metaphysica dicitur vna scientia, non propter vnitatem vnius subiecti communis omnibus entibus: sed quia omnia entia attribuuntur vni, scilicet, substantiæ: & sic ens erit analogũ, & nõ vniuocum: vide in medio tex. Et similiter inquit ens dicitur multis modis: sed illi modi attribuuntur vni rei, &c. vide litteram sequentem.

Quõ analogia stet cum vniuocatione.

¶Respondetur. ibi. Ad aliud quod dr̃ de 4. meta. Hic doc. ostendit quomodo analogia stat cũ vniuocatione. Nam ab oĩbus conceditur, quod animal prædicatur vniuocè de oĩbus animalibus: & tñ per prius de vno, accipiendo prius. i. perfectius, & per posterius de alio. Certum est. n. quod vna species animalis est perfectior essentialiter alia, cum inter illas sit ordo essentialis, cum vna sit mensura perfectionalis alterius: & sic animal prædicatur analogicè de homine, & de asino: quia pfectius de homine, quàm de asino: non tñ sic intelligendo, quod animal in se sit perfectius in homine, quàm in asino: sed sicut dicimus, quod vna materia est perfectior alia, non in se: sed, quia perficitur nobiliori forma: sic animal in homine est pfectius animali in asino, non in se: sed quia in homine determinatur, & contrahitur, & suo modo pficitur nobiliori differentia: sed quicquid sit, de hoc alias dicetur: sufficit. n. pro nunc habere, quod cum analogia stat vniuocatio: & sic licet ens dicatur analogicè de oĩbus entibus: tñ cum tali analogia stat vniuocatio.

Quõ animal prædicatur analogicè de homine, & de asino. Vna materia est perfectior alia, nõ in se, sed quia pficitur nobiliori forma.

¶Ibi. Consimiliter philosophus dicit in 7. phi. t. c. 31. quod in genere latent æquiuocationes, pp quas nõ põt fieri comparatio sm genus. i. quod loquendo de genere physico, siuè de genere, quantum ad realem philosophum in ipso latent æquiuocationes.

¶Pro intelligentia huius litteræ: nota, quod vniuocatio physica, siuè vniuocatio apud realem philosophum (qui tñ cõsiderat de rebus, & nõ de cõceptibus) sumitur penes naturam, habentẽ vnitatem speciei specialissimæ: quia in tali proprie fit comparatio: vt patet de albedine. Dicimus enim, quod aliquid est magis, vel minus album, quàm aliud albũ: ideo apud realem philosophum vniuocatio sumitur ab aliqua natura, secundùm quam ꝓpriè põt fieri cõparatio: & talis natura erit tñ species specialissima: sed à natura habẽte vnitatem genericam: puta à colore, non accipit realis philosophus vniuocationẽ: patet, quia sm naturam genericam non fit propriè cõparatio. Non. n. dicimus, quod album est magis albũ, quàm nigrum: ideo color non erit vniuocum apud realem philosophum: ideo dicit, quod in genere latent æquiuocationes, quia in genere sunt plures naturæ specificæ, quę non sunt comparabiles adinuicem: vt patet de albo, & nigro. Deinde dicit Doct. quod quantum ad logicum, in genere non est æquiuocatio: quia ponit diuersos conceptus sub illo. Logicus enim tantum considerat per se secundas intentiones, vel conceptus per accidens: quibus applicat secundas intentiones: & non dicit aliquid prædicari vniuocè, ex hoc, quod secundùm illud possit fieri cõparatio: sed ex hoc: quia dicit vnum conceptum cõem pluribus, nõ attendens aliquã cõparationem conceptuum: sed tantum attendens vnitatem conceptus communem pluribus.

Vniuocatio physica differt a logica.

In genere latent æquiuocationes, quia in genere sunt plures naturæ specificæ, quæ ad inuicem nequeunt comparari. In genere logico põt fieri comparatio, quia genus logicũ dicit vnum cõceptum cõicabilẽ pluribus.

¶Ibi. Ita igitur omnes auctoritates, quæ sunt in metaphysica, & in physica possunt exponi propter realem diuersitatem illorum: in quibus est attributio: cum qua tamen stat vnitas conceptus, abstrahibilis ab eis: vt supra patuit: concedit tamen, quòd omne accidens habet essentialem attributionem ad substantiam: & tamen à substantia, & accidente potest abstrahi conceptus vnus: philosophus enim secundo metaphy. t. c. 2. attribuit omne accidens substãtiæ. Cum analogia ergo stat vniuocatio: quia vera vnitas conceptus de omnibus analogatis.

¶Tertio principaliter arguit. ibi. Item 7. meta. t. c. 14. Sicut inquit, & ens existit in omnibus sed non simpliciter: sed huic quidem primum, scilicet, substantiæ: illud verò consequenter. s. accidentibus. Ita, & quod quid est simpliciter quidem substãtiæ: alio verò modo aliis: quia. s. quiditas secũdùm Com. ibidem: inuenitur simpliciter in substãtia, accidẽtia verò, nõ habẽt quiditatẽ simpliciter: vnde sequitur in textu, ostendendo, quod accidens non habeat quid simpliciter cum dicit: quare, & qualitas est eorum, quæ quid est. i. quæ habent quiditatem; sed nõ simpli-

Accidẽs nõ habet quid simpliciter.

ſimpliciter, ſupplè habet quiditatem: ſed ſicut de nõ ente logici: dicunt quidam eſſe non ens non ſimpliciter: ſed non ens ſic, & quantitatem. Dicit, quòd accidentia non ſunt entia, &c. Exponitur iſta littera ſic. Sicut logici dicunt non ens: puta ſimpliciter eſſe ens: vt ſecundę intentiones ſunt non ens ſimpliciter: tamen dicuntur ens ſecundùm quid: ſic ſcibile propriiſſimè eſt concluſio demonſtrabilis. Et principia prima non ſunt ſcibilia propriè, cum non ſint demonſtrabilia: ergo non ſcibile, ſupple propriè, erit ſcibile: videlicet impropriè. Si ergo accidentia hoc modo dicuntur entia: videtur, ꝙ ens dicatur æquiuocè de ſubſtantia, & accidente.

Secundæ intentiones sũt ens ſecundũ quid, nõ aũt ſimpliciter.

¶Reſpondet doct. ibi. Ad illa, quæ dicuntur de ſeptimo metaphyſicæ. Et ſententia litteræ ſtat in hoc: quòd licet ſubſtantia dicatur ſimpliciter ens, & propriiſſimè: & accidentia habeant attributionem ad ipſam: & per conſequens, non ſint ita ſimpliciter ens ſicut ſubſtantia, non tamen ſequitur, quòd prædicetur æquiuoce de ſubſtantia, & accidente: quia (vt dixi ſupra) cũ prædicatione analogica ſtat prędicatio vniuoca. Vult etiam in iſta littera: quòd licet ſubſtantia primo, & ſimpliciter diffiniatur: tamen vult, ꝙ etiam accidentia verè diffiniantur: licet non primo. Cum enim dicit ſecundùm philoſophum, quòd primo, & ſimpliciter diffinitio: & quod quid erat eſſe ſubſtãtiarum eſt. i. quòd diffinitio, & quod quid erat eſſe, quod accipitur pro eſſentia rei primo competit ſubſtantiæ. Sequitur. Et non ſolum, ſed aliorum ſimpliciter eſt: nõ tamen primo, id eſt, quòd diffinitio, & quod quid erat eſſe non ſolum competit ſubſtãtiæ: ſed etiam alijs ſimpliciter competit: differenter tamen: quia ſubſtantiæ competit primo: accidenti vero non primo. Nec mirum, quòd competat primæ ſubſtãtiæ: quia ipſa eſt prior omni accidente tempore, diffinitione, & cognitione: vt patet. 7. meta. t. c. 4. Sequitur. Et probatur hoc ibi: ſupplè, quòd diffinitio: & quod quid erat eſſe ſimpliciter competat accidenti: quia ratio ſignificãs idem nomini, id eſt, diffinito eſt diffinitio: ſi illud ſupplè nomen, vel diffinitum: cuius eſt ratio eſt per ſe vnum, id eſt, quòd ſi nomen dicit vnum conceptum per ſe, erit ſimpliciter diffinibile: ſicut albedo, & nigredo: album verò: quia dicit vnum conceptũ per accidens, non eſt per ſe diffinibile, ſed tantum per accidens. Sequitur. Vnum verò dicitur, ſicut, & ens: & intellige per ſe ens: ens autem &c. Dicit, quòd ens diuiditur in quantitatem, qualitatem, &c. loquendo ſemper de ente per ſe. Sequitur ergo: quòd ſi aliquid eſt per ſe ens, erit per ſe vnum: ſicut homo eſt per ſe ens: ideo eſt per ſe vnum. Sicut etiam, ſi aliquid eſt per accidens ens: vt homo albus: ita erit per accidens vnum: & ſic ratio iſtorum, ſupple per ſe entium erit diffinitio. Sequentia clara ſunt.

Accidentia definiũtur, ſed non primo.

¶Quarto arguit doct. ibi. Item Porphyrius. Hoc clarum eſt cum ſua reſponſione.

¶Quinto arguit. Ibi. Item primo phi. Principium eſt contra Parmenidem, & Meliſſum, quòd ens multipliciter dicitur: patet. t. c. 13. principium inquit maxime omnium proprium eſt: quoniam multipliciter dicitur illud quod eſt. i. ipſum ens: & arguit, quòd ſi omnia ſint vnum ens; ergo omnia ſunt, vel hoc vnum ens, vel illud, quod non ſequeretur, ſi ens eſſet vniuocum. Sicut non ſequitur. Omnis homo eſt vnus homo: ergo ille vnus homo, vel ille vnus homo?

¶Reſpondet Doc. ibi. Ad illud quod arguitur de primo Phy. Dicit Docto. ꝙ Ariſto. non accipit ens multipliciter equiuocè: ſed multipliciter. i. deſt de multis. Nam Parmedines & Meliſſus: vt patet primo Phy. t. c. 13. Aſſerebant tantum eſſe vnum ens; contra quos arguit Ariſt. aſſumendo hoc principium. Ens dicitur multipliciter, ideſt ens prædicatur de multis: ergo ſi omnia ſunt vnum ens; quæro aut ſunt vnus homo: aut vnus equus: & huiuſmodi: & ſic patet, quo non accipit ibi ens dici multipliciter, ideſt ęquiuocè, ſed multipliciter, ideſt de multis. Et quòd ſic intelligat ſtatim, poſtquam dixit ens dici multipliciter, infert: quomodo dicunt, dicentes vnũ eſſe omnia, vtrum ſubſtantiam omnia: aut quãtitatem, aut qualitatem, & iterum vtrum ſubſtantiã vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnũ, aut qualitatem vnam, &c. vult ergo, ꝙ ens non dicatur multipliciter de illis, ideſt ęquiuocè, ſed multipliciter ideſt de multis vniuocè: de quibus exemplificat, &c.

Ens multipliciter dr. i. de multis prædicatur vniuoca dr etiã ens mul tiplex multiplicitate ſuppoſitorũ, non autẽ ſignificatorũ.

¶Ibi. Cum dicitur, quòd argumentum philoſophi non valet, &c.

¶Reſpondet Doct. primò, ꝙ conſequẽtia iſta deſcendendo ſub prædicato, ſtante confusè tãtum, nõ tenet formaliter: ſed eſt fallacia figuræ dictionis, & fallacia conſequentis. Exemplum. Omnis homo eſt animal, ly animal ſtat confusè tantum: quia non licet deſcendere ſub animali: & ſi deſcẽdatur deſcenſus erit falſus: vt patet ſic deſcendendo. Et hæc ſunt omnia animalia: ergo omnis homo eſt hoc animal? Nam eſt fallacia conſequentis a poſitione conſequẽtis ad poſitionem antecedentis; non enim ſequitur: homo currit: ergo hic homo currit: ſic in propoſito. quando Parmenides, & Meliſſus dicunt Omnia ſunt vnum ens, accipiendo ly ens pro ente in communi. Certum eſt, quòd ens ſtat confusè tantũ: & ſic non licet deſcendere. Fit etiam fallacia figure dictionis, commutando quale quid in hoc aliquid: quia ly ens, ſtans confusè, tantum ſignificat quale quid: vt verò deſcenditur ſub illo, ſtatim mutat quale quid in hoc aliquid. Sequitur. Tamen ſi ipſi intellexerunt, ſicut philoſophus imponit eis, quòd omnia entia ſunt vnum ens: non loquendo de vno confusè, ſed de aliquo vno determinato. Benè ſequitur antecedens intellectum. videlicet. Si omnia entia ſunt vnum ens numero: ergo erit hoc ens, vel illud &c.

Cõmittitur fallacia cõſequẽtis, quũ argumentamur à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis.

Fallacia figura dictionis fit, quando cõmutatur quale quid in hoc aliquid.

CONTRA hanc concluſionem de vniuocatione entis arguunt quidam noui expoſitores Sanctus. Thom.

Tho. Gaiet. arguit: contra docto.

¶Primo ſic. Quia tunc ens eſſet genus, quia non includeretur quiditatiuè in differentijs ſpecificis: quia ſi ſic: tunc eſſet nugatio, dicendo animal rationale. Nec valet dicere, ꝙ rationale dicat ens denominatiuè particulariter: quia aliud eſt loqui de ente in ſua ratione communi, in qua indiſtinctè vniuocantur ſupradicta: & aliud eſt loqui de ente, particulariter accepto. Licet enim palliari poſſit, ꝙ ens particulatum ad album: & rationale denominãt ens particulatum ad animal: non tamen poteſt intelligi: quia prima pars rationis albi, formaliter ſumpti, denominat primam partem rationis animalis: ea enim eſt ens, eodem modo ſumptum, cum vniuocum ſit, remanet ergo, ꝙ nugatio eſt dicere apud Sco. animal rationale: immo animal album: eodem modo arguendo, vt prius vtendo loco nominum eorum rationibus quiditatiuis. Nec valet dicere, ꝙ in rationali non includitur quiditatiuè, ſed in rationalitate: quia tunc ſequitur principale intentum noſtrum, ꝙ ſcilicet ens in nulla differentia includatur quiditatiue: quia rationalitas non eſt differentia, ſed differẽtię principium ſecundum veram Auicen. doctrinam: differentia enim prędicatur de ſpecie, rationalitas autem non.

¶Secundo. Quia ſi ens eſt vniuocum ſubſtãtiæ, & accidenti: ergo in ratione ſubſtãtiæ expreſsè cadit ens, quod eſt inconueniens. Probãtur conſequentia,

quia

quia omne superius cadit in ratione essentiali sui inferioris. Tunc vltra: & si ens cadit in ratione substantiæ: ergo, & in diffinitione eius: probatur ista cõsequentia per Arist. secundo topi. c. 5. qui dicit, quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius, loco illius, si ponatur eius ratio clarior erit intellectus. Cum ergo substantia ponatur in diffinitione hominis, & loco substãtiæ liceat ponere eius rationem, in qua explicite cadit ens, vt clarior sit diffinitio: sequitur, q ens debeat poni in diffinitione hominis explicite, vt clarior reddat: quod est falsum. Et multa alia dicit, quæ breuitatis causa omitto: & quia facillimè solui possunt.

Gul Och. contra Doc. arguit. DEINDE Ocham in prim. d. 2. q. 9. arguit contra Doc in ista materia: nõ contra principalem cõclusionem: quia nõ negat ens esse prædicatum vniuocum Deo, & creaturæ, & 10. prædicamentis, sed arguit contra multa dicta à Doc.

¶Et primo dicit, q illa ratio Doc. qua probat ens dici vniuocè de Deo, & creatura, scilicet, intellectus certus de vno conceptu, &c. non concludit: nisi probetur, q sicut aliquis potest habere tres propositiones in uoce, habentes distincta prædicata: ita q nullum prædicatum includatur in alio. f. q Deus est ens, & q est ens creatum, & ens increatum, & vnum scire, & duos dubitare: q ita potest habere tres propositiones in mente, consimiles habentes distincta prædicata: aliter ratio non concludit. Et ideo respondet ad argumentum Doc. dicens, q intellectus non est certus de vno conceptu, sed de duobus sub disiunctione: quia dicerent alij, q formando propositiones in mente, non ex quibuscunque signis institutis ad placitum, saltem cathegoromaticis, talis intellectus non format, nisi duas propositiones: inquarum vna prædicatur substãtia, & in alia accidẽs: dicendo a. est substantia, & a. est accidens. Et tertiã format de disiuncto prædicato: dicendo, q a. est substantia, vel accidens: & ideo talis non posset formare propositionem correspondentem isti in voce a. est ens: nisi distinctè apprehendendo, & conceptũ substantiæ, & conceptum accidentis.

¶Secundo arguit contra secundam rationẽ Doc. qua probat, q si ens nõ esset vniuocum Deo, & creaturæ: Deus non posset naturaliter intelligi, &c. Dicit, q ista propositio est falsa: videlicet q obiectum possit causare in aliquo intellectu aliquam notitiam simplicem sui: & aliam simplicem obiecti, contenti virtualiter, vel essentialiter: & hoc probat in prolog. q. 3. quæ est nona in ordine in conclusione primalicet ibi non loquatur de obiecto, sed tãtum de notitia obiecti. Et declarat hoc per experientiã dicens: q quilibet experitur in se, q quantũcunq; cognoscat intuitiuè, & perfectè aliquam rem: nunquã per hoc cognoscit aliam rem, nisi præhabeat notitiam illius alterius rei. & ratio est. Quia omnis notitia abstractiua alicuius rei in se, vel notitia propria alicuius rei, præsupponit notitiam intuitiuam illius rei: sed notitia intuitiua alicuius rei non potest haberi naturaliter, nisi effectiuè mediate, vel immediatè ab illa re: & multa alia dicit ibi: quæ faciliter solui possunt.

¶Tertio arguit cõtra aliud dictũ Doc. videlicet, q ens nõ prædicatur vniuocè de vltimis differẽtijs, nec de passionibus: & intendit ostendere, q etiam prædicatur in quid de illis. Primo; quia omnis res, vel est per se in genere, vel pars essentialis alicuius existentis per se in genere: sed per Sco. differentia vltima est aliquid reale extra animam: & per consequens erit per se in genere, vel erit pars essentialis, componens cum alia parte, ab ea realiter distincta: sed siuè sic, siuè sic ens secundum eos prædicatur in quid: & per consequens vniuocè. Maior probata est prius: vbi probatum est, q nulla est distinctio à parte rei in creaturis, nisi distinctio rerum.

¶Item maior est conuenientia vnius differentiæ cum alia, quàm cum Deo: & istæ differentiæ vltimæ realiter distinguntur: ergo secundũm principia istorum per aliquid distinguntur, & in aliquo conueniunt: sed illud in quo conueniunt prædicatur de eis in quid. Maior probatur: quia omnis res creata plus distinguitur à Deo, quam à quacunque re creata: ergo cum conueniat cum Deo aliquo modo: sequitur, quòd plus conuenit cum quacunque re creata. Si ergo Deo, & creaturæ est aliquod commune vniuocum: à fortiori illis differentijs vltimis.

¶Item arguo, sicut ipse arguit. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de duobus habet alium conceptum neutrum ab illis duobus: sed aliquis potest esse certus de a. quod est ens, dubitando an sit differentiá vltima, an non vltima: ergo est aliquis conceptus communis differentijs vltimis, & non vltimis.

¶Ad istam rationem respondet Sco. tripliciter. *Responsio Scoti.* Primo, q non est certus de tali, q sit ens quiditatiuè. Secundo, quòd talis conceptus est simpliciter simplex. Tertio, q ille conceptus, de quo est certitudo, est alius ab illis, de quibus est dubitatio. Et si ille certus saluatur cum alterutro illorum dubiorum, verè est vniuocus: sed nõ oportet, q in sit vtrique illorum in quid: sed, vt sit vniuocus eis, vel vt determinabilis ad determinans, vel vt denominabilis ad denominans.

¶Sed istæ responsiones Sco. non videntur sufficere: Prima no. quia idem sequeretur de Deo: quia posset dici, q non est certum, q cõceptus entis prædicetur de Deo quiditatiuè. Secunda responsio nõ videtur sufficere: quia tanta simplicitas, vel maior est in Deo, quàm quanta est in quacunque differentia vltima. Tertia similiter non sufficit: quia idem posset dici de Deo.

Soluuntur rònes Ochã. RESPONDETVR primo ad obiectiones Ocham. Ad primam, quam facit contra primam rationem Doc. de conceptu disiuncto patebit responsio a Doc. infra d. 8. q. 2.

¶Ad aliud contra secundam rationem. Dico, q non sufficienter probat, q idem obiectum non possit causare notitiam simplicem sui, & alterius contenti. Et quod dicit de cognitione intuitiua, quòd non experimur, quòd si intuitiuè cognosco vnam rem, quòd per hoc cognoscam aliam rem: modo cognitio simplex abstractiua alicuius obiecti necessariò præsupponit simplicem intuitiuam eiusdem rei. Dico primo, quòd Doct. non dicit, quòd non nisi simplex vnius obiecti sit causa notitiæ simplicis alterius obiecti: sed dicit, quòd vnum obiectum potest esse causa cognitionis sui, & contentorum essentialiter, & virtualiter: vt supra diffusè expositum est: & sicut in cognitione abstractiua eadem species intelligibilis, supplens vicem obiecti, causat cognitionem obiecti simplicem: & omnium contentorum virtualiter, & essentialiter. Sic dico, quòd quando obiectum est in se præsens secundum propriam existentiam causat partialiter cognitionem sui intuitiuam, & omnium contentorum realiter, & virtualiter. Nam, vt dicit Doc. distinctio. 8. penult. quæstio primi, & in quolib. cognitio intuitiua est verè existentis, inquantum existens est: & omnis virtualiter contenti in tali re, sic existente. *Cognitio intuitiua est verè existentis, inquantum existit.* Et quod dicit, quòd hoc non experitur. Dico, quòd si pro statu isto possemus habere cognitionem intuitiuam alicuius obiecti, & virtualiter contenti in eo, esset hoc facile experiri.

¶Sed

Dubium. ¶Sed dubium est, an possimus pro statu isto cognoscere aliquid intuitiue? & quid Doct. de hoc sentiat, differatur vsq; ad 45. d. 4. vbi diffusè pertractat hanc materiam. Et cum dicit, q cognitio abstractiua alicuius obiecti, simplex necessariò præsupponit intuitiuam eiusdem obiecti.

Responsio. ¶Dico primo, quòd si loquatur de intuitiue, & abstractiua, respectu eiusdem potentiæ: negatur: quia intellectus cognoscens aliquid abstractiuè, nō prius cognoscit idem intuitiuè. Si verò intelligat, q cognitio abstractiua alicuius obiecti simplicis præsupponat intuitiuam eiusdem in alia potentia inferiori: puta in sensitiua exteriori: absolute hoc non credo esse verum, nisi de primo obiecto. Nam intellectus potest abstractiuè cognoscere quiditatem, abstractam ab omni singulari: quæ tamen ab aliquo sensu non potest cognosci. Et multa alia essent hic dicenda, quæ differantur vsque ad 45. 4.

¶Ad aliud de differentijs vltimis. Concedo, quòd omnis res per se existens in genere, & pars verè essentialis illius rei, est ens quiditatiuè: sicut patet de materia, & forma, quæ verè & realiter componunt aliquod tertium. Sed negatur de realitate: quia illa propriè realiter non componit. Nam, & si anima intellectiua sit vera res, & realiter componibilis cū alia re, vltima: tamen realitas in anima non dicitur propriè verè res, nec pars realis compositi: sed est quædam realitas ex natura rei distincta ab anima. Et quando dicit, q differentia vltima realiter distinguitur ab eo cuius est: hoc habet probare. Et cum dicit, q in nulla re creata potest esse aliqua distinctio nisi rei, & rei. Dico, q hoc non est sufficienter probatum ab ipso: & rationes quas facit p ista materia alias soluentur: licet quilibet parū instructus in via Sco. faciliter possit soluere.

¶Ad secundam rationem de differentijs vltimis, quòd sint ens quiditatiuè: cum dicit, quòd maior conuenientia est vnius differentiæ vltimæ ad aliam, quàm cum Deo. Dico, q si intelligit, quòd pura differentia vltima magis conuenit cum alia differentia, quàm cum Deo. Si intelligat de conuenientia quiditatiue in aliquo communi: negatur hoc absolutè: quia illa vltima differentia est ita primo diuersa à Deo, sicut ab alia vltima differentia: cum nullo modo recipiat prædicationem alicuius quiditatiuam. Haberet ergo probare, q esset maior conuenientia vnius differentiæ ad aliam in aliquo quiditatiuè dicto: quod non probat.

¶Ad tertiam rationem, qua probat, q vltimę differentiæ sint ens quiditatiuè. Quia intellectus certus &c. Ad hanc rationem respondet Doct. tripliciter, vt patuit supra. Et cum dicit, quòd istæ responsiones non sunt sufficientes: hoc non sufficienter probat. Et quando dicit, quòd prima responsio Sco. non concludit: quia hoc idem posset sequi de Deo: quia etsi aliquis sit certus: quòd Deus sit ens: tamen non est certus, q sit ens quiditatiue. Dico, q est maior certitudo incomparabiliter, q Deus sit ens quiditatiuè, quam q vltima differentia: hoc patet: quia cum Deus sit simpliciter prima entitas, & perfectissima: si conceditur, quòd sit ens perfectissimum, statim notum est, q sit ens quiditatiuè: licet postea contingat dubitare: an conceptus entis, dicti quiditatiuè de Deo sit alius: nec etiam aliquis dubitat, quin substantia perfecta sit ens quiditatiue: licet possit dubitare, an talis conceptus entis sit alius à conceptu substantiæ. Sed de differentijs vltimis est maxima dubitatio, an sit ens quiditatiuè: cum non sint per se in genere: nec sint propriè partes reales, realiter constituentes aliquid per se in genere. Tum etiam: quia vltimæ differentiæ sunt tantum quædam realitates, & non sunt verè res. *Vltima differentia nō sunt veræ res, sed tantum quædā realitates.*

¶Ex ista solutione, patet solutio ad rationem Ocham, quam facit contra tertiam responsionem Doct.

¶Ad rationem factam contra secundam responsionem Doct. Quando dicit Ocham, q maior est simplicitas Dei, quàm cuiuscunque creaturæ: & tamen ens prædicatur in quid de Deo. Dico, quòd si verè Deus sit summè simplex: & nullo modo cōpositus ex re, & re, nec alteri componibilis: nec conceptibiliter compositus ex genere, & differentia: nec compositus ex actu potentiali, & priuatione alicuius perfectionis: vt infra patebit. distin. 8. & his modis sine dubio est magis simplex, quàm qualibet creatura: sed cum tali simplicitate stat, q non sit simpliciter simplex, accipiēdo simpliciter simplex, modo præexposito: negatur ergo ista consequentia: Deus absolutè est magis simplex, quàm qualibet creatura: ergo est magis simpliciter simplex. Et ratio negationis consequentiæ supra patuit.

NVNC respondendum est ad rationes alterius Doct. scilicet nostri expositoris S. Thom. Et dico primo, q non est hæc nugatio animal rationale est ens: quia non reperitur idem conceptus sub eadem ratione: nam cum dico animal est ens, accipitur ens quiditatiuè: cum verò dico rationale est ens, accipitur denominatiuè: sicut etiam, cum dico album est ens: ideo idem conceptus sub eadem ratione non repetitur. Et cum dicit, q aliud est loqui de ente in sua ratione communi, &c. Dico primo, q cōceptus entis in communi abstrahit à prædicari in quid, & in quale. Si enim conceptus entis quiditatiuè includeret prædicari in quid: tunc de omni in quid prædicaretur: quod est falsum. Si etiam ex se includeret denominatiuè prædicari: de omnibus tantum denominatiuè prædicaretur: Dico ergo, q simpliciter abstrahit à prædicari in quid, & in quale. Sicut etiam albedo est indifferens ad prædicari in quid, & in quale: nam, vt comparatur ad inferiora prædicatur in quid: & vt comparatur ad substantiam prædicatur in quale. Sic dico de conceptu entis, qui vt comparatur ad Deum, & ad 10. genera dicit conceptum quiditatiuum: vt verò comparatur ad vltimas differentias dicit conceptum denominatiuum: & similiter, vt comparatur ad album: differenter tamen: quia vt comparatur ad album, prædicatio entis, respectu albi, est prædicatio magis per accidens: quia album dicit conceptum tantum per accidens: & de conceptu per accidens nihil per se prædicari potest: vt supra patuit à Doct. d. 2. q. 2. & alibi. Vltima verò differentia dicit conceptum per se: quia simpliciter simplicem. Et similiter cum dico rationale, dico formam, cōnotando subiectum: & sic cum dico rationale est ens: quia accipitur rationale denominatiuè, quia significat formam, connotando suo modo subiectum: ideo ens, vt prædicatur de rationali, dicit tantum conceptum denominatiuum: quia de conceptu denominatiuo nihil potest se prædicari propriè. Si ergo vtrobique accipiatur conceptus entis in communi, vt prædicatur de animali, & rationali: patet quòd, & si importetur idem conceptus entis: non tamen sub eadem ratione: quia, vt prædicatur de animali, accipitur conceptus entis sub ratione quiditatiua: & vt prædicatur de rationali accipitur sub ratione denominatiua. Et quando Doct. dicit, q ens particulatum &c. patet, q loquitur de ente, vt simpliciter incluso in rationali: & in albo, cum dicitur homo est albus. Dico secundo, q ens verè non prædicatur quiditatiuè de rationali, sed de rationalitate: sicut nec de albo, licet de albedine. Et cum dicit, q rationalitas non est differentia; hoc nihil est: quia quando Doct. dicit, quòd ens prædicatur in quid de

Rōnes Tho. Caiet. soluuntur.

Nota dictū singulare.

Accidentia ad sua inferiora comparata, in quid prædicantur de suis inferioribus; comparata verò ad substantiam prædicantur in quale.

Vltima differentia dicit conceptū simpliciter simplicem.

Ens nō prædicatur quiditatiuè de rationali, sed de rationalitate.

de differentia specifica, non accipit ibi differētiam, quæ significat formam, connotando subiectum: sed accipit illam rem in se, quæ verè est principium distinguendi essentialiter. Nec enim Doct. diceret, quòd animatum sit ens quiditatiuè: quia significat animam, connotando subiectum, quod informat: diceret tamen, quòd anima, quæ est principium distinguendi essentialiter animatum à non animato esset ens quiditatiuè.

¶Ad secundam rationem istius expositoris concedo totum, quòd si homo diffiniretur explicitè per omnia superiora esset clarior diffinitio. Et concedo, quòd si loco illius, quod ponitur in diffinitione, poneretur ratio eius: talis diffinitio esset clarior. Et concedo, quòd quis non possit perfecte cognoscere hominem distinctè, nisi cognoscat omnia, essentialiter inclusa in illo: & patet quòd hæc ratio nihil concludit: quia similiter dicerem, quòd quando diffinitur homo per animal rationale, quòd si loco animalis poneretur ratio eius esset clarior diffinitio: & sic semper deberemus diffinire hominem, explicando omnia essentialia illius, tam proxima, quàm remota: quod tamen breuitatis causa non facimus: sufficit enim nominare illas partes, quæ simul vnitæ conuertuntur cum diffinito: & non sunt proprietates diffiniti.

Tho. Caie. respōdet ad rōnes Doct. DEINDE multi conantur soluere rationes Doct. quas facit pro vniuocatione entis, inter quos ille nouus, & bene nouus expositor S. Tho. nititur pro posse illas soluere, licet sub breuitate.

¶Ad primam de intellectu certo, &c. dicit sub breuitate, quòd illa ratio concludit alietatem conceptus entis, quod concedit: sed postea negat, quòd talis conceptus prædicetur vniuocè, quia non prædicatur quiditatiuè. *Improbatur rēsio Tho. Caie.* Sed hæc responsio videtur sibi contradicere, concedendo alietatem conceptus entis, & negando ipsum prædicari in quid: quia (vt supra exposui) cum quæritur an substātia sit ens absolutè: loquendo an sit ens quiditatiuè, an denominatiuè? certum est, quòd tam philosophi, quàm in theologia expertissimi, statim concederēt, quòd substantia est ens quiditatiuè: licet dubitarent, an ens dictum in quid de substantia, dicat alium conceptum à conceptu substantiæ: multi dicerent, quòd substantia est ens quiditatiuè. Si vltra quæreretur quod ens? Responderent, quòd substantia esset ens, quod substantia: ita quòd conceptus entis, quiditatiuè sumpti, dicti de substantia esset tantum conceptus substantiæ.

¶Doctor ergo supponendo (à peritis, & sapientibus concessum) quòd substantia, & accidēs sit ens quiditatiuè: probat alietatem conceptus entis à cōceptu substantiæ, & accidentis: & sic responsio istius noui expositoris magis confirmat rationem Doct.

¶Ad secundam rationem doc. qua probat, quòd si ens non diceret alium cōceptum à conceptu Dei, & creaturæ nihil de Deo naturaliter possemus cognoscere, &c.

¶Respondet ad minorem doc. in qua dicit. Sed creatura non continet virtualiter cognitionē Dei: quia nec ipsum Deum. Dicit, quòd continere virtualiter contingit dupliciter. Primo sicut causa continet effectum. Secundo sicut effectus continet causam: & isto secundo modo, quilibet effectus virtualiter continet Deum.

Alia rēsio Tho. Caiet. improbat. ¶Sed certe hæc responsio non acceptaretur à peritis, quòd effectus virtualiter contineat causam. Nam continentia virtualis apud omnes peritos est continentia perfectionalis: & sic effectus contineret causam, esset prior, & perfectior in continendo.

¶Præterea. Si hoc modo creatura virtualiter cōtineret ipsum Deum in se: & per consequens causaret cognitionem ipsius Dei: quæro tunc; an possit causare cognitionem Dei in se: si sic: ergo Deus naturaliter posset cognosci, sub ratione propria a creatura: quod communiter negatur: aut potest causare cognitionem alicuius dicti de Deo, puta cognitionem entis, dicti de Deo: & tunc stat ratio Doct. quòd nisi conceptus entis, cogniti de Deo esset alius à Deo, & creatura, & essentialiter incluso in creatura: nunquam per creaturam posset cognosci de Deo. Et multa alia inconuenientia sequerentur ex responsione istius.

¶Ad rationem tertiam Doc. sic dicit. Concesso toto antecedente, negatur consequentia: sufficit enim analogia illius rationis formalis. Et quia tantum hæc verba dicit ad rationem illam tam subtilem, nō respondendo ad multa ibi dicta: nec iudicio meo soluere posset: ideo nō oportet improbare: ita breuem responsionem.

¶Ad quartam rationem Doct. qua Doct. probabat, quòd ens prædicaretur vniuocè de substantia, & accidente. Respondet ad illud, quod Doct. supponit: videlicet quòd substantia non immutat intellectum per propriam speciem, hoc negat. Et ad probationem Doct. dicit, quòd quantitas, & accidentia in eucharistia agunt, & patiuntur totum, quod ageret, & pateretur substantia si esset: sicut enim acceperunt modum essendi substantiæ, scilicet, non habere substātiam: ita etiam agere, & pati eius: & ideo ex multis hostijs sensatis generatur in intellectu species intelligibilis substantiæ panis, & eius quiditatiua cognitio. Sicut, & ad nutritionem agunt, ac si esset ibi panis: non enim minus ex illis accidentibus nutrimur, quàm ex alijs hostijs non consecratis: sicut non minus ex consecratis generantur vermes, & cineres, quàm ex non consecratis. Vnde ad argumentum dicit, quòd panis absens immutat: quoniam nō est omnino absens; remansit enim ibi accidens suum, quod est vice panis: quare non est simile de visu respectu tenebræ. Nec est contra nos auctoritas Arist. quoniam hæc omnia habent locum, vbi est simpliciter absentia obiecti, quam hic non concedimus, quo ad operationes: hæc ille.

¶Dico, quòd in ista respōsione multa tangit, quæ prolixiorem tractatum requirunt. Quod dicit, quòd accidentia panis possunt causare speciem intelligibilem substantiæ: & per consequens cognitionem ipsius substātiæ: hoc est manifestè falsum: quia si huiusmodi accidentia possent causare distinctam notitiam substantiæ panis, supplendo vicem substantiæ panis; tunc virtualiter continerent substantiam panis secundùm totam eius entitatem: vt alias exposui in d. 3. secundū Doct. Et multæ rōnes possent adduci, quòd accidens non possit causare notitiam distinctam, nec speciem intelligibilem alicuius substantiæ: sed non est præsentis speculationis. Et quod dicit, quòd accidentia eucharistiæ habent modum substantiæ: concedatur quantum ad hoc, quòd actu per se stant; licet non aptitudine: non tamen habent talem modum substantiæ panis, vt sic possint causare notitiam distinctam substantiæ. Si enim non possunt causare quando insunt substantiæ: nec quando separata sunt: cum sit simpliciter eadem entitas accidentis, vt patet. Item quod dicit, quòd accidentia illa nutriunt: ita quòd ex illis causetur caro, vel sanguis, & huiusmodi. Hoc est manifestè falsum: vt patebit in 4. in materia de eucharistia. Et similiter quod dicit, quòd ex illis generantur vermes patebit esse falsum in materia de eucharistiæ. Et glosa quam dat dictis Arist. minus vera est: vt patet intuenti, & ex dictis supra. *Destruuntur alia rēsio Tho. Caie.*

CON-

CONTRA solutiones datas à Sco. ad rationes probantes, nihil esse commune vniuocum Deo, & creaturæ, instat nouus interpres philosophi lib. 4. meta. Ad primam vbi Sco. vult ens esse analogum, cum quo analogo stat vniuocatio; quia inter entia est ordo essentialis, & attributionis ad vnum. Sicut etiam inter species eiusdem generis est ordo essentialis, & attributionis: & sic genus est analogum, & vniuocum: instat sic dicens. Sed hæc solutio est peruersio textus non expositio. Isti enim non videntur intelligere quid sit ordo attributionis: credunt enim ordinem essentialem esse ordinem attributionis, & errant. Peripatetici enim (vt Boe. exponit in lib. prædicamentorum) volunt tunc inter aliqua esse ordinem attributionis, quotiens vnum illorum esse tale formaliter cætera sunt talia attributiuè, vel denominatiuè, vel formaliter: vt sana: solum enim animal est formaliter sanum: quia solum animal est tale sanitate; quæ est sibi forma: cætera sunt sana attributiuè. Ex his sequitur, quòd ea quæ sunt per attributionem ad aliquid non possunt in illo æquè formaliter conuenire: sed vnum in illo formaliter conuenit: cętera in illo conueniunt attributione: & hoc modo non possunt in illo vniuocari. Sed in proposito substantia est ens formaliter, & nouem præsentata sunt ens attributiuè: ergo.

¶Sed salua reuerentia huius interpretis dico, quod non rectè intelligit ordinem attributionis, nec inuenitur ab Arist. quòd nomen attributionis tantum in illo modo dicatur. Tum quia imperfectiora in eodem genere habent attributionem ad vnum perfectum illius generis, vt ad mensuram: vt patet expressè à philosopho. 10. metaphy. t.c. 7. vbi expressè Arist. & Auer. volunt, quòd in vnoquoque genere sit vnum, quod sit mensura supple perfectionalis omnium illius generis: & sic habent attributionem ad illud vnum: nec oportet hic multum insistere. Dico tamen, quòd analogia ita reperitur in æquiuocis, sicut in vniuocis: magis tamen ppriè in vniuocis. Exemplum primi; sanum prædicatur æquiuocè analogicè de animali sano, vt de subiecto sanitatis: & de vrina, vt de signo, &c. & tamen omnia sana habent attributionem ad animal sanum: non ppter hoc tantum: quia sanitas in sit formaliter animali: sed propter hoc, quia perfectius conuenit animali. Exemplum secundi: in genere animalis homo est perfectius animal alijs animalibus: & sic alia animalia reducuntur ad hominem, vt ad perfectissimum in illo genere: & sic dicuntur habere attributionem ad illum: & sic animal est commune omni animali, vt analogum vniuocum. Et quomodo animal dicatur perfectius participari ab homine alias exposui in isto primo, & in 2. d. 3. Et quod dicit quòd nouem prædicamenta non sunt entia formaliter: sed tantum per attributionem ad substantiam. Hoc nõ est exponere philosophum, sed totaliter declinare à vera expositione. Tum quia Arist. ponit ens diuidi in 10. prædicamenta vt patet 5. met. c. 7. vbi diuidit ens in ens per accidens, & in ens per se. Eius inquit quod est aliud per accidẽs dicitur aliud per se. Et ens per se diuidit in 10. prædicamenta, vt patet in eodem. c. t. c. 14. Per se inquit ea dicuntur esse, quæ prædicamenti figuras significant, id est, quæ significant diuersa prædicamenta. Quotiens enim dicitur totiens esse significat. Cum igitur eorum, quæ prædicantur alia quid est: alia quantum: alia ad aliquid: alia agere, aut pati: alia vbi: alia quando: significat ipsum esse idem, quod vnumquodque istorum significat: hæc ibi: ex isto textu patet expressè, quomodo alia prædicamenta sunt per se, & formaliter ens. Dicuntur tamen 9. prædicamenta habere attributionem ad substantiam; quia est perfectissimum prædicamentum: & quia ingreditur diffinitionem additamentalem ipsorum: vnde 7. meta. t. c. 41. Substantia est prior accidente diffinitione, tempore, & cognitione. Si dicatur, quòd accidentia sunt entia, quia talis entis. Dico, quod non debet intelligi formaliter, sed causaliter, vel subiectiuè: & huiusmodi: vt exponit Sco. in 7. meta. suæ. & quòd non intelligat, quod accidentia tantum dicantur entia; quia talis entis formaliter, id est, quòd in se non sint formaliter ens: sed tantum; quia sunt talis entis: patet per tex. Ari. 7. meta. cap. 1. vbi præmittit ens dici multipliciter: principaliter tamen de substantia: ait enim sic t. c. 2. Cum autem id, quod est tot modis dicatur: patet horum primum ens esse ipsum quid est, quòd quidem substantiam esse significat: & infra. Cætera autem ex eo dicuntur entia: quia eius, quod hoc pacto est ens: quædam quantitates: quædam qualitates: quædam passiones sunt: quædam aliud quippiam tale, &c. Dicit ergo, quòd alia entia à substantia dicuntur entia, inquantum taliter entis, vt dicit alia translatio, id est, inquantum habent habitudinem ad tale ens, quod est substantia, vt ad causam: hæc quidem quantitates: esse ista verò qualitates: alia passiones aut aliquid aliud tale: omnia enim huiusmodi sunt talis entis, id est, substantiæ, vel qualitates, vel quantitates, vt sui subiecti, & causæ propriæ. Ex his patet expressè intentio Ari. qui vult: quod etiam alia entia à substantia dicantur formaliter, & quiditatiuè ens: & sic patet, quomodo iste nouus interpres non habet intentionem Ari. nec sui Cõmen. si rectè inspiciantur textus Ari.

¶Secunda ratio est, quia Ari. 7. me. & Auer. com, 16. vbi dicitur, quòd sola substantia est ens formaliter: cætera non sunt entia, nisi sicut solet dici: non scibile, esse scibile, & vas salubre: vbi patet ens non posse illis vniuocè conuenire. Respondet Sco. d 8. 1 q. 2. quòd verba Ari. debent intelligi non simpliciter: sed pro tanto pro quanto inter substantiam: & cętera prædicamenta est ordo perfectionis: modo cum tali ordine analogiæ stare potest vniuocatio conceptus.

¶Dicit interpres ille: quòd hæc solutio Sco. puerilis est. Primo: quia Arist. vtitur eodem exemplo, quo vsus est in 4. de sanis: vult enim ens ita dici de 10. prædicamentis, vt sanum de sanis: igitur non de ordine perfectionis. sed attributionis loquitur. Secundo: si ita esset, Ari. non concluderet, cętera accidentia non posse habere quiditatem sine substantia: vult enim solam substãtiam habere quiditatem per propria sui generis: accidentia autem non, nisi per substãtiam: igitur accidentia non sunt entia nisi attributione.

¶Dico, quòd ista euasio parum: videlicet vt patet intuenti litteram Sco in prim. d. 3. q. 3. exponendo, quomodo in vtroque genere est vnum, &c. vt supra patuit. Et cũ dicit de 4 me. t. c 2 Dico, quod ista similitudo debet attendi quãtum ad attributionem, quia sicut omnia sana habent attributionem ad animal sanum, sic omnia entia, alia à substantia habent attributionem ad ipsam: vt supra exposui: non est autem simile quo ad hoc, quòd sicut sanitas inest tantum formaliter animali: ita quòd ista est vera; tantum animal est sanum formaliter: ita similiter tantum substantia est ens formaliter, & quiditatiuè; & sic accidentia non essent formaliter ens: quod est falsum: & contra Arist. vt supra patuit: vnde 4. me. t. c. 2. Ens inquit multis modis dicitur: sed ad vnũ, & ad vnam aliquam naturam, & non æquiuocè: sed & vt omne sanum ad sanitatem dicitur, partim; quia conseruat, partim, quia efficit: partim, quia indicat ipsam:

In Suess. contra rõnes ... [illegible]

Positio ad argumenta g. Suess.

Quo accidentia sint entia, quia entis.

Cum dr accidentia rõ ẽ entia simpliciter, intelligitur, q a nõ habet eẽ. esse. sicut habent subiectum: ita fundamentum in substantia.

Caret. non habet intentionẽ Arist. & Auer.

Alia rñsio ad August. Suess.

ipsam partim, quia est susceptiuum ipsius. Sic & id, quod est multis quidem modis, sed ad vnum principium dicitur &c. Vult ergo, q quantum ad istam attributionẽ sit similitudo. Si n. sanitas inesset formaliter vrinæ, sicut animali sanum, diceretur non æquiuoc. de vtroque: & tamen sanum in vrina haberet attributionem ad animal sanum. Sic in proposito cum ens: prædicetur formaliter de substantia, & accidente, poterit prædicari de ipsis vniuocè: licet accidens habeat attributionem ad substãtiam.

¶Et quod dicit, quòd secundùm Aristo. sola substantia habet quiditatem per propria sui generis: accidentia autem non, nisi per substantiam,

¶Dico, q hoc est expressè contra Arist. vbi 7. me. t.c.16 ait. illud autem palàm: quia quæ primo, & simpliciter diffinitio, & quod quid erat esse substantiarũ est: & nõ solum: sed etiã aliorum similiter est: verum tñ nõ primo: hæc ibi. Et statim subiungit pbationẽ, s. q alia entia habeant diffinitionem: sicut vnumquodq; est ens & vnum: ita habet qd quid est, & diffinitionem: & vide ibi litteram: vbi vult quòd, si aliquid est ens per se: ita per se habet diffinitionẽ: si per accidens: per accidẽs habet diffinitionem: vnde ait. Hoc autem si vnius fuerit nõ eo, q cononuũ: sicut Ilias, aut quæcunq; colligatione se si quotiens dicitur vnum. i. si fuerit vnius entis per se, non quòd sit vnum eo, q continuum. i. vnitate continuitatis: quia hoc non sufficit ad vnitatem diffinitiui: vt sic eius ratio possit dici diffinitio, sicut Ilias. i. poema, siue tractatus de bello Troiano, quod fuit factũ in quadam continuitate temporis: non est supple diffinitio: nec etiã sufficit, q sit vnumquodque colligatione: sicut domus: sed supple tunc ratio erit diffinitio, si significet, quotiens dicitur vnum per se. Et subdit. Vnum verò dicitur sicut ens: ens autem hoc quidẽ hoc aliquid: aliud verò quantitatẽ, aliud qualitatem significat. i. quòd ens per se significat, aut substantiã, aut quantitatem, aut qualitatem &c. quia igitur de ratione diffinitionis est, q significet vnum: sequitur, quòd eo modo, quo aliquid est vnum, eo modo habebit diffinitionem: & per consequẽs ens p se habebit diffinitionem per se, & ens per accidens sm̃ quid, & per accidens: vnde subdit. Quapropter erit hominis albi rõ, & diffinitio: alio verò modo albi, & substantiæ, s. albi quidem per se, & simpliciter: substãtiæ verò p se primo. Et vide expositionẽ Cõm. q vult expressè, q alia entia à substãtia possunt diffiniri. Et vide expositionẽ Sco. in isto primo. d.3. q.3.

Adhuc instat Augu Sue. contra Sco.

¶Item instat iste nouus interpres contra rõsionẽ, quam facit Sco. q ens non dicatur genus: licet prædicetur in quid, & vniuocè de pluribus differẽtibus specie: quia genus non prædicatur in quid de differentijs: ens verò prædicatur in quid de illis: & sic nõ est genus. Contra hanc rationem arguit, quia hæc consequentia est Boetij in lib. Porphy. in secunda editione sup illo verbo. Si quis inquit omnia vocet entia, æquiuocè nuncupabit: vbi facit enthimema hoc: videlicet. Ens vniuocè prędicatur, igitur est genus: deducit per hoc. quia vniuocè communiter prædicari, est prædicari vt genus. Quod si ipsi negabunt Boe. non est mirum si nos negamus ipsos: malo. n. errare cum Boetio, quam cum eis rectè sentire.

¶Respõdeo primo, q aliud est dicere aliquid sm̃ opinionem Ari. & aliud secundùm alterius opinionem. Sco. enim dicit, quòd sustinendo positionem Ari. ens non potest poni genus, quamuis prædicetur vniuocè de pluribus specie differẽtibus in qd, vt patet in lra Sco. pñtis d. q 3. rñdendo ad illud argumentũ de genere. ¶Potest dici secundo, q nõ est inconueniens exponere Boe. s. q si ens prædicaretur in quid de pluribus specie differẽtibus, ita q sit contrahibile p differẽtias specificas, tunc verè esset genus, multæ. n. sunt cõditiones requisitę ad hoc, vt aliquid dicat propriè genus, &c. ¶Item instat contra illam responsionem, q licet Deus conueniat cum creatura in aliquo conceptu reali, non tamen conueniunt in aliqua realitate: & sic sunt primo diuersa in realitate, licet non in conceptu reali. Contra quia tunc nulla essent simpliciter primo diuersa, quod est contra Arist. 5. me. textu non habente commentum. & 12. me. t.c.12. probatur consequentia. quia omnia saltẽ conuenirent in conceptu cõmuni reali. Itẽ si Deus, & creatura conuenirent in conceptu reali entis formaliter: tũc tam Deus, quam creatura essent formaliter seipsis ens: & sic creatura esset seipsa per essentiã formaliter ens, quemadmodum Deus. hoc autem est falsum.

Item Aug...

Respõs. a primam A... gust.

¶Respondeo ad primam instantiam, q assumit falsum, s. q omnia conueniant in cõceptu cõi reali in quid, vt patet de vltimis differentijs, & passionibus entis. & de hoc vide. 3. d.8 q.2. in responsione ad primum argumentum principale.

Ad secundum.

¶Ad secundũ illa cõsequẽtia est manifestè falsa. Et dico, q aliquid esse seipso tale, potest dupliciter intelligi, vel originatiuè, vel formaliter. secundo modo hõ seipso est homo humanitate: sed primo modo non est seipso homo, quia aliunde causatur. Sicut etiam dicimus, q filius Dei est ex se necesse esse formaliter. sed non originatiuè, vt patuit supra d.2. parte 2. q.3. ¶Deinde nititur soluere argumenta Sco. de vniuocatione entis. Sed quia (vt patet ex his, quæ supra declaraui in presenti q.) non euacuant rationes Sco. nec vt video ipsas Sco. rationes bene percipiunt, vt patet in litera huius noui interpretis: breuitatis causa transeo. Vide tamen quæ dicit Sco. 3. d.8. q.2. vbi soluit quasdã instantias de entis vniuocatione, &c.

Opin. Egid. de Roma.

HIS visis de ente restat vlterior dubitatio. Verũ posset poni aliquod aliud transcendens primũ obiectum intellectus nostri. Hic recitat vnam opinionẽ, quæ est Egidij de Roma quol. 4. q. 10. qui dicit, q verum est obiectum adæquatum, & primum intellectus nostri, & non ens: & probat tripliciter.

SED. contra istam cõclusionem de veritate, &c. Arguit Doc. & primo arguit sic. Obiectum adæquatum intellectus dicitur primum primitate communitatis, & primitate virtualitatis, intelligendo vt supra expositu, verum non est huiusmodi: patet quia de his, quæ sunt maximè intelligibilia non prædicatur in quid: quia nec de Deo, nec de substantia, nec de accidentibus absolutis: cum sit passio entis: nec virtualiter vt patet. Non enim veritas continet virtualiter notitiam illorum, quæ sunt per se intelligibilia: quia non notitiam substantiæ, nec notitiam subiecti cuius est: sed magis econtra.

¶Secundo arguit Doct. ibi. Item verum est passio entis, & cuiuslibet inferioris ad ens, si ergo homo tantum intelligitur sub ratione veri, tanquam obiecti adæquati: ergo homo non intelligitur sub ratione propria, & quiditatiua, sed tantum sub ratione accidentali: sed cognitio quiditatiua alicuius; prior est cognitione accidentali.

¶Ibi. Confirmatur ratio ex secundo priorum. Hic Doctor arguit à magis ad minus. Et supponit, quòd quando obiectum adæquatum alicuius habitus, vt puta, adæquatum obiectum habitus metaphysicæ comparatum ad ipsum habitum, inferius tali obiecto extraneatur suo superiori. Exemplum. Ens inquantum ens, est adæquatum obiectũ habitus metaphysici: ergo hoc ens erit adæquatum. Non sequitur: quia hoc ens inferius extraneatur enti, vel habitui, inquantum ens est sic adæquatum obiectum. Et si inferius extraneatur suo superiori, vel habitui, quanto magis aliquod subiectum extraneatur suæ passioni: quia inferius includit essentialiter suũ superius subiectũ aut non includit

passionem

passionem essentialiter. Si ergo ens non põt poni primum obiectum habitus metaphysici, sub ratione alicuius inferioris, cui minus extraneatur: multominus poterit poni primum obiectum habitus metaphysicę, siue obiectum intellectus, sub ratione veritatis, cui magis extraneatur: quòd autem non possit poni sub ratione inferioris: patet quia ens, vt ens, potest cognosci, non cognito inferiori. Et hoc probo: quia cum scientia mulæ in vniuersali, stat ignorantia huius mulæ singularis.

A D rationes in oppositum: Nunc Doct. intendit soluere rationes, quas facit Aegidius pro se: quarum prima est. Ibi. Distinctæ potentiæ habent distincta obiecta formalia, i. oportet assignare distincta obiecta, respectu intellectus, & voluntatis: sed si ens ponetur adæquatè obiectum intellectus: quæritur quid erit obiectum adæquatum voluntatis? si ponitur ens: ergo idem obiectum. Videtur ergo dicendum, ꝙ ens, sub ratione veritatis, sit adæquatum obiectum intellectus, & ens, sub ratione bonitatis, sit adæquatum obiectum voluntatis.

Ens sub ratione veritatis ẽ obiectũ adæquatum intellectus. Sub ratione bonitatis est obiectũ adęquatum voluntatis.

¶Ad hanc rationem respondet Doc. primo ducendo illam cõtra Aegydium: quia voluntas nõ potest habere actum aliquem circa aliquid, sub quacunque ratione, nisi illud sub illa ratione sit præcognitum: hoc ab omnibus conceditur: si ergo voluntas non habet aliquem actum, nisi circa ens, sub ratione boni, siue sub ratione volibilis: talis ratio erit præcognita ab intellectu: & per consequens ratio formalis obiecti voluntatis cadit sub obiecto intellectus: & sic istæ potentiæ non distinguntur per distincta obiecta formalia.

¶Ibi. Item intellectus. Hic probat: ꝙ ita bonum est cognoscibile ab intellectu, sicut & verum: & per consequens voluntas non distinguitur ab intellectu propter distinctum obiectum: quia quod est obiectum voluntatis est simpliciter obiectũ intellectus: cum omne tale sit per se intelligibile ab intellectu: & littera patet. Ibi. Ad illud, quod accipitur in argumento. Ista littera clara est.

¶Ibi. Secundam rationem etiam duco ad oppositum. Secunda ratio Aegidij cum sua responsione patet in littera.

¶Ibi. Tertiam deduco ad oppositum. Et ista importat aliqualem difficultatem. Tertia ratio Aegidij est ista. Nihil dicitur esse propriè obiectum alicuius potentiæ, nisi secundùm, quòd est proprium motiuum illius: sed ens secundùm quòd absolutum non est propriè motiuum: ergo. Minorem probat: quia nihil mouet potentiam, nisi secundùm ꝙ habet habitudinem ad eam: sed illud secundùm quod ens formaliter habet habitudinem intellectam est veritas: quia secundùm Ansel. de veritate. c. 3. Veritas est rectitudo sola mente acceptabilis.

Veritas est rectitudo sola mẽte acceptabilis.

¶Respondet Doc. reducendo rationem istam cõtra Aegidium. Ibi. Tertiam deduco ad oppositum. Quia Aegidius dicit, ꝙ ratio obiecti est respectus ad potentiam, loquendo de ratione obiecti motiui: Doc. dicit, ꝙ illud propriè est ratio obiecti motiui, quod est ratio formalis mouẽdi: Et illud est forma, siue essentia obiecti, qua obiectum mouet: sicut ratio agendi dicitur esse illa forma, secundùm quam agens agit: talis autem ratio formalis mouendi non potest esse respectus ad potentiam: & probat per Arist. 2. de anima. Et littera sequens clara est.

Dubium.

S E D restat vnum dubium si ens secundùm rationem suam communissimam sit primum obiectum intellectus: quare non põt quodcunq; contentum sub ente naturaliter mouere intellectũ? & si sic: tunc naturaliter posset Deus cognosci à nobis, & substantia omnis immaterialis, quod negatum est hic, & supra in q. 1. prologi.

Responsio.

¶Ibi. Respondeo. Ista responsio stat in duobus dictis. Primum quòd si loquamur de intellectum ꝓ statu isto: adæquatum obiectum intellectus in ratione motiui est quiditas rei sensibilis: vt supra diffusè exposui. Si verò loquamur de intellectu, ex natura intellectus, non restringendo ipsum ad aliquem statum: tunc ens sub ratione cõmunissima est adęquatum obiectum intellectus in ratione motiui.

Primum dubium notandum.

S E D circa hoc secundum dictum occurrunt aliqua dubia. Primum, quòd si ens sub ratione cõmunissima est primum obiectum intellectus creati, ex natura potentiæ, in ratione motiui: sequitur, ꝙ Deus, cum sit perfectissimè intelligibile naturaliter possit mouere intellectum creatum: cuius oppositũ expressè tenet Doc. q. 14. quoli. Respondendo ad illud argumentum, quod ibi facit, s. Eiusdem obiecti primi accepti secundùm totam suam indifferentiã ad potentiam, quam primo respicit acceptã, secundùm totam suam indifferentiam, est idem modus se habendi in mouendo, s. naturaliter, vel non naturaliter: nunc autem ens illimitatum mouet naturaliter aliquem intellectum, vt diuinum, igitur similiter modo mouet quemlibet intellectum. Et respondẽdo Doc. ad hoc argumentum dicit sic. Essentia diuina est motiua immediatè sui intellectus, sed non intellectus creati: quia intellectus diuinus est primum mobile omnino: & ideo primum mouetur à prima forma motiua: & nihil aliud est immediatè mobile à prima forma motiua: quia non potest immediatè mouere, nisi primo modo motionis, s. immediatè: hæc ille. Et tamen statim: sequitur, ꝙ si ens sua ratione cõmunissima sit adæquatum obiectum intellectus creati ex natura potentiæ: ꝙ maximè intelligibile huiusmodi est essentia diuina poterit mouere intellectum creatum naturaliter.

Essentia diuina est motiua immediatè sui intellect⁹. sed non intellectus creati.

¶Respondeo, ꝙ quando Doc. dicit ꝙ ens sub ratione communissima est adæquatum obiectũ intellectus creati in ratione motiui. Accipit ibi ens, vt est communissimum ad omne ens limitatum, siuè creatum: non autem, vt comprehendit sub se ens illimitatum: vt expressè patet à Doc. in quol. q. 14. & sic non sequitur, quòd Deus sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu creato.

Solutio ens sub ratione cõissima est adæquatum obiectũ intellect⁹ creati in ratione motiui.

¶Alia difficultas est: ꝙ si ens limitatũ, sub sua rõne cõissima sit adæquatũ obiectũ intellectus creati ex natura potẽtię: & hoc sub rõne motiui: sequit, quòd quodlibet ens limitatũ, ꝑ se intelligibile, possit mouere hmõi intellectũ: & ꝙ qlibet intellectus sit mobilis à quocunq; tali ente: & ꝙ qdlibet intelligibile limitatũ sic possit mouere: patet. Tũ quia dicit Doc. in q. 1. ꝓlogi, rñdẽdo ad primũ argumentũ principale: vbi sic dicit. Impossibile est aliquid esse obiectũ primũ naturaliter, qn qdlibet ꝯtentũ sub illo sit ꝑ se obiectũ naturaliter. Da. n. oppositũ: & tũc nõ est adæquatũ naturaliter, sed excedens & aliqd eo inferius est adęquatũ: & ita primũ: hæc ille. Tũ qa dicit in q. de subiecto theologię. Proportio obiecti ad potentiam, est ꝓportio motiui ad mobile, vel actiui ad passiuũ: qñcunq; aũt aliquod agens agit in aliquod passum, põt quodlibet agens eiusdẽ rõnis in quodlibet passum eiusdem rõnis agere: ergo prima extrema ꝓportionis actiui ad passiuũ sunt cõia ad oĩa extrema illius ꝓportionis. Nam inter illa communissima est adęquatio; quia in quocunq; est ratio vnius illud respicit quodlibet, in quo est ratio alterius: hęc ille. Ex hoc ergo: sequitur, quòd si ens limitatum sub ratione cõmunissima est adæquatũ obiectũ in rõne motiui intellectus creati: quòd quodlibet, vbi est ratio entis, poterit mouere intellectum creatũ. Tum etiã, quia ipse Doc. dicit in 2. d. 9. q. 2. respõdendo ad q. quod prima extrema proportionis actiui, & passiui sunt vtilissima abstracta à quocunq; actiuo, & a

Secundũ dubium valde notandum.

quocunque passiuo: & ista ꝓportio inest particularibus sub vtroque extremo per rationē communē: hæc ille. Hoc idem in q. 14. quoli. vbi sic dicit. Obiectum proprium secundùm totam suam indifferentiā est adęquatum obiectum, & respicit potētiā suā ſm totum genus suum, vt propriū extremū: aliquis igitur est modus proprius, secundùm quem hoc extremum respicit illud: ille idem modus saluabitur inter quæcunque extrema, particulariter contenta sub istis primis extremis: quia particularia extrema: & si respiciunt secundùm hoc, ꝙ includunt prima extrema: & ita se respiciunt eodē modo, quo illa prima: hæc ille. Si ergo ens limitatum, sub ratione communissima, est primum obiectum in ratione motiui, & respicit intellectum creatum in ratione passiui: statim sequitur, ꝙ quodlibet contentū sub ente limitato. quod est primum extremum proportionis: possit mouere quemlibet intellectū creatum, qui continetur sub intellectu creato in cōmuni: qui est aliud extremū ꝓportionis: sed multa sunt entia, per se intelligibilia, quæ non possunt mouere aliquem intellectum creatum, vt relationes: vt patet à Doc. & similiter 4. species qualitatis: & similiter artificialia, inquantum huiusmodi: vt patet à Doc. in 4. d. 1. q. 1. & multa alia.

Respōsio ad secundū du b.ū.

¶Respondeo, ꝙ si Doc. intelligeret, ꝙ ens limitatum in sua ratione cōissima esset adæquatum obiectum intellectus creati in rōne motiui: accipiendo adæquatum, prout includit in omni per se intelligibili, vt ipse exponitur in q. 1. prologi: oporteret cōcedere, ꝙ omne per se intelligibile posset mouere intellectum creatū. Debet ergo sic intelligi (vt supra exposui) videlicet quia sunt multa entia, quæ sunt obiecta intellectus creati in ratione motiui: vt omnis substātia, & partes earum: & multæ species qualitatis, & fortè multę quantitates, vt dixi supra, & qa oportet nos ponere aliquod cōmune, pro obiecto nihil communius inuenimus substantiæ & accidenti limitatis ipso ente limitato. Quia etiā multa sunt ꝑ se intelligibilia, vt passiones, & relationes reales, quæ virtualiter continentur, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate: ideo huiusmodi continentia possunt mouere intellectum ad notitiam talium contentorum, quæ continentia conueniunt in ente quiditatiuè: & vltra, quia multa essentialiter contenta in alijs sunt per se intelligibilia: cuiusmodi sunt differentiæ vltimæ: & tñ non possunt mouere intellectum creatum. Continentia ergo essentialiter huiusmodi differentias vltimas mouent intellectum creatum ad earum notitiam: quæ tamen continentia, tam in ꝑdicamento substantiæ, q̃ quantitatis, & qualitatis cōueniūt in ente limitato q̃ditatiuè.

¶Item: quia fortè superiora non mouent intellectum creatum ad sui cognitionem: sustinendo, ꝙ tātum sit vna species intelligibilis speciei specialissimę, & omnium superiorū vt supra exposui: in q. 1. & 2. præsenti d. tunc cognitio superiorum causatur à specie specialissima, siuè à specie intelligibili speciei specialissimę, supplētis vicem spēi specialissimę.

Nota quō intelligatur ens limitatū esse obiectū adæquatum.

¶Dico ergo, ꝙ nō debemus ponere ens limitatū, vt primum obiectum adæquatum intellectus creati: & hoc simpliciter in rōne motiui: quia (vt dixi) oporteret ponere: ꝙ quodlibet, in quo saluatur rō talis entis esset ꝑ se motiuum intellectus creati: sed sic ponere debemus: ꝙ ex quo inter omnia habemus assignare aliquod obiectum primum potētię, vel primitate cōitatis essentialis: vel primitate virtualitatis in se, vel in suis inferioribus: quia non inuenimus aliquod sic primum respectu omnium ꝑ se intelligibilium sicut ens: ideo dicimus, ꝙ est primum obiectum motiuum intellectus creati: & hoc vel in se, vel in suis inferioribus: & inferiora, vel per se mouent ad sui notitiam: vel saltem virtualiter, vel essentialiter continentur in alijs per se intelligibilibus, quæ mouent ad cognitionem contentorum. Et hunc intellectum bene nota, si vis euadere multas difficultates de primo adęquato obiecto intellectus. Propositio autem Doc. adducta. Prima, s. posita in q. 1. prologi conceditur: quia si ponatur ens, inquātum ens: esse naturaliter adæquatum obiectū in ratione motiui, ꝙ quodlibet per se intelligibile poterit mouere: sed postea negatur, quòd ens sit huiusmodi: sed tantum ponitur primum adęquatum: modo præexposito. Alia, q̃ ponitur, in q. de subiecto theologiæ: ꝙ obiectum respicit potētiam in ratione motiui. Conceditur. Et cum dicit, ꝙ prima extrema ꝓportionis, &c. Hoc verū est: ꝙ si aliquod adęquatum obiectum potētiæ sit primum extremū in ratione obiecti motiui, ꝙ quodlibet cōtentū erit hmōi: vt patet de colore: qui si ponit̃ primū extremū ꝓportionis in ratione motiui, respiciens potentiam visiuā in rōne passiui: sequit̃, ꝙ quilibet color potest mouere quamlibet potentiam: sed ens sic nō ponitur, vt supra exposui. Et ex his patet quid dicendum ad alia dicta Doct.

Expositio literæ.

¶Ibi. Si quærit̃, q̃ est ratio istius status. Ista lr̃a clara est: tñ aliqua dicta ibi exponunt̃. Quod dicit ibi. Intellectus noster ꝓ statu isto non intelligit, nisi illa, quorum species relucent in fantasmate. Hoc debet intelligi de obiectis primo motiuis. i. ꝙ ꝓ statu isto nihil primo, & immediate mouet intellectum nrm̃ ad sui cognitionem, vel contentorum in eo: nisi illud, cuius species intelligibilis relucet in fantasmate. i. nisi illud, cuius species intelligibilis partialiter causatur à fantasmate talis obiecti: vt supra exposui. quæst. 2. præsenti dist.

¶Ibi. Quodcūq; vniuersale intelligimus, eius singulare fantasiamur. i. ꝙ qñ intelligimus vniuersale: puta albedinē in se ꝑ potētiā intellectiuā: tunc singulare albedinis actu fantasiamur ꝑ virtutē fantasticā. Et sensus est: ꝙ nunq̃ intellectus posset intelligere aliqd vniuersale, puta albedinē in se, nisi prius virtus fantastica habuerit aliquē actū circa singulare illius vniuersalis: nec intellectus posset diu sistere in cognitione alicuius vniuersalis, nisi virtus fantastica haberet actum circa singulare, vel singularia talis vniuersalis: & hoc ꝓpter ordinē talium potentiarū.

¶Ibi. Nō est primū obiectū intellectus: vnde potentia est quiditas rei materialis: sed est aliquid cōe ad oīa intelligibilia: hoc expositum est supra. Sequitur. Licet primum obiectum adæquatū intellectus in mouendo pro statu isto sit quiditas rei sensibilis. Hoc patuit. s. & tale obiectū in minus se habet, q̃ quditas rei materialis, qa omne sensibile est materiale: vt patet: nō autē omne materiale est sensibile: vt patet de substantia, & partibus eius, quæ sunt materialia: & tñ non sunt sensibilia: & oīa sensibilia possunt mouere intellectum pro statu isto: sed non omnia materialia: vt supra probatum est de substantia, ꝙ non possit immediate immutare intellectū nostrū.

Obiectum adæquatum intellectus est quiditas rei sensibilis.

¶Ibi. Et si dicas. Hic Doc. improbat opi. dicentiū, ꝙ substātia separata nō possit mouere intellectū nostrum, ēt separatū: nisi in maiori lumine, q̃ sit lumē naturale intellectus agētis. i. ꝙ intellectus agens non possit habere actionē aliquā circa substantias separatas: nisi sibi daretur desuper maius lumen, quo possit agere in substantias separatas. Et hoc Doct. improbat, & improbatio clara est in littera: & magis patebit in 4. in materia de beatitudine.

Tho. Caietanus nititur soluere rationes Scoti.

QVIDAM nouus expositor primæ partis S. Tho. quæstio. 12. artic. 5. nititur soluere rationes, quas facit Doct. præsenti dist. q. 3. & præcipuè in 3. dist. 14. q. 1. & in 4. dist. 49. q. 11. quibus probat lumē gloriæ creatum non esse necessarium ad Dei visionē.

Primo:

Primo: quia obiectum ex se, lux intelligibilis sufficienter ex se potēs mouere intellectum ad sui visionem non eget lumine coagēte sibi ad causandam visionem. Deus est huiusmodi: ergo.

¶Secundo, si lumen gloriæ ponitur, vt forma qua intellectus facit, & sit sufficiens ad vidēdum Deum: ergo per aliquam formam creatā possibile esset naturaliter videre Deum, probatur sequela: quia sicut cecus, miraculosè illuminatus, naturaliter videt: ita beatus, supernaturaliter illuminatus, naturaliter videt Deū: lumen enim gloriæ, sicut & quælibet perfectio posita in intellectu perficit intellectū naturaliter, quamuis supernaturaliter ponatur.

¶Tertiò, quia quicquid potest Deus mediāte causa secūda effectiua, potest immediatè, & sine illa. Sed lumen gloriæ ponitur, vt efficiat visionem: ergo.

¶Quarto, quia magis vr̄ necessarium ponere speciem intelligibilem Dei, quàm lumē gloriæ, sed illa non ponitur: ergo probat antecedens: quia illa esset pp perfectionē intellectus, vt memoria est: istud autem perficit in actu secūdo; ad quod sufficit obiectū præsens in seipso, hæc est Sco. snia in diuersis locis.

¶Respondet ille expositor nouus, dicens: ꝙ potest concedi totum, & dicit, ꝙ indigentia non est ex parte Dei, seu obiecti, sed ex parte intellectus creati: vnde consideratis vtrisque negatur maior.

¶Ad secundum dr̄, ꝙ hic est seruandum illud: sententiam tene, & linguam cohibe: simpliciter quidē nullum inconueniens est concedere, ꝙ pp aliquam formam creatam: nō tamen speciem: intellectus naturaliter videt Deum: qm̄ quilibet habitus, & omnis forma est ex propria natura principium proprij actus: habens enim charitatem, vt sic naturaliter diligit Deum meritoriè. Nō enim minus charitas inclinat ad actum proprium, quàm cæteri habitus: signum autem naturalitatis est delectatio: experimur enim nos omnia delectabiliter operari: quorū habitus habemus, siuè naturales, siuè supernaturales. Verumtamen ne errandi causa sumatur: distinguēdum est, ꝙ videre Deum naturaliter per aliquā formam creatam potest intelligi dupliciter. Vno modo per formam creatam, & naturalem. Alio modo per formam creatam, & supernaturalem, & non solū supernaliter. Primo modo est impossibile, & refutatū. Secundo verò modo est necessarium. Et tale est lumen gloriæ. Illuminatus quidem illo naturalissimè videt Deum: adeò vt impossibile sit non videre illū, stante lumine: vnde patet, ꝙ non est simile de ceco illuminato, & de intellectu illuminato: q̄a ibi vis data est naturalis, licet supernaturaliter data: hic verò vis data est supernaturaliter, & supernaturalis.

Videre Deū naturaliter per aliquam formam potest intelligi dupliciter.

¶Ad tertium negatur argumentum: est enim sophysma figuræ dictionis: mutatur siquidem quid in quale, seù in ad aliquid. visio enim Dei creata nō significat rem absolutè, sed significat actum in ordine ad agēs creatum: & sic est simile si argueretur. Deus producit actum meritorium, mediante volūtate, & charitate Petri: ergo potest producere illum sine eis.

¶Ad quartum negatur antecedens: nec probatio aliquid valet: qm̄ memoria intellectiua impertinens est fœlicitati, quæ consistit in actu, & non in habitu. Et bene aduerte, ꝙ Sco. cum sequacibus non potest amplius in hac materia sustineri: quoniam in clem. ad nostrum. de hæreticis. expresè errores damnantur dicentes: ꝙ anima nō indiget lumine gloriæ eleuante ipsam ad videndū Deum: vbi certus ecclesiam amplexam. S. Tho. doctrinam determinasse non solum indigentiam luminis: sed causam, s. vt eleuetur anima ad talem visionem. Hęc expositor ille nouus.

RESPONDEO, & dico, quòd iste responsiones minimè soluunt rationes Sco.

Impugnatio responsionum ... Caieta.

¶Ad primam cum dicit, quòd ista indigentia ponitur ex parte intellectus. Dico hoc esse falsum. Ad quod intelligendum præmitto aliqua. Primo, quòd cognitio causatur ex obiecto, & potentia, vel ex aliquo, supplente vicem obiecti: vt patuit s. in prolog. q. 1. & j. magis patebit pręsenti d. q. 7. & 8. & in quolib. q. 15. requiritur ergo præsentia obiecti. Sicut ergo in cognitione abstractiua requiritur pn̄na obiecti nō in se, sed in aliquo repræsentatiuo: puta in specie intelligibili: & tunc, stāte tali præsentia, potest immediatè causari cognitio abractiua, s. ab intellectu, & specie intelligibili: vt supra patuit. d. præsenti. q. 1. & 2. & etiam præsenti q. & magis patebit j. d. præsenti q. 6. & 7. vide, quæ ibi exposui. ista enim sufficiunt absque quocunque alio. Sic quādo obiectum est in se præsens in propria existentia, & præsentialitate: & est talis entitatis, vt sit effectiuum, saltem partialiter suę cognitionis intuitiuæ: tunc intellectus, & tale obiectū sunt sufficiens causa respectu cognitionis intuitiuæ, etiam circumscripto quocunque alio. Similiter est dicēdū, ꝙ si intellectus creatus haberet Deum præsentē in specie intelligibili deitatis: ille intellectus cum tali specie esset sufficiens elicitiuū cognitionis abractiuæ deitatis, nullo alio concurrente: vt satis patet à Doct. in 2. dist. 3. q. 9. Ita vr̄ dicendum de cognitione intuitiua deitatis, ꝙ quando deitas est in se præsens in propria existentia intellectui creato: ꝙ intellectus ille, vnà cum essentia præsente, vel vnâ cū voluntate diuina, perfectè supplente vicem essentiæ potest (nullo alio concurrente) causare perfectā visionem deitatis. Secundo præmitto, ꝙ intellectus creatus, sicut ex natura sua habet tale commune pro obiecto, ꝙ possit in quodlibet contentū sub tali cōmuni: posita tamen præsentia illius cō enti: hic patet discurrēdo per obiecta cuiuscunq; potētiæ. Et si potentia non potest in tale obiectū ex natura talis potētiæ: tunc tale obiectū non per se cōtinetur sub adæquato obiecto illius potētiæ. Et vltra si ex se non hēt aliqualē actionē circa cognitionē illius obiecti: nec fuit per prius potēs intelligere, nunquam per quodcunque posterius sit potens intelligere: quia quod simpliciter & absolutè repugnat alicui priori, nunquam per posterius poterit fieri non repugnans. Si ergo visio deitatis simpliciter repugnat intellectui creato: nō fiet nō repugnans per habitū posteriorē.

¶Item habitus præsupponit potētiam simpliciter posse: patet quia habitus, vel tātum inclinat ad actū, vel si ponitur causa actus, tantum ponitur partialis, & minus principalis: vt patet j. dist. 17. Immo si habitus esset totalis causa actus: tunc talis habitus esset simpliciter potentia: quia illud est potētia, quo quis simpliciter potest agere: vt supra patuit d. 1. q. 4. & j. patet. dist. 17. & in 4. dist. 44. q. 1. & dist 49. & sic lumē gloriæ diceretur simpliciter potentia: quod non cōceditur. Nunquam ponitur habitus, vt per ipsum habeatur substantia actus: sed si ponitur, ideo ponitur, vt per ipsum habeatur perfectior actus: vt patet infra à Doct. dist. 17. Potencia ergo potest absolutè in actum: licet non in actum ita perfectū, sicut posset habituata: vt infra patet dist. 17 & in tertio. di. 27. Si ergo tale lumen requiritur, non requiritur absolutè propter Dei visionem: quasi aliter nullo modo posset Deus videri quantumcunque præsens in ratione obiecti sensibilis; sed magis requiritur ad hoc, vt habeatur perfectior, & intensior visio: sicut etiam charitas ponitur in voluntate, non vt sit simpliciter ratio actus: quasi voluntas non possit frui Deo sine charitate: quia probatū est supra, ꝙ de potentia Dei absoluta posset frui sine charitate: vt patet di. 1. q. 4. Si ergo ponitur, ideo ponitur in patria, vt per ipsam habeat perfectior fruitio: vt patet à Doc. in pluribus locis: hoc ergo modo nō negaret in intellectu lumē gloriæ, vt p illud habeatur perfectior visio deitatis.

Habitus præsupponit potentiam.

Istud lumē gloriæ non negatur à Scoto de facto, sed negat necessitatem talis luminis. hoc quoque videtur tenuisse Aureolus quolibeto tertio, quam sustinet Ioānes Bachonitanus in prologo primi. q. 1 & Franciscus de Mayronis in tertio di. 10. 2. q. 2.

¶Ex his patet, q responsio istius non soluitur rationem Doc. & q tale lumen nõ requiritur ab solotẽ in intellectu creato, vt per ipsum habeat visio deitatis in quocunq; gradu: sed si ponitur, ideo ponitur, vt habeatur visio deitatis in gradu perfectiori.

¶Responsio ad secundum argumentum non soluit rationẽ Doc. nec intelligitur rõ Doct. Arguit.n. Doc. à fortiori: quia posito, q tale lumen requirat, vt habitus supernaturalis: si tñ intellectus per illum intelligit, siue videt, naturaliter videt: quia talis visio erit naturalis, & naturaliter causata. Tunc sic: si habitus gloriæ, q in se est imperfectior intellectu, põt naturaliter habere actum visionis, sine quocunque alio supernaturali sibi inhęrẽte, multo fortius intellectus creatus, stante pñtia obiecti, poterit habere actum visionis diuinæ (ad quã naturaliter ordinat) sine quocunque habitu infuso: & sic argumentum Doc. debet intelligi. Sequẽtia, q̃ dicit in illa rñsione non fiunt ad propositum, & procedunt ex malo intellectu illius argumenti.

¶Ad respõsionem ad tertium argumẽtum dico: q nulla est ibi fallacia: vt patet intuenti rõnem Sco. Et certum est, q Deus immediate põt pducere oẽm effectum causæ secundę, vt oẽs concedunt Theo. Et quod dicit de visione, q non est res absoluta. Dico, q est qualitas verè absoluta: vt infra patebit.d. præsenti q. vlti. in rñsione ad vltimum argumentũ principale: & clarius extat pbatum à doc. in q. 13. quol. & aliqualiter in 4.d.10. nec oportet hic adducere rationes: & sic non mutatur quid est in ad aliquid.

Visio à qualitas absoluta.

¶Et quod addit de illo simili, quod non sequitur. Deus producit actum meritorium, mediante charitate, & voluntate Petri: ergo immediatè potest pducere. Dico primo, q actus meritorius, vltra substantiã, & intensionẽ actus, includit respectum rõnis (quod est acceptari, vt dignũ tali præmio) vt docet Doc. infra d.17. & sic actus meritorius, vt meritorius dicit formaliter respectum rationis: visio aũt, vt visio est, qualitas absoluta. Posset ergo Deus immediatè producere substantiam, & intensionem actus meritorij.

¶Dico secundo, q etiã Deus sine charitate, & sine voluntate Petri posset pducere actũ meritoriũ: & quo ad substantiam, & intensionem, & acceptionẽ passiuam: nec aliqua apparet contradictio: vt patebit ex multis dictis Doc. infra d.17. & alibi. Veruntamen Petrus tali actu tãtum diceretur mereri passiuè, & non actiuè: quia si immediatè produceretur à Deo, & reciperetur in voluntate Petri: voluntas Petri tantum se haberet in potentia receptiua.

Actus meritorius potest esse sine charitate.

¶Responsio quarta patet, quòd nihil concludit ex dictis supra contra primam responsionem.

¶Ad illud de clementina, &c. Dico primo, q non loquitur de lumine creato; vt patet in tex. illo: vbi sic dicitur. Quinto, q quælibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ, ipsam eleuante ad Deum vidẽdum, & eo beatè fruendum: hæc ibi. Vult enim ibi clementina illa, quòd intellectus creatus non possit ex suis puris naturalibus beatificari in deitate: quia nullus, vt sibi relictus in suis naturalibus, posset Deum videre: immo nec abstractiuè cognoscere, sub ratione propria deitatis: vt supra patuit in prolo. & in 2. distin. 3. de intellectu angelico: & subtiliter in quolib. quæstio. 14. requiritur enim præsentia obiecti: & ideo si Deus voluntariè non faceret se præsentem intellectui creato esset simpliciter impossibile ipsum videre, est ergo supernaturalis talis visio: quia hoc tantum est in potestate Dei facere se videri lumen ergo glorię poterit esse ipsa deitas, q̃ dicitur lux increata, & lumen gloriæ: dans cuicunque intellectui beato, vt glorificetur in illa.

¶Dico secundo, quòd aliud est loqui de facto: & aliud de possibili posito enim, quòd de facto, & de potentia Dei ordinata nullus intellectus creatus videat, vel possit videre sine tali lumine creato: loquendo tamen de possibili, & de potentia Dei absoluta; non dicit illa clementina, quòd sit simpliciter impossibile intellectui creato videre essentiam diuinam sine tali lumine. Posset absolutè si vellet ostendere se intellectui creato sine tali lumine infuso, & hoc modo loquitur Sco. quòd non requiritur tale lumen de necessitate naturæ: quasi sit impossibile simpliciter, vt Deus videatur sine tali lumine.

Nota de lumine glorię.

¶Dico tertio: quòd non accipitur ibi lumen tale creatum: quo mediante possit Deus videri: sed vult, quòd talis visio sit ex gratia Dei: non ex puris naturalibus: vt exponit gloss. ibi: quæ sic dicit ad litteram. Non intelliget inquit quasi hoc possit sua naturali virtute. Hoc expressè est hæreticum, & reprobatum, de consecra. distin. 4. cap. vlti. Et ibi soluitur, quod opponitur de libertate arbitrij: & est contra doctrinam Apostoli ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, i. beatitudo perfecta. Huius ratio est: quia illud quod est proprium superioris naturæ, non potest natura inferior assequi, nisi per rationem superioris naturæ, cuius illud est proprium. Sicut nec aqua potest fieri calida, nisi per actionem ignis. Videre autem Deum per essentiam, in quo perfecta beatitudo consistit soli Deo est proprium. Nulla igitur natura intellectualis potest Deum per essentiam videre, nisi Deo hoc faciente, propter quod dominus Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hæc gloss. Ex his ergo apparet quomodo Sco. nedum sit sustentabilis, sed verè est irritabilis: cuius doctrina est ita singularis: quòd in nullis adhuc extat reprobata: nec quidem verè reprobari potest. Et non tantum ipse fuit huius opi. sed etiam multi alij. pręsertim Durandus, qui fuit ordinis prædicatorum hoc asserit: & probat multis rationibus: quarum prima talis est. Lumen gloriæ ponitur propter excellentiam obiecti super intellectum creatum, ergo frustra. probatur cõsequentia: quia obiectum in infinitum excedit, nõ solum intellectum creatum, secundùm se: sed etiã cum tali lumine: & cõsequẽter lumen tale nõ reddit intellectum de improportionato proportionatum. Secundo, quia quicquid sit: Frater Th. in 4.d.49. tenet, q visio Dei potest communicari homini in solis dispositionibus viæ: ergo non exigitur lumen gloriæ, quod est propria dispositio patriæ: hæc in summa Durãdus. Iste tamen expositor nititur soluere has rationes: quam solutionẽ non recito: quia eam non reputo veram, &c.

Videre Deũ p essentiam soli Deo est proprium.

Doctrina Scoti in nullo est reprobata adhuc.

Opinio Durandi de lumine glorię.

AD argumenta principalia. Nunc Doc. respondet ad rationes principales factas in principio q. qbus probat, q Deus sit adæquatũ obiectum intellectus nostri: & p cõsequens non est ens, inquantũ ens.

¶Prima ratio est ibi. Arguitur, quòd sic. Et argumentum stat in hoc. Illud est principium obiectum potentiæ, quod est causa cognoscendi omnia per se perceptibilia à tali potentia: sed Deus est huiusmodi: patet quia est perfectissimum ens, & perfectissimum cognoscibile: & per consequens est causa cognoscendi omnia alia: quia 2. meta. t.c. 4. Primum in vnoquoque genere est causa essendi alijs in eodem genere.

¶Respondet Doct. ibi. Dico ad primum, q non semper perfectissimum. Hic Doct. primo rñdet ad propositionem Arist, q nõ semper primũ in aliquo genere est causa imperfectorũ: patet qa in gñe aĩalis primũ aĩal est homo: & tñ nõ est cã aliorũ aĩaliũ.

Primum in aliquo genere est causa imperfectorũ quo mediatum.

Non

Non potest ergo intelligi de causa effectiua: sed fórte accipit causam pro ratione mẽsurandi perfectionaliter: & sic primum in genere animalium est men sura omnium imperfectorum. Nec similiter sequit̃ a. est primum visibile in genere visibilium: ergo est causa visibilitatis oĩbus visibilibus: patet hoc esse falsum. Sic in proposito non sequitur. Deus est perfectissimum intelligibile in genere intelligibilium: ergo est causa cognoscẽdi omnia alia intelligibilia: non. n. sequitur formalis consequẽtia: vt patuit supra de perfectissimo visibili: & si hic sequatur de materiali coosequentia. Deus est perfectissimum intelligibile: ergo est causa cognoscendi omnia alia. Hoc tenet in Deo qui est causa omnium, & virtualiter continet omnia intelligibilia. Sic etiam intelligendo non sequitur, ꝙ Deus sit adæquatum obiectum intellectus nostri: quia & si sit causa cognoscẽdi oĩa alia: nõ tamen adæquate & præcisè: quia alia obiecta pñt mouere intellectum nr̃m: vt supra exposui.

¶Secundo principaliter arguitur. Illud est primũ obiectum: quo cognito, alia cognoscuntur, & non econtra: sed cognito Deo omnia alia cognosci possunt: & non econtra, probatur minor: sicut omnia alia depẽdent à Deo in essendo, participãdo ipsum, ita dependent in cognoscendo: quia vnumquodq; sicut se habet ad esse: ita ad cognitionem ex 2. meta.

¶Ad hoc respõdet doc. ibi. Ad secundam rõnem dico. Vt hęc responsio intelligatur facio argumentum in forma Nullum eos participatum cognosci tur, nisi vt est ab ente imparticipato: sed omne ens creatum est ens participatũ: ergo nullum ens creatũ põt cognosci, nisi vt est ab ente in participato. Maior potest habere duplicem sensum. Primum est: nullũ ens participatum potest cognosci, nisi sit ens ab ente imparticipato. Secundus verò est, nullum ens participatum potest cognosci, nisi per rationem entis imparticipati, vt prius cogniti. Si ergo maior accipiatur in primo sensu, & minor in secundo sensu: patet, quòd argumentum est in quatuor terminis.

¶Ibi. Et ratio realis istius defectus. Sensus huius litteræ est: ꝙ, & si aliquid præcisè dependeat ab aliquo, & quantum ad entitatẽ, & quãtum ad cognoscibilitatẽ (quia cognoscibilitas sequitur entitatẽ) nõ tamen sequitur, ꝙ dependeat io cognosci, i. ꝙ cognitio entis, sic dependentis, sit præcisè ab illo, à quo dependet: potest. n. esse ab intellectu, & à re dependente. Exemplum. Filius dependet à patre in essendo: quia habet suum esse à patre: & dependet quantum ad cognoscibilitatem: quia cognoscibilitas sequitur de necessitate entitatem: & tamen non sequitur, ꝙ filius tantũ cognoscatur per rõnem pr̃is: quia patre mortuo pfectè cognosci põt: sic est in ꝓposito.

¶Ibi. Ad illud 8. de trini. dico, ꝙ loquitur ibi de notitia boni in communi. Et quia hic doc. ita clarè exponit hanc responsionem: ideo prætermitto illam. Et sic finis huius quæstionis.

Quæstio Quarta.

Quæritur vtrum aliqua veritas certa, & sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu viatoris absque lucis increatæ speciali illustratione.

Scotus primo sententia. dist. 3. q. 4.
D. Thomas prima parte summa q. 44 Artic. 3.

QVARTO quærit Doct. Vtrum aliqua veritas certa, & sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu viatoris, absque lucis increatæ speciali illustratione.

IN ista q. est opinio vna talis, quę expressè tenet, ꝙ nulla veritas sincera possit haberi via naturali, &c. Et declaro intentionẽ ipsius exponendo litteram. *Hen. 1 summ. ar 1. q. 2.*

¶Ibi. Quia inter intentiones generales est per se ordo naturalis, &c. Et accipit hic intentionẽ ꝓ conceptu passiuo, siuè pro conceptibili: & sic dupliciter est conceptus generalis, s. cõceptus entis, & cõceptus veri: & cõceptus entis est prior cõceptu veri; q̃a prima rerum creatarũ est esse: qđ esse accipit ꝓ conceptu entis: & ordo naturalis inter hos conceptus est ordo prioris, & posterioris: ita ꝙ vnus conceptus naturalis est prior alio: vt patet de conceptu entis respectu aliorum. Et ꝙ conceptus entis, sit prior cõceptu veritatis, ꝓbat et rõne. Ille cõceptus est prior: qui potest haberi sine alio, & nõ econtra: sed conceptus entis, cũ sit entitas absoluta, põt haberi sine cõceptu veritatis: cum illa dicat respectum ad ipsam: ergo conceptus entis est prior conceptu veritatis. *Libro de causis propositio 4.*

¶Ibi. Hæc etiam cõclusio probatur, s. ꝙ cõceptus entis, sit prior cõceptu veritatis: patet, q̃a conceptus veritatis, siue veritas nõ concipitur, nisi intelligẽtia cõponente, vel intelligẽte: & talis cõpositio p̃suppo nit intelligentiam simplicem extremorum. Nã veritas dicit respectũ cõformitatis exẽplati ad exemplar: sic, ꝙ conformitas eorũ, s. exemplaris, & exemplati dr̃ veritas: modo talia extrema possunt cõcipi diuisim, cõformitate non cõcepta: quis. n. absolutè põt concipere hoiem, non concipiendo conformitatem ad suum exẽplar: & sic prius intelligẽtia simplici põt cõcipi entitas aliqua, sine conformitate ad exemplar: & per consequens sine veritate: & sic cõceptus talis entitatis est prior. Et cum dicit: ꝙ tunc concipit illud, quod verum est. Sic debet intelligi: ꝙ concipiendo entitatẽ in se, cõcipit illud, quod est conforme suo exemplari: sed quando cõcipitur sub ratione veritatis: tunc concipitur sub ratione conformitatis ad exemplar.

¶Ibi. Si igitur in q. p̃posita. Hic dicit duo. Primũ, quòd si accipiatur sincera veritas pro conceptu vero: sic homo naturaliter põt concipere aliquod verũ: puta entitatẽ in se: & hoc ꝓbat: quia inconueniẽs est naturam esse inexpertem propriè operationis, secundùm Dam. i. ꝙ natura nata habere ꝓpriã operationem: sicut visus visionem, & intellectus intelligere: & quòd priuetur illa est inconueniens: & loquitur de propria operatione actiuè, & non passiuè: ita ꝙ intellectio dr̃ propria operatio: quia tantũ actiuè est ab illo: saltem principaliter: licet ipse Hen. ponat, quòd totaliter: vt patebit, infra q. 7. præsentis d. Et si hoc est inconueniens in natura inferiori, est magis inconueniens in natura superiori: qualis est natura intellectiua: vnde philosophus 2. cęli, t. c. 50. vbi reputat, quòd magnum inconueniens esset stellas habere virtutem progressiuam: & non haberet organa ad ꝓgrediendum. Adhuc inquit irrationabile nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum. Nihil. n. vt contingit facit natura, i. natura nihil ponit ociose sine causa: vt dicit alia translatio, neq; de animalibus curasse: sic autem p̃ciosa despexisse. Sed videtur tanquàm studiosè factum auferre ab eis omnia, per quæ contingebat procedere ipsa per se ipsa: hæc ibi. Ex quo concludit in textu sequenti: quod stellæ sunt corpora sphærica: & non mouentur motu progressiuo: quia tunc haberent organa, &c. Sic in proposito ex quo natura intellectualis habet potentiam intelligendi verum, ociose esset, si non haberet necessaria ad operandum, & intelligendum verum. Potest ergo intelligere verũ: puta conceptũ entis: non tamen sequitur, ꝙ sub ratione veritatis. *Stellæ sunt corpora sphærica, & nõ mouẽtur motu ꝓgressiuo, q̃a carẽt organa.*

¶Secundum dictum est ibi. Sed si loquamur de cognitione veritatis, id est, an ex puris naturalibus possit cognosci aliqua sincera veritas, id est aliqua

Duplex est exẽplar rei. conformitas alicuius entitatis ad suum exemplar: & tunc distinguit de exẽplari: quia dupliciter est exẽplar rei, scilicet creatum, quod est species intelligibilis ipsius rei: & tunc cognoscere veritatẽ alicuius rei per exemplar creatum, est cognoscere conformitatem rei ad speciem intelligibilem ipsius. Exemplar verò increatum est ydea in mente diuina: & tũc cognoscere veritatem rei per huiusmodi exemplar, est cognoscere conformitatem illius rei ad propriã ydeam, quę relucet in mente diuina.

Hen. Et tunc ponit duas conclusiones. Prima impossibile est habere aliquam sinceram veritatem de aliqua re, vt comparatur ad exemplar creatum: & hoc probat tribus rationibus.

Prima conclusio. ¶Quarum prima est: obiectum, à quo abstrahitur exemplar creatum, s. species intelligibilis est mutabile: ergo non potest esse causa alicuius immutabilis: antecedens patet: quia omne sensibile est mutabile: & à solo tali accipitur species intelligibilis in intellectu nostro: consequẽtia patet: quia causa magis habet rationẽ immutabilis: cum ipsa causet inquantum est in actu: & effectus habet magis rõnem possibilis, & mutabilis: modo sincera veritas est immutabilis conformitas obiecti ad suum exemplar. Si ergo extrema, s. obiectum, & exemplar sunt mutabilia: quomodo erunt causa talis conformitatis, vt omnino immutabilis: quia tunc in effectu esset maior perfectio, quàm in causa. Et hæc est ratio Aug. 83. q. q. 9. vbi vult, q à sensibilibus non est expectanda sincera veritas: quia sensibilia sine intermissione mutantur.

Quia sensibilia mutantur, ideo à sensibilibus non est expectanda sincera veritas. ¶Secunda est: quia anima est de se mutabilis, & passiua erroris: patet, quia de se est sicut tabula nuda, & ita sicut est passiua, i. receptiua veritatis: ita erroris: & sic mutabilis ab vno ad aliud. Sed species intelligibilis recepta in ipsa est magis mutabilis. Tum: quia accidens, tum quia causata, siuè abstracta à sensibili: quod est magis mutabile, quàm anima: ergo per talem speciem non potest anima sic rectificari: vt per talem speciem habeat certam, & infallibilem notitiam de obiecto, cuius est talis species: quia tunc immutabilem esset causatum in anima per omnino mutabile.

¶Tertia ratio stat in hoc: quia si intellectus potest habere certam, & infallibilem veritatem de aliquo obiecto: puta, q albedo sit color: illa veritas habetur per speciem intelligibilem albedinis, & coloris: quia intellectus per talem speciem potest cognoscere obiectum: sed non est possibile: patet, quia intellectus p hmōi speciem nescit discernere verum à nõ vero, siuè à verisimili: patet quia talis species aliqn repræsentat se tãquam se: & hoc in ratione obiecti, actu intelligibilis, i. q ipsa est tunc obiectum actu intelligibile: & tunc veritas est: quia tunc intellectus intelligit secũdum, quòd obiectum est sibi præsens: aliquando repræsentat se, vt obiectum: quod tunc contingit, quando intellectus intelligit ipsam, vt obiectum: credendo intelligere actu obiectum, intelligendo ipsam: & tũc falsitas est: quia accipit vnum pro alio: accipit enim speciem illam pro obiecto, cuius est species.

Secunda est conclusio. ¶Secunda conclusio est: q põt haberi sincera veritas de aliqua re, vt cõparatur ad exẽplar increatũ: sed hoc nõ põt esse via naturali. Et tũc modus ponit: videlicet, qũo põt haberi sincera veritas de aliqua re, vt comparatur ad exemplar increatum. Et quia ista

Declaratio litteræ. littera est satis obscura: ideo declaro eã de particula in particulam. Cum dicit. Deus, non vt cognitum, habet rationem exemplaris: ad quod aspiciẽdo cognoscitur sincera veritas: est. n. cognitum in genera li attributo: sed est ratio cognoscẽdi, vt nudum exẽplar, & ppria rõ essentiæ creatę. Sẽsus est, q Deus, vt habet ydeas creaturarũ, est rõ cognoscẽdi illas creaturas: quia qñ ostẽdit nobis ydeas creaturarũ, est rõ cognoscendi creaturas: & hoc, vt exemplar nudũ, i. non vt cognitum. Sequitur. Qualiter aũt possit esse ratio cognoscendi, & non cognitum: ponit exẽplũ. Et littera stat in hoc: quia species intelligibilis est ratio cognoscendi obiectum, cuius est: non tamen, vt cognita. Nam prius cognoscitur obiectum per illã, quàm talis species cognoscat, vt patet. Similiter qñ radius solis deriuatur ab ipso sole ad potentiam visiuam directo aspectu: tunc videtur sol, quando radius videtur: quando vero deriuatur obliquo aspectu: puta, quando reflectitur ad opacũ: si radius solis prius terminetur ad aliquod opacum vbi reflectitur: & in tali reflexione deriuatur ad oculum: nõ est necesse, q si videam illum radium: quòd simul vel prius videam solem. Sic quando beati vident ydeas, vt in mente diuina, vident eas directo aspectu: quia deriuantur à Deo aspectu directo: & sic etiam Deus videtur. Sed quando Deus ostendit nobis tantum ydeas: non, vt in ipso relucentes deriuantur ad intellectum, quasi obliquato aspectu: & hoc est quod dicit Hen. *Optimum exemplum.*

¶Ibi. Ponitur autem qualiter habet triplicem rationem respectu actus videndi, s. lucis acuentis, & speciei immutantis, & characteris, siue exemplaris configurantis &c. Sicut dicimus, quòd sol mediante luce acuit: quia visibilia in potentia remota facit visibilia in potẽtia propinqua. Species verò immutat: quia facit colores causare suas similitudines in medio, & in organo: & etiam in diaphano producit lumen, quod est species lucis: vt patet à Doc. in 2. d. 13. Tertio sibi assimilat alia, i. simul lucentia, & luminosa facit, per quod sunt aliqualiter similes soli. Sic Deus, qui est lux increata acuit intellectum per ostensionem ydearum, & immutat per infusionem actuum, & configurat per relucentiam ydearum de ipsis obiectis.

¶Ibi. Vltimo additur, q perfecta notitia veritatis: est quando duę species exemplaris cõcurrunt in mente: vna inhærens, s. causata, alia elapsa, s. incausata in mente lucendo: causata est species intelligibilis impressa intellectui possibili à rebus sensibilibus. Et sic patet positio Hen.

PRIMO istę rationes videntur concludere impossibilitatem certæ cognitionis naturalis. Si enim requiritur (vt dicit Hen.) ad certam notitiam alicuius obiecti immutabilitas eiusdem: sequitur statim, quòd de nullo obiecto possit esse aliqua certitudo: quia omne tale, secundum ipsum continuè mutatur. Nec valet dicere, q vt cõparatur ad lumẽ supernaturale, q põt de ipso haberi certitudo: quia si obiectũ cõtinuè mutatur, vt cõparatur ad quodcunq; lumen, patet, q semper mutatur. Si. n. homo cõtinuè mutatur, in quocuq; lumine videatur: semper videbitur inquantũ cõtinuè mutatur. Et vltra hoc qd dicit Hen. q res sensibilis cõtinuè mutatur. Hoc est manifestè falsũ. Nã hęc fuit opinio Heracliti. 4. Metaphy. tex. Commu. 22. qui volebat, quod omnis res sensibilis, primo quocunque instanti, semper haberet aliud, & aliud esse, vt infra declarabo. *Doc. contra Hen.*

¶Ibi. Similiter si propter mutabilitatem exemplaris. Hic Docto. arguit contra secundam rationem Henr. quæ fuit talis. Quia anima de se est mutabilis, & passiua erroris. ergo ne erret in cognitione alicuius: oportet quòd rectificetur per aliquid immutabilius ipsa anima: patet consequentia. Si enim mutabilitas est ratio, qua non habetur certitudo de sensibili. ad hoc ergo, vt certificetur de aliquo sensibili: oportet, vt certificet p aliquid immutabilius i eo: sed exẽplar creatũ, videlicet spẽs intelligibilis cãta à sensibilibus est mutabilius ipsa anima.

anima: ergo per tale exemplar, vt res sensibilis comparatur ad illud non potest certificari de tali re sensibili. Contra hanc rationem arguit doc. & deducit ad duo inconuenientia: quorum primum est: quia, si anima non potest habere certitudinem de aliquo obiecto per aliquod mutabile: ergo nec per actum intelligendi quodcunque obiectum quocunque lumine non potest habere certitudiné de aliquo obiecto: patet quia actus intelligédi est mutabilis: immo tantum esse habet in continuo fieri: vt infra patebit, d. præsenti. q. vlti. in responsione ad vltimum argumentum: & in quol. prolixe. q. 13. Siuè ergo res sensibilis comparetur ad exéplar creatú: siuè ad exemplar increatum: in quocunque lumine per nullum actum intelligendi, tale sensibile poterit anima certificari de tali sensibili: quod est contra ipsum. Secundum inconueniens est: quod etiam ipse actus intelligendi nunquam in se erit verus, nec aliquam certitudinem continebit: & sic anima non poterit esse certa de aliquo actu suo intelligendi: quod est falsum: probatur ex dictis Hen. Si de illo, quod continuè mouetur non potest haberi certitudo: cú ergo actus ille sit mutabilior ipsa anima: sequitur, quod nunquam poterit esse certa de aliquo actu suo intelligendi: & sic intellectus, reflectendo se super actum suum intelligendi, nullam certitudinem haberet de actu intelligendi, supra quem reflectitur: nec similiter aliquam de actu reflexiuo, cum ille sit simpliciter mutabilior anima: quæ omnia sunt absurda.

Scotus arguit contra Henricum.

¶Ibi. Similiter secundùm opi. istam. Hic doc. deducit Hen. cótra seipsum: quia Hen. dicebat: quod quádo species intelligibilis, causata à sensibilibus, occurrit cum specie illapsa: tunc habet certitudo de obiecto sensibili. Contra hoc arguit: ostendendo contra Hen. quod nulla tunc haberetur certitudo de re sensibili: aut oportebit eum dicere: quod de re sensibili potest haberi certitudo per exemplar creatum. Primú probatur: quod tunc nulla esset certitudo: quia quando aliquid cócurrit, quod repugnat certitudini, per illud nunquam potest haberi certitudo: probatur: quia quando propositio contingens cócurrit cú altera de necessario, nunquam pót sequi conclusio de necessario, sed tantum de contingenti: sic quando exemplar creatum, quod repugnat certitudini concurrit cú specie illapsa, per quam habetur certitudo: nunquam ex his duobus, simul concurrétibus habebitur certitudo. Et si vult dicere, quòd habetur certitudo: tunc oportet eum concedere, quod exemplar creatum non repugnat certitudini.

¶Si dicat, quod hæc ratio, quá facit Doc. cótra Hen. etiam cótra ipsum Doc. concluderet: qui sic arguit de fide infusa, & fide acquisita in quol. q. 14. ar. 1. Quando ad eundem actum concurrit regula fallibilis: licet cum regula infallibili ille actus non est infallibilis. Probatur per simile: quia ex duabus præmissis, quarum vna est necessaria, & alia contingens: non sequitur conclusio necessaria: & ratio: quia quod dependet ex pluribus non potest esse perfectioris códitionis quocunque illorum: nunc aút quicunq; actus credendi ad hoc, quod eliciatur dependet à fide acquisita mouente: igitur si illa sit fallibilis, nunquá actus elicitus erit ex principio tali: supple ex fide infusa, quæ dicitur regula infallibilis: quin sibi posset subesse falsum: hæc ibi. Sic erit in proposito: quia diceretur, quod quamuis certitudo sit à specie illa illabente, vt à regula infallibili, & a specie intelligibili causata à sensibilibus, vt à regula fallibili: non tamen sequitur incertitudo obiecti sensibilis.

¶Dico, quod nó est simile de fide infusa, & fide acquisita: quia certitudo actus, vt est à fide infusa semper est determinaté vera: ita quod talis actus simpliciter dé determinaté verus: licet cum fide infusa concurrat fides acquisita: & simul inclinet ad eundé actú: nunquam tñ certitudo actus habetur à fide acquisita, vt talis est: sed tm a fide infusa: quia fidei infusæ nunquam potest subesse actus falsi: inclinationi verò fidei acquisitæ, quantum est ex parte sua pót subesse actus falsi. Si ergo certitudo actus credédi dependeret ab vtroque habitu: tunc argumentú Doc. cócluderet contra seipsum: sed quia tota certitudo actus credédi accipit ab habitu infuso: licet cú illo cócurrat fides acquisita: patet quod argumentú Doc. de fide infusa, & acquisita nó cócludit. Argumentú verò factum contra Hen. cócludit contra ipsum Hen. quia ipse vult, quod certitudo de aliquo sensibili simul depédeat à specie intelligibili causata a sensibilibus, quæ est regula fallibilis; & a specie infusa, quæ est regula infallibilis.

Nota de fide infusa, et acquisita.

¶Ibi. Idem et patet de tertia ratione. Doc. hic improbat tertiá rónem Hen. quæ talis erat: Quia ex quo anima per exemplar creatum nó pót discernere verum à verisimili: sequitur, quod per tale exéplar nó poterit habere certitudinem de aliquo sensibili: probat antecedés: quia talis species intelligibilis pót repræsentare se, tanquam se intellectui & se tanquá obiectum: sicut est in somnis, si repræsentat se tanquá se, veritas est: si verò se tanquam obiectum, falsitas est. Contra hoc arguit Doc. non contra rónem istam in se: sed reducédo Hen. ad alterú inconuenientium: videlicet, quod vel nulla erit certitudo de sensibili, quátumcunque alia species infusa concurrat cum ista specie intelligibili: quod est contra ipsum; vel oportebit Hen. dicere: quod per talem speciem intelligibilé poterit haberi certitudo de sensibili.

Scotus arguit contra Henricum.

¶Ibi. Quia autem ista conclusio non sit sm mentem Aug. &c. Núc Doc. probat ex dictis Aug. quod pót haberi certitudo de sensibilibus, vel de abstractis ab eis, absq; speciali lucis increatæ illustratione; cuius oppositum asserebat Hen. dicens fuisse intétionem Aug. videlicet: quod de sensibilibus nulla esset certitudo: probatur ergo per Aug. quod possit haberi sincera veritas, & certitudo, &c. patet per August. secundo Soli. Spectamina disciplinarum. i. principia sciétiarum quisque verissima esse nulla dubitatione concedit: ergo de principijs scientiarum pót esse certitudo, & infallibilitas: quæ tamen principia sumuntur a visibilibus. Idem etiam probat per Boetiú de ebdo. Communis inquit, animi conceptio est, quá quisque probat auditam. i. conceptio alicuius propositionis per se notæ ab omnibus intelligentibus terminos illius propositionis, & vnioné terminorú: est supple fundamentaliter propositio, quá vnusquisque probat. i. scit euidenter esse veram, quando audit eá præconcipiendo terminos, & vnionem terminorum. Deinde probat auctoritate Arist. 2. met. t. c. primi. Prima inquit principia sunt omnibus nota: sicut ianua in domo: quia ianua neminem latet: licet interiora domus lateant.

¶Ibi. Ex his tribus auctoritatibus. Hic intendit probare, quod non tm possit via naturali haberi certitudo de principijs, per se notis: sed et de omnibus cóclusionibus virtualiter contétis in eis: & argumentú stat in hoc. Illud est simpliciter naturale: quod sequitur naturam alicuius speciei: siuè quod cósequitur ad naturam alicuius speciei: hoc patet. Sed posse habere certitudinem infallibilem de primis principijs: & de conclusionibus virtualiter cótentis in eis, cósequitur naturá speciei humanæ: ergo talis certitudo infallibilis potest haberi naturaliter: probatur minor, quod conuenit oibus alicuius speciei, sequit naturá specificá: sed posse habere certitudiné infallibilé de principijs primis, &c. conuenit oibus indiuiduis speciei humanæ: hoc patet per tres auctoritates supra positas, s. Augusti. Boetij, & Aristo. Si ergo

potest haberi certitudo infallibilis de principijs primis: etiam potest haberi certitudo de conclusionibus virtualiter contentis in eis. Hoc probat: quia cuilibet naturaliter euidens forma syllogismi perfecti: sicut patet ex diffinitione syllogismi perfecti primo priorum c.1. quæ talis est. Syllogismus perfectus est, qui nullius indiget præter illa, quæ sumpta sunt, vt appareat necessarius. Syllogismus verò imperfectus est: qui indiget vnius, aut plurium: quæ sunt necessaria per sumptos terminos: non autem per sumptas propositiones: qui imperfectum potest exponi: quod est: ille, qui vnius indiget .i. vno, videlicet conuersione, vel transpositione: aut plurium .i. pluribus, scilicet conuersione simul, & transpositione: quæ quidem sunt necessaria. Nam syllogismi habent euidentem necessitatem illationis per sumptos terminos, .i. quod manent idem termini: non autem per sumptas propositiones: quia non manent eadem propositiones: patet, quia imperfectus, vt reducatur ad perfectum, indiget conuersione alicuius, vel aliquarum propositionum. Syllogismus ergo perfectus dicitur ille, qui nullius indiget: quia nec conuersione, nec transpositione: vt sunt duo primi modi primæ figuræ: omnes autem alij ad hoc, vt dicantur simpliciter perfecti reducuntur vel ad barbara, vel ad celarent, vt patet primo priorum. Hæc volui explicare propter iuuenes.

Syllogismus imperfectus indiget vnius aut plurium.

Syllogismus perfectus nullius indiget.

¶Ibi. Secundo apparet. Hic Doct. probat per Aug. quòd non tantum habemus certitudinem de principijs per se notis: & de conclusionibus per se contentis: sed etiam de multis contingentibus, & de multis, quæ fiunt nota per experientiam, & auctoritates Augustini sunt claræ in littera.

QVANTVM ad secundũ articulum. Hic Doc. intendit probare, quod de tribus naturaliter possumus habere certitudinem infallibilem: videlicet de principijs per se notis, & de conclusionibus. Secundo de cognitis per experientiam. Et tertio de actibus nostris.

¶Primum ibi. Quantũ ad certitudinẽ de principijs. Hæc littera satis patet: & prolixius supra d.2. q.2. & clarè exponam respondendo ad præsentẽ q. Tota ergo ista rõ stat in hoc, videlicet, quod est impossibile alicui intellectui, stante apprehensione terminorũ propositionis per se notæ, & cõpositionis eorũ, quin habeat certam, & infallibilẽ veritatem de conformitate illius compositionis ad terminos. Est.n. impossibile, quòd aliquis cognoscat totum, & partem, & compositionem horum terminorum, quin habeat certitudinem infallibilem de conformitate compositionis terminorum.

¶Ibi. Confirmatur ratio ista per simile per philosophum .4. meta. t.c. 8. & 9. Et littera stat in hoc, scilicet quod duæ notitiæ: siuè duę opi. dicuntur formaliter repugnare: quando simul de eodẽ repugnant: vt de homine assentio, quòd est homo: & simul assentio, quod non est homo. Nam isti duo assensus formaliter inter se repugnant: quia vnus formaliter expellit aliũ. Et duæ notitiæ, siuè duæ opiniones, vel duo assensus dicuntur virtualiter repugnare: quando vna est causa alicuius effectus: qui formaliter repugnat effectui alterius causæ: vt supra exposui. d.2.q.1. exponendo primum argumentum principale. Modo notitia, qua cognosco totum, & partem, & qua cognosco vnionem illorum inter se, est causa necessaria huius conformitatis, & veritatis: videlicet quod totum est maius sua parte. Si ergo stat in intellectu, quod ista compositio, siuè vnio totius, & partis sit falsa: tunc notitia talis compositionis erit causa necessaria huius falsitatis, scilicet quod omne totum est maius sua parte: quia ergo prima notitia, qua cognosco esse veram vnionẽ inter totũ, & partẽ est causa necessaria veritatis: & notitia, qua cognosco compositionem esse falsam est causa necessaria falsitatis: ideo istæ duæ notitiæ repugnant virtualiter: quia sunt duæ causæ necessariæ duorum effectuum, inter se formaliter repugnantium: & sic patet littera ista.

¶Ibi. Sed nunquid in ista notitia principiorum, & conclusionum non errabit intellectus: si sensus omnes decipiantur circa terminos?

¶Respondet Doc. quòd habita cognitione sensibilium per sensus, nunquàm intellectus errabit: & dicit duo in ista littera. Primum, quòd intellectus non habet sensum pro causa: sed tantum pro occasione: quia cognitio alicuius complexionis necessarię, nec in esse, nec in fieri dependet ab aliquo sensu: & vt clarius hoc intelligatur pono talem ordinem. Potẽtia visiua accipit speciem sensibilem ab aliquo sensibili extra: puta ab albedine, & vidit illam: deinde in virtute phantastica causatur phantasma singularis albedinis, prius visæ: deinde virtute phantasmatis, & intellectus agentis causatur species intelligibilis albedinis: quæ repræsentat albedinẽ in se: & sicut dico de isto sensibili, ita de omnibus alijs. Habita ergo specie intelligibili albedinis, & specie intelligibili coloris: illæ species intelligibiles vnà cum intellectu causant cognitionem terminorum: quibus terminis cognitis statim intellectus, nullo sensu cooperante, nec interiori, nec exteriori, potest formare compositionem illorum: & perfectè cognoscere compositionem eorum: ita quòd notitia talis compositionis: puta omnis albedo est color: statim erit sibi euidens. Patet ergo quomodo intellectus, habita cognitione habituali plurium terminorum, virtute propria potest causare, nedum cognitionem actualem illorum terminorum (concurrente tamen specie intelligibili, vt partiali causa) sed etiam potest causare compositionẽ, & vnionem illorum: & eandem perfectè cognoscere: & sic non dependet à sensu: immo si omnis sensus erraret circa aliquod complexum, nunquàm intellectus erraret, stante cognitione habituali terminorum, vel actuali. (Et voco pro nunc cognitionem habitualem terminorum: quando termini sunt pręsentes intellectui in ratione obiecti intelligibilis per speciem intelligibilem: Dico actualem, quando actu ab intellectu cognoscuntur) patet: quia si potentia visiua iudicaret rubeum esse viride: stante cognitione in intellectu istorum terminorum rubei, & viridis: intellectus haberet infallibilem certitudinem, quòd rubeum non esset viride. Secundum dictum est ex intentione Doct. quòd si sensus errasset circa complexum: & hoc, vel aliqui sensus tantum, vel etiam omnes simul, adhuc intellectus non erraret: quia semper haberet apud se terminos, qui essent causa veritatis: sed hoc infra clarius patebit.

Quò intellectus non habeat sensum pro causa, sed tm pro occasione.

DE secundis cognoscibilibus, scilicet de cognitis per experientiam. Hic Doctor. intendit probare, quomodo possumus habere certam, & infallibilem notitiam de notis per experientiam: & licet littera Doct. sit satis clara: tamen aliqualiter exponitur.

¶Vnde nota, quòd notitia experimentalis propriè est notitia pertinens ad intellectum, non ad sensum: quæ tamen pro statu isto semper habet ortum à sensu, licet aliquando dicatur notitia experimentalis etiam notitia sensitiua. De hoc vide, quæ exposui super primo metaphy. Doct. quæstio. quarta & quinta, experientia est notia alicuius singularis, prius tamen cogniti à sensu: vt puta, quòd hic ignis sit calidus: prius habetur notitia aliqua a sensu tactus: quia tangendo ignem per accidens, statim tangens calefit: & tandem intellectus percipit, quod talis ignis est calidus formaliter: quia efficit talẽ effectum. Et dicit Doc. quod licet experiẽtia:

Notitia experimentalis pertinet ad intellectum.

puta de ista, quod ignis sit calidus, non habeatur de omnibus singularibus, sed tantum de pluribus, puta de isto igne, & de isto, & de isto: nec quod semper, sed quod pluries: tamen expertus infallibiliter nouit, quod ita est, & semper, & in omnibus: supple, q ignis calefacit: & quòd semper calefaciat si habeat passum approximatum, & quod hoc contingit in omnibus ignibus: quia nouit per experientiam, q iste ignis, & iste, & iste circa passum approximatum semper calefacit: & per istum idem iudicat de alio eiusdem speciei. Sequitur. Et hoc per istam propositionem quiescentem in anima: quicquid euenit, vt in pluribus ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causæ.

Propositio quiescēs in anima.

¶Ad hoc enim, vt aliquis sit certus, quod ignis semper calefaceret passum approximatum dispositum: & quòd omnia indiuidua ignis sint huiusmodi, hoc cognoscit infallibiliter: quia certitudinaliter scit, quod omne illud, quod euenit a causa naturali, siuè non libera est effectus eius naturalis: & quia scit ignem non esse causam liberam calefaciendi: & nouit per experientiam, q hic ignis calefacit, & ille. sequitur q habebit certam, & infallibilem notitiam de isto vniuersali: q omnis ignis natus est producere calefactionem: & q semper actu calefacit calefactibile approximatum, & dispositū: quia ignis est causa naturalis, & per cōsequens de necessitate agit. Sequitur. Quia causa non libera non potest producere, vt in pluribus effectum: ad cuius oppositum ordinatur, vel ad quem ex forma sua non ordinatur. i. q ex quo causa naturalis, siue non libera ordinatur ad producendum talem effectum: puta calefacere: vel quod herba talis speciei sit naturaliter ordinata ad talem effectum, vt in pluribus producit illum effectum: & si aliquádo oppositum illius effectus casualiter eueniat: hoc non erit ex forma talis causæ: sed magis propter aliquod extrinsecum: patet quia ipsa semper, & necessario, cum non sit causa libera, intendit producere effectum, ad quem ordinatur: & hoc est quod intendit Doct.

¶Ibi. Sed vlterius notandum. Deinde Doct. dicit duas conclusiones. Prima est, quòd aliquando habetur notitia experimentalis de conclusione: quia notum est sępe intellectui, quòd luna eclypsatur: & tūc habita tali cognitione intellectus per diuisionem quærit media, & causas propter quid: & inuēta causa eandem conclusionem prius notam per experientiam demonstratiuè ostendit: & tunc cognitio conclusionis, sic à priori demonstrata est in primo genere cognitionis: tunc enim perfectiori modo cognoscit, quo possit. Sicut etiam notum est per experiētiam: quod omnis homo est risibilis: & tunc intellectus diuidendo petit causam immediatam risibilitatis: vt patet 2. Post. qua inuenta statim eandem cōclusionem à priori demonstrat.

¶Secunda conclusio est ibi. Quādoque autem est experientia de principio: ita quòd non cōtingit amplius per viam diuisionis vlterius inuenire principium notum ex terminis: sed statur in aliquo vero, vt in pluribus: cuius extrema experimentatum est frequenter vniri: puta, q herba talis speciei est calida: nec inuenitur aliquod medium aliud prius, per quod demonstretur passio de subiecto propter qd. sed statur in isto, sicut in primo noto per experientiam: tunc licet incertitudo, & fallibilitas remoueantur per illam propositionem: supple quiescentem in anima: videlicet: effectus vt in pluribus alicuius causæ non liberæ est naturalis effectus eius: tamen iste est vltimus gradus cognitionis scientifice ex hoc: videlicet, q non contingit demonstrari per aliquid prius. Sequitur. Et forte ibi non habetur necessaria cognitio actualis vnionis extremorum: sed aptitudinalis. i. q non cognoscitur caliditas talis herbæ actu necessario inesse herbæ talis speciei: sed si talis passio, puta caliditas cognoscitur inesse necessario. hoc verum est loquendo de aptitudine. & sensus est. Herba talis speciei est apta nata esse sic, vel sic calida.

¶Ibi. Si enim passio est res illi absoluta, &c. Hic à Doct. habetur q si accipiatur passio pro re absoluta: puta pro actuali caliditate herbæ talis speciei: vt in pluribus talis passio realiter distinguitur à subiecto. Si vero accipiatur passio pro aptitudine ad rem absolutam talis aptitudo non distinguitur realiter. Primo modo accipiendo passionem expertus non haberet cognitionem: quia ita est: supple necessariā: sed diceretur habere cognitionem necessariam, quando cognosceret herbam talis speciei ita esse aptam natam, &c.

DE TERTIIS cognoscibilibus. Hic Doct. ostendit, quomodo potest esse certitudo infallibilis de actibus nostris: sed quia hæc litera est de se clara, & manifesta non curo aliter eam exponere.

QVANTVM ad tertium articulum. In isto art. respondet Doct. ad rationes Henr. prius factas. Ad primam ad illud de mutatione obiecti. antecedens est falsum. s. q obiectum continuè moueatur: nec est opi. Aug. sed Heracliti. 4. met. t. c. 22. vbi philosophus. Amplius autem omnes videntes hanc motam naturam: de permutatione autem nihil verum diceremus. Circa verò omnino permutans non contingere verū dicere: ex hac existimatione pullulauit opinio dictorum summa, quę est dicentiū Heraclytizzare: & qualem Cratilus habuit: qui tandem nihil opinatus est oportere dicere: sed digitum mouebat solū: & heraclytum increpauit dicentem bis in eodē flumine non est intrare. Ipse. n. existimauit, nec semel. Hæc Arist. ¶Dicti philosophi dīt nihil esse verum, quia nihil fixum: sed oīa sensibilia erunt in continua pmutatione. Et Heraclytus posuit omnia continue moueri, & nihil esse determinatè verum: qui ēt opinatus est nihil oportere dicere: supple verbo exprimere: sed digitum mouere solum. s. qđ volebat. Vnde, & Aristippum reprehendit dicētem: quia bis in eodem flumine non est intrandum. i. q homo nō potest bis intrare: putabat. n. iste Aristippus: q antequā homo intraret secundo fluuium: prima aqua fluminis iam defluxerat: nec esse eadem, quæ prius. Hic. n. s. Heraclitus existimauit. s. q nec semel potest homo in eundem fluuium intrare: quia antequàm semel etiam intraret: dicebat totam aquam defluxisse.

Qui entia tantum sēt in apparentia secundū Heracl. & Cratillum.

Opinio Aristippi.

¶Ibi. Et etiam consequentia non valet: dato. q antecedens sit verum: quia adhuc secūdùm Arist. posset haberi certa cognitio de hoc, q omnia mouentur. Non sequitur etiam. Obiectum est mutabile. ergo quod gignitur ab eo non est repręsentatiuum alicuius, sub ratione immutabilis: quia mutabilitas in obiecto non est ratio gignendì: sed natura ipsius obiecti, quod est mutabile.

¶Hoc dictum Doct. tenet ex vna propositione, quam Doct. facit infra quæst. 6. præsentis dist. Quæcunque species intelligibilis gignitur ab aliquo repræsentat ipsum secundùm illam rationem, secundùm quam gignitur ab eo. cum ergo natura in aliquo ente mutabili sit ratio formalis gignendi speciē intelligibilem: vt ī. patebit. q. 6. & natura, vt natura præcedit mutabilitatem. ergo species intelligibilis repręsentat illam absolutè: non autem sub ratione mutabilitatis. Et q mutabilitas non sit ratio formalis gignēdi speciem intelligibilem: patet, quia illa species intelligibilis est entitas absoluta: vt infra patebit. quæstione sexta. mutabilitas autem est entitas respectiua. ¶ Ibi. Genitum igitur ab ipso repræsentat naturam per se. igitur si natura vnde natura: puta natura albedinis habeat aliq̄ immutabilē habitudinē:

siue

sinè necessariam habitudinem ad aliud: puta ad coloreio: illad aliud per suum exemplar. i. color per propriam speciem intelligibilem; & illa natura, scilicet albedo per suum exemplar: videlicet per propriam speciem intelligibilem repræsentantur, vt immutabiliter vnita: siuè, vt necessariò vnita: & sic per illa exemplaria habetur infallibilis certitudo, quòd albedo est color.

Mutabile repræsentat immutabile

¶Ibi. Patet etiam, quòd per repræsentatiuum in se mutabile potest repręsentari aliud sub ratione immutabilis: quia essentia Dei, sub ratione immutabilis repręsentatur intellectui per aliquid omnino mutabile: siue illud sit species, siuè actus. De specie patet: quia species intelligibilis infusa angelis, per quã poterant cognoscere Deum, sub ratione deitatis: vt patet à Doct. in 2. d. 3. q 9. repræsentabat Deum sub ratione deitatis in ratione obiecti intelligibilis: & Deus sub ratiooe deitatis est omnino immutabilis: sed talis species, cum sit creata est mutabilis. De actu etiam patet. Nam actus intelligendi Deum, sub ratione deitatis est magis similitudo obiecti, quàm species intelligibilis: vt patet à Doct. in 2. & tamen ille actus cognoscendi, cum sit creatura est mutabilis: & est similitudo obiecti omnino immutabilis: sed de hoc in q. 15. quol. diffusè expooam.

Finitum potest repræsentare infinitum.

¶Ibi. Hoc patet per simile: qnia finitum potest repræsentare aliquid sub ratione infiniti: patet de specie intelligibili infusa angelis, quæ est finita: & tamẽ repræsentat Deum sub ratione infiniti: & similiter visio beatifica in intellectu creato est finita: & tamẽ repræsentat obiectum beatificum, sub ratione infinita. Dicit ergo Doct. non est maior ratio, quòd infinitum repræsentetur per finitum: quàm quòd immutabile repręsentetur per aliqnod mutabile.

¶Ibi. Ad secundam dico. Hic respondet ad secundam rationem Henr. Sententia huius responsionis stat in duobus dictis. Primum, quòd anima est mutabilis ab ignorantia negatiue ad notitiam cuiuscunque obiecti, & econtra: & hnc patet. Secundum est, quòd circa principia per se nota nunquàm mutatur à deceptione ad rectitudinem: nec econtra. Et hoc, stante apprehensione terminorum, & vnione eorũ: quia vt supra exposui est impossibile intellectui apprehendenti terminos, & compositionem terminorum alicuius complexi per se noti: quin habeat infallibilem certitudinem de tali complexo: & sic, stante tali apprehensione, impossibile est ipsum decipi circa tale complexum.

¶Ibi. Ad tertium. Hic respoodet ad tertiam rationem Hen. & dicit, quòd si illa ratio de vero, & verisimili haberet aliquam apparentiam magis concluderet contra opi. Hen. qui negat speciem intelligibilem: vt patet per ipsum quol. 5 q. 4. cuius opinio de negatione speciei intelligibilis recitatur à Doct. infra q. 6 & 7 præsentis d. Illud ergo, quod potest se repræsentare, tanquàm obiectũ in somnijs est phantasma: & sic si intellectus solo phantasmate immutatur: per quod obiectum est sibi præsens: & nõ per aliam speciem intelligibilem: non videtur, quòd per aliquid, in quo obiectum sibi relucet possit discernere verum à verisimili: quia illud phantasma aliquando repræsentat se, tanquàm obiectum: & tunc falsitas est. Aliquando repræsentat se tanquàm se: & tunc veritas est: & sic per tale phantasma non potest discerni verum à verisimili. Sed ponendo speciem intelligibilem in intellectu non valet ratio, scilicet, quòd talis species posset repræsentare se, tanquam se: vel se tanquàm obiectum: quia si posset repræsentare se, tanquam obiectum: hoc contingeret in dormiendo, sed certum est, quòd intellectus in dormiẽdo nunquam vtitur specie intelligibili. sequens litera in isto articulo clara est.

CIRCA quartum art. Contra conclusionem opi. arguo sic. Hæc litera est nota vsque ibi. Item tertio. Hic arguit Doct. ex quo Hen. dicit, quòd homo ex puris naturalibus nõ potest habere certam, & infallibilem veritatem de aliquo sensibili, nisi mediante luce increata: puta, quòd non potest habere certam, & infallibilem notitiam huius. animal rationale est risibile: nisi mediante luce increata. Et sic Doc. inquisitiuè arguit contra ipsum de luce increata cũ dicit. Aut lux ęterna causat aliquid prius naturaliter actu supple intelligendi: aut non? si sic? aut ergo in obiecto: aut in intellectu? non in obiecto: quia obiectum inquantum habet esse in intellectu non habet esse reale: siuè esse existentiæ: sed tantum intentionale: quia tantum, vt cognitum in cognoscente: vel, vt repræsentatum in suo repræsentatiuo: & vt sic tantũ habet esse diminutum, & secũdùm quid: & hoc modo noo est capax alicuius accidentis realis: quia accidens reale non potest recipi, nisi in subiecto habente verum esse existentiæ. Sequitur. Si in intellectu, id est, si lux increata prius causat in intellectu aliquid. igitur lux increata nõ immotat intellectum ad cognoscendum sinceram veritatem; nisi mediante effectu suo, id est, quod non causat immediate in intellectu notitiam certam, & infallibilem: sed tãtum illam causat mediante effectu suo, prius in tali intellectu producto. Sequitur. Et ita æquè perfectè videtur opinio communis ponere notitiam in lumine increato: sicut ista opinio: quia communis opio. ponit eam videri in intellectu agente: qui est effectus lucis increatæ: & perfectior, quàm esset illud lumen accidẽtale causatum. Si antè nihil causat ante actũ, id est, si lux increata nihil causat ante notitiam certam, & infallibilem. ergo sola lux causat actum: aut lux cum intellectu, & obiecto. Si primo. hoc est valde inconueniens: quia tunc ab intellectu agente negaretur nobilissima actio, nata sibi competere: & patet litera. Si secundo, & hæc est communis opi. quæ ponit lucem ęternam, sicut causam remotam causare omnem certam cognitionem, vel veritatem: vel igitur erit ista opi. inconueniens, vel non discordat à communi opi. & sic patet iste quartus art.

Accidẽs reale non recipitur nisi in subiecto reali.

AD Q. igitur dico. Hic Doct. ostendit intendere, quomodo veritates infallibiles videntur in regulis æternis: & hic tantum loquitur de veritatibus necessarijs: vt j. patebit.

Opinio Scoti de sinceris veritatibus.

¶Et pro intelligentia huius literæ præmitto tale exemplum. Ista veritas. albedo est color, dicitur videri in terminis cognitis, vt in obiectis proximis: q̃a cognitio terminorum est causa notitiæ infallibilis conformitatis terminorum: & sic ista veritas infallibilis, siuè cognitio infallibilis huius. albedo est color, dicitur videri in albedine, & colore cognitis modo præexposito. Secundo ista veritas videtur in speciebus intelligibilibus terminorum: quia species intelligibilis coloris est partialis causa, & immediata notitiæ coloris: & similiter species intelligibilis albedinis est partialis causa notitiæ albedinis. pro tanto ergo dicitur, quod notitia infallibilis huius propositionis. albedo est color. videtur in speciebus intelligibilibus sicut in continente obiectum proximum: quia tales species intelligibiles virtualiter continent notitiam terminorum: licet aliqui exponant, quod tales termini dicuntur contineri in speciebus repręsentatiuè. Sed hoc non placet. Tertio notitia infallibilis huius ꝓpositionis. albedo est color. dicitur videri in aliquo: vt in cuius virtute obiectum proximum, siuè termini cogniti mouent intellectum: & si posset poni, quod termini cogniti: siuè cognitio eorum moueat intellectum pro statu isto in virtute phantasmatis (quod non credo verum) tunc talis notitia infallibilis diceretur videri in phantasmate coloris,

loris,

loris, & albedinis: vt in illo, cuius virtute obiectum proximum mouet. Quarto eadem cognitio infallibilis potest dici videri in aliquo, vt in obiecto remoto: puta in albedine sensibili extra, & in colore sensibili extra: quia, nisi mouerent sensum pro statu isto de conformitate eorum, nunquam haberetur infallibilis cognitio.

Conclusio rima. ¶Modo applicando ad diuina. Dico primò, quòd veritas ista: vt supra videtur in ipsis terminis cognitis, tanquàm in obiectis proximis immediatè, & necessario causantibus conformitatem illorum, & notitiam illius conformitatis.

Veritas in fallibilis ac cipitur mul pliciter. ¶Nota de veritate infallibili. Nam aliquando termini dicuntur veritates infallibiles: quia conformes suo exemplari, s. intellectui diuino eo modo, quo dicimus aliquod esse verum ens: quia conforme suo principio productiuo: & sic omne productum potest dici verum: vt patet 6. met. Doc. Sic fortè in proposito termini dicuntur veritates, quia conformes suo principio productiuo, s. intellectui diuino. Aliquando accipitur veritas pro habitudine necessaria prædicati ad subiectum: & hæc est dupliciter. quædam est habitudo necessaria euidens ex terminis: ita quòd solis terminis apprehensis, intellectus apprehendit necessariam habitudinem terminorum adinuicem: & hoc modo propositiones per se notæ dicuntur veritates infallibiles, siue habitudo euidens inter huiusmodi terminos. quædam est necessaria habitudo: sed non ex sola ratione terminorum: vt habitudo inter terminos conclusionis demonstrabilis: quia talis habitudo, vt sit euidens dependet à propositionibus per se notis. habitudo ergo seu conformitas necessaria terminorum adinuicem dicitur veritas infallibilis. & sic termini propositionis per se notæ, vt apprehensi saltem distinctè necessario causant necessariam habitudinē: & sic intellectus apprehendens huiusmodi terminos, necessario apprehendit habitudinem inter eos. & hoc modo videt veritatē infallibilem in terminis illis, i. q videt necessariam, & euidentem habitudinem, & conformitatem. Aliquando videt non in solis terminis apprehensis: sed in principijs: nō tamen absolutè acceptis: sed in principijs pertractatis. i. positis in forma, & figura: quia tunc statim inducens cognouit. Et propriè obiecta secundaria causant huiusmodi habitudinem: non autem notitiam habitudinis: nec similiter notitiam terminorum: vt j. patet. & si aliquo modo dicuntur causare: hoc erit præcisè illo modo, quo j. exponam. Et dicit, q huiusmodi obiecta secundaria sunt lux: quia manifestatiua: patet, quia illis apprehensis, vel principijs pertractatis apprehēsis, statim manifestatur habitudo necessaria, &c. Dicuntur etiam immutabiles: quia obiecta illa secundaria, vt præcisè habent esse obiectiuum sunt necesse esse: & immutabiles: vt prolixè exposui in 2. Doct. d. 3 q. 1. Et similiter sunt æternæ: quia in tali esse ab æterno sunt producta ab intellectu diuino: & hoc necessario, & ab æterno: vt j. patet, d. 39. & in 2. d. 1. q. 1. & d. 3. q. 1.

Secunda conclusio. ¶Secundo videt in intellectu diuino sicut in continente obiectum proximum: & hoc dupliciter. Primo, vt in causa proxima: quia omnes termini, virtute intellectus diuini, producuntur in esse cognito: vt docet Doct. j præsenti. q. & clarius in 36. d. & 43. huius. Immo nulla creatura potest esse in intellectu diuino, vt obiectum intelligibile ex natura rei: vt clare docet Doc. in 2. d. 1. q. 1. & in quol. q. 15. Sed tantum dicuntur obiecta intellectus diuini p actum ipsius intellectus: immo ante actum intellectus diuini, nullum penitus esse habent, nec possibile, nec aptitudinale: quia possibilitas cuiuscunque rei est à solo actu intellectus diuini: vt clarè innuit Doct. infra distinc. 43. Quia ergo intellectus diuinus virtualiter continet omnes terminos, tam in esse possibili, quā in esse cognito. ideo veritas ista, quę est conformitas albedinis ad colorem: siue notitiam infallibilis huius conformitatis habetur actu intellectus diuini: vt sicut à continente virtualiter terminos huius conformitatis in esse cognito. Secundo, quia talis cognitio diuina est similitudo obiecti cogniti: ideo obiectum cognitum, vt sic dicitur contineri in tali cognitione (vt aliqui exponunt) sed prima expositio est magis ad mentem Doct.

Tertia conclusio. ¶Tertio huiusmodi veritas videtur in intellectu diuino: vt in cuius virtute obiectum proximum mouet intellectum nostrum: siue termini sic cogniti: qui dicuntur obiecta proxima, id est, quòd tales termini sic cogniti virtute intellectus diuini causant euidentem conformitatem. Et licet Sco. secundo, & tertio modis hoc attribuat intellectui diuino, scilicet quòd sit causa, continens virtualiter: & in cuius virtute: debet exponi de ipso actu intelligendi, vel de ipso intellectu, vt est sub actu intelligendi, id est, quòd intellectus diuinus, vt habens actum illū intelligendi, tanquàm principium formale est causa modo præexposito: vt aliqui exponunt Doct. sed iudicio meo non ad mentem ipsius. Et quòd non debeat sic intelligi patet à Doct. infra d. 36. & 43. & in 2. distinctione prima, quæstione prima, & in quol. q. 15. & alibi.

Quarta conclusio. ¶Quarto videtur in memoria fęcunda (quæ includit essentiam, & intellectum diuinum) tanquàm in obiecto remoto: quia ipsa est primo, quasi cā actus intelligendi: vt supra patuit. dist. 2. & post est principium verè productiuum personarum ad intra: & vltimo est principium productiuum obiectorum secundorum: vt clarè patet in 2. distin. 1. q. 1. vide, quæ ibi prolixè exposui. ideo videtur ibi tāquàm in obiecto remoto: Et licet Doc. in ista litera tantum nominet intellectum esse causam remotam: semper tamē includit essentiam: vt ab ipso patet in pluribus locis: & sic per hæc declarata poterit quodammodo patere litera: quam tamen declaro de dicto in dictum propter aliqua difficilia ibi inclusa.

Declaratio litera. ¶Ibi. Ad intellectum primi: videlicet quomodo veritas sincera dicatur videri in obiecto proximo. Dico, quòd omnia intelligibilia actu intellectus diuini habent esse intelligibile, id est, quòd ante illum actum nullo modo habent rationem obiecti intelligibilis: sed tantum per actum intellectus diuini: vt dixi supra. Sequitur. Et in eis: supplè obiectis intelligibilibus, siue in terminis cognitis: omnes veritates de se relucent, id est, quòd conformitates terminorum relucent in ipsis terminis: quia termini illi nati sunt immediatè facere euidentem veritatem cōformitatis eorum: si sint termini propositionis per se notæ. Sequitur. Ita quòd intellectus intelligens ea, & virtute eorum intelligens necessarias veritates de eis: videt in eis, sicut in obiectis istas veritates necessarias, id est, quòd intellectus creatus intelligens albedinem, & nigredinem: quæ dicuntur obiecta intelligibilia per actum intellectus diuini: & virtute eorum, scilicet terminorum intelligens necessarias veritates de eis, id est, necessarias habitudines, vel conformitates videt in eis sicut in obiectis, scilicet proximis istas veritates necessarias, id est, istas habitudines terminorum, vel conformitates, id est, quòd tales termini, vt cognoscuntur ab intellectu creato, nati sunt, quantum est ex seipsis facere euidentem veritatem de conformitate eorum. Et non pōt hoc applicari ad intellectum diuinum: quia in obiectis secundarijs, virtute eorum, non est natus videre huiusmodi conformitatem: vt supra patuit in illa q. an theologia sit scientia & clare ostēdit Doctor. in quolib. quæstione decimaquarta, & 15.

Sequitur.

euidentem veritatem de quocunq; obiecto in quocunque intellectu nato ab ipso immediatè moueri. Sicut etiam essentia diuina quãtum est ex parte sua, nata est facere euidentem veritatem de quocunque necessario, & de quocunque virtualiter contento, respectu cuiuscunque intellectus, quem immediatè mouere possit: vt supra patuit, in quæst. 1. prolog. & in quæst. 14. quolib. repugnat tamen sibi immediatè posse mouere intellectum creatum: quia tũc moueret de necessitate naturæ. Sic in proposito.

Quō intellectus diuinus dicitur mouere intellectum creatum.

¶ Ibi. Iuxta hoc etiam posset dici. Hic Doct. dat aliam responsionem: & videtur hic cõcedere, quòd obiecta secundaria vere moueant intellectum creatum ad certam cognitionem conformitatis eorum: sed hoc non in virtute propria: sed in virtute intellectus diuini dantis eis tale esse: quo mediante possint mouere intellectum creatum. Et tunc veritates sincere dicerentur videri in intellectu diuino, vt in causa proxima obiecti in se: quia intellectus diuinus, siue actus intellectus diuini est causa proxima, & immediata secundorum obiectorum: & obiecta secundaria sunt causa proxima notitiæ euidentis conformitatis eorum: ita cum dicitur, quòd veritates videntur in intellectu diuino, vt in causa ꝓxima debet referri causa proxima respectu obiecti secundarij; & non respectu intellectus diuini.

Diffic.

SED tunc occurrit non parua difficultas: videlicet quomodo illa obiecta secundaria possint partialiter causare talem notitiam, cum tantum habeant esse secundùm quid?

Responsio.

¶ Dico breuiter, quòd iste passus sic debet intelligi: quòd talia obiecta, vt relucent in specie intelligibili, dicuntur mouere intellectum creatum: non, quia in se moueant: sed quia species intelligibilis causat immediate talem notitiam: & sic talia obiecta dicũtur mouere ex hoc, quòd species intelligibilis eorũ, quæ tantum potest esse ab illis obiectis immediatè mouet: & hoc patebit. j. q. 7. præsentis d. & d. 17. & in 2. d. 3. & expresse in quol.

Dictum notabile.

¶ Si dicatur: nonne species intelligibilis est entitas absoluta? Dico, quòd sic. Modo: quomodo ergo potest esse ab illis obiectis habentibus esse tantum secũdùm quid. Dico, quòd sufficit hoc, quòd species intelligibilis sit causata a phantasmate talis obiecti: & tale phantasma sit causatũ a specie sensibili talis obiecti: & species sensibilis sit immediatè a tali obiecto: ita, quòd natura existens in tali sensibili sit ratio formalis causandi talem speciem. Si vero obiecta secundaria comparentur intellectui separato: natura eorum existens in singulari erit ratio formalis causandi speciem intelligibilem in intellectu puta angelico: vt patet a Doct. in 2. d. 3. Et ex his patet quomodo talia obiecta secundaria dicuntur mouere intellectum in cognitione abstractiua.

¶ Ibi. Et si obijcias contra istos duos modos integrantes tertium modum de causa, scilicet quòd ideo dicimur videre in regulis æternis propter duplicẽ causalitatem intellectus diuini: videlicet quia producit obiecta secundaria in esse intelligibili: & quia est istud virtute cuius obiecta secundaria producta mouent naturaliter intellectum creatum. Dicit Doct. quòd ex quo voluntas diuina, est immediatum principium cuiuslibet actus ad extra: & intellectus diuinus nihil mouet ad extra nisi in virtute voluntatis diuinæ magis dicere debemus, quòd iste veritates videntur in voluntate diuina, quam quòd videantur in intellectu diuino, qui dicitur lux increata.

Intellectus diuinus aliquo modo prior volunta...

¶ Respondet Doct. ibi. Respondeo. intellectus diuinus inquantum aliquo modo prior est actu voluntatis diuinæ. Tota ista responsio stat in hoc: quòd loquendo de productione, secundùm quid, quæ præscindit ab existentia reali: ista obiecta secundaria immediate producuntur actu intellectus diuini: & eadem obiecta virtute intellectus diuini, non concurrente actu voluntatis diuinæ mouent intellectũ creatum, quantum ad conformitatem eorum: supple, quia vt sunt in intellectu creato cognita, & composita de necessitate naturæ causant conformitatem eorum: & tota ista causatio non est respectu alicuius habentis esse existentię. Si vero loquamur de notitia actuali terminorum dic, vt supra quia ipsa obiecta secundaria mouent intellectum creatum, ad sui actualem notitiam, & ad actualem notitiam conformitatis eorum in virtute voluntatis diuinæ: licet quantum esset ex parte intellectus diuini (cum sit ens perfectissimum, & infinitum) possent mouere ad huiusmodi notitiam: posito, quòd intellectus diuinus possit agere ad extra. Dicit ergo Doct. quod notitia actualis terminorum, & compositio eorum, & perceptio, siue actualis notitia conformitatis eorum, dependent à voluntate diuina, & ab ipsis obiectis secundarijs, non vt habentibus esse secundùm quid: sed talia obiecta secundaria mouent intellectum nostrum ꝓ statu isto, vt existunt in singularibus: sic intelligendo, quòd ratio eorum formalis mouendi est natura eorum existens in singularibus: quia vt sic primo mouent sensum: & vltimo species intelligibiles repræsentantes naturam eorum, absolute mouent intellectum ad perceptionem eorum simplicem: quibus cognitis, & perceptis, & compositis mouetur intellectus noster ad actualem perceptionem conformitatis eorum: tota ergo ista motio fit a talibus obiectis: modo præexposito, & in virtute voluntatis diuinæ. Sed quia vt supra exposui, cõformitas terminorum dicitur veritas: & quia talis conformitas est ab ipsis terminis virtute intellectus diuini: ideo dicimus videre conformitatem, siue sinceram veritatem in ipsis terminis, vt in obiectis proximis: & intellectu diuino, vt virtualiter cõtinente huiusmodi terminos: & vt id in cuius virtute tales termini mouent intellectum creatum ad eorum conformitatem adinuicẽ.

Quō intellectus diuinus dicatur operatiuus, & productiuus.

¶ Et vt clarius ista intelligantur pono aliqua signa. In primo signo intellectus diuinus dicitur operatiuus respectu intellectionis essentiæ diuinæ, & omnium ibi existentium: quæ intellectio dicitur proprie operatio: & similiter voluntas diuina dicitur operatiua ad intra amando essentiam diuinam: qui amor dicitur operatio eius. Et vltra intellectus diuinus est productiuus respectu generationis filij. Et voluntas dicitur productiua respectu productionis spiritus sancti: quæ omnia supra declaraui. d. 2. parte 2. Et in isto signo nihil est creaturæ nec in esse cognito, nec in esse possibili: vt patet à Doct. in 2. d. 1. q. 1. In secundo signo intellectus diuinus mediante actu suo producit omnes quiditates in esse cognito: in quo esse cognito fundatur esse earum possibile: vt patet e Doct. j. d. 36. & 43. Et in hoc signo omnia obiecta intelligibilia simplicia, quæcunque sint illa, sunt ab intellectu diuino. In tertio signo obiecta secundaria virtute intellectus diuini, si sunt præsentia intellectui creato, dicuntur mouere intellectũ creatum ad eorum conformitatem. Et hoc signum subdistinguitur. Primo: quia illa obiecta secundaria quantum est ex parte intellectus diuini (si sibi nõ repugnaret agere ad extra) virtute ipsius intellectus diuini, possunt mouere intellectum creatum ad eorũ simplicem apprehensionem, semper intelligendo vt supra exposui. Secundo, quòd talia obiecta, vt mouent intellectum creatum ad notitiam eorum simplicem mouent in uirtute uoluntatis diuinæ: cũ talis notitia sit uera qualitas absoluta in esse reali. Et intellectus creatus uirtute uoluntatis diuinæ cõponit illos terminos: & termini sic compositi, uirtute intellectus diuini causant conformitatem eorum adinui-

Nota signa intellectus diuini ad obiecta secũdaria.

adinuicem: quæ conformitas dicitur veritas sincera. Et deinde intellectus creatus virtute voluntatis diuinæ percipit huiusmodi conformitatem: ita, quod notitia conformitatis depēdet ab intellectu creato: & ab ipsis terminis, intelligendo, vt supra, & à voluntate diuina vt à prima causa in cuius virtute tam intellectus creatus, quàm obiecta secundaria mouent ad perceptionem talis conformitatis: & sic ex istis declaratis patere potest intentio Doct.

¶Ibi. Et ex isto apparet qualiter non est necessaria specialis illustratio ad videndum in regulis æternis. Dicit Doct. quòd ex quo Aug. tantum loquitur de sincera veritate necessaria ex vi terminorum; non oportet ponere specialem illustrationem ad videndum in regulis æternis: sufficit enim generalis influētia lucis increatæ. Intentio Aug. & Doctor. est quòd omnia principia p se nota, siue veritates talium principiorum, dicuntur videri in regulis æternis: quia conformitas terminorum principij per se noti videtur visis terminis, vt in obiecto proximo. Secundo videtur in intellectu diuino, vt virtualiter causante, siue continente illos terminos. Tertio videtur in eodem intellectu, vt in cuius virtute tales termini mouent ad conformitatem eorum adinuicem. Quarto videtur in memoria diuina fœcunda, vt in causa remota, vt supra exposui: & sic patet quomodo ad visionem talis veritatis non requiritur specialis illustratio lucis increatæ: & hoc est quod dicit. Declaro tamen hanc literam. August. non ponit in eis, s. regulis æternis videri, nisi vera, s. complexa, quæ sunt necessaria ex vi terminorum cuiusmodi sunt sola principia per se nota: & in talibus supple principijs per se notis est maxima necessitas, tam causæ remotæ, quā proximæ respectu effectus: puta tam intellectus diuini ad obiecta mouentia, quàm illorum obiectorum ad veritatem complexionis de eis: memoria fœcunda est causa remota tam respectu veritatis principij, quàm respectu terminorum principij: & intellectus diuinus mediante actu suo, est causa remota veritatis principij: licet sit causa propinqua respectu terminorum principij: & sic litera debet applicari.

Declaratio literæ.

Sequitur. Et licet etiam non sit tanta necessitas ad perceptionem illius veritatis, quòd oppositum includat contradictionem. Vult dicere Doct. quòd quamuis sit maxima necessitas, quòd ad tales terminos, & compositionem eorum sequatur talis conformitas: ita quòd includit contradictionē ipsam conformitatem non sequi (cum omnes causæ huius conformitatis agant simpliciter de necessitate naturę ad huiusmodi conformitatem) non est tamen simpliciter necessarium, quòd talis conformitas percipiatur: quia si voluntas diuina non coageret intellectui, & terminis ad perceptionem, siue ad notitiam qua intellectus percipit: nunquàm sequeretur talis perceptio. Dicit tamen, quòd est maxima necessitas ex parte causæ proximæ coassistente sibi causa remota, id est, quòd quantum est ex parte terminorum, qui dicuntur causa proxima: & quantum est ex parte intellectus diuini, qui dicitur causa remota: & quantum est etiam ex parte intellectus creati esset maxima necessitas causandi huiusmodi perceptionem. Si enim non repugnaret intellectui diuino, causare aliquid ad extra in esse reali maxima necessitate, sequeretur in intellectu creato perceptio veritatis principij.

¶Ibi. Et si ponatur, quòd Deus coagat terminis ad istum effectum influentia generali: non tamen necessitate naturali. Hic respondet tacitę obiectioni: quia dixit, quòd non est simpliciter necessitas, vt talis conformitas percipiatur: posset aliquis dicere: immo de necessitate percipitur: quia ipsi termini, vt apprehensi, & intellectus diuinus quantum est ex parte eorum de necessitate naturæ agunt ad huiusmodi perceptionem: & Deus semper coagit istis terminis influentia generali: ergo stante apprehensione terminorum, & influentia generali Dei de necessitate naturæ sequitur perceptio conformitatis. Respondet Doct. quòd & si Deus coagat omni creaturæ influētia generali: nunquā tn̄ necessitate naturali, nunq. n. ad aliquā actionem realem cōcurrit Deus cum creatura necessitate naturali: sed tantum voluntate libera, & contingenti.

¶Ibi. Sed siue sit influētia generalis siue (quod plus est) necessitas naturalis influendi terminis ad hunc effectum: patet, quòd non requiritur illustratio specialis. Hæc litera est extra textum, & sensus est, quod etiam posito, quòd Deus coagat terminis ad conformitatis perceptionem: & hoc siue generali influentia siue naturali necessitate: patet, quòd ad huiusmodi perceptionem non requiritur specialis illustratio lucis increatæ:

¶Ibi. Assumptum de intentione Aug. &c. Hic Doctor ostendit per dicta Aug. quòd quòd ipse tātum loquatur de veritatibus principiorum per se notorum, vt supra exposui: & quòd huiusmodi veritates possunt pcipi sine speciali illustratione lucis increatæ: nam secundum ipsum etiam philosophi huiusmodi veritates perceperunt. Istæ auctoritates Aug. hoc ostendunt. Prima ostendit quomodo multi philosophi potuerunt videre veritates infallibiles multorum principiorum, qui philosophi derident Christianos ex hoc, quòd sola fide multas veritates vident: & vult ibi Aug. quòd Christiani nō vident credita in regulis æternis: & per aliam auctoritatē vult quòd magis requiritur specialis illustratio ad videndas veritates contingentes, quàm necessarias: & tamen philosophi multas veritates contingentes viderunt, vel per historias, vel per sensus, & huiusmodi: & tamen in huiusmodi perceptione non fuit eis necessaria aliqua specialis illustratio lucis increatæ.

¶Ibi. Contra: quid igitur? Hic arguit per dictum Aug. probando, quòd philosophi non potuerunt videre huiusmodi veritates sinceras, quia non nisi puræ animæ ad illas pertingunt.

12. de Tri. c. 14. vel 3 ... & 83. q. ...

¶Respondet Doct. ibi. Respondeo. Ista puritas nō debet intelligi à vitijs. Et litera clara est.

¶Ibi. Vltimo modo potest concedi, quòd cognoscuntur veritates sinceræ in luce æterna, sicut in obiecto remoto cognito.

¶Supra dixit Doct. quòd quamuis huiusmodi veritates videantur in intellectu diuino, tanquàm in libro; non tamen sequitur, quòd intellectus diuinus in se videatur, siue actus intellectus diuini, vt supra exposui: hic autē dicit, quòd in ipso Deo, vt in obiecto cognito possunt cognosci. Si quis enim Deum distincte cognosceret: ab ipso posset sumere omnia principia tam speculabilia, q̄ practicabilia: quia lux increata siue essentia diuina est primum principium entium speculabilium, & vltimus finis rerum practicabilium. Quando dicit Doct. quòd essentia diuina est principium omnium speculabilium. Debet sic intelligi, quòd omnia entia speculabilia suo modo causantur ab intellectu diuino, & ab essentia diuina: nam ante actum intellectus diuini, nullus terminus, siue nulla quiditas est in aliquo esse: vt dixi sup. & ideo omnes quiditates, & omnes propositiones necessariæ speculatiuæ sumuntur ab ipsa. Et ipsa essentia est vltimus finis practicabilium: quia ab ipsa, vt a causa remota sumuntur omnes termini: ex quibus fiunt propositiones tam practicæ, quàm speculatiuæ. Sumuntur etiam practicabilia ab ipsa essentia non tantum, vt a causa remota: sed ab ipsa, vt à fine vltimo, à quo sumuntur omnia principia practi-

ca: & ab illis principijs cõclusiones practicæ: vt clarè expositu in q de praxi: sic semper intelligendo, q ab ipsa vt cognita sumuntur omnia ista. Et infert Doct. vnum corollarium, quòd cognitio omnium tam speculabilium, quàm practicabilium per principia sumpta à luce ęterna, vt cognita est perfectior, & purior cognitione sumpta per principia in genere proprio: & hoc modo cognitio omnium pertinet ad Theologum, & patet litera vsque ad finem quæstionis.

Prima instantia. IN littera ista sunt aliqua duplicia. Primum in hoc, quòd s. omnia intelligibilia actu intellectus diuini habent esse intelligibile.

¶Primo instatur: & quæro an lapis habeat præcisè esse intelligibile actu intellectus diuini: ita q nullum aliud esse habeat: & si sic: tunc tale esse, esset tm̃ ens rationis & non reale: vt etiam ipse vult supra distin. 36. sed hoc est impossibile. s. q tãtum habeat esse rationis: quia quicquid est à causa reali vt realis est: est ens reale: vt patet à Docto. infra præsenti. d. q. 7. modo intellectus diuinus est tantum causa realis, & agens necessario: ergo omne quod est ab ipso erit uerum ens reale: ergo non tantum intelligibile.

Secunda. ¶Secundo instatur: quia passio subiecti nõ est immediate ab alio, quàm à subiecto, quia ponitur subiectum causa adæquata illius: sed esse intelligibile est passio entis, & consequitur oẽ ens: ergo esse intelligibile puta lapidis erit adæquatæ, & immediate ab ipso lapide: ergo nõ primo ab intellectu diuino.

Tertia. ¶Tertio instatur: si producit omnia in esse intelligibili: ergo producit omnia in esse essentiæ: consequens est contra ipsum, infra di. 36. consequentia patet: quia esse intelligibile præsupponit esse essentiæ: & sic prius omnia haberent esse essentiæ, quàm esse intelligibile: sicut passio præsupponit esse essentiæ subiecti.

Quarta. ¶Quarto instatur: quia causa naturalis & agẽs per modum naturę, & non impedita producit effectum perfectissimum, quem potest producere: hæc patet à Doct. supra præsenti. d. q. 2. sed intellectus diuinus est huiusmodi: patet quia vt producit esse intelligibile: producit vt consideratur prior voluntate: ergo tantum per modum naturæ: non est etiam impeditus, cum sit formaliter infinitus: continet etiam virtualiter effectum perfectissimum: patet, quia infiniti vigoris intensiue: ergo primo producit omne intelligibile secundum esse perfectissimum, quod sibi nõ repugnat: ergo primo producit in esse realis existentiæ: quod tamen est falsum: quia tunc creaturæ haberent esse necessarium.

Quinta. ¶Quinto instatur, quia hoc magis videtur competere essentiæ diuinæ, quàm intellectui diuino. Tum quia sicut intellectio actualis obiecti, est principaliter ab essentia diuina: quia est principalis ratio intelligendi ipsi intellectui diuino: ergo ipsa erit principalior ratio producendi omnia in esse intelligibili. Tum quia essentia: sicut magis virtualiter & eminenter continet omnia secundum eorum entitatem: vt patet quia non tantum formaliter infinita: sed etiam fundamentaliter, & originaliter, & origo omnis perfectionis diuinæ: vt patet infra distinct. 8. q. penult. & in quolib. q. 1. ergo magis continet omnia secundum eorum intelligibilitatem: & per consequẽs magis debet dici, quòd producuntur actu essentiæ diuinæ, quàm actu intellectus diuini.

Sexta. ¶Sexto instatur: quia quæro aut producũtur omnia vt actu intelligibilia: aut vt tantum potentia intelligibilia. si primo: ergo omnia actu sunt: probatur cõsequentia: quia actu intelligibile actu est: probatur, quia obiectum actu intelligibile est pars memoriæ actualis, quæ nõ potest dici actualis, nisi actu sit: patet, quia vt sic est principium productiuum notitiæ, vt patet à Doct. in isto primo. d. 2. parte. 2. q. 3. d. 3. q. 6. & 7. dist. 6. 7. 27. & in 2. dist. 1. q. 1. dist. 3. q. 8. 9. 10. & alibi sæpe. Si producit omnia in esse intelligibili tantum in potentia: ergo ab ęterno nõ intelligit omnia actu: patet quia nihil potest intelligi actu, nisi sit intelligibile actu: ergo sequitur, quòd intelligibilia non producuntur actu intellectus diuini in esse intelligibili.

Responsio ad primam. ¶Respondeo ad omnes istas instantias tenendo secundum veritatem omnia esse producta actu intellectus diuini. & primo ad primam. Dico, quòd per esse intelligibile non intelligit Doct. ipsam intelligibilitatem præcise: quæ ponitur passio entis: sed intelligit esse obiectiuum: ad quod sequitur esse intelligibile, id est quòd intellectus diuinus produxit lapidem ab ęterno in esse obiectiuo, id est in tali esse, in quo potest esse obiectum potẽtiæ, id est in sua entitate propria: quia vnumquodque est obiectum potentiæ secũdum suã propriã entitatem: & per consequens tale est ens intelligibile: non tamen quòd in tali esse possit actu mouere aliquem intellectũ: quia vt sic habet tantum esse secundum quid, & possibile: vt patet infra dist. 36. Cum probatur de causa reali, quæ non producit nisi effectum realem, &c. Dico primo, quòd Doct. non dicit sic: sed tantum dicit, q ois intellectio est realis, quę est causata à re, vel à specie intelligibili: patet quia, prima est intuitiua, quæ est à re existente. secunda est abstractiua. Dico secundo, quòd propositio erit vera de causa reali realiter causante: sed intellectus diuinus est causa realis: non tamen quando causat talia in esse intelligibili, dicitur realiter causare: quia tunc haberẽt verum esse reale. Dico tertio (cõcedendo propositionem, scilicet quod causatur à causa reali, vt reali, reale est) quòd intellectus diuinus non potest dici causa realis: licet enim sit realiter infinitus, & perfectissime existens: non tamen potest esse causa alicujus loquendo de causa proprie accepta, quia intellectus diuinus vt prior voluntate diuina, tantum agit per modum naturæ, & necessariò: modo repugnat, quòd aliquid sit causa necessaria: vt patet à Doct. in 2. distin. 1. q. 3. quia cum dico causat, intelligitur causare aliud, & possibile: & cum dico, causat necessario: dico causatum possibile esse necessarium. Dico ergo, quòd intellectus diuinus tantum causat illa in esse cognoscibili secundum quiditatem, quòd dicitur causa secundum quid, & non proprie causa.

Ad secundam. ¶Ad secundum dico, quòd non causat immediate intelligibilitatem: puta lapidis: sed suo modo producit lapidem in esse obiectiuo ad quem concomitatur talis passio. Cum dicitur, quòd passio præsupponit essentiam rei. Dico, quòd essentia rei potest dupliciter considerari: Vno modo in esse reali. Alio modo tantum in esse obiectiuo, & in esse possibili. Tunc dico, q passio in esse reali p̃supponit essentiã in esse reali: & passio tm̃ in esse obiectiuo, siue possibili præsupponit essentiã in esse obiectiuo: & possibili tm̃: sic est in proposito: de esse intelligibili rei ab ęterno: & per hoc patet responsio ad tertiã instantiã.

Ad tertiam. Ad quartã. ¶Ad quartam, concedo propositionem illam: loquendo de effectu, quem potest producere: sed nego quòd intellectus diuinus possit producere effectum in esse realis existentiæ: quia repugnat sibi posse aliquid causare ad extra: vt patet à Doc. in isto primo. d. 2. d. 8. q. vlt. in quolib. q. 7. quęst. 14. & alibi. potest enim producere aliquid extra tantum in esse obiectiuo, siue possibili. Et loquendo de tali esse. dico quòd producit hominem in esse perfectissimo, quod sibi potest competere: & sic non posset producere hominem in esse perfectiori.

Ad quintã. ¶Ad quintum dico primo: quòd non est simile de intellectione obiecti: & de esse obiectiuo talis obiecti:

obiecti: quia fortè intellectus diuinus se solo potest producere secundum, & non primum: sicut etiam intellectus noster causat suo modo intentiones secundas: & hoc tantum in esse obiectiuo: & tamen non causat se solo notitiam earum: cũ dicitur, quòd essentia magis continet virtualiter, & eminenter. Dico, quòd verum est quantum ad esse reale: & non q̃tum ad omne obiectiuum, & possibile. Nec tamen sequitur essentia diuina continet virtualiter a. secundùm esse reale: ergo immediatè potest ipsum producere in tali esse: sufficit enim, quòd possit producere diuina: quæ est eadem realiter illi: vt patet a Doct. Dico secundo, quòd posito, quòd producantur in tali esse etiam ab essentia diuina: & magis, quàm ab intellectu diuino: tamen talis productio magis attribuitur intellectui: sicut etiam verbum diuinum: licet sit ab intellectu diuino, & essentia: dicitur tamen exprimi per intellectum. Sed de hoc alias erit sermo prolixior.

Ad sextum. ¶Ad sextũ: dico primo, quòd esse actu intelligibile potest dupliciter intelligi, vel in actu quiditatiuo obiectali tantum: vel in actu reali. primo modo omnia sunt actu entia intelligibilia: non autem secundo modo: dico secundo, quòd actu intelligibile potest adhuc dupliciter accipi. Vno modo, quòd ex natura rei sit præsens intellectui diuino in ratione obiecti actu intelligibilis. Aliò modo, quòd dicatur actu intelligibile eo, quod virtualiter continetur in essentia: per quam est actu intelligibile. ita, quòd sola virtute essentiæ habeatur notitia illius, & sit præsens intellectui diuino, primo modo non sunt actu intelligibilia: sed tantum secundo modo.

Actu intelligibile accipitur multipliciter.

Alia diffic. ¶Secundo principaliter dubitatur in hoc, quod dicit, quòd in talibus terminis relucent de se omnes veritates tanquàm in obiectis proximis. Contra primo: quia veritas relucens in illis terminis, est quædam conformitas euidens vnius termini ad alium terminum: vt patet à Doct. in præsenti quæst. & alibi, sed talis conformitas est relatio: vt patet: aut ergo realis, aut rationis: non secundo: quia tunc esset illa veritas tantum causata ab aliquo extra rationem terminorum: & sic non contineretur virtualiter in terminis: cuius oppositum dicit Doct. Non primo modo, quia relatio realis est inter terminos reales, & realiter distinctos: vt patet a Doct. infra distinct. 26. sed illi termini: vt sunt precisè termini propositionis necessariæ, & per se notæ: non habent esse reale: quia tunc haberent esse tantum contingenter. Tum etiam: quia hæc est necessaria: & per se nota: homo est animal rationale: & tamen termini non distinguuntur realiter: ergo non continent talem conformitatem.

¶Secundo instatur: ista veritas necessaria, aut precisè est a terminis, vt obiectis proximis: aut a terminis, & à complexione terminorum: nõ primo: quia Doct. dicit sic apprehensa, & composita causant apprehensionis conformitatem: ergo talis conformitas præsupponit compositionem terminorum. Et ibi etiam dicit, videtur quòd contradictionem includat aliquem intellectum talem compositioné formare, & compositionem non esse conformem terminis: ergo talis conformitas non est immediata à terminis illis. Nõ secundo: quia tunc talis veritas, seu conformitas non esset necessaria: quia dependeret ab intellectu componente terminos: & vltra euidentia propositionis per se notę non esset tantum ratione terminorum: cuius oppositum dicit Doct. supra d. 2. par. 1. q 2.

Responsio. ¶Respondeo ad primum, quòd illa conformitas nõ est relatio actualis, nec rationis, nec realis: sed est tantum relatio fundamentalis: ita, quòd termini nullo intellectu considerante habẽt necessariam, & euidentem conformitatem adinuicem: ita, quòd animal rationale euidenter includit risibile: percipiens ergo terminos percipit euidentem conformitatem inter illos, id est, quòd percipit euidenter vnum terminum habere necessariam, & euidẽtem habitudinem fundamentalem ad alium terminum: puta, q̃ vnus euidenter includit alium.

¶Ad secundum dico, quod tantum termini includunt illam veritatem, & conformitatem: sed nõ potest percipi illa conformitas, nisi prius percipiantur termini illi, & compositio eorum quibus perceptis statim percipitur, quòd illa compositio est conformis illis terminis. Dico etiam, quòd percipiens terminos illos nulla facta compositione euidẽter percipit necessariam habitudinem vnius ad alium, & euidentem conformitatem: sed non percipit compositionem esse conformem terminis, nisi prius cõponantur, & percipiatur talis compositio.

Termini ... te compositionem ... includunt veritatem. Alia difficultas.

¶Tertio principaliter dubitatur in hoc, quod dicit, quòd illa obiecta secũdaria sunt lux; quia manifestatiua. Contra: quia obiectum manifestare se potentiæ est facere cognitionem sui in tali potẽtia per quam manifestatur, siue cognoscitur: sed hoc nõ est possibile. Tum quia habens esse tantum possibile, & secundùm quid: nõ potest esse causa, nec totalis, nec partialis alicuius entis in actu, & absoluti: patet, q̃a causa non causat realiter, nisi inquantum est in actu sed notitia illorum obiectorum est entitas realis, & actualis, & absoluta: vt patet. q. 13. quolib. ergo non sunt manifestatiua sui. Si dicatur, quòd sunt manifestatiua inquantum sunt in actuali existentia. Contra: quia tunc non causant necessariam veritatem cum tantum habeant esse contingens, & possibile.

¶Secundo posito, quòd illa obiecta secundaria causent partialiter notitiam sui, quia fiunt manifesta intellectui: quomodo sunt manifestatiua veritatis necessariæ inclusæ in illis obiectis. Si enim causant talem notitiam euidẽtem quęro ad quid terminatur, aut terminatur ad obiecta illa precisè: aut ad cõformitatem terminorum: quæ dicitur veritas: aut ad compositionem terminorum: aliud nõ videtur posse assignari. Si primo: ergo tantum habetur notitia de terminis incomplexis. Si tertio, ergo talis notitia erit p̃cise ab intellectu: patet, quia solus intellectus componit illos terminos. Si ergo compositio terminorum precisè fit virtute intellectus: etiam notitia talis compositionis erit precisè ab intellectu: ergo illa obiecta non sunt manifestatiua veritatis compositionis. Si secundo: contra, quia illa conformitas, vt dictum est supra est tantum relatio fundamentalis, & talis nihil est distinctum a fundamento, & termino: sed est precisè fundamentum, & terminus: ergo dicere, quòd talis notitia terminatur ad conformitatem, est dicere, quòd præcisè terminatur ad terminos: & sic tantum erunt termini manifesti.

Responsio. ¶Respondetur ad primum: & dico primo: quòd, & si nõ possint causare talem notitiam virtute propria: sufficit, quòd virtualiter cõtineantur in aliquo, quòd possit causare huiusmodi notitiam: & sic continentur in voluntate diuina. Dicimus enim, quod omne obiectum est manifestatiuum sui: potẽtiæ cuius est obiectum: & tamen non quodlibet potest causare notitiam sui: sed sufficit, quòd virtualiter, vel essentialiter contineatur in aliquo: quod sit causatiuũ talis notitiæ. Dico secundo, quòd species intelligibilis eorum est causatiua talis notitiæ, quæ species causatur saltem remote ab aliquo singulari extra existente: & propinque ab intellectu agente, & phantasmate: vt alias exposui: & hoc modo possunt dici causare notitiam sui. Dico tertio, quòd aliquid manifestari potest dupliciter intelligi, s. effectiue, vel formaliter. primo modo causans notitiam alicuius

Non quodlibet obiectum causat notitiam sui.

obiecti manifestat effectiuè illud. Secundò modo obiectum relucens in tali notitia, fit formaliter notum tali notitia: & hoc tantum denominatione extrinseca: vt patet per Doctor. in quarto, distinctione prima, quæstione prima. & sic obiectum actu cognitum manifestat se formaliter: quia tunc est notum intellectui. Dico breuiter tamen, quòd ista obiecta secundaria sunt propriè manifestatiua veritatis inclusæ in illis: sic tamen intelligendo, quòd ipsis terminis cognitis vndecunque causetur talis notitia: statim vt sic cogniti causant euidentem conformitatem fundamentalem in intellectu apprehendente terminos illos: stante enim notitia notorum terminorum, scilicet animalis, rationalis, & risibilis, statim est notum intellectui: quòd animal rationale immediate, & adæquate includit risibile: sicut etiam stante notitia perfecta duorum alborum: est immediate notum, quòd illa duo alba sunt fundamentaliter similia: sic in proposito.

¶ Ad secundum: dico primò, quòd loquendo de veritate, siue de conformitate fundamentali, quòd notitia talis veritatis præcisè terminatur ad terminos: sicut cognitio similitudinis fundamētalis præcisè terminatur ad duo alba. sic in proposito: nec est necesse, quòd terminetur ad aliquod tertium distinctum à terminis.

Notitia veritatis fundamentalis propositionis terminatur ad terminos.

Dico secundo, quòd loquendo de veritate compositionis terminorum, quòd notitia veritatis necessariæ non terminatur præcisè ad illam compositionem, sed terminatur ad compositionem, & ad terminos simul: quia tunc apprehendit compositionem talem esse verè conformem terminis, id est quòd sicut termini habent conformitatem adinuicem: sicut totum & pars habent talem conformitatem, quòd totum natum est esse maius parte: ita si eodem modo ab intellectu componantur formando istam: totum est maius parte: tunc percipiens talem compositionem: & etiam terminos percipit manifestè talem compositionem esse conformem terminis: & hoc vndecunque causetur talis notitia.

Concedo etiam, quòd secundo modo terminatur ad conformitatem fundamentalem, non ad relationem realem actualem: quia nec termini habent esse actuale, sed tantum esse obiectiuum, & possibile.

¶ Ex his aduerte bene, quomodo termini propositionis continent necessario, & adæquate euidētem veritatem propositionis per se notæ, & quòd talis euidentia præcisè dependet ab illis terminis: licet enim illi termini sint immediate causati ab intellectu diuino, qui causat illos in tali esse: concomitanter dat etiam talem conformitatem: ita quòd talis conformitas est tantum ab illis terminis, vt à causa immediata totali præcisa, & adæquata: ita quòd ipsis circumscriptis est simpliciter impossibile, quòd habeatur talis conformitas: ista tamen conformitas est etiam ab intellectu diuino, vt à causa tantum remota pro quanto, scilicet causat terminos in tali esse: sed ipsis causatis: tunc cōformitas actualis si qua fit erit præcisè à terminis.

Ex his infero, quòd licet notitia propositionis per se notæ possit aliunde causari, quàm à terminis: tamen conformitas euidens non potest aliunde causari prætèrquam à terminis. Et vltra licet absolute possit aliunde causari notitia propositionis per se notæ: tamen quòd causetur talis notitia, vt euidens forte non potest sic causari, nisi forte ab illo, qui virtualiter, & eminenter continet terminos secundum totam eorum entitatem: quod forte soli Deo competit, vt exposui in secundo, distinctio. 3.

Et omnia ista bene nota, & pondera, quia ad multa valent.

¶ Quarto principaliter dubitatur in hoc: quod dicit, scilicet quòd ab essentia diuina sumuntur omnia principia tam practica, quàm speculatiua. Cōtra. Primo: quia de eodem obiecto sub eadem ratione formali considerato esset scientia practica, & speculatiua, quod non videtur: quia tunc practica, & speculatiua non distinguerentur ab obiectis: cuius oppositum expresse tenet quæstio. vlt. prolo. patet, quòd non distinguerentur per obiecta: quia à quo sumuntur principia siue practica, siue speculatiua, ab eodem sumuntur omnes conclusiones virtualiter contentæ in illis principijs: vt patet per Doctor. vbi supra. & per consequens ab eodem sumitur tota scientia. Cum ergo omnia principia tam practica, quàm speculatiua accipiantur à deitate: sequitur propositum, scilicet quòd istæ scientiæ non distinguuntur per obiecta. Nec valet dicere, quòd essentia diuina, prout consideratur sub alio & alio respectu, potest accipi alia & alia scientia: & sic vt consideratur sub ratione vltimi finis accipitur scientia practica: & vt consideratur sub illo respectu, quo est principium omnium accipiuntur principia speculatiua: quia isti respectus sunt tantum respectus rationis: vt patet: & sic scientiæ illæ essent tantum entis rationis, & non realis obiectiuæ, quod est inconueniens.

Quarta difficultas.

¶ Secundo instatur: quia tunc sequeretur, quòd omnis scientia speculatiua esset verè practica, quod est impossibile: probatur, quia omnis talis habet essentiam pro vltimo fine: patet quia omnis scientia est ordinabilis ad vltimum finem omnium: & sic ad essentiam, vt ad vltimum finem.

¶ Respondeo ad primum: Dico primo, quòd sustinendo, quòd scientia practica, & speculatiua distinguantur propter distincta obiecta, vel propter distinctas rationes formales, in eodem obiecto: dico vt dixi in illa quæstio. prolog. de praxi. Respondendo ad rationes Gregorij. vide ibi.

Responsio.

Dico secundo, quòd non apparet inconueniens, quòd ab eodem obiecto simpliciter illimitato, & sub eadem ratione formali, reali tamen & absoluta, sumantur tam principia practica, quàm speculatiua. Cum dicitur, quòd hoc est contra Doctor.

Dico quòd Doctor non dicit ibi expresse, quòd speculatiua denominetur ab alio obiecto, & practica ab alio: sed dicit, quòd practica sumitur ab obiecto: & non à fine vt finis est: nec à praxi: sed tantū à fine, siue ab obiecto praxis: non negando quin etiam ab eodem obiecto non possit accipi scientia speculatiua.

Dicit enim Doctor. in primo metaphys. suæ. quæstione septima. vbi sic dicit: patet, quomodo Deus inquantum Deus, vel inquantum bonus, vel secundum aliam rationem absolutam, potest esse obiectum scientiæ practicæ: ergo scientia practica, & speculatiua non distinguuntur penes obiectum: quia nullum est intelligibile: circa quod non possit esse secundum rationem absoluta eius, ita operatio voluntatis sicut operatio intellectus: hæc ille. Et sic posset concedi, quòd ab eodem obiecto simpliciter illimitato: & forte etiam non illimitato potest esse scientia practica, & speculatiua: practica tamen dirigit ad dilectionem illius vt vltimi finis: speculatiua tantum stat in consideratione absoluta illius essentiæ. Et per hoc patet responsio ad secundum.

Scientia practica, & speculatiua non distinguuntur penes obiectum.

Quæstio Quinta.

Circa secundam partem huius distinctionis tertiæ, in qua Magister agit de cognoscibilitate Dei per vestigium.

Quæritur vtrum in omni creatura sit vestigium Trinitatis.

Scotus primo sententia. dist. 3. q. 3.
D. Thomas prima parte summæ q. 45 Artic. 7.
Ricardus primo sent. dist. 3 q. 1. Artic. 1.
Durandus primo sent. dist. 3. q. 4.
Franciscus de Mayronis, primo sentent. dist. 3 quæst. 3.

D. Tho. prima par summæ. q. 45. articu 7. & q. 93 art. 6 ponit differentiam inter imaginem, & vestigiū, quia vestigium repræsentat imperfectè vestigiatū, sed imago repræsentat imaginem perfectè, quia vestigium repræsentat sub ratione speciei, vel in vniuersali, sed imago repræsentat sub ratione indiuidui.

Contra arguit Scotus, si esset tantum vnum animal, nec posset esse animal aliud ad hanc impressio pedis in puluere posset esse vestigium animalis, & nō imago, & tamen repræsentaret singulare. & non aliquid secundum speciem.

Possunt conciliari quicquid dicat Caietanus. ...

QVINTO quærit Doctor. Vtrum in omni creatura sit vestigium Trinitatis.

QVANTVM ad primum articulum: Hic recitatur prima opinio sancti Tho. quæ opinio stat in duobus dictis.

Primum est de descriptione vestigij. & dicit, quòd vestigium in corporibus est impressio derelicta ex transitu alicuius superuacuum (supple in potentia plenum) vel supra plenum: ipsum imperfectè repræsentans: illud supple cuius est vestigium. Et nota, quod vestigium in corporibus non est aliquid impressum super omnino vacuum, nec super omnino durū, nec super omnino fluuidū: sed super materia molli quæ cedit, & impressionē recipit & seruat.

Secundum dictum est, quòd vestigiū repræsentat aliquid tantum sub ratione speciei: imago vero sub ratione indiuidui. Et exempla parent in litera.

¶Ibi. Quantum ad secundum articulum, in quo quæritur de ratione vestigij: siue in quo consistat ratio vestigij Trinitatis.

¶Hic recitatur opinio Henric. quolib. 9. q. 1. & 2. qui dicit, quòd creatura habet triplicem relationem ad Deum, secundùm tres modos relatiuorum, quos ponit Philosophus quinto Metaph. t. c. 20.

Quorum primus fundatur super vnum & multa: vt similitudo super vnū, & dissimilitudo super multa: & equalitas super vnū, & inæqualitas super multa: & quomodo hoc sit, infra exponam dist. 3 ti

Secūdus modus fundatur super actionem, & passionem, siue super potentiam actiuam, & passiuam, vt paternitas, & filiatio: & quomodo hoc intelligatur, vide Doct. in 3 dist. 8. & 10 quolib. q. 13.

Tertius modus fundatur super mensuram & mēsurabile: de quo modo subtiliter vide Doct. in quolib. quæst. 13 Dicit ergo Henr. quòd secundum primum modum creatura dicit relationem exemplati ad suum exemplar: & quoad secundum modum: dicit relationem ad Deum vt causati ad causam: & quo ad tertium modum dicit relationem mensurati ad Deum mensurantem, siue ad Deum, vt finita ad causam finalem. Et sic ratio vestigij Trinitatis in creatura consistit in his tribus respectibus simul: ita quod vnus sine alio non sufficit.

¶Ibi. Sed respectu, cuius est ex parte Dei, id est quid repræsentat vestigium in Deo. Dicit Henric. quòd tantum repræsentat appropriata tribus personis diuinis: quia per primum respectum, scilicet similitudinis repræsentat artem exemplātis, quæ appropriatur filio; per secundum: potentiam producentis quæ appropriatur patri. per tertium: bonitatem finientis quæ appropriatur Spiritui sancto: & sic patet opinio Henr.

¶Ibi. Contra illud, quod dicitur in primo membro. Hic Doct. arguit contra id, quod dicit Tho. vbi supra, scilicet quòd vestigium repræsentat tantum sub ratione speciei: & imago sub ratione indiuidui. Et supponit vnum etiam secundum Tho. quòd imago repræsentat totum immediate, & vestigium repræsentat partem. Si ergo per possibile tantum esset vnus homo in mundo: & à me esset cognitus: si viderem vestigium pedis illius hominis: certum est, quòd tale vestigium non repræsentaret ipsum hominem confuse, id est secundum aliquam rationem communem sibi, & alijs: sed repræsentaret ipsum distincte: & tamen illud vestigium, vel similitudo pedis non diceretur imago: ergo falsum est dicere, quòd illud, quod repræsentat aliquid sub ratione indiuidui est imago eius. Nam ad hoc, quòd dicatur imago, requiritur, quòd repræsentet, vel quòd sit similitudo totius indiuidui, & secundùm omnes partes: patet etiam, quòd non est verum, quòd vestigium tantum repræsentat sub ratione speciei per casum positum, si tantum esset vnus homo &c.

QVANTVM ad hoc. Doct. hic describit vestigium in corporibus, dicens. Vestigium est similitudo illius partis animalis, à qua imprimitur in aliquid sibi cedens: per cuius cognitionem arguitiuè deuenitur in cognitionem totius, id est quòd vestigium est aliquid impressum ab aliqua parte animalis: puta à pede hominis, quod impressum est immediate similitudo illius partis, qua parte cognita faciliter deuenimus in cognitionem totius: nam per illud vestigium cognoscitur immediate, quòd pars imprimens sit pars illius totius: per quam cognitam arguitiuè cognoscatur totum. Si autem impressum esset immediate similitudo totius: tunc non diceretur vestigium, sed imago illius. Et patet litera Doct.

SED aliqualiter dubitatur, quomodo per vestigium cognoscitur vestigiatum: non enim cognitio partis est causa cognitionis totius, cum cognitio totius sit perfectior cognitione partis. Tum etiam, quia vestigium est similitudo partis: sed non potest cognosci similitudo partis: puta hominis, nisi præcognita parte illa: & illa pars non cognoscitur esse pars hominis, nisi præcognoscatur homo: si ergo præcognoscitur homo: ergo per vestigium cognitum non deuenitur in cognitione vestigiati: quia præcognoscitur.

¶Dico, quòd cognitio partis non est causa cognitionis totius: sed parte cognita inclinatur intellectus ad cognoscendum totum, cuius est pars: ita quòd cognitio totius aliunde causatur: sicut cognitio effectus non est causa cognitionis causæ: sed cognito effectu mouetur intellectus ad cognoscēdam causam, & cognitio causæ aliunde causatur, quàm ab effectu: vt supra expositum est quæstio. 1. prolo. Ad aliud concedo, quòd actu non cognoscitur similitudo partis: nisi etiam toto simul cognito, nec etiam actu cognoscitur illud impressum esse similitudinem partis parte non præcognita. Quomodo ergo per vestigium cognoscitur vestigiatum, si illud præcognoscitur: Dico, quòd absolutum vestigij prius cognoscitur in se: & post cognoscitur, quòd est similitudo partis præhabita cognitione partis in se: & quia illa est pars totius habita cognitione partis potest inquisitiue deueniri in cognitionē totius: & hoc modo per vestigium cognoscitur vestigiatū: prius tamen ignotum, & habita cognitione vestigiati: tunc actu potest cognosci tale impressum esse formaliter vestigium talis vestigiati.

¶Ibi. Hoc etiam ad propositum applicando. Hic Docto. improbat opin. Thom. de illa differentia posita inter vestigium, & imaginem: loquendo de vestigio, & imagine Trinitatis: quia nulla creatura re-

distincta f. vnitas, species, & ordo, probatur quia non simpliciter, (sicut sunt accidentia) non repræsentant ista res. & probatur D. Tho. dicit, quod vestigium consistit in ... realiter distincta, ... modo ... secundum ... ordine ... prima ... ita est ... subsistentia ... Dubium. Declaratur.

Quomodo vestigium cognoscitur vestigiatum.

Hic doctor improbat opinionem D. Thom.

ta repræſentat Deum niſi ſecundum cõceptus communes, & non ſecundum conceptum ſpecialem, ſcilicet ſpeciei ſpecialiſſimæ: vt diffuſe oſtenſum eſt ſupra quæſt prima præſentis diſtinctio. Et ſic non eſt differentia creaturæ ad creaturam: puta lapidis ad animam rationalem in repræſentando Deum in ratione communi, & non communi: quia omnis creatura quæcunque ſit illa, tantum repræſentat Deum in conceptu communi.

His improbat opinionem Henr. ¶ Ibi. Quod etiam dicitur in ſecundo membro: Hic improbat opin. Hen. & primo in hoc, quod dicit, quod veſtigium tãtum conſiſtit in relationibus. Et dicit Doct. quòd conſiſtit etiam in aliquo abſoluto, in quo fundatur relatio ſimilitudinis, ſcilicet veſtigij ad veſtigiatum. Hoc probat. Quia veſtigium eſt ſimilitudo veſtigiati ex quo ſupple veſtigio cognoſcitur illud veſtigiatum: & ſic veſtigium poteſt præcognoſci naturaliter illi, cuius eſt veſtigium: ſed relatio non poteſt præcognoſci termino naturaliter: ſi enim veſtigium tantum eſſet relatio, vt dicit Hent. nunquam per veſtigium cognoſceretur veſtigiatum: quia veſtigiatum eſt terminus talis relationis: ſed terminus ſemper prius cognoſcitur relatione, vt dixi ſupra; immo nulla relatio poteſt cognoſci, niſi termino præcognito.

¶ Ibi. Item quod dicitur, quòd illi tres reſpectus pertinent ad illos tres modos relatiuorum. Secundo Doct. improbat Henr. ex hoc, quod dicit, quòd relatio primi, & ſecundi modi fundatur in creatura ad ipſum creatorem. Cum ergo talis relatio ſit mutua: vt patet per Ariſt. quinto Metaphyſ. t. c. 20. ſequeretur, quòd Deus poſſet referri ad creaturam relatione reali, quod eſt impoſſibile, vt tenent communiter Doct. & ſubtiliter probat Doctor. infra. diſtinctio 30.

¶ Ibi. Quod autem adducit de primo modo de ſimilitudine non valet: quia ſimilitudo primi modi eſt ſimilitudo vniuocationis: patet per Ariſt. quinto Metaphyſ cap. ad aliquid. talis enim ſimilitudo propriè fundatur ſuper vnum ſpecie: ſicut dicimus, quòd album eſt ſimile alteri albo: quia vtrunque album participat albedinem in communi: & patet, quòd huiuſmodi ſimilitudo non eſt creaturæ ad Deum: immo ſecundum ipſum non eſt aliqua conuenientia creaturæ ad Deum in aliquo conceptu vniuoco, vt ſupra patuit quæſt. 1 præſentis diſtin. Similitudo ergo exemplati ad exemplar non eſt ſimilitudo vniuocationis (cum exemplar, & exẽplatum non vniuocentur, nedum in aliqua ſpecie ſpecialiſſima, ſed nec in aliquo conceptu etiam communiſſimo) ſed magis exemplati ad exemplar, eſt ſimilitudo imitationis: & per conſequens talis relatio magis pertinet ad tertium modum relatiuorum, ſicut relatio eſt menſurati ad menſuram: exemplar autem habet rationem menſuræ reſpectu exemplati.

QVANTVM ergo ad ſecundum articulum. Hic Doct. determinat, in quibus conſiſtit veſtigium Trinitatis. Et primo dicit, quòd omnis reſpectus creaturæ ad Deum pertinet ad tertium modum relatiuorum: & concluſio debet ſanè intelligi: nõ enim omnis reſpectus creaturæ ad Deum eſt menſurati ad menſuram: vt patet de reſpectu effectus ad cauſam: ſed quantum ad hoc: quia nulla relatio creaturæ ad Deum eſt mutua. Deinde dicit, quòd veſtigiũ *In quibus conſiſtat veſtigium.* conſiſtit in aliquibus abſolutis: & forte in aliquo reſpectu ſicut in tertia ſui parte. Et primo probat de abſolutis per Auguſt. 6. de Trinitate. capit 10. vel 28. Hæc igitur omnia, quę arte diuina facta ſunt, & vnitatem quandam in ſe oſtendunt, & ſpeciem, & ordinem: vnitas autem eſt perfectio abſoluta, ſicut patet per exempla ſua. Vnum inquit aliquid eſt ſicut natura corporum: vnitas enim accipitur pro ipſa entitate. Species etiam, ſiue forma eſt aliquid abſolutum, ſicut patet per exempla ſua ibidem, ſicut ſunt qualitates corporum, & doctrinæ animarum. Ordo autem aliquem reſpectum dicit: ſed non ad finem vltimum, ſed ad operationem: vnde dicit, aliquem ordinem tenent, ſicut ſunt pondera, & amores, aut delectationes animarum: & forte hic ordo accipitur pro reſpectu actus primi ad actum ſecundum: & ſi ordo accipitur pro ipſa operatione vtamur: & huiuſmodi ſatis patebit in quæſt. 1 3. quodlib. quòd licet operatio talis puta intellectio, & volitio includat aliquem reſpectum: non tamen eſt eſſentialiter relatio. Hæc tria ſic ſumpta repræſentant ſub ratione ſimilitudinis tria correſpondentia eis in Deo: quia vnitas ſummam vnitatem primi principij, à quo eſt origo. Species ſummam pulchritudinem, ordo ſeu operatio perfectiſſimam operationem. Nota quòd hic non accipitur propriè ſimilitudo, quæ eſt inter indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ: ſed accipitur ſimilitudo tantum vniuocationis pro quanto, ſcilicet quòd vnitas, quæ eſt formaliter in creatura, & vnitas quæ eſt formaliter in Deo, conueniunt vniuocè in vnitate communi: & hæc ſimilitudo vltra hoc, quòd eſt vniuocationis; habet etiam, quòd illa ſimilia conueniunt vniuocè in conceptu, qui eodem nomine dicitur: & quo ad hoc differt veſtigium hoc modo acceptum à veſtigio ſecundum proportionalitatem: licet enim productum & producens primum ſint vniuocè ſaltem in conceptu entis: & ſic aliqualiter dicantur ſimilia ſummè vniuocationis in conceptu entis: nõ tamen ſunt vniuoca modo ſupradicto, vt patet: & ſic patet litera. Litera ſequens clara eſt. vſque ibi. Sed quomodo accipitur ratio veſtigij in diuinis, quæ ſit ſimilitudo partis, cum in diuinis non ſit pars. Reſpondeo &c. *Quomodo accipiatur ratio veſtigij in diuinis.*

¶ Nota pro intelligentia huius litteræ, quòd in diuinis propriè non eſt numerus: vt declarat Doctor. infra diſtinctio. 24. nec propriè pars, nec quaſi pars conſtitutiua: vt infra patebit à Doct. diſtinc. 5 quæſtio. a. licet poſſit eſſe ibi quaſi pars non integralis, nec eſſentialis, ſed ſubiectiua, vt ſupra dixi in prolog in quæſt. de ſubiecto Theologiæ, quòd tres perſonæ ſunt quaſi partes ſubiectiuæ: tamen vt nos concipimus Trinitatem eſſe quoddam totum non in re: ſed in noſtro intellectu, ſic concipiente: perſona erit ibi pars, vt concipitur in noſtro intellectu. Et nota, quòd per rationem veſtigij non deuenimus in cognitionem perſonarum quo ad eorum propria: ſed tantum quo ad propriata: & quia vnum, verum, bonum ſunt in qualibet creatura: & hæc ſunt appropriabilia tribus perſonis: & ſi actu iſta tria quæ complent rationem veſtigij, appropriẽtur illi perſonæ: adhuc in intellectu noſtro erit ibi perſona vt pars: ſi etiam ex natura ſua ſint appropriabilia: licet non actu approprientur: adhuc erit ibi pars: & ſic veſtigium dicitur repræſentare partem inquantum eſt appropriabile illi perſonæ: & ipſa perſona cognita, cognoſcimus totum, id eſt ipſam Trinitatem. *In diuinis non eſt proprie numerus.* *Quid cognoſcimus de Deo per rationem veſtigij.*

¶ Nunc expono iſtam literam, vt Trinitas eſt quaſi quoddam totum numerale ſaltem in conceptu intellectus noſtri: quia in intellectu noſtro poſſunt eſſe tres conceptus diſtincti realiter reſpectu trium, perſonarum: perſona eſt ibi quaſi pars huius totius non accepta in ſe, ſed prout concipitur in intellectu noſtro: ita etiam appropriatum perſonæ inquãtum appropriatum eſt ibi quaſi pars eiuſdem: quia accipitur pro illo cui appropriatur. i. quòd ſpecies, vnitas, & ordo: vel vnum, verum, & bonum: vt actu ap- *Expoſitio literæ.*

appropriantur: puta filio in qoo est summa vnitas: qu a principium omnis creaturæ: & summa pulchritudo: & perfectissima operatio, vt patet: & similiter summa bonitas: summa vnitas: summa veritas: ista vt actu appropriantur filio per intellectum nostrum dicuntur pars: quia filius cui appropriantur, dicitur pars hoc modo prædicto. Sequitur. Nec tantum hoc: sed etiam appropriabile &c. id est licet vnitas, veritas, & bonitas non actu approprientur vni personæ: quia tamen sunt appropriabilia vni personæ, puta patri, vel filio: adhuc ista appropriabilia vni personæ, sunt ibi quasi pars: quia & illa persona cui sunt appropriabilia, habet rationem quasi partis: & hoc est quod dicit: quia eius ratio, scilicet appropriabilis vt est, & vt concipitur: complete saluatur in vna persona, id est quòd vnitas, veritas, & bonitas, vel species vnitas, & ordo: vt concipiuntur, vt appropriabilia possunt complete saluari in vna persona; & per consequens ratio eius, scilicet attributi appropriabilis, non ponit Trinitatem: cum ex se sit appropriabile vni personæ: sed ponit concomitanter vnitatem alicuius personæ: in quo sit, vel cuius sit appropriabile. Sequitur. Licet igitur creatura communiter non repræsentet, nec personam vt persona: quæ est in intellectu nostro quasi pars Trinitatis: vt pater, nec appropriatum vt appropriatum: quia appropriatum vt appropriatum alicui personæ non potest cognosci nisi præcognoscatur illa persona, cui approprietur. Sufficit ergo, quòd creatura, quæ dicitur vestigium Trinitatis, repræsentet ipsa attributa, vt sunt appropriabilia vni personæ; & sic illa appropriabilia: vt huiusmodi dicuntur quasi pars: quia & persona cui sunt appropriabilia, habet rationem quasi partis, respectu totius Trinitatis, modo præexposito: & sic patet expositio literæ.

QVANTVM ad tertium articulum, in quo videndum est: in quibus fundatur respectus vestigij, siue creaturæ ad Deum, siue econuerso, cui dicitur vestigium. Hic Docto. Primo ponit opinio. Henr. Secundo ipsam improbat. Et tertio respondet ad articulum. Quantum ad primum, ibi. Dicitur secundùm Boe. de ebdomada diuersum est esse: & id quod est, & illud quo aliquid est, dicitur ratitudo eius: quo autem ipsum est, vt est dicitur aliquitas eius.

Hen. quol. 3. q. 9. & quol. 5. q. 2. & quol 4. q. 7. & 8 & quolib. 2. q. 3.

§ Pro intelligentia huius literæ ponit Henr. quatuor. Primum ibi. Diuersum est esse: & accipitur ibi esse pro omni imaginabili. Secundum ibi. Et id quod est, id est illud quod actu, vel aptitudine existit: illud vero quod includit contradictionem ad esse, dicitur figmentum. Tertium ibi. Illud quo aliquid est, id est illud quo aliquid est ens possibile, dicitur ratitudo eius. Quartum ibi. Quo autem ipsum est quod est, id est illud quo mediante aliquid actu existit, dicitur aliquitas eius, quæ aliquitas est ipsa aptitudinalis, vel actualis existentia, quæ ens actu existit, vel aptum est existere. Et nota secundùm istum, quòd respectus vestigialis est illa triplex relatio creaturæ ad Deum, scilicet relatio producti ad producens: relatio exemplati ad exemplari & relatio finiti ad vltimum finem. Et hæc triplex relatio in creatura est quiditas rei, & non fundatur in ipsa ratitudine: quia ille triplex respectus, & est quiditas rei, & ratitudo eius, idest, est illud quo formaliter entitas creata est quiditas possibilis. Et cum dicitur humanitas, est tantum humanitas: ergo ratio humanitatis, id est humanitas inquantum humanitas, non est res rata, id est quòd de se non est rata, vel ens possibile: sed aliquo alio extra rationem formalem humanitatis: quia erit rata ab illo respectu vestigiali: quia ille respectus vestigialis, dicitur quiditas, inquantum exemplatus ab idea diuina.

Triplex est relatio creaturæ ad Deũ

§ Et pro clariori intelligentia, nota quod ens ratum dicitur illud, vel quod actu existit præter opus intellectus: vel quod est aptum natum existere.

Quid sit ens ratum.

Secundo nota, quòd aliquitas, scilicet existentia aptitudinalis qua ens ratum, siue ens possibile existens dicitur tali existentia existens: vel accipitur aliquitas pro existentia actuali, qua ens ratum, idest actu existens dicitur existere actu: vel aliquitas accipitur pro existentia aptitudinali, vel actuali.

Tertio nota, quòd ratitudo nihil aliud est, nisi quiditas constituens aliquid in vero esse: vel actuali, vel aptitudinali. Exemplum: homo vt est aptus existere, dicitur verum ens ratum: quia sibi non repugnat existere: & respectus vestigialis: de quo supra est quiditas, siue ratitudo hominis constituens ipsum in tali esse vero, vel rato: existentia vero hominis aptitudinalis dicitur aliqoitas eius.

§ Dicit ergo Henr. quòd diuersum est esse: & id quod est: accipit ibi esse pro ente imaginabili: quod est commune enti, & non enti: & id quod est: accipit pro ente possibili existere, vel pro actu existente: & ratitudinem accipit pro quiditate dante tale esse possibile: & aliquitatem accipit pro existentia aptitudinali, vel actuali.

Henrici op.

§ Dicit ergo, quòd ratitudo ipsa, siue quiditas, siue respectus vestigialis, quæ idem important secundùm ipsum non fundatur in quiditate: quia idem fundaretur in seipso: sed fundatur in aliquitate, scilicet in existentia aptitudinali, vel actuali ipsius creaturæ.

§ Et nota, quòd talis respectus vestigialis in qualibet creatura dicit participationem passiuam entis imparticipati secundùm triplicem relationem, scilicet creaturæ vt productæ ad ipsum Deum vt producentem: & exemplatæ ad ipsum exemplar: & finitæ ad vltimum finem. Ista triplex relatio dicitur ratitudo, siue quiditas cuiuslibet entis creati dans cuilibet esse ratum, scilicet esse verum ens. Et hanc positionem probat Henr. sic: videlicet, quòd quælibet creatura dicatur ens ratum, siue ens verum ab ipsa ratitudine: siue ab ipsa participatione passiua entis imparticipati. Quia humanitas est tantum humanitas: ergo ratio homanitatis non est res rata, id est humanitas in se sumpta formaliter, non dicitur verum ens ratum, nisi inquantum est ens participatum modo prædicto: ergo participatio passiua: quæ est esse rationem formalem humanitatis erit ratitudo, siue quiditas humanitatis, vt entis rati. Item adducit alia argumenta: quæ post exponentur respondendo ad illum.

CONTRA ISTA. Docto. hic arguit contra positionem Henr. & principalis intentio est probare, quomodo respectus vestigialis non dicatur quiditas rei creatæ: & antequam hoc probet, præmittit vnam distinctionem de realitate: nam aliquando accipitur res à reor reris, & dicitur realitas opinabilis quæ est communis secundùm Henri. figmento, & non figmento.

Cõtra Henri

Res dicitur à reor reris

Secundo pro re dicta à ratitudine, quę secundùm ipsum Henri. dicitur realitas quiditatiue: quia ponit rem quiditatiuam esse ratam per hoc, quod est exemplata: quod non conuenit figmentis: vltra istas realitates non restat nisi realitas existentiæ actualis. Habemus ergo tria per ordinem, scilicet realitatem opinabilem: quiditatiuam: & existentiæ. Hac distinctione præmissa arguit Doct. contra positionem Henr.

¶Ibi. Quæro tunc quid intelligit per aliquitatem. Et vt hæc ratio Doct. clarius intelligatur, formetur ſic diuiſiue: quia dicit Henr. quòd ratitudo fundatur in aliquitate dans ſimpliciter eſſe ratum.

Prima ratio, contra Hen.

Contra: aut aliquitas accipitur pro ente communi enti, & non enti: aut pro entitate quiditatiua: aut pro entitate exiſtentiæ actualis, vel aptitudinalis. Similiter ratitudo, aut accipitur conformiter iſtis tribus modis. Si primo modo accipitur aliquitas, & ratitudo: cum tale ens de ſe ſit nihil: iſta duo de ſe erunt nihil. Si verò aliquitas accipiatur primo modo: & ratitudo ſecundo modo: tunc ratitudo fundabitur in ente, quod de ſe eſt nihil: & quod fundabitur in illo, quod de ſe eſt nihil, nihil eſt: quia quod non eſt à ſe aliquid: ſiue in ſe aliquid: nec ad aliud erit: & ſic ratitudo, & aliquitas erunt duo nihila. Si vero iſta duo accipiantur ſecundo modo, ſcilicet pro entitate quiditatiua: tunc ratitudinem fundari in aliquitate, nihil aliud erit, niſi quiditatē fundari in quiditate: & ſic idem fundari in ſeipſo, quod non eſt intelligibile. Si verò aliquitas accipiatur tertio modo, ſcilicet pro exiſtentia actuali: & ratitudo ſecundo modo: hoc eſt contra Henr. qui ante actualem exiſtentiam ponit ens ratum, quod eſt ens poſſibile: & ſic ratitudo fundatur in illo. Si verò accipiatur aliquitas pro exiſtentia aptitudinali: & ratitudo ſecundo modo: tunc per hoc argumentum non concluditur contra Hen. quia ipſe diceret, quòd ipſa ratitudo fundatur in ipſa aliquitate poſſibili dans ſibi tale eſſe poſſibile: ſed bene alia argumenta, quæ ſequuntur, concludunt contra ipſum. Si vero accipiatur aliquitas tertio modo: & ratitudo tertio modo: nihil aliud eſt, niſi exiſtētiam fundari in exiſtentia: quod eſt abſurdum. & ſic patet iſta ratio Doct.

Aliquitas. eſt quid commune alicui & nihilo.

¶Ibi. Si dicas, quòd aliquitas, quæ eſt realitas opinabilis, eſt quid commune alicui, & nihilo: ſed alia eſt aliquitas, quæ eſt propria figmentis: & alia, quæ eſt propria rei poſſibilis eſſe: ex qua componitur res habens aliquitatem, & ex ipſo eſſe, ſicut ex ratitudine ſua. Contra. Hoc eſt dicere, quòd duplex eſt aliquitas: alia alicuius, & nihili: & alia alicuius tantum: ſicut ſi diceretur, quòd duplex eſt albedo: alia albi, & nigri: & alia albi tantum, quod eſt abſurdum.

¶Ibi. Et præterea de illa aliquitate. Hæc litera clara eſt.

Secunda ratio.

¶Ibi. Præterea ſecundo ſic. Humanitas aut habet in ſe conceptum, cui non repugnat aliquid ſubeſſe in effectu: aut cui repugnat de ſe aliquid ſubeſſe in effectu: aut cui de ſe aliquid ſubeſt in effectu, id eſt aut humanitati non repugnat exiſtentia actualis: aut ſibi repugnat: aut tertio eſt id cui de ſe aliquid ſubeſt in effectu, id eſt quod de ſe, & ex ſemetipſa eſt actu exiſtens.

Si detur primus modus: habetur intentum: quia illud eſt verum ens ratum, cui de ſe non repugnat actualis exiſtentia: & ſic cum humanitas inquantum humanitas ſit verum ens abſolutum: & vt ſic ſibi nō repugnat actualis exiſtentia: ergo ratitudo accepta pro reſpectu veſtigiali non conſtituit humanitatem in eſſe rato: quia tunc reſpectiuum eſſet de quiditate abſoluta: quod eſt falſum.

Si detur ſecundus modus: ergo actualis exiſtentia, nunquam poterit an eſſe humanitati: patet quia ſi. a. repugnat, b. abſolute per nihil adueniēs ipſi. b. a. non poterit conuenire. b. ſicut rudibile repugnat abſolute homini: ergo per nihil adueniens homini poterit ſibi conuenire: ſequitur ergo, quòd cum humanitati abſolute ſumptæ non repugnat actualis exiſtentia: ergo humanitas inquantum eſt poſſibilis exiſtere erit verum ens ratum: & vt ſic tantùm abſoluta includit: ergo reſpectus veſtigialis non erit ratitudo humanitatis.

Si detur tertius modus: hoc eſt impoſſibile: quia tunc eſſet entitas omnino independens.

Tertia ratio.

¶Ibi. Præterea Philoſophus 4. Metaph. Pro intelligentia huius literæ: nota quòd aliquid eſſe ad aliud, contingit dupliciter.

t.c.26. & 27 Eſſe ad aliud quiditatiue, & denominatiuè.

Primo quiditatiue, & eſſentialiter: & ſic omnis relatio in ſe ſumpta eſt ad aliquid eſſentialiter, id eſt quòd in ſuo conceptu quiditatiue includit eſſe ad aliud.

Secundo denominatiue: & ſic omne ens in quo fundatur aliqua relatio dicitur ad aliud denominatiue: quia per relationem fundatam. Sed omnia entia eſſe ad aliud primo modo: ſiue quiditatiue, id eſt omnia entia eſſe tantùm relationes, eſt inconueniens per Philoſophum quarto metaphyſicorum vbi ſupra, quia ſi omnia apparentia eſſent vera, id eſt ſi omnia entia eſſent ſola apparentia: quæ apparentia eſt quiditatiue relatio: tunc omnia entia eſſent quiditatiue ad aliquid. Nec valet dicere, quòd erant ad aliud ad opinionem, & ſenſum: quia in argumento ducente ad impoſſibile, conclusio debet æque, vel magis eſſe impoſſibilis, ſicut præmiſſa, ex qua deducitur talis concluſio: vt patet in primo Priorum. Si ergo omnia apparentia eſſent vera quo ad ſenſum, & opinionem, id eſt quòd ſenſus & opinio iudicaret omnia apparentia eſſe vera: & ſic omnia apparentia eſſe ad aliud, id eſt quòd ſi ſenſus iudicaret aliquid apparens hominem eſſe verum hominem: & ſic ſi iudicaret apparens aliquid eſſe ad aliud: ita quòd illud, quod apparet eſſe ad aliud iudicaret vere eſſe ad aliud: tunc talis concluſio, ſcilicet eſſe ad aliud modo præexpoſito, non differt à præmiſſa, ſcilicet quòd apparet eſſe hominem &c. ergo ſi concluſio debet eſſe magis impoſſibilis: oportet quòd intelligatur ſimpliciter, & abſolute: & quo ad intellectum, id eſt ſi antiqui quo ad intellectum dicebant omnia apparentia eſſe vera, id eſt quòd omnia entia ſimpliciter, & abſolute erant tantum apparentia: ergo ſequitur ſimpliciter, & abſolute, quòd omnia entia eſſent ad aliquid quiditatiue, quod eſt inconueniens: & ſic hæc concluſio eſt magis impoſſibilis, vel ſaltem erit impoſſibilis, ſicut præmiſſa ex qua ſequitur: & ſic patet iſta litera.

Quarta ratio.

¶Ibi. Præterea quarto ſic. Pro intelligentia huius literæ eſt ſciendum, quòd habere quid rei poteſt tripliciter contingere.

Habere quid rei contingit tripliciter.

Primo habere veram diffinitionem: ſicut homo diffinitur per animal rationale.

Secundo habere tantum aliquod prædicatum dictum in quid: vt rationale eſt ens quiditatiuè: & tamen non poteſt propriè diffiniri, ſcilicet per genus, & differentiam.

Tertio pro entitate dicente in ſe quid: & ſic, ens, inquantum ens, eſt entitas in ſe quiditatiue: quia poteſt prædicari in quid de inferioribus. Poteſt addi quartus modus, ſcilicet pro ente, quod nec diffinitur, nec habet prædicatum dictum in quid; nec eſt quid: tamen eſt idem realiter alicui exiſtenti habenti entitatem: vt patet de paſſionibus entis: & fortè de vltimis differentijs. Omnia ſupradicta, quæ poſſunt habere quid rei aliquo modo præexpoſito: poſſunt habere quid nominis: non tamen econtra: illa verò, quæ tantum habent quid nominis: & nullo modo quid rei, ſunt tantum fictitia. Dicit ergo Doct. humanitas, inquantum humanitas: aut habet tantum quid nominis. i. quòd tãtum ſit ens fictitium, vel chimericum:

& patet litera. Et nota in ista litera quomodo figmenta non possunt diffiniri diffinitione propriè dicta: puta diffinitione per genus, & differentiam: quia in diffinitione vna pars non repugnat alteri: modo figmentum est compositum ex partibus incompossibilibus, siuè adinuicem repugnantibus.

Figmentum non potest definiri.

SECVNDO contra opinionem arguitur ex dictis eius. Et primo inducit ad hoc, quòd respectus vestigialis non sit ratitudo entis rati: quia per ipsum ens ratum est actiuum sua ratitudine: probatur ista. Quia omne actiuum, inquantum est huiusmodi est in actu: sed ens ratum dicitur esse in actu per ratitudinem, vt ipse dicit: sed certum est apud ipsum: quòd nulla relatio est alicui principium formale agendi: cum ergo respectus vestigialis sit tantum relatio: sequitur quòd non erit ratitudo alicuius.

¶Ibi. Item secundum ipsum. Nulla creatura inquantum rata: siue inquantum participata differt specie ab illo, quod est Deus: & tamen secundum omnes, esse quod est Deus, est absolutum. si ergo ratitudo ipsa est tantum relatio, & relatio differt specie ab absoluto: vt patet: & sic creatura inquantum rata, differret specie à Deo, & non differret specie.

¶Ibi. Item secundum ipsum. ens rationis participat ens ratum. Hæc ratio sic debet intelligi: quia ens rationis fundatur in ente rato, id est in ente possibili existere, vel actu existente: & ideo inquantum fundatur, ibi dicitur participare ens ratum: non tamen ens rationis dicitur formaliter, & quiditatiuè ens ratum à tali participatione, cum sit posterior ipso ente rationis. prius enim intelligitur ens rationis in se suo modo habere esse, quàm intelligatur fundari in alio: igitur in propósito, licet creatura dicatur ens participatum ab ipso ente imparticipato: non tamen formaliter, & quiditatiuè dicitur esse verum ens ratum tali participatione passiua: immo prius intelligitur in se esse verum ens, siue ratum, quàm intelligatur sub tali respectu, scilicet participatione passiua.

QVANTVM ad istum articulum. Hic Doctor. ponit opinionem propriam. Et sententia Doctor. est, quòd nulla relatio potest esse ratitudo alicuius entis absoluti: & probatio clara est in littera. aliqualiter tamen expono literam. Nullus respectus est ratitudo: siuè id, quo aliquid est firmum ens, vel verum ens, vel certum ens: quæ omnia important idem. Sequitur: quia omnis respectus aliquid habet in quo fundatur, quod secundum se non est ad aliud. Hoc debet intelligi de fundamento remoto: quia etiam relatio potest immediatè fundari in alia relatione: vt proportionalitas fundatur in duabus proportionibus: & hoc patet expressè à Doctor. in multis locis. Debet ergo intelligi de fundamento remoto: quia omne, quod relatiuè dicitur, est aliquid excepta relatione per Augustin. 7. de Trinit. & exposuit dictum Augustinum, vt supra distinctio. prima, quæstione secunda. Intelligit etiam Doctor. de ente absoluto, quod non sit ratum aliqua relatione: multæ enim relationes sunt vera entia realia. & realiter distincta à suis fundamentis: vt probat Doctor. in secunda distinctione prima. & per consequens rata ratitudine pertinente ad genus relationis. Si verò accipiatur ipsa ratitudo pro participatione passiua: patet, quòd relatio realis non erit rata participatione passiua aliqua relatione, qua dicatur ens participatum: cum talis relatio entis participati præsupponat ens, tanquam fundamentum illius participationis passiuè. Sequitur. Et in illo priori in quo, scilicet fundamentum relationis est essentialiter ens ad se, loquendo de fundamento absoluto, si non est essentialiter ens certum: aut ens firmum, id est si in illo priori quo est ens absolutum, non est essentialiter ens certum, aut ens firmum, non erit capax alicuius respectus, per quem fiat ens ratum: & probat, quia ens non ratum si fiat ratum: aut fiet ratum ex se, quod est impossibile: quia tunc esset ex se necesse esse: vt supra patuit distinctione secunda, quæstione prima aut ab aliquo causante fiet ratum: & si hoc prius: naturaliter absolutum aliquod potest terminare illam causationem, quàm respectus: quia formalis ratio cuiuslibet termini primi producti non est necessariò respectus: prius enim causa attingit aliquod absolutum, tanquam effectum: quo absoluto producto, statim ex natura rei oritur relatio producti ad producens, & econtra: loquendo de omni producente creato: & de hoc prolixius patebit in secundo. distinctio. 1.

Nullus respectus est ratitudo.

SED OCCVRRIT dubium in hoc, quod dicit, quòd causatio causæ prius terminatur ad absolutum in effectu, quàm ad respectum. Instatur primo, quia tunc relatio esset in aliquo priori in quo non esset terminus: patet quia causatio est relatio: & causa quando causat adhuc est prior natura effectu: vt patet præsenti quæstione, & in secundo. distinctione prima, quæstione secunda. Tum etiam, quia relatio causæ ad effectum est simul natura cum relatione effectus ad causam: immo videtur, quòd relatio effectus ad causam sit quasi prior natura: licet verè non sit prior: & hoc patet à Docto. in secundo, vbi supra: ergo causatio causæ non videtur prius terminari ad absolutum effectus: quia in eodem instanti, quo ponitur, ponitur terminus eius. Tertio, si enim ponitur prius absolutum effectus, quàm respectus ad causam primam. Quæro in illo priori: an tale absolutum sit verè causatum: aut non causatum. Si primo, ergo includit respectum causati, siue respectum dependentis. Si secundo, ergo erit incausatum, & independens: quod est falsum. Quartò patet, quia in Deo est vera generatio: & tamen illa non prius terminatur ab absolutum, quàm ad relatiuum: ergo videtur idem concedendum esse in creaturis.

Primum dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

¶Respondeo ad primum, cum dicitur, quòd causatio est relatio: falsum est. nam quando causa causat, nihil aliud facit, nisi quòd effectum, quem habet in virtute sua ponit in esse: non est intelligendum, quòd quando causa causat, quòd sit aliqua relatio media inter ipsa, & causatum prior ipso causato: sed tantum absolutum in causa ponit effectum absolutè: quo posito oritur relatio causati ad causam: & causæ ad causatum: si talis causa non est Deus, qui non refertur realiter ad creaturam. Et quando communiter dicitur, quòd generatio terminatur ad genitum: & quòd est via in naturam, & huiusmodi: debet sane intelligi. Si accipitur generatio formaliter pro relatione: illa verè terminatur ad absolutum geniti: ita quòd est posterior tali absoluto. Si verò generatio accipitur, vt prior genito: tunc generatio formaliter nihil est in se aliud à causa generante: sed est præcisè ipsum absolutum causæ. pro quanto ponit genitum in esse.

Responsio ad primum.

¶Ad secundum concedo totum: loquendo de causatione: quæ est formaliter relatio: sed loquendo de causatione, quæ nihil aliud dicit, nisi causam

Ad secundum.

sam ponere effectum in esse : est falsum, quòd talis causatio sit posterior : immo est prior natura. Et cum dicitur, quòd talis causatio terminatur ad absolutum. Dico, quòd illud terminari non est relationis ad terminum: sed præcisè est ponere absolutum effectus in aliquo priori: in quo non intelligitur respectus effectus ad causam.

Ad tertiū. ¶Ad tertium dico breuiter, quòd tale absolutum in illo priori est fundamentaliter causatum, siue fundamentaliter dependens pro quanto, scilicet in illo priori est fundamentum receptiuum respectus.

Ad quartū. ¶Ad quartum dico, quòd Doct. intelligit de genito: quod est ens ad se: modo persona in diuinis est formaliter relatiua: tenendo, quòd constituatur in esse personali per relationes: vt infra patebit distinctio. 26. quid sit tenendum. an per absoluta : an per relationes.

AD rationes pro opinione posita. Hic Doct. intendit soluere rationes Henr.

¶Ad illud Aui. de humanitate. Pro Intelligentia huius responsionis est notandum, quòd si ratitudo accipiatur pro realitate quiditatiuè : tunc humanitas erit rata aliqua ratitudine: quia realitatibus pertinentibus ad esse quiditatiuum humanitatis : & sic humanitas nunquam excludit prædicata essentialia: sed includit. cum humanitas inquantum humanitas sit talis per sua prædicata essentialia; omnia verò posteriora excludit: sic intelligendo, quòd quando humanitas præcisè consideratur, vt humanitas tantum includit illa, quæ pertinent ad esse ipsius; & vt sic nō includit illa, quæ nō sunt de essentia eius: vt sunt omnes passiones entis : & etiam passiones propriæ humanitatis: sed de hoc vide Doct. in 2. dist. 3. & sic patet solutio primi argumenti Henr.

¶Secundo principaliter arguit Henr. ibi. Quicquid includitur in per se intellectu alicuius inquantum tale: est illud, quo ipsum formaliter est tale. Sed respectus vestigialis includitur in ratione entis rati : patet quia dicitur ens ratum inquantum participat ipsum esse. si enim non participaret, sed esset de se esse: tunc esset absolutè necesse esse.

¶Respondet Docto. Ibi. Ad secundum. tam maior est falsa, quàm minor: quòd maior sit falsa : patet, quia animal includitur in per se conceptu hominis : & tamen non est id, quo formaliter est homo. oportet ergo addere, quòd includitur in intellectu alicuius, tanquam vltimum eius : nam homo est formaliter homo per rationale: quia est vltimum quod includitur in intellectu hominis, tanquam vltimum eius. Et tunc minor est falsa, & maior probationis minoris, quæ est ista. Cui conuenit esse, & non ex se est ens ratum participando ipsum esse, vel inquantum participat ipsum esse. Primo dicit, quod si per ly inquantum : intelligatur reduplicari aliquid per se primo modo : est falsa. Et sensus est. Creatura inquantum participat ipsum esse, est ens ratum, id est quòd participare esse, siue participatio passiua est ratio formalis, & quiditatiua. Quare creatura dicatur ens ratum. sicut dicimus, quod homo inquantum rationalis est homo, id est quòd rationalitas est ratio formalis, & quiditatiua, quod homo dicatur homo. Sequitur. Vel si accipiatur in maiori participando gerundiuum : & prout exponitur per quia: vt puta, cum dicitur creatura non est ens ratum, nisi participando ipsum esse: illud gerundiuum, quod est participando : exponitur per ly quia. & sensus est. Creatura est ens ratum : quia participat ipsum esse: & tūc distinguitur de ly quia: quia aut dicit casualitatem pertinentem ad primum modum per se: tunc est falsa: quia cum dicitur creatura est ens ratum : quia participat ipsum esse. sensus est, quòd participare ipsum esse est ratio formalis, & quiditatiua, quare creatura dicatur ens ratum. Sequitur. Si autem intelligatur per ly inquantum: causalitas, quæ pertinet ad secundum modum per se: qualis est in subiecto respectu propriæ passionis. sicut cum dicimus homo, inquantum rationalis est risibilis: & sic concedit, quòd creatura, inquantum creatura participat esse: quia creatura est causa: quare hoc prædicatum, scilicet participare esse insit ipsi creaturæ. Sequitur. Non tamen est propriè vera, è conuerso, scilicet quòd inquantum participat esse, est tale ens: sicut hic licet sit propria. homo inquantum homo est risibilis: ista tamen est impropria. homo inquantum risibilis est homo. Sic in proposito hæc est propria. lapis inquātum tale ens: puta inquantum ens creatum participat esse: quia ly inquantum non tantum stat specificatiuè: sed etiam stat reduplicatiuè. ista autem est impropria. lapis inquantum participat esse est tale ens: quia ly inquantum non potest stare reduplicatiuè: licet forte specificatiuè.

Creatura ... sit ens ratum.

In quantum potest accipi duobus modis. ¶Ibi. Exemplum. Hæc est falsa propriè loquendo: homo inquantum risibilis est homo. si tamen ly inquantum accipiatur reduplicatiuè: quia sensus esset. risibilitas est præcisè causa, quare homo sit homo. Si verò ly inquantum accipiatur specificatiuè, vt scilicet tantum reduplicat rationem formalem risibilitatis : & ipsa risibilitas reduplicata non sit causa inhærentiæ prædicati ad subiectum : vt supra exposui distinctio. prima, quæstione secunda. Et sensus est, quando accipitur specificatiuè tantum : quòd hoc prædicatum homo conuenit homini sumpto sub risibilitate. Et patet littera vsque ibi. Tunc intelligo sic. Nam in primo instanti naturæ est ens, quod est ipsum esse, siuè ex se esse, quod est Deus. In secundo instanti lapis est ens ratum absolutè: quia vt dixi supra prius causa attingit effectum in se absolutum : & post consequitur relatio : & sic in illo priori, quo lapis est lapis non intelligitur, nec vt participans, nec non participans: quia in illo priori tantum competunt sibi prædicata essentialia : sicut cum dicimus, quòd in illo priori, in quo homo est homo, non est risibilis, nec non risibilis : quia risibile, & non risibile sunt tantum prædicata posteriora. In tertio verò instanti est ipsa participatio, & respectus quidam consequens ad ipsum lapidem : sicut dicimus de causa, & effectu : quòd causa etiam, quando causat est prior natura effectu: & in secundo instanti naturæ intelligitur effectus in se absolutè : & in tertio instanti consequitur relatio effectus ad causam.

Nota h.c de tribus instantibus.

¶Deinde arguit Henric. ibi. Secundo sic. Ista ratio potest sic formari. Illud, sine quo creatura non potest quiditatiue, & vltimatè cognosci, est quiditas eius, siue ratitudo. Sed sine participatione passiua (modo præexposito) creatura non potest perfectè, & vltimatè quiditatiuè cognosci. ergo talis participatio passiua, quæ consistit in respectu vestigiali erit quiditas illius. Minor patet per Boe. de ebdo. Quia si paulisper amoueas primum bonum, idest si non consideres illud: tunc creaturæ in eo, quòd sunt, non erunt bona, id est quòd si non cognosco eas, inquantum sunt participatæ à primo bono imparticipato: implicat posse cognoscere eas quiditatiuè.

¶Respondetur à Doctor. ibi. Ad argumentum de primo physicor. t. c primi. Dicit Doctor. Primo, quòd non sequitur. relatio est prior cognitione causati cogniti per causam. ergo talis relatio est de essentia causati ? non sequitur. sic in proposito : posito enim, quòd participatio passiua sit prior cognitione entis participati : non tamen sequitur, quòd sit de essentia illius. Aliud est enim

cognoscere aliquid perfectè quiditatiuè, secundùm quòd includit omnia prædicata essentialia: & aliud est ipsum perfectè cognoscere, secundùm omnem causam extrinsecam. primo modo lapis potest perfectè cognosci, sine quocunque respectu ad causam extrinsecam: sed secundo modo non potest perfectè cognosci, nisi cognoscatur inquantum includit relationem ad quamlibet per se causam: & cognitio secundo modo nō dicitur pertinere ad cognitionem quiditatiuam lapidis.

¶Ibi. Ad Aug. patet litera. ¶Ibi. Ad Boe. dicēdum est. Dicit Doct. quòd esse creaturæ: puta lapidis potest in se absolute considerari: & sine omni respectu ad Deum: & si potest considerari sine tali respectu. sequitur, quòd ille respectus non erit de quiditate lapidis: & sic subtracto Deo per intellectum: poterit lapis absolutè considerari quantum ad suum esse quiditatiuum, Deo non considerato: & si respectus lapidis ad Deum esset de quiditate lapidis: tunc esset implicatio contradictionis, cognoscere lapidē, non cognito Deo: quia respectus non potest cognosci, termino non præcognito: vt supra exposui. Et quod dicit de bonitate apud Boe. accipitur illa bonitas non pro absoluta bonitate lapidis: sed pro quodam influxu Dei, siue pro quadam efficientia bonitatis creatæ à Deo: & sic si intelligitur lapis in se sine isto respectu: quod est creari, siue effici à Deo: tunc lapis non est bonus: illo modo capiendo bonitatē: quia vt sic nō intelligitur sub isto respectu, quod est creari, vel effici: quod creari est bonitas isto modo: esset tamen bona bonitate absoluta: & patet litera.

Bonitas duplex.

AD PRIMVM argumentum principale. Dico, quòd per vestigium distinctè inuestigatur illud, cuius est imago: siue similitudo, scilicet pars totius: & patet ista littera ex his, quæ dixi supra quomodo vestigium repræsentat attributum inquantum appropriabile, &c. Nota tamen, quòd per vestigium absolutè sumptum non naturaliter inuestigatur ipsa Trinitas, etiam eo modo quo exposui. supra de imagine Trinitatis. Si verò cognosceretur vestigiū sub illa relatione, qua refertur ad vestigiatum: tunc posset cognosci Trinitas: sed talis relatio vestigij ad vestigiatum non posset cognosci, non præcognito vestigiato: vt patet à Doc. in simili de imagine. supra præsenti. d. q. 1. & diffusè in quol. q. 1. Et multa bona vide ibi.

¶Ibi. Ad secūdum dico. Patet ista litera: & clarius patebit. ĩ. præsenti d. q. vlt. & in 2. d. 16. Et quod dicit, quòd quælibet essentia creata, inquantum talis essentia creata, repræsentat Deum, sub ratione vestigij. Difficultas esset de relationibus. Posset breuiter dici, quòd nulla relatio est creata à Deo, cum in ad aliquid non sit motus. Posset secundo dici: quòd, & si relatio non sit vestigium Trinitatis, quantum ad omnem assignationem: quia secundùm istam assignationem, quæ est vnitas species, & ordo: tamen posset dici vestigium, quantum ad istam assignationem: quod est vnum, verum, & bonum: & fortè quantum ad aliquam aliam assignationem positam à Doctor. Ratio vltima cum sua responsione clara est in littera.

Aduerte hanc obiectionem de relationib⁹.

Primum dubium.

DVBITATVR in hoc, quod dicit: quòd per vestigium distinctè inuestigatur id cuius est imago. Tum: quia vnum, verum, bonum, ponitur imago respectu istorum appropriabilium, scilicet summi boni, veri, &c. sed illa non sunt appropriabilia, nisi vt formaliter infinita: sed talia a nobis non possunt distinctè concipi. Non enim via naturali possum distinctè concipere bonitatem infinitam: licet enim possim concipere, quod aliqua bonitas est formaliter infinita: non tamen illam possum distinctè concipere in se. ergo.

Secundum.

¶Tum: quia si per vestigium distinctè possum inuestigare id, cuius est imago: quia est similitudo illius. ergo per imaginem Trinitatis, qualis est in nobis: possum distinctè concipere Trinitatem, cuius est imago. consequens est falsum: & contra Doct. in primo distinctione prima, & in quolib. quæstione decimaquarta, consequentia patet: quia ex hoc distinctè potest concipi pars: cuius vestigium est imago ex hoc, quòd est imago eius: ita, quòd esse imaginem eius est ratio distinctè inuestigandi: sicut in proposito de imagine in nobis.

Tertium.

¶Tum: quia quærò à quo potest causari distincta cognitio: puta boni infiniti: non à bono creato: quia tunc contineret illud virtualiter: vt patet à Doctor. in simili in primo. distinctione præsenti. quæstione prima, & distinctione octaua, quæstione prima, & in secundo. distinctione tertia, & in quolib. quæstione decimaquarta, articulo secundo, nec etiam potest ab aliqua alia creatura causari propter causam dictam, s. quia contineret illud virtualiter: modo nulla creatura potest virtualiter continere bonum infinitum, vt patet.

Quartum.

¶Tum: quia videtur sibi contradicere: ponendo, quòd per vestigium distinctè inuestigatur illud, cuius est imago, scilicet ipsa pars: & quòd totum tantum confusè inuestigatur. Si enim distinctè cognosco aliquam partem: puta pedem alicuius hominis: & distinctè cognosco esse partem hominis: statim sequitur, quòd cognoscam distinctè ipsum hominem: ponens enim distinctè differentiam inter a. & b. cognoscit vtrumque distinctè. aliter non poneret distinctam differentiam inter illa: sed cognoscens distinctè a. esse partem b. ponit distinctam differentiam inter illa cōcipiendo distinctè, partem non esse totum, cuius est pars: nec econtra.

Quintum.

¶Tum etiam, quia bene sequitur, distinctè cognosco summum bonum esse appropriabile alicui personæ diuinæ: puta patri, vel filio. ergo distinctè possum concipere illam personam. ergo, & totam Trinitatem: quia personæ sunt relatiuę.

Sextum.

¶Tum sexto: quia statim sequitur, quòd possim naturaliter distinctè concipere aliquam personam: quia per vestigium distinctè inuestigatur id, cuius est imago, scilicet pars: sed vna persona dicitur pars: vt supra patuit: & appropriabile non dicitur pars, nisi pro quanto est appropriabile alicui parti, scilicet alicui personæ.

Responsio.

¶Respondeo præmittendo quandam declarationem, scilicet quando Doctor. dicit, quòd per vestigium distinctè inuestigatur illud, cuius est imago: non intelligit, quòd per cognitionem talis vestigij habeamus distinctam notitiam illius partis in se: cognoscendo eam distinctè: sicut nec per imaginem Trinitatis habemus distinctam notitiam illius: sed sic intelligitur, quòd vestigium est naturalis similitudo partis: & naturaliter suo modo repræsentatiuum illius: & ideo habita notitia vestigij inuestigatur illud, cuius est similitudo: & hoc distinctè, accipiendo distinctè, pro quanto ponitur similitudo illius partis: licet pars cognoscatur tantum confusè: sicut per vestigium impressum à pede hominis cognosco, quòd est similitudo pedis hominis: & sic cognito illo, possum cognoscere illud, cuius est similitudo naturalis: puta, quòd est similitudo pedis, & totum dicitur cognosci, siue cōfusè inuestigari: pro quanto tale vestigiū non est naturalis similitudo totius: imo nullo modo est similitudo totius. Et per hoc patet responsio ad instantias.

Ad primū.

¶Ad primam dico: quòd per bonum creatum non possum naturaliter concipere bonum infinitum distinctè & sub ratione propria illius: sed dicitur naturaliter inuestigari distinctè: quia est naturalis

turalis similitudo boni infiniti: & sic per bonum finitum cognitum possum naturaliter inuestigare, quòd est aliquod bonum infinitum: licet illud non possim distinctè in se cognoscere.

Ad secundam. ¶ Ad secundam patet responsio: quia sicut per vestigium inuestigatur illud cuius est imago: ita per imaginem: cum vtrunque sit similitudo: non tamen concipitur distinctè in se. Et vltra, sicut per vestigium impressum à pede non scirem illud esse vestigium pedis: nisi præhabita cognitione pedis: ita nec per imaginem trinitatis cognitam non scirem ipsam esse imaginem naturalem trinitatis: nisi præhabita cognitione trinitatis. Est tamen differentia: quia per bonum finitum possum naturaliter inuestigare aliquod esse summum bonum, non prius cognitum: quia bonum participatum debet reduci ad bonum imparticipatum: sed per imaginem trinitatis, naturaliter notam, non possum naturaliter inuestigare aliquod ens esse trinum, & vnum: & hoc est: quia anima secundùm suas potentias, & operationes non est ens participatum ab aliquo ente vt trino. Et ideo vestigium est magis naturalis similitudo partis, &c. quàm anima secundùm potentias, & operationes respectu trinitatis: immo quo ad multa deficit: vt infra patet quæstio. vlt. præsentis distinctio. & de hoc alias.

Ad tertiã. ¶ Ad tertiam patet responsio: quia non ponitur bonum infinitum posse naturaliter cognosci in se, & distinctè per bonum finitum: sed quòd per bonum finitum possum inuestigare aliquod esse bonum infinitum, & quomodo: & à quo causatur ista cognitio. Dico pariformiter, vt dixi supra præsenti distinctio. quæstio. I. quomodo, scilicet Deus potest naturaliter cognosci in conceptu communi, & confuso.

Ad quartã. ¶ Ad quartam patet ex supradictis: quòd nulla est contradictio: quia non pono partem distinctè concipi in se: sed pono, quòd per vestigium distinctè inuestigatur illa per se, id est, quòd vestigium est naturalis similitudo talis partis, confusè etiam acceptæ: & nullo modo est similitudo illius totius, cuius est talis pars: posito etiam, quòd pars cognoscatur distinctè: non sequitur, quòd totum distinctè cognoscatur: vt patet intuenti. Si enim distinctè cognosco pedem, & distinctè scio pedem non esse totum: propter hoc non sequitur, quòd distinctè cognoscam totum in se. Cognoscere enim totum distinctè est cognoscere illud secundùm omnes partes. Ex his quæ supra dixi patet solutio ad alias instantias.

Quæstio Sexta.

Circa tertiam partem distinctionis, in qua Magister agit de immagine.

Quæritur primo de Memoria.

Vtrum in parte intellectiua propriè sumpta, sit memoria, id est; intellectus habens speciem intelligibilem priorem, naturaliter, actu intelligendi?

Scotus primo sententia. dist. 3. q 6.
D. Thomas prima parte summa q 79 Artic. 6.

SEXTO quærit Doc. An in parte intellectiua propriè sumpta sit memoria propriè. i. habens speciem intelligibilem, priorem naturaliter actu intelligendi.

PRO declaratione tituli q. præmitto aliqua. Primum, quòd memoria in proposito accipitur pro principio productiuo actus intelligẽdi: vt supra patuit d. 2. parte secunda: & infra patebit. d. 6. & 7. Sed talis memoria (vt dixi) includit intellectum, & præsentiam obiecti intelligibilis, sub ratione intelligibilis: quæ duo integrant vnum principium formale productiuũ actus intelligendi vt infra patebit. q. 7. & 8. præsentis dist. & etiam vltima quæst. Secundum: obiectum esse præsens intellectui potest dupliciter intelligi. Primo in se, & in propria existentia: & sic pertinet ad memoriam, vt est principium productiuum notitiæ intuitiuæ eiusdem obiecti. Secundo, vt non est in se præsens: sed tantum in aliquo repræsentatiuo: & sic pertinet ad memoriam, vt est principium productiuum notitiæ abstractiuæ eiusdem obiecti, sic representati. Tertio præmitto, q Doct. in præsenti quæstione tantum loquitur de memoria, vt est principium productiuum notitiæ abstractiuæ: & quia principium productiuum alicuius est prius ipso producto vt patet: & obiectũ in cognitione abstractiua, vel representatioũ obiecti pertinet ad memoriam supradictam: sequitur, q tale representatiuum erit prius ipso actu intelligendi. Sed quia representatiuum obiecti pōt multis modis accipi: restringit ergo se Doc. ad vnum tantum modum: an, scilicet respectu cognitionis abstractiuæ alicuius obiecti sit necesse prius ponere in intellectu possibili speciem intelligibilem, representantẽ obiectum in ratione intelligibilis: quæ species pertineat ad memoriam: vel sit pars memoriæ productiuæ cognitionis abstractiuæ. Et sic titulus quæst. debet intelligi.

Obiectũ esse pſens intellectui potest dupliciter intelligi.

IN ista quæstio. Hic recitatur opinio Hen. qui negat omnem speciem intelligibilem, naturaliter præcedentem actum intelligendi: & modus ponendi Hen. patet in littera: vult enim Hen. quòd in cognitione abstractiua obiectum sit tantum præsens in phantasmate, formaliter existente in virtute fantastica: & quòd non est necesse ponere aliquam speciem intelligibilem in intellectu possibili, respectu cognitionis abstractiuæ: sed sufficit phantasma: & hanc positionem probat auctoritatibus, & rationibus: quæ exponentur respondendo ad illas.

Henri. quol. 4. q 7. 8. & 21. & quol. 5. q 14 Hoc idem Gotfr. quol 9. q. 19. & quol. 13. q. 3.

CONTRA istam opi. hic Doc. supponit vnũ verum, quòd intellectus potest cognoscere vniuersale: & per consequẽs intellectus potest habere obiectum perfectè præsens in ratione vniuersali. Nota, quòd Doct. tantum loquitur de vniuersali, hoc est de natura, vt indifferenti ad singularia: & vt priori quolibet singulari: non autem loquitur de vniuersali secundo intentionaliter capto: siuè de natura, vt accepta sub tali intentione: patet quia loquitur hic de vniuersali, vt præcedit cognitionem sui: sed vniuersale secundo intentionaliter captum non potest fundari in natura absoluta: sed tantum in natura, vt cognita: vt Doc. innuit in suis vniuersalibus. Intendit ergo loqui de vniuersali, vt est natura indifferens ad omnia singularia, & vt prior illis. Cum ergo dicit in littera. Intellectus potest habere obiectum, actu vniuersale pfectè sibi præsens in ratione obiecti, prius naturaliter quam actu intelligat. i. q potest habere naturam, vt priorem quacunque singularitate, præsentem sibi in ratione obiecti: supple intelligibilis: priorem naturaliter, quàm actu intelligat illam: & cum non possit illam habere præsentem, nisi per aliquod representatiuum naturæ, vt naturę, & tale representatiuum existens in intellectu vocat speciem intelligibilem: quæ ideo dicitur species intelligibilis: quia est representatiua obiecti intelligibilis sub ratione, qua est intelligibile, & non sub ratione, qua actu intelligitur.

Intellectus pōt cognoscere vniuersale.

¶Ibi.

¶Ibi. Antecedens assumptum videtur satis manifestum: quia obiectum, in ratione obiecti, est prius naturaliter actu: & per consequens vniuersalitas, quæ est propria conditio obiecti inquantum obiectum. Ista vniuersalitas non accipitur pro aliqua secunda intentione: sed pro aliqua conditione naturæ indifferentis ad singularia, & præcedentis illa.

¶Ibi. Consequentiam probo, scilicet, quòd in illo priori intellectus habet obiectum sibi præsens in specie intelligibili: & probat primo ex parte vniuersalitatis obiecti: secundo ex parte præsentiæ: ex parte vniuersalitatis obiecti arguit sex vijs: probando, quòd tale vniuersale, vt prius actu intelligendi non possit esse præsens intellectui in ratione obiecti intelligibilis, nisi per speciem intelligibilem causatam, impressam intellectui possibili representantem tale vniuersale in ratione obiecti intelligibilis.

¶Ibi. Primo arguo sic. Hic probat primo ratione sumpta ex parte phantasmatis representantis. Et ratio stat in hoc. Vniuersale, vt est prius actu intelligendi, antequam intelligatur, oportet esse præsens intellectui; non in se (vt patet) ergo in aliquo representatiuo: aut ergo in phantasmate, aut in specie intelligibili: aliud dari non potest, non in phantasmate (vt probat) ergo in specie intelligibili, patet consequentia à tota disiunctiua ad vnam partem, cum negatione alterius: quòd autem non possit esse præsens in phantasmate: siuè quòd phantasma non possit representare aliquod vniuersale: siuè aliquod ens sub ratione vniuersalis probat Doc.

Vniuersale ẽ prius actu intelligẽdi.

¶Sed pro intelligentia probationis Doct. suppono aliqua. Primo, quòd representatiuum alicuius in ratione obiecti intelligibilis est duplex, scilicet, omnino illimitatum, vt essentia diuina. Aliud omnino limitatum, vt representatiuum causatũ: primo modo essentia diuina propter sui illimitationem perfectissimè est representatiua omnium intelligibiliũ quantumcunque diuersorum: vt patet à Sco. dist. 2. & 37. & de tali non intelligitur. Secundo suppono, quòd representare aliquid perfectè: vel esse representatiuum alterius entis à seipso: est ipsum ens cõtinere eminenter aliud secundùm totam entitatem illius: vt patet à Doc. dist. 3. secundi: & ex intentione ipsius. distin. 2. primi. Et sic nulla creatura quantumcunque perfecta potest esse representatiua alterius, non contenti virtualiter in ipsa. Tertio suppono, ꝙ ratio vniuersalis, & ratio singularis sunt rationes omnino representabiles diuersa: sic quòd non potest reperiri aliquod vnum representatiuum simpliciter limitatum perfectè representans vtrunque: & quòd singulare possit etiam habere represen tatiuum in intellectu, sub ratione singularitatis, qđ dicatur species intelligibilis: de hoc patebit in 2. d. 3. q. 10. & 11. comparando singulare ad intellectum ex natura potentiæ.

Instantia

¶Si fieret instantia quòd eadem species intelligibilis potest esse representiua minus vniuersalis, & magis vniuersalis, puta albedinis, & coloris: & Doct. dubitatiuè loquitur quæstio. prima, præsentis distinctio.

Responsio.

¶Dico, quòd hoc sustinendo non est simile de representatiuo alicuius sub ratione singularis, & sub ratione singularis, & sub ratione vniuersalis: & de representatiuo alicuius sub ratione minus vniuersalis, & sub ratione magis vniuersalis: quia in primo modo intelliguntur representabilia simpliciter diuersarum rationum: non sic intelligendo, quòd hęc albedo, & albedo in communi sint diuersarum: rationum: cum vna sit de quiditate alterius: sed sic, ꝙ ratio vniuersalitatis, & ratio singularitatis sunt diuersæ rationes. Sed secundo modo minus vniuersale, & magis vniuersale non sunt representabilia, vt omnino diuersarum rationum, cum vtrunque sit representabilis sub ratione vniuersalis. Istis suppositis patet ratio Sco. quòd phantasma sit representatiuum simpliciter limitatum: & est primo representatiuum naturæ singularis sub cõditionibus, & circunstantijs singularibus, & materialibus: sequitur, quòd idem phantasma, manens simpliciter idem, non potest representare naturam in ratione obiecti intelligibilis, sub ratione simpliciter absoluta, & vniuersali. Nota tamen propter illa, quæ dixi in secundo supposito: quòd representatiuum est duplex, scilicet, formale & virtuale. Primum est species intelligibilis respectu obiecti intelligibilis. Secundum est continens virtualiter, vel eminenter entitatem alicuius obiecti intelligibilis: vt docet Doc. in quolibetis. quæst. 14. Secundum ergo suppositũ debet intelligi de representatiuo virtuali, & non formali. Posset etiam addi tertium representatiuum, quod dicitur representatiuum essentiale: & sic obiectum inferius est representatiuum essentialiter obiecti superioris: ex hoc, quòd continet tale superius essentialiter: & per consequens non tantum potest esse ratio formalis: licet remota producendi speciẽ intelligibilem sui: sed etiam potest esse ratio formalis, remotà tamen producendi speciem intelligibilem omnium superiorum: vt supra exposui. Doct. autem in præsenti quæstio. loquitur tantum de representatiuo formali: quod est, vel species intelligibilis, vel phantasma: & probat quòd non phantasma.

Representatiuũ formale: virtuale, & essentiale.

¶Ibi Respondet quòd species eadem. Hic ponitur responsio Hen. ad argumentum Doct. & dicit, quòd licet eadem species, siuè idem phantasma, nõ possit representare idem sub diuersis rationibus: tamen sub alio, & alio lumine põt representare: quia in lumine virtutis phantasticæ tantum representat sub ratione singularis: sed in lumine intellectus agẽtis representat sub ratione vniuersalis.

¶Ibi. Contra. Hic Doc. arguit contra responsionem Henri. Et pro intelligentia huius responsionis nota. Dicimus. n. quòd aliquid potest competere alicui: puta à ratione posterioris, & aliquid ratione ipsius a. Exemplum primi. Francisco competit esse similem: puta Iohanni albo, ratione albedinis sibi inhærentis: & competit sibi esse similem Iohanni essentialiter, ratione naturæ existentis in vtroque. Primo modo competit sibi tantum per accidens. Secundo modo per se: quia ratione naturæ, quæ est de essentia Francisci. Hoc idem dico de representatiuo, quòd competit alicui esse representatiuum ex sua ratione formali, & priori: vel ex aliquo posteriori: & per accidens. Exemplum primi: species sensibilis albedinis, ex sua ratione formali, est representatiua albedinis. Exemplum secundi: potentia sensitiua, vel organum habens in se talem speciem sensibilem potest dici representatiuum albedinis: & hoc per accidens: quia non ratione talis potentiæ: sed ratione illius speciei, sibi accidentaliter inhęrẽtis Dicit ergo Doc. quòd hic quæritur de representatiuo ex sua ratione formali: siuè de representatiuo in se: & illud est in se simpliciter tale: nec fit tale per aliquid posterius: nec variatur per quodcunque posterius, quo ad suam rationem formalem representandi: nec similiter per quodcunque extrinsecum: licet fortè per aliquod extrinsecum possit magis, vel minus disponi ad perfectius, vel imperfectius representandi: erit tamen semper ex sua ratione formali tantum representatiuum alicuius sub eadem ratione: & non sub diuersis omnino rationibus: cũ, ergo phantasma ex sua ratione formali sit tantum representatiuum alicuius sub ratione singularis:

per

per nullum posterius sibi adueniẽs: nec per aliquod extrinsecum poterit esse representatiuum alicuius sub ratione vniuersalis: ergo falsum est dicere, quòd idem phantasma in lumine intellectus agẽtis est representatiuum vniuersalis, & in lumine virtutis phantasticæ sit representatiuũ singularis: & hoc est, quod dicit Doc. & patet littera Doct. vsque ibi sit respondeat.

...enri. ¶Hic ponitur vna responsio Hen. qui dicit, quòd non est inconueniens idem sub eadem ratione formali esse representatiuum diuersorum: & probat ꝑ simile: quia idem secundùm eandẽ qualitatem potest esse simile diuersis. Sicut vnum album, secundùm eandem albedinem, est simile diuersis albis. *Responsio ... ad Hen.* Dicit Doc. ꝙ hoc nihil est ad propositum: & respõsio Doct. stat in hoc. Licet eadem qualitas: puta eadem albedo possit esse similis decem albis: ita quòd in eadem albedine sint decem similitudines terminatæ ad decem alba: est tamen impossibile, quòd eadẽ albedo vna similitudine sit similis duabus albis: quia tunc eadem similitudo per se dependeret à duobus terminis totalibus. Sic dico in proposito, vbi est ordo essentialis: siuè dependentia essentialis vnius ad aliud, est impossibile vnum dependere à duobus in eodem genere: nam species representatiua essentialiter depẽdet ab ipso representato: quia representatiuum imitatur suum representatum: sicut imperfectum suum perfectum: & semper loquor de representatiuo: quod ex sua natura est posterius representato, & in essendo, & in perfectione: quia essentia diuina est perfectissima ratio representandi quodcunq; intelligibile: tñ ipsa est simpliciter prior in essẽdo, & in pfectione. Si ergo phantasma p te representaret aliqd sub rõne singularis, & aliqd sub rõne vniuersalis: tunc idẽ depẽderet à duob⁹ totaliter: qa, vt representat singulare ipsum imitatur, vt posterius suum prius: & sic idem simpliciter dependeret à duobus in eodem genere: quod est impossibile. Patet ergo, ꝙ non est simile de albedine habente plures similitudines.

¶Secundo principaliter ex eadẽ via arguit Doct. probando, quòd phantasma non possit esse representatiuum alicuius obiecti intelligibilis sub ratione vniuersalis. & probat sic. Quia representatiuum alicuius obiecti intelligibilis sub ratione vniuersalis & probat sic. Quia representatiuum quod secundùm totam virtutem suam representat obiectum aliquod sub vna ratione, non potest simul representare idem, vel aliud sub alia ratione obiecti: sed phantasma in eodem instanti, in quo intelligitur vniuersale secundum totam virtutem suam representat obiectum, vt singulare virtuti phantasticæ: quia tunc est actualis imaginatio illius obiecti in singulari: ergo. Maior patet: Tum quia representatiuum formale in representando dependet à representato: quia sub eadem ratione formali representat, qua causatur: sed idem non potest in eodem instanti dependere à duabus rationibus formalibus oppositis: vt patet: nec etiam pro alio instanti. Tum quia representatiuum representans aliquid secundum totam virtutem suam alicui potentiæ, vt ibi existens: in eodem instanti non potest representare illud perfectè alteri potentiæ, cui non inexistit: vt patet de specie sensibili existente in organo potentiæ visiuæ: quæ nõ representat idem in eodem instanti secundùm totá virtutem virtuti phantasticæ: immo nec in alio instanti: cum in virtute phantastica sit proprium representatiuum: ergo a fortiori nõ poterit representare diuersa sub diuersis rationibus: siuè idem sub oppositis rationibus. Tum quia sicut virtus limitata in agendo in eodem instanti non potest habere duos effectus perfectos, præcipuè diuersarum rationum: ergo nec virtus limitata in representando in eodem instanti poterit representare idem sub diuersis rationibus: & maximè diuersis potentijs: vt supra dixi: & sic patet ista maior.

...irtus limitata in agendo in eodem instanti non ... habere duos effectus.

Obiectio. SI obijciatur, quòd idem representatiuũ potest representare idem sub ratione magis, & minus vniuersalis: vt supra dixi: & illud representatiuum, qđ ponitur à Sco. representat secundùm totam virtutem, cum sit agens merè naturale: ergo idem sub diuersis rationibus potest ab eadem specie intelligibili representari: vt albedo sub ratione albedinis: & sub ratione coloris, & qualitatis, & entis.

Responsio. ¶Dico primo, quòd non sunt rationes oppositæ sicut ratio singularis, & vniuersalis. Secundo dico, quòd ad mentem Sco. sunt ponendæ aliæ, & aliæ species respectu magis, & minus vniuersalis: vt supra patet. q. 1. & 2. præsentis d. Tertio dico, quòd fortè non est inconueniens posse representare idem sub diuersis rationibus potentiæ, cui inexistit. Quarto dico, quòd non est probatum, ꝙ eadem species intelligibilis in eodem instanti sit simul ratio representandi minus vniuersale, & magis vniuersale, quia fortè simul non potest esse ratio formalis producẽdi notitiam minus vniuersalis, & magis vniuersalis: cum prius producat notitiam confusam magis vniuersalis: vt diffusè patet. quæst. secunda, præsentis distinctio.

Obiectio. ¶Si iterum dicatur: quòd sicut eadem species intelligibilis. Primo representat singulare vagum. Secundo ipsam naturam in se. Tertio singulare signatum: vt patet à Doct. in sua metaphy. in 7. lib. ergo similiter, & phantasma poterit.

Solutio. ¶Dico vltra ea, quæ dixi supra, quòd primum representatum occurrens intellectui est singulare vagum. Nam primo intellectus iudicat de aliquo singulari vago: vt de aliqua albedine. Secundo de albedine in se. Et tertio de omni albedine singulari iudicat ipsam esse albedinẽ: sicut dixi supra, exponendo dictum Augu. q. 3. præsentis distinctio. quòd secundum formam communem iudico de occurrentibus esse talia secundùm illam formam: sed non intelligit, quòd eadem species intelligibilis representet aliquid sub ratione vniuersalis: & sub ratione propria singularis: cum ipse velit, quòd singulare natum sit representari intellectui sub ratione propria singularitatis per speciem propriam causatam ab illo: vt patet in secunda distinctio. 3. quæstio. 11. & sic per speciem intelligibilem vniuersalis posset representare omnia singularia illius vniuersalis: sed tamen sub ratione vniuersali, & non sub ratione propria singularitatis.

Intellectus agẽs dicitur agere actione reali. ¶Ibi. Ex alio membro arguitur sic. Doct. ex via intellectus agentis probat necessitatem speciei intelligibilis duplici medio. Primum stat in hoc. Cuicunque agenti, actione reali, correspondet aliquod productum reale actu existens. Sed intellectus agẽs dicitur agere actione reali, correspondet sibi aliquod productum actu reale existens: sed illud productum non potest recipi in aliquo phantasmate: nec in virtute phantastica: quia tale esset de necessitate extensum: & si non in se, saltem in representando: & sic tantum representaret singulare sub conditionibus materialibus: & sic per illud non esset vniuersale præsens in ratione obiecti. Maior est nota: & minor patet 3. de anima tex. com. 13. vbi habetur, ꝙ intellectus agẽs est id, quo est omnia facere: & sic verè actiuus. Habetur etiam tertio de anima. t. c. 17. quòd intellectus agens est sicut ars ad materiam, i. ita comparatur ad intellectum possibilem: sicut ars ad materiam: ars verò est actiua alicuius receptibilis in materia. Si ergo intellectui agẽti correspondet sibi aliquod productum: illud productum erit ve-

rè reale: & non potest poni intellectio obiecti: quia illa non est prima actio intellectus agentis: seu primus terminus actionis realis, sed primus terminus actionis realis intellectus agentis est vniuersale in actu, i. est aliqua species intelligibilis habens verum esse reale: & dicitur vniuersali in actu non in prædicando: sed in representando: & sic patet ista ratio.

Dubitatio. SED in ista littera de prima actione intellectus agentis fortè ab aliquibus diceretur, quòd prima actio ipsius est abstrahere vniuersale à singularibus: & à conditionibus materialibus: quia intellectus agens de non vniuersali facit vniuersale. Contra: quia tunc nihil ageret realiter: quia vniuersale, sic abstractum, non est aliquid reale existens: & solum tale est terminus realis actionis, vel productionis.

¶Si iterum dicatur. Ex quo intellectus agens est virtus actiua, & non factiua: ergo terminus realis actionis erit in ipso intellectu agente patet. Ex hoc enim virtus actiua distinguit à factiua: quia actio, siuè terminus actionis est in agente: factio autem, siuè terminus factionis recipitur in materia sensibili extra: ut subtiliter patet à Doc. quæstio. 13. quol. Ergo species intelligibilis: quæ dicit terminus realis actionis ipsius intellectus agentis erit subiectiuè in intellectu agente: & tamen ponitur in intellectu possibili.

Solutio. *Intellectus agēs & possibilis distinguntur ex natura rei.* ¶Dico primo: sufficit, quòd talis terminus recipiatur in eadē potentia: non enim intellectus agens, & possibilis: distinguntur, vt duæ potentiæ, cum sint vna potentia realiter: licet distinguantur ex natura rei.

¶Dico secundo, quòd fortè non esset inconueniens ponere intellectum agentem virtutem factiuam: cum terminus cuiuscunque actionis intellectus agentis recipiatur in intellectu possibili, & ideo Aristot. dicit, quòd intellectus agens est, quo est omnia facere: & est sicut ars ad materiam, quæ omnia nominant factionem. Posset tamen breuiter respon- *Differentia inter virtutem actiuam & factiuam.* deri: quòd virtus actiua non est ratio agendi aliquid extra suppositum, in quo est: non enim propriè dicimus intellectum agentem agere: sed suppositum dicitur agere intellectu agente, vt potentia actiua: & sufficit, quòd actio intellectus agentis sit in supposito, cui intellectus agens est ratio agendi. Potentia verò factiua propriè, secundùm quam suppositum aliquid facit, dicitur factiua: quia terminus factionis non recipitur in supposito, cuius est talis potentia factiua: sed recipitur in materia sensibili extra.

¶Item quando dicit Doc. ibi. Ille autem terminus realis non est in phantasmate: quia intellectus agens nihil causat in phantasmatibus: quia illud receptum esset extensum, eo modo, quo dixi supra, & ita intellectus agens non transferret ab ordine in ordinem. Sic debet intelligi, quòd intellectus agens transfert aliquod ens de ordine sensibilium in ordinem intelligibilium. Nam omne per se sensibile est extensum: vt patet: & vt sic non est in potentia propinqua, vt intelligatur. Si ergo representatiuum sensibilis in potentia sensitiua tam interiori, quàm exteriori (quod semper representat ipsum sensibile extensum: puta in tali, vel tali quātο, & vt hic, & nunc, & sub tali rōne) non est primo intelligibile: ergo in- *Intellectus agēs transfert de ordine in ordinem.* tellectus agens transfert illud sensibile in ordinem intelligibilis in potentia propinqua, partialiter causando aliquod representatiuum, representās ipsum sensibile, vt abstractum ab ipsis conditionibus materialibus: & tale representatiuum non potest poni, nisi species intelligibilis: quæ immediatè recipitur in intellectu possibili.

¶Nota tamē, quòd ea, quæ dixi de intellectu agēte, quòd transfert de ordine in ordinem, &c. vera sunt loquendo de intellectu pro statu isto, vbi sensibilia tantum sunt præsentia in potentia remota. Nam album extra est intelligibile tantum in potentia remotissima: & album præsens virtuti phantasticæ per phantasma representans illud extensè est in potentia intelligibile minus tamen remotè: quia vt sic intellectus non potest ipsum primo intelligere: vt verò est præsens intellectui per speciem intelligibilem ipsum representantem sine cōditionibus materialibus: tunc est intelligibile in potentia propinqua: quia, vt sic præsens pertinet ad memoriam perfectam: vt exposui declarando titulum q. & tunc est memoria perfecta, quando statim potest producere. Si verò album comparetur intellectui non pro statu isto. Dico, quòd non sic transfertur de ordine sensibilis in ordinē imaginabilis: & de ordine imaginabilis in ordinē intelligibilis: (Intellectus enim agens tantum transfert de ordine imaginabilis in ordinem intelligibilis: & virtus phātastica transfert de ordine sensibilis in ordinem imaginabilis) quia vt sic est tantum intelligibile ab illo intellectu separato: & sic album immediatè saltem, vt partialis causa potest mouere intellectum ex natura intellectus: causando immediatè cognitionem sui intuitiuam, nulla eiusdem albi sensitiua præcedente. Potest etiam, vt partialis causa immediatè causare speciem sui intelligibilem in intellectu possibili separato: concurrente intellectu agente, vt alia partiali causa: per quam speciem intelligibilem potest abstractiuè cognosci: & de hoc vide Doct. in secunda distin. 3. quæstio. 10. & 11. & vide ibi expositiones quas feci.

¶Ibi. Et confirmatur ratio. Hic Doc. confirmat rationem prius positam, probando per auctoritates: quòd primus terminus actionis realis intellectus agentis sit species intelligibilis. Vnde Commētator. 3. de anima cōm. 18. dicit, quòd vniuersalia nullum esse habent extra animam: quod intendit Pla. quia si ita esset non indigeremus ponere intellectum agentem: hæc ille in ti. illius cōm. Ex quo patet: quòd ideo ponitur necessitas intellectus agentis, vt faciat de non vniuersali vniuersale. Et patet etiam per hanc auctoritatem: quia intellectus agens est facere de non vniuersali vniuersale: quæ auctoritas nō habet alium sensum: nisi quòd intellectus agens de illo quod erat representatiuum singularis facit representatiuum vniuersalis: ut notat Doct. paruum infra. Cum dicit siuè ly de accipiatur materialiter, siuè virtualiter. Si ly de accipiatur materialiter: tunc intellectus agens facit de representatiuo singularis, i. de ipso phantasmate quod est representatiuū singularis representatiuum vniuersalis, causando speciem intelligibilem: non imprimendo ipsam in phantasmate, sed tantum intellectu possibili: sed exprimendo ipsam, i. quòd non possit causare pro statu isto speciem intelligibilem: nisi præsupposito phantasmate de quo exprimit. Si verò ly de intelligatur virtualiter: sensus est, quòd intellectus agens producit speciem intelligibilem de ipso phantasmate virtualiter continente ipsam, vt partiali causa: vt infra patebit q. penul. præsentis distin. & sic intellectus agens vna cum phantasmate producit speciem intelligibilem. *Intellectus agens de nō vniuersali faciat vniuersale.*

¶Ibi. Item secundùm istam viam. Hæc est secunda ratio, qua probatur necessitas speciei intelligibilis sumpta ex ratione intellectus agentis. In ista ratione Doc. supponit vnum, quod communiter ab omnibus conceditur, scilicet, quòd actio prima intellectus agentis sit ad vniuersale in actu: quod dictum non potest habere veritatem, nisi de aliquo representatiuo ipsius vniuersalis: semper supponē-

do:

do: quòd prima actio intellectus agentis sit verè realis: ergo terminatur ad aliquod verè reale, & realiter existens. Vniuersale verò, quod est vniuersale in prædicando: vt puta homo in communi: vt sic non habet aliquod esse reale, vt præscindit à singularibus: abstrahit enim ab omni existentia: siue accipiatur homo sub secunda intentione: adhuc minus esse reale habebit: quia vt sic tantum consideratur in esse cognito. Si ergo prima actio intellectus agentis terminatur ad vniuersale in actu: & talis actio est verè realis: sequitur, quòd tale vniuersale in actu erit tantum in repræsentando: & illud erit species intelligibilis actu existens.

¶ Si dicatur concedendo, quòd prima actio intellectus agentis sit realis: sed terminus illius actionis non recipitur in intellectu agente: sed in virtute fantastica: & sic non oportet ponere speciem intelligibilem pertinere ad memoriam intellectiuam, vt memoria intellectiua est. Contra hoc arguit probando, quòd omne productum ab intellectu agente tm̄ recipiatur in intellectu possibili: quia intellectus agens in ratione actiui non excedit possibilem in ratione passiui: ergo quicquid causatur ab intellectu agente, immediatè recipitur in possibili: & sic stat ratio Doct.

¶ Nota tamen hanc propositionem, quando dicit, quòd intellectus agens in ratione actiui non excedit possibilem in ratione passiui: quia non habet veritatem e conuerso. Ista etenim vera: quòd omnis actio intellectus agentis recipitur in intellectu possibili. ista tamen non est sic vera, quòd quicquid recipitur ab intellectu possibili, sit causatum ab intellectu agente, nec partialiter, nec totaliter: quia potentia receptiua naturalis in plus se habet, quàm potentia actiua naturalis: vt supra patuit in q. 1. prolo. intellectus enim possibilis, ex natura intellectus, est in potentia passiua naturali ad multa, quæ non subsunt causalitati agentis naturalis: vt supra patuit. Si tamen vera sit propositio econuerso, scilicet quòd quicquid recipitur in intellectu possibili, causatur ab intellectu agente: erit vera pro statu isto, & naturaliter loquendo, sustinendo tamen, quòd intellectus agẽs sit partialis causa intellectionis: & forte principalior intellectu possibili: vt videtur innuere Docto. in quolib. quæst. 15.

¶ Ibi. Secundum tertiam viam. Probat Docto. principale intentum per duas rationes sumptas ex magis, & minus vniuersali, & tota vis primæ rationis stat in hoc. Habitus, vt habitus talis obiecti inclinat naturaliter ad cognitionem talis obiecti, & potentia inclinata nunquam posset tale obiectum cognoscere, nisi esset præsens per speciem intelligibilem: vt patet de obiecto habitus metaphysici: qui inclinat ad ens inquantum ens. ergo ens, vt ens erit intellectui præsens, & non per fantasma: vt probatum est per duas rationes primas, nec per habitum: quia habitus, vt habitus non est similitudo obiecti intelligibilis, inquantum intelligibile. Et si fortè ponatur similitudo obiecti. hoc tantum erit similitudo obiecti intelligibilis, non inquantum intelligibile: sed vt cognitum. Tum etiam quia habitus inclinat ad similes actus, ex quibus causatur. Cum ergo inclinet ad cognitionem entis in vniuersali, ergo intellectus ante habitum causatum, prius intelligit ipsum ens in se: & non potest ipsum intelligere, nisi sit sibi præsens: ergo erit præsens per speciem intelligibilem. Et nota bene, quòd ex his duabus rationibus vltimis habetur, quod vniuersalius est præsens per propriam speciem intelligibilem ipsum repræsentantem. Sed quia in litera istarum rationum sunt aliquæ obscuritates: ideo expono illam. Cum dicit ibi. Habitus minus vniuersalis: & magis vniuersalis sunt distincti habitus proprij: alioquin Metaphysica, vt metaphysica .i. scientia metaphysicalis, vt metaphysicalis non esset habitus intellectus distinctus: supple ab alijs habitibus. Hic Doct. loquitur de habitu scientifico. Et cum dicit, quòd isti habitus scientifici magis vniuersalis, & minus vniuersalis sunt distincti formaliter, quia distinguuntur suis rationibus formalibus, distinguuntur etiam ab obiectis, quorum sunt tales habitus.

¶ Si dicatur. Ex quo enim habitus metaphysicus est entis, inquantum ens: & habitus physicus est corporis mobilis, sub ratione, vel naturalitatis, vel mobilitatis: ista duo obiecta non distinguuntur realiter, vt patet, nec formaliter, cum inferius sit idem formaliter suo superiori, licet non econtra: vt patuit à Doct. supra dist. 2. q. 1. partis secundæ. *Obiectio.* *Inferius est idem formaliter suo superiori, nõ econtra*

¶ Pro nunc dico, quòd sufficit ista obiecta distingui obiectiuè, & conceptibiliter: & talis distinctio est sufficiẽs distinctionis habituum magis, & minus vniuersalis. Sequitur. Habito autem vniuersaliori contingit vti, non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali: patet quia habens habitum metaphysicum potest vti illo: cognoscendo ipsum ens inquantum ens, non cognoscendo pro tunc aliquod inferius. Et nota, quòd si habitus ponatur, vt tantum inclinans, & facilitans potentiam ad similes actus, ex quibus causatur: tunc potentia dicitur vti illo, quando secundùm inclinationem talis habitus operatur, siue quando elicit actus, ad quos talis habitus inclinat. Si verò ponatur habitus, vt partialis causa actus: vt videtur innuere Doct. infra dist. 17. & in 3. dist. 27. tunc potentia dicitur vti tali habitu, quando elicit actus circa aliquod obiectum: quorum habitus est causa partialis. Potentiam ergo vti habitu est elicere actum circa aliquod obiectum, ad quem actum talis habitus inclinat potentiam, vel cuius actus est causa partialis: & sic patet, quòd habens habitum metaphysicum, qui tantum, vel inclinat ad actus: vel est partialis causa actuum similiũ, ex quibus generatur: & per consequens talis habitus tantum inclinat potentiam ad actus circa obiectũ vniuersalissimum, siue complexum, vt principia, & cõclusiones: siue incomplexum, vt subiectum metaphysicæ. Si ergo intellectus per talem habitum potest cognoscere ens inquantum ens, oportet, quod sit sibi præsens in ratione obiecti intelligibilis: non est autem præsens per habitum scientificum: vt supra dixi: ergo erit sibi præsens per speciem intelligibilem, quod est propositum: & patet ista ratio. *Potentiam vti habitu.*

¶ Ibi. Item vltimo, quo ad hanc viam arguo sic. Ista ratio stat in duobus dictis.

Primum est de indifferentia vniuersalis, quando dicimus, quòd vniuersale est indifferens ad omnia inferiora secundum totam suam indifferentiam: sic intelligitur inquantum ipsum, vt sic conceptum est idem cuilibet inferiori: sicut cum concipio animal secundum totam suam indifferentiam ad omnia animalia: ipsum concipio, vt est idem omni animali: & vt commune omni animali. Si verò conciperem animal tantum, vt in aliquo inferiori: puta in homine: tunc non conciperem animal secundum totã suam indifferentiam, qua est idem cuilibet animali.

Secundum dictum est, quòd possum concipere vniuersale secundum totam suam indifferentiam: vt puta possum concipere ens, secundum quòd est indifferens ad omnia entia: sed certum est, quòd nõ possum ipsum concipere, nisi essent præsens intellectui in ratione obiecti intelligibilis, hoc autem non potest esse, nisi per aliquod repræsentatiuum ipsum repræsentans secundum totam suam indifferentiam: & illud non potest esse fantasma: quia non repræsentaret ipsum secundum totam suam indifferentiã:

sed vt

sed vt inquantum est idem alicui singulari fantasiabili. ergo erit præsens per speciem intelligibilem repræsentantem ipsum secundum totam indifferentiã, & sic habetur propositum.

De necessitate speciei intelligibilis contra multos.

DE SECVNDO membro scilicet præsentia obiecti Hic Doc. probat necessitatem speciei intelligibilis tribus rationibus sumptis ex præsentia. In prima ratione supponit Doc. vnum: quòd intellectus potest habere aliquam operationem sibi propriam sine potentijs inferioribus. hoc est non dependendo à potentijs inferioribus, quod suppositũ potest habere multiplicem sensum. Primus est, q̃ pro statu isto intellectus possit aliquid immediate intelligere: sic quòd non requiritur, q̃ aliqua potentia inferior prius habeat operationem circa illud: vt potentia sensitiua, vel imaginatiua: & iste sensus est falsus: quia intellectus pro statu isto non potest immediate moueri ab aliquo sensibili: prius enim sensibile mouet potentiam sensiuam exteriorem: & deinde causatur fantasma in virtute fantastica: vt supra exposui. Secundus sensus est, quòd intellectus prius habita operatione sensitiua, possit habere in se omnia necessaria ad causandum propriam operationem: ita q̃ haberet præsentiam obiecti in seipso scilicet per speciem intelligibilem repræsentantem obiectum in ratione intelligibilis: & hic sensus est verus. Si enim isto modo non posset habere operationem propriam, nisi dependeret à potentijs sensitiuis: tunc sequeretur, quòd non posset operari, nisi circa illud, quod relucet in virtute fantastica: & sic semper in operando dependeret a virtute fantastica: quia non haberet in se necessaria ad operãdum, puta præsentiam obiecti: sed tantum in alio: puta in virtute fantastica: & si sic dependeret in operando dependeret etiam in essendo secundum argumentũ Philosophi. Separatur enim hoc ab hoc sicut perpetuum à corruptibili: vt patet in proœmio libri de anima. t.c. 12 & 13. & quomodo illa auctoritas philosophi intelligatur vide Sco. in 4. d. 43. q. 3. immo posset dici intellectus sic dependens in operãdo virtus organica: quia potentia sensitiua dicitur vti organo: cum species sensibilis repræsentans sensibile tantum recipitur in organo: & sic obiectum relucet ibi. Cum ergo fantasma sit in organo virtutis fantasticæ tantum repræsentabit obiectum. vt in tali organo: & per consequens, si intellectus haberet obiectum præsens, tantũ in virtute fantastica, tunc non posset operari circa illud: nisi quodammodo organicè, modo præexposito: & per consequens si potest habere operationem propriam, modo præexposito poterit habere præsentiam obiecti in se: non autem vt in aliqua virtute inferiori: sed talis præsentia haberi non potest, nisi per speciem intelligibilem ergo. Expono tamen aliqua dicta in litera. cum dicit ibi. Aut intellectus potest habere obiectum: puta vniuersale sibi præsens in ratione obiecti intelligibilis absque hoc, quòd sit præsens alicui potentiæ inferiori. Hoc sic intelligitur: quòd licet idem obiectũ possit esse diuersimode præsens alij, & alij potentiæ: non tamen erit præsens sub vna, & eadem ratione: quia albedo, vt est præsens virtuti fantasticæ est tantũ præsens sub ratione singularis: vt verò est præsens intellectui est primo præsens sub ratione vniuersalis: vt supra declaraui. & sic intellectus potest habere obiectum sibi præsens sub ratione vniuersalis absque hoc, quod sit præsens potentiæ inferiori sub illa ratione vniuersalis.

Intellectus absque potentia sensibili potest operari.

Quomodo sit intelligẽda autoritas Arist. separatur hoc ab hoc sicut perpetuum quo a corruptibili vide Scotum in 4 sent. 43 q. 3.

Exponit aliquam dicta.

¶Ibi. Ergo habet scilicet obiectum sub ratione vniuersalis potest esse præsens intellectui absq; hoc, q̃ sit præsens potentiæ inferiori sub tali ratione. ergo actu est præsens. probatur hæc consequẽtia: quia agentia talis præsentiæ obiecti &c. Probatio huius consequentiæ supponit vnum, scilicet quòd in virtute fantastica sit actu fantasma singularis alicuius vniuersalis formis mouentis sensum exteriorem: quo posito patet probatio consequentiæ: quia fantasma, & intellectus agens sunt sufficienter approximata intellectui possibili: & agunt per modum naturæ: & ita causant necessariò in illo præsentiam obiecti, cuius est receptiuus: & patet litera.

¶Secunda ratio est ibi. Secundo sic. Aliæ potentiæ cognitiuæ habent obiectum præsens eis non solum præsentialitate secundaria, scilicet quia illa sunt præsentia alijs potentijs inferioribus: sed propria præsentialitate, sicut sensus communis habet colorem sibi præsentem. non tantum inquantum est præsens visui: sed quia habet speciem eius præsentem in organo sensus communis; ergo cum hoc sit perfectionis in potentia cognitiua &c. à fortiori erit in intellectu & littera clara est.

¶Tertia ratio est ibi Item potentia non potens habere actum nisi circa obiectum sibi præsens: si non potest habere illud præsens: nisi per aliquam aliam potentiam, cui contingenter coniungitur: dependet in operatione sua a tali potentia, sibi contingenter coniuncta: & ita est imperfecta: & litera clara est. Sed q̃ intellectus contingenter coniungatur potentiæ sensitiuæ in operando: patet quia potest intellectus separari, & separatim existere sine potẽtia sensitiua, vt patet de anima separata: patet etiam, quia vt coniungitur corpori glorioso nõ habet obiectum præsens per fantasma: cum non habeat tunc necessitatẽ vti potentijs sensitiuis in cognitione abstractiua: vt supra patuit. q. 3 presentis d.

¶Ibi. Si obijcias. Pluralitas non est ponenda, nisi vbi est necessitas. Cum ergo ita bene possit poni intellectum habere actum sine specie, sicut cum specie. ergo non est ponenda talis species.

Obiectio.

¶Respondet Doc. dicens, quòd necessitas est quãdo perfectio naturæ hoc requirit. Et patet litera.

ADQVAESTIONEM ergo dico, q̃ est necesse ponere in intellectu speciem intelligibilem, priorẽ naturaliter actu intelligendi abstractiuè: quod etiã probat auctoritatibus philosophi, & Aug. & primo per Aristo. 3. de anima. t.c. 37. qui sic ait. Omnia ea, quæ sunt quodammodo est anima; aut enim sensibilia quæ sunt: aut intelligibilia: est autem scientia quidem scibilia quodammodo: sensus autẽ sensibilia. & ibi Com. Contingit inquit necessariò, vt anima sit entia omnia vno modorum: secũdum quos possibile est dicere animam esse omnia entia. Ista text. Arist. exponitur ab Henr & Gotfr. sic quòd Aristo. non loquitur vniformiter hic, & ibi scilicet de intellectu, & sensu: quia de sensu loquitur quantum ad speciem impressam idest q̃ sensus habet in se quodãmodo omnia sensibilia per quãdam similitudinem. scilicet per speciem sensibilẽ impressam sensui. quæ est similitudo sensibilium: sed de intellectu loquitur quantum ad habitum scientiæ: supplè, quòd anima est omnia entia sensibilia per habitum scientiæ impressum: non autem per speciem intelligibilem.

Henr & Gotfr.

¶Contra hanc expositionem arguit Doc. ibi Sed hæc expositio non videtur esse ad intentionem Philosophi. quia vult, quòd sicut omnia entia sensibilia sunt in sensu per quandam similitudinem: quia per speciem sensibilem: quæ similitudo sensibilium: ita sic etiam quòd omnia scibilia: siuè omnia intelligibilia sunt in intellectu tantum per quãdam similitudinẽ quia per aliquid, quod est formaliter similitudo illorum: & illud non potest esse, nisi species intelligibilis: non autem habitus scientiæ, cum non sit similitudo intelligibilis, circumscripta omni alia specie obiectum repræsentante. Nec valet dicere, q̃ omnia intelligibilia sunt in intellectu per fantasma: quia tunc

Contra expositionem Hen & Gotfred.

tunc anima non esset omnia intelligibilia per intellectum, siuè per sciētiam: sed tantum per fantasma, quia tunc nihil ibi esset repræsentās intelligibile, nisi fantasma.

Apparens contradictio. ¶Si dicatur, quòd secundum Sco. presenti. d. q. vl. actus intelligendi est similitudo obiecti: immo perfectius est similitudo obiecti, quam species intelligibilis: vt patet expresse ab ipso in quol. q. 14. & habit° causatur ex actibus: & semper inclinat ad similes actus circa idem obiectum. ergo habitus causatus ex illis actibus erit similitudo obiecti, quod hic negat.

Solutio. ¶Dico primo, quod non sequitur, quòd si actus est similitudo obiecti: quòd similiter habitus causatus: tum quia actus immediatè causatur ab obiecto: habitus verò non: & sic per dictum supra eo modo, quo actus imprimitur ab obiecto, eo modo repræsentat illud: tum etiam, quia potentia per actum cognoscendi actu cognoscit obiectum, non autem per habitum.

¶Dico etiam, quòd differentia est inter actum cognoscendi, & speciem intelligibilem in repræsentando. Nam actus repræsentat obiectum inquantū cognitum. Et si etiam ponatur, quòd actus cognoscendi repræsentet entitatem obiecti in se: non tamē sub illa ratione, qua est intelligibile: ita quòd per actum dicatur obiectum esse præsens intellectui in ratione intelligibilis: species verò dicit similitudo obiecti, quia per ipsam est præsens intellectui in ratione intelligibil.

¶Ibi. Expressius tamen est ad istud intentio Aug. Et hæc litera clara est.

Memoria non est prior actu intelligendi. ¶Ibi. Si respondeas. Hic ponitur responsio Henr. quia Aug. ubi supra vult, quòd memoria, vt memoria sit prior actu intelligendi: & non potest esse memoria perfecta prior actu intelligendi, nisi obiectū sit presens intellectui, vel in se, vt in cognitione intuitiua: vel in aliquo repræsentatiuo, vt in cognitione abstractiua: & tale repræsentatiuum, quod pertinet ad memoriam intellectiuam (vt memoria intellectiua est prior actu intelligendi, & principium formale productiuum actus intelligendi) est tantum species intelligibilis. Dicit Hen. q memoria est in parte intellectiua propriè sumpta, vt est principiū productiuum actus intelligendi: & talis memoria est ipse intellectus, vt habens actum intelligendi confusum: ita quod talis notitia confusa obiecti est intellectui ratio formalis producendi notitiam distinctam: sicut exposui mentem ipsius supra d. 2. parte. 2.

¶Sed vltra, quæ dicta sunt ibi cōtra hanc positionem. Hic specialiter Doct. arguit ostendens: q hæc positio est contra Aug. & Hen. Quia sit contra Hen. ostendit ibi. Contra opinionem. Nam Hen. ponit, quòd vniuersale, vt relucens in fantasmate est ibi, quasi memoria: & vt mouens ad actum intelligendi est ibi præsens, quasi intelligentia. ergo per istā opin. nullus actus intelligendi est memoria. Et quòd contradicat sibi Hen. patet, quia ponit, quòd obiectum,

Expressa cōtradictio Hen. vt relucens in fantasmate, vna cum intellectu dicitur memoria: & tamen prius dicit, quòd ipse intellectus, vt habens notitiam confusam obiecti dicitur memoria: & propriè de ratione memoriæ est mouere intellectum ad actum intelligendi: & tamen dicit, quòd obiectum, vt relucet in fantasmate, & per consequens, vt est in memoria non mouet intellectum ad actum intelligendi: & ex alia parte dicit, q obiectum, vt est in intelligentia idest in intellectu habente cognitionem obiecti mouet ad actum intelligendi. i. vt actu cognoscitur notitia confusa: illa notitia confusa est ratio gignendi notitiam distinctam: & sic secundum ipsum nullus actus intelligēdi esset à memoria, vt memoria est; quia vt relucet in phantasmate non mouet; sed esset ab intelligētia: quia vt intelligentia mouet ad actum intelligendi. i. vt actu intellectum mouet ad actum intelligendi. Et sic patet quomodo contradicit.

¶Ibi. Est etiam hoc contra Augu. vt apparet. 15. de tri. c. 11. vel 28. Intelligentiæ tribuentes cogitationis formationem. Nam Augu. vult, quòd nullus actus intelligendi, vt sic, siuè confusus, siuè distinctus sit actus memoriæ. i. pertinens ad memoriam: sed q sit actus intelligentiæ. i. pertinens ad intelligentiam, s. ad actualem intellectionem, ideo dicit, quòd nihil intelligimus, nisi per intelligentiam, id est, quòd nihil formaliter intelligimus, nisi per formalem intelligentiam, siuè intellectionem inhærentē nobis. *Nullus act° intelligendi est actus memoria.*

¶Ibi. Similiter autem ratione. Improbatur etiam opi. Henri. ratione, & formetur sic ratio. Aut ille actus. i. cognitio confusa obiecti, qua memoria est in actu primo: ut, scilicet, sit productiua actus secūdi: est idem cum illo actu intelligentiæ, cuius est productiua: quia Hen. posuit notitiam confusam obiecti pertinere ad memoriam: & quòd illa notitia est ratio formalis producendi intelligentiam, siuè notitiam distinctam. Ideo quærit Doct. si illa notitia confusa sit idem cum illa distincta: aut alia. Si idem: tūc idem erit ratio gignēdi se: quod est impossibile. Si alia: quæro aut erit simul cum notitia distincta: & tunc respectu eiusdem obiecti erunt simul notitia confusa, & distincta: quod non est intelligibile: quia tunc idem simul distinctè, & cōfuse cognosceretur: aut non est simul: & tunc memoria formaliter gigneret quando non esset: patet. Si enim in eodem instanti, quo producitur notitia distincta nō est notitia confusa: ergo notitia confusa, quæ pertinet ad memoriam non est productiua notitiæ distinctæ: quia tunc non est: & tamen productiuum, quando actu producit est prius natura ipso producto: & de hoc vide expositionem, quam feci super. d. 1. q. 3. & d. 15. q. vnica. secundi Doc. *Tertium.*

¶Ibi. Si etiam dicas, quòd memoria est memoria per habitum sciennalem. Hoc non stat cum opi. patet, quia hic quæritur de memoria vt in parte intellectiua tantum: vt, scilicet, obiectum est præsens intellectui, vt intellectus est: ita quòd intellectus potest se conuertere ad illum absq; mendicatione virtutis phantasticæ: vt supra patuit. Cum ergo secundùm Hen. per habitum scientialem obiectum non sit præsens, nisi in phantasmate: oporteret intellectū conuerti ad phantasma ad hoc, ut actu intelligeret: & sic in operando dependeret à potentia inferiori: quod est supra improbatum: & sic patet littera.

Ocham arguit contra necessitatem speciei intelligibilis ponenda. CONTRA conclusionem Doc. arguit Ochā, quòd respectu notitiæ abstractiuæ non est ponenda aliqua species intelligibilis: sed ponitur aliquis habitus præuius. Dicit enim Ocham. in 2. q. 14. & 15. quòd intellectus ante cognitionem intuitiuam obiecti est in potentia essentiali ad cognitionem abstractiuam: sed habita cognitione intuitiua est in potentia accidentali: ita quod potest in cognitionem abstractiuam: & prius non potuit: & habitus derelictus à cognitionibus intuitiuis ponitur in intellectu, vt prior cognitione abstractiua: & quòd talis habitus, sic derelictus ponatur in intellectu respectu cognitionis abstractiuæ: non autem species intelligibilis, sic probat. Quando aliquid est in potentia accidentali respectu cognitionis: non oportet ponere aliud, quàm illud, per quod est in potentia accidentali ad eliciendum actum: sed posito tali habitu in intellectu inclinante ad aliquam cognitionem est intellectus in potentia accidentali: ergo præter talem habitum; non oportet alium ponere in intellectu. Minor patet per philosophum tertio de anima: vbi dicit, quòd aliter est intellectus in potentia *Primum argumentum.*

ante

ante adiscere, & inuenire, quàm post: quia ante est in potentia essentiali: & post quando per actum aliquem derelinquitur aliquis habitus: tunc est in potentia accidentali ad alium sibi consimilem: ergo intellectus per habitum generatum ex actu est in potentia accidentali. Vnde nunquam experitur aliquis se esse in potentia accidentali respectu intellectionis, nisi post intellectionem. Si enim ponantur mille species preuiæ actui intellectus (si nullum actum habeat intellectus) nõ plus est, nec experitur, quàm si nulla sit ibi species. Si enim non ponatur alia species; & tamen si actus intelligendi ponatur, statim intellectus intelligit, & experitur se esse in potentia accidentali respectu alterius cognitionis: ergo.

¶ Item. Omnia illa, quæ possunt saluari per speciem, possunt saluari per habitum: ergo superfluit species.

Secundum. ¶ Item, quòd habitus necessariò requiratur ad intelligendum aliquod obiectum: patet, quia si non requireretur, sed sufficeret tantum species: ergo si species corrumpatur post centum mille intellectiones: non aliter posse intelligere illud obiectum: cuius est species, quàm ante omnem intellectionem: quia habitus non ponitur, & species corrumpitur.

¶ Si dicas, quòd per multas cognitiones augetur species.

¶ Contra. Tunc per augmentationem speciei semper inclinatur intellectus plus ad intelligendũ: & per consequens superflueret totaliter habitus: qui ab omnibus ponitur. Et sic vel species superfluè ponitur, vel habitus: sed habitus ab omnibus ponitur, & non species: ergo videtur, quòd species superfluat.

Tertium. ¶ Item si species ponitur nõ ponitur, nisi propter assimilationem, vel propter causationem intellectionis, vel propter repræsentationem obiecti, vel propter determinationem potentiæ, vel propter vnionem mouentis, & moti, & propter ista maximè ponitur species: sed propter nullum istorum oportet ponere, non propter assimilationem: quia illa assimilatio, aut est in essentia, & natura intellectuali, per quam assimilatur obiecto cognito: aut est assimilatio effectus ad causam: Non primo: quia intellectus intelligendo substantiam magis assimilatur in natura sua propria obiecto, quod est substantia: quàm per speciem, quæ est accidens: quia minus assimilatur accidens substãtiæ, quàm substãtia substãtiæ. Nec secũdo: quia illa assimilatio passi ad agens est per hoc, quòd recipit aliquem effectum causatum ab agente: sed isto modo assimilatur intellectus sufficienter per intellectionem causatam ab obiecto, & receptam in intellectu.

¶ Item tãta assimilatio requiritur in notitia intuitiua, quanta in abstractiua: sed in intuitiua non requiritur aliquid præuium cognitioni assimilans: ergo nec in abstractiua.

Quartum. ¶ Item repræsentatum debet esse prius cognitum: aliter repræsentans nunquam duceret in cognitionem repræsentati, tanquam in simile: statua enim Herculis nunquam duceret me in cognitionẽ Herculis, nisi prius vidissem Herculem, nec etiam scire possum, vtrum statua sit sibi similis, an non: sed secũdùm ponentes speciem: species est aliquid præuium omni actu intelligendi obiectum.

Quintum. ¶ Item, si ponitur propter repræsentationẽ obiecti: hoc non est nisi, quia distans non potest agere in distans: hoc autem falsum est: sicut post patebit. Nam si obiectum distans non possit agere in intellectum, causando intellectionem, nisi prius causaret speciẽ: quia oportet obiectum esse præsens passo in se, vel in alio: ergo eodem modo obiectum distans non potest causare speciem in intellectu, nisi causando aliquid præuiũ speciei: per quod obiectum est præsens intellectui ad causandum illã speciem: & similiter ante illam speciem oportet ponere aliam: & sic in infinitum: ergo obiectum distãs, si potest causare speciem in intellectu sine aliquo præuio, per quod sit præsens: ergo eodem modo potest causare immediatè intellectionẽ sine aliqua specie præuia repræsentante.

¶ Nec debet poni species propter causationem intellectionis: quia secũdùm eos corporale, & materiale non possunt agere in spirituale: & ideo oportet ponere talem speciem in intellectu. *Sextum.*

¶ Sed contra. Sicut corporale, & materiale non potest esse causa partialis immediata respectu intellectionis, quæ recipitur in spirituali: quia in intellectu possibili, qui est spiritualis qualitas: ita nec materiale potest esse causa partialis in intellectu agente, concurrens ad producendum speciem, quæ est spiritualis: & sicut tu ponis, quòd corporale potest esse causa partialis ad causandum speciem in spirituali: ita ego pono, quòd corporale est causa partialis ad causandum intellectionem in spirituali. Nec debet poni species propter determinationem potentiæ: quia omnis potentia passiua sufficienter determinatur per agens sufficiens: maximè quando ipsamet potentia est actiua: sed agens sufficiens est obiectum, & intellectus, vt probatum est. Nec debet poni propter vnionem obiecti cum potẽtia, tanquam mouentis, & moti: quia tunc eodem modo arguerem, quòd ante illam speciem oporteret ponere aliam: quia ad hoc, quòd obiectum possit causare primam speciem in intellectu: requiritur, quòd vniatur sibi, sicut requiritur vnio ad hoc, q causet intellectionem: & hoc erit per aliam speciẽ: & sic in infinitum. Sic ergo patet, quòd habitus sit ponendus propter experientiam: & non species: hoc Ocham vbi supra; & multa alia dicit, quæ non sunt contra Doct.

QVIDAM alij arguũt contra positionẽ Doc. licet eorum argumenta minus valeant, quàm argumenta Ocham, arguuntque sic. Si species præcedit actum intelligendi: tunc in intellectu erunt duo recepta ordine quodam: s. species, & actus intelligẽdi: & sic; vel erunt ambo qualitates, vel species erit qualitas, & actus intelligendi erit passio, quoniam verius perficit intellectum, quàm species: cum species præsupponatur actui intelligendi, tanquam dispositio: erunt ergo ambo qualitates (vt omnes cõcedunt) tunc, vel eiusdem speciei, vel diuersarum: & non possunt poni in diuersis speciebus qualitatis: ergo in eadem specie. Et tunc arguo, quòd intellectus non esset denudatus à specie recepti, tanquam à medio recipiendi, quod est contra Auer. in multis locis. *Aug. Suef* *Arguit pri mo.*

¶ Item difficile esset dare illius speciei necessitatem: cum non sit necessaria tanquam dispositio, nec tanquam medium inter puram ignorantiam, & scientiam: nec vt causa actus intelligendi. Omnia enim argumenta, quæ alteram harum partium probant, sunt debilia: & non excedunt naturam sermonis dialectici. Facilius ergo dicendum puto intellectionem esse speciem secundùm eum: sed differre solum in modo, & ratione: potest enim effectus comparari ad intellectum potentiæ: & ad formam intellectus abstractam à materia, quæ vocatur obiectum intelligibile: si enim intellectui cõparetur: sic passionis, & intellectionis nomen sibi vendicat: si autem obiectum respiciat intelligibile, cuius est similitudo: sic rationem speciei retinet: erit ergo vna res absolutè, licet modi intelligendi illam sint diuersi. *Secunda.*

¶ Item

Tertio.

¶Itē arguit. Si talis ſpecies poneretur prior actu intelligendi: tūc intellectus eſſet in actu, antequam intelligeret, quod omnes peripatetici extraneum reputant. Et quòd ſequatur ipſum eſſe in actu probat, quia ex intellectu, & ſpecie fit verius vnū, quàm ex materia, & forma: & quod verius eſt vnum, verius eſt ens: ergo intellectus, & ſpecies ſunt verius ens: ſed quod verè eſt: actus eſt: ergo intellectus per ſpeciem informatus eſt actus, vel in actu: & ſic intellectus erit in actu, antequam intelligat, quod eſt falſum: hæc ille.

Ad rationes Ocham ad primam.

RESPONDEO primo ad rationes Ochā. Et dico ad maiorem primi argumenti, φ aliquid eſſe in potentia accidentali, ſiuè propinqua poteſt dupliciter intelligi.

Eſſe in potētia accidentali poteſt intelligi dupliciter.

Primo: quia illud, per quod aliquid eſt in potentia accidētali eſt ratio, quare actus promptè, faciliter, & expeditè elicitur: & per quod potentia magis inclinatur ad ſimiles actus. Hoc modo intellectus per habitum cauſatum ex pluribus actibus dicitur in potentia accidentali: quia habens talem habitum prōptius, facilius, & expeditius elicit ſimiles actus illis, ex quibus cauſatur: ſuſtinēdo, quòd habitus non cōcurrat actiuè ad actus exteriores, & ante illum habitum intellectus dicitur eſſe in potentia eſſentiali, ſiue remota. Suſtinendo verò, φ habitus ſit partialis cauſa actus ſequēns: dico, quòd intellectus per talem habitum non tantum eſt in potentia accidentali ad promptè, faciliter, & expeditè producendum talem actum: ſed etiam ad producēdum perfectiorem actum intenſiuè: vt patet à Doc. infra diſtinct. 17.

Secundo aliquid poteſt intelligi eſſe in potentia accidentali: quia illud, per quod eſt in tali potentia eſt ſimpliciter ratio, quare potentia intellectiua ſit in potentia propinqua ad agendum abſolutè: ſic, φ ante illud nullò modo poſſet agere: & hoc modo per ſpeciem intelligibilem intellectus eſt in potentia accidentali reſpectu cognitionis abſtractiuæ: ita φ ante illam nullò modo poteſt intelligere, cum tunc non habeatur præſentia obiecti: & ſic intellectus, vt non habens ſpeciem intelligibilem obiecti dicitur in potentia eſſentiali, ſiue remota: vt verò eſt habens illam dicitur in potentia accidentali, ſiuè propinqua: quia tunc habet omnia requiſita ad cauſandam intellectionem. Et cum dicit, quòd habitus ſufficit. Negatur, cum per habitum, vt habitus eſt, non habeatur præſentia obiecti, quæ neceſſaria eſt ad actum intelligendi.

¶Et cum dicit, quòd nos experimur, quòd per actum intelligendi, ſiuè per habitum ſumus in potentia propinqua, &c. non autem per ſpeciem intelligibilem.

¶Dico primo, quòd benè per habitum experimur nos eſſe in potentia propinqua ad eliciendos ſimiles actus illis, ex quibus cauſatur habitus, ad quos actus habitus inclinat: & tale huiuſmodi non experimur per ſpeciem intelligibilem alicuius, cum ſpecies intelligibilis obiecti præcedat omnem actū intelligendi illius obiecti.

¶Secundo dico, quòd non eſt neceſſe habere talem experientiam, ſeu cognitionem experimentalem (vt etiam patet ſecundum ipſum de cognitione intuitiua obiecti) quia ſi potētia habet obiectum in ſe præſens, ſtatim operatur circa illud, cauſando intuitiuam cognitionem illius: & tamē patet, quòd ante illam cognitionem non habet aliquem actum cognitum experimentalem circa illud obiectum, ſic in propoſito. Sufficit enim, quòd cauſæ actus ſint debitæ approximatæ, & non impeditæ: quibus poſitis ſtatim ſequitur actio.

Secūdū.

¶Deinde quando dicit, quòd ſi poſt centum mille intellectiones ſpecies intelligibilis corrumperetur, non poſſet intellectus cognoſcere abſtractiuè.

Intenſio ſpeciei intelligi.

¶Dico primò, quòd caſus non eſt admittendus, quia per aliam, & aliam intellectionem intenditur ſpecies intelligibilis, vt infra patebit. Et cum dicit, quòd tunc per illam magis inclinaretur ad actum intelligendi.

Dico, quòd ſi loquatur de inclinatione naturali potentiæ per quodcunque ſibi adueniens, illa non intenditur: vt patet à Docto. in quarto, diſtinctio. quadrageſimanona, quia inclinatio naturalis eſt ipſa natura inclinata. Si verò inclinatio naturalis ſumatur ex parte ſpeciei. Dico, quòd quanto illa intenditur in ſuo eſſe, tanto inclinatio naturalis intenditur, cum ſit eadem res, & ſic intellectus habens talem ſpeciem magis inclinatur ratione talis ſpeciei. Sed hæc nihil ad quæſtio. quia ſi ſpecies intenderetur, tunc per illam poſſet perfectior actus cauſari.

¶Dico ſecundo, quòd ſi talis ſpecies corrumperetur, ita quòd in potentia nihil eſſet niſi habitus derelictus ex actibus: intellectus non poſſet cognoſcere obiectum abſtractiuè: quia tunc non poſſet haberi præſentia obiecti, quæ eſt neceſſaria ad actum intelligendi: & ſic non eſſet inconueniens, quòd poſt centum mille intellectiones, deſtructa ſpecie intelligibili, per quam ſolam habetur præſentia obiecti in cognitione abſtractiua: intellectus nullam cognitionem abſtractiuam haberet de tali obiecto: ſicut non eſt inconueniens, quòd poſt centum mille viſiones potentia viſiua non poſſit videre album, deſtructa ſpecie ſenſibili albi, per quam ſola habetur præſentia albi in ratione obiecti viſibilis.

Oporteret ergo ponere, quòd deſtructa ſpecie intelligibili per habitum poſſit haberi præſentia obiecti intelligibilis, in ratione obiecti intelligibilis, quod non probat, nec probare poſſet: cum obiectum, ſub ratione qua intelligibile, ſit prius habitu: quia & prius actibus, ex quibus generatur habitus.

Ad tertiū.

¶Ad aliud, quando dicit, quòd ſi ſpecies ponitur, aut ponitur propter aſſimilationem &c.

Dico, quòd quamuis ſpecies intelligibilis ſit ſimilitudo obiecti, ſub ratione qua intelligibile: vt ſupra expoſui: principaliter tamen ponitur, vt per illam habeatur præſentia obiecti intelligibilis, quæ aliter haberi non poſſet: & ſic patet, quòd illa, quæ dicit de aſſimilatione non ſunt ad propoſitum.

Si tamen teneatur, quòd propter aſſimilationem ponitur: tunc ad obiectiones, quas facit reſpondeo, præmittendo vnum, quòd aliquid aſſimilari alteri contingit multipliciter.

Simile vnū alteri eſſe poteſt multipliciter capi.

Vno modo in ratione naturæ: ita quòd vna natura eſt ſimilis alteri: & ſic ſpecies intelligibilis non ponitur ad hoc, vt intellectus fiat ſimilis in ſua natura obiecto, nec econtra.

Secundo dicitur aliquid aſſimilari alteri tantum accidentaliter: ſicut dicimus, quòd Franciſcus eſt ſimilis Ioan. albo ratione albedinis, quam habet: & ſic intellectus habens actum intelligendi dicitur ſimilis obiecto cognito: quia actus intelligendi eſt ſimilitudo obiecti cogniti: & ſimiliter per ſpeciem intelligibilem eſt accidentaliter ſimilis obiecto intelligibili, inquantum intelligibile: & ſic aliter eſt ſimilis obiecto per ſpeciem intelligibilem, & aliter per actum intelligendi: ſimilitudo enim per actum intelligendi abſtractiuum neceſſariò præſupponit ſimilitudinem per ſpeciem intelligibilem.

Tertio potest aliquid dici simile alteri, loquendo de similitudine proportionis: & sic intellectus per speciem intelligibilem magis proportionatur obiecto intelligibili, inquantum intelligibile, quàm per aliquid aliud: & hoc modo loquendo de tali similitudine proportionis: patet, quòd species intelligibilis est necessaria: quia sine illa est simpliciter improportionatus obiecto intelligibili ad ipsum attingendum per intellectionem. Et quod dicit, quòd tanta assimilatio requirit in notitia intuitiua, quàm in abstractiua. Concedo, loquendo de assimilatione tertio modo: & sicut in cognitione intuitiua ad hoc, vt potentia possit intuitiue cognoscere obiectum, requiritur præsentia obiecti in se: ita in cognitione abstractiua ad hoc, vt potentia possit cognoscere obiectum, requiritur præsentia obiecti: & quia in tali cognitione abstractiua nō habetur in se præsens: sed per speciem intelligibilem hr̄ præsens: ideo hoc modo requiritur tanta similitudo.

Ad quartū. ¶ Ad aliud, quando dicit, q̊ repræsentatum debet esse prius cognitum &c. Dico, q̊ aliquid repræsentari potest multipliciter intelligi. *Repræsentari multis modis dicitur.* Vno modo in ratione imaginati: sicut dicimus, quòd imaginatum cognoscitur per imaginem: & tale prius cognoscitur; vt patet de statua Herculis &c. Secundo in ratione obiecti intelligibilis, & tale prius non cognoscitur: modo per speciem intelligibilem hr̄ tantum præsentia obiecti, in ratione obiecti intelligibilis: & de huiusmodi repræsentatione. vide Doct. in q. 14. quolib. Concedo etiam, q̊ repræsentatum prius cognoscitur specie intelligibili, cū species intelligibilis cognoscatur tantum actu reflexo, de quo alias.

Ad quintū. ¶ Et quod dicit de distante. Hoc nihil est. Tum: quia semper requiritur approximatio obiecti secūdum præsentiam. Nam in cognitione intuitiua obiectum debet esse approximatum secūdum suam existentiam, & præsentiam. Vnde non credo, quòd intellectus angeli existens in cœlo possit intuitiue videre lapidem propter maximam distātiam: de quo in 2. dist. 5 q. 10. & 11. & in 4. dist. 45. sic in cognitione abstractiua requirit approximatio obiecti, qualis possit haberi, quæ approximatio nihil aliud est, nisi obiectum esse proportionaliter præsens intellectui, in ratione obiecti intelligibilis: non potest autem esse præsens in ratione obiecti intelligibilis, sub ratione vniuersali, nisi per speciem intelligibilem. Et cum dicit, quòd sicut obiectū distans potest causare speciem intelligibilem: ita, & cognitionem. Dico, q̊ si intelligit, q̊ obiectum distans: puta lapis: extra posit, vt causa propinqua causare speciem intelligibilem in intellectu nostro. Negatur, sed dicitur causare, vt causa remota: quia prius causat speciem sensibilē in sensu exteriori; deinde causatur species sensibilis in virtute fantastica, quę species dicitur fantasma: & ipsum fantasma vnà cum intellectu agente est causa immediata speciei intelligibilis; vt infra patebit à Doct. ratio autem, quare obiectum distās non potest immediatè causare speciem intelligibilem sui est propter ordinem potentiarum: de quo supra patuit quæst. 3. præsentis distinct. Si verò tale obiectum comparetur intellectui, nō habenti essentialem ordinem ad virtutem fantasticam, & sensum exteriorem, posset immediatè causare speciem intelligibilem in tali intellectu: vt alias exposui super q. 11. dist. 3. secundi Doct.

Ad sextum. ¶ Ad aliud cum dicit, quòd non debet poni species propter causationem intellectionis. Respōdeo, quòd specialiter propter hoc ponitur, vt inferius probabo per dicta Doct.

¶ Et quod adducit de corporali, & materiali, &c. q̊ nō possunt producere aliquem effectum spiritualem. Hoc non dicitur a Doct. Immo vult ipse Doct. in 2. di. 3. quòd non tantum corporale possit mouere intellectum nostrum ad sui cognitionem, sed etiā potest mouere intellectū angelicum, partialiter causando in eum cognitionem intuitiuam. Et de hoc quomodo corporale possit agere in spirituale, patebit infra in q. immediatè sequenti. Bene verum est, quòd non possunt agere in spiritum, causando, nec totaliter, nec partialiter effectum corporalem, cum talis effectus non possit recipi in spiritu; vt patebit in 4. dist. 44. Et hæc sufficiant.

AD rationes alterius opin. Ad primam dico, q̊ sunt duæ qualitates. Et cū quærit in qua specie qualitatis. *Ad ratio- nes ... sua ad pri- mam.* Dico, q̊ sub prima, cum species intelligibilis sit qualitas de difficili mobilis, & intellectio sit qualitas de facili mobilis (si tamen qualitas de difficili, & de facili mobilis sint eiusdem speciei, saltem subalternæ, vel dicantur modi eiusdem rei) quod fortè magis videtur, vt patet in prædicamento qualitatis Doc. Vel si ponantur diuersæ species, ita q̊ vna sub habitu, & alia sub dispositione, patet q̊ species intelligibilis ponitur sub specie habitus, cum sit qualitas de difficili mobilis: vt patebit in ista q. respondēdo ad argumenta Henri. Intellectio vero ponitur sub dispositione. Fortè etiam possent poni in tertia specie qualitatis, cum sint passiones spirituales secundum vnam opi. & de hoc vide Doct. in quoli. q. 13. Et cum dicit, q̊ si ponantur in eadem specie, q̊ tunc intellectus non esset denudatus à specie, recepta tanquam à medio recipiēdi. Dico, q̊ licet hoc requirat prolixiorem tractatum; tamen pro nunc dico, q̊ si essent sub eadem specie generica non tamen sub eadem specie specialissima: & posito, q̊ sint eiusdē speciei specialissimæ adhuc vna non esset ratio recipiēdi aliam: & hoc infra declarabitur.

Ad terti... ¶ Ad aliud, quod tunc intellectus esset in actu, antequam intelligeret. Dico primo, quòd hoc est necesse ipsum esse in actu suo entitatiuo, & existentiæ ante omnem intellectionem.

¶ Et si dicatur, quòd intellectus ante intelligere nihil est eorum, quæ sunt: vt patet 3. de anima t. c. 5.

¶ Ista auctoritas sic debet intelligi, q̊ ante intelligere aliorum non est de numero intelligibilium in potentia propinqua: vt diffuse Doct. exponit in 1. dist. 3. q. 7. & in 2. dist. 3. & in quolib. Et quando probat, q̊ esset in actu. Admitto. Cum vero deducit, q̊ sit verius ens, quàm compositum ex materia & forma. Non credo, q̊ Io. de Janduno, qui fuit peritissimus Aristotelicus hoc non intellexerit, cōtra quem ista opin. arguit. Sed quomodo hæc auctoritas intelligatur. vide Sco. in suis vniuersalibus.

Ad secun- dum. ¶ Et qd̄ dicit, q̊ species intelligibilis, & intellectio sunt vna res. Hoc dicit sm̄ opi. Aegydij quol. 3. q. 12. & 13. quam opin. Docto. improbat in q. immediatè seq. Et miror, q̊ hęc opi. non soluat argumenta Sco. quibus probat necessitatem speciei intelligibilis.

AD primū argumentū principale. Nunc Doct. respondet ad argumenta principalia facta in principio q. quibus probat nullam esse necessitatem ponendi talem speciem intelligibilem. Et primum argumētum patet in litera. Et respondet Doc. primo, q̊ si argumentum concluderet contra ipsum Doct. concluderet etiam cōtra oēm opi. q̊ nullo modo possit intelligi vniuersale: quia si tu dicis, q̊ illud, qd̄ imprimitur à singulari est singulare, à quocūq; imprimatur (cum actio sit circa singulare) illud autem, quod est singulare nō potest repræsentare vniuersale: & si vniuersale non est p̄sens in ratione intelligibilis, nullo modo potest intelligi: & sic per nihil impressum in anima (cum omne tale sit singulare) poterit haberi præsentia obiecti vniuersalis, ac per consequens nō erit intelligibile. Sequitur. Ideo rn̄deo. Hic Doct. primo dat vnam distin. deinde respondet ad argum.

Quid sit ratio agendi, & ratio agentis.

Distinctio est hæc, quòd alia est ratio agendi, & alia est ratio agentis, siue conditio agentis: ratio agendi est natura vt natura: ratio agentis est singularitas: Exemplum. Hæc albedo causat speciem sensibilem in organo visus: ratio formalis causandi est quiditas albedinis, siue essentia albedinis, propter quam hæc albedo agit: conditio verò agentis est singularitas agentis. Et nota, ꝙ tota perfectio agentis, inquantum agens sumitur à formali ratione agendi, & non à cõditione agẽtis: & quãto ratio formalis est nobilior, tanto effectus producibilis per eam erit nobilior. Hóc præmisso respondet ad argumentum, cum dr. Quæcunque species gignitur ab aliquo repræsentat ipsum secundum illam rationem, secundum quam gignitur ab eo. Dicit Doct. ꝙ ista est vera, loquendo de ratione formali gignendi: modo ratio formalis gignendi est natura, vt natura: loquendo verò de cõditione agentis gignentis negatur illa propositio. Sed contra hanc responsionem arguit Doct. quia videtur sequi, quòd species sensibilis possit repræsentare vniuersale: patet quia talis species, quæ gignitur ab hac albedine est à ratione formali gignendi, siue imprimitur à ratione formali gignendi.

¶Respondet Docto. vltimatè, ꝙ quando aliquid imprimitur ab aliquo (rationem formalem includente) sicut à causa totali (quæ ratio formalis sit in singulari) repręsentat ipsum sub illa ratione, sub qua gignitur, loquendo de ratione gignendi: & etiã repręsentat ipsum concomitanter sub ratione gignentis, aut saltem non sub ratione opposita rõni gignẽtis: & ideo, species in sensu non repręsentat obiectũ sub ratione vniuersalis, quæ est cõditio opposita rationi gignẽtis singularis. Sed in proposito obiectũ nõ est causa totalis gignẽs respectu speciei intelligibilis, q̃a cum ipso agit intellectus agens sicut partialis causa.

Primum dubium.

IN ista tamen litera occurrunt aliqua dubia. Primũ est de ratione formali gignendi: quia ex qua natura est prior singularitate: vt patet p ipsum in 2. dist. 3. hoc idem in isto primo. dist. 5. q. 2. & 26. di & vt sic habet tm̃ esse ſm quid: cum vt sic sit prior existentia, & supra ostensum est, ꝙ nihil habens tm̃ esse secundum quid potest esse ratio formalis agẽdi, respectu alicuius habentis esse simpliciter, siue existẽs: modo species intelligibilis habet verum esse reale. *Species intelligibilis habet esse reale.* Similiter quando Ioan. producitur à Francisco, ratio formalis agendi in Francisco est natura, vt natura: & vt sic tantum habet esse secundum quid. ergo non potest esse ratio formalis agendi, vel producendi Ioannem secundum verum esse reale absolutum, & actu existens.

Secundum dubium.

¶Secunda difficultas est de conditione agentis, quæ secundum Doct. est ratio singularitatis, quare perfectio agendi nõ etiam sumitur à singularitate, cum singularitas dicat ens positiuum, & reale, vt patet à Doct. infra dist. 5. q. 2. & 26. Est enim singularitas actus positiuus, realiter actuans, & perficiens naturam, cui aduenit. vt patet à Doct. vbi supra. sed de hoc vide prolixius in secundo, dist. 3.

Tertium dubium.

¶Item circa idem occurrit alia difficultas, quia agens agit inquantũ est in actu: & si agit verè actione reali, verè erit in actu reali: sed singularitas, vt singularitas est prior existentia naturæ, immo præscindit ab omni existentia, vt subtiliter patet à Doc. in 2. dist. 3. & per consequens singulare agens non erit in actu: & sic nullo modo poterit agere.

Quartum dubium.

¶Quarta difficultas est in hoc, quod dicit, quòd ratio formalis gignendi speciem intelligibilem est natura obiecti: & conditio agentis est singularitas obiecti. hoc videtur contra ipsum, quia infra q. pen. expressè vult, quòd ipsum fantasma sit causa partialis speciei intelligibilis: & per cõsequens natura fantasmatis erit ratio formalis gignendi speciem intelligibilem: & sic species illa repræsentaret naturam fantasmatis: cum eo modo repræsentet, quo gignatur à ratione formali gignendi, vt patet per rationem Doct. ergo per speciem intelligibilem tantum hr̃ pñtia naturæ fantasmatis, quod est contra Doct.

Quintum dubium.

¶Quinto dubitatur in hoc, quod dicit, quòd species sensibilis cõcomitanter repræsentat singulare: ergo species sensibilis primo, & immediatè repræsentat naturam in se, tunc arguitur sic. Eo modo, quo habetur præsentia obiecti in ratione obiecti, eo modo potest cognosci: sed per speciem sensibilem primo, & immediatè habetur præsentia naturæ, vt naturæ: patet quia talis species eo modo repræsentat, quo imprimitur à ratione formali gignẽdi: ergo actus sentiendi poterit terminari ad naturam in se, quod est contra Docto. Item in eo, quod dicit, quòd repræsentat singulare concomitanter: quæritur an repræsentet singulare sub ratione singularitatis? aut sub alia ratione? Si primo? ergo per ipsam poterit cognosci singulare sub ratione singularitatis, quod est contra ipsum in primo metaphys. & in septimo. Si secundo, detur illa alia ratio, sub qua repræsentat, non sub ratione vniuersalis, vt patet. Si dicatur, quòd repræsentat ipsum sub ratione singularis non distincta, sed quodammodo confusa: tunc arguo sic, & accipio hanc albedinem singularem, quæ imprimat speciem sensibilem in organo visus: tunc sic. Eo modo species sensibilis repræsentat albedinẽ, quo imprimitur à ratione formali agendi albedinis, vt à totali causa: vt patet à Docto. & conditio agentis est singularitas propria ipsius albedinis: si ergo primo repræsentat rationẽ formalẽ gignendi, & concomitanter conditionem agentis: sed illa conditio est singularitas propria albedinis: ergo per ipsam speciem sensibilem poterit cognosci hæc albedo, sub ratione propria singularitatis.

Sextum dubium.

¶Item occurrit alia difficultas: quia si teneatur, quòd sicut obiectum intelligibile est tantum partialis causa speciei intelligibilis: sic similiter obiectum sensibile erit tantum partialis causa speciei sensibilis (vt aliqui tenẽt) quomodo poterit saluari, quòd species sensibilis impressa à ratione formali agendi, vt à partiali causa, non repræsentet ipsam albedinem, sub ratione vniuersali?

Responsio ad primũ.

RESPONDETVR ad primam difficultatem, præsupponendo vnum, ꝙ quando Doct. dicit, quòd ratio formalis agẽdi est natura, siuè entitas quiditatiua: vt etiam supra expositum est in d. 1. q. 2. nõ vult, ꝙ sit ratio agendi alicui supposito, nisi actu existat, q existentia est idem realiter cum ipsa natura: vt patet ab ipso in 2. di. 1. & ibi diffusè pertractatur illam materiam. Existentia enim est gradus intrinsecus naturæ, licet ergo ratio formalis agendi (cum sit rõ quiditatiua) sit ipsa natura, nunquã tamen aliquod suppositum agit mediante ratione formali agendi, nisi talis ratio formalis actu existat: requiritur ergo existentia in natura, non vt ratio formalis agendi: nec vt pars rationis formalis agendi: sed vt dispositio, sine qua impossibile est rationem formalem agendi habere actum, siuè actionem realem.

Ad secundum.

¶Ad secundam difficultatem. Concedo, ꝙ ratio singularitatis est actus perficiens naturam: negatur tamen, ꝙ sit ratio formalis agendi: quia propriè loquendo de ratione formali agendi est ratio quiditatiua, vt supra patuit dist. 1. q. 2. Sicut enim propriè terminus formalis generationis est entitas quiditatiua, per quã genitum est simile generanti: ita ratio formalis generandi erit entitas quiditatiua, per quã genitum est sibi simile in natura: ratio autem singularitatis, & si dicat perfectionem additam naturæ: non tamen est ratio quiditatiua.

¶Dico secundo fortè non haberem pro incon-

uenienti, q entitas singularitatis sit ratio formalis agendi: & quomodo hoc possit intelligi: vide in expositione, quã feci super d.3.q.vltima secund. Doc.

Ad tertiã. ¶Ad aliud, quod est de singulare agit, in quantum est in actu: ita q nisi sit actu existens non potest agere reali. Et cum dicis, q per singularitatem non est actu existens: quia singularitas est prior existentia. Dico, q si singularitatis sit prior existentia: non tamen dicitur conditio agentis, nisi actu existat non q existentia singularitatis propriè dicatur conditio agentis, sed quia agens actu agere nõ potest, nisi actu sit singulare singularitate existente in eo; & eo modo requiritur existentia singularitatis, quo dixi de existentia naturæ.

Ad quartam. ¶Ad quartam difficultatem: dico, quòd ratio formalis agẽdi respectu speciei intelligibilis potest dupliciter intelligi. Vno modo pro ratione formali agendi remota, à qua dependet ratio formalis agendi propinqua quantum ad suum esse. Alio modo pro ratione formali agendi propinqua. *Rõ formalis agẽdi remota, & propinqua.* Primo modo natura obiecti pro statu isto est ratio formalis agendi speciem intelligibilem: quia ipsa est prima ratio formalis immutandi sensum exteriorem: quo immutato immutatur virtus phantastica, recipiendo phantasma talis obiecti. Secundo modo phantasma est ratio formalis agendi speciem intelligibilem, loquendo de ratione formali partiali. Si tamẽ obiectum comparetur ad intellectum separatum à corpore: natura talis obiecti erit ratio formalis agẽdi proxima, & immediata respectu speciei intelligibilis imprimendæ in tali intellectu: vt patebit in 3. dist. 3. q. 10 & 11.

¶Et quando dicitur, quòd tunc species intelligibilis repræsentabit naturam phantasmatis, & si sic tunc phantasma erit prius præsens intellectui in ratione obiecti intelligibilis, quàm ipsum obiectum.

¶Dico, quòd species intelligibilis primò, & immediatè repræsentabit naturam ipsius obiecti: quia, & si natura phantasmatis sit ratio formalis imprimendi talẽ speciem: non tñ est ratio formalis imprimendi immediatè speciem propriam, sed tantum imprimendi speciem obiecti: quia species intelligibilis, si immediatè imprimeretur ab obiecto esset tantum repræsentatiua obiecti in ratione intelligibilis: à quocunque ergo imprimatur talis species, semper repræsentatiua eiusdem: sicut patet de specie intelligibili impressa intellectui angelico, quæ repræsentat Deũ, sub ratione deitatis in ratione obiecti intelligibilis, & tamen immediatè causatur à voluntate diuina, & nõ ab obiecto: & in hoc dicimus, quòd voluntas diuina supplet vicem talis obiecti. Sic in proposito phantasma supplet vicem obiecti. An modo phãtasma (cum sit vera res absoluta) possit causare aliquam speciem intelligibilem in intellectu possibili repræsentãtem ipsum phãtasma, in ratione obiecti intelligibilis, de hoc alias, quia hoc ptractare non est præsentis speculationis.

Ad quintã. ¶Ad quintam difficultatem dico, q species sensibilis repræsentat ipsam naturam, sed non absolutè: sed vt in aliquo singulari: & sic dicitur repræsẽtare concomitanter singulare, non. n. in aliquo priori natura dicitur repræsentare naturam in se, quin in illo repræsentet in aliquo singulari: & ideo potẽtia sensitiua puta visiua nunquàm per speciem sensibilẽ habet naturã obiecti sensibilis p̃sentẽ in rõne obiecti sensibilis in se, & absolutè: sed tñ habet illam præsentem, vt in aliquo singulari. Et quãdo additur, q tunc singulare, sub ratione singularitatis põt cognosci. Negatur consequentia, quia posito, q singulare, sub rõne propria singularitatis pducat speciem sensibilem, non tamẽ talis species sensibilis repræsentat illud singulare sub propria ratione singularitatis.

Ad sextã. ¶Ad vltimũ dico, q posito, q natura obiecti sensibilis sit ratio formalis agendi, & partialis: non tamen sequitur, q species sensibilis, sic impressa repræsentet naturam, vt natura est: sicut species intelligibilis. Et ratio, quia si sensus concurrit partialiter ad speciem sensibilem, & intellectus agens ad speciem intelligibilem. non tamen sequitur, q sicut species intelligibilis repræsentat naturam in se, q etiã species sensibilis: quia intellectus agẽs est virtus immaterialis, & propter suam immaterialitatem est valde abstractiua: non sic est de potentia sensitiua; quæ cum sit virtus organica, & immersa materiæ quantum ad esse, & quantum ad operari: non potest dici virtus abstractiua, siuè partialis causa causandi aliquam speciem repræsentatiuam alicuius abstracti, siue à singularibus, siue à conditionibus materialibus. Et sic patet responsio ad dubia.

¶Secundo principaliter arguit Doct. ibi. Secundo sic: Præsentia obiecti est causa præsentiæ speciei, & non econtra. non enim quia species est in oculo, ideo obiectum est præsens, sed econtra: ergo prima repræsentatio obiecti non est per speciem, ergo superfluè ponitur species propter præsentiã obiecti.

¶Respondet Doctor. ibi: Ad secundum de præsentia ista.

¶Ista responsio sic debet intelligi, q in cognitione abstractiua obiectum prius est præsens præsentia reali, vt possit causare speciem intelligibilem, id est quòd ipsum fantasma repræsentans ipsum obiectũ cum conditionibus materialibus: & supplẽs vicem illius in causando speciem intelligibilem dicitur obiectum esse sic præsens: quia fantasma repræsentans ipsum: sic est præsens causando speciem intelligibilem. Idem videtur dicendum in secunda p̃ñtia in specie intelligibili, q obiectum dicitur præsens, vt causatiuum cognitionis suæ: quia species intelligibilis, in qua relucet, sic est præsens intellectui, vt possit esse causa partialis intellectionis obiecti. *Nota de duplici præsentia obiecti.* Vel sic intelligo, quando Doct. dicit, q duplex est præsentia obiecti, scilicet realis, & intentionalis: & per primam præsentiam, siuè approximationem talem, potest gignere speciem talem in intellectu, quod sufficit, vt sit præsens præsentia reali alicui sensui exteriori: quia si talis præsentia non haberetur, nũquam posset intelligi via naturali propter ordinem potẽtiarum: posita ergo prima præsentia alicuius sensibilis, respectu potentiæ sensitiuæ exterioris: per talem præsentiam habetur species sensibilis in organo sensus: qua habita tunc causatur fantasma eiusdẽ sensibilis in virtute fantastica, & vltimatè ab illo fantasmate, vt à partiali causa causatur species intelligibilis, repræsentans ipsum sensibile sub ratione vniuersali. Est etiam præsens præsentia intentionali, hoc est per aliquam speciem, sicut visibile extra dicitur primò præsens potentiæ visiuæ præsentia reali, qua causatur species sensibilis in organo visus: & secundo per illam speciem dicitur præsens præsentia intentionali, siuè præsentia obiectali: & nisi esset præsens ipsa præsentia nunquam posset videri: sed respectu virtutis fantasticæ dicitur primo præsens præsentia reali, non imprimendo aliquid in virtute fantastica: sed ex hoc solo dicitur præsens p̃ñtia reali: quia est p̃ñs tali præsentia sensui exteriori, imprimendo speciem sensibilem: ad quã sequitur causatio fantasmatis, per quod fantasma dicitur sensibile esse præsens virtuti fantasticæ præsentia obiectali: quia vt sic præsens immediatè potest cognosci à uirtute fantastica: & sic ista præsentia secunda præsupponit primam præsentiam. Similiter dico respectu intellectus, quòd non potest haberi præsentia secunda, qua obiectum dicitur præsens in ratione intelligibili: nisi habeatur prima p̃ñtia obiecti

impri-

imprimentis realiter aliquid prævium, saltem in potentia inferiori, vt supra exposui. Et sic patet quomodo prima præsentia non est sufficiens ad hoc, vt obiectum possit intelligi.

Nota verba Doctoris.

¶Et nota in ista litera ista verba Doct. cum dicit: Dico, quòd obiectum respectu potentiæ habet primo præsentiam realem. s. approximationem talem, vt possit gignere speciem talem in intellectu: quæ est ratio formalis intellectionis.

Quæ sit ratio formalis gignendi intellectionem.

¶Hic apparet quomodo Doct. vult, q ratio formalis gignẽdi intellectionem abstractiuã sit species intelligibilis, & non obiectum relucens: licet tamen aliquis velit dicere ex intentione Doct. q species nõ moueat intellectum, sed tñ obiectum relucens: qd non credo esse verum. Tum quia obiectum, vt ibi tantum habet esse sm quid, & nullum esse reale. Cognitio verò abstractiua est verum ens reale absolutũ de prædicamento qualitatis positũ in prima specie qualitatis: vt patet à Doc. in quol. q. 13. modo verum ens reale non potest causari, nec totaliter, nec partialiter ab aliquo habente tñ esse sm quid, quod est esse repræsentatum. Nec valet dicere, quòd non causat sub illa ratione formali, qua est repręsentata: sed sub ratione absoluta talis naturæ, posita tamen præsentia illius per speciem intelligibilem. Sed hoc nihil est, quia etiam talis natura, vt sic nullam existẽtiam dicit, vt patet. Multæ aliæ essent raoones ex dictis Docto. quibus patere posset, q respectu cognitionis abstractiuæ tm species intelligibilis est ratio formalis partialiter causandi: sed quia patet expressè intentio Doc. q species intelligibilis sit huiusmodi ratio formalis: ideo illas rationes pro nunc prætermitto. Et q hæc sit expressè intentio Doct. patet hic in præsenti litera, patet etiam ex tiii. q. quando quærit. Vtrum in parte intellectiua propriè sumpta sit memoria propriè. i. habens speciem intelligibilẽ, priorẽ naturaliter actu intelligendi: vbi vult expressè, q species intelligibilis pertineat ad memoriam, vt memoria est productiua actus intelligendi. Hoc etiam patet in exponendo auctoritates Aug. vbi loquitur de memoria, vt in dist. 2. par. 2. & dist. 27. huius. Sed expressè hoc patet infra dist. 17. & in 2. di. 3. q. 10. vel 11. Et clarissimè hoc dicit in quol. & in 4. d. 42. q. 3. in responsione ad vltimum arg. principale.

Species intelligibilis quomodo sit ratio formalis partialiter causandi.

¶Tertiò principaliter sic. Ista rõ deducit ad hoc inconuentens, quòd si poneretur species intelligibilis necessariò: cum illa agat de necessitate naturæ ad intellectionem obiecti: si plures ponerentur, tunc actu essent plures intellectionis, quod videtur impossibile: & litera clara est.

Idem. 10 de Trin. c. 5. 6 & 7. & 14. de Tri. c. 6.

¶Respondet Doct. ibi. Ad tertium Aug. 9. de Tri. qui ponit memoriam esse multorum simul cognitorum habitualiter: ergo oportet sm omnem opin. ponere multa cognita in memoria habitualiter: & illa vt sunt ibi, sunt aliquo modo causæ notitiæ genitæ, & noo, nisi causæ naturaliter: igitur si argumẽtum valet sm communem opin. concluderet actualem cognitionem simul plurium. Iden respondeo sicut dictum est de primo cognito. Hic dicit Doct. q est quo sunt plura cognita habitualiter, & non accipitur hic habitualiter cognito pro habitu sciẽtiæ, sed pp quandam similitudinem ad aliquam scientiam: quia sicut habens habitum scientiæ promptè, & expeditè potest operari: ita habens præsentiam obiecti in ratione intelligibilis promptè, & expeditè potest intelligere illud. dicitur ergo cognitum in proposito, quando est præsens potentiæ in ratione obiecti, & in cognitione abstractiua est præsens per speciem intelligibilem: & sic species intelligibilis potest dici habitualis cognitio: quia est ratio formalis causandi notitiã actualem illius obiecti: quia ergo sunt plures species, sm quas dñr plura obiecta habitualiter cognita: quærit Doct. quare habetur cognitio vnius, & non simul habetur cognitio alterius?

Singularis responsio.

¶Dat singularem responsionẽ, q tunc illud obiectum actu cognoscitur, cuius species intelligibilis fortius, & efficacius mouet intellectum: & illa species intelligibilis fortius mouet, cui⁹ singulare obiecti intelligibilis fortius mouet sensum, & causam huius supra exposui q. 1. præsentis dist. Et nota, q Doc. in ista litera aliqua tangit, quæ alibi soluenda sunt. Primum, q posito primo actu intellectionis alicuius obiecti: est in potestate nostra cognitio actualis cuiuslibet habitualiter noti, quomodo hoc intelligatur. vide literam Doct. in 2. dist. 42. & expositionem, quam ibi feci: & etiam in eodem secundo, d. 9. & forte infra etiam exponetur. dist. 6. Secundum an plura simul intelligi possint. Et oportet dicere, q sic, sm Doc. quia ponens dñam inter aliqua duo simul cognoscit illa duo: est tamen dubium, q non æque perfectè cognoscit aliqua plura simul sicut quodlibet seorsum sumptum: vt exposui supra d. 2. q. vlt. & in 2. dist. 3. q. 10. vide ibi multas difficultates.

An plura intelligi possint.

¶Ibi. Ad Algazelem dico. Hæc litera patet: quia licet aliqua in suo esse reali repugnent adinuicẽ esse in eodem subiecto, vt duo contraria: intentiones tamen eorum, siue species intelligibiles, siue intellectiones oon repugnant in eodem: cum vna formaliter non contrarietur alteri.

¶Quarto, & vltimo arguit Doc. ibi. Quarto, quia tunc vr̃ sequi, q intellectus non patietur ab intelligibili, inquantum intelligibile: sed tantum patietur passione reali, recipiendo quandam formam, quæ erit sicut perfectio eius realis: recipit enim speciem illam, vt subiectum recipit accidens reale: & ita non patitur intellectus, inquantum intellectus ab intelligibile, quod est pati tantum intentionaliter: & ex hoc sequitur, q intelligere nõ erit motus rei ad animam, immo omnis intellectio erit actio eius absoluta: sicut forma stans non hñs aliquẽ terminũ extra.

¶Respondet Doct. ibi. Ad quartum dico, q non tantum intellectus patitur ab obiecto reali imprimente talem speciem realem, & sic dicitur pati realiter, quia tunc realiter recipit formam realem. Sequitur. Sed ab illo obiecto, vt in specie intelligibili patitur passione intenoonali: & illa passio est receptio intellectionis, quæ est ab intelligibili, inquantũ intelligibile est relucẽs in specie intelligibili: & istud pati est intelligere. Et cum vltra deducis, quòd tunc intellectio non est motus rei ad animam.

Obiectũ potest mouere animam metaphoricè dupliciter.

¶Nota pro intelligentia literæ rem. i. obiectum mouere animam non motu phisico: sed potius metaphorico contingit dupliciter. Primo mouet ad ipsam per speciem intelligibilẽ impressam in anima, quæ species impressa dr̃ motus: & inquantum obiectum relucet in ea, dicitur mouere per illam tãtum intentionaliter, & motu metaphorico. Intellectus enim agens, & fantasma realiter mouent: quia verè causant speciem intelligibilem, quæ est qualitas realis: & intellectus recipiens illam realiter patitur ab intellectu agente, & fantasmate: vt verò obiectũ inquãtum relucet in specie iotelligibili dr̃ mouere tñ motu metaphorico: & intellectus, vt cõparatur ad obiectum, inquantum relucens in specie intelligibili dr̃ moueri metaphoricè. Similiter qñ intellectus agẽs, & species intelligibilis causant intellectionem obiecti, imprimẽdo illã in intellectu possibili realiter mouẽte intellectũ possibilẽ: quia causanr ibidem verã qualitatem, quæ est intellectio: vt patet a Doc. q. 13. quolib. Et sic intellectus possibilis recipiẽs intellectionem ab intellectu agẽte, & specie intelligibili dr̃ realiter pati ab illis. Quia verò obiectum per huiusmodi intellectionem habet esse cognitũ: tunc dicimus, q obiectum, vt sic cognitum metaphoricè mo-

mouet intellectum possibilē: & intellectus possibilis, vt comparatur ad tale obiectum dicitur moueri metaphorice: & hoc modo potest dici, quòd intellectio est motus rei ad animam: siuè q est motus obiecti ad ipsam animam, loquendo de motu metaphorico: & q hic sit sensus Doct. vide in quolib. q.15.

¶Ibi. In principio quæst. ad oppositum sic.

¶Argumētum factum ad oppositū sic exponitur. Impossibile est aliquid esse in potētia propinqua ad agendum aliquid realiter, & prius non erat: nisi per aliquam mutationem realem. i. nisi per aliquid receptum realiter, per quod dicatur esse in tali potentia propinqua: cum ergo intellectus sit nunc in potentia propinqua, & prius non ad actum intelligendi: ergo per aliquam vnionem realem. i. per aliquā formam realem receptam in illo. Si dicatur, q talis mutatio realis est in obiecto. Contra: quia obiectum in cognitione abstractiua habet tantum esse ſm quid, & diminutum: & vt sic non potest fundare, nisi relationem rationis, qua refertur ad mouens: & sic non mutatur realiter, sed tm̄ ſm quid: cum ergo potentia sit nunc realiter in potentia propinqua, & prius non erat realiter in potentia propinqua: ergo per aliquod realiter receptum in ipsa erit realiter in potentia propinqua; & illud est species intelligibilis.

AD rationes alterius opi. Hic Doct. intēdit soluere argumenta facta pro opin. Henr. Prima ratio Henr. cum responsione Doct. clara est in litera. Et quomodo intelligaſ illa auctoritas Com. primi de anima c.53. q membra leonis non differunt à membris cerui, supra exposui q.4. partis secundæ. d. secundæ, quæ est septima in ordine. ibi vide.

¶Ibi. Ad aliud de Philosopho 3. de anima tex. c.6. Arguit sic Henr. ibi. Hæc dr̄ esse sententia Arist. Et ratio stat in hoc, q ex quo anima est locus specierū. s. pars intellectiua: cum ergo locus non contineat locatum in se, & subiectiuè: sequitur, q intellectus non habet in se, & subiectiuè speciem intelligibilē.

Quomodo intellectus potest dici locus specierum

¶Respondet Doct. q intellectus potest dici locus specierum pp multas conditiones loci. Tum: quia sicut locus conseruat locatum, sic intellectus conseruat species intelligibiles: & organa sensitiuæ potentiæ non sunt loca: quia non ita saluant species receptas in eis: species quippe intelligibiles non videntur deleri, sicut species sensibiles: quia species sensibilis ita est in organo, q potest corrumpi per cōtrarium formaliter: vel per dispositionem disconueniētem in susceptiuo: sicut patet per Phi. de me. & remi. Senes, & pueri sunt male reminiscitiui propter abundantiam humorum nimiam: & etiam propter indispositionem, & læsionem organi. Isto vtroque modo non est species intelligibilis in intellectu: vt per se deleatur per aliquod cōtrarium, seu per indispositionem receptiui.

¶Et nota, q quando dicit Doct. species sensibilis potest deleri ab organo per cōtrarium formaliter: non debet intelligi, q speciei sit aliquid contrarium formaliter: sed quia ipsi organo, vel qualitati existēti in organo, quæ facit ad conseruationem speciei, potest deleri per aliam qualitatem, formaliter sibi contrariam. Exemplum. Si organum tactus fuerit calidum formaliter, per frigus potest expelli calor iste. Potest enim deleri per indispositionem organi, vt puta si dispositio organi consistat in debita dispositione caloris, & sicci: calor ille, vel siccitas possunt in tantum intendi, q non essent amplius dispositio organi: vel si consistat in debita proportione frigidi, & humidi: frigiditas, & humiditas possunt in tantum intendi, q illa debita proportio, quæ est dispositio, in organo corrūpatur. Species verò intelligibilis in intellectu non habet aliquod contrarium formaliter, nec indispositionem: & per consequens videtur omninò indelebiles. Et ex hoc loco mali exponentes Doct. dicunt, quòd species intelligibilis, semel recepta in intellectu possibili, est simpliciter indelebilis, & bene dicunt.

¶Sed quàre multi habentes huiusmodi species intelligibiles non intelligunt obiecta, quorum sunt species: vt patet in freneticis? *Dubitatio.*

¶Dico paucis: q, & si sint ibi species indelebiliter: non tamen mouent intellectum, quando est indispositio in parte sensitiua, præsertim interiori: vt supra patuit q.4. præsentis di. sicut in dormientibus species intelligibiles non mouent intellectum: est enim pro statu isto talis ordo: q oportet intelligentem fantasmata speculari: sicut supra exposui in pñti d. remoto tñ impedimento in parte sensitiua illæ species possent mouere intellectū partialiter causando cognitionem abstractiuā obiectorū, quorū sunt. *Solutio.*

¶Notandum est, q intellectus semel receptas species intelligibiles nunquam amittit, etiam in morte: & per consequens anima separata à corpore per illas species poterit abstractiuè cognoscere omnia obiecta: quorum in vita habuit species. Sed de hoc multa sunt dicenda in quarto, dist.45.

OCCVRRIT tamen aliqualis difficultas in hoc, quod dicit Doct. q huiusmodi species sunt indelebiles: quia intellectio est, ita qualitas absoluta, sicut species intelligibilis: vt patet à Doc q.13. quol. & non habet aliquod contrarium formaliter, nec aliquā indispositionem in organo: & nihilominus delentur ab intellectu, vt per experientiam patet. *Dubium notabile.*

¶Dico, q non est simile: quia intellectio non tm̄ dependet ab intellectu in esse, & conseruari, vt à receptiuo: sed etiam dependet ab obiecto, & ab intellectu, vt à causis productiuis: dependet dico in esse, & conseruari: & sic cessante actione obiecti, & intellectus illa intellectio desinit esse: vt infra patebit q. vlt. præsentis d. & in quol. q.13. Nō ergo desinit esse intellectio pp aliquod contrarium formaliter, vel pp aliquam indispositionē factam in intellectu: sed pp defectum causæ, non continuantis actionē. Species verò intelligibilis, & si dependeat ab intellectu agente, & à fantasmate in esse, vt à causis partialibus integrantibus vnam totalem: vt infra patebit q. pen. præsentis d. non tamen dependet in conseruari: quia destructo per possibile omni fantasmate: adhuc species intelligibilis esset in intellectu. Et ideo species intelligibilis non debet poni actio, nec propriè, nec impropriè: sicut ponitur itellectio actio impropriè, pp hoc solum, q sicut actio est in continuo fieri: ita intellectio, licet ipsa intellectio sit ens absolutum. Et quare sic dicatur actio, licet non propriè de genere actionis patebit infra q vl. præsentis d. in respōsione ad vltimum argumentum. Species tamen intelligibilis (cum sit accidens) dependet ab intellectu possibili quantum ad conseruari: patet ergo quomodo non est simile de intellectione, & specie intelligibili. *Solutio.* 2

¶Ibi. Quod additur de Philosopho, quòd speculamur quod quid est in fantasmatibus.

¶Hæc responsio debet sic intelligi, quòd talis est ordo inter intellectum, & virtutem fantasticam, q nunquā intellectus primo cognoscit vniuersale, nisi virtus fantastica prius fuerit fantasiata singulare illius vniuersalis repræsentatū per fantasma illius singularis: semp enim qñ intellectus intelligit vniuersale, vel in eodem instanti virtus fantastica speculatur singularē, vel ante speculata fuit. Et sic intellectus speculatur quod quid est. s. quiditatē rei vniuersalem in ipso fantasmate, id est quod non potest speculari sic: nisi prius, vel simul virtus fantastica speculetur in ipso fantasmate singulare illius quiditatis vniuersalis repræsentatum per illud fantasma. Et similiter se habent fantasmata ad intellectū, sicut

sensibilia

Nota & bene. sensibilia ad sensum. i. q sicut sensibilia non possunt esse in sensu interiori, nisi prius, vel simul fuerint in sensu exteriori: ita q sensus interior non potest habere operationem circa obiectum suum, nisi prius, vel simul aliquis sensus exterior habuerit operationem circa sensibile: sic nec intellectus non potest cogitare obiectum suum abstractiue, nisi prius fantasmata mouerint virtutem fantasticam ad cognitionem singularis repræsentati ab illo fantasmate. Nõ tamen intelligas, q virtus fantastica cognoscat aliquod singulare sub propria hæcheitate: sed tñ intelligit, vt quoddam aggregatum ex pluribus accidentibus: & idem dico de omnibus alijs sensibus.

¶Ibi. Quod adducitur de Aug. q non ponit speciem intelligibilem in memoria, sed scientiam.

¶Dicit Doct. q si Aug. non nominat speciem intelligibilem: tñ ponit aliquid, quod includit speciẽ intelligibilẽ, per quã in cognitione abstractiua habetur præsentia obiecti: & q sic intelligat, probat p auctoritates Augu. Ponit enim scientiam pertinere ad memoriam: & patet, q non loquitur de scientia propriè sumpta: quia illa non pertinet ad memoriã, vt dixi supra, vt memoria est: sed accipit sciẽtiam in cognitione abstractiua speciẽ intelligibilẽ, per quã habetur præsentia obiecti: & talis propriè pertinet ad memoriã (cũ memoria, (vt exposui sup. in tit. q.) nihil aliud dicat, nisi intellectum, & præsentiã obiecti in se respectu cognitionis intuitiuæ: vel in alio respectu abstractiuę) & illud aliud non est, nisi species intelligibilis: & sic illud pertinet ad memoriam. Et q sic accipiat scientiam pro specie intelligibili: patet 15. de Trin. c. 10. cum præmisisset. Ex ipsa scientia, quam memoria tenemus, gignitur verbum: accipit scientiam pro præsentia obiecti, vt est in intellectu: patet quia subdit, q formata cogitatio ab ea re, quam scimus verbum est. i. q cogitatio actualis alicuius rei dicitur verbũ, quæ cogitatio formatur ab ea re, qua supple scimus, siue intelligimus, vel cogitamus: patet ergo, q accipit ibi scientiã pro re præsente intellectui, à qua re pręsente, si est in se præsens causatur notitia intuitiua: si vero est tãtum præsens in specie intelligibili: tunc à tali specie causatur cogitatio, quæ dicitur verbum. Et idem de Trinit. 15. c. 2. cum præmisisset. Simillima est visio cogitationis scientiæ, & accipitur visio cogitationis, vt est cõstructio intransitiua: & idẽ est, q ipsa cogitatio. Idẽ dico de visione scientiæ, vt exposui s. dist. 2. par. 2. & sensus est. Cogitatio est simillima scientiæ, quod nõ potest intelligi de scientia habituali: sed tñ de ipso obiecto, quod scitur. Et patent aliæ auctoritates.

Quomodo sit intelligenda litera. ¶Ibi. Præsentia habitualis obiecti est virtualiter scientia: quia in obiecto, sic præsente concipitur virtualiter tota scientia de tali obiecto. Quæ litera sic debet intelligi, qd in pñia habituali obiecti in cognitione, videlicet abstractiua cõcipitur tota sciẽtia illius obiecti. i. q species intelligibilis, per quã obiectum est præsens, cõtinet virtualiter notitiam illius obiecti: quia ipsa est causa partialis cognitionis obiecti in se: & etiam virtualiter, & essentialiter contentorum in illo (si tantum ponatur vna species intelligibilis respectu obiecti, & contentorum in ea) si verò ponantur plures: patet q obiectum est causa remota illarum pluriũ, vt supra exposui. Et fantasma obiecti vna cum intellectu erit causa propinqua illarum: vt exposui in q. 2. præsentis di. quia ergo species intelligibilis est partialis causa cognitionis obiecti, & cognitionis omnium contentorum essentialiter, vel virtualiter, si tantum ponatur vna, vel si ponãtur plures secundum pluralitatem obiectorum, in primo obiecto cõtentorum erunt partiales causæ cognitionis illorum: & habita cognitione terminorum formantur propositiones per se notæ: quibus formatis ab illis terminis sic cognitis, siue à speciebus (quod melius est) causatur notitia cõformitatis eorum: vt supra exposui in q. 4. præsentis dist. Et habita cognitione principiorum sequitur notitia conclusionum virtualiter contentorum in eis: & sic patet, quomodo in præsentia habituali obiecti in memoria intellectiua virtualiter continetur tota scientia de tali obiecto.

¶Ibi. Hæc species est illa scientia, quæ reducit intellectum de potentia essentiali ad accidentalem, secundum Arist. 8. phys. t. c. 22. & 2. de anima. t. c. 25. & 55. &c. Species enim intelligibilis reducit intellectum de potentia essentiali. i. remota ad potentiam accidentalem. i. propinquam, vt supra exposui. exponendo argumentum ad oppositum circa principium quæst. Dicitur enim aliquid esse in potentia essentiali, siue remota, quando est in potentia ad formam, quæ est principium operationis: & dicitur in potentia accidentali, quando tantum est in potentia ad operationem, præhabita forma, quæ est principium talis operationis: & sic intellectus possibilis, respectu speciei intelligibilis, quæ est partialis causa operationis, dicitur esse in potentia essentiali, vt cõparatur ad ipsam: ipsa verò recepta est in potentia accidentali: quia ad operationem sequentem formam. *Quid sit esse in potentia essentiali, & accidentali.* Sequitur. Non autem illa, quæ propriè dicitur scientia, quæ est, habilitas quædam derelicta ab actibus. i. q scientia propriè dicta non reducit intellectum de potentia essentiali ad accidẽtalem: & hoc absolute loquendo. Certum est enim, quòd intellectus est in potentia essentiali ad habitum scientificum: & ipso habito est in potentia accidentali, respectu actus, ad quem inclinat talis habitus: vel cuius est causa partialis. Sed talis habitus, vt comparatur ad primum actum intellectus præcedentem habitum: non reducit intellectum de potentia essentiali ad accidentalem: & hoc est, quod dicit. Nam ante istam supple habilitatem derelictam ab actibus ad primum actum considerandi, requiritur, quòd sit iam reductus intellectus de potentia essentiali ad accidentalem: alioquin non operaretur tunc magis, quàm prius: hoc patuit supra exponendo argumentum ad oppositum. Sequitur. Vnde in cognitione, supple abstractiua species, in qua relucet quiditas dicitur scientia non tantum virtualiter: quia totam continet: sed formaliter ipsa species intelligibilis potest dici habitus cognoscitiuus: quia est qualitas mansiua in intellectu disponens ipsum ad actũ, id est quòd species intelligibilis non tantum dicitur scientia virtualiter, vt supra exposui: sed etiã dicitur formaliter habit⁹ intellectualis, siue cognoscitiuus: non tamen scientificus, sed intellectualis, quia informat intellectum, & est substantiuè in illo, & de difficili mobilis: dicitur ergo habitus de prima specie qualitatis, quia difficilis, vt remoueatur ab illo: & dicitur intellectualis, quia est qualitas informãs intellectum: loquitur ergo de habitu scientifico. Sequitur. Et ex hoc habetur argumentum pro specie intelligibili: quia nõ vr̃ quomodo aliqua sciẽtia tota dici possit vna ratione primi obiecti: nisi quatenus illa scientia cõtinetur virtualiter in illo primo obiecto intelligibili. Non enim tota illa sciẽtia dr̃ vna ab obiecto, quatenus relucet in fantasmate: quia illa nõ esset vnitas alicuius habitus intellectualis, sed alicuius imaginabilis: quia si obiectum vniuersale nõ sit per suum repræsentatiuũ in intellectu, sed in virtute fantastica: omnia explicanda, & explicabilia de obiecto illo erũt ibi idem: & ita non erit, nisi habitus fantasticus, & non intellectualis. Et de hoc vide in additionibus factis ad primum, dist. 3. q. 6. ibi. Præterea in eadem quæstio. post completam decisionem. Doct. statim post illa verba, &c. vide ibi.

¶Ibi. Quod arguitur post in secunda opioione, quòd potentia, quæ est ad aliquem actum ordinata actuatur primo per illum actum. Hæc littera vsque ad finem quæst. clara est.

Quæstio Septima.

Quæro vtrum pars intellectiua propriè sumpta, vel aliquid eius sit causa totalis gignens notitiam actualem, vel ratio gignendi?

Scotus primo sententia dist.3.q 7.
D.Thomas prima parte summa.q.85 Artic.2.



EPTIMO quærit Doct. Vtrum pars intellectiua propriè sumpta, vel aliquid eius sit causa totalis gignens notitiam actualem, vel ratio gignendi?

¶Pro intelligentia tit. quæst. præmitto aliqua.

Ratio formalis gignendi differt à causa gignente. Primo, quòd differentia est ioter rationem formalem gignendi, & causam gignentem: quia primum dicitur principium, quo suppositum, vel singulare gignit: secundum dicit principium quod. Exemplum. Ignis calore calefacit: calor est ratio formalis calefaciendi: & dicitur principium quo. Ignis verò est causa calefaciens, & dicitur principium quod.

Secundum, pars intellectiua propriè sumpta tãtum includit intellectum agentem, & intellectum possibilem. Potest ergo titulus quæstio. intelligi an pars intellectiua, videlicet intellectus agens simul, & intellectus possibilis, vel aliquid eius, id est vel solus intellectus agens, vel solus possibilis sit ratio formalis totalis gignendi notitiam actualem cuiuscunque obiecti perceptibilis à tali potentia? Loquendo de intellectu existente in corpore propriè dicimus: an intellectus sit principium quo gignendi, siue ratio formalis. & suppositum sit principium, quod gignit: vt in quarto exponam distin. 12. Loquendo verò de intellectu etiam nostro separato talis intellectus potest esse principium quod: vt patebit in 4 distin.45. & in quolib. quæst.9. & quæst.14. Et sic patet titulus quæst.

Hen. & Præpositiuus. IN ista quæst. est vna opin. quæ attribuit totam actiuitatem respectu intellectionis ipsi animæ: & hæc est opin. Henr. quolib.4. q.7. Et in ista quæstio. tenebo hunc ordinem. Primo adducam opin. improbandas. Primo opinionem primam, & respondebo ad argumenta pro opin. illa. Deinde improbabo secundam, & respondebo ad argomenta pro illa opin. & sic deinceps. Secundo principaliter exponam aliqua dicta Docto. respondendo ad quæst. & tertio respondebo ad argumenta principalia. Primam opin. improbat Doct. auctoritatibus, & ratione; primo auctoritatibus.

¶Ibi. Contra istam opinionem, quòd non sit intentio Aug. Apparet.9. de Trin. cap. vlt. Per has auctoritates Doct. intendit probare, quòd pars intellectiua non sit totalis causa notitiæ: sed etiam obiectum concurrit saltem, vt partialis causa: & auctoritates claræ sunt in litera.

¶Ibi. Hoc etiam arguitur ratione sic. Nota hanc singularem rationem, quam probat Doc. quod anima, siue pars intellectiua nõ sit totalis causa intellectionis: & in ista ratione præmittit duo. Primum, quod tantum sunt quatuor genera causarum per se: vt patet 2. phys. t.c.28. quæ sunt materia, forma, efficiens, & finis, quæ numerantur ab Arist. vbi supra sic dicente. Voo quidem igitur modo causa dicitur, ex quo fit aliquid cum insit, sicut æs statuæ, & argentũ phielæ: & hæc est causa materialis. Subdit. Alio autem modo species, & exemplum: hæc autem ratio est ipsius, quod quid erat esse: & hoc tangit causam formalem, à qua principaliter, & vltimatè accipitur quod quid erat esse totius compositi. Subdit t.c.29. qui textus sic incipit. Amplius vnde principium mutationis primum: aut quietis est, vt consilians causa, & pater filij & omnino faciens facti: & commutans commutati: & hæc est causa efficiens. Et de causa finali statim sequitur. Adhuc autem quemadmodum finis: hic autem est, quod cuius causa, vt ambulandi sanitas: propter quid enim ambulat? dicitur vt sanetur. Istæ etiam causæ patent ab Arist. 5. metaph. t.c.2. Et incipit tex. ibi. Causa vero dicitur vno quidem modo, ex quo fit aliquid in existente. & vide literam. Et infra. Omnes inquit causæ dictę in quatuor cadunt modos manifestissimos. Et ibi Com. exponit, quòd omnes causæ reducuntur ad hæc quatuor genera. Secundo supponit Doct. quòd causa formalis, cum sit terminus alicuius productionis: est posterior efficiente, & materia: vt patet: finis verò si accipitur tantum in intentione, supplè inquantum amatus, & desideratus mouet efficiens, est prior efficiente. Sed finis in re, qui principaliter intenditur ab agente, vt sanitas est simpliciter posterior: vbi ergo est agens perfectum, & non impeditum approximatum materiæ dispositæ, & omni impedimento amoto: si tale agẽs agat per modum naturæ de necessitate sequitur actio: cum ad actionem tantum illa requirantur, à quibus dependet in esse.

¶His præmissis Doct per hanc rationem deducit opinionem ad manifestissimum inconueniens: videlicet, quòd si anima intellectiua est totalis causa intellectionis de necessitate actu iotelliget quodcunque obiectum, cuius oppositũ experimur, & quòd hoc sequatur, probatur sic. Actiuo naturali, & totali, & passiuo debitè approximantis, & non impeditis de necessitate, sequitur actio respectu cuiuscũque. Actiuum naturale est totale actiuum, & passiuum naturale eorundem est receptiuum. Ista propositio exposita est supra in q.1 prologi. Sed anima per Hent. est totale actiuum respectu intellectionis cuiuscunque intelligibilis: & ipsa eadem est principium passiuum, siue receptiuum intellectionis cuiuscunque intelligibilis: & ibi non apparet aliquod impedimentum: cum ipsa anima sit perfectissimè sibi præsens: ergo poterit sequi cognitio cuiuscunque intelligibilis absentis, immo nec aliquo modo existentis: patet quia intellectio tantum dependet in esse, & conseruari à totali causa effectiua, & à subiecto receptiuo, cum sit accidens inhærens. Et sic patet litera Doct. Et quod dicit ibi. Non enim potest poni imperfectio alicuius causæ in se retẽta prima hypothesi, scilicet quòd si tantum sunt quatuor genera causarum: & illæ causæ sunt sufficientes respectu effectus. stante hoc supposito non potest poni imperfectio: nec causæ effectiuæ totalis, nec passiuæ. Sequitur. Fugere tunc ad causam sine qua nõ, quæ requiratur ad hoc, quòd notitia gignatur. Quia fortè diceret Hen. Et si obiectum non concurrit effectiuè ad intellectionem: concurrit tamen, vt causa sine qua non. Dicit Docto. contra: quia hoc est asserere quòd omnes per se causæ oon sunt sufficiẽtes causæ, quod est contra suppositum: sed requiritur aliquid aliud, à quo res causanda dependet essentialiter, supplè in esse: ergo non erunt tñ quatuor genera causarum: sed plura: vel si plura non ponantur: aliquid depẽdebit essentialiter ab aliquo in suo esse, quod tamen non est causa eius: quod non est intelligibile: & sic patet euidentia rationis Doct.

IN

Primum dubium. IN ista tamen ratione occurrunt aliqua dubia. Primum, quia statim videtur sequi, quòd anima semper intelliget seipsam, cuius oppositum experimur: & accipio vnum dictum Doct. in q. 2. præsentis dist. videlicet. Causa naturalis non impedita producit effectum perfectissimum, quē potest: sed anima intellectiua est totalis causa intellectionis suæ, qua intelligit seipsam: patet quia in hoc non est differentia inter animam cognoscentem seipsam, & angelum cognoscentem seipsum: & tamen essentia angeli est tota ratio formalis cognoscendi se: vt patet à Doct. in 2. dist. 3. q. 8. sequitur ergo, quòd ipsa anima (cum sit totalis causa cognitionis sui, & respectu aliorū tantū causa partialis: vt patet à Doct. præsenti quæst.) semper perfectius, & immediatius cognoscet seipsam.

Responsio. ¶Dico, quòd propositio ista. s. actiuo, & passiuo debet sic intelligi, quando actiuum est perfectè præsens præsentia requisita ad actionem: quia color est actiuus visionis: & tamen maior præsentia potest impedire visionem. si enim actu applicaretur oculo: visio non causaretur: requiritur ergo præsentia cum debita proportione. Sic dico in proposito, quòd quamuis anima sit sibi perfectissimè præsens præsentia entitatiua: cum sit simpliciter eadem res: ex tali tamen præsentia non sequitur actio, siue intellectio. requiritur ergo præsentia obiectalis, qua sit præsens in ratione obiecti intelligibilis: & talis præsentia pro statu isto non potest haberi, nec mediatè, nec immediatè: vt supra patuit quæstione 3. præsentis distinctio. vbi probatum est, quòd pro statu isto nulla substantia immutat intellectum nostrū ad cognitionem sui. Et si anima aliquando sit præsens intellectui proprio in ratione obiecti intelligibilis, hoc non erit respectu conceptus proprij: sed tantum respectu conceptus communis sibi, & sensibilibus: vt supra patuit quæst. 3. præsentis distinc. Dico tamen, quòd anima separata erit tunc totalis causa cognitionis suæ: de quo alias.

Secundum dubium. ¶Secundum dubium est in hoc, quòd Docto. dicit, quòd si anima est totalis causa intellectionis, puta lapidis, non requiritur obiectum, vt causa sine qua non: hoc videtur esse contra ipsum Doct. quia posito, quòd volūtas sit totalis causa sui actus, quod fortè tenere videtur: vt patet in secundo, distin. 25. & distinct. 27. non excludendo tamen causam primam: & tamen voluntas præsupponit actum intellectus, vt causa sine qua non: vt ipse videtur dicere in secundo, dist. 25.

Item aliud. ¶Præterea. Ipse vult expressè, quòd cognitio intuitiua sit respectu obiecti præsentis, & existentis: ita quòd talis notitia esse non potest, nisi terminetur ad rem existentem, inquantum existens est: vel ad aliquid, quod eminenter, & virtualiter cōtineat illud: vt patet in primo, distinct. prima, distinctio. 8. quæstio. penult. & in multis alijs locis: & tamen talis præsentia, & existentia non est causa cognitionis intuitiuæ: patet quia ratio formalis agendi est ratio quiditatiua, siue entitas quiditatiua: vt patuit in quæstio. immediatè præcedenti. Si ergo actus voluntatis dependet ab actu intellectus: & non vt à causa effectiua: sequitur vel, quòd non erunt tantum quatuor genera causarum: vel quòd aliquid dependebit ab alio, quod non est causa eius: vt ipse arguit contra Henri. Et hoc idem dico de notitia intuitiua.

Responsio ad secundū. ¶Respondeo, quòd ratio Doct. contra Henri. est euidentissima: & istæ instantiæ nihil concludunt cōtra Doct. Et quod dicitur de voluntate. Dico, quòd non est simile: tum quia voluntas est potentia essentialiter posterior intellectu in operando: necessariò enim præsupponit operationem intellectus: & ideo posito, quòd sit totalis causa sui actus: tamen nō potest illum immediatè pducere circa aliquod obiectum, nisi intellectus prius cognouerit illud. Intellectus verò, vt intellectus circa obiectum intelligibile non præsupponit actum alterius potentiæ circa tale obiectum. Et de hoc vide, quæ exposui super 2. Doct. d. 42. quæstio. 1. quomodo, scilicet, voluntas præexigit necessariò cognitionem: hoc idem vide in expositione quol.

Item alia. ¶Dico secundo, quòd si voluntas posset habere actum suum circa obiectum, nullo actu alterius potentiæ præsupposito, ita posset causare volitionem illius obiecti: si esset absens: sicut quādo est præsens: quia ipsa voluntas esset totale actiuum respectu volitionis, & receptiuum eiusdem.

Ad aliud. ¶Ad aliam instantiam. Dico primo, ꝙ existentia obiecti, & approximatio eiusdem in esse existentiæ requiritur, vt dispositio necessaria respectu notitiæ intuitiuæ: quia natura lapidis, & si sit ratio formalis producendi notitiam intuitiuam: non tamen erit actu ratio formalis alicui supposito, nisi actu existat: vt patuit in quæstio. immediatè præcedenti. Et ideo dixi. Actiuo, & passiuo debitè approximatis, & non impeditis: quia Doct. dicit in 2. d. 26. ꝙ notitia intuitiua, & abstractiua differunt specie ꝓpter aliā, & aliam præsentiam obiecti: non ꝙ illa præsentia obiecti sit ratio formalis agendi: sed natura ipsa est ratio formalis: licet aliter, & aliter præsens sit ratio formalis producendi alium, & alium effectum: hoc idem in 3. d. 31. vbi vult, ꝙ fruitio in via, & fruitio in patria differant specie propter aliam, & aliam p̄sentiam obiecti fruibilis: hoc idem in 4. d. 49. & in quolib. Et sic posito, ꝙ obiectum sit partialis causa cognitionis: aliter tamen, & aliter quando est in se præsens, & quando est præsens in specie intelligibili: quia vt in specie intelligibili est tantum natum causare notitiam sui abstractiuam: vt vero in se præsens est natū tm̄ causare immediatè cognitionem sui intuitiuam. Si verò ponatur obiectū nullo modo esse causa intellectionis: sed tantum ipsa anima intellectiua. argumentum Doct. stat in suo robore: quia cum ipsa sit totalis causa, & perfectè præsens & nullum appareat impedimentum: posset habere ea se cognitionem cuiuscunque obiecti, siue intuitiuam: siuè abstractiuam: siuè obiectum, sit: siuè non sit.

¶Ibi. Per hoc etiam improbantur diuersi modi ponēdi tenētium istam opi. siuè enim ponatur obiectum necessarium in ratione causæ sine qua nō: vel in ratione termini: vel in ratione excitantis: si non detur sibi aliqua per se causalitas: cū ipsæ per se causæ sint perfectæ in se, & approximatæ: & omne impedimentum remotum: nullo modo saluabitur, ꝙ ipsum, supple, obiectum necessariò requiratur: nisi ponendo quinque genera causarum: vel nisi ponendo aliquid dependere ab alio in suo esse, cuius tamē non sit causa: quod est manifeste falsum. Et sic patet euidentia huius rationis: non enim patet necessitas obiecti, vt requisiti ad intellectionem: si anima intellectiua est totalis causa intellectionis. Et si aliquādo præter causas aliquid requiritur: hoc erit propter indispositionem agentis, vel passi. Exemplum. Ignis est causa effectiua ignis producēdi in materia ligni: & si lignum sit humidum dicimus, ꝙ siccitas, vel caliditas est causa sine qua non respectu ignis producendi: non ꝙ ipsum attingat: sed quia ignis nō posset ipsum producere, nisi p̄missa dispositione in ligno: sed quādo agens, & passum sunt optimè disposita non requiritur talis causa sine qua non: siue dispositio. Cum ergo intellectus sit per se totalis causa intellectionis, & optimè dispositus ad agendum, & ad recipiēdum intellectionē: ergo.

¶Si

Obiectio. ¶Si dicas, quòd non potest intelligere puta lapidem: nisi lapis sit præsens: ergo ex hoc sequitur, ꝙ obiectum erit causa saltem partialis. Causam enim

Responsio. naturalem hoc modo probamus aliquid causare: quia quando est præsens: sequitur effectus: & quādo est absens non sequitur: sicut ignis est causa caloris in ligno quando est præsens: quia tunc lignum calefit, & quando est absens lignum nō fit calidum. Nā nihil aliud videmus nisi talē præsentiam: sic in proposito de obiecto.

Alia obiectio. ¶Si iterum dicatur. Nonne requiritur præsentia multorum obiectorum ad hoc vt intelligantur: & tamen non mouent, nec causant intellectionem, vt patet de relationibus realibus, & intentionalibus? De ratione enim obiecti etiam secundùm Doct. & alios sequentes viam Doct. est principaliter terminare actum intellectus: & quòd sit effectiuum actus accidit sibi.

Responsio. ¶Dico: ꝙ intellectus non potest esse causa totalis cognitionis alterius entis, non contenti in eo essentialiter, vel virtualiter. Et licet multa entia non sint secundùm se motiua intellectus, tamen sic continētur in aliquo obiecto: ꝙ esset impossibile intellectū habere cognitionem illorum: nisi obiectum continens partialiter moueret intellectum cognitionem illorum causando. Non ergo absolutè requiritur vt terminatiuum ante actum intellectus: quia prius est actus intelligēdi in se causatus, quàm intelligatur terminari ad obiectum: vt patet à Doc. in q. 15. quolib. vbi vult, quòd actus intelligendi sit entitas absoluta: & prior relatione, quæ fundatur in illo: & terminatur ad obiectum: vide ibi. Prius enim aliquid est in se tale, quàm habeat respectū ad aliquid aliud: vt supra patuit. q. 5. de illa participatione passiua cōtra Hen. patet etiam in simili in d. 2. q. 1. contra positionem Tho. dicentis: quòd forma finitur per materiam vbi sic dicit. Quæcunque essentia absoluta finita in se est finita, vt præintelligitur omni comparatione suæ ad aliā essentiam: sic in proposito actus intelligendi absolutè, prius in se est talis, vt pręintelligatur omni comparatione ad aliud.

Obiectio. ¶Si dicatur: posito, ꝙ lapis sit perfectè præsens intellectui in propria existentia, & præsentialitate propria: & ꝙ nullo modo sit actiuus suæ cognitionis: nec eminenter secundùm suam entitatem contineat in intellectu: nonne intellectus cognoscit ipsum intuitiuè?

Solutio. ¶Dico quòd non: quia cognoscere aliquid est formaliter habere cognitionem illius. Vnde Doc. infra sic ait. Formaliter autem intelligimus intellectu inquantum intellectus recipit intellectionem: quia si causat eam actiuè: non tamen dicor intelligere intellectu, inquantum causat: sed inquātum habet intellectionem, vt formam: habere enim qualitatem est esse quale: & ita intellectum habere intellectionem, siue recipere (quod idem est) est ipsum esse intelligentem. Nos igitur intelligimus intellectu: inquantum intellectus recipit intellectionem. Ideo

3 de anima contex. 2. philosophus loquens sic de intellectu tertio de anima dicit intelligere est pati: & necesse habuit dicere ipsum esse passiuum: & quod intelligere est quoddam pati: hoc est, quòd intellectio inquantum est quoddam quo formaliter intelligimus; est forma quædam recepta in intellectu: non autem intelligimus ea, inquantum est quid causatum ab intellectu, si causatur ab eo. Nam si Deus eam causaret, & eam intellectui nostro imprimeret: non minus ea intelligeremus: oportet ergo prius ipsam cognitionem esse in se causatam, quam includat respectum ad aliud.

¶Si dicas: ꝙ quando lapis est sic præsens: tunc cognoscitur. Dico, ꝙ est euidens signum ipsum lapidē esse partialem causam talis cognitionis. Et benè nota, quę dixi in ista ratione: quia ex his poteris multa soluere.

AD argumenta opinionum per ordinem. Primo ad auctoritatem Aug. dico, ꝙ imago, quæ ponitur ab eo esse in spiritu &c.

¶Nunc Doct. respōdet ad rationes pro opi. Hen. quarum prima fuit talis, & fundatur super auctoritatem Aug. secundo super Gen. cap. 28. Et sententia litteræ stat in hoc: quòd nullum corpus potest agere in spiritum: causando, scilicet, aliquid in spiritu: ergo obiectum materiale, & corporale non erit partialis causa alicuius recepti in spiritu: & expono auctoritatem: quia inquit imago corporis est in spiritu: qui est præstantior corpore: ideo est præstantior imago corporis in spiritu, quàm ipsum corpus in sua substantia. Si præstantior: ergo corpus non agit ipsam imaginem in spiritu: & quòd non possit agere probat cum subdit. Nec sanè putandum est facere aliquod corpus in spiritu, tanquam spiritus corpori facienti materię vice subdatur: omni enim modo præstantior est res, quæ facit illa re de qua facit, id est, quòd omne agens est pręstantius passo. Sequitur. Nec vllo præstantius est corpus spiritu: immo spiritus corpore: & sic sequitur, quòd corpus nō potest aliquid agere in spiritu: cum ergo imago corporis sit in spiritu: patet ꝙ non erit causata à corpore: sed à spiritu: vt patet per hoc quod dicit. Quamuis ergo incipiat imago corporis esse in spiritu: tamen eandem imaginem non corpus in spiritu: sed spiritus in seipso facit celeritate mirabili: quia quando corpus est præsens spiritui: ipse spiritus quodammodo instantaneè in seipso imaginem corporis efficit.

Corpus non agit in spiritum uirtute sua actiua naturali, & naturaliter sed tanquā instrumentū diuinæ Iustitiæ.

¶Ibi. Item. 10. de tri. cap. 5. Anima conuoluit, & rapit imagines corporum factas in semetipsa, & ex semetipsa. Ista auctoritas exponetur infra a Doct. primo ad primam ibi. Ad argumenta opinionum per ordinem: & responsio stat in hoc, ꝙ imago (de qua loquitur Aug. quæ immediatè recipitur in spiritu: vt puta imago coloris) non accipitur pro specie sensibili coloris: sed pro visione ipsius: patet quia species sensibilis tātum recipitur in organo sic mixto: visio verò recipit in aliqua parte animæ: & ideo Aug. accipit imaginem corporis pro actu: & concedit Doct. ꝙ corpus non est totalis causa actus: sed partialis: & littera clara est. Et ex hac littera habetur a Doct. quòd etiam pars sensitiua actiuè concurrat ad actum: potentia enim visiua est partialis causa, & principalis visionis: nec est incōueniens apud Doct. (vt alias patebit) ponere sensum agentem, & sensum possibilem.

¶Ibi. Istam conclusionem sic intellectam probat ratio sua in auctoritate præallegata: quia illa propositio, scilicet, quòd agens est præstantius patiente nō est immediata, &c. Hic Doct. ostendit quomodo ista propositio est vera. Omne agens est præstātius patiente: illa enim ꝓpositio est vera tribus præsuppositis. Primo ꝙ agens sit præstantius effectu: secundo ꝙ effectus agentis sit actus, & forma patientis: tertio quòd actus sit nobilior potentia. Et sic sequitur, ꝙ agens inducens huiusmodi formam est nobilius patiente.

Omne agens est p̄stantius passo debet sane intelligi.

Qūo debet intelligi agens p̄stantius passo ai de Scoto 4. sent distin. 44 q. 2.

¶Nota tamen: quòd non est absolutè verum: agēs esse nobilius in se passo etiam illis tribus præsuppositis: quia ignis agit caliditatem in substantia nobiliori: puta in substantia mixta: & tamen ignis in se non est nobilior substantia mixta: nec est intelligendum, quòd effectus productus sit in se nobilior potentia passiua in se: quia intellectus possibilis cum sit substantia est nobilior omni intellectione: immo aliquando melius est simpliciter esse potentiam receptiuam,

ceptiuam, quàm esse aliquam actiuam: quia melius est simpliciter posse recipere intellectionem, quàm agere calorem. Fit ergo ista comparatio sic. Agens in eo, quòd agit semper est præstantius passo: siuè receptiuo in eo, quòd recipit. Et hæc non est immediata: sed est vera: quando agens producit effectum, quo effectu est nobilius: & effectus ille natus est informare talem passum: ergo erit nobilius in eo, quòd agit ipso passo in eo quòd patitur: siuè in eo quòd recipit talem effectum illius agentis. Et sic patet expositio propositionis Aug. quam etiam Doc. simili modo exponit in 4.d.44. Et loquitur Doc. tantum de causa totali, vt patet in littera: quia illa si est æquiuoca semper est nobilior effectu: partialis verò æquiuoca aliquando erit ignobilior: vt patet.

¶Ibi. Per istud patet ad auctoritatem Aug. 10. de tri. c. 5. vel 15.

¶Nunc exponit secundam auctoritatem. Format enim anima in se imaginem, hoc est sensationem: & de se, hoc est ipsa est in potētia natural: ad sensationem: quia habet naturalem inchoationem ad illam: & non est in potentia neutra: sicut superficies ad albedinem: & istam naturalitem ostendit cum dicitur de se: & loquitur ibi Aug. tantum de sensationibus: quia dicit ibi: quòd illas partes animæ: quæ corporum similitudinibus informantur habemus communes cū bestijs. Hoc verum est de illis, quæ informantur imaginibus: hoc est sensationibus: extendendo nomen imaginis ad sensationem: vt supra patuit.

¶Ibi. Ad rationem primam pro illa opi. Prima ratio Hen. est ista. Intellectio est operatio vitalis: & sic perfectior omni non viuo: nunc autem effectus perfectior non potest esse à causa imperfectiori. Dicit Doct. quòd effectus perfectior non potest esse à causa imperfectiori totali, potest tamen esse à causa partiali: & sic operatio vitalis potest esse à non viuo. Nota tamen, quod nulla intellectio in se absolutè sumpta potest esse perfectior aliqua substantia quantumcunque minima: cum substantia sit prior accidente diffinitione, & cognitione: vt patet. 7. met. t. c. 4. participatiuè tamen potest dici perfectior: vel potest dici perfectior ex hoc, quòd vniti obiecto perfectiori: vt patet à Doc. in quol. q. 13. & in 4. d. 10. Intellectio tamen albedinis est simpliciter perfectior ipsa albedine: quamuis albedo sit partialis causa.

Quō effectus pfectior possit esse à causa imperfectiori.

¶Secundo arguit Hen. ibi. Secundo sic. Quanto forma est perfectior, tanto est actualior: & per consequēs actiuior; sed anima intellectiua inter omnes formas est actualissima: ergo maximè actiua. Cum ergo forma inferior sit totalis causa suę operationis; vt patet de igne à fortiori anima intellectiua erit totalis causa intellectionis: quæ est propria operatio eius.

¶Respondet Doct. ibi. Cum arguitur post de forma perfecta. Hoc concludit, quòd aliquam actiuitatem habeat &c. Et quòd non possit esse causa totalis respectu intellectionis circa quodcunq; ens: & quòd aliqua forma inferior possit esse totalis causa suæ operationis: euidenter Doc. ostendit dicens: quòd si anima esset totalis causa intellectionis respectu cuiuscunque entis: in se contineret quodcunque ens: supplè virtualiter, vel eminenter: & ex hoc sequeretur, quòd ipsa esset simpliciter illimitata: quod est falsum. Hoc concludit tenendo, quòd obiectū possit esse partialis causa suæ intellectionis: & quòd intellectiones specificentur ab obiectis: vt supra exposui. d. 2. q. 1. & vide singularem glo. quam feci super d. 3. q. 10. secundū Doc. Si enim obiectum tātum requireretur vt terminatiuum: non concluderetur talis illimitatio: quia verò Doc. supponit quod prius probauit: quòd obiectum est sic partialis causa intellectionis suæ: quòd talis intellectio à nullo pōt causari, nisi virtualiter, vel eminenter contineat tale obiectū. Et quod dicit de formis inferioribus, &c. Benè concludit, quòd si sunt causæ totales suarum actionum, quòd ex hoc non sint simpliciter illimitatæ. Si tamen agerent circa obiecta specie distincta: quorum quodlibet natum esset partialiter concurrere ad actionem: non possent poni totales causæ, nisi virtualiter continerent illa obiecta: & sic cōcluderetur illimitatio talis formæ. Exemplum. Pono, quòd ignis agat circa omnia combustibilia: Si combustibilia tantum passiuè se habent non cōcluditur maior illimitatio ignis in agendo. Si verò combustibilia essent partialis causa actionis ignis: non posset poni ignis totalis causa actionis respectu cuiuscunque combustibilis, nisi eminenter, vel virtualiter cōtineret entitatē illorum. Et ex hoc sequeretur illimitatio ignis in agendo.

Vide singularē glosā Lycheti.

¶Tertio arguit Hen. ibi. tertio sic. philosophus 2. physi. & 6. ethi. Ista ratio stat in hoc Intellectio est operatio immanens: & operatio immanens tantum est in agente. Hoc autem probatur multis auctoritatibus, scilicet. 2. phy. t. c. 25. qui incipit. Duę igitur sunt principantes materiam: vide ibi Com. & 6. eth. cap. 5. Est, inquit, aliud facere, aliud agere. Itaq; habitus cum ratione actiuus: aliud est quàm habitus cum ratione factiuus, nec alter in altero continetur: nam neque actio est factio: neque factio est actio: & patet ibi: & in com. quō actio est in agente: sed hoc clarius patet. 9. met. t. c. 16. vbi dicit. Quorumcunque igitur aliquid alterum est, quod fit præter vsum: horū actus in facto est vt ædificatio in ædificato: & contextio in contexto. Similiter autem, & in alijs: & totaliter motus in eo quod mouetur. Quorum vero non est aliquod aliud opus præter actionem in ipsis existit actio, vt visio in vidente: & speculatio in speculante: & vita in anima: hæc ille.

¶Ex hac littera patet expressè, quòd actio huiusmodi est intellectio: est propriè in agente. Nam & huiusmodi actio dicitur finis potentiæ: vt ibi dicit Arist. & Cōm. vnde Cōm. sic ait. Quædam res sunt: quarum finis est agere tantum: & quædā sunt, quarum finis est aliquod actum. Omnia igitur entia conueniunt in hoc, quòd complemētum, & perfectio eorum, supplè vltima est in operatione propria: & hoc duobus modis: quoniam aut finis erit agere, vt in visu cuius finis erit videre: aut aliquod actum, vt in ædificatoria: hæc ille. Ex hoc arguit Hen quòd si obiectum esset causa intellectionis: cū intellectio sit tantum operatio, siuè actio tunc esset subiectiuè, s. in obiecto agente.

¶Ibi. Quarto, & est quasi idem. Actio propriè dicta, vt distinguitur contra factionem denominat agens: vt patet per Arist. vbi supra sic dicentem. Quoniam verò est horum quidem vltimum visus: & visus visio: & præter hanc supplè visionem nullum sit alterum à viso opus. Et Com. vbi supra, sic ait. Omnia verò, quæ non habent acta: sed finis eorum est actio &c. Sequitur Actiones enim eorum existēt in eis, vt videre in visu: & vita in anima: & fortuna in ea, i. fęlicitas: vt inquit Ari. Et sic patet quomodo actio denominat agens. Modò intelligere denominat hominem secundùm intellectum: ergo intelligere erit ab intellectu.

¶Respondet Doctor. ad ista duo argumenta ibi. Alia duo argumenta &c. Dicit Doc. quòd sufficit ad rationem actionis: quòd denominet agens, & sit in agente: & si agens aliquod ponitur totalis causa: tūc actio erit in illo. Si verò sunt plures causæ partiales sufficit, quòd sit vna illarum: nec refert an sit prin-

cipalis, vel minus principalis: patet, quia si intellectus meus moueretur ab essentia angeli: ipsa esset causa principalis cognitionis: & intellectus meus causa minus principalis: vt patebit in q. immediatè sequenti: & tamen intellectio causata reciperetur in intellectu meo: similiter si moueretur à lapide lapis esset causa minus principalis, & intellect⁹ magis principalis: & tamen intellectio lapidis reciperetur in intellectu.

Dubium. ¶Occurrit tamen aliqualis difficultas: quia dicit Doc. ꝙ intellectio, quæ est actio non tantum est in eodem supposito agente: sed est in eadem parte intellectiua: nec est extra principium eius actiuum: sed manet in parte intellectiua: quę est partialis causa eius. Hoc videtur repugnare dictis eius: quia intellectus agens, & obiectum causant intellectioné: & tamen intellectio non recipitur in intellectu agéte: sed tantum in intellectu possibili.

Responsio. ¶Dico primo, quòd intellectus agens, & possibilis non distinguuntur, vt duæ potétiæ: sed tantum, vt duæ realitates: vt supra dixi: & sunt simpliciter eędem potentiæ.

¶Secundo dico: ꝙ non tantum intellectus agens est partialis causa intellectionis: sed etiã intellectus possibilis: vt patet à Doc. in 15. q. quol.

Opinio Gof. ALIA est opi. quæ totaliter est in alio extremo: quæ dicit, quòd anima intellectiua, vt intellectiua est, nihil habet actiuitatis respectu intellectionis: & hæc est opi. Gof. quol. 6 q. 7. & 8. q. 2. & 9. q. 19. & 13. q. 3. Et vult, quòd ipsum obiectum inquantum relucens in phantasmate illustrato ab intellectu agente non effectiuè, sed quasi formaliter concurrente respectu intelligibilis sit totalis causa intellectionis: & hanc positionem probat multis rationibus.

CONTRA istam opi. Hic Doct. improbat opi. istam multis rationibus. Et primo deducit ad hoc inconueniens: quòd in parte intellectiua (vt intellectiua comprehendit intellectum agentem & possibilem) nulla erit ratio formalis agendi respectu intellectionis: quod videtur valde inconueniés: quia tantum phantasma se haberet effectiuè respectu intellectionis: quæ est operatio propria intellectus: vel si sit ibi efficientia aliqua (præter efficientiã phantasmatis) per quam effectiuè fiat irradiatio, vel illustratio super phantasmata: illa erit pręcisè ipsius Dei: qui creauit tale lumen in intellectu possibili: nam isti ponunt intellectum agenté esse effectum lucis increatę: & sic est quoddam lumen creatum à luce increata. Et sic sequitur, vel quòd Deus agit immediatè ad intellectionem quamcunque: quia illustratis phãtasmatibus: effectu lucis increatæ: sequitur intellectio obiectorum: & si talis intellectio nullo modo est ab intellectu: sequitur, vel quòd immediatè erit à Deo: vel tantum à phantasmate illustrato: & sic tota pars intellectiua esset priuata omni operatione propria: & sic nec intellectionem: nec volitionem aliquam posset causare: quod est absurdum, cum à natura inferiori non negetur, quin sit actiua operationis, vel actionis suæ propriæ: & natura nobilior dignificanda est: vbi non apparet contradictio, & impossibilitas.

¶Ibi. Item secũdo ex ista opinio. Hic arguit Doc. deducendo ex dictis Gof. ad hoc inconueniens, scilicet, quòd angelus non posset habere intellectioné nouam, quantumcũque habeat obiecta multa præsentia habitualiter: puta per species intelligibiles: patet quia secundùm Gof. agens, & passum sunt distincta subiecto: modo intellectus angeli habentis plures species intelligibiles per quas obiecta sunt præsentia habitualiter: non distinguitur subiecto ab illis speciebus, vt patet: ergo non possunt agere in intellectum angeli causando aliquam notitiam nouam: quod est inconueniens. Sed fortè diceret ipse, ꝙ est merè creditum, angelum posse habere nouam intellectionem.

¶Ibi. Tertio si phantasma. Pro intelligentia huius litteræ nota, quod assensus intellectus, quamuis sit actus intellectus simplex, & incomplexus: dicitur aliquando verus: & est quando assentit complexo vero: aliquando falsus: & est quando intellectus assentit complexo in se falso: aliquando assentit alicui complexo assensu vero: vt quando assentit huic, ꝙ homo est risibilis: aliquando assentit eidem assensu falso: puta quando assentit illi, vt vero, vel vt falso, vel dissentit. Cum ergo phantasma, vel relucens in phantasmate agat secundùm vltimum potétiæ suæ: semper causabit assensum verum: vel semper causabit assensum falsum: & sic de eodem non poterit esse aliquando assensus verus, & aliquando assensus falsus: cuius oppositum experimur in multis: & sic patet littera. *Assensus intellect⁹ quãdoq; verus, quãdoq; falsus.*

¶Ibi. Item quando dicitur, quòd intellectio secundùm philosophum est actio manés intra. Si cõtra opi. istam arguatur deducendo ad hoc inconueniens: ꝙ tunc intellectio esset subiectiuè in obiecto: quia actio est in agente.

¶Respondet Gof. dicens: ꝙ licet intelligere grãmaticaliter significet actiuè, & intelligi passiuè: tamen secundùm rem intelligere est passio: & quod intelligitur est agens: & patet littera.

¶Ibi. Contra: philosophus distinguens actionem à factione: vt supra patuit: assignat diuersa principia propria actioni, & factioni. Et nota, quod secundùm philosophum distinguitur actio à factione ꝓpter diuersa principia: loquendo de actione pro re producta: & de factione pro re facta: non autem de actione respectus: & factione respectus: q̃a vt sic nõ distinguuntur propter diuersa principia: cum vtraq; sit in subiecto, scilicet, factio in faciente, & actio in agente: sed res acta, puta intellectio, & omnis operatio tam intellectiua, quàm sensitiua semper est in potentia agente: res verò facta, vt forma artificialis, vel naturalis recipitur in alia materia, quàm in faciente: vt patet de igne respectu ligni, in quod producit calorem: vel formam substantialem ignis: actio ergo, & factio distinguuntur propter distincta principia receptiua. Si ergo intelligere esset realiter passio (cum passio non recipiatur propriè in agente, sed in passo) factio, & actio non differrent propter diuersa principia receptiua: cum vtraque reciperetur in passum extra agens: & sic patet littera. *Differentia inter actionem & factionem.*

¶Ibi. Item habitus. Hic Doct. arguit contra principalem intentum probando, quòd obiectum non sit totalis causa intellectionis: & intellectus sit tantum potentia receptiua: & arguit quodammodo inquisitiuè: quia certum est apud omnes, quòd multi habitus ponũtur in intellectu, quibus intellectus faciliter, promptè, & expeditè operatur: ergo disponunt ipsum intellectum non ad patiendum (cum sit optimè dispositus ad recipiendum quamcunque intellectionem: vt ab omnibus conceditur) ergo ponitur habitus, vt disponat intellectum ad agendum: ergo sequitur, quòd respectu intellectionis habebit aliquam actiuitatem. Sed de hoc prolixius tractatur infra. d. 17. *Obiectũ non est causa totalis intellectionis.*

¶Ibi. Item quomodo intellectus discurret syllogizando, vel argumentando: si phantasma causat omnem intellectionem: non enim videtur intelligibile, quomodo phãtasmata occurrétia causant omnem discursum.

¶Item quomodo causabuntur intétiones logicæ: vel relationes rõnis. Si .n. phantasma causat oẽm intellectionem

tellectionem quæcunque causata ab eo erit realis: quia illa dicitur esse realis intentio: quæ immediatè causatur à re, vel à specie repræsentante rem in se. Si ergo secunda intentio sit à phantasmate (cum tantum sit causa realis) sequitur, quòd nulla intellectio causabit intentiones logicas: quia intellectus nullo actu suo poterit conferre vnum obiectum ad aliud: quæ collatio causat secundam intentionem. Et hoc dictum potest habere plures sensus. Primus: quòd si intellectus non habet in potestate sua intellectionem obiecti: nec etiam habebit in potestate sua actum, quo comparat vnum cognitum ad aliud: cum talis intellectio necessariò præexigatur actui comparatiuo; sicut etiam Doct. argum. de voluntate: quæ si non habet in potestate sua actus intellectus: quòd etiam non habebit in potestate sua actum discurrendi ab vno ad aliud: vide in 2. dist. 42. q. 1. Sed in proposito patet, quòd intellectus causat actum comparatiuum, quo comparat vnum obiectum cognitum ad illud: ergo etiam causat actum cognoscendi, &c. Secundus sensus est: si intellectus est verè actiuus actus comparatiui: erit etiam actiuus actus intelligendi. Et cum dicit, quòd intentio causatur ab intellectione: non accipitur hic intelligere propriè, qua obiectum intelligitur: sed accipitur pro actu intellectus comparatiui: nisi dicatur actus comparatiuus sit intellectio: quod non videtur.

Nota logicè hanc litteram.

¶Hic tamen nota: quia secunda intentio nõ propriè causatur, nec ab intellectu, nec ab aliquo actu intellectus: cum omnia talia causent naturaliter, & secundùm vltimum potentiæ: & omne causatum à re, vt res est erit necessariò reale: & hoc est patet in littera: accipitur ergo hic causari pro derelinqui: nam quando intellectus actu suo comparat vnum cognitum ad aliud: statim resultat quædam relatio rationis: sicut etiam, positis duobus albis, statim resultat ex natura rei similitudo realis: sic posito actu collatiuo intellectus comparantis vnum cognitum ad aliud cognitum: statim resultat talis relatio rationis. Sed esset bona difficultas, quod esse habet secunda intentio: posito, quòd ipsa nõ recipiatur nec in obiecto: nec in intellectu: de hoc in vniuersalibus. Sequentia clara sunt.

Secũda intentio non causatur ab actu intellectus.

AD argumenta pro secunda opi. Doc. respondet ad argumenta facta propositione Gof. Et primum argumentum est tale. Impossibile est idem respectu eiusdem esse in actu, & in potentia, sed si intellectus esset causa actus, esset in actu respectu actus: & cum talis actus recipiatur in ipso intellectu: tunc esset in potentia ad eundem actum. Declaro tamen litteram istius Doct. qua probatur: quòd impossibile est idem respectu eiusdem esse in actu, & in potentia: quia agens tale est in actu, quale passum est in potentia: vt patet. 3. physi. t. com. 17. vide expositionem Com. sic dicentis. Illud quod est in actu in motore, per quod mouet est illud, per quod motor induxit illud, quod est in potentia in actu: verbi gratia, quoniam homo qui est in actu facit. Exempli gratia: de sanguine menstruoso, qui est homo in potentia hominem in actu. Et inducit hoc ad declarandum, quòd motor non mouet, nisi secundùm quòd est in actu; & per motum mouetur secundùm quòd est in potentia: hæc ille. Hoc idem patet primo de generatione. t. c. 28. vbi Commen. sic ait. Et quia illud, quod augmẽtatur non crescit, nisi adueniẽte cibo extrinseco: cibus autem non est actu id, ad quod aduenit. verbi gratia: neque actu est os: neque caro: sed potentia: qua propter cibus aliquo modo est similis: hæc ille. Si ergo agens tale est in actu, quale passum est in potentia: sequitur, quòd idem non possit agere aliquid in seipso: quia tunc respectu eiusdem esset in actu, & in potentia: quod videtur esse oppositum primi principij metaphysici noti per rationem actus, & potentiæ.

¶Idem etiam esset efficiens, & materia: quod videtur esse contra philosophum. 2. physi. t. com. 70. vbi vult, quòd multotiens causa formalis, & finalis, & efficiens coincidant in vnum, & hoc maximè apparet in agentibus vniuocis: materia autem non coincidit cum aliquo istorum. Vnde Com. ibi exponens sic ait. Multotiens reducuntur tria ad vnum. i. & accidit in scientia naturali vt tres causæ. s. agens: & forma: & finis sint vnum secundùm subiectum: & plures secũdùm diffinitionem: & hoc accidit, quando naturalis voluerit reddere causam generationis non causas generabilium: & generatio est ab æquali in specie: verbi gratia, quoniam homo generatur ex homine: ideo generans & generatum sunt vnum secundùm formam: & forma generata est finis motus materiæ ab agente: & sic ista forma erit agens, & finis, & forma: hæc ille. Sequitur. Tunc etiam idem referretur ad se relatione reali: quod videtur impossibile. 5. met. t. com. 20. & 27. Vbi expresse habetur, quòd relatiuum ad aliud refertur.

Generatio est ab æquali in specie.

¶Ibi. Tandem ad hæc deducunt: videlicet, quòd si intellectus posset agere in seipsum, producendo intellectionem in seipso: posset poni quodlibet in se agere, & mouere se: vtpote, quòd aer ad præsentiam solis illuminaret se, & non sol: & lignum ad præsentiam ignis calefaceret se, & non ignis: & sic de alijs.

¶Ibi. Propter idem: dicunt, quòd intellectus agens nõ potest aliquid causare effectiuè in intellectu possibili: quia non distinguitur ab eo subiecto: & littera clara est.

¶Respondet Doc. ibi. Ad argumenta pro secunda opi. Quod tangit, an ista causalitas conueniat intellectui agenti: an possibili: vide in quol. q. 15. vbi specialiter pertractat hanc materiam.

Pulchra dubitatio.

¶Ibi. Cum probatur, quòd possibilis non potest habere illam causalitatem: quia nihil idem agit in se.

Nihil agit in seipsum, verũ est de agente vniuoco.

¶Respondeo: quòd illa propositio non est vera, nisi de aliquo agente vniuoco. i. quòd ista propositio: quòd nihil agit in seipsum: habet veritatem in agente vniuoco: quia tunc esset in actu formali, & & in potentia formali respectu eiusdem: quia si est agens vniuocum respectu alicuius effectus similis sibi: tunc actu haberet formam eiusdem speciei & esset in potentia ad formam eiusdem speciei. Exemplum. Posito, quòd Franciscus possit producere Io. in seipso: alterum duorum sequeretur. Vel quòd natura humana in Fran. quæ est tota ratio producendi, & assimilandi sibi Ioãnem: esset ratio formalis recipiẽdi Franci. aliam naturam humanam: puta naturam Ioannis: & sic Frãcisco essent duæ humanitatis formaliter, & quiditatiuè: quod est impossibile. Et si possent esse duæ, ita & infinitæ possent esse. Vel sequeretur, quòd simul esset & non esset: patet quia dum Franciscus causat humanitatem vniuocè: aut causat illam, quam habet: & tunc quando causat habet illam: quia illa est ratio formalis causandi: & dum causatur illa, & mouetur ad recipiendum illam caret illa: & sic esset, & non esset. Aut causat aliam humanitatem, quam tamen non potest recipere simul cum alia: & tunc simul esset, & non esset: patet quia si in instãti. a. causat in se illam aliam humanitatem: necessariò habet humanitatem: quæ est ratio formalis causandi: & in eodem instanti, quo recipit illam aliam, alia non est: quia tunc essent in eodem instanti duæ humanitates: ergo in eodem instanti, quo causat habet: & in eodem instanti, quo recipit non habet: ergo esset, & non esset. Si

dicatur:

dicatur: quòd sicut quando ignis producit ignem in materiam ligni: in eodem instanti definit forma ligni, & introducitur forma ignis: sic quando recipitur illa alia humanitas in eodem instanti definit prima. Dico: quòd non est simile: quia tunc humanitas prima ageret, quando non esset. Et probatur sic: quia in instāti.a agit: ergo in instāti.a est: & in eodem instanti recipit illam aliam: ergo in eodem instanti non est: alioquin essent duæ humanitates simul in eodem instanti in eodem supposito, & hoc est, quod dicit Doct. si enim aliquid sic ageret in se vniuocè: sequeretur, q simul haberet formam eiusdem rationis, ad quam mouetur: & dum moueretur ad illam, careret illa: igitur simul haberet illam, & non haberet: saltem hoc sequitur de duabus formis eiusdem speciei: vel de eadem.

Scotus cōcedit duo indiuidua eiusdem speciei posse esse in eodem.

¶Si dicatur. Nonne Doc. in 5. met. suæ concedit, quòd duo indiuidua eiusdem speciei possunt esse in eodem: vt duæ intellectiones eiusdē speciei: vel duæ species sensibiles eiusdem speciei in eodem puncto aeris: & similiter duo lumina eiusdem speciei: ergo similiter in proposito.

¶Dico, quòd non est simile: licet. n. idem agens, vel duo agentia possint producere duo indiuidua eiusdem speciei in eodem subiecto: vt duas intellectiones eiusdem speciei: non tamen vnum indiuiduum existens in illo subiecto potest esse ratio formalis producendi aliud eiusdem speciei in eodem subiecto.

¶Ibi. In agentibus autem æquiuocè, id est, in illis agentibus, quæ non agunt per formam eiusdem rationis cum illa, ad quam agūt: propositio illa quòd nihil mouet se: non habet necessitatem, &c. Et quod dicit infra de actu virtuali, & potentia formali: est sciendum, quòd idem esse in actu virtuali, & in potentia formali respectu alicuius nihil aliud importat: nisi quòd idem puta voluntas respectu actus volendi est in actu virtuali, id est, quòd habet in actu virtutem, siuè potentiā producendi volitionem: & eadem voluntas dicitur in potentia formali, id est, quòd inquantum est in potentia ad recipiendum volitionem vt formam est in potentia formali: quia apta nata informari tali forma, quādo ergo aliquid habet actu virtutem producendi aliquid: & est in potentia ad recipiendum, illud dicitur in actu virtuali, & in potentia formali: nec ista repugnant: esse verò formaliter actu album: & in potentia ad recipiendum eandem albedinem bene repugnat.

¶Ibi. Ista glo. de agentibus vniuocis: & æquiuocis necessaria est: & littera clara est.

¶Ibi. Si arguas: ergo in omnibus posset esse idem in actu virtuali, & in potentia ad actum formalem: & sic quodlibet potest mouere se.

¶Respondet Doc. quòd in ista illatione est non causa, vt causa: vt arguendo sic. Non repugnat idem esse in actu virtuali, & in potentia formali respectu eiusdem: ergo non repugnat solem esse in actu virtuali respectu caloris, & in potentia formali respectu eiusdem? committitur fallacia: quæ ast à nō causa, vt causa: non enim repugnat soli ex ista ratione generali: quòd sit in actu virtuali, & in potentia formali: vt puta sic dicendo: ideo sol non potest esse in actu virtuali respectu caloris: & in potentia formali respectu eiusdem: quia ista repugnant adinuicem, scilicet, simul esse in actu virtuali, & in potentia formali: non enim hæc est causa præcisa, quare sol non possit esse in actu virtuali, & in potentia formali respectu caloris: sed causa præcisa, quare non sic possit esse est: quia corpora cęlestia non suscipiūt peregrinas impressiones: & sic patet quomodo arguitur à non causa ad causam. Istam tamen difficultatem de actu virtuali, & potentia formali vide in Doct. in 2. distin. 25. vbi prolixius pertractat hanc materiam.

¶Ibi. Sed si obijcias: quòd talia principia metaphysicalia, scilicet de actu, & potentia, ex quo sunt generalia non debent negari propter aliquas difficultates speciales. Dicebat enim Gof. hoc esse vnum principium metaphysicale, scilicet, quòd idem non sit in potentia, & in actu. Dicit Doc. quòd nullum est principium metaphysicale, sub quo continentur multa singularia falsa: & patet littera: non enim hoc est principium metaphysicale. Nihil idē est in actu virtuali, & in potentia formali respectu eiusdem: vt supra patuit: sed bene hoc est vnum principiū metaphysicale. Nihil idem est in actu formali, & in potētia respectu eiusdē actus formalis: vt q Fran. sit actu formaliter albus, & q simul sit in potentia ad candē albedinem, est impossibile.

¶Ibi. Cum arguitur. 2. physi. Dicit Doc. quòd loquendo de materia prima, quæ est altera pars compositi: non coincidit cum causa efficiente: quia illa materia non potest esse causa alicuius, & receptiua eiusdem: vt quòd materia ligni sit receptiua formæ substantialis ignis, & effectiua eiusdem: est omnino impossibile. Loquendo tñ de materia sm quid, q nō est altera pars cōpositi p se: cuiusmodi est subiectum accidentis, nam accidentia habent substātiam. p materia nō ex qua, sed pro materia in qua recipiuntur: dicit Doct. quòd est necesse idem quandoque esse materia, & efficiens respectu eiusdem: & hic vult expresse, quòd subiectum sit causa necessaria propriæ passionis, & receptiua eiusdem: sed quomodo hoc intelligatur supra exposui in quæst. de subiecto theolo. vide.

Subiectū est causa effectiua. i. elicitiua. & emanatiua.

¶Ibi. Quod arguitur postea de relationibus realibus oppositis patet littera: & vide expositionem, quam supra feci. dist. 2. parte 2. quæst. 3. illius partis: sed prolixius vide expositionem, quam feci in d. 25. secundum Doc.

¶Ibi. Ad Achillem eorum: quòd quodlibet moueret se. Hic Doc. ostendit quando aliquid est causa alicuius totalis. Si enim ad præsentiam. a. respectu alicuius passi: puta. b. dispositi, & non impediti statim sequatur effectus: puta. c. ex hoc arguimus, q. a. est causa totalis. c. Sic per oppositum quando non sequitur talis effectus, signum est, quòd non est causa illius. Et ideo arguimus, quòd lignum non calefacit se: quia lignum est semper approximatum sibiipsi, & sufficienter: & nō potest poni aliquod impedimentum: & tamen nullo alio posito non sequitur calefactio in ligno: sed posita præsentia ignis, sequitur calefactio ligni. Ex hoc arguimus, quòd lignum non est causa calefactionis suæ: sed bene ignis.

Lignū nō est cā sua calefactionis, sed ignis.

¶Ibi. Sed dices. Saltem dicam lignum esse causam partialem: vt præsente igne coagat ad calefactionem sui in ratione effectiui, vel actiui partialis.

¶Dicit Doct. ibi. Nec ista cauillatio valet, quia causæ duæ partiales non ponuntur respectu eiusdē effectus: quando altera præcisè habet totum effectū in virtute sua. Si enim altera habet totum effectum in virtute sua: sequitur, q totum potest producere: & sic alia causa partialis nihil posset producere: vel idem bis produceretur: sed ignis habet virtualiter totum calorē ligni: ergo lignum hic nullam habet causalitatem partialem.

¶Ad ppositum igitur cum anima sit sibiipsi approximata, & non semper impeditur: & tamen non semper est in actu respectu cuiuscunque intellectionis: concluditur ipsam non esse causam actiuā totalē: sed aliquid aliud requiritur, f. obiectū: qa eo pñte sequit effectus: eo nō pñte, nō pōt hři effectus.

¶Ibi.

¶Ibi. Concluditur ergo primo causalitas aliqualis in obiecto: nec totalis: quia obiectum propter sui imperfectionem non potest habere in virtute sua totaliter intellectionem propter suam perfectionem. Et ideo concluditur, quòd cum obiecto requiritur aliqua alia causa actiua partialis. Et licet obiectum sit aliquando perfectius ipsa intellectione: tamen ipsa intellectio est talis entitas: quòd non potest esse, nisi ab obiecto, & à potentia: & hoc patet per experientiam: quia posita præsentia obiecti, cum potentia sequitur intellectio: & ipsa remota nullo modo sequitur. Et ideo arguimus intellectionem dependere ab vtroque.

Opinio Hen.

TERTIA opi. Hæc est opinio Hen. quolib. 5. quæstio. 14. qui dicit: quòd intelligibile, vt simpliciter præsens intellectui non per speciem intelligibilem: sed per phantasma, vt illustratur ab intellectu agente est in intellectu possibili, vt in memoria: vt autem immutat ad actum intelligendi est in eo, vt in intelligentia: cuius notitia terminatur in ipsum obiectum. Et quantum ad ista duo intellectus est passiuus, id est, quòd obiectum, vt relucens in phantasmate est in intellectu possibili, vt in memoria: siuè est præsens intellectui possibili, vt in memoria: siuè vt pars memoriæ. Nam vt sic mouet intellectum ad cognitionem confusam: & sic intellectus patitur ab illo realiter: quia recipit ab obiecto cognitionem confusam. Vt autem immouat ad actum intelligendi: & hoc tantum intentionaliter est in intellectu possibili, vt intelligentia, id est, est præsens intellectui possibili, vt informato illa cognitione confusa: quia tunc talis cognitio terminatur ad ipsum obiectum. Et hoc modo patitur etiam intellectus ab obiecto intentionaliter tantum. Et quid sit pati intentionaliter: vide supra in quæst. immediatè præcedenti: vbi declaraui hoc.

Intellectus patitur ab obiecto tñ intentionaliter.

¶Deinde addit Hen. quòd intellectus factus in actu primo, id est, vt habens cognitionem confusam obiecti: naturali acumine suo potest suffodere & discurrere in vnoquoque quid sit componendo, diuidendo, ratiocinando, & sic inquirere quid respectu intellectus simplicis, id est, notitiæ incomplexæ distinctæ: & propter quid respectu complexæ: vt respectu conclusionis simplicis. In isto discursu intellectus inquantum discurrit est actiuus. Inquantum tamen concipit est passiuus.

Hen. retractat.

¶Ibi. Iste idem istam positionem de passione respectu notitiæ primæ simplicis, & confusæ: & actione respectu notitiæ distinctæ inuestigatæ videtur retractare & corrigere alibi. Et littera stat in hoc, quòd Hen. quolib. 3. quæstio. 6. videtur dicere, quòd phantasma, siuè obiectum relucens in phantasmate tantū inclinat intellectum possibilem, & excitat: quo excitato causat notitiam confusam: & patet littera.

CONTRA. Neutra istarum opi. nec retractata: nec retractans videtur esse vera. Non retractata. Hic Doct. improbat Hen. quantum ad hoc, quod dicit: quòd intellectus factus in actu secundum notitiam primam confusam est actiuus notitiæ distinctæ. Et quærit Doctor, aut est actiuus virtute sui: aut virtute notitiæ confusæ? Si virtute sui? non videtur rationabile, quòd aliqua causa possit esse actiua respectu perfectioris in aliqua specie: & nullo modo possit esse causa actiua respectu imperfectioris eiusdem speciei. Et addit Doc. in eadē specie: quia non sequitur absolutè: si aliquid est causa perfectioris, ꝙ possit esse causa imperfectioris: vt patet: quia agens naturale est causa formæ substantialis: quæ est perfectior materia: & tamen non potest esse causa materiæ: sed si potest causare perfectius in aliqua specie: potest etiam causare imperfectius in eadem specie. Cum ergo in proposito intellectio confusa, & distincta eiusdem obiecti videntur alibi esse eiusdem rationis: quia eiusdem obiecti ergo.

Non semper potēs producere perfectius pōt & imperfectius.

¶Aduerte tamen, quòd non sequitur absolutè ꝙ notitiæ dicantur eiusdem rationis: quia eiusdē obiecti: quia statim sibi contradiceret: quia in 2. vult expressè d. 25. & alibi: quòd cognitio intuitiua, & abstractiua differant specie, etiam respectu eiusdem obiecti. Sic ergo intelligitur: quòd duæ notitiæ abstractiuæ sunt eiusdem speciei: quando sunt eiusdē obiecti non in se præsentis: sed in aliquo repræsentatiuo. Si autem dicas, quòd respectu secundæ notitiæ, scilicet, distinctæ intellectus est actiuus virtute notitiæ confusæ. Contra hoc arguit Doctor. quia tunc sequeretur, quòd imperfectius esset ratio formalis producendi perfectius: quod est impossibile. Hæc etiam opi. retractata est: & supra improbata. distin. 2. parte 2. & distin. 3. quæstio. 6. Improbatur etiam infra d. 26.

Quādo duæ notitiæ abstractiuæ sunt eiusdē speciei.

¶Ibi. Opi. etiam retractans non videtur esse vera: quia quæro quid intelligitur per inclinationem: aut aliqua forma quæ sit in intellectu, per quam inclinetur: aut nihil: si nihil: non magis inclinatur intellectus nunc ad intelligendum obiectum, quàm prius inclinabatur: si aliqua: aut illa forma est actus intelligendi: & tunc oppositum opinionis eorum: quia obiectum causabit actum: quod ipse negat retractando positionem primam: aut illa forma est aliquid prius actu intelligendi; vt species intelligibilis recepta in intellectu possibili? quam tamen negant: vt supra patuit in q. immediatè præcedenti.

¶Ibi. Item in causis ordinatis inferior non inclinat superiorē: sed econuerso: sed intellectus est causa superior quàm species alicuius obiecti: patet, quia intellectus vtitur magis specie obiecti, quàm econtra: sicut etiam dicimus, quòd potentia est causa superior habitu: posito, quod habitus sit causa actiua actus: quia vtitur habitu non econuerso: vt patet infra d. 17. ergo obiectum relucens in tali specie non inclinabit intellectum.

QVINTA opi. Hæc est opi. Thom. in prima parte sum. quæst. 85. art 2. qui vult, quòd species intelligibilis sit ratio formalis gignendi notitiā actualem: ita ꝙ intellectus tantum passiuè se habet. Et hāc positionem probat auctoritatibus & rationibus. Primo auctoritate Com. 3. de anima. cap. 5. circa principium, paulò ante positionem Teophrasti, & Themistij. Intellectus se habet ad formas vniuersales: sicut materia prima ad formas indiuiduales. Et alibi. Anima nostra est infima in genere intelligibilium: sicut materia in genere entium. Et 3. de anima. t. c. 2. Intellectus antè habitum est in potentia essentiali, sicut materia ante formā. Hoc idē 8. phys. t. c. 22. & 3. de anima. Intellectus nihil est eorum, quæ sunt ante intelligere. Dico autem intellectum, quo opinatur, & intelligi anima: & hoc nihil aliud est actu eorum quæ sunt ante intelligere. Et ibi Com. scilicet. 3. de anima. com. 5. Et intendo inquit per intellectum virtutem animæ: quæ dicitur intellectus verè: non virtutem, quæ dicitur intellectus largè, s. virtutem imaginatiuam: sed virtutē, qua distinguimus res speculatiuas, & cogitamus in rebus operatiuis futuris. Et infra. Diffinitio igitur intellectus materialis, siuè possibilis est illud, quod est in potentia ad omnes intentiones formarum materialium vniuersalium: & non est in actu aliquod entium, antequam intelligit ipsum: hæc ille. Ex omnibus istis auctoritatibus concluditur potentia intellectus respectu intelligibilis esse purè potentialis: & quod est purè potentiale non est principium actiuū

Opinio Th.

alicuius

alicuius actus, nisi informatus aliqua forma: & tunc principium formale erit forma.

Expositio litteræ.

¶ Ibi. Arguitur ulterius: Deinde probat D. Tho. suam positionem per rationem: & littera sic exponitur. Faciens dicitur assimilari facto primo fundamentaliter: quando ratio faciendi fundamentaliter est similis termino formali rei factæ. Exemplum. Ignis facit ignem in materia ligni: nam forma ignis in igne (quæ est ratio formalis agendi, vel faciendi) est similis formę ignis receptæ in materia ligni. Secundo faciens dicitur assimilari facto formaliter, scilicet, per factionem, quæ est respectus: & tali factioni competit talis similitudo non ex se: sed à ratione formali. i. quia talis factio respectus est talis formæ: ideo per illam faciens assimilatur facto. Sic dico de actione, quòd per ipsam assimilatur obiecto modo prædicto de factione: cum ergo intellectio sit similis obiecto; sequitur, quòd ratio formalis, quæ erit ratio agendi erit illa forma, per quam agens assimilatur obiecto: circa quod est talis actio: & illud videtur species intelligibilis. Et cum dicit. Et ita illa similitudo erit formalis ratio agendi. Accipit similitudinem fundamentaliter pro forma.

Factioni cõpetit similitudo non ex se, sed à ratione formali.

¶ Ibi. Ad hoc etiam adducitur. Adducit Tho. aliã rationem, qua probat, quòd intellectus sit tantum passiuus respectu intellectionis. Et ratio stat in hoc. Nullum agens indeterminatum potest in aliquam actionem determinatam circa obiectum determinatum, nisi determinetur aliunde, intellectus est de se indeterminatus ad omne intelligibile, & ad omnem intellectionem: ergo ad hoc, quòd intelligat aliquid requiritur determinatio aliqua: & illa determinatio erit species intelligibilis: ergo.

Aegi. de Roma.

SEXTA opi. Hæc est opi. Egi. quolib. 3. q. 12. & 13. qui dicit, quòd omnia actualis genita: siue in sensu: siue in intellectu est species. Et ratio formalis gignẽdi notitiam actualem est ipsum obiectum: vel aliqua species in virtute obiecti: sic intelligendo, quòd quando obiectum est in se præsens ab eo causatur immediatè notitia quæ est species intelligibilis: quando verò non est præsens in se: sed in specie intelligibili: tunc vna species intelligibilis causatur ab alia.

¶ Ibi. Pro ista opi. quatenus dicit speciem intelligibilem esse notitiam actualem adducitur Aug. 2. de tri. vbi inquit. Illa tamen informatio sensus, quæ visio dicitur: a solo imprimitur corpore, quod videtur. Et ista auctoritas supra exposita est in q. de specie intelligibili.

Idem est sonatio, & auditio.

¶ Ibi. Hoc idem: secundo probatur per philosophum. 2. de anima. t. c. 138. qui vult quòd idem sit sonatio, & auditio; quia idem est actus actiui, & passiui. Dicit enim ibi Arist. Sensibilis autem actus, & sensus idem est vnus: esse autem ipsorum non idem: & ibi Com. Actio inquit sensibilis ex anima in mouendo sentiens: & actio sensus, quæ est in sentiente. s. qualitas, qua sentiens qualitates in mouendo etiam virtutem visionis est eadem actio: licet modus esse sensibilis extra animam differat à modo sui esse in sentiente: verbi gratia, quòd sonus qui est in actu extra animam: ita mouet instrumentum auditus: sicut auditus, qui est in actu mouet virtutem auditus. Et vide literam. Cum ergo sonatio in actu causet speciem soni in aure: ergo illa species causata est idem cum auditione; & ita species sensibilis, & sonatio idem sunt.

CONCLVSIO istarum duarum opi. vltimarum improbatur per quædam argumenta facta contra opi. secundam: quæ opi. attribuebat totam actiuitatem obiecto: vt supra patuit. Et littera patet vsque ibi. Sed contra secundam opi. arguitur specialiter: quòd ipsa sit falsa, tam in sensu, quàm in intellectu: quia tunc medium diceretur videre si species sensibilis, & visio essent idem: quia species sensibilis, etiam recipitur in medio. Nec valet dicere, quòd species in medio, & in organo sunt alterius rationis: quia receptiua sunt alterius rationis: quia albedo in lapide, & in equo sunt eiusdem rationis: & tamen equus, & lapis differunt specie. Tum etiam quia in oculo cęco, manente tamen sic mixto, vt prius causatur species: & tamen non videt. Similiter in oculo dormientis: alias non excitaretur ab excellenti sensibili præsente. Et tota ista littera clara est.

Albedo in lapide, & in equo sunt eiusdem rationis.

SED antequàm respondeam ad q. principalem prius respondeo ad argumenta facta pro. 5. & 6. opinionibus.

¶ Ad auctoritatem philosophi. 3. de ani. Hic Doc. respondet ad auctoritates adductas pro opinione 5. Et quando dicit, quòd intelligere est pati. Dicit Doc. quòd homo intelligit formaliter non inquantum causat intellectionem: sed inquantum recipit eam. Sicut dicimus quòd ignis est formaliter calidus, non inquantum causat caliditatem: sed inquantum recipit ipsam, qua denominatur. Et quia recipere formam est quoddam pati: ideo intelligere formaliter (quod nihil aliud est nisi recipere intellectionem, qua intelligimus) erit quoddam pati: & hoc modo dicitur intellectus passiuus: quia inquantum formaliter intelligit est receptiuus intellectionis: & sic passiuus: non autem dicit Arist. quòd sic sit passiuus respectu intellectionis: quòd nullo modo sit actiuus respectu eiusdem: & littera clara est, nec indiget expositione.

Vide quomodo intelligere sit pati.

Recipere formã è quoddam pati.

¶ Ibi. Et per idem respondetur ad aliud de potentia accidentali, & essentiali. Littera patet hic: & supra diffusè exposita in q. immediate præcedenti: exponendo argumentum principale ad oppositum in principio q. ibi vide.

¶ Ibi. Sed illa auctoritas, quæ dicit, quòd intellectus possibilis nihil est eorum, quæ sunt ante intelligere: requirit aliam expositionem, quam intantum pertractant aliqui, vt dicant intellectum possibilem esse in pura potentia in genere intelligibilium: sicut materiam primam in genere corporalium: quæ non est intentio philosophi. Et quòd sit vera substantia probat Doc. Tum quia intellectus possibilis est immediatè receptiuus intellectionis: quæ est qualitas absoluta: & littera clara est.

¶ Ibi. Sed oportet exponere illam auctoritatem hoc modo. Naturaliter intelligimus primo illa, quę primo occurrunt ex phantasmatibus &c. Et sententia huius litteræ est: quòd intellectus possibilis ante intelligere aliorum, puta sensibilium non est de numero intelligibilium in potentia propinqua: oportet enim prius intelligere sensibilia: quia illa sola pro statu isto mouent intellectum: vt supra patuit. q. 1. 2. & 3. præsentis distin. & ideo ante intelligere sensibilium: licet intellectus possibilis sit de numero entium intelligibilium in potentia remota: non tamen erit de numero entium intelligibilium in potentia propinqua, nisi prius habita intellectione sensibilium.

Intellectus possibilis est de numero entiũ intelligibiliũ in potẽtia remota, non propinqua.

¶ Et aduerte, quòd Doctor non intelligit: quòd post intelligere aliorum intellectus possibilis sit de numero intelligibilium potẽtia propinqua, i. quòd possit intelligi sub ratione propria, vel in conceptu proprio: quia si sic intelligeret sibi contradiceret; quia in q. 3. præsentis distin. probauit quòd pro statu isto non cognoscimus aliquam substantiam: neque materiam primam nisi in conceptu communi nobis, & sensibilibus. Erit ergo intellectus possibilis de numero intelligibilium in potentia propinqua.

quæ, quarum ad conceptus communes nobis, & sensibilibus, quia intellectus cognoscendo aliquod sensibile, potest abstrahere multos conceptus cões: & postea applicare illos, vt supra diffusè exposuimus. Ista etiam propositio. s. intellectus nõ est aliquod intelligibilium ante intelligere. i. non est possibile intelligere se ante intelligere aliorum est multiplex secundum compositionem & diuisionem, vt notat Doct. in 2. d. 3. quæstio. 8. in responsione ad primum argumentum principale. Et ibi vide expositionem, quam feci.

¶Ibi. Et cum post arguitur de illa similitudine, q sit ratio tam faciendi, quàm agendi. Dicit Doct. q in faciente forma est ratio faciẽdi, in qua forma faciẽs assimilat sibi factum, vt exemplificaui suprà. Sed in agente nihil est productum, nisi ipsa actio. Hic accipit actionem, non pro actione respectus; sed pro qualitate producta, quæ recipitur in agente. Et quare talis qualitas dicatur actio infra patebit. q. vlt. præsentis. d. in responsione ad vltimum argumentum, & in quol. q. 13. Et quod dicit hic Doct. quòd non oportet, quòd agenti ratio agendi sit aliquid, in quo assimiletur agens alicui alteri producto. Hoc debet intelligi de assimilatione vniuocationis: quia agens, vt agens non potest producere in se aliquid eiusdem rationis cum forma, quæ est ratio formalis agẽdi in ipso agente, vt supra patuit respondẽdo ad argumenta Gof. Sed loquendo de similitudine æquiuocationis: de qua patebit in q. immediate sequẽti. ratio formalis agendi in agente erit ratio assimilandi æquiuoce ipsum agens producto.

¶Ibi. Sed dices, saltem illa est ratio agendi, in quo agens assimilat sibi productum, s. actionem ipsam. Ista responsio. s. q faciens &c. In faciente puta igne producente ignem in materiam ligni est forma per quam ignis faciens est similis igni facto, sed quia D. Tho. vult, q species intelligibilis agit intellectionẽ, quæ dicitur actio, & ipsam assimilat obiecto repræsentato per speciem intelligibilem. ideo dicit Sco. q non est simile: quia in primo faciens per formam tantum assimilatur facto. Hic autem intellectio est vltimus terminus productus. ergo forma, siue quidditas speciei est tantum ratio, qua species assimilatur intellectioni productæ, & non qua assimilatur alteri à producto: puta obiecto. Et post dicit. ergo illa quidditas speciei est ratio agendi, qua species, siue agens sibi assimilat actionem, siue intellectionem, productam. Et patet responsio. Et sic explano litteram Doct. cum dicit. Bene concedo, quòd species illas supple intelligibilis, quæ est similitudo obiecti, & per quam intellectus assimilatur cognitioni productæ est aliqua ratio agendi, sed non totalis, nec etiam principalis. Ex hac littera patet expressè, quòd intentio Docto. est, quòd species intelligibilis sit partialis causa cognitionis abstractiuæ, & non obiectum relucens in tali specie, vt quidam volunt intelligere Docto. Sequitur. Sed quando duæ causæ concurrunt: sufficit in propinquiori similitudo formalis, siue vniuoca, & in remotiori virtualis, siue æquiuoca. Exemplum. Ad productionem hominis concurrunt Deus, Sol, & homo: ipse Deus assimilat hominem productum tantum æquiuocè. homo vero assimilat sibi vniuocè. Sequitur. Et ita intellectus quasi causa superior æquiuocè, & virtualiter assimilatur cognitioni: species autem quasi causa propinquior quasi vniuocè, & formaliter assimilatur ei.

Caietanus in suo commentario, huic obiectioni Scoti sic respõdet.

Hic habetur à Doc. q species intelligibilis sit causa intellectionis.

¶Ex hoc loco videtur, quòd Docto. sibi contradicat: quia supra dixit contra Tho. quòd intellectio esset effectus æquiuocus, si species esset causa totalis. ergo similiter qñ est partialis, & tñ hic dicit, q spẽs intelligibilis assimilat intellectioni formaliter, idest vniuocè. ergo intellectio erit effectus vniuocus.

Apparens contradictio.

¶Dico, quod tam intellectus, quàm species dicuntur causæ simpliciter æquiuocè respectu intellectionis. dicitur tamen, quòd ipsa assimilatur formaliter intellectioni ex hoc: quia est causa magis proxima, & magis specificatiua intellectionis: nam vna intellectio dicitur propriè distingui spẽ ab alia intellectione: quia est ab obiecto tali specie distincto ab alio. Intellectus vero dicitur magis assimilari virtualiter: quia causa magis remota. Tum etiam, quia non propriè specificat intellectionem: nec propriè dicitur talis intellectio: quia talis intellectus, sed quia talis obiecti.

Solutio.

¶Ibi. Cum arguitur post de indeterminatione intellectus ad diuersos actus, & obiecta. Dicit Doct. quòd indeterminatio ad agendum est duplex. Quædam est materialis propter defectum actus. Sicut lignum est indeterminatum ad calefaciendum, ad frigefaciendum, ad humectandum & huiusmodi: quia ex se non est sufficiens, nec includit aliquam rationem formalem calefaciendi, frigefaciendi, vel humectandi. Si ergo determinatur ad calefaciendum: hoc erit per aliquam formam receptam quæ erit ratio formalis calefaciẽdi ipsi ligno. Alia est indeterminatio agentis propter illimitationem virtutis actiuæ, sicut sol est indeterminatus, & non determinatur aliunde ad aliquid producendũ: sed ex forma sua, idest quòd quiditas talis agentis erit ratio formalis agendi, & producendi. In proposito autem intellectus est indeterminatus secũdo modo, & non primo modo. Et sic patet responsio ad rationes Thomæ.

Duplex est indeterminatio ad agendum.

A D rationes pro sexta opi. Ad auctoritatem August. patet, quòd accipit ibi visionem pro specie sensibili, impropriè tamen, vt supra patuit exponendo illam auctoritatem in q. immediatè præcedente.

¶Ad illud de philosopho, quòd idem est sonatio, & auditio: patet q non accipit ibi speciem sensibilẽ alicuius soni, & auditionem propriè dictam esse idẽ, vt patet intuenti litteram Aristo. & Commen.

¶Sed in præsenti addo responsiones, quas facit Alfon. ad argumenta Doc. quibus probat, q anima intellectiua non sit totalis causa actus intelligendi. In se enim Alfon. tenet expressè, q intellectus agens sit totalis causa. Respondet Alfon. primo reducendo argumentum contra Doc. quia dicit Doc. in illo argumẽto. Intellectiones distinguũtur per obiecta: ergo causantur ab illis. Addit, sed ppria passio habet formaliter distinctionem a subiecto: cum subiectum ponatur in diffinitione passionis vt patet. septimo met. ergo propria passio causatur a subiecto. hoc est contra Doc quia passio non distinguitur realiter. ad rationem Doc. respondet negando istam. s. q actus habeant ab obiectis, q distinguantur formaliter. Et cũ dicitur, actus distinguũtur per obiecta: ergo habẽt aliquid effectiuè ab obiectis, vt formaliter distinguatur. Negat consequentiam: sicut non sequitur actus distinguũtur per suas proprias rationes formales. ergo ab eis habent aliquid effectiuè, vnde formaliter distinguantur. Concedit ergo, q actus distinguantur per obiecta: quia circa aliud, & aliud obiectũ intellectus causat alium, & alium actum: & sic obiectũ tantum requiritur, vt materia circa quam.

Alfon. tolet. in primo di. 3 q 2.

¶Dico primo ad illud de passione, q passio secundum Doc. est a subiecto causata vt supra patuit in q. de subiecto theolo. & præsenti. d. q. 7. & vide expositionem, quam feci ibi in q. de subiecto theo. quo dicatur causari: & tñ nõ distinguitur realr a subiecto.

Responsio ad dicta Alfon. tol.

¶Dico secundo, quòd posito, quòd non sit causata a subiecto. Docto. non diceret, quod passiones habent a subiectis, vt formaliter distinguantur inter se: quia si non effectiuè, vel originatiuè

Subiectū ponitur in diffinitione passionis, verum est, tanquā additum.

à subiectis: non est concedendum, q à subiectis habeant, quòd formaliter distinguantur. Et cum dicit, quòd subiectum ponitur in diffinitione passionis. Verum est tanquam additum; sicut etiam alia accidentia dicuntur diffiniri per substantiam, diffinitione tantum additamentali, & tamen si accidentia nō essent causata à subiectis eorum non dicerentur formaliter distingui per subiecta. Et quādo dicit respōdendo ad formam argumenti Doc. q non sequitur. actus distinguuntur per obiecta. igitur habēt aliquid effectiuè ab obiectis; vt formaliter distinguantur: patet q non rectè negat illam consequentiam, vt supra exposui: quia q aliqua distinguātur essentialiter per a. & b. aut hoc erit: quia a. & b. sunt differentiæ essentiales illorum; aut quia a. & b. distincta essentialiter adinuicem causant distincta essentialiter. Et illa instantia, quam adducit non est ad propositum: quia quando dicit actus distinguntur formaliter per a. & b. tanquam per rationes formales; ergo actus habēt effectiuè ab a. & b. vt formaliter distinguātur: patet q hoc nō est ad propositum: quia iam supponit Docto. q actus formaliter distinguantur suis rationib. formalibus; & per consequens habent formaliter ab illis, vt distinguantur formaliter: sed quia obiecta nō sunt rationes formales actuum, vt patet. Si ergo conceditur q actus distinguitur formaliter per obiecta: statim sequitur, q ab obiectis habent effectiuè entitatem, qua formaliter distinguantur. Et cum dicit, q distinguntur per obiecta tanquam per materiā circa quam. Hoc nihil est: quia non dicimus aliqua propriè distingui formaliter per a. & b. tāquam per materiam circa quam: q enim actus magis terminetur ad vnum obiectum, quàm ad aliud, ex hoc non dicitur distingui formaliter ab alio per aliud, & aliud in ratione termini.

Actus formaliter distinguuntur suis rationibus formalibus.

Item Alf.

¶Ad aliud Doc. quando dicit, q si actus intelligēdi non esset effectiuè ab obiecto, vnus actus intelligendi non esset perfectior alio. Dicit Alfon. q non sequitur. actus intelligendi est perfectior: quia perfectioris obiecti: ergo est effectiuè ab illo: patet instantia. homo est perfectior asino: quia habet perfectiorem differentiam: ergo homo est effectiuè à tali differentia: non sequitur.

Responsio.

¶Respon. quòd non rectè intelligit mentem Doc. nam Doc. præsupponit, q aliquid est perfectius alio formaliter per suam rationem formalem: & sic habet ab illa formaliter, q sit perfectius. Si ergo conceditur, q actus est formaliter perfectior: quia perfectioris obiecti: cum non habeat ab obiecto formaliter illam perfectionem: quia obiectum esset perfectio intrinseca actus. sequitur, q habebit illam effectiuè ab obiecto: quia perfectius obiectum natum est causare perfectiorem actum.

¶Ad aliud Doc. quo probat, q si anima esset totalis causa intellectionis; quòd tūc esset formaliter infinita, &c.

Item Alf.

¶Respondet Alfon. primo reducendo rationē cōtra Doc. quia Doc. ponit, q est partialis causa omnis intellectionis: ergo erit formaliter infinita: apparet consequentia: quia vt ēst partialis causa vnius intellectionis requirit aliquem gradum perfectionis: & vt erit partialis cā alterius intellectionis, specie distinctæ, erit maioris perfectionis: ergo si infinitarū perfectionum erit infinitæ perfectionis. Respondere ergo ad rationem Doc. concedendo, q causa, quæ pōt habere infinitos actus simul, & pro simul quantum est ex se est infinita intensiue: non tamen causa potēs habere infinitos actus simul, sed non pro simul erit infinita intensiue: modo anima habet infinitos actus simul: sed non pro simul.

Respōsio ad Alfon.

¶Dico primo, q ratio reducta contra Doct. nihil concludit: non enim sequitur, q si sit partialis causa infinitorum actuum, quòd sit infinita: & quomodo hoc non sequatur supra exposui. d. 2. q. 1. & clarius in d. 2. q. 10. secundi Doct.

¶Ad aliud quando dicit, q causa potens habere infinitos actus simul, & pro simul est infinita intensiue. Si loquatur de actu eiusdē speciei multi Doct. hoc negant. Si tamen adderetur, quòd si æquè perfectè posset simul in infinitos actus, sicut in quemlibet seorsum sumptum; fortè haberet euidentiam, vt supra deduxi. d. 2. q. 1. Si verò potest habere infinitos actus simul, vt totalis causa, qui actus specie distinguantur: clarum est, q erit intensiuè infinita: sed non probat, q si anima esset totalis causa, quòd nō possit habere simul, & pro simul infinitos actus. Ex quo. n. ponitur totalis causa, & agit circa subiectū optimè dispositum: non apparet quin simul, & p simul possit habere infinitos actus: quia ex quo est causa totalis, & agit s'm totā virtutem; aut simul, & pro simul habebit infinitos actus; aut nullum habebit, cū non sit maior ratio de vno, quàm de alio, vt alias deduxi. Dico vltra, quòd si esset causa infinitorum actuū, specie distinctorum: licet non pro simul, sed tātum successiue: adhuc sequeretur, quòd esset infinita intensiue, vt clarè ostendi supra d. 2. q. 1.

Alfon.

¶Ad aliud Doc. quod stat in hoc: q si anima esset totalis causa actus: ergo potest actu intelligere obiectum, absque hoc, q obiectum requiratur: quia non saluatur necessitas obiecti pp hoc, vt concurrat, vt cā sine qua non, vel in ratione termini, vel in ratione excitantis, vt patuit supra. Si ergo requiratur obiectum, de necessitate requiritur, vt causa effectiua actus. Respondet Alfon. q non sequitur: quia finis necessariò requiritur ad actionem agentis naturalis, & tamen causa finalis non est causa effectiua.

Respōsio ad Alfon.

¶Dico, q hæc respōsio nihil facit contra Doc. q dixi in illa ratione, q quando habentur causæ perfectæ, & priores effectu, circunscripto quocunque alio, effectus potest sequi: causæ autem priores sunt efficiens, & materia: finis verò, qui est causa finalis, si requiritur, tantū requiritur vt amatus, & desideratus. Si ergo intellectus est causa effectiua, & totalis intellectionis, & similiter est causa receptiua eiusdem, & agit propter finem desideratum, & amatum; patet, q omni alio circunscripto potest causare actum intelligendi. Et ex his patet, q responsiones Alfon. ad rationes Doc. nihil contra Doct. concludunt.

¶Item Alfon. vbi supra negat omnem actionem ab intellectu possibili respectu actus intelligēdi: concedendo, q tota actiuitas respectu actus intelligendi tantum inest intellectui agenti. Sed quia apud Doc. adhuc non extat declaratum, an actiuitas respectu actus intelligendi competat soluni intellectui agenti, vel intellectui possibili, vel vtrique simul, sed de hoc se determinat in 15. quodlib. ideo vsque ibi differatur.

Opin. Sco. à quo causatur intellectio.

AD q. respondeo. Nunc Doc. respondendo ad q. declarat intentionē suam, videlicet q intellectio causatur ab intellectu, & ab obiecto, vt a duabus causis partialibus. Et primo dicit, q obiectum non est totalis causa intellectionis: sicut supra expositū est: & ad hoc adducit vnam specialem rationem: quia si obiectum esset totalis causa non posset saluari imago in mente, vt mens est: quia nihil ipsius mentis haberet rationem parētis: accipit enim hic mentem pro ipsa anima intellectiua: & vult, q in mente, vt mens est sit imago trinitatis: vt patet per August. 14. de trini. quia meminit sui, cognoscit se, & diligit se. Quæro ergo à quo ipsa cognitio est causata? Si dicis, quòd non ab ipsa anima, vel à parte intellectiua animæ? sequitur, quòd in ipsa non sit imago: quia tunc non erit ibi prima pars imaginis, quæ est parens: quæ repræsentat patrem, in quo est

summa

summa ratio parentis: ergo anima concurrit actiuè ad intellectionem. Sed de hoc prolixe patebit. q. vlt. præsentis.d.& in 2.d.16.

Anima non est tota causa intellectionis.

¶ Ibi. Nec tota causa intellectionis est anima intellectiua. Propter rationes factas contra opi. primam: & vltra illas assignat etiam aliquas speciales.

¶ Prima. Quia si obiectum non esset aliquo modo causa actiua intellectionis: tunc actus intelligendi non esset similitudo obiecti: quod patet, quia cognitio talis est determinata similitudo talis obiecti, & repugnat sibi, q sit similitudo alterius obiecti. Sequitur ergo, q ipsa in essendo habeat esse, saltem partialiter à tali obiecto: nam ex quo intellectus ex se vniformiter agit circa quodcunque obiectum: non videtur, q possit dari vni actui intelligendi, quòd sit similitudo magis vnius obiecti, quàm alterius. Sicut ergo species sensibilis, puta albedinis sic est similitudo albedinis, quòd non potest esse similitudo nigredinis? & hoc habet ab albedine causante ipsam speciem sensibilem: sic videtur impossibile, quòd vnus actus intelligendi sit sic determinata similitudo alicuius obiecti, quòd nullo modo alterius, & non sit causatus ab obiecto dante sibi tale esse. Et nota, q actus intelligendi non dicitur similitudo obiecti in essendo: sed tantum in repræsentando: differenter tamen à specie intelligibili: quia aliter actus intelligendi est similitudo obiecti, & aliter species intelligibilis, vt exposui in q. de specie intelligibili in responsione ad q.

Nota hanc declarationem.

¶ Si dicatur. Nonne actus intelligendi abstractiuè causatur à specie intelligibili, & non ab obiecto relucente in tali specie?

¶ Dico, quòd sic. Quomodo ergo actus intelligendi erit similitudo obiecti, ex quo non causatur ab illo? Dico, quòd sufficit, q sit causatus à specie intelligibili supplente vicem obiecti: præcipuè cum ipsa sit talis naturæ, quòd habet causare actum intelligendi similem obiecto, cuius est species: est enim species intelligibilis causa determinati actus determinatè repræsentantis præcisè tale obiectum.

¶ Secunda ratio est ibi. Nec distingueretur essentialiter propter distinctionem obiecti: quia essentialis distinctio non est ab eo, quod non est causa.

Duplex est distinctio essentialis.

¶ Pro intelligentia huius litteræ: nota, quòd duplex est distinctio essentialis, siue aliqua dicuntur essentialiter distingui dupliciter, vno modo formaliter, & quiditatiuè, vt homo, & asinus distinguuntur essentialiter per rationes formales distinguendi, quæ sunt de intrinseca ratione illorum, vt homo per rationale, & asinus per irrationale. alio modo extrinsecè, & originatiuè: sicut homo, & asinus dicuntur distingui essentialiter per causas effectiuas essentialiter distinctas causantes aliud, & aliud esse: quando ergo cognitio hominis, & cognitio asini dicuntur distingui essentialiter per hominem, & asinum, tanquam per duo obiecta specie distincta: non potest dici, quòd talis distinctio sit ab obiectis, vt tantum terminatiuis. Tum quia obiectum, vt terminatiuum, est posterius actu intelligendi, ad quem terminatur: accipiendo obiectum terminatiuum, vt includit respectum, quo actu terminat: & tunc non distinguerentur propriè essentialiter, sed tantum per aliquid posterius. Tum quia de rigore sermonis aliquid distingui essentialiter per alia, vel est propter distinctas rationes essentiales in eis, vel propter distincta principia essentialiter nata causare essentialiter distincta. Si ergo istæ cognitiones distinguuntur essentialiter per obiecta: hoc erit tantum, quia illa obiecta nata sunt causare tantum distinctas cognitiones essentialiter.

¶ Tertia ratio est ibi. Nec esset simpliciter perfectior intellectio perfectioris intelligibilis posito q qualiconatu hincinde ex parte intellectus. Et ratio est clara in littera.

Dubitatio.

SED in ista ratione occurrunt aliquæ difficultates. Primo, quia diceretur, q cognitio hominis esset nobilior cognitione lapidis: quia esset distincta specie à cognitione lapidis: & nobilior species ex sua ratione formali: species enim se habent sicut numeri: vt patet 8. Meta. t.c.25.

¶ Dico, q si distinguerentur specie, inquantum producuntur ab anima, vt a totali causa: tunc quæro à quo habent, vt distinguantur sic? non quia terminantur ad diuersa obiecta: cũ prius sint in se talia, quàm intelligantur terminari. Aut ideo distinguuntur specie, quia anima habet virtutem posse producere intellectiones obiectorum species distinctas? & hoc non: quia tunc, vel omnes simul produceret, vel nullam: patet quia quando agens est dispositum, & materia disposita, si est agens naturale statim sequitur actio. Sed anima per te est talis causa, & disposita: & ipsa etiam est passiua, siue receptiua, & optimè disposita: & respectu omnium intellectionum: ergo omnes intellectiones producibiles simul erunt productæ vel nulla: cum non sit maior ratio de vna, quàm de alia: si enim agens non potest simul producere distincta: puta ignis diuersos ignes: hoc est, quia simul non habet materiam dispositam ad recipiendum: & si haberet decem materias æquè dispositas, & æqualiter sibi præsentes, vel simul produceret decem, vel nihil: quia non esset maior ratio de vno, q̃ de alio: sequeretur etiam cum sit actiua mere naturaliter, & passiua optimè disposita etiã respectu infinitarum intellectionum: q simul intelligeret infinita, vt potest deduci ex his quæ supra dixi. d.2.q.1. vbi probatur infinitas Dei.

Alia dubitatio.

¶ Secunda difficultas est ibi. De dicto philosophi, q fœlicitas est in speculatione. Hoc non ꝓbat cognitionem esse nobiliorem, quia causata à nobiliori obiecto. Tum quia substantia separata nõ mouet intellectum nostrum pro statu isto: de alio autem statu dubitauit Ari. Tum quia tantum cognoscimus de illis cõia nobis, & illis, vt supra patuit in q.1. prologi. & præsenti. d.q.1. & cognitio illorum cõium tãtum causatur à sensibilibus, vt supra patuit præsenti. d.q. 1.2 & 3. & sic non sequitur ista nobilitas ꝓꝑ causalitatem obiecti: cum illud sit tñ sensibile. Si aũt loquamur de statu alio: adhuc non sequitur: quia fœlicitas maximè nobilissima erit in speculatione primæ substantiæ, & illa non mouet aliquem intellectum præter diuinum, vt probat Doc. q.14. quodli.

Solutio ingeniosa.

¶ Dico saluo sp meliori iudicio, q fantasma, puta entis in actu entis absoluti, vt puta fantasma albedinis causat, vna cum intellectu agente spẽm intelligibilẽ albedinis, & coloris, & qualitatis, & actus, & absoluti, & entis, vt supra exposui, q.1. primus. dist.2.q.2. Similiter fantasma alicuius primi in aliquo gñe causat similitudinem alicuius primitatis, & superiorũ. Similiter fantasma alicuius boni causat spẽm intelligibilem boni talis naturæ specificè, & vltimo olum superiorum: & sic de alijs. Et nota, q spẽs intelligibilis entis in se, & primitatis, & bonitatis (cum non necessariò includant imperfectionem, cum possint stare cum infinitate) põt dici nobilior specie intelligibili albedinis, q de necessitate includit imperfectionẽ: species ergo intelligibilis entis (supponendo, q hẽat speciẽ intelligibilẽ propriã) sic causat partialiter cognitionem abstractiuam entis, q non posset alia species intelligibilis causare: & similiter species boni, & primi, & actus, & coniungendo ista simul causant cognitionem partialiter, puta entis primi, actus primi, summi boni, & sic de alijs: & sic concurrunt plures causæ partiales. Si ergo tota cognitio esset ab anima, vna cognitio non esset nobilior alia.

¶Dico secundo: quòd si fęlicitas consistat secundum Arist. in speculatione substantiarum separatarum, & hoc quo ad propria ipsarum: si illæ non concurrerent actiuè dando talem perfectionem cognitioni: cognitio illarum non esset nobilior cognitione lapidis: immo cognitio lapidis posset esse nobilior, si anima maiori conatu ipsam produceret: & si pro statu isto non moueant: tamē pro alio statu poterunt mouere: loquendo de substantijs separatis alijs à prima. De alio autem statu dico, quòd licèt essentia diuina non moueat naturaliter, nisi intellectum diuinum: tamen voluntas diuina perfectè supplet vicem illius obiecti causando partialiter, vel totaliter visionem diuinæ essentiæ in intellectu beati &c.

¶ Quarta ratio, qua probat, quòd anima non sit totalis causa actus intelligendi est ibi. Videtur etiam, quòd tunc esset infinita actiuitas in intellectu: hæc ratio patet hic, & ex his, quæ dicta sunt supra in d. 2. q. 1.

¶Quinta ratio est ibi. Similiter nō videretur, quomodo aliqua tota scientia virtualiter cōtineretur in obiecto, si sola anima intellectiua haberet causalitatem respectu actus, & habitus: & hęc ratio supra exposita est in q. de specie intelligibili respondendo ad rationes Hen. Concludit ergo Doc. quòd intellectus, & obiectum sunt duæ causæ partiales intellectionis integrantes vnam totalem: quia secundùm Aug. 9. de trini. ex cognoscente, & cognito paritur notitia.

Quòd intellectus, & obiectum sunt duæ causæ partiales integrātes vnam totalē.

¶Non tamen, quòd Doc. nō vult, quòd omne obiectum intelligibile sit partialis causa intellectionis: quia tunc entia rationis: possent causare partialiter notitiam sui: & similiter relationes reales, & similiter negationes, & priuationes: & huiusmodi, cuius oppositum probatum est supra q. 3. pręsentis dist. Debet ergo sic intelligi, quòd ex cognoscēte, & cognito causatur notitia, ita quòd causatur partialiter ab ipso cognito, vel saltem ab aliquo virtualiter, vel essentialiter cōtinente ipsum: & in hoc supplente vicem talis obiecti: vt prolixè exposui supra d. præsenti. q. 3.

¶ Ibi. Qualiter autem hoc fit distinguo de plurib. causis concurrentibus ad eundem effectum.

¶ Hic Doc. intendit declarare, quomodo obiectū, & intellectus concurrant, vt duæ causæ partiales ad actum intelligēdi. Declarat ergo primo quomodo dicuntur plures causæ concurrere ad eundem effectum. Et dicit, quòd quædam concurrunt ex æquo: sicut duo trahentes aliquod corpus. Et dicuntur concurrere ex æquo, quia sunt causæ eiusdem rationis: ita quòd vna non dicitur ex sua ratione formali principalis, & alia minus principalis. quia si virtus, vt octo, esset necessaria ad trahendam nauem, si vnū trahens haberet virtutem, vt sex, & aliud, vt duo licet illud vt sex perfecti⁹ cōcurrat, & illud vt duo imperfectius: tamen hoc est in eadem virtute secundum speciem. licèt in vno sit perfectior, & in alio imperfectior: & si virtus, vt duo augeretur, vt sex, æque pfectè traheret, & si haberet virtutē vt octo solus sufficeret. Sunt ergo concurrentes ex æquo quia vt sic sunt simpliciter eiusdem rationis: & per cōsequens inter illas nullo modo est ordo essentialis: sic quòd nec vna dicitur ex sua quiditate formali perfectior alia; nec vna dependet ab alia in agendo. Quædam verò concurrunt, nō ex equo, sed habentes ordinem essentialem adinuicē: & hoc dupliciter vel sic, quòd superior moueat inferiorem; ita quòd inferior non agat, nisi quia mouetur à superiore: & tunc inferior habet virtutem illam qua mouet à superiore. Exemplum: de potentia motiua: quæ est in manu, baculo, & pila: si enim baculus mouet pilam hoc habet à manu actu mouente baculum: & hoc modo Deus, & homo sunt causæ essentialiter ordinata: quia homo nō agit, nisi in virtute Dei, & eo modo mouet, quo mouetur a prima causa: & hoc satis dictū est in isto primo, d. 2. parte prima contra Ocham. non credo tamen, quòd baculus habeat formaliter aliquam actiuitatem respectu motus pilæ, sed tota actiuitas est à manu mouente baculum, & vtente in ipso, vt instrumento, sicut vtens serra in scindendo lignum: de hoc in 4. d. 1. q. 1. & 4. vide ibi: & quæ etiam exposui. Sed homo habet propriam actiuitatem, propriam formam agendi: tamen in agendo dependet a prima causa, & quomodo hoc vide supra d. 2. & in 4. d. 1. q. 1. Sunt ergo aliquæ causæ essentialiter ordinatæ quarū vna agit in virtute alterius sic, quòd tota actiuitas est à superiore, vt dixi de mouente pilam mediante baculo, & alia agit in virtute alterius sic tamen, quòd habet actiuitatē, & formam propriam respectu eiusdem effectus. Sequitur. Quandoque autem superior non mouet inferiorem, nec dat ei virtutem, qua mouet, sed superior de se, idest ex sua ratione formali habet virtutem perfectiorem agendi, & inferior imperfectiorem, nec recipit virtutem illam à perfectiore. Exemplum. Si mater ponatur habere virtutem actiuam in generatione prolis: vt ipse tenet in 3. dist. 4. illa potentia actiua matris, & potentia actiua patris concurrunt, vt duæ causæ partiales, ordinatæ quidem: quia altera perfectior reliqua: non tamē imperfectior recipit suam causalitatem a perfectiore, nec tota illa causalitas est eminenter in causa superiore, seu perfectiore: sed aliquid addit imperfectior intantum, quòd effectus non solum non potest esse perfectior a causa perfectiori plusquam ab imperfectiori, immo nō potest plus esse a perfectiori tantum, quàm ab imperfectiori tantum, cum necessariò ab vtraque dependeat.

Exemplum pulchrum.

¶ Ibi. Ad propositum obiectum intelligibile præsens in se, vt in cognitione intuitiua: vel in specie intelligibili, vt in cognitione abstractiua, & pars intellectiua non concurrunt, vt causæ ex ęquo ad intellectionem: quia tunc alterum haberet causalitatem imperfectam, & reliquum suppleret eam: etsi alterum esset perfectum posset habere in se vno existente totam causalitatem amborum. Dicit ergo Doct. quòd si intellectus, & obiectum concurrent ad actū intelligendi, sicut duo homines trahentes nauem: si intellectus fieret perfectior, posset ex se solo causare intellectionem. Si etiam obiectum fieret perfectius posset ex se solo causare intellectionem: cuius tamē oppositum experimur. Vtraq; ergo causa in suo ordine est perfecta, & si alia cresceret in infinitum: semper esset partialis causa intellectionis obiecti. Nec credo, quòd essentia diuina, quamuis sit formaliter infinita, possit mouere aliquem intellectum, vt totalis causa intellectionis suæ: dato per possibile, vel per impossibile, quòd possit mouere intellectū creatum: semper enim intellectus creatus concurreret, vt partialis causa, & ipsa similiter, vt partialis causa: licet tamen principaliter.

¶ Et si dicatur: nonne voluntas diuina potest causare cognitionem deitatis, vt totalis causa?

Instantia.

¶ Dico, quòd sic: non tamen posset causare in ratione obiecti intelligibilis: cum obiectum in ratione obiecti intelligibilis tantum moueat potentiam naturaliter, vt communiter conceditur.

Solutio.

¶ Ibi. Si arguitur contra istud: quòd si in causis talib. essentialiter ordinatis neutra est perfectio alterius, vel ergo species intelligibilis non erit causa partialis intellectionis, vel si erit non erit forma informās intellectum. Similiter. Vnius effectus per se oportet assignare vnam causam per se, siue vnam rationem formalem agēdi: sed intellectio, cum sit de nouo causata est effectus per se: ergo respondebit sibi vna causa per se. Sed hoc totum intellectus habens speciem intelligibilem est vnum per accidens: ergo non potest esse ratio formalis producendi intellectionem.

¶Respon-

Declaratio quomō causæ partiales dupliciter possunt concurrere.

Exemplum pulchrum

¶ Respondet Doct. Ad primum, q accidit speciei intelligibili, vt sit perfectio intellectus: non enim ex hoc dat intellectui aliquam perfectionem agendi, nec similiter recipit, & dat exemplum, quod clarum est in littera. Si enim species intelligibilis esset per se existens, & debitè approximata intellectui possibili esset ratio formalis agẽdi: & sicut etiam patet de obiecto præsente in se quod est per se causa partialis intellectionis: & tamen non informat intellectum: species ergo intelligibilis est per se causa partialis intellectionis ex sua ratione formali, quòd modo perficiat intellectum accidentaliter: hoc sibi accidit.

¶ Ad secundum dicit Doct. q in ordine essentiali causarum, non oportet ponere vnam per se rationẽ formalem causandi respectu vnius effectus: immo quot sunt causæ essentialiter ordinatæ tot sunt rationes formales causandi respectu eiusdem effectus. Et quando omnes simul concurrunt possunt dici vna causa tantum vnitate ordinis: quia vna vt prima, & alia vt secunda. Et posito, quòd vltra vnitatem ordinis vna causa accidat alteri: hoc non conuenit eis per se inquantum causa, sic in proposito, intellectus est per se causa partialis intellectionis, & similiter species intelligibilis, & dicunt tantum per se vnitatem ordinis: quia vna est principalis in agendo, & alia minus principalis; licèt minus principalis non dependeat à principali in agendo: quòd modo vna accidat alteri, vel quòd sit vnita per accidens hoc non conuenit eis inquantum sunt per se causæ.

Henr. quodli. 4 q. 8.

PRO tertia & quarta opin. non sunt argumenta adducta, ad quæ oportet respondere. In ista littera concordantur opinio tertia, & quarta, quę sunt opi. Henri. ab ipso Hen. quodli. 4. Prima opin. Hen. quæ ponitur tertia in ordine ponit obiectum, vt in fantasmate illustratum ab intellectu agente esse causam cognitionis cõfusæ, quæ dicitur inchoatio habitus, & habita cognitione confusa, intellectus mediante illa est actiuus notitiæ distinctæ. Secunda opi. ipsius Hen. quæ est quarta in ordine ponit intellectum esse actiuum omnis intellectionis: & fantasma in virtute fantastica tantum inclinat intellectum, vt supra patuit.

¶ Istę opi. sic concordantur: quia intellectus dicitur passiuus, inquantum recipit illam inchoationem habitus, quæ dicitur passio, inquantum recipitur, vel imprimitur in intellectu possibili: & talis passio impressa intellectui ab obiecto relucente in fantasmate, & illustrato ab intellectu agente non est species intelligibilis: nec forma mouens ad actum intelligendi, nec aliquid aliud tenens vicem obiecti, vel repræsentans ipsum: cum ipsa impressio prima habeat rationem, & quo, & quod respectu intellectionis. quo quia per ipsam est intellectus in potentia propinqua ad actum intelligendi: sicut per grauitatem est corpus in potentia ad vbi: est etiam quo quantum ad hoc, quod manet in intellectu impedito ab actuali intellectione, & dicitur quod quia sibi primo occurrit: sicut secundum Aui. primum sensatum est species, non vt obiectum terminans, sed vt quod, quasi deducens: non per collationem, sed per continuationem ducit in obiectum: vult ergo, quòd illud impressum sit quædam passio ducens, & inclinans intellectum ad actum intelligendi. Et intellectus dicitur actiuus secundum opin. inquantum occurrens illi passioni imbibit illam, & transmittit, ad intima sua: & sic recipit eam à se intimius, quam ab obiecto. Secundo est actiuus, inquantum coagit illi passioni transfusæ ad causandum notitiam distinctã de eodem obiecto. Et hoc est, quod dicit illi etiam passioni sic intimatæ occurrit intellectus secundo,

Quo intellectus dicatur actiuus.

& illo secundo occursu immergit se illi penetrando illam: & in hoc est distincta, & perfecta cognitio intellectus.

QVICQVID sit de opinionibus illis, quas iste medius nititur exponere, &c.

¶ In ista littera. Doct. arguit contra multa dicta in superiori littera. Et primo contra hoc, quod supradictum est, scilicet quod quid est relucens in fantasmate esse rationem formalem agendi fantasmati, & accipit quod quid est pro quidditate obiecti relucẽte in fantasmate. Et arguit, q talis quidditas (vt sic) non sit ratio formalis agendi ipsi fantasmati: & ratio stat in hoc. Nihil est ratio formalis agẽdi alicui, quod non inest formaliter: nõ enim dicimus, quòd calor separatus à ligno sit ratio formalis calefaciendi ipsi ligno: sed quiditas obiecti non inest fantasmati: quod patet. nõ enim quiditas albedinis, siue quod quid est albedinis inest formaliter fantasmati albedinis: ergo.

Scotus arguit contra Henricum.

¶ Si dicatur: quòd licèt non insit formaliter est tamen ibi secundum esse repræsentatum.

¶ Contra. Nihil est ratio formalis agendi alicui actione reali: quod non habet esse reale, & realiter existens. Hæc præpositio fuit declarata supra in quæst. de specie intelligibili. & in q. de sinceris veritatibus. Sed quicquid est, vt relucẽs in fantasmate, habet tantum esse secundum quid, siue diminutum: quia habet tantum esse repræsentatum: ergo. Et ex hoc apparet expressè intentio Doc. quòd obiectum, vt relucens in specie intelligibili non sit partialis causa intellectionis, quæ est actio realis: quia vt sic tãtum habet esse secundum quid: vt patet.

¶ Ibi. Præterea præter hoc &c. quia Hen. dixit, q quod quid est, splendẽs in fantasmate est ratio agendi in ipsum scilicet intellectum: & hoc inquantum illud quod quid est stat in lumine intellectus agentis, & penetratur ab ipso lumine, & ambitur ab ipso intellectu agente. Quęrit modo Doc. quid est ipsum quod quid est stare in lumine intellectus agentis: si nihil aliud est, nisi intellectum agentem esse in anima (quia ipse Henri. ponit intellectum agentem esse effectum in anima lucis increatæ, vt supra patuit,) & in fantasia eiusdem animæ esse fantasma, scilicet ipsius quod quid est: & vt sic ipsum, quod quid est, est ratio agendi in ipsum intellectum: ergo perpetuo, quando fantasma est in virtute fantastica, fit ista penetratio, & ambitio ab intellectu agente, & ita erit in frenetico, & dormiente: quod ipse negat, cuius est opin. Si enim quandiu fit ista penetratio quod quid est est ratio formalis agendi in intellectum: ergo erit actualis operatio in dormiente: quod negatur ab ipso. Si verò quod quid est stare in fantasmate &c. dicit aliquid aliud, quàm tantum stare in fantasmate, & in lumine intellectus agentis: illud tale non videtur posse poni, nisi aliqua actio noua: sed respectu actionis nouæ: oportet assignare terminum nouum, siue nouum productum tali actione noua: ille terminus productus non erit formaliter in fantasmate, vt patet ergo erit in intellectu possibili: ergo quod quid est non agit per aliquam penetrationem, quæ penetratio præcedit actionem quod quid est; ipse Henr. concordando illas duas opiniones dicit, quòd bene quod quid est dicitur agere, pro quanto agit per quandam penetrationem in intellectum, qua penetratione facta: tunc intellectus agit, &c. Sed contra hoc arguit Docto. quia vt quod quid est est in fantasmate, & in intellectu agente est talis penetratio. Sed ponitur, quòd vltra hoc, est etiam actio noua: ergo per illam aliquid recipitur in intellectu possibili, idest quòd quod quid est cum intellectu agente coagit causando aliq impressionẽ nouam in

Scotus arguit contra Henricum.

intellectu possibili. Sed hoc dicit illa prima opi quæ ponit, quòd primo causatur notitia confusa &c. & sic non concordat eam cum secunda.

¶ Ibi. Si dices alia opi. ponit speciem intelligibilem impressam, sed ista opi. ponit tantum inchoationem habitus scientialis.

¶Contra, Doc ostendit, ꝙ ista secunda opi. habet ponere speciem intelligibilem impressam, quia ista opin. istam impressionem in intellectu possibili esse primum, quo intellectus est in potentia accidẽtali. i. propinqua: cum tamen prius ante scilicet illam impressionem fuerit in potentia essentiali, siue remota ad actum intelligendi, & sic per istam impressionem obiectum est magis præsens in ratione obiecti intelligibilis, q̃ prius: & sic intellectus magis in potentia accidentali, sed si per talem impressionem nõ est magis præsens nunc in rõne obiecti intelligibilis, quàm prius: sequitur, ꝙ non est magis intellectus nunc in potentia accidẽtali, quàm prius: ergo si ponitur per talem impressionem magis pñs nunc, q̃ prius: sequitur ꝙ illud, quo est sic pñs est species intelligibilis; quia per illã tñ est præsens in rõne obiecti actu intelligibilis Nam per incboationem habitus scientialis non habetur sic pñs vt supra patuit. Et ꝙ ista opi, habeat sic ponere speciem intelligibilem apparet ex hoc, quod dicit. s. ꝙ intellectus primo ei occurrit, tanq̃ ostendens obiectum pp naturalem continuationem ad ipsum, sicut dicit Aui. quem adducit primum sensatum est species, non vt obiectum terminans: sed vt quod quasi deducens nõ per collationẽ, sed per continuationem ducit in obiectum, sed hoc non posset esse, nisi obiectum reluceret in eo, scilicet intellectu, & ita haberet rationem speciei.

¶ Ibi. Similiter hoc qđ dicit hic improbat aliud, quia ista opi. concordans dicit, ꝙ illa inchoatio habitus scientialis præcedit actum intelligendi; contra quia habitus, propriè loquendo de habitu, vt philosophus loquitur secundo ethi. c. 1. generatur ex aliquo actu elicito: & sicut vltimus gradus habitus generatur ex vltimo actu: ita primus gradus habitus, qui dr̃ inchoatio habitus generatur ex primo actu; ergo non præcedit omnem actum intelligendi.

A quo generetur habitus.

¶ Hoc confirmatur secundum ipsum Hen. quoli. 5. q. 19. quia ponit istam inchoationem esse totam essentiam habitus.

¶ Ibi. Quod vlterius dicitur de occursu illo &c. littera clara est.

VLTIMO loco restat respondere ad argumenta principalia posita in principio q. Et quia quædã argumenta videntur probare, ꝙ anima non sit actiua respectu intellectionis, etiam vt causa partialis: primo r̃ndet ad illa. Et quędam argumenta vñe probare, ꝙ tota actiuitas sit ab anima intellectiua: ideo respondet ad illa. Primum ergo argm̃, quo probatur animam nõ habere actiuitatem respectu intellectionis fundatur super dictum philosophi. 2. de anima. t. c. 52. Manifestum inquit igitur, ꝙ non actu, sed potentia tantum: vnde non sentiunt: sicut combustibile non comburitur ipsum à seipso sine combustiuo: combureret enim seipsum, & nihil indigeret actu ignem esse.

¶ Vult dicere, ꝙ si sensus esset actiuus, semper ageret sensationem absque quocunque extrinseco: sicut si combustibile esset combustiuum semper combureret seipsum. Et ibi Commen. Sensus non est ex virtutibus actiuis, quæ agunt ex se absque eo, quòd indigeant actione, quæ prouenit ab eis motore extrinseco: sed quia sunt ex virtutibus passiuis: quæ indigẽt motore extrinseco, & ideo non sentiunt ex se: quemadmodum combustibile non comburitur ex se absque motore extrinseco, scilicet igne, & quemadmodum combustibile si esset combustibile ex se: tunc possibile esset, vt combureretur sine igne extrinseco existente in actu, sic sensus si sentirent ex se, secundũ ꝙ sunt virtutes actiuæ, tunc possibile esset, vt sentirẽt absque extrinseco, hæc ille: ergo si anima intellectiua esset actiua respectu intellectionis semper intelligeret. & ita sine obiecto: patet quia esset optimè disposita in recipiendo, vt supra exposui.

¶ Secundo arguitur sic: quia tertio de anima. t. c. 18. Intellectus possibilis est, quo est omnia fieri: dicit enim sic Aristo. Et est intellectus hic quidem talis in omnia fieri: ille verò in omnia facere, sicut habitus quidem, & sicut lumen: quodam enim modo, & lumen facit potentia existentes colores, actu colores. Et alia littera habet sic. Oportet igitur vt in ea s. anima sit intellectus ſm quod efficitur omne: & loquitur de intellectu possibili. Et intellectus, q est intellectus ſm quod facit in ipso intelligere omnia, & loquitur de intellectu agente. Expressè ergo habetur ab Arist. ꝙ intellectus possibilis sit tantum passiuus: & hoc idem à Com. vide ibi.

¶ Tertio arguit sic: quia si esset actiuus sequeretur, ꝙ omnes intellectiones essent eiusdem speciei: quod est falsum: probatur consequentia: quia actiones distinguuntur specie propter principia specie distincta. Sed intellectus vnus, & idem numero, si poneretur causa actiua intellectionis esset causa actiua omniũ: cum non sit maior ratio de vna, quam de alia: & sic omnes intellectiones essent eiusdem speciei.

AD argumenta principalia. Hic Doct. respondet ad argumenta nunc facta, & responsio clara est.

¶ Ad primum dicit, quòd dictum Arist. esset verũ, si sensus esset causa totalis actus sentiendi, sed non concludit quando est tantum causa partialis.

¶ Ad secundum dicit, quòd intellectus possibilis ex hoc dicitur possibilis; quia est ille, quo formaliter sumus intelligentes: & eo modo præcisè est quo est omnia fieri: eo enim sumus formaliter intelligẽtes, inquantum recipit, non inquantum agit: licèt verè agat, sed hoc accidit sibi, inquantum est, quo intelligimus. Sed hanc difficultatem de intellectu possibili. an sit actiuus, vel ne prolixe Docto. pertractat in 15. q. quoli. vide ibi.

An intellectus possibilis sit actiuus. vide Scotũ in 15. q quoli.

¶ Ad tertium dicit primo: posito, ꝙ intellectus esset totalis causa intellectionis: non sequeretur omnes intellectiones esse eiusdem speciei: patet quia sol vnus, & idem numero est causa multorum specie distinctorum. Secundo respondet concedendo consequentiam, si intellectus esset causa totalis: ideo concluditur, quòd tantum sit causa partialis.

¶ Deinde facit duo argumenta, quę videntur probare, ꝙ anima sit totalis causa intellectionis. Primũ est ibi. Ad oppositum Aui. 9. meta. Immaterialitas est ratio intellectiui, sicut intelligibilis: ergo intellectus ex sua immaterialitate se solo est actiuus respectu intellectionis.

¶ Secundo, si obiectum est ratio formalis agendi: ergo intellectiones obiectorum diuersorum specie essent diuersæ specie: patet quia actus differunt specie, qui sunt a causis diuersis specie. Falsitas cõsequentiæ probatur: quia tunc de qualibet specie specialissima esset propriè scientia: & ita de plurib. specieb. specialissimis non posset esse vna scientia: quod videtur manifestè falsum, & contra communem opin.

A D primum in oppositum concedit Docto. quòd est partialis causa intellectionis aliorum obiectorum a se, & est totalis causa respectu intellectionis sui: sed hanc pro statu isto non potest habere.

¶ Ad secundum cõcedo conclusionem. Hic Doc. admittit, ꝙ cognitiones diuersarum specierũ habitæ virtute ipsarũ differant spẽ: & probat, qa ad indiuidua eiusdẽ speciei non requirit totalis cã diuersa

specie,

specie, vel aliquid in totali causam diuersum specie ab eo, qd est in totali causa alterius indiuidui. Nunc autem ad intellectionem albi, & nigri necessariò requiratur aliqua diuersa specie: puta album, & nigrum: vel aliqua includentia ipsa: ergo ista duo magis differūt, quàm indiuidua vnius speciei: & sic specie differūt. Et vltra concedit Doct. quòd omnes habitus, qui habentur virtute obiectorum specie distinctorum differunt specie.

¶Ibi. Et cum dicis: quomodo tunc esset vna scientia de pluribus speciebus specialissimis?

Species specialissima includit multas species virtualiter. ¶Respōdet: quòd vna species specialissima potest includere multas alias species virtualiter: siue vt passiones eius, siue per modum causæ, siue per alium ordinem essentialem, & tunc habitus ille, qui est formaliter illius obiecti primi includentis alia est virtualiter aliorum obiectorum; licet non formaliter, & primo. Est igitur ille habitus vnus ab virtute primi obiecti virtualiter continentis omnia, quæ continentur in illo: non est autem proprius cuicunq; virtualiter contento in primo obiecto: sed qui essent proprij illis essent distincti, sicut illa sunt distincta: hæc Doct.

¶Sensus huius litteræ est: quòd quando aliqua vna species continet virtualiter plures species: vel vt passiones sibi inhærentes, vel per modum causæ &c, (& hoc intelligendum est de obiectis nullo modo motiuis ad sui intellectionem: quia de illis essent habitus proprij: quia & ipsa obiecta essent causa cognitionis suæ) puta pro statu isto albedo, quæ continet virtualiter multas passiones secundum earum entitates: & sic secundum earum cognoscibilitatem cōtinet etiam virtualiter multas relationes, vt similitudinem & huiusmodi, tunc species intelligibilis in intellectu partialiter causat primo cognitionem albedinis, vt obiecti primi: & post causat cognitionem proprietatum, & aliorum virtualiter contentorum: & sic scientia omnium istorum potest dici vna, non formaliter, cum sint plures notitiæ: sed vna virtualiter: quia vt obiecti primi virtualiter continentis cognitionem aliorum.

Dubium. ¶SED est difficultas primo: quia sol continet virtualiter multas spēs ergo species intelligibilis solis causat cognitionem illarū in intellectu: patet q̄ non.

Responsio. ¶Dico, quòd si sol contineret illas secundum totam entitatem, & præcisè, & adæquatè: ita quòd ipso circunscripto in alio non continerentur: etiam posito quocunque alio, vel circunscripto quocunque alio à sole, adhuc sol contineret: tunc species intelligibilis solis causaret cognitionem illarum, vel si illarum, essent propriæ species intelligibiles: tunc illæ tantum virtute solis, & intellectus agentis causarentur: sicut supra exposui. quæst. 1. & 2. 3. & 6. præsentis. d. Sed sol non sic continet, nisi proprias passiones: & forte aliquas relationes, partialiter tamen loquendo de relationibus, quia relatio dependet à fundamento, & à termino: & cognitio eiusdem dependet ab vtroque: vt exposui in quæstio. tertia, positione d.

Dubiū valde notandum. ¶Secundo est difficultas: an omnes cognitiones, quæ habentur virtute vnius obiecti specifici differāt specie: vel sint eiusdem speciei? Videtur, quòd specie differant: vt patet per Doct. hic in littera.

¶Contra primo. Quia cognitio entis, vt ens potest haberi, vel causari ab aliquo inferiori: quia vt supra patuit à doct. inferius potest causare cognitionē sui, & superiorum: & sic Metaphysica non distingueretur specie à scientia inferiorum.

Item aliud. ¶Secundo: quia quæro à te si cognitio lapidis haberetur immediatè à Deo in intellectu meo, ipso lapide non concurrente, an distingueretur specie à cognitione hominis, habita virtute hominis? si dici habetur propositum, si non: ergo etiam nec distinguetur specie, si produceretur ab ipso lapide: quia respectus ad aliud, & aliud agens non variat speciem: vt patet à Doct.

Item aliud. ¶Tertio: quia si cognitio vnius speciei, virtualiter contentæ in alia, etiam secundum cognoscibilitatem non distingueretur specie à cognitione speciei continentis: sequeretur, quòd de aliqua specie non posset esse scientia propriè: quod est inconueniens: cum quælibet species habeat propriam diffinitionem, & passionem demonstrabilem de ea.

Responsio ad primum. ¶Respondeo ad primum: quòd sicut superius tantum obiectiue distinguitur ab inferiori, & non specie, sic scientia superioris obiectiue distinguitur: siue sit causata à superiori, siue ab inferiori: & hoc sufficit ad habendum distinctos habitus. Si dicatur: ergo sunt vnius speciei. Negatur: quia inferius, & superius, nec deberent specie specialissima, nec sunt eiusdem speciei. *Non hic.*

Ad secundum. ¶Ad secundum dico: quòd deberent speciei & cū dicitur illa cognitio non habetur virtute lapidis. Dico, quòd sufficit, vt habeatur à Deo supplente vicem lapidis in huiusmodi causalitate. Sicut cognitio habita à Francisco, & cognitio habita à Io. sunt eiusdē speciei: si modo cognitionem Ioānis causaret Deus supplendo vicem Io. esset etiam eiusdem speciei: sic in proposito.

Ad tertiū. ¶Ad tertium: scientiam esse propriam vnius speciei contingit dupliciter. Primo, quod habeatur virtute illius, vel à supplente vicem illius. Secundo, q̄ sic sit propria terminatiuè: quòd non potest terminari ad aliud. Secundo modo concedo, sed non semper primo modo: nisi quando species est motiua. Si etiam diceretur, quòd cognitio illa, quæ non habetur virtute sui obiecti distingueretur specie ab alia, non esset inconueniens. quia sicut ipsa si posset haberi, virtute sui obiecti, distingueretur specie: sic potest dici distingui specie, quando habetur solum virtute alterius speciei: & non est inconueniens vnum obiectum esse causam partialem plurium cognitionum specie distinctarum. Circa hanc materiam de vnitate habitus vide diffusè alios sequentes doctrinā Sco. vt Ioannem canonicum, & multos alios. Et sic finis huius q. *Vide Ioannem Canonicum primo physic. q. 1.*

Quæstio Octaua.

Quæro de comparatione illarum duarum causarum partialium, quæ causant notitiam genitam?

Vtrum principalior causa notitiæ genitæ sit obiectum in se, vel in specie præsens, vel ipsa pars intellectiua animæ?

Scotus primo sent. dist. 3. q. 8.



VAERITVR octauo. Vtrum principalior causa notitiæ genitæ sit obiectum in se, vel in specie præsens: vel ipsa pars intellectiua aīæ? RESPONDEO, quòd pars intellectiua habet principaliorē causalitatem respectu cognitionū nobis naturaliter conuenientium. Hic Doctor intendit probare per duas rationes, q̄ intellectus sit principalior causa respectu intellectionis, quàm obiectum: & hoc loquendo de illis obiectis, quæ naturaliter à nobis cognoscuntur. Et prima ratio, quæ fundatur sup hoc: q̄ intellectus est cā illuminatior, & vniuersalior, q̄ obiectū, patet in littera. Et sic secunda rō, quæ fundatur

datur super hoc, quòd intellectu nostro agente ad intellectionem obiectum in se, vel in sua specie coagit: & non econtra patet.

Prima difficultas.

IN ISTA tamen littera doc. possunt occurrere aliquæ difficultates. Prima. Si doc. tantum intelligitur de obiectis, quæ mouent intellectum nostrum pro statu isto nulla est difficultas: quia obiecta motiua intellectus nostri pro statu isto sunt tantum sensibilia: vt supra patuit. Sed si loquatur de intellectu ex natura potētię: tunc est difficultas, præsertim si comparetur ad naturam creatam perfectiorem ipso intellectu. Posito ergo, quòd essentia angeli sit perfectè præsens intellectui nostro in ratione obiecti: an talis essentia sit principalior causa? Et videtur quòd sic: quia causalitas sequitur entitatem, & quanto entitas est perfectior, tanto causalitas erit perfectior. Cú ergo essentia angeli sit simpliciter perfectior intellectu nostro: ergo videtur, quòd sit causa principalior.

Responsio.

¶ Respondeo, quòd si principalitas causalitatis accipitur a perfectiori ratione causandi, essentia angeli in ratione obiecti erit principalior causa. Si verò principalitas accipitur ratione maioris illimitationis, vel vniuersalitatis: intellectus erit causa principalior: quia partialiter potest concurrere ad cognitionem cuiuscunque obiecti: non sic essentia angeli in ratione obiecti: vt patet. Si etiam principalitas in causa accipitur ex hoc, quòd vna agente, alia coagit, & non econtra: posset dici, quòd intellectus est causa principalior: nam existente præsente essentia angeli, intellectu causante cognitionem angeli, essentia angeli necessariò coagit intellectui: non autem econtra: quia voluntas posset auertere intellectum ab essentia angeli, & conuertere ad aliud obiectum. Sed quicquid sit de hoc, scilicet an voluntas possit impedire, siue auertere intellectum ab essentia angeli ad aliud obiectum prolixius habet videri in 2. d. 9.

Secūda difficultas.

¶ Secunda difficultas est de illo textu Ari. 2. de anima. t. c. 55. & 60. quòd intelligimus cum volumus: ait enim sic. Ille autem, quia volens possibilis est considerare, nisi aliquid prohibeat exterius. Est enim in facultate intellectus, habita specie intelligibili obiecti ipsum intelligere: sic q non indiget aliquo exteriori: non sic est de sensu, qui & si habeat speciem sensibilem in organo, actu tamen sentire nō potest, nisi obiectum sensibile sit in se præsens. Nec est intelligēdum absolutè, quòd sit in facultate intellectus intelligere obiectum: vel non intelligere, posita præsentia obiecti in se, vel in aliquo representatiuo: quia tunc doc. cōtradiceret sibiipsi. Vult enim in d. 1. q. 3. quòd intellectus necessariò assentiat obiecto præsenti: hoc idem in q. 4. respondendo ad argumenta: q intellectus, quantum est ex se de necessitate assentit primis principijs, & cōclusionibus propter illa: hoc idem vult ibidem, ponendo differentiā inter intellectum, & voluntatem dicit, quòd non est in potestate intellectus dissentire verò. Et in d. 2. parte 2. vult, q intellectus, vt comparatur ad operationem propriā sim[illegible] agat per modum naturæ: & qđ quantum est ex se necessariò sit contrariorum, & multa alia possent adduci. Non est ergo intelligenda illa auctoritas sic absolutè: quòd sit in facultate intellectus intelligere, & nō intelligere, posita præsentia obiecti: sed sic debet intelligi: vel, quòd intelligimus, cum volumus: quia habita specie intelligibili possumus intelligere, absque præsentia obiecti exterioris: vel possumus intelligere, cum volumus propter libertatem voluntatis, quæ non tantum potest sibi imperare, & potentijs sensitiuis: sed etiam potest imperare intellectui, vt vtatur modo vna specie intelligibili, modo vna alia: præhabita tamen cognitione obiecti, vt supra patuit a doc. in q. 6. præsentis. d. & hoc idem in d. 9. secundi. Sed hoc clarius vide in 2. d. 42. & vide ibi, quæ prolixe exposui. q. 1.

Intellectus necessario assentit obiecto præsenti.

Possumus intelligere cū volum⁹. quō hoc sit intelligendum.

AD primum argumentum. dico. Nunc Doct. respondet ad argumenta principalia: quibus probat, quòd obiectum sit principalis causa intellectionis: & stat argumentum in vno dicto Ari. 3. de anima. t. c. 54. vbi vult, quòd obiectum mouet appetitū non motum: & hæc est vna conditio primi motoris, q mouet alia, & non mouetur: vt ibi patet: & à Com. ibidem: ergo videtur obiectum causa principalior.

¶ Respondet doct. & responsio stat in hoc. Quia intellectus respectu obiectorum, quæ non sunt in se præsentia duplicē actum habet, scilicet speciem intelligibilem, & actū intelligendi: & respectu vtriusque actus est principalior causa. De specie intelligibili patet quę causatur à fantasmate, & ab intellectu agente, qui intellectus agens est principalior causa: similiter respectu actus intelligendi, & respectu vtriusque actus non dicatur moueri ab obiecto: sic intelligendo, quòd in actione sua dependeat ab obiecto. Et quando dicitur, quòd intellectus non mouet nisi motus: sic exponitur: quòd non potest mouere ad actum secundum causando illum partialiter: nisi prius sit motus ad actum primum scilicet recipiendo speciem intelligibilem, per quam obiectum est præsens: in vtraque tamen motione semper est principalior causa. Et quod dicit, quòd obiectum mouet non motum: sic intelligitur: quòd licet sit partialis causa speciei intelligibilis, & quantum ad hoc moueat: quia tamen illam non recipit, nec similiter actum intelligendi: ideo non dicitur moueri.

Quō intellectus non mouet nisi motus.

¶ Secundo principaliter arguitur. Illud est principalius agens, quod magis assimilat effectum; vel cui magis assimilatur effectus, sed actus intelligendi magis assimilatur obiecto, quàm intellectui: ergo obiectum est principalius agens.

¶ Respondet doc. primo quòd argumentum est magis ad oppositum: quia effectus magis assimilantur causæ proximæ, & minus principali: quàm causæ remotæ: & magis principali: vt patet de homine producto ab alio homine, à sole, & à Deo: & sic actus intelligendi magis assimilatur obiecto, vt causę proximæ, & minus principali.

Duplex est assimilatio.

¶ Dat aliam responsionem dicens: quòd duplex est assimilatio, scilicet æquiuoca & vniuoca: loquendo de assimilatione ęquiuoca principalior causa magis assimilat æquiuocè: quia perfectius concurrit ad effectum, & magis ad formam, qua effectus assimilatur sibi æquiuocè: non autem vniuocè: quia hoc esset imperfectionis in causa prima si assimilaret effectum sibi vniuocè: quia tunc non esset simpliciter perfectior suo effectu. Dicit etiam vnum notabile: quòd loquendo de assimilatione vniuoca: principalior causa magis assimilat effectum formaliter, & vniuocè non sibi, sed causæ proximæ: quia magis, & perfectius dat formam, & entitatem, qua effectus est similis vniuocè causæ proximæ, quàm ipsa causa proxima det.

¶ Tertium argumentum cum sua responsione: patet hic, & ex dictis. supra in fine. quæst. præcedentis. vbi aliqualiter exposui de vnitate scientiæ, quomodo ab obiecto dicatur vna.

Quæstio

Quæstio Nona.

Vltimo circa istam partem distinctionis, Quæro vtrum in mente sit distinctè imago Trinitatis?

Seraphycus Bonauent. primo sent. dist. 3. q. 3.
Alexander Alensis prima parte summæ q. 60. memb 3 art 5.
Scotus primo sent. dist. 3. q. 9.
D. Thomas prima parte summæ q. 93. Art. 5. & 6.
Ricardus primo sent. dist 3 q. 1. Art 1.
Durandus circa secundam partem 3 dist q. 3.
Ioannes Baccoensitanus. primo sent. dist. 3. q 3.



QVAERITVR nono. Vtrum in mente sit distinctè imago Trinitatis? Titulus. q. sic debet intelligi. An in anima intellectiua sint aliqua, quæ distinctè repræsentent Trinitatem. i. ex quo trinitas dicat vnitatem essentiæ: distinctionem personarum & originationem vnius personæ ab alia: an in anima intellectiua ista tria possint reperiri. s. vnitas essentiæ, & realis distinctio inter aliqua tria, quæ repræsentant patrem, filium, & Spiritumsanctum: & vere sit originatio vnius ab alio.

HIC primo videndum est quid sit ratio imaginis in corporibus. Dicit Doct. quòd imago in corporibus dicitur esse repræsentatiua totius immediatè: sicut si totū corpus esset impressum pulueri illud repræsentatiuum derelictum in puluere diceretur imago illius corporis: quia totum distinctè repræsentaret: est ergo imago in corporibus similitudo totius. Et addit, quòd etiam requiritur imitatio: quia nō sequitur: hoc est simile huic: ergo est imago illius? vt patet de duobus ouis omnino similibus: requiritur ergo imitatio: ita quòd illud, quod dicitur imago verè imitetur imaginatum: quæ imitatio dicit dependentiam essentialem imaginis ad imaginatum, vel causati ad causam, vel mensurati ad mensuram: vel vt participati ad imparticipatum: nisi enim diceret ordinem, & essentialem dependentiam ad imaginatum non diceretur imago propriè. In imagine ergo Trinitatis creata requiritur, quòd talis imago sit similitudo totius trinitatis: & cum hoc dicat veram imitationem ad totam trinitatem.

Imago in corporibus est similitudo totius.

DE secundo sciendum &c. Pro intalligentia huius literæ nota, quòd esse partem alicuius contingit dupliciter. Primo propriè: sicut caput est pars hominis. Secundo impropriè. s. pro conceptu de aliqua re formato, non complectente totam entitatem rei sicut cōceptus animalis in homine: vel conceptus intellectus possibilis de intellectu absolute: & sicut intellectus possibilis, sic conceptus, potest dici pars intellectus, vt intellectus comprehendit agentem, & possibilem; quāuis non sit vere pars: sic in trinitate accipitur ratio partis, & ratio totius impropriè: nō enim trinitas est quoddam totum propriè constitutum ex partibus: cum in Deo non sit pars: sed in conceptu potest dici pars trinitatis: & ipsa trinitas potest dici quoddam totum. Dicit ergo Doct. quòd cū conceptus vnius personæ in intellectu nostro sit partialis respectu conceptus trinitatis: illa creatura, quæ ducet nos in cognitionem trinitatis per modū imaginis repræsentabit trinitatem quantum ad illū conceptum, quē intellectus noster potest habere de ea: & dici per modum imaginis; quia non sequitur: aliquid ducit nos in cognitionem trinitatis: ergo erit imago trinitatis? quia species intelligibilis impressa in intellectu angelico repræsentans Deum sub ratione obiecti intelligibilis ducit intellectū angeli in cognitionem trinitatis, vt patet à Doc. in 2. d. 3. q. 9. & tamen non est imago trinitatis. Et similiter visio beatorum ducit in cognitionem trinitatis: & tamen nō est imago. Ad hoc ergo, vt aliquid dicatur imago: oportet quòd ducat nos in cognitionem trinitatis per modū imaginis: ita quòd illud sit repræsentatiuum vnitatis essentiæ trinitatis personarū, & originationis vnius personæ ab alia: & hoc semper cum imitatione essentiali ad ipsam trinitatem, quam repræsentat.

Esse partem alicuius dupliciter contingit.

Ad hoc vt aliquid dicatur imago

DE tertio. s. in quibus consistat imago in nobis. Et declarat tria in isto articulo. Primum est de his, quæ manifesta sunt in nobis. Secundum in quibus non consistit imago. Tertium: in quibus consistit.

¶Primum ibi. Quantum ad primum. Hic ostēdit quomodo notum est nobis per experientiam habere actum intelligendi, & actū volendi: qui actus sunt aliquo modo in potestate nostra, quando obiectum est præsens: & si sic: oportet ponere in nobis aliquo modo principia actiua, & potentias. quibus sumus potentes respectu ipsorum actuum: aliter nō essent in potestate nostra: vt supra patuit. q. 7. præsentis. d. arguendo contra opi. Goffre. Et addit, quòd eadem potentia sub eadem ratione formali non potest esse principium actus intelligendi, & actus volendi propter oppositos modos principiādi: quia actus volendi causatur per modum libertatis, & actus intelligēdi per modum naturæ: qui modi sunt repugnantes, vt suprà vidimus. d. 2. parte 2. experimur ergo in nobis actum intelligendi, & potentiam intellectiuam, quæ est principium actus intelligendi: experimur et actum volendi, & potentiam volitiuam, quæ est principium elicitiuum actus volendi.

¶Ibi. De secundo in isto art. Hic Doc. ostendit in quibus non consistit imago. Consistit enim imago in his, quæ experimur in nobis: experimur aūt duos actus primos. s. intellectum, & voluntatem: & dicuntur actus primi, quia sunt principia operationis: experimur etiam in genere duos actus secundos, scilicet actum intelligendi, & actum volendi: qui dicuntur actus secūdi, quia sunt operationes productę ab actibus primis. Dicit ergo, quòd imago trinitatis nō consistit in solis actibus primis. s. in intellectu, & voluntate: tum cum sint tantum duo non repræsentarent trinitatem, sed magis dualitatem. tum quia, & si inter intellectum, & voluntatem sit consubstantialitas, & realis identitas: vt subtiliter probat Doc. in 2. d. 16. non tamen inter illas est distinctio realis, quæ requiritur in trinitate, nec ordo originis: quia nec intellectus originatur à voluntate nec econtra. Nec est imago in solis actibus secundis: puta in actu intelligendi, & in actu volendi: tum quia tantum repræsentarent dualitatē: tum quia inter illos non est consubstantialitas, vt patet.

¶Ibi. Ex his sequitur tertiū. Hic Doc. dicit, quòd imago cōsistit simul in actibus primis, & in actibus secundis. i. quòd imago simul comprehendit intellectum, & voluntatem: actum intelligendi, & actū volendi. Et expono istam literā. Cum dicit. Anima habet in se aliquam perfectionem, secūdum quam formaliter est actus primus respectu notitiæ genitę: quia habet in se formaliter intellectum, qui dicitur actus primus, siue principium notitiæ genitæ, & habet in se aliam perfectionem, secundum quam recipit formaliter notitiam genitam, & illa perfectio est intellectus possibilis, secundum quem anima recipit notitiam genitā: quia intellectus possibilis est ratio formalis recipiendi illam.

In quibus cōsistit imago.

¶Si dicatur, quòd intellectus possibilis est actus primus, siue principium productiuum notitiæ genitæ, vt videtur innuere Doc. 15. q. quolib.

Obiectio.

Dico tunc, quòd intellectus possibilis potest dupliciter considerari. Vno modo in ratione principij actiui, & sic dicitur actus primus respectu notitiæ genitæ.

Solutio.

genitæ. Alio modo in ratione receptiui, & sic est id secundum quod anima intellectiua recipit notitiam genitam. Sequitur. Et habet in se aliam perfectioné, secundum quam recipit formaliter volitionem. Voluntas enim potest dupliciter considerari. Vno modo in ratione principij actiui, & sic est actus primus respectu volitionis. Alio modo in ratione principij receptiui, & sic est id, secundum quod anima recipit volitionem. Voluntas enim est ratio formalis recipiendi volitionem. Sequitur. Istę tres perfectiones dicuntur memoria intelligentia, & voluntas: accipit hic memoriam pro principio productiuo totali respectu notitiæ genitæ, & talis memoria includit intellectum, & obiectū præsens, vel in se, vel in aliquo repręsentatiuo: comprehendit etiam sub memoria perfecta voluntatem, quæ est principium productiuum actus volendi. Intelligentia accipitur hic pro intellectu, vt informato actu intelligendi, & voluntas accipitur pro voluntate, vt informata actu volendi: ita quòd per memoriam repręsentatur pater, in quo est perfectissima fœcunditas respectu filij, & spiritus, s. per intelligentiā repręsentatur filius, qui producitur, vt notitia genita: & per voluntatem repręsentatur spiritus. s. qui producitur per modum amoris.

Quō accipiatur memoria.

Solus filius est imago patris, quia productus est per modum naturæ, non omnis creatura est imago licet sit vestigium, sed solus homo, ac aīa humana dicitur imago trinitatis, quia aīa notificat trinitatem perfectiori modo quam vestigium.

Sequitur. Anima igitur inquantum habēs actum primum totalem respectu intellectionis s. anima, vel aliquid animæ, & obiectum sibi præsens in ratione intelligibilis dicitur memoria. i. quòd ipsa animę, vt est intellectus habens obiectum præsens dicitur memoria. Sequitur. Et hęc memoria perfecta includendo tam intellectum, quàm illud, quo obiectum est sibi præsens. i. quòd tunc est memoria perfecta, quando includit intellectum, vt actum primum respectu notitiæ genitæ, & vt includit obiectum, vel in se præsens, siue vt includit id, quo obiectum est pręsens: puta speciem intelligibilem, per quā obiectum est præsens in ratione intelligibilis, & hoc totū vocatur memoria perfecta, quæ attribuitur patri. Sequitur. Ipsa eadem anima inquantum recipit notitiam genitam dicitur intelligentia, & intelligentia pfecta, vt est sub illa notitia genita: non enim vult Doc. quòd secūda pars imaginis sit notitia genita: quia illa non dicit cō substantialitatem cum anima: cum realiter distinguatur: sed vult, quòd anima, vt est habens intellectum informatum notitia genita sit secūda pars imaginis. i. quòd intellectus, vt iformatus notitia genita est secunda pars imaginis: quia dicit consubstantialitaté cum anima saltem ratione intellectus. Sequitur. Voluntas etiam dicitur perfecta, inquantum est sub illo actu volendi: non enim Doc. vult, quòd actus volendi, siue amor productus sit tertia pars imaginis: cum non dicat aliquam consubstantialitatem cū anima: quia realiter distinguitur ab ipsa: sed vult, quòd ipsa voluntas, vt informata actu volendi, siue amore sit tertia pars imaginis: quia ratione voluntatis dicit consubstantialitatem. Sequitur. Accipiendo igit ista tria ex parte animę, vt sunt sub prędictis actibus suis: in istis (inquam) tribus est consubstantialitas ratione illarum trium realitatum, quæ sunt ex parte animæ. Sed est distinctio, & origo ratione istarum actualitatum receptarum in anima.

Quō voluntas dicatur perfecta.

¶Pro intelligentia huius literæ nota, quòd si accipiatur memoria productiua pro intellectu agēte (qui tunc dicitur esse sub actu suo, vt habet præsentiā obiecti in se, vel in spē. Nam obiectū dicitur actus, quia pars memoriæ, & intellectus possibilis sit virtus tantum receptiua) tunc sunt tres entitates, quæ sunt vna res realiter. s. intellectus agēs, possibilis, & voluntas, & sic ibi vera consubstantialitas. Sed si possibilis pertinet propriè ad memoriam productiuam, vt suprà dixi: non esset fortè inconueniens ipsum secundum vnam realitatem esse productiuum, & secundū aliā receptiuum: & hoc modo diceretur memoria, vel pars memoriæ: vt productiuus, & intelligentia, vt receptiuus. Et similiter voluntas diceretur parens, vt productiua, & vt receptiua diceretur voluntas, vt habens actum volendi, & sic voluntas, & intellectus, vt productiua: complent perfectam rationem parētis: vt patet à Doc. & sic realitas productiua intellectus, & realitas receptiua (ponendo ibi aliqualem distinctionem) & similiter volūtas sunt vna res realiter cū anima: & realitas intellectus productiua dicitur esse sub actu, quando habet obiectum præsens in se, vel in aliquo alio, vt partem memoriæ: quia tūc dicitur esse in potentia propinqua, & realitas receptiua dicitur esse sub actu suo, inquantum habet actualem intellectionem. Et similiter voluntas, vt productiua dicitur esse sub actu, quando est in potentia propinqua ad volendum: quod tunc contingit, quando habet omnia requisita ad actum volendi, & dicitur, vt receptiua sub actu quando actu habet in se amorem obiecti. Si etiam dicatur, quòd in intellectu possibili non sunt istæ duæ realitates: tunc debemus dicere, quòd realitas intellectus possibilis: vt productiua habens obiectum præsens repręsentat patrem. Secūdo eadem realitas intellectus possibilis, vt habens in se formaliter intelligentiam: actualem obiecti repræsentat filium: idem dico de voluntate. Quando ergo dicit Doc. Istę tres realitates, vt sub actibus suis &c. Secūdum istum tertium modum prima realitas est intellectus possibilis, vt pars memoriæ productiuæ & voluntas, vt principium productiuum: secūda est idem intellectus, ut habēs actualem intellectionem; tertia est eadem uoluntas, vt habens actualem amorem. Est ergo consubstantialitas, quia istæ entitates, quæ sunt simpliciter una res realiter habent in se notitiam, & amorem: sic paternitas, & filiatio, & spiratio passiua in diuinis sunt eadē essentialiter: quia tantum est una essentia fundans in se, & identificans sibi realiter alla. In imagine uerò nostra est tantum similitudo, quo ad hoc: quia una essentia animæ, ut includens tres realitates modo prædicto, est eadem respectu notitiæ, & amoris &c.

Singularis declaratio de Intellectu possibili & voluntate.

In imagine nostra est tātum similitudo.

SED hic occurrunt duo dubia: Nunc Doc. contra superius dicta innuit duas difficultates. Prima est de uoluntate, quæ est actus primus uolitionis: quia non pertinet ad primam partem imaginis: quia non est memoria, nec pertinet ad memoriam: nec ad secundam partem: quia non est notitia genita: nec ad tertiam, quia nō est amor productus: ergo in anima non est assignanda perfecta ratio imaginis.

Duo dubia occurrunt Primum dubium.

¶Secunda difficultas est in hoc: quia prima persona in diuinis originat secundam: & prima, & secunda origināt tertiam: sed certum est, quòd tertia pars imaginis nostræ non originatur simul a prima, & secunda: ut patet.

Secundum dubium.

¶Respondet Doct. ad primum, quòd accipiendo primam partem imaginis, sicut accipit August. 9. de Trin. cap. 4. Et deinceps mens, notitia, & amor. Per mentem intelligit actum primum perfectum respectu utriusque actus secundi: & hoc modo mens habet rationem perfectæ parentis. Similiter accipiēdo primam partem imaginis, ut accipit August. 10. de Trin. cap. 10. Et deinceps memoria, intelligentia, et uoluntas. Accipit ibi memoriā pro actu primo perfecto respectu utriusq; actus secundi qui dicit perfectam fœcunditatem: & patet littera.

¶Et quod dicit. ibi. Contra Hen. quolib. 6. q. 2. qui uidetur dicere, quòd pater non habeat ex se fœcunditatem ad spirādum: sed eam habeat quodammodo sibi derelictam ex productione filij. Contra hoc arguit Doc. licet in simili hāc positionem prius reprobauerim. suprà d. 1. q. 2. tamen hic specialiter hoc reprobat, & improbatio clara est.

¶Ad secun-

Quõ in nobis sit imago trinitatis.

¶Ad secundum dico. Dicit Doc. quòd & si in nobis sit imago trinitatis quantum ad hoc, quòd est repræsentatiua vnitatis essentiæ distinctionis personarum, & originationis: non tamen in nobis est sic imago, vt sit secundum omnia repræsentatiua: sufficit.n. q̃ sit repræsentatiua trinitatis, & vnitatis, quæ requirunt consubstantialitatem distinctionem, & originẽ, licet non sit repræsentatiua secundum omnem modum: quia tertia persona in diuinis est verè ꝓducta à prima, & secũda persona: sed in imagine nostra tertia pars imaginis non est simul producta a prima, & secunda: vt patet, & rationem huius assignat, quę stat in duobus dictis. Primum est. Filius potest producere spiritum sanctum: quia in productione filij communicatur à patre tota fœcũditas, siue tota ratió formalis producẽdi spiritum.s. vt infrà patebit. d. 10. & ideo filius verè producit spiritum. s. Secundum est.

Quæ sit memoria in nobis.

Memoria in nobis, quæ est intellectus cum præsentia obiecti: producendo notitiam non communicat sibi rationem formalem producendi amorem: quia tunc talis notitia, quæ est accidẽs esset formaliter voluntas: quæ voluntas est ratio formalis producendi amorẽ, & patet littera. Et similiter si poneretur notitia genita aliquo modo ꝓductiua tertię partis imaginis: non esset productiua, nisi per modum naturæ: quia non esset formaliter voluntas: nec haberet in se formaliter volũtatem, & tamen tertia pars imaginis non producitur per modum naturæ: sicut nec spiritus.s. sed producitur per modum voluntatis.

¶Ibi. Est tamen hic aliquis ordo inter secundam partem imaginis, & tertiam: quia tertia præsupponit secundam naturaliter: licet non sit ab ea, saltem vt à causa totali: licèt fortè possit esse ab ea, vt à causa partiali secundum illam opin. positam à Doc. in 2. d. 25. & patet littera.

Littera est clara, et stat in tribus dictis.

¶Ibi. Viterius in speciali. Ista littera est satis clara: & stat in tribus dictis fundatis super dictis Augu. vt patet in littera. Primũ est, quòd in anima potest esse imago, imperfectè tamen, quando intelligit ista inferiora, & amat illa. Secundum est, quòd in anima potest esse imago perfectior, quando habet intelligentiam sui, & diligit se Tertiũ est, quòd in anima tunc est perfectissima imago, quando actu intelligit trinitatem, & actu amat: quia tunc non tãtum est ibi imago trinitatis, sed etiam similitudo: quia actus intelligendi est similitudo obiecti.

AD primum argumentũ principale. Nunc Doc. respondet ad argumenta principalia. Primo arguit sic, quia imago repræsentat illud distinctè, cuius est imago: ergo mens repræsentat distinctè trinitatem consequẽs falsum: ergo, & añcedens. patet falsitas cõsequentis: tum quia tunc naturali cognitione posset cõcludi trinitas ex mente naturaliter nota: cuius oppositum probatum est. suprà in prolo. q. prima. & d. 1. q. 1. & in 2. d. 3. q. 9. & in quol q 14 ar. 2. Tum quia nulla creatura in reprę sentando excedit perfectionẽ suæ ideæ: sed idea mentis non reprę sentat Deum inquantum trinus, quia idea est Dei inquãtum est causa, quia idea est ratio æterna in mente diuina secundu quam aliquid est formabile, siue causabile extrã vt secundum propriam rationem eius, vt infra patebit. di 35. idea ergo, vt idea respicit causabile à Deo; sed Deus non est causa, nisi inquantum vnus: hoc patet: quia ratio formalis causandi est tantum volũtas diuina, vt patet à Doc. in 2. d. 1. q̃ 1. & in quoli. q. 8. imo causare primo cõuenit Deo, vt est hic Deus nõ vt est in tribus suppositis. Si enim illa supposita non essent: adhuc pfectissima ratio causandi esset in eo, vt infra patet. d. 4. q. 2 & in 2. d. 1. q. 1.

¶Respõdet, quòd quælibet essentia creata inquantum hæc essentia producta secundum talem ideam non repræsentat Deum sub ratione trini, sed sub ratione vnius: quia nõ causatur, nec ideatur à Deo sub ratione trini, sed sub ratione vnius, sed tãtum aliqua natura ratione essentiæ suæ, & multorum cõcurrentium in ea; tanquam vnum aggregatum potest esse repræsentatiuum trinitatis, & eorum, quæ comprehenduntur in trinitate, tale quid est mens accepta in se, & cum operibus suis: quia ibi est vnitas, & distinctio, & ordo originis: tale autem etiam quantum ad talem concursum nihil est, quod sit inferius mente, sicut patuit in parte sensitiua.

¶Et cum arguitur, quòd si ibi esset imago posset cognosci per cognitionem mentis.

Imago dicit relationẽ ad imaginatũ.

¶Respondet ista concurrentia in mente valent credenti trinitatem ad perscrutandum, & persuadendũ, quomodo possit esse. Sed hoc clarius. vide in quoli. q. 14. quia imago dicit relationem ad imaginatum: cognoscere ergo mentem sub ratione imaginis est cognoscere relationẽ imaginis ad imaginatum: sed relatio cognosci non potest, nisi termino præcognito: oportet ergo prius cognoscere trinitatẽ: sed hoc vide ibi: & multa alia, quæ faciunt ad propositum.

¶Ibi. Ad secundum, patet argumentum cum sua responsione.

¶Ibi. Ad tertium. Tertia ratio stat in hoc: quia si in mente est imago trinitatis: ergo est ibi aliquod productum. Sed nihil est ibi productum: quia actus secundi non sunt ibi producti: patet quia actionis nõ est actio, nec vt subiecti, nec vt termini: vt dicit Aris. 5. phy. t. cõ 10. qui sic ait. Neque in agere, & pati est motus, neque motoris, aut moti: quoniã motus non habet motum, neque generatio habet generationẽ, & vniuersaliter neq; transmutatio transmutationẽ, & ibi Com. exponendo dicit. Actio, & passio non habent motus, neque motoris, & moti; neque generati generantis, & vniuersaliter transmutantis, & trãsmutati: quoniam motus non habet motũ, neque transmutatio habet transmutationem vniuersaliter. hæc ille. Et in t. sequenti expresse dicit Aris. quòd motus non habet motum, vt subiectum, neque vt transmutando aliquid. vide ibi. Dico ergo, quòd actionis nõ est actio, neque vt termini: quia vna actio de genere actionis non potest esse terminus productus ab alia actione: quia tunc quæreretur de illa producente, si esset producibilis, aut non: Si primo, ergo mediante alia actione: & sic processus in infinitum. Similiter si aliqua actio potest produci, ergo alia actione producitur. & quæro de illa alia &c. Item actionis non est actio, vt subiecti: quia vna actio nõ est subiectum alterius: vt patet. Cum ergo actus secundi, scilicet intellectio, & volitio sint formaliter actiones, ergo nõ sunt productæ: quia si essent productæ; tunc essent termini actionum: & sic actionis esset actio.

Actionis nõ est actio nec vt termini nec vt subiecti.

¶Ad tertium dico, quòd actus secundi sunt producti. Respõsio stat in hoc: intellectio, volitio, visio, auditio, et sic de omnibus alijs actibus aliarum potentiarum, licet sint qualitates absolutæ: ut probat Doc. q. 13. quoli. et uerè sint producta per actionem intellectus, et obiecti, et nullo mõ dicantur actiones de genere actionis: quia illæ tantum sunt entia respectiua; tamen quo ad aliquas cõditiones, quæ conueniunt actioni de genere actionis possunt dici actiones, siue actus secundi. Prima conditio actionis est: quòd cessante agente non habet esse permanens: sed tantum habet esse quantum agẽs continuat actionẽ. Secunda est, quòd actio necessariò est alicuius, uelut producti, uel ut obiecti. Tertia, quòd actio proprijssimè est ad formam diuisibilẽ, cuius una pars acquiritur post aliã. Intellectio, uolitio, etc. dicuntur actus secundi, siue actiones: licet sint qualitates absolutæ quo ad secundas primas conditiones: quia tamdiu habent esse, quamdiu potentiæ continuant illa. Scdo terminantur de necessitate ad obiectum. Lumen uerò, quia

rò, quia non est alterius à se, vel vt termini producti; vel vt obiecti circa quod nō dicitur actus secūdus, siue actio; imo nec intellectio, nec visio, nec lumen acquiruntur actione propriè dicta: quæ terminatur ad formam: cuius vna pars nata est acquiri post aliā.

¶ Ibi. Ad aliam probationem. Cum dicitur: quòd actus talis est generatiuus habitus. est facilis responsio: quia esse generatiuū vt actio: nihil aliud est, nisi actionem ipsam, quæ est relatio de genere actionis terminari ad productum. esse verò principium formale productiuum est habere in se virtutem producendi. In proposito. intellectio producit habitum secundo modo. i. vt est quædam ratio formalis absolutè producendi, & non primo modo, supple vt sit actio de genere actionis: quia vt suprà patuit est ens absolutum, & nullo modo actio de genere actionis. imo primo modo non est producere: quia vt sic est tantum quædam relatio, & via ad productum.

Aduerte hanc declarationem.

¶ Quia tamē hæc littera videtur aliqualiter obscura ipsam declaro. Cum dicit. Actio de genere actionis non potest esse eiusdem rationis, nisi termini sint eiusdem rationis: patet quia duæ calefactiones dicūtur esse eiusdem rationis: quia calores terminantes sunt eiusdem rationis. Sequitur. Ergo si actus generaret habitum, vt actio de genere actionis terminata ad habitum, vt ad terminum, non posset esse actio eiusdem rationis cum altera: nisi illa alia esset generatiua habitus. Vult dicere Doc. si vnus actus intelligēdi sit generatiuus habitus, vt actio de genere actionis: sequeretur quòd alius actus intelligendi eiusdem rationis esset generatiuus habitus. hoc tamen patet esse falsum; quia aliquis actus intelligendi eiusdem rationis non est generatiuus habitus: vt patet. non enim vna intellectio remissa est generatiua habitus: vt patet. cum habitus generetur ex frequentatis actibus, vel ex vno valde intenso, & perfecto. Si ergo actus intelligendi est generatiuus habitus: non est generatiuus, vt est actio de genere actionis: sed vt est quædam forma absoluta. Sequitur. Tunc dico breuiter, quòd actus est generatiuus habitus, sicut forma aliqua, supple absoluta, est causa, vel ratio causandi aliā formam: non est autem talis actus gignitiuus, vt actio de genere actionis: tali enim actione de genere actionis gignitur tā actus, quàm proprius habitus terminatiuus talis actionis: eo modo, quo dicimus producens productione producit: vel agēs actione agit: vt suprà declaraui. Sequitur. Et ad significandū gignitionem talem, quæ est actio de genere actionis dicimus potentiam elicere actum intelligendi. i. quòd nomine actionis vtimur elitione: sicut enim dicimus agens actione agit: ita dicimus, quòd potētia eliciēs actum, elitione elicit: ita quòd tam actio, quàm elitio in re idem important, sed differunt nomine, vel ratione. Et sic finis huius. q. & di. tertiæ.

Actus est generatiuus habitus.

Distinctio Quarta.

Vtrum ista sit vera Deus. genuit alium Deum?

Scotus primo sent. dist 4. q. 1.

Quæstio Prima.

Vtrum ista sit vera. Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Alexander Alensis. 1 parte summa. q. 65. memb 3. Art. 4. Scotus primo sent. dist. 4. q. 2.



CIRCA quartam distinctionē quæritur. Vtrum ista sit vera. Deus genuit alium Deum? Doc. respondet dupliciter ad hanc. q. Primo quantum ad realitatem. Secundo quantum ad Logicam. Quantum ad primum dicit sic.

RESPONDEO ad q quòd nō genuit alium Deum: quia cuilibet entitati formali correspondet adæquatè aliquod ens, vel aliquid, quod est ens entitate tali. ista autem deitas est entitas formalis, quia se tota est forma: & nō habet sibi sic adæquatum correspondens, nisi Deum: quia ipsum includit, deitas autem est de se hæc: ergo Deus est de se hic &c.

¶ Sēsus huius litteræ est, quòd cuilibet entitati abstractiuè sumptæ, & maximè vltimatè abstractæ: de qua infrà patebit. d. 5. q. 1. correspondet aliquod ens scilicet cōcretum, quod est tale tali entitate. vt humanitati correspōdet homo: qui dicitur primo homo humanitate, & humanitas est seipsa talis: accipiendo seipsum tale formaliter, & sic deitati correspondet primo ipse Deus: cū ergo deitas sit ex se, siue ex sua ratione formali hæc: quia nullo mō contrahibilis per aliquam hæcheitatem. vt infrà patebit di. 5. q. 2. & in quol. sequitur, quòd ipse Deus erit primo hic: sicut dicimus, quòd hic homo est hac humanitate homo, & homo in communi est homo humanitate in communi. Sequitur in littera. Illi autem, quod est de hoc se repugnat non idemptitas: ergo, & alietas, quæ includit non idemptitatem: ergo non potest esse alius Deus. ergo Deus non genuit alium Deum: quia nō genuit, quod non potest esse. Sensus huius litteræ est. Omne ens, quod de se est hoc. i. ex natura sua, siue ex sua ratione formali intrinseca est hoc, est simpliciter multiplicabile in plura. Sed deitas est de se hæc: ergo Deus adæquatè correspōdens deitati est de se hic: ergo repugnat ei alietas. sicut enim est impossibile esse plures deitates: ita est impossibile esse plures deos. Realiter ergo loquendo hæc est falsa. Deus genuit alium Deum: quia in re importatur alietas deitatis.

QVANTVM ad Logicā dico, quòd hæc tria differunt. a. est alius à Deo. a. est alius deitate. a. est alius in deitate. sicut hæc tria differunt. sortes est alius ab homine. sortes est alius humanitate. sortes est alius in humanitate. Et expono ista tria singillatim. Nam qn̄ dicitur sortes est alius ab homine. ly homo stat cōfusè, distributiuè, mobiliter: quia isti termini, alius, aliud, non idem; & huiusmodi ratione negationis inclusæ confundunt terminum sequētem (si est capax confusionis) confusè, distributiuè, mobiliter: quia licet descēdere sub illo copulatiuè: vt patet in ista. Sortes est alius ab asino. & isti sunt omnes asini: ergo est alius ab isto asino, & ab isto &c. Sensus enim est. sortes est alius ab asino. i. sortes non est asinus. ideo ista est falsa. sortes est alius ab homine, quia esset alius à seipso. nam si est alius ab homine: statim sequitur, quòd non sit homo.

Notanda logicalis declaratio.

Dic vt docet Scotus in 2. q. quiuer falsum, quō ista dua propositiones differāt, sortes differt ab homine, & sortes differt ab omni homine.

¶ Ibi. In secunda cum dicitur. sortes est alius humanitate: humanitas significatur esse formalis ratio differentiæ. sic non est in prima quando dicitur. sortes est alius ab homine; quia ly homo non est ratio formalis differentiæ: sed ponitur terminus differentiæ. In hac autem secūda notatur esse formalis ratio differentiæ vniuersaliter, sic quòd in nullo indiuiduo illius naturæ cōuenit, quia est aliud indiuiduum alterius naturæ per illam formam, per quam hoc differt ab illo.

¶ Vnde non quòd licet ratio formalis alietatis stet vniuersaliter quantum ad negationem inclusam: tamen illa ratio formalis differentiæ non stat vniuersaliter quantum ad illam affirmationem ibi inclusam.

¶ Pro intelligentia huius litteræ dico, quòd de rigore ser-

gore sermonis in ista. sortes est humanitate alius à brunello. ratio formalis illius alietatis stat vniuersaliter.i.confundit vniuersaliter, quia sensus est. quod sortes in nullo indiuiduo humanitatis conuenit cũ brunello: quia humanitas est ratio conuenientię eorum tantum, quæ sunt indiuidua humanitatis: vnde sortes humanitate est idem Platoni. Sed humanitas, quę est ratio differẽtiæ, quæ affirmatur de indiuiduis humanitatis non stat, nec distributiuè mobiliter: quia tũc sequeretur, quod sortes esset alius à brunello hac humanitate, & hac humanitate, & sic de alijs: & sic esset alius à brunello humanitate Platonis: quod est falsum. Nec stat determinatè: quia non licet descendere disiunctiuè, loquendu generaliter: quia de rigore sermonis hæc est falsa. sortes est alius a Platone: ergo hac humanitate est alius à Platone? non sequitur. quia ipsa non est ratio differentiæ, & sic patet litera.

¶Ibi. In tertia cum dicitur. sortes est alius in humanitate. alietas ibi ponit suum determinabile esse commune vtrique extremo, & distingui ĩ ipsis extremis: sicut in ista. sortes est alius in humanitate à Io ista autem est falsa. sortes est alius in humanitate a Ioanne. extrema sunt sortes, & Ioannes: & determinabile per alietatẽ est humanitas, quę notatur distingui in sorte & Ioanne. & sic ista est vera. sortes est alius in humanitate à brunello: quia tunc notaretur humanitas distingui in sorte, & brunello, & esse communis eis, quod est manifestè falsum. & patet littera.

Nota & bene. ¶Ibi. Ad propositum igitur quam istarum trium significat hæc locutio. filius est alius Deus. Dico, quod nec primam, nec secundam. Non primam, quia non sequitur. sortes est alius homo: ergo est alius ab homine? quia antecedens est verum, & consequens falsum. Nec secundam: quia si sortes est alius hõ à Platone: non tamen sequitur. ergo est alius humanitate à Platone: quia humanitas nõ est ratio formalis differentiæ sortis à Platone. Sic in proposito. hæc est falsa. filius est alius Deus deitate à patre: quia tũc notaretur, quòd deitas esset ratio formalis distinguendi filium à patre: quod est falsum. est enim ratio formalis conuenientiæ personarum adinuicem. Sequitur. Sed significat tertium. vnde bene sequitur. sortes est alius homo à Platone: ergo sor. est alius à Platone in humanitate: & ecõuerso. Et idem est cum dicitur. filius est alius Deus à patre: quòd filius genitus est alius Deus a patre generante, ita quòd ly alius ponit suum per se significatum circa per se significatũ extremorum &c. Sensus huius litteræ est cum dicitur. filius genitus est alius Deus à patre generãte: ly alius ponit suum significatum. s. alietatẽ circa per se significatum extremorum, quæ sunt filius genitus, & pater generans: denotans vnum esse ab alio, siue distingui ab alio: etiam ly alius ponit suum significatum. s. alietatem circa significatum determinabilis. s. Deus: denotans ipsum Deum esse communem vtrique extremo. s. filio, & patri, & distingui in eis: ita quòd Deus in filio sit alius à Deo in patre: quod est falsum. Et sic ista propositio est falsa. filius genitus est alius in deitate a patre generante, vel filius genitus est alius Deus a patre.

AD primum argumentum. Primum argumentum principale, quo probatur hanc propositionem esse veram. Deus genuit alium Deum est tale. Ista est vera Deus genuit Deum. ergo aut se Deum: aut aliũ Deum, non se: quia nihil gignit seipsum. primo de trinitate. ergo alium. Respondet Doc. concedendo antecedens: quia termini in concreto possunt supponere pro suppositis respectu prædicatorũ, respectu quorum non extraneantur suppositaliter. i. quod terminus concretus in supposiõne personali potest supponere pro suppositis. Sicut in ista. homo currit. ly homo supponit personaliter: quia talia sũt subiecta qualia permittunt eorum prædicata. nam hoc prædicatum currere tantum verificatur de suppositis: & per consequens supposita hominis non extraneant huic prædicato. Si verò dicatur. homo est species. ly homo non potest supponere pro suppositis: quia spẽs tantum nata est verificari de homine in communi, & non de aliquo supposito hominis. ideo supposita hominis respectu huius prædicati extraneantur. modo in proposito. Cum dicimus. Deus genuit Deum. ly Deus stat personaliter: quia hoc prædicatum generare non verificatur, nisi de supposito. Non enim poterit verificari de deitate: quia deitas, nec generat, nec generatur. vt infra patebit. d. 5. q. 1. Sed non sequitur modo. Deus genuit Deũ. i. Deus pater genuit Deũ filium: ergo genuit se Deum, aut alium Deum. Patet, quòd nec se Deum, nec alium Deum. non alium Deum: quia alietas notat suum determinabile: puta deitatem distingui in extremis; quod non significat in antecedente, in quo dicitur Deus genuit Deum. Sequitur. Vnde sicut propositio est falsa vbi alietas additur determinabili quod non est commune suis extremis. Sicut hæc est falsa. Franciscus est alius homo a brunello, siue est alius in humanitate a brunello. vt supra patuit. Similiter hæc est falsa, sol est alius mus: quia tũc notaretur, quòd natura muris esset diuisa in solem, & in murem: sicut cũ dico. Io est alius homo. denotatur, quòd homo distinguitur. nec enim conceditur quòd Io. sit alius asinus: quia tunc natura asini conueniret Io. sic in proposito, cum dicitur. sol est alius mus, sequitur, quod natura muris conueniret soli. & sic sol esset vnus mus distinctus ab alio mure. Si ergo sol generat murem: igitur se murem, aut alium murem: sed alium, qui est mus. Ita in proposito. propositio est falsa in qua alietas additur determinabili, quod non distinguitur in extremis. Sic hęc est falsa. pater in deitate est alius a filio, & ideo non sequitur Deus pater genuit Deum: aut igitur se Deũ, aut alium Deum? sed sequitur. quod genuit alium, qui est Deus: sicut exponit magister in littera. Sequitur. Quia si probetur illa consequentia sic. Si gñat Deũ: aut eundem Deum: aut diuersum Deum: quia idẽ, & diuersum immediatè diuidunt quodliber ens. ex 10. Metaphy. tx. 12. omne nanque. s. ens: aut diuisum, aut idem, & secundum aliam literã: omne enim ens; aut diuisum, aut idem, & ponit ibi differẽtiam inter diuersum, & differens. vide ibi. Respondet Doct. & responsio clara est: & conceditur, quòd Deus genuit eundem Deum: quia filium, qui est idem Deus: sed non sequitur. ergo genuit se Deum: quia pronomen reciprocum: cuiusmodi est ly se: denotat actum terminari ad idem suppositũ, a quo procedit ille actus: patet quia cum dico. Frãciscus diligit se: denotatur, quòd dilectio, quæ egreditur a Frãcisco terminetur ad eundem Franciscum. Sic in proposito. si ista esset verè reciproca. Deus pater genuit se Deum: denotaretur, quòd generatio ipsa egrederetur a supposito patris, & terminaretur ad illud suppositum, & sic idem suppositũ generaret seipsum, quod est impossibile. Ideo non sequitur: Deus pater genuit eundem Deum: ergo se Deum; quia antecedens non est reciprocum: notatur enim generatio egredi a supposito patris, & terminari ad suppositum filij: qui est idem Deus cum patre? Et hoc est, quod dicit: & committitur fallacia consequentis, & figuræ dictionis. De fallacia consequentis patet; quia arguitur a positione consequentis ad positionem antecedentis: nam, cum dicitur, Deus genuit eundem Deum; ergo se Deum. non sequitur: quia antecedens in plus se habet: quia bene sequitur. Deus genuit se Deum. ergo genuit eundem Deum; non tamen èconuerso. sicut si argueretur. homo currit ergo animal currit. bene sequitur; quia arguitur a positione antecedentis ad positionem

Deus stat personaliter Generare verificatur de supposito

Deus genuit alium, qui est Deus.

positionem consequentis: siue a minus uniuersali ad magis vniuersale, sed èconuerso nõ sequitur. animal currit ergo homo currit: arguitur enim à positione consequentis, siue a positione magis communis ad positionem minus communis, siue antecedentis. Similiter committitur fallacia figuræ dictionis: quæ potest contingere dupliciter: quia in antecedẽte supponit Deus pro filio, & in consequente pro patre. scilicet dicendo. Deus genuit eundem Deum: ergo se Deum, vel alium Deum. ly se Deum supponit ꝑ patre. & ly alium Deum supponit pro alio a deitate patris. Secundo ex quadam similitudine: quia cum dicitur Deus genuit eundem Deum: ergo se Deũ, vel alium Deum, non sequitur: quia propter similitudinem personæ generantis ad personam genitã in deitate: quia idem Deus dicitur de vtraque. velle modo concludere hoc de ipso Deo, vel tantum de vna persona committitur fallacia figuræ dictionis: nam ly se Deum stat pro patre, & ly aliũ Deum stat pro aliu in deitate, & sic cõmittitur fallacia figuræ dictionis.

De⁹ genuit Deũ ly De⁹ stat pro persona rõne alius persona lis.

SECVNDO principaliter arguitur. Generãs distinguitur a generato, sed Deus genuit Deum. ergo Deus genitus distinguitur a Deo generãte, & per consequens genuit alium Deum.

¶Respondet Doct. ꝙ ista argumentatio reducenda est ad duos syllogismos, qui patent in littera. Et dicit, ꝙ in isto syllogismo. generans distinguitur à genito. Deus est generans. ergo Deus distinguitur a genito, committitur fallacia accidentis: quia maior est vera propter formalem oppositionem extremorũ, sic autem extraneatur medium vtrique extremo, in quo extrema sunt vnũ. Et nota, ꝙ medium accipitur hic pro subiecto minoris, & licet generans, & genitã sint idem ipsi absolute, & essentialiter: quia generãs est essentialiter Deus: & genitum est essentialiter idẽ Deus: tamen Deus extraneatur vtrique extremo: vt vnum extremum distinguitur realiter ab altero. concludere ergo distinctionem realem, vel essentialem Dei a genito propter distinctionem generantis, & geniti: quibus, vt sic Deus extraneatur, est facere falla ciam accidentis: vnde fit fallacia accidentis, nisi maior extremitas. s. genitum dicatur de medio, scilicet de minori extremitate in conclusione secundum illã rationem, secundum quam medium. s. Deus dicatur de extremis. s. generante, & genito: dicitur aũt Deus de eis, vt est idem essentialiter, & realiter illis. In conclusione verò genitum dicitur de Deo, vt aliud ab ipso. Et accipitur hic medium pro illo, in quo conueniunt duo extrema, & nõ accipitur hic propriè pro medio syllogismi. Similiter dico, quòd in alio syllogismo committitur fallacia accidẽtis, quando arguitur sic. genitum est Deus. Deus distinguitur a genito. ergo Deus distinguitur a Deo: quia genitũ est Deus: & Deus generans est Deus, & sic Deus extraneatur generanti Deo, & Deo genito, vt generans distinguitur a genito. vt supra patuit. Sicut lac est dulce, & album: tamen extraneatur utrique, ut album distinguitur a dulci.

Q̃ꝫ accipiatur medium.

TERTIO principaliter arguitur. Deus generat alium: aut igitur Deum, aut non Deum? Si primo: ergo alium Deum. Si secundo, ergo genitũ non erit Deus.

¶Respondet Doc. cõcedendo, quòd Deus genuit alium, & negat, quòd alium Deum, vel alium non Deum, nec ista contradicunt. Nam loquendo de cõtradictorijs complexis. ista contradicunt: Deus genuit alium Deum. Deus nõ genuit alium Deum. ista secunda est vera, & prima falsa. Istæ autem non contradicũt. Deus genuit alium Deum, & Deus genuit alium non Deum.

¶Ibi. Et si arguatur. Deus nõ genuit alium Deum. ergo genuit alium non Deum: quia ex negatiua de prædicato finito, sequitur affirmatiua de prædicato infinito.

¶Respondet Doct. ꝙ hæc non tenet in prædicatis compositis: quia non sequitur. lapis non est lignum album. ergo lapis est lignum non album? quia affirmatur lignum in secunda, quod non affirmabatur in prima. Et de hoc vide expositionem, quam feci in d. 3. q. 1. tertij Doct.

¶Et si arguitur in cõtradictorijs incomplexis &c. Pro intelligentia huius litteræ nota, quòd contradictoria complexa sunt propositiones, & contradictoria incomplexa sunt termini. Exemplum primi. Omnis homo est animal. aliquis homo nõn est animal. Exemplum secundi Homo aut est animal, aut non animal. Et aliquando in vna propositione erunt prædicata complexa, vt homo, aut est animal rationale: aut non animal rationale: contradictoria ergo omnino incomplexa dicuntur de quolibet: ita quòd alterum necessariò inest. Et sic in proposito. Deus genuit, aut alium, aut non alium. Dico quòd alium. Similiter Deus genuit aut Deum, aut nõ Deum. dico, quòd Deum, & sic alterum contradictoriorum verificatur de Deo. Si verò vnum illorum determinetur per alterum alterius contradictionis: tunc non verificatur. Exemplum primæ contradictionis. alium nõ alium. Exemplum secundæ. Deum nõ Deum. Si modo alius determinetur per Deum, vel nõ Deum, vel econtra: ita quòd deus determinetur per alium, uel non alium non contradicunt. Exemplũ primi. Deus genuit. ergo alium, vel nõ alium. ergo uel aliũ Deũ, vel alium nõ deum. Exemplũ secundi. Deus genuit. ergo Deum, uel non Deũ. ergo genuit alium Deum, vel alium non Deum.

Quæ nõ sint contradictoria in cõplexa, & complexa.

¶Dico, quòd nec hoc nec illud. & hoc si aliũ deũ, uel alium non deum accipiantur in sensu composito: quia sensus est, quòd genuit vel aliud i deitate, vel aliam personam non deum. Ista bene contradicunt: aut genuit alium deum: aut nõ genuit alium deum. Et secunda est vera, & est contradictio in complexis. Si verò accipiantur in sensu diuiso: tunc cõtradicũt, & est sensus, aut genuit alium deum. i. genuit aliã personam, quæ est deus, aut alium non deum. i. genuit aliam personam quæ nõ est deus. Et prima propositio est vera, & secunda falsa.

¶Et quod dicit ibi. De diuisis ad coniuncta &c. Sic intelligitur, quòd nõ sequitur ex diuisis omnibus coniunctum: quia diuisim ista sunt vera, deus genuit alium. deus genuit deum. Et tamen nõ sequitur coniunctim. ergo genuit alium deum.

QVARTO & vltimo arguitur sic. Deus generat alium habentem deitatem. ergo alium deum.

¶Respondet, & responsio stat in hoc. Nam quãdo ly alius stat absolute substantiuatur, vt hic deus genuit alium habentem deitatem, ly deus stat pro persona Et cum dicitur. ergo alium deum, ly alius stat adiectiuè, & substantiuum est deus, & ponit suũ significatum, scilicet ipsum alietatem circa deitatem, & sic est fallacia figuræ dictionis, vt patet hic. Est ẽt fallacia consequentis a negatione antecedentis ad negationem consequentis. nam alius includit negationem. Exemplum. Fran. est alius à Ioanne, & Ioannes est homo. ergo est alius ab homine? quia sequitur. Frã. non est Ioannes. & Ioannes est homo. ergo Fran. non est homo. similiter hic. deus pater genuit alium habentem deitatem. s. filium, & filius est deus, & pater est alius a filio. ergo alius a deo: quia ex primo sequitur, quòd pater non est filius. ergo pater non est deus, quod sequitur ex secundo.

Illa terminus aliũ potest bifariã considerari, vno mõ adiectiuè, alio mõ substantiuè, si accipiatur adiectiuè propositio est falsa, & facit hũc sensũ Deus genuit alium Deũ. idest Deus genuit aliũ habentẽ deitatem aliã à deitate Dei Si autẽ ly alium se teneat substantiuè propositio vera est, & est sensus Deus genuit alium qui ẽ Deus.


¶Ad Dam. c. 5. deus est diuinam habens naturam, & homo humanam. Dicit Doc. ꝙ descriptio Dam. est tantum quædam explicatio nominis. non autem expressio per se significati. i. hoc quod dico habens deitatem.

deitatem, non importat suppositum habens deitatē de principali significato: quia concretum, quale est hoc: habens deitatem significat formam, quæ inest supposito: & non significat suppositum, sed tantum connotat: sicut album significat albedinem: connotando subiectum, sine concernendo suppositum: album enim importat hoc, quòd habens albedinem, vt cum dico Franc. Albus, idest Franciscus habens albedinem. tamen concretum, & abstractum idem significant: licèt modus significandi sit alius, idest quòd album significat eandem albedinem: sed diuersimodè: quia cum significat eam in concreto significat ipsam, vt inhærentem, vt dico habens albedinem: & cum significat in abstracto significat eam, vt nullo modo inhærētem, nec vt sic natam denominare suppositum, vt albedo in se considerata, quæ vt sic est tantum nata prædicari de inferioribus, vt de hac albedine, & illa, & non de subiecto: cum ista sit falsa. est albedo potest bene fieri maior abstractio, vt dicendo albedineitas, de qua infra d. 5. q. 1. Et loquitur hic Doc. tantum de concretis concretione ad subiectum, & non de concretis concretione ad suppositum. Ad propositum applicando duo, quòd in huiusmodi ethymologijs, & descriptionibus non oportet, quòd quicquid potest verè coniungi cum descriptionibus, & descriptis. Descriptio huius. Deus est habens deitatem. ly Deus est descriptum: ly habens deitatem est descriptio: & nota quòd ly Deus, vt explicatur per habens deitatem nō supponit pro Deo absolutè, non concernendo aliquod suppositum diuinum, quia hæc est falsa. Deus, vt Deus, est habens deitatem, sed suppositum, de quo dicitur Deus est habens deitatem. aliquid ergo verè coniungitur cū ista descriptione, scilicet habens deitatem: quod verè non potest coniungi cum descripto scilicet Deo; patet quia ly alius coniungitur verè cum ista descriptione habens deitatem: quia ista est vera. Deus genuit alium habentem deitatem: quia genuit filium habentem eandem deitatem: qui est alius a patre: & tamen ly alius non potest verè coniungi cum hoc descripto, scilicet Deus: quia ista est falsa. alius Deus: & similiter ista. Deus genuit alium Deum. & ideo non sequitur. Deus genuit alium habentem deitatem: ergo genuit alium Deum. Sicut etiā hinc nō sequitur, sciens idest habens scientiam. Franciscus est habens duas scientias. ergo Franc. est duo sciens: ly duo bene coniungitur cum hac descriptione, idest est habens scientiam: & tamen non rectè coniungitur cum descripto, vt patet.

Quæstio Secunda.

Quæritur vtrum ista sit vera. Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Alexander Alensis. 1. parte summa. q. 6 5. memb. 3 Art. 1. Scotus primo sent. dist. 4. q. 2.



ECVNDO quæritur. Vtrum ista propositio sit vera. Deus est pater, & filius, & spiritussanctus. Titulus. q. clarus est.

RESPONDEO, quòd propositio est vera. Respondet Doct. & primo declarat quid sit propositio affirmatiua vera: dicens quòd illa propositio affirmatiua est vera: quādo terminus subiectus, quod primo significat hoc primo ponit in propositione, & quando prædicatum est idem subiecto: semper enim in ꝓpositione affirmatiua vera intelligitur prædicatum esse idem subiecto: saltem aliqua identitate, vel essentiali, vel formali, vel reali, vel saltem sic intelligitur esse idem, quando prædicatum sic conuenit subiecto, quòd supponit pro eo, vel quòd habeat aliquam identitatem: saltem vnionis veræ, in ratione qua prædicatur. Secundo declarat quomodo ista propositio. Deus est pater, &c. sit vera: quia terminus subiectus, scilicet Deus, quod primo significat hoc primo ponit in oratione: significat enim deitatem, & sic illud significatum primo ponit in oratione, & additur prædicatum, cuius significatum est verè idem significato subiecti: quia tres psonæ sunt realiter, & essentialiter idem deitati. deitas enim est communis tribus personis per veram identitatē realem, & essentialem.

Quō deitas sit communis trib. personis.

¶ Ibi. Verum est tamen, quòd in eius conuersa. Licet hæc littera ponatur extra tex. Doct. tamen verum est, quòd ista prædicatio. pater est Deus: est formalior, & magis per se, quam ista. Deus est pater. sicut etiam ista est formalior. homo est animal: quam ista. animal est homo.

¶ Sed nunquid eadem est veritas illius. Deus est pater, & filius, & spiritussanctus: & huius deitas est pater &c. Dicit, quòd licet in re sit eadem veritas propter veram identitatem realem: tamē logice loquendo vna prędicatio multum differt ab alia. Nam cum dico. Deus est pater &c. hęc est prædicatio formalis. Cum verò dico deitas est pater. est prædicatio per identitatem, siue identica, de qua infra patebit distin. 5. quæst. 1. In re tamen est eadem: quia Deus, & deitas tantum nomine, vel tantum ratione differūt, vt supra patuit. distin. 2. parte 2. quæst. 1. & infra patebit. d. 8. q. pe.

Deus est pater. est prædicatio formalis.

Deitas est pater est prædicatio per identitatē.

¶ Et nota pro intelligentia huius litteræ, quòd in prædicatione formali semper prædicatum conuenit formaliter subiecto, idest quòd quando prædicatum conuenit subiecto per quandam inhæsionem, siue per modum formæ informantis, siue inhærentis, & hoc vel essentialiter, vel denominatiuè. Essentialiter, vt homo est animal. Denominatiuè, vt homo est albus: semper enim concretum, siue substantiale, siue accidentale, vt sic, natum est prædicari formaliter, vt inf. declarabo. d. seq. Prædicari verò identicè nihil aliud est, nisi prędicatum esse realiter idem cum suo subiecto, & non per modum formæ: siue inhæsionis, & maximè propter infinitatem vtriusq; extremi, vel saltem alterius: quia quando vnum extremum est formaliter infinitum propter sui infinitatem, & simplicitatem identificat sibi realiter omne, quod conuenit illi. Si ergo prædicatum non est natum prædicari formaliter, scilicet per inhærentiam, saltem in modo prædicandi, si prædicatur de infinito intensiue prædicatur tantum per identitatem, siue identicè, sicut hæc deitas est pater, & filius, &c. est tantum prædicatio identica, & sic patet littera.

Prædicatio formalis denominatiua & identica.

¶ Ibi. Sed pro quo supponit Deus, intelligendo istam esse veram, quasi prædicatione formali?

¶ Respōdet Doc. per aliqua dicta. Primum, quòd vnicuique quo: correspondet proprium quod, vel quis: & hoc adæquatè: licèt alicui quo, possint correspondere plura quod, non tamen adæquatè: patet quia humanitas est quo respectu cuiuscunq; suppositi hominis. Hæ enim sunt veræ. hic homo est humanitate hic homo, & similiter ille homo est humanitate homo. Sed proprium adæquatum, quod humanitatis in communi est homo in communi. & proprium adæquatum, quod huius humanitatis est hic homo: sicut ergo deitas est de se hæc, ideo proprium, & adæquatum, quod est hic Deus est hac

deitate

Deus est ĩcõmunicabilis tribus suppositis.

deitate Deus. Et in hoc, quòd dico hic Deus non intelligo aliquod incommunicabile, immo simpliciter est communicabile tribus suppositis: proprium ergo, & adæquatum quod deitatis est hic Deus non includendo aliquem conceptum personæ. Et vt sic, ista est vera. Deus est pater, filius, & spiritussanctus, vt nullum simpliciter concernit suppositum. Et addit Doct. quòd fortè ista est vera. Deus creat accipiendo ly Deum, vt est adæquatum quod deitatis, & vt non includit conceptum alicuius incommunicabilis. Et quod dicit hic de colore, cum dicitur, hoc color disgregat, quòd ly color supponit pro primo significato suo: puta pro hoc colore existente: non autem pro colore existente in superficie: quia videtur dicere: quòd si hic color esset separatus a superficie, adhuc hoc prædicatum quod est disgregare conueniret sibi: ita quòd posset verè disgregare. hoc non debet sic absolute intelligi. nam si color per possibile, vel impossibile esset separatus ab omni superficie non posset immutare sensum, vt expresse patet a Docto. in 4. dist. 12. q. 2. Dico ergo, quòd si color esset separatus a quantitate, adhuc esset verè immutatiuus sensus: non tamen potentia propinqua: quia vt sic actu nõ potest immutare, sed bene potentia remota: quia ratio formalis immutandi non est a quantitate: sed ab ipso colore singulari existente, non est tamen immutatiuus actu, nisi vt existens in debita quantitate: requiritur ergo quantitas, non vt aliquid pertinẽs ad rationem immutandi sensum, sed tantum dispositio requisita. vide Doc. in 4. vbi supra.

Q̃uo color non immutat sensum

Dubitatio.

SED posset dubitari. An hic Deus, vt non includit conceptum alicuius incommunicabilis possit generare filium, sicut cõceditur ipsum posse creare, & gubernare, & conseruare mundum?

Solutio.

¶ Dico, quòd non: & ratio quia inter generans, & genitũ semper est realis distinctio. Si ergo hic Deus, vt non includit conceptum personæ possit generare Deum: tunc hic Deus generans realiter distingueretur a Deo genito, & cum hic Deus, vt sic tantum dicat deitatẽ. sequeretur, quòd deitas realiter distingueretur a seipsa. Et ideo necesse est hunc Deum supponere per aliquo supposito, cum dicimus hic Deus generat: sed non est simile, quando dicimus, quòd hic Deus (vt non supponit pro aliquo supposito) creat mũdum: quia vt sic includit omnia necessaria ad creationem: est enim ens infinitum actualissimè existens per se licet non sit incommunicabile: non enim actio de necessitate præsupponit suppositum, vt supra declaraui. Et addit Doct. quòd ratio incõmunicabilitatis non est ratio agendi, siue creãdi. Sed hæc ratio nõ videtur sufficere: quia diceretur, quòd & si non sit ratio formalis agendi: est tamen conditio agentis, necessariò requisita ad agendum, sicut etiam ipse dicit, quod singularitas non est ratio formalis agendi, sed tantum conditio agentis, vt supra patuit. distin. 3. quæst. 6. Dico, quòd non est simile de ratione suppositi, & ratione singularitatis: quia singularitas est conditio simpliciter necessaria respectu actionis: quia natura nunquam potest esse ratio formalis agendi, nisi realiter existat in aliquo singulari vt exposui supra distin. 3. quæst. 6. non est autem simpliciter necesse ad hoc, vt sit ratio formalis agendi, & propinqua, quòd actu existat in aliquo supposito. nam calor separatus a substantia esset verè ratio formalis calefaciendi, & proxima etiam: tamen non includit rationem suppositi. Si dicatur, si ratio suppositi non esset simpliciter necessaria ad actionem: ergo deitas, vel memoria fœcunda, vt non includit rationem suppositi poterit esse ratio formalis generandi filium, & propinqua. Dico primo, quòd ratio suppositi est necessaria non simpliciter propter generationem: sed propter distinctionem realem producentis, & producti: quia enim generatio requirit extrema realiter distincta, ideo in diuinis necesse est ponere rationem suppositi respectu generantis, & si generatio per possibile, vel impossibile posset esse in diuinis sine reali distinctione generantis, & geniti, non esset inconueniens dicere memoriam fœcundam esse simpliciter rationem formalem generandi proximam, & optimè dispositam, vt patet ex dictis Doct. inf. d. 7. & in quol. q. 5. Et vide expositionem, quam supra feci. d. 1.

Actio de necessitate nõ præsupponit suppositum.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

¶ Ad primum argumentum in oppositum. Argumentum stat in hoc: quia si ista est vera. Deus est pater, filius, & spiritussanctus: ergo duo contradictoria erunt vera respectu eiusdem: cum ergo ista sit vera, nullus Deus est pater, filius, & spiritussanctus: quæ est contradictoria huic. Deus est pater, & filius, &c. Et quòd ista sit vera. nullus Deus est pater filius, &c. patet, quia omnes eius singulares sunt veræ: hæc enim est vera. pater non est filius, nec spiritussanctus: & tamen pater est Deus.

Hæc est vera. Deus est pater, filius, & spiritussanctus, & quòd Deus est trinitas.

¶ Respõdetur quòd ista. nullus Deus est pater &c. non est contradictoria huic Deus est pater &c. si præcisè fiat distributio pro personis: quia tunc non negatur, quod primo affirmatur in affirmatiua. nam in affirmatiua affirmatur, tres personas dici tantum de Deo, vt ly Deus non includit aliquam rationem incommunicabilitatis, siue vt tantum supponit pro Deo præcisè, & non pro aliquo supposito, sed in ista quando dicitur, nullus Deus est pater, &c. accipitur ly Deus, vt supponit pro suppositis. Si verò acciperetur Deus, vt non includit aliquod suppositum, hæc est falsa. nullus Deus est pater, filius, & spiritussanctus.

¶ Secunda ratio cum sua responsione clara est in littera: licet responsio sit extra textum Doc.

Distinctio Quinta.

Circa istam quintam distinctionem in qua Magister agit de generatione in comparatione ad essentiam.

Quæstio Prima.

Quæritur vtrum essentia diuina generet, vel generetur?

Seraphicus Bonauent. primo sententia. distinctio. 5. quæstio 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa quæstio. 42. membro. 3. Artic. 1
Scotus primo sententia dist. 5. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 39 Artic. 5.
Ricardus primo sent. dist. 5. q. 1 & 2.
Durandus primo sent. dist. 5 q 1
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 5. q. 1. & 2.



QVAERITVR circa quintam d. Vtrum essentia diuina generet vel generetur.

IN istã q. errauit Abbas Ioachim: vt habetur extra de summa trini. & fi. ca. c. damnamus. Dixit enim magistrum Petrum esse hæreticum: quia dixit rem esse in diuinis, quæ nec producit, nec producitur: & sic quatuor res erunt in diuinis, scilicet res generans, res genita, res spirata, & res nec generans, nec genita; nec spirata. Et addidit, quòd in diuinis nulla res est, quæ dicatur pater, filius, & spiritussanctus: sed omnes personæ dicũtur vna res;

Opin. Abbatis Ioachim vt habetur ext. de summa trinitate cap. damnamus.

ficut

ficur multi fideles dicuntur vna ecclesia propter vnā fidem, & charitatem: & fic non erunt vna res vnitate naturæ.

Contra hāc opin.

¶ Istud secundum in opi. Ioachim est hæreticum, scilicet quòd pater filius, & spiritussanctus non sunt vna res vnitate naturæ. hoc est dictu: ꝙ non includūt realiter, & essentialiter vnam, & eandem rem: & probas, ꝙ tres personæ sint simpliciter vna res, & accipit ibi rem pro re: quæ dicitur essentia, siue natura dans verum esse essentiale, & perfectissimū esse perfectionale, & non accipit rem pro aliquo incommunicabili quia hoc modo tres personæ non sunt vna res, sed tres res, idest tria incommunicabilia, siue tria supposita. Et ꝙ sint vna res essentialiter patet: quia pater generando filium, communicauit eandem essentiam, filio: & pater, & filius, spirando Spiritumsanctum, eādem essentiam communicauerunt spiritusancto, & sic sunt vna res. Quod autem arguit de euangelio: patet litera.

Quo possit defendi Abbas Ioachim vide Bargeū in 1. sent. dist. 5.

QVANTVM autem ad primum art. in quo Ioachim dicit magistrum Petrum esse hæreticum contradicit sibi Papa. Nos autem sacro approbante concilio credimus, & confitemur cum Petro, scilicet ꝙ vna summa res est essentia: quæ nec generat, nec generatur: & tamen non sequitur quaternitas: quia illę tres res pater, filius, & spiritussanctus sunt vna res: & quaternitas non posset esse: nisi esset quartum ab eis realiter distinctum.

Extra de summa tri. vbi supra.

¶Pro ista igitur opi. magistri. adducitur talis ratio. Quia omne generans realiter distinguitur à genito, vt patet in primo de trinitate. essentia non distinguitur realiter ab aliquo in diuinis: quia ꝓpter sui simplicita. ē, & infinitatem identificat sibi realiter quicquid dicitur de essentia. Cum ergo non potest habere aliquod realiter distinctum: patet quòd ipsa nullo modo generat.

Vide etiam Ale. de ales prima parte q. 41. Adam lib. 1. d. 33 q. 4. & alios.

¶ Ad hoc adducuntur rationes magistri in littera: quia si essentia referreretur ad se, distingueretur à se, idest ꝙ si essentia esset generans, & genita: tunc essentia, vt generans realiter referreretur ad essentiam, vt genita. Sed omne, quod realiter refertur ad aliquid: realiter distinguitur ab illo.

Essentia diuina est res ad alterum identicè nō formaliter.

¶Hic tamen videtur difficultas: quia non sequitur a. realiter refertur ad b. ergo a. realiter distinguitur a.b. Nam Doc. expressè supra d. 2. parte 2. q. 3. ꝙ eadem volūtas realiter refertur ad seipsam: patet quia mouet seipsam; modo mouentis ad mobile est relatio realis: & tamē non distinguitur realiter. Hoc idē vult d. 3. q 7. ꝙ idem in actu virtuali, & in potentia formali agit in seipsum actione reali: modo agentis ad passum est relatio realis: & tamen non distinguitur realiter à seipso: cum idem sit agens, & passum. Hoc idem infra d. 26. & in 2. d. 2. q. 10. vbi quærit. an angelus possit mouere se. Ibi expressè vult, ꝙ aliqđ idem possit se mouere motu reali. Et similiter hoc idem vult in d. 25. secundi, Et sic non vr̄ sequi a. realiter refertur ad b. ergo a. distinguitur realiter a.b.

Difficultas.

Solutio.

¶ Dico: ꝙ licet in locis præallegatis non sequatur distinctio realis, cum non sit ibi relatio originis, scilicet agentis ad passum, siue mouentis ad mobile. est tamen ibi relatio realis respectu alicuius tertij verè producti nati recipi in eodem agente. Et ideo quando idem producit aliquid in seipso, licet realiter distinguatur à producto: non tamen realiter distinguitur à seipso, vt receptiuo talis producti: & de hoc vide expositionem, quam feci dist 25. q. vnica secundi Doct. Sed in proposito. si essentia generaret: tūc includeret relationem originis terminatam ad genitū in se. illud autem genitum non posset esse, nisi essentia: quia qua ratione dicitur generans, eadem ratione diceretur genita: & sic includeret relationem originis ad seipsam: sed relatio originis de necessitate est inter extrema realiter distincta, videlicet originātis, & originati.

¶Tertia rō est: quia pater est formaliter eo, quo generat. i. ꝙ est formaliter eo, quod per generationem cōicat genito. Ista rō supponit vnum. s. ꝙ eadē essentia sit in trib. personis formaliter, & ꝙ essentia est id, quo pr̄ verè est: supple essentialiter, & quiditatiuè, nō aūt id, quo pater est pr̄, vt patet per Aug. quia pr̄ paternitate est pr̄ formaliter: & pr̄ est supple ens quiditatiuè ipsa essentia. Scdo supponit, ꝙ genitum nō est id, quo gn̄ans est quiditatiuè, siue essentialiter tale ens: patet quia tunc genitū esset de rōne formali generantis. sequitur ergo per hanc rōnem, ꝙ pr̄ non generat essentiā: quia si essentia esset genita: tunc essentia non esset id, quo pr̄ esset tale ens quiditatiuè, siue essentialiter: quia suum esse essentiale realiter distingueretur à pr̄e, & hoc est, quod intelligit ꝑ hāc rōnē.

7 de trini. cap. 6.

¶Adducitur ēt alia rō: quia in creaturis forma nō generat, nec gn̄atur: quia gn̄atio per se terminat ad compositum: vt patet 7. meta. t.c. 22. sed clarius. t.c. 26. 27. & 32. forma aūt non dr̄ per se gn̄ari. Ait. n. sic Arist. t.c. 22. Omnia q̄ sunt à natura, aut artificio hn̄t materiā: quodlibet. n. hēt potentiā ad esse, & nō esse, & hoc in quolibet est materia, & qđ hēt naturā, & est gn̄atum hn̄s naturā, vt domus, aial: & illud, per qđ est illa natura est illud, quod dr̄ per formā, aut simile formæ: & est in alio: ho. n. generatur: illa. n. q̄ sunt ꝑ naturā ſm hoc gn̄antur. Et ibi vide expōnem Com. vbi expressè patet: ꝙ solum cōpositū per se gn̄atur. Forma aūt, quæ habet eē in composito non gn̄atur. & quō hoc intelligatur vide Doct. in 2. d. 17. & quæ ibi prolixè notaui. cum ergo essentia diuina se hēat quasi forma in persona. ergo ipsa, nec gn̄at, nec generatur. Dicit Doc. ꝙ hoc minus valet in natura diuina, q̄ in creaturis: quia in creaturis forma non dicit per se generari: qa qđ per se gn̄atur est actu existēs, & per se existens, & sic sola substantia per se gn̄atur, vt homo, & asinus. Cætera. n. generabilia magis dn̄r actiones, vt patet per Arist. 2. met. t.c. 22. & ibi Com. sic ait. Generabilia autem alia, quæ sunt in substātijs magis dn̄r acta. q̄ generata. Hæc ille. Actum autem proprie respicit passum, in quo recipitur. Cum ergo forma in creaturis non sit per se ens existens: ideo non per se generatur: sed essentia diuina est perfectissimè ens, & actualissimum, & perfectissimum per se existens: etiā si per impossibile nulla persona esset; adhuc esset perfectissimè per se existens summa existentia, & actualitate, immo vt sic ꝑintelligitur omnī proprietate hypostatica, vt patet à Doc. in plurib. locis in isto primo d. 1. & 2. & 7. & 28. & alibi sæpe. ergo vr̄, ꝙ ista ratio non sic concludat de essentia diuina: sicut concludit de forma in creaturis.

An forma, quæ hēt esse in composito generetur.

¶ Ibi. Tamen cōfirmatur ratio sic: quia operatio, q̄ est necessariò distincti opantis non potest eē eius, quod hic est vt forma: quia ipsa est per se indistincta in tribus: talis aūt operatio est personalis, quæ est generare. Ratio stat in hoc. generare est operatio alicuius generātis realiter distincti à genito. ergo non est operatio essentiæ diuinæ, vt hæc essentia: siue, vt hæc forma: quia ipsa, vt sic, est simpliciter idem realiter, & essentialiter tribus personis, & si talis generatio esset propriè operatio essentiæ, vt hæc de necessitate distingueretur realiter à persona genita, quod est falsum.

Quid sit generare.

¶ Nota tn̄ ꝙ aliud est dicere gn̄are esse operationē alicuius, vt principij formalis ꝓductiui: & esse operationem alicuius, vt ꝓducentis. Primo mō nō est alicuius, vt realiter distincti à producto: memoria. n. fœcunda in diuinis est principium quo formale productiuū notitiæ genitæ, vt supra patuit. d. 2. parte 2. ergo gn̄atio est opatio memoriæ fœcūdæ. vt principij quo formalis ꝓductiui: & cōstat, ꝙ ipsa nō distin

Nota hanc differētiam in littera.

guitur realiter a producto. Secundo modo de necessitate est alicuius, vt realiter distincti: vt patet : q persona patris est principium quod producens: & realiter distinguitur à producto. Et quomodo generare dicatur operatio alicuius suppositi realiter distincti est difficile saluare: sustinendo, quòd primū suppositum in diuinis constituatur in esse per relationem ad filium: vt patet infra d.28. Et tamen talis generatio non præsupponit aliquo modo suppositum generans: cum constituatur in esse suppositali per huiusmodi generationem actiuam. Et ideo hoc tangit bonam difficultatem, quam aliqualiter supra dist.1. pertractaui; sed magis clare infra dist.7. Deo duce pertractabitur vbi erit materia specialis, Doc. tamen in quolib. q.4. Hanc materiam respondendo ad principalia argumenta subtilissimè, & acutissimè pertractat: quam bene nota.

HAEC INQVANTVM ad realitatem huius. q. dicta sint: sed loquendo de logica: causa quare non potest hæc esse vera, essentia generat, vt essentia supponit ibi pro persona? sicut ista est vera. Deus generat: quia Deus supponit pro patre: & tamen Deus non distinguitur à se: nec Deus est formaliter is qui generatur: licet Deus generet Deum.

¶Respondeo. In ista litera doc nota multa singularia dicta. Primum quando subiectum est abstractum vltimata abstractione: & prædicatum ex ratione sua non potest prædicare, nisi formaliter, non potest propositio esse vera, nisi per se primo.

¶Pro intelligentia huius est intelligendum: quòd hic doc. loquitur de abstracto vltimata abstractio ne propriæ intentionaliter. Sicut dicimus, quòd humanitas est vltimatè abstracta: & non pro ratione fabricata ab intellectu: sicut dicimus, quòd ratio bonitatis nō est ratio deitatis: nec econtra: licet deitas, quæ est vltimatè abstractum verè dicatur bonitas.

Adiectiua vt sic tantū nata sūt prædicari formaliter.

¶Secundum. aliqua sunt prædicata, quæ de sua ratione tantum sunt nata prædicari formaliter: sicut omnia adiectiua adiectiuè sumpta: quia omnia talia prædicantur de subiecto per modum formæ inhærentis: sicut generare, generans, spirare, spirans, sapiens, bonus, & huiusmodi. Et dicuntur ista tantum prædicari formaliter propter modum prædicandi: qui modus est suo modo inhærentiæ prædicari ad subiectum per modum formæ.

¶Tertium, vltimatè abstractum, vt sic tantum includit in prædicatione formali illa prædicata primi modi dicendi per se: & sic concedimus, quòd deitas est substantia, est ens: quæ vt sic prædicantur: tantum sunt nata prædicari formaliter. Si verò prædicatum non est de quiditate illius: & natum sit tantum prædicari formaliter: nunquam poterit prædicari de sic vltimatè abstractis: quia vltimatè abstracta, vt huius modi, non possunt terminare dependentiam alicuius formæ per modum informantis, vel inhærentis.

¶Et ex his patet ista propositio: quòd de vltimatè abstractis nullum prædicatum: quod tantum natum est prædicari formaliter potest verificari, nisi sit natum prædicari in primo modo dicendi per se.

¶Secundum dictum est: quòd relatio concretiuè sumpta tantum nata est prædicari formaliter de fundamento: & si fundamentum esset vltimatè abstractū non poterit prædicari de illo, nisi in primo modo dicendi per se. Sed essentia diuina est vltimatè abstracta: & non includit in suo conceptu relationem. ergo nulla relatio potest prædicari formaliter de essentia diuina: & quòd non includat probat per Aug. 7. de trinit. quam auctoritatem supra exposui. dist.1. quæstione 2.

¶Tertium dictum est: quòd in substantijs, siue simplicibus, siue compositis vltima abstractio est abstrahere substantiam à suppositis.

Quid sit abstrahere substantiam à supposito.

¶Pro intelligentia huius nota, q abstrahere substātiam à supposito propriè est sic considerare ipsam, vt non sit apta nata prædicari de supposito, à quo abstrahitur. Exemplū in natura humana: q̄ dupliciter pōt cōsiderari. Vno mō vt est apta nata prędicari de supposito: & sic habet rationem concreti: & tunc accipitur pro homine: quia hæc est vera. hic homo est homo. Alio mō pōt considerari in se præcise, vt non concernit suppositum proprię naturę: quod tūc est: considerando ipsam, vt nullo modo aptam verificari de supposito, sicut humanitas. hęc est enim falsa de rigore sermonis. hic homo est humanitas. Si dicatur. Nonne hęc est vera. hęc humanitas est humanitas. Dico, quod sic. ergo vt abstracta verificatur de supposito proprię naturę. Dico, quòd verificari, siue concernere suppositum proprię naturę est ipsum concernere per modum formę inhęrentis quando formaliter prędicatur: quod tunc est, quando accipitur concretiuè: nec hęc humanitas dicitur proprium suppositū naturę: sed bene hic homo. Et nota, quòd istę abstractiones nō fiunt in re: sed tantum per intellectū: patet quia in re idē est penitus homo, & humanitas. Addit doc. in ista litera, quòd in substantijs propriè tantum est vna abstractio: quę est naturę ad supposita propria, modo prçexposito, natura enim humana, cum non sit apta nata prędicari, nisi de supposito proprio: ideo tantum concernit illud.

Abstractiones fiunt per intellectū.

Obiectio. In substantia fit vna abstractio à supposito. Solutio.

¶Si dicatur, quòd etiā potest prędicari de supposito alterius naturę: vt patet de facto de natura humana assumpta à verbo: & etiam si assumeretur à lapide: quod Deus posset facere, vt patet à doc. in 3. di. 2. adhuc prędicaretur de lapide: quia hęc esset vera. lapis est homo.

¶Dico primo: quòd concernere suppositū est concernere illud per modum formę informātis, vel inhęrentis: sed natura humana respectu alterius suppositi non se haberet per modum formę: quia nullum actum daret: nec quouis modo perficeret: vt exposui in 3. dist. 1 & 2.

Quid sit concernere suppositum.

¶Dico secundo, & magis ad propositum: q tantum cōcernit suppositum proprie naturę: vel aliud suppositum supplens vicem suppositi proprię naturę: & sic verbum supplet vicem proprij suppositi naturę humanę, vt patet à doc. in 3. dist. 1. & in quoli. q. 19. Addit etiam, quòd qn̄ in eadem substantia sunt plures perfectiones realiter idem: tunc possunt fieri duę abstractiones: vt quando vna perfectio cōcernit suppositum proprię naturę: & concernit suppositū alterius naturę. Exemplum. Intellectiuum est volitiuum: tunc enim volitiuum prędicatur de intellectiuo: & vt sic concernit aliquod suppositum intellectiui: cōcernit etiam suppositum proprium. Sicut voluntas concernit hanc voluntatem, vt suppositum proprium, quia hęc est vera, hęc voluntas est voluntas, prima abstractio fit ab intellectiuo quando volitiuum sic consideratur, vt non possit prędicari de intellectiuo: vt considerando voluntatem in se: tunc hęc est falsa. intellectiuum est voluntas. Secunda abstractio fit: quando consideratur voluntas, vt non possit prędicari de hac voluntate: quę est suppositum proprię naturę, vt accipiendo sic pro quiditate voluntatis, & tunc hęc est falsa, hęc voluntas est quiditas voluntatis. Et nota, quòd non accipitur hic suppositum simpliciter pro incommunicabili: de quo supra dictum est: sed accipitur suppositum proprię naturę pro omni eo, quod potest recipere prędicationem naturę in quid: & sic hęc albedo dicitur suppositum albedinis, suppositum verò alterius naturę accipitur pro omni eo, quod potest recipere prędicationem denominatiuè:

Quomodo hic accipiatur suppositum.

uè: vt ly denominatiuè, distinguitur contra prædicationem essentialem: & sic paries dicitur suppositum albedinis, quando prædicatur de illo: vt cũ dicimus paries est albus.

Nota de multiplici abstractione.

¶Secundum dictum est ibi. Sed in accidentibus quanto plura possunt concernere, tanto plures possunt fieri abstractiones.

In accidentibus absolutis sunt duæ abstractiones.

¶In ista litera sunt duo consideranda. Primum: quòd in accidentib. absolutis possunt fieri saltem duæ abstractiones. Vna à supposito alterius naturę: & alia à supposito propriæ naturæ: quia saltem ista duo possunt concernere. Prima fit à supposito alterius naturæ: quod fit cõsiderando accidens, vt non possit prædicari de supposito alterius naturæ: vt cum cõsidero albedinem in se. nam hæc est falsa. paries est albedo. Secunda fit considerando naturam albedinis, vt non sit apta nata prædicari de supposito proprio: puta de hac albedine. vt considerando quidditatem albedinis in se; siuè albedineitatem: & tunc hæc est falsa, hæc albedo est albedineitas: vel quiditas albedinis. Secundum est: quòd in accidentibus respectiuis: aliquando possunt fieri tres abstractiones, & plures, si plura concernunt. Et exemplum clarum est in litera. Infert ergo doc. quid sit vltima abstractio: quia est quiditatis absolutissimè sumptæ ab omni eo, quod est quocunque modo extra rationem quiditatiua: vt humanitas inquantum humanitas tantum includit illa, quæ sunt de sua ratione formali, & quiditatiua; vt exposui in 2. d. 3. Et ex his infero, quòd ista de rigore sermonis est falsa. humanitas est animalitas: quia animalitas, vt animalitas de nullo formaliter potest prædicari. forte tamen ista est vera. humanitas est animal: quia animal consideratur sub ratione qua est idem humanitati. Ista tamen humanitas est entitas: est vera prædicatione identica: quia entitas, & si non sit formaliter infinita: est tamen permissiue infinita: & hæc erit vera prædicatione formali. humanitas est ens: quia ens in concreto consideratum non est natum prædicari, nisi formaliter: & fortè ex istis posset ista negari. hæc humanitas est humanitas: quia humanitas in communi, ex quo nihil concernit non est nata prædicari, nisi de seipsa: dicere enim humanitatem prædicari de hac humanitate formaliter: est dicere humanitatem vltimatè abstractam concernere aliquid, de quo verè prædicetur per modum formæ inhærentis: & vt sic non consideratur vt vltimatè abstracta: nec est vera prædicatione identica: quia humanitas non est formaliter infinita: nec permissiuè cum sibi repugnet infinitas. Ex supra dictis etiam infero: quòd de rigore sermonis iste propositiones sunt falsæ, deitas est bona, est sapiens, est intelligens, est volens, est generans, & huiusmodi: quia vt sic vltimatè abstracta non includit formaliter, nisi tantum prædicata essentialia. Nec valet dicere quòd sunt vere prædicatione identica: quia huiusmodi prædicata tantum sunt nata prædicari formaliter, & adiectiuè; & per modum formæ inhærentis. Vbi autem est prędicatio identica consideratur perfecta identitas prædicati ad substantiam ita quòd prędicatum non consideratur, vt aliquid inhærens: sed consideratur, vt eadem res cum subiecto. Sed omnes istæ sunt veræ. deitas est paternitas, est generatio actiua, est bonitas, est intellectio, est volitio, est sapientia, & huiusmodi. sunt enim veræ tantum prædicatione identica: quia vt sic non sunt natæ prædicari formaliter de essentia cum sint vltimatè abstracta: nec concernunt aliquid de quo vt sic verificari possint: quia tamen propter infinitatem essentię diuinę considerantur vt sunt eadem res cum essentia diuina: erunt vere per identitatem: siue per prædicationem identicam: quę prædicatio identica aliquando fit

In accidentibus respectiuis sunt tres abstractiones.

Ista est falsa humanitas est animalitas.

Propositiones tantum identicæ in diuinis.

abstracti de abstracto, inquantum vtrumque est infinitum: & sic ista sapientia est bonitas: est vera tantum prædicatione identica. vtrunque enim extremum est formaliter infinitum, vt infra patebit. d. 8. quæst. pen. Aliquando est identica ratione vnius extremi formaliter infiniti: vt in ista. bonitas est paternitas. vbi vero considerantur abstracta vltimata abstractione: & vnum non est formaliter infinitum: nunquam vnum verificatur de altero: nec identicè, nec formaliter: vnde hæc est falsa. paternitas est filiatio: generatio actiua est generatio passiua: & huiusmodi.

Substantiua possunt duobus modis prædicari, in diuinis.

¶Vltimum dictum in ista litera est: quòd substãtiua possunt prædicari in diuinis scilicet formaliter & per identitatem. adiectiua verò si prædicantur de necessitate formaliter prædicantur. Exemplum de substantiuis. Deus est pater: siue pater est Deus. hæc enim est prædicatio formalis: sed hæc est identica tantum. pater est deitas: vel econtra: accipiendo semper pater substantiuè. Aliqui etiam dicunt, quòd sapiens potest accipi substantiuè: & tunc est prędicatio formalis. Deus est sapiens. & hæc identica. Deus est sapientia. Credo tamen, quòd hoc non sit proprie dictum: quia sapiens significat formam per modum inhærentis. Si dicatur: quòd erit idem de patre, & paternitate. Dico quòd hoc non sequitur in diuinis: quia pater, vt pater est vere substantiuum, cum sit quoddam constitutum per se ex essentia, & paternitate. non sic in creaturis. Et cum dicitur, quòd infra patebit quòd aliquando accipitur adiectiuè. Dico, quòd tunc pater non accipitur inquantum pater: sed inquantum generans: & si generare, siue generans adiectiuè accipiatur: substantiuè verò accipitur generans pro generatione. Sequentia clara sunt ex dictis supra.

Ocham in pro dis. 3 q. 1. Alfon. tol. in pro di. 5.

NONNVLLI arguunt contra multa dicta doc. & primo cõtra illã propositionẽ videlicet. Quãdo subiectum est abstractum vltima abstractione & prædicatum ex ratione sua non est aptum natum prędicari, nisi formaliter: non potest esse propositio vera, nisi sit per se primo. Hanc propositionẽ dicit esse falsam dando instantias contra eam: quia ista secundum Sco. est vera. essentia diuina communicatur filio. Similiter ista. essentia diuina videtur ab intellectu creato. similiter ista secundum Sco. in primo distinctione i. est essentia diuina est obiectum fruibile. Et adducit. Ocham responsionem quorundam: qui dicunt, quòd communicari videri, & huiusmodi dicunt præcisè relationem rationis super essentiam: & ideo non ponunt aliquid reale in essentia: & propter hoc non sunt prædicata distinctiua in essentia. Sed generare est aliquid reale in essentia: & reale prędicatum distinctiuum illius, cui conuenit ab alio: & ideo tale prædicatum non potest prædicari de essentia vltimatè abstracta.

¶Contra hanc responsionem arguit Ocham dicens. Abstractum vltimata abstractione non magis abstrahitur ab ente reali, quàm ab ente rationis. ergo tale abstractum non magis recipit prędicationem entis rationis, quàm entis realis. Confirmatur: quia secundum Aui. Sicut equinitas inquantum equinitas, non est vna, nec plures: ita nec est in effectu, nec in intellectu, nec vniuersale, nec particulare.

¶Pręterea. Supposito, quòd communicari, & videri ab intellectu creato dicant pręcise relationem rationis: tamen intelligere, & velle, esse bonum, & esse sapientem: & huiusmodi. dicunt aliquod reale, sicut, & generare: & tamẽ istę sunt verę. essentia diuina intelligit, essentia diuina vult, est bona, est sapiẽs, & huiusmodi.

¶Præterea. Hęc est vera. essentia diuina creat. essentia diuina distinguitur à creatura; & tamen prædicata sunt distinctiua: quia necessariò inferunt essentiam diuinam distingui ab aliquo.

¶Præterea. Ratio sua non concludit: quia huius deberet assignari ratio, quare tale prædicatum reale distinctiuum non prædicatur de essentia: & assignat rationem; quia subiectum est abstractum vltimata abstractione: & prædicatum non est natum prædicari, nisi formaliter; sed ista causa est communis: siuè prædicatum sit distinctiuum, siuè aliud.

Solutio rationum Ocham. RESPONDEO ad omnes istas obiectiones, præmittendo vnum scilicet quòd multa conceduntur ex vsu loquentium, quæ tamen de rigore sermonis non sunt vera: vt in multis apparet. Et vltra multa admittuntur propter carentiam exprimendi conceptus: quæ tamen de rigore sermonis non admittuntur. Dico ergo, quòd de vltimatè abstracto nihil potest prædicari formaliter, nisi in primo modo dicendi per se. Et cum dicit. Essentia est communicabilis, & huiusmodi. Dico quòd de rigore sermonis ista propositio non admittitur: ista enim est vera, quòd Deus sub ratione deitatis est communicabilis, siuè Deus sub ratione deitatis est principium formale communicandi: non enim Deus, vt est adæquatum quod, siuè concretum deitatis includit rationem incommunicabilis, siuè supponit pro aliqua persona: vt supra expositum est. d.4.q.2. Et similiter ista est falsa de rigore sermonis essentia videtur: sed hæc est vera. Deus sub ratione deitatis videtur: & breuiter omnes consimiles propositiones de rigore sermonis non admittuntur. Et ideo iudicio meo non oportet recurrere ad entia rationis scilicet communicabile, & huiusmodi: quòd sit ens rationis: & per consequens prædicabile de essentia: quia concedo cum Ocham, quòd ita entia rationis repugnant, vltimatè abstracto, sicut, & generare. idest quod de vltimatè abstractis huiusmodi prædicata non verificantur: sicut nec hoc prædicatum generare.

¶Est tamen aliqualis differentia inter huiusmodi prædicata: quia, & si entia rationis non verificentur de essentia vltimatè abstracta, verificantur tamen de adæquato concreto essentię, vt præscindit ab omni ratione suppositali: vt patet de ista. Deus est communicabilis: Deus videtur &c. Aliqua verò sunt prędicata, quæ non prædicantur de essentia vltimatè abstracta, nec de Deo, vt præscindit à suppositis: siuè vt non supponit pro aliquo supposito. Et sic hoc modo hæc est falsa. Deus generat, Deus spirat, Deus generatur. quia generare, cum importet realem distinctionem generantis ad genitum tantum supposito competit; & ideo si ista conceditur. Deus generat vera est, prout ly Deus supponit pro persona patris. Et sic patet quòd huiusmodi prędicata distinctiua non verificantur de essentia: nec de adæquato concreto essentiæ quod est Deus: vt non supponit pro aliquo supposito.

Obiectio. Si dicatur. ista est vera. Deus creat vt non supponit pro aliquo supposito. vt supra patuit. d.4 q.2. Et tamen creare est prædicatum distinctiuum.

Solutio. Dico, quòd nulla prædicata distinctiua ad intra verificantur de Deo, nisi inquantum supponit pro aliquo supposito: prędicata verò distinctiua, quę important respectum ad extra possunt verificari de Deo, vt non supponit pro aliquo supposito.

De vltimate abstractis quid nō prædicetur. ¶Ad alias instantias dico, quòd omnes istę propositiones de rigore sermonis sunt falsę scilicet essentia intelligit, essentia diligit, essentia est bona, & sapiens, & huiusmodi: & quòd sint falsę patet supra exponendo mentem Doc. Et si aliquando conceduntur. hoc nō erit de rigore sermonis: sed ex improprio vsu loquentium. Et sic patet responsio ad istas instantias, & ad omnes alias, quæ fieri possunt: & hoc loquendo de abstractis vltimatè abstractionis, siuè in Deo: siuè in creaturis. Et sic in creaturis omnes istę negarentur de rigore sermonis. equinitas inquantū ęquinitas distinguitur à Deo. equinitas est creata, equinitas est vna & huiusmodi. Sed bene istę sunt verè. equus sub ratione equinitatis distinguitur à Deo, est creatus &c.

¶Deinde arguit Ocham vbi supra improbando aliud dictum Doc. videlicet, quòd in substantijs sit tantum abstractio à suppositis propriæ naturæ: dando instantiam: quia hæc est vera. filius Dei est homo. & hæc est falsa filius Dei est humanitas. ergo substātia concernit aliquod suppositum alterius naturæ. *Idē Ocham arguit.*

¶Item hæc est vera hęc humanitas est humanitas: quamuis non prędicetur de supposito alterius naturæ, ergo humanitas non est abstractum vltimata abstractione. sicut nec albedo à suis singularibus.

¶Dico, quòd ad omnia ista patet responsio ex his quæ supra exposui, mouendo difficultates circa dicta Doc. Et breuiter si rectè intueantur, quæ exposui, supra omnes instantiæ cōtra Doc. possunt solui. Et ex his patet responsio ad argumenta Alfon. tol. in primo. d.5.q. vnica Et quia illa argumēta incidūt cū argumentis Ocham: ideo non replico illa. *Responsio.*

AD ARGVMENTA in oppositum. Hic Doct. responder ad argumenta principalia. Et primo ad illa quæ sunt realia. Primo enim arguit sic. probando quòd essentia generet, vel generetur. Quia per Aug. 7. de tri. conceditur sapientiam esse natam: ita quod sapientia, vt est sapientia, & ad se est verè nata.

¶Respondet Docto. quòd licèt sapientia abstrahatur à sapiente, quòd est operans: tamen adhuc significat potentiam operatiuam, vel principium operatiuum. Et ideo non abstrahitur summa abstractione: quia potentia operatiua aliquo modo concernit aliquid. Et propter talem concretionem aliqualiter conceditur, quòd sapientia est nata: nullo autem modo, quòd essentia sit nata.

¶Sed in ista responsione occurrit dubium: quia non videtur, quòd propter hoc, quòd sapientia est principium operandi debemus concedere, quòd sit nata, vel quòd sit generans, cum ista prędicata semper importent distinctionem realem: & si hoc absolutè concederet: haberet concedere, quòd memoria fęcunda possit generare: quia ipsa est potentia generandi: vt infra patebit. d.7. Et tamen non conceditur. *Dubitatio.*

¶Dico primo, quòd non haberem pro inconuenienti dicere istam propositionem non esse veram de rigore sermonis scilicet sapientia est nata. *Solutio.*

¶Dico secundo. quòd ideo concedit istam. sapientia est generans: quia vt est principium summè dispositum generandi sic concernit aliquod suppositum. Et ideo ratione illius conceditur: quia suppositum sapientiæ, vt principio formali productiuò, siuè, vt potentia generandi verè generat. Et similiter posset dici de memoria fœcunda. quæ, vt est potentia generandi, concernit aliquod suppositum, cuius dicatur potentia generandi. Sed essentia, vt vltimatè abstracta, non dicitur potentia generandi. sicut nec ista dicitur potentia generandi intellectualitas, siuè quiditas intellectus: sed bene intellectus potest dici potentia generandi. *Possumus concedere quòd sapientia sit generās, aut genita cum inter generans & genitum sit distinctio realis* [illegible]

¶Secundo principaliter arguit per dictum Ricar. 6. de tri. c. 22 qui videtur concedere contra magistrum, quòd essentia generat. Et auctoritas cū sua responsione clara est in littera.

¶Tertio principaliter arguit sic. Essentia ergo producitur. antecedens patet per August. 15.

de

de Trinitate c.26. Essentiam præstat filio sine initio generatio, idest quòd per generationem essentia cõmunicatur filio. consequentia probatur. Tum quia cõicari, & cõicare sunt relatiuè opposita, & non dñt, nisi relationes originis, & non nisi oppositas. ergo communicari, & cõicare importãt idẽ, qd produci, & producere. Tum: quia si sint aliqua duo correlatiua: si vnum extremum vnius sit idem vni. extremo alterius, & reliquum reliquo. Et patet per exemplum positum in littera. Cum ergo communicans, & producens idem sint. ergo communicatum, & productum idem sunt.

Gñatio & cõicatio sũt relationes disparata, nam gñatiõ est relatio originis, cõicatio est relatio cõis.

¶Respondet Doc. & in responsione ponuntur plura dicta. Primum, quòd terminus adæquatus productionis est ipsum productum totale: quia compositum primo generatur, vt patet septimo Metaphy. t.c. 22 26. & .7 idest, quòd adæquatus terminus generationis est compositum. Secundum dictum est, quòd in composito genito forma est terminus formalis generationis, loquendo de forma quæ est pars compositi, non autem de forma totius. Et est terminus per se formalis generationis: non autem per accidens: quia generatio per se terminatur ad formã quæ est pars compositi: non autem per accidens, vt patet secundo physic. t.c 54. vbi sic habetur. Et etiam natura, quæ dicitur de generatione est via ad naturam &c.

§Ibi Com. Hoc nomen natura dicitur de generatione, quæ est via ad hoc, quod forma fiat, idest quòd generatio dicitur naturalis, quæ est via ad formam: de qua prædicatur natura. ideo sequitur. Ideo forma est dignior. hoc enim nomen transmutari derivatur in rebus naturalibus ab eo, ad quod est transmutatio, idest quòd transmutatio dicitur naturalis: quia terminatur ad ens naturale. Et hoc patet per exemplum Com. Illud inquit quod transmutatur de nigredine in albedinem dicitur albescere non nigrescere, & similiter dicimus, quòd illud, quod alteratur de frigore in calorem calefieri, & non infrigidare. hæc ille. Dicit ergo Doct. quòd forma est per se terminus formalis generationis: quia generatio per se terminatur ad formam: patet quia generatio dicitur per se naturalis: quia per se est via formæ: de qua forma per se prædicatur natura, vt patet secundo phy. t.co.4. vide ibi tex. cum com. Probat etiam, quòd sit terminus per se generationis: quia generatio dicitur per se: quia terminatur ad formam per se: patet quia si aliquid dicitur per se finis, siue terminus generationis, dicitur per se generatio, sed forma est per se finis generationis naturalis: patet quia forma, & finis coincidunt per Philosophum secundo physic. t.c.70. quod intelligitur de fine generationis, non autem de fine geniti: vt patet ibi in littera Philosophi secundum translationem aliam. Et multotiens reducuntur tria ad vnum. & ibi Comen. Accidit enim (inquit) in scientia naturali, vt tres causæ, scilicet agens, forma, & finis sint vnum secundum subiectum, & plura secũdum diffinitionem. Et parum infrà. Quoniam homo generatur ex homine: ideo generans, & genitum sunt vnum secũdum formam. & forma generata est finis motus materiæ ab agente. Et sic ista forma erit agens, & finis, & forma, & quia hoc non est verum in rebus, quæ non generantur ab æquali sibi in specie, neque in finibus rerũ generabilium. ideo finis generationis est alia à fine generati. hæc ille. Et sic patet expressè quomodo forma dicitur per se finis generationis naturalis. Tertium dictum in littera Doct. est, quòd generans habet vnam habitudinem ad primum terminum, qui dicitur productus, & aliam habitudinem habent ad formalem terminum, siue ad illud, quod est formalis terminus generationis, & in creaturis vtraque habitudo est realis: quia vtraque habitudo habet terminos realiter distinctos, & est realis dependentia vtriusque producti ad ipsum producens. Exemplum. Ignis generat ignem. ignis est principium, quod generãs & forma substantialis ignis est ratio formalis generandi, siue est quo ignis generat, vt principio formali generandi: & ignis genitus est compositum, quod propriè generatur: & forma ignis geniti est terminus formalis generationis, siue est quo, vt principio formali generationis ignis genitus principaliter accipit esse. & patet in creaturis, quòd tam ignis producens, & ignis productus realiter distinguũtur: quàm forma in igne producente, quæ est ratio formalis generandi, & forma in igne genito, quæ est terminus formalis generationis, quæ etiam realiter distingũntur. ideo sicut relatio ignis generantis ad ignem genitum est realis. ita, & relatio principij formalis generandi ad terminum formalem generationis erit verè realis. Si tamen eadem forma, numero, quæ est principium formale generandi communicaretur igni genito: tunc eadem, vt in igne generante diceretur principium formale generandi, & in igne genito tantum diceretur terminus formalis generationis, & sic relatio formæ, vt principij productiui ad seipsam, vt terminum formalem productionis esset tantum rationis: quia non esset inter extrema realiter distincta, vt patet. Et quòd tantum sit relatio rationis: patet per Aristo. 5. Metaphy. t. non habente. com. in ca. de eodem qui textus incipit. Eadem verò dicuntur &c. vbi vult Arist. quod identitas non sit relatio realis: quia non est inter extrema realiter distincta. Quartum dictum est, quòd in diuinis relatio generantis ad genitum est verè realis, quia inter extrema realiter distincta: relatio verò communicantis ad communicatum, siue relatio principij formalis generandi ad terminum formalem generationis, est tantum rationis: quia eadem essentia numero, vt in patre est ratio formalis generandi: & vt in filio est terminus formalis generationis. Dicerem tamen de rigore sermonis, quòd essentia, vt vltimatè abstracta, non est communicans, nec communicata, sed pater communicat eam filio per realem generationem, & in filio habetur vt terminus formalis generationis, & sic patet responsio ad ista argumenta realia.

Forma est terminus formalis generationis.

Quo agens, forma, & finis sint vnũ

Relatio realis præsupponit extrema realia distincta realiter.

Identitas non est relatio realis.

AD ARGVMENTA Logica. Hic Doct. respondet ad arguměta logica, quibus probat, quòd essentia generet, & generetur, quæ argumenta ponuntur circa principium.q.

§ Ibi. Item per argumenta logica. Primò arguit sic. Quando prædicatum prædicatur per se de subiecto potest supponere pro eo: sed essentia per se prædicatur de patre, quia pater est essentia: ergo potest supponere pro patre, & per consequens sicut pater generat: ita, & essentia potest generare. quòd autem essentia non prædicetur per accidens de patre patet. 5. Metaphy. c. de vno. t. cõ.7. vbi habetur, quòd aliquid dicitur per accidens, vel quãdo vnum accidit reliquo, vel quando ambo accidunt tertio. vbi habetur sic. quòd homo, & homo musicus sunt vnum, supple per accidens: aut quia musicum accidit vtrique hominum, quæ est substantia vna: aut quia vterque accidit alicui particularium. & Comen. ibi. Idest aut quia musica accidit ambobus hominibus, qui sunt substãtia, scilicet homini, qui est tãquam genus, & homini, cui accidit musica: quoniam isti duo homines vniuersalis, & particularis, scilicet cui accidit musica sunt vnum essentialiter: & musica accidit particulari. ergo accidit vniuersali: aut dicitur, quòd homo musicus est unum: quia humanitas, & musica accidunt vni particularium, &c.

in unu &c.modo nec essentia accidit patri,nec econ tra:neq; ambo accidunt tertio.

¶Respondet Docto. dicens, quòd essentia non prædicatur per se primo de patre, nec formaliter,vt satis suprà patuit: quia vltimatè abstractum non potest formaliter prædicari de aliquo supposito. Et cum probatur,quòd non per accidens, patet littera: quia multæ sunt prædicationes, quæ non sunt per se, neque per accidens: accipiendo per accidens pro prædicato accidentali: quod est propriè accidens. Non enim genus per se prædicatur de differentia, nec sic per accidens: quia neutrum neutro accidit,nec ambo tertio: Sed est ibi medium extraneum, siue inferius comprehendens aliud, quod inferius potest dici accidens superiori, idest extraneum,sed non propriè accidens. Nec enim rationale accidit animali, nec econtra. nec ambo tertio: puta homini, sicut vnom accidens accidit alteri, vel ambo tertio: rationale ergo se habet, vt médium? quia extraneatur animali dicitur sic accidere. Similiter inferius hoc modo accidit superiori.In proposito in diuinis nō omnia sunt per se eadem,idest formaliter: nec tamen est aliquid alicui per accidens propriè, sed aliquid est idem alicui absoluta identitate absque formali identitate: & ita est in proposito,cum dicitur.pater est essentia. Ista littera Doct. sic intelligitur, quòd in diuinis non sunt omnia per se eadem,i.formaliter. accipitur autem formaliter prout prædicatum inest subiecto: sicut suprà expo sui, scilicet vel per modum inhærentis, vel informantis,sed aliquid est idem alicui absoluta identitate.i.prædicatione identica. Et sic respondet argumento,quando dicit.prædicatum quod per se prædicatur de subiecto potest supponere pro eo. Verum est,si prædicatur formaliter.vt for.est homo. ly homo supponit pro forte.& si for.generet. sequitur ergo homo generat.Sed in prædicatione identica non valet:vt hic pater est essentia.Nota tamē, q; pater hic accipitur substantiuè.s.pro paternitate,siue pro persona: secus si adiectiuè, ideo essentia non supponit pro patre.

Multa sunt prædicationes, quæ non sunt per se, neq; per accidens.

In diuinis non sunt omnia eadem formaliter.

Obiectio.

Responsio.

¶Et si arguitur.p. generat.pater est essentia. ergo essentia generat: patet syllogismus:quia i syllogismo resolutorio oportet extrema cōiungi. Dico, quòd si pater in minori stat adiectiue est falsa: quia vltimatè abstractū non pōt prædicari identice de adiectiuo: sic nec econtra: si verò accipitur substantiuè est fallacia figuræ dictionis,commutando prædicationem identicam in formalem.

¶Secundo principaliter arguitur. Essentia est pater:ergo essentia generat:antecedens patet per cōuersionem simplicem:consequentia probatur: quia de quo prædicatur subiectū,& propria passio,sed gñare est pr opria operatio patris: ergo si pater prædicatur de essentia,& generare similiter.

Pater substantiue & adiectiue.

¶Respondet Doct.distinguendo istam.. Essentia est pater,quia pater potest accipi adiectiuè,vel substantiuè: substantiuè pater significat personam, quæ est paternitas: & sic ista est vera essentia est pater tantum prædicatione identica: adiectiuè verò pater significat proprietatem denominatiuè,quod est generās,vel generare: sicut exponit magister.d.27 quod est idem patrem esse, & genuisse: & sic negatur ista propositio: essentia est pater, quia significat patrem formaliter prædicari de essentia.Et hoc modo accipiendo: sensus est,quòd essentia generat, vel est generans. Quando igitur arguis de subiecto, & passione. Dicit Doct. quòd quando passio potest prædicari prædicatione eiusdem rationis cum illa. qua prædicatur subiectum, vel quando habet simmilem modum prædicandi potest ex subiecto inferri passio: quando non: non. Hic subiectum si sit substantiuū potest prædicari per identitatem: passio si est passio non potest: sed tantum formaliter, quia est adiectiuum.Sensus litteræ est. Si subiectum passionis prædicatur identice de essentia,& generare (quod dicitur passio prout est operatio,vt est in subiecto) tantum prædicatur de patre formaliter: non sequitur, quòd prædicetur de essentia identice:patet quia adiectiuum nō pōt prædicari identice de vltimatè abstracto:oēc formaliter,quia non primo modo. Et hoc est,quod dicit Doc.

Essentia est pater generans.

¶Tertiò arguit Doct.sic.Essentia est pater filij:ergo essentia generat. probat antecedens per conuersionem:quia sequitur patar filij est essentia. igitur essentia est pater filij. probat consequentiam: quia bene sequitur.essentia est pater filij. ergo filius est filius essentiæ: quia in relatiuis est consequentia mutua. quia si.a.est pater.b.ergo.b.est filius.a.

¶Respondet Doc.& antequam det responsionem propriam adducit responsiones aliorum. Prima responsio est magistri Alex.quando dicitur. Essentia est pater filij. si pater accipitur adiectiuè est falsa. Si verò substantiuè est vera,sic, quòd quando dicimus essentia est pater filij, accipiendo patrem adiectiuè est falsa,& consequentia vera:quia cum dicitur.essentia est pater filij. accipitur ly pater pro generare, vt suprà patuit,& sic sequitur,quòd essentia generat. substantiuè verò antecedens est verum,sed cōsequentia non valet.

Responsio magistri Alex. prima parte sum q. 42. memb. 3.

¶Secunda responsio est magistri Præpositiui, qui dicit,quòd ista est simpliciter vera, scilicet essentia. est pater filij. tum quia conuertens est vera, scilicet pater filij est essentia.ergo,& conuersa.tum quia ista simpliciter est vera.essentia est pater:aut ergo est pater alicuius aut nullius? si nullius? ergo non est pater. si alicuius:ergo non nisi filij.

R. sio. Præpositiui.

CONTRA magistrum Alex.arguitur sic.Hic Docto. adducit rationem, quam facit Hen.contra Mag.Alex quia Henr.dicit, quòd ly pater tantum tenetur adiectiue:quoniam nomina,quæ imponuntur à potentia actiua,& passiua (vt sunt magister, & discipulus) sumuntur tantum in significatione adiectiua. Et sensus huius litteræ stat in hoc. Nomina sumpta à potentia actiua (vt pater à potentia actiua generandi,vel à potentia passiua. vt filius à potentia passiua generandi,& sic de alijs) dicuntur adiectiua, & quanto magis sunt determinata ad aliud, vel magis respectus est determinatus ad aliud: vt dicendo pater filij. respectus patris ad filium est magis determinatus: cum sit actua ad filium, quàm respectus patris absolutè: & sic patet ista littera. Et quod dicit de respectu modi infinitiui, quem Grammatici dicunt magis supponere, quam alios: quia illi dicunt finitam inclinationem ad suppositum. ille verò infinitam inclinationem ad suppositum. Infinitiuus autem, & adiectiuum in neutro genere potius substantiuantur,quàm in genere masculino,uel fœminino. Exemplum de infinitiuo. sicut amare potest stare pro prima, secunda, & tertia persona: vt me amare, te amare, & Ioannem amare. Alij autem modi non sunt ita indeterminati: vt de indicatiuo patet. Et infinitiuum,& adiectiuum si accipiantur in neutro genere magis substantiuantur, quàm in masculino, vel fœminino. nam album magis est indeterminatum: quia potest stare pro ligno albo, pro lapide, & huiusmodi: quàm Franciscus albus. Similiter amare absolutè magis est indeterminatum:quia pro prima,secūda,& tertia persona me autem amare stat tm̄ pro prima persona. Sic in proposito est de patre absolu.è sumpto, & de patre filij:quia ly pater filij habet finitam, & expressam habitudinē: non sic autē cum ponitur pater absolutè. Et ideo licet p. possit teneri substāntiuè dicendo essen-

Contra primam rñ. arguit Henr.

do essentia est pater: non tamen, nisi adiectiuè dicẽdo essentia est pater filij: & sic simpliciter ista est falsa. essentia est pater filij.

¶Et si obijciatur. Essentia est pater, & non est pater, nisi filij. ergo.

¶Respondet Hen. quòd est fallacia figuræ dictionis: quia in prima pater supponit pro tota persona: in secunda copulat proprietatem tantum circa subiectũ. Et patet litera sequens.

¶Contra modum eius dicendi. Hic Doc. improbat positionẽ Hen. quo ad illũ modũ dicendi. Et improbatio stat in hoc. Si enim animal sit de cõceptu essentiali hominis, sub quocunque modo concipiatur homo: puta vel sub modo concretiuo, vel abstractiuo. si excludatur ipsum animal, talis modus repugnabit homini: patet quia modus rei præsupponit ipsam rem. & si animal excluditur ab homine, homo non erit. Sed in conceptu relatiui ex hoc, quod conceptus relatiuus (non vt hoc modo conceptus, vel illo idest non conceptus adiectiuè, vel substantiuè) necessario includitur correlatiuum, vt terminus eius: non quòd correlatiuum sit de essentia eius: sed sic debet intelligi, quòd includit essentialiter respectũ ad correlatiuum: & hoc loquendo de diffinitione quiditatiue relatiui, quæ datur per genus, & differẽtiam. Si verò de diffinitione additamentali loquamur, tunc correlatiuum, siuè absolutum correlatiui est de cõceptu additamẽtali relatiui: vt patet à Doc. in isto primo d. 30. & per consequens pater quomodocunque accipiatur, siuè adiectiuè, siuè substantiuè semper includit respectum ad correlatiuũ vt ad terminũ: & ita nullo modo põt intelligi vt absolutum.

Improbatio positionis Hen.

¶Item tunc ista esset incongrua. pater filij est essentia: quia adiectiuum non substantiuatum non supponit congruè pro subiecto. ibi quippe in subiecto determinatur pater per filium, ad quem habet determinatum respectum.

¶Sensus huius litteræ est: quòd nunquam adiectiuum non substantiuatum supponit pro subiecto idest quòd non habet rationem subiecti: & hoc de rigore sermonis. Et ideo hæc erit falsa de rigore sermonis: albus est lignum, vel lapis: Et hęc vera album est lignũ vel lapis. Cum ergo per Hen. pater filij tantum habeat rationem adiectiui, & ponitur, vt subiectum. hæc erit falsa de rigore sermonis. pater filij est essentia.

Scotus est cum Alexãdro.

¶Ideo teneo opinionem Alex. Hic Doc. dat propriam responsionem. Et concordat cum magistro Alexan. & dic conformiter, vt ibi exposui.

Responsio ad rationes Propositiui

AD RATIONES. Præpositiui dico, quòd conuersa est vera substantiuè. adiectiuè incongrua: quia adiectiuum masculinum non potest substantiuari.

¶Ad secundam eius rationem dico, & tota respõsio stat in hoc. Quando aliquid est primo relatiuum, vt pater inquantum pater: erit consequentia mutua cum correlatiuo, vt pater filij pater ergo filius patris filius: si etiam relatio conueniat formaliter scilicet vel per informationem, vel per inhęrentiam alicui subiecto: vt paternitas Ioanni. tunc est mutuitas relatiuorum. vt Ioannes est pater Francisci ergo Franciscus est filius Ioannis. In proposito quando dicitur essentia est pater filij: nec essentia est primo relatiuum: sed est hoc, quod dico pater filij: nec etiã ipsa paternitas prædicatur de essentia formaliter, sed tantum identice ideo non sequitur essentia est pater filij identice: ergo filius est filius essentię? non sequitur: nec identice, nec formaliter: quia cum dico filius est filius essentiæ. necessariò sequitur ipsam esse formaliter correlatiuum filij idest quòd necessario sequitur ipsam referri ad filium formaliter mediante paternitate: & sic pater prædicatur de illa formaliter: quod est falsum: vt supra patuit: & sic arguitur à prædicatione identica ad formalem. Nam in ista. essentia est pater filij est prædicatio identica. & in ista. ergo filius est filius essentię: denotatur ex vi sermonis ipsam essentiam esse patrem filij formaliter, & per consequens esse prædicationem formalem: & sic patet ista littera.

¶Vltimo arguitur sic. genitum, inquantum genitum est aliquid: quia generatio non terminatur ad nihil: & inter nihil, & aliquid: nullum est medium: sed nihil in diuinis est aliquid, nisi sit essentia. ergo filius inquantum genitus est essentia. ergo essentia generatur.

¶Respondet Doc. negando istam: quòd genitum inquantum genitum sit aliquid. Et dicit, quod inter contradictoria est medium cum ly inquantum: vt supra expositum est d. 2. parte. 2. q. 1. respondendo ad argumenta principalia: nec enim homo inquantum homo est albus: nec inquantum homo est non albus: & hoc accipiendo ly inquantũ reduplicatiuè: quia si homo inquantum homo esset albus. sensus esset. quòd homo sit causa pręcisa, & adęquata, quare albedo inest homini. Similiter si ista esset vera homo inquantum homo est nõ albus. sensus esset. quòd homo esset causa præcisa, & adęquata. quare albedo non inest homini; & sic albedo simpliciter repugnaret homini. Nec sunt duo contradictoria complexa simul falsa, cum illa non contradicant. Sed ista cõtradicunt. homo inquantum homo est albus. homo nõ inquantum homo est albus: & ista secũda est vera, vt patet. Sic in proposito. ista est vera. genitum non inquantum genitum est aliquid. quia ratio gignitionis non est formalis ratio inhærentiæ prædicati, ita scilicet quòd ly inquantum dicat rationem formalẽ geniti, licet genitum in se formaliter sumptum sit per identitatem essentia.


Inter cõtradictoria cũ ly inquantũ datur medium.

¶Quid igitur dicetur de genito inquantum genitum? Concedit Doc. quòd genitum inquantum genitum est persona, vel subsistens. Sed non sequitur vltra. ergo inquantum genitum est aliquid accipiendo aliquid pro essentia: quia essentia, & ratio personalis non sunt idem formaliter. & sic finis huius. q.

Quæstio Secunda.

Secundo quæro de secunda parte Distinctionis; Vtrum. Filius generetur de substantia patris?

Seraphycus Bonauent. primo sent. dist. 5. q. 2.
Alexander Alensis. 1 par summæ. q. 42. memb 4. art. 20.
Scotus primo sent. dist 5 q. 2.
D. Thomas prima parte summæ q. 41. art. 3.
Ricardus primo sent. dist. 5. q 3.
Durandus primo sent. dist. 5 q 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist 5 q. 6.
Ioannes Bacchonitanus primo lib. sent. dist. 4 q 1.



ECVNDO quæritur. Vtrum hęc sit vera. filius generatur de substantia patris. Hæc quæstio includit multas difficultates propter diuersas opiniones.

Idẽ quol 6. q. 5 et octa & alij.

¶IN ista. q. Hic recitatur primo opin. Henr. in summa ar. 54 quæstio. tertia. & in quol. 8. quæstio. 9. quæ opi. vt clarius intelligatur resoluitur in dicta. Primum. in substantia creata generabili sunt tria, scilicet materia, quæ subijcitur generationi: & forma inducta per generationem in materia; & compositum resultans ex materia, & forma. & hoc dictum Doc. nõ impro-

bit. Secundum. ꝙ persona diuina, puta filius est quasi composita: quia includit essentiam quasi materiã, & rationalem quasi formam: & sic filius dicitur genitus de substantia patris, sicut de quasi materia: supple, vt quasi receptiua proprietatis filij. sicut etiã dicimus, ꝙ ignis est genitus de materia ligni, quia forma ignis recipitur in tali materia. Et probat Henr. per Augustinum contra Maximinum, scilicet ꝙ filius sit genitus de substantia patris vt de quasi materia. & arguit sic. filius nullo modo est de nihilo: neque negatiuè: vt cum quis dicitur loqui de nihilo: q̃n. ſ nihil loquitur: neque affirmatiuè vt ly nihil sit nota materialitatis: quia nihil non potest esse materia alicuius: quia materia est ens positiuum: neque affirmando ly de originaliter, siue ordinaliter. i. post nihil: ita ꝙ ly nihil præcedat duratione: modo filius habet esse ab æterno: hos tres modos ponit Ans. mo. c 8 si ergo filius nullo modo est de nihilo. ergo est de aliquo, ergo, de essentia: quia non videtur posse aliud assignari. & hoc dictum Doc. absolutè improbat.

¶Ibi. Et si respõdeat, sicut videtur magister respõdere in litera: ꝙ filius erit de substantia patris. i. de patre, qui est substantia. Dicit Hen. ꝙ ista expositio nõ est sufficiens: quia tantum exponit de: vt notat rationem principij originantis. & posito, ꝙ hoc modo sit de patre, vt supple de principio originatiuo: adhuc restat q. vtrum sit de aliquo, vel nihilo, sicut de materia, vel quasi materia.

¶Si arguitur contra istam positionem, ꝙ actus purus non potest esse quasi materia respectu generationis. Sed essentia diuina est huiusmodi. Et secundo per rationem magistri, ꝙ essentia non sit quasi materia: cum sit vna trium personarum: quia tunc filius generaretur de essentia vt trium.

Dictum Primum. ¶Respondet ad primum per aliqua dicta. Primum. in creaturis materia est in potentia ad formã tanquam ad differens re, & transiens de potentia in actum per realem transmutationem. sicut materia ligni realiter trãsmutatur de forma ligni ad formam ignis: quæ forma ignis realiter distinguitur à tali materia. Et in hoc bene dicit. *Dictum Secundum.* Secũdum dictum. forma generis est in potentia ad formam differentiç. tanquam ad aliquid differens ratione, vel intentione, & transiens de potentia ad actum per transmutationẽ rationis. Et sic animal in communi differt tantum ratione à rationali: & est in potentia ad illud sicut determinabile ad determinatiuum. Et quo ad hoc, quòd animal tantum ratione differat à rationali nõ tenetur à Doc. *Dictum Tertium.* Tertium dictum. Essentia diuina nõ est in potentia ad aliquid, puta ad filiationem primo modo. tum quia non differt re à filiatione: tum quia essentia non distat ab actu. *Dictum Quartum.* Quartum dictum. Productio diuina differt à productione naturali: quia in productione naturali potẽtia, siue materia distat ab actu, & vere transmutatur de vno in aliud: non sic essẽtia diuina trãsmutatur: nec distat ab actu. differt secundo, quia in productione naturali transitur de imperfecto puta de materia ad perfectum, puta ad formam. Sed in generatione diuina trãsitur de perfectissimo: quia de essentia diuina. *Dictum Quintum.* Quintum dictum: Productio diuina plus conuenit cum productione speciei ex genere: sed differt, quia in hac productione speciei genus est sicut subiectum, & materia, & est in potentia ad aliquid absolutum, vt ad differentiam, sicut animal ad rationale: quæ tamen sola intentione differunt scilicet genus, & differentia. Sed in productione diuina: essentia est tantum in potentia ad aliquid respectiuum differens ab illo sola ratione. *Dictum Sextum.* Sextũ dictũ est: ꝙ productio speciei ex genere in multis differt à productione diuina. tum quia ꝓductio speciei ꝓcedit ab esse incõpleto ad esse completum, sicut ab ad animali ad rationale, tum quia genus secundum aliam, & aliam differentiam realem descendit ad species: licet genus sit tantum vnum commune secundum rationẽ. In productione vero diuina essentia non est aliquid incompletũ determinatum per proprietatem: sed vnum, & idem re singulare totaliter habet esse per productionem in diuersis proprietatibus relatiuis: quod est commune non secundum rationem, sed secũdum communicationem. Et sic vltimate Hen. respondet, ꝙ filius non est de substantia, in quantũ est triũ, sed vt est substãtia patris: & sic patet positio Hen. quam Doc. intendit improbare principaliter quantũ ad hoc, q̃d dicit ꝙ filius est de substantia patris, vt de quasi materia, vel quasi potentia: quæ improbatio infra patet.

Gofre. opinio. HVIC OPI. additur ab alijs. Hic recitatur opin. Gof. quol. 9. qui dicit, ꝙ essentia diuina in generatione filij habet rationem quasi materiç, cum dicatur subiectiuè generari: quam opinionem probat primo per argumentum Philosophi. 5. Phi. t. c. 8. ubi arguit: quòd generatio non est motus per hoc argumentum.

¶Quod mouetur est idest quod est subiectum motus est ens in actu completo. quod generatur nõ est idest subiectum generationis non est in actu cõpleto. ergo quod generatur nõ mouetur idest quòd ex hoc motus dicitur differre à generatione: quia subiectum motus est ens in actu completo. subiectum vero generationis est ens in potentia, siuè ens in actu incompleto. ergo sequitur, quòd materia generatur subiectiuè quia est subiectum generationis. Quare autem accipiatur pro subiecto generationis in argumento Philosophi, & non pro termino patet: quia si acciperetur tantum pro termino generationis argumentum non valeret: quia dicit, quod mouetur est si enim quod mouetur acciperetur pro termino motus: patet quod talis terminus, dum motus fit, non est cum per motum acquiratur. ergo ly: quod mouetur. accipitur pro subiecto motus. Sicut ergo in generatione naturali materia dicitur generari subiectiuè, quia est subiectum generationis: sic essentia diuina dicitur generari subiectiuè: quia est subiectum generationis: & sic habet rationem quasi materiç. Et quòd dicatur sic generari subiectiuè probatur primo. Illud est subiectum generationis, quod manet idem sub vtroque termino generationis. Essentia diuina manet eadem in patre, & filio. ergo.

¶Secundo. Quia in eodem est terminus, & transmutatio: patet in generatione naturali, in qua materia est subiectum formæ, quç est terminus formalis generationis. Et etiam est subiectum transmutationis: patet quia transmutatio denominat materiam dicimus enim quod materia transmutatur de vno in aliud. cum ergo filiatio, quç est terminus generationis sit in essentia. sequitur, ꝙ generatio, quæ est ad talem terminum erit in essentia, & denominabit illam: ergo erit subiectum generationis: & quod est subiectum generationis generatur subiectiuè.

¶Tertiò. Omni potentiç actiuç correspondet aliqua passiua. ergo fçcunditati patris quasi actiuç correspondet aliqua potentia quasi passiua, de qua pater possit producere.

¶Quarto, & vltimo. Si ignis generaret ignem de substantia sua: adhuc substantia ignis generantis ita esset in potentia ad formã ignis generandi, sicut modò est materia aliena, de qua generatur. sic igitur in ꝓposito. Essentia patris, de qua pater generat erit quasi materia respectu generationis. Et sic patet positio Gotf. Sed antequam adducam argumẽta Doc. contra istas opiniones, quç sunt valde notabilia prius intendo respondere argumentis Gotfr.

AD

Generatio naturalis ē processus de non esse ad esse.

AD argumenta pro opin. Ad illud Aug. contra Maximinum positum pro opin. Hen. patet responsio ex declaratis in littera.

¶ Ad primum pro opi. Gotf. Dicit Doc. quòd loquendo de subiecto generationis tale subiectũ transit de priuatione ad formam : termini enim generationis naturalis, scilicet à quo, & ad quem sunt priuatio, & forma. Et ideo generatio naturalis, quæ includit mutationem præsupponit aliquid subiectiuè generari, quod transit de priuationem formæ ad ipsam formam. Sed in diuinis accipitur generatio, vt tantum est productio, vt supra expositum est dist. 2. parte 2. quæst. 3. Et ideo non est ibi aliquid, quod dicatur subiectum generationis : quia illud trãsiret de priuatione ad formam, & sic essentia diuina diceretur priuata, vel quasi priuata forma: cuius oppositũ probatum est, supra dist. 2. parte 2. quæst. 3. in responsione ad argumenta. In generatione enim diuina termini generationis tantum sunt generans, & genitũ, & non priuatio, & habitus. sicut est in generatione naturali. Et per consequens non sequitur, quòd in generatione diuina sit ibi aliquid quasi subiectum. Sed sequitur ex hoc si generatio est vniuoca, quòd aliquid sit commune gignenti, & genito : non autem commune, vt materia, sed vt forma, vel actus in vtroque.

Generatio ē productio sibi similis in substantia.

¶ Ad secundum patet responsio: quia relatio non est in essentia sicut forma in materia : & per consequens sic non intelligitur manere eadem sub termino generationis, & sub generatione : est enim proprietas hypostatica in essentia diuina, sicut ratio suppositi in natura : & non sicut actus perficiens, nec forma informans, vt supra expositum est.

Vide ī prol. q. 1.

¶ Ad tertium. negatur ista, quòd omni potentiæ actiuæ correspondeat aliqua potentia passiua : accipiendo passiuam in qua sit potentia actiua: siue quæ est receptiua alicuius producti à tali potentia actiua. Et quòd non omni potentiæ actiuæ correspondeat hoc modo aliqua passiua: patet de potẽtia creatiua. Si verò accipiatur potentia passiua obiectiuè, quæ est potentia producibilis. hoc modo concedit Doc. ꝙ si pater est fœcundus actiuè, filius erit producibilis.

¶ Ad vltimum: dicit Docto. quòd si ignis communicaret suam formam igni genito, vt formalem terminum generationis : substãtia ignis non diceretur quasi materia generationis : quia illa haberetur, vt terminus formalis, & sic est in proposito in generatione diuina. Et sic patet responsio ad argumen. Gotfr.

Improbatio Hen. & Gof.

CONTRA istam opi. Hic Doct. improbat opi. Hen. & Gotf. in hoc quod dicunt filium generari de essentia, vt de quasi materia. Et primo arguit sic. Essentia est formalis terminus generationis : igitur nõ quasi materia. Antecedens probat auctoritate euangelij, & August. & quatuor alijs rationibus.

¶ Et pro intelligentia antecedentis est notãdum, ꝙ in composito ex materia, & forma semper sunt tria, scilicet materia, quæ est receptiua formæ partis: & forma partis informans materiam, quæ dicitur terminus formalis generationis compositi, & compositum, siue forma totius, resultans ex materia, & forma. Et in tali composito nunquam materia est terminus formalis productionis : patet quia terminus formalis propriè ante productionem in creaturis nullum esse habet: sed habet esse per productionem agentis. & quomodo dicatur habere esse, vide Doc. in 2. d. 17. Materia verò præsupponitur ipsi productioni: ergo materia nõ erit terminus formalis productionis: & hoc in composito producto: quod dico propter creationem : quia ipsa est terminus formalis creationis; vt patet à Docto. in 2. dist. 12. q. 2.

In composito naturali sunt tria.

Sed in cõposito producto ipsa præcedit productionem. Et hoc est, quod Doct. intendit inferre: quia ex quo essentia diuina est terminus formalis productionis filij: ipsa nõ poterit esse materia, vel quasi materia ꝓductionis filij: sicut Doct. ꝓbat. Probat ergo antecedens (scilicet quòd essentia sit formalis terminus generationis filij) duab. auctoritatibus, quæ sunt claré in littera.

Dyonisius Carthusianus tamen respōdet rationib. Scoti, tamen nō saluat Henricum, nam aliud est dicere, ꝙ essentia diuina concipiē existere in patre, alio modo prout, cō cipitur existere in filio elicata, primo mō essentia diuina dicitur materia, vel quasi materia, quia ex ipsa producitur filius, vt autē est in filio dicitur termin⁹ formalis generationis contra diuina essentia nō pōt simul & semel eē materia, & terminus formalis, quia distinguuntur ex natura ꝓpria materia, & terminus formalis, cum habeant oppositos modos.

¶ Deinde probat ratione. Primo. Nulla entitas formaliter vnica simpliciter perfectior termino formali productionis habetur per productionem : essentia est formaliter infinita, relatio autem non, vt subtiliter probat Doc. q. 5. quodli. ergo si relatio esset formalis terminus productionis persona non haberet essentiã per productionem. Ratio stat in hoc: quia ex quo in productione oportet assignare terminum formalem productionis. sequitur, quòd cum in filio tantum sit essentia, & proprietas respectu generationis filij: oportet assignare terminum formalem: aut ergo talis terminus erit essentia? & sic habetur intentum, aut erit relatio? quæ dicitur proprietas filij. Contra. Quia terminus formalis productionis est perfectissimum, quod per productionem habetur: & sic stat ratio Doct.

¶ Et vt clarius intelligatur ista ratio est notandũ, quòd producens optimè dispositum per productionem suam semper intendit inducere nobiliorẽ formam, quam potest: maximè quando principiũ formale producendi est perfectum. Perfectissimum ergo, quod habetur per productionem illam erit terminus formalis: patet quia ex illo, & materia resultat tota perfectio producti, sed principaliter resultat à termino formali: & quanto terminus formalis est nobilior tanto productum erit nobilius. Si ergo producens per productionem intendit perfectũ productum, & perfectio ipsius producti est principaliter à termino formali. ergo si terminus formalis illius productionis nõ esset perfectior omni alio in tali producto existente: nunquam per talem productionem haberet esse in tali producto. Si ergo essentia diuina, cum sit vnica simplicissima, & formaliter infinita in productione filij non sit terminus formalis (maximè cum pater per talem productionem intendat producere personam, omnino sibi similem in perfectione: & tota perfectio producti est principaliter à termino formali productionis : immo in diuinis tota perfectio producti est ab essentia diuina) sequitur quòd per talem productionem nunquam erit in filio, nec per aliam : quia respectu filij tantum est vna productio, & illa sola productione omnia communicantur filio.

¶ Si obijciatur. Nonne in creaturis forma totius est nobilior forma partis : & tamen ipsa non est terminus formalis: sed tantum forma partis: & nihilominus forma totius habetur per eandem productionem?

¶ Dico, quòd forma totius in creaturis resultat ex partibus : & perfectio eius principaliter est a forma partis: & si forma partis non esset perfectior omni eo, quod pertinet ad productum: nunquam in tali productione haberetur modo cum essentia diuina sit tota perfectio filij producti, & ipsa non est producta, sicut forma totius. ergo si non esset terminus formalis generationis filij nunquam per hãc generationem haberi possit : & sic patet ista prima ratio.

¶ Secundo probatur idem antecedens: quia in creaturis natura est terminus formalis generationis: non autem proprietas indiuidualis, vel hypostatica: quia generatio est naturalis: quia est via in naturam, scilicet in formam: vt patet, secundo physic. t.c. 14.

¶Pro

¶Pro intelligentia huius rationis nota: quòd sicut d.3.quæst.6.huius. Doc. dixit. quòd natura est ratio formalis agendi, & non singularitas, quæ est conditio agentis (actiones enim sunt suppositorum, vel singularium) sic pariformiter in ente producto ratio formalis terminandi productionem erit natura: & singularitas, vel ratio hypostatica erit tantum conditio producti: quia actiones sunt circa singularia, vt patet in procem. met. & talis natura erit terminus formalis productionis: quia generatio dicitur naturalis: quia via in naturam: totum autem productum non dicitur terminus formalis: sed terminus totalis, & adæquatus illius productionis. Cum ergo essentia diuina vna cum intellectu diuino sit in patre ratio formalis producendi filium: & paternitas in patre sit conditio producentis, quia productio est suppositi. ergo ipsa memoria fœcunda erit ratio formalis terminandi generationem filij, & filiatio erit tantum conditio producti. Et est sensus. Sicut producens, vt quod semper est suppositum: & ratio formalis producendi abstrahit à ratione formali suppositi: sic productum, vt quod, erit suppositum. & terminus formalis productionis passiuè abstrahet à ratione formali suppositi.

Memoria fœcunda est ratio formalis terminandi generationē filij.

¶Tertio probatur idem antecedens: quia alias generatio non esset vniuoca: quia ratio formalis termini eius non esset ratio conuenientiæ generantis cum genito. Pro clariori intelligentia huius est sciendũ, quòd ratio suppositi nunquã est ratio formalis conueniendi vniuocè cum alia ratione suppositi, cum istæ rationes sint primo diuersæ, sed ratio conuenientiæ est natura in supposito. sicut Franciscus productus conuenit vniuocè cum Ioanne, quia natura in ipso est ratio conuenientiæ realis cum natura Ioannis. Cum ergo paternitas, & filiatio in diuinis secundum communem opin. sint rationes hypostaticæ erunt primo diuersa: ergo in nullo quiditatiuè conuenientia realiter; ergo pater, & filius conueniunt vniuocè per naturam diuinam, in qua sunt idem, & sicut ratio formalis producẽdi est ratio formalis conuenientiæ producentis cum producto, ita terminus formalis productionis passiuæ in ipso producto erit ratio formalis conuenientiæ producti cũ producente. ergo filiatio non erit terminus formalis generationis filij, sicut nec paternitas ratio formalis producendi filium.

Ratio conueniendi vniuoce.

¶Quarto, & vltimo probatur idem antecedẽs. Et ratio est ibi. Similiter alias non esset ista productio generatio, sed magis esset mutatio ad relationẽ: quia productio ponitur in genere, vel in specie ex suo termino formali: sicut patet ex 5.physi.t.c.4. vbi sic habetur. Trãsmutatio enim magis nominatur ab illo, ad quod est motus, quàm ab illo, ex quo est motus. & ideo corruptio est transmutatio ad non ens: & generatio est transmutatio ad ens. Hoc idẽ Commen. ibi. Ergo si terminus formalis huius productionis esset relatio: ista productio poneretur in genere relationis, & non esset generatio.

Quid sit corruptio, & generatio.

¶Probo consequentiam primi enthimematis. Hic Doc. probat consequentiam, scilicet quòd si essentia diuina est terminus formalis generationis: ergo essentia diuina in generatione filij non est materia, nec quasi materia, nec potentia, nec quasi potẽtia: quod enim est quasi materia: est quasi potentia, supple receptiua. Sed essentia in generatione filij, nec verè, nec quasi est potentia receptiua, quia tunc idem reciperet seipsum patet. dicimus enim, quòd in composito naturali materia est in potentia receptiua formę partus, quę est terminus formalis productionis: cum ergo essentia diuina sit terminus formalis generationis, vt probatum est; si ex alia parte in tali generatione esset materia, vel quasi materia; tunc esset potẽtia receptiua, vel quasi receptiua termini formalis, qui est essentia, & sic idem reciperet seipsum: quod non est intelligibile.

Essentia diuina est terminus formalis generationis. & non est materia, nec quasi materia.

¶Ibi. Similiter probatur eadem consequentia. & ratio stat in hoc. Sicut in composito creato impossibile est haberi aliquod pertinens ad esse eius duplici modo habendi, vt patet: quia in ipso est forma, & materia, forma, tantum habetur vt terminus formalis, & non habetur vt materia receptiua illius termini: quia tunc idem reciperetur in se: & materia ibi tantum habetur, vt subiectum termini formalis, & non vt terminus formalis: quia tunc præsupponeret in tali composito aliam materiam receptiuam: vel eadem materia reciperetur in se: sic in persona diuina constituta ex essentia, & proprietate eadem essentia non habetur duplici modo habẽdi. Si ergo essentia diuina est quasi materia, & est terminus formalis generationis: vel ergo reciperet se, vel vt terminus formalis reciperetur in alia materia, & sic patet manifestè impossibile ipsam essentiam posse haberi in filio isto duplici modo, scilicet vt quasi materia, & vt terminus formalis. Immo videretur sequi, quòd filius bis haberet essentiam, & per consequens, quòd sit bis Deus: quia habere essentiam est esse Deum, & quòd habeat prius eã naturaliter, quàm habeat eã, si ratio quasi materia præcedit aliquo modo rationem formalem termini generationis: & sic patet ista ratio.

Nota & bene.

¶Ibi. Item secundo, essentiæ, vt de ea generatur filius &c. Ista ratio intelligitur sic: essentia absolutè sumpta est quasi principium materiale respectu notitiæ genitę, idest aut essentia absolutè est subiectum, in quo quasi recipitur ipsa notitia genita, & hoc est principiare materialiter, vel quasi materialiter esse subiectum termini formalis: ex quo subiecto, & termino resultat constitutum, tanquam ex principijs intrinsecis: ergo filius ita erit de substantia filij, vel spiritussancti, sicut dicitur de substantia patris: quia vt sic est trium personarum, aut vt est principium quasi materiale habet esse, vt in patre, idest aut ipsam sic esse quasi materiam in generatione filij tantum sibi conuenit, vt est in patre: ergo vt in patre quasi reciperet notitiam genitam, & sic formaliter esset notitia genita, & sic pater esset formaliter notitia genita, cum illa sit in essentia, vt essentia est patris, sicut Franc. est formaliter intelligens, quia intellectio recipitur in intellectu formaliter, vt intellectus est formaliter in Fran. Et quòd sequatur hoc de patre: patet quia cum in intellectu eius, quod est esse de quo aliquid producitur includatur hoc, quod est esse illud, in quo forma inducitur, idest in illo ente, cui cõuenit esse illud, vt de quo aliquid producitur, idest cui conuenit esse principium materiale ipsius producti includitur in intellectu eius, idest quòd includitur quiditatiuè hoc, quod est esse illud, in quo forma inducitur, idest tale ens, quod est receptiuũ formæ. Et tota sententia est. Illud, quod est materia, vel quasi materia in generatione quiditatiuè includit ipsum esse receptiuum formæ, quæ est terminus formalis generationis: & includit etiã in intellectu suo, idest quiditatiuè includit, quòd si est receptiuũ formæ, quòd habeat illam in se formaliter: & hoc est, quod dicit. Et in intellectu eius, quod est esse in quo includatur habere illud, quod est in eo. Et sententia totius litteræ est. Principium materiale, vt huiusmodi includit in suo conceptu quiditatiuo esse receptiuum termini formalis, & habere illum terminũ in se formaliter. Si ergo essentia, vt in patre existens formaliter, & sub illa ratione, qua est in patre formaliter, sit quasi materia filij, siue notitiæ genitæ: ergo notitia illa erit formaliter in essentia, vt in subiecto; & sic erit formaliter in patre mediante essentia,

Intellectio in intellectu formaliter recipitur.

Sententia litteræ.

Obiectio. tia. Aut essentia, vt est quasi materia erit alterius personæ, quam patris: ergo erũt duæ personæ ante productionem filij. Cætera patent. Si dicatur, ꝙ non sequitur, quòd si materia sit de quo aliquid producitur, quòd illud productum recipiatur in materia: patet quia compositum primo, idest adæquatè producitur 7. meta. & tamen non est subiectiuè in Materia.

Solutio. ¶ Dico, quòd sic debet intelligi, quòd si materia sit, vt de quo aliquid producitur, vt terminus formalis, quòd sit receptiua illius: non autem de termino totali, & adæquato, nec possit esse talis terminus totalis. puta humanitas, nisi terminus formalis, puta anima primo recipiatur in corpore, vt in materia. Et si essentia diuina esset quasi materia filij: esset receptiua non filij, sed ipsius filiationis, vt termini formalis, secundum Hen. Sed quia in eodem instanti, quo filiatio est formaliter in essentia diuina, vt in quasi materia resultat persona filij ex essentia, & filiatione cõstituta, & quia essentia est sic quasi materia, vt est in patre: sequitur, quòd filius sit formaliter in patre, & sic intellige sequentem litteram vsque ibi. Si autem essentia, vt in alia substitutione à patre est, da qua generatur filius &c.

¶ Ibi. Si autem dicas, vt est de qua &c. Hæc littera sic debet intelligi. Materia, vt de qua generatur suppositum, siue genitum non habet esse in aliquo supposito: quia voluntisti, quòd materia in se nullã entitatem dicat realem: sed quòd tantum sit ens in potentia sola, idest ens tantum possibile. ideo Sco. arguit contra: quia ex quo ipsa est principium intrinsecum dans esse realiter producto naturali: quòd nisi esset verum ens: non principaliter realiter, & intrinsecè: quomodo enim illud, quod in se nihil est potest constituere intrinsecè aliquod ens in esse reali? Et quia dicit, quòd materia non est alicuius suppositi, vt est id de quo genitum generatur: etiam accipiendo materiam habere verum esse in se ad mentem Sco. in 2. d. 12. verum est, quòd non est alicuius suppositi.

Quomodo materia det esse realiter producto naturali.

Obiectio fonte pulchra. ¶ Si dicatur. de materia ligni generatur ignis: & tamen ipsa est actu suppositi ligni.

¶ Dico, quòd non: quia materiam esse, vt de quo ignis generatur est ipsam esse receptiuam formæ substantialis ignis, vt sic recipit non est sub forma ligni: immo in eodem instãti, in quo introducitur forma ignis expellitur forma ligni. Hoc ad mentem Scoti. Et hoc, quod dixi non est argumentum contra Sco. sed tantum accipiendo ipsam materiam primo modo, idest vt nullum simpliciter esse habet.

¶ Ibi. Si dicatur aliter, quòd inquantum est patris, &c. Argumentum factum supra in textu. Idem secundo concludit contra istam responsionem: quia si essentia est patris, vt de quo generatur filius: statim ipsa, vt in patre includit in intellectu, quòd sit receptiua notitiæ genitæ, & ĩcludit, vt habeat ipsam, vt in patre: ergo falsum est dicere, quòd vt actu quasi informatur notitia genita sit filij: & hoc est, quod dicit.

¶ Ibi. Similiter tunc communicatio essentiæ &c. Hic Doct. supponit, quod ab omnibus conceditur, scilicet quòd quicquid communicatur personæ diuinæ productæ communicatur per productionem, filio per generationem, & spiritui sancto per spirationem. Hoc idem est in generatione creaturæ. Si ergo essentia est quasi materia filij: sequitur quòd saltem per considerationem nostram prius habeat esse in filio, quàm per productionem: patet quia sicut materia est prior forma, ita prius occurrit ad esse compositi.

Obiectio. ¶ Si dicatur non esse inconueniens aliquid prius communicari producto ante productionẽ: & hoc secundum considerationem nostram: quia in creatura præintelligitur materia cõmunicari, quàm habeatur forma per productionem.

Solutio. ¶ Dico, quòd non est simile: quia materia non communicatur per aliquid agens, cum præsupponitur omni actioni: sed tantum forma communicatur materiæ. essentia verò diuina, cum sit eadem in tribus non potest haberi in filio, nisi per communicationem, & cum ipsa per considerationem præintelligatur in filio ipso termino formali, qui tantum habetur per generationem: sequitur quòd essentia non erit in filio per generationem: quod est contra August.

Materia est ingenerabilis terminatiuè, generabilis verò subiectiuè. ¶ Ibi. Similiter licèt aliquid, quod non est, &c. Dicit Docto. quòd materia ligni, quod actu non est suppositi, puta ignis, potest fieri per generationem suppositi ignis, non per generationem ipsius materiæ, cum sit ingenerabilis terminatiuè, sed per generationem formæ ignis in illa materia. nam in eodem instanti, quo forma ignis recipitur p generationem in materia ligni, ipsa materia desinit esse suppositi ligni, & fit suppositi ignis, sed quòd eadem materia, quæ actu est suppositi ligni, existens suppositi ligni fiat suppositi ignis ẽ impossibile: nisi ipsa producatur in illo, & si producitur in illo non erit in illa materia: quia materia præexigitur formæ producendæ. Cum ergo essentia sit actu suppositi patris: & eadem etiam actu existens suppositi patris sit etiam suppositi filij: ergo erit per productionem ipsius in filio: & vt sic non habet rationem materiæ, vel quasi materiæ.

Obiectio. ¶ Si dicatur, quòd ipsa vt est suppositi patris sit suppositi filij, & non per productionem ipsius in filio, sed per productionem notitiæ genitæ in ipsa, sicut dixi de materia ligni respectu formæ ignis.

Solutio. ¶ Contra: quia si sic. sequitur argumentum factũ supra in textu. Item secundò essentiæ &c. quòd vt est suppositi patris recipit notitiam genitam: & sic pater erit formaliter sapiens notitia genita.

¶ Ibi. Præterea Tertio, quando ad productionem effectus &c. Nota, quòd actiuum, puta ignis, qui producit compositum naturale ex materia, puta ligni, & forma ignis, prius habet respectum realem ad illam materiam, quàm ad productum totale, & adæquatum. nam prius mouet materiam ad formã partis, scilicet ad formam ignis, qui est terminus totalis causando illam in tali materia. & hic est duplex relatio: prima est producentis ad terminum formaliter productum. secunda est mouentis ad materiam motam inquantum recipit illum terminum: & hoc habet ex seipso. & habito isto respectu est etiam respectus ignis producentis ad totum productum: & in isto secundo materia ipsa concausat, vt causa materialis. Si ergo pater in generatione filij respiceret essentiam diuinam, quasi materiam prius haberet respectum, & relationem ad illam: vt quasi mouentis ipsam ad receptionem notitiç genitæ, siuè proprietatis: & post vel simul haberet aliam relationem ad filium productum. ergo ante relationem realem patris ad filium esset alia prior realis, quç esset ad essentiam, vt quasi materiam: vel si esset tantũ rationis: vtrunque est falsum. Primum patet ab omnibus: quia omnes negant patrem habere aliam relationem realem, quam ad filium, & spiritum sanctum. Secundum similiter patet, quia cum relatio patris ad filium sit verum ens reale non præexigit necessariò aliquid, quod est præcisè ens rationis: vt patet intelligenti. & nota bene hanc rationem. Sequentia clara sunt.

Duplex relatio.

Gre d 5 q. 2 primi. GREG. DE ARI. circa hanc materiam ponit, quòd nullus terminus formalis generationis diuinę, qui sit alius à termino totali. Et probat sic primo.

mo. Vbi est terminus formalis alius à termino per se ibi est formalis pars per se termini, & in illo inclusus Sed in simplicissimo nulla est pars.ergo.

¶ Secundo, quia vt videtur si res aliqua simplex causatur à Deo: non assignatur terminus formalis distinctus à termino per se creationis, siue ab eo, qui creatur.

¶ Confirmatur: quia illud est formalis terminus, quo actu productum est tale. Ista autem, quòd nullum simplex est aliquo tale, sed seipso. Iam enim non esset simplex.

¶ Et si dicatur, quòd filius essentia, & diuinitate est Deus: & filiatione, aut proprietate filius.

¶ Respondet Greg. quòd ex hoc non habetur, quòd aliquo alio à se sit Deus, aut filius, vel persona: cum ipse sit sua diuinitas: & omne quod est in eo: & sic in eo non distinguitur, quo est, & quod est: & ideo seipso, & per seipsum est, & Deus est.

¶ Et si dicatur secundo, quòd generatio filij non erit vniuoca: cum per se terminus non sit eiusdem rationis cum producente: cum persona filij sit alterius rationis à persona patris, nec alius terminus ibi formalis datur.

¶ Respondet, ad hoc, quòd sit vniuoca, scilicet sufficit, quòd producens, & productum sint eiusdem naturæ secundum speciem. modo pater, & filius nõ tantum sunt vnius naturæ secundum speciem: sed etiam secundum numerum: & ideo maximè vniuoca est generatio ista.

Opinio Sco. RESPONDEO præmittendo aliqua. Primum: quòd cũ summa simplicitate stat aliquorum distinctio formalis: licet nullo modo realis: vt supra patuit. d. 2. parte 2. q. 1. vbi ostensum est, quòd cum simplicitate diuina stat non identitas formalis essentiæ, & proprietatis. Similiter probat Doc. infra distin. 8. quæst. 3. quòd cum summa simplicitate Dei stat formalis distinctio attributorum abinuicem, & ab essentia diuina. Nulla enim potest esse cõpositio, nec quasi compositio inter aliqua duo, quorum vnum transit in perfectissimam identitatem realem alterius propter infinitatem, & simplicitatem alterius extremi, vt infra ostendetur præsenti. q & d. 16. Secundo præmitto, quòd persona filij est verè constituta ex essentia, & proprietate tanquam ex aliquibus de necessitate formaliter distinctis. vt patebit infra d. 8 q. 3. Et sic in filio distinctus est dupliciter terminus generationis. vnus est totalis: & est ipse filius cõstitutus ex essentia, & filiatione, & alius dicitur formalis, & non potest esse, nisi ipsa essentia: vt ostẽsum est supra præsenti. q. exponendo sensum Doc. Tertio præmitto, quòd proprietas filij potest comparari ad essentiam: vel sicut actus perficiens, vel inhærens, siue informans, vel sicut actus hypostaticus, quo persona subsistit in natura diuina. Primo modo facit cõpositionem aliqualem. Secundo modo nullam compositionem facit, nec quasi compositionem, vt infra patebit præsenti. q. & 26. d. huius. Quarto præmitto, quòd quando productum distinguitur à producente, & conuenit quiditatiue cum producente: in eo est assignare aliquid, quo verè distinguitur: & aliquid, quo verè conuenit. sicut in creaturis Frãciscus distinguitur à Ioanne, & quiditatiuè conuenit cum Ioanne in humanitate: tunc humanitas in Francisco est ratio conuenientiæ quiditatiuè cum Ioanne: & hæcheitas Francisci est ratio distinguendi ipsum à Ioanne: & ideo in Francisco producto (posito etiã, quòd natura humana sit forma simplex) est terminus totalis generationis, qui est ipse Franciscus, includens humanitatem, & hæcheitatem: & est terminus formalis generationis, qui est natura humana, quæ vniuocè conuenit cum producente.

In diuinis non est compositio, sed constitutio.

Sol rationũ Gre.

¶ His præmissis respondeo ad rationes Greg. Ad primam, cum dicit. Vbi est terminus formalis alius à per se termino, ibi formalis est pars per se termini, & in illo inclusus. Dico, quòd hoc verum est primo in composito reali. secundo etiam in re non cõposita ex materia, & forma: sed ex natura, & hæcheitate tanquam ex determinabili, & determinatiuo: tunc terminus formalis est pars termini per se, siue termini totalis, & adæquati: cum ibi sit perfectiuũ, & perfectibile. Vbi verò constituentia sic se habent, quòd vnum non est actus alterius, vt perficiens, vel informans: nec econtra, sed actus transiens in perfectam identitatem alterius extremi: tunc non est ibi, nec pars, nec quasi pars: & sic cum essentia diuina, & proprietas filij verè constituant personam filij: essentia diuina, quæ est terminus formalis non erit pars, nec quasi pars filij constituti, & tamen cum tali constituto stat summa simplicitas: quia cum formali distinctione aliquorum stat perfectissima realis identitas, & summa simplicitas. vt patuit in primo suppositio.

Essentia diuina quæ est terminus formalis non erit pars.

¶ Ad secundam dico, quòd si creetur aliqua res simplex, idest non composita ex materia, & forma: adhuc in illa est assignare terminum formalem creationis, & terminum totalem. vt quando angelus creatur, dico, quòd terminus totalis creationis est hic angelus, vt includit quiditatem, & hæcheitatem, siue rationem formalem subsistendi: & terminus formalis erit entitas quiditatiua ipsius angeli: qua quiditatiuè conuenit cum alijs. Et vltra dico, quòd in tali re creata terminus formalis creationis est pars ipsius creati: eo modo, quo dictum est de constituto ex natura determinabili, & hæcheitate determinatiua.

¶ Ad confirmationem illam: cum dicit, quòd illud est formalis terminus, quo actu productum est tale. Concedo: & sic essentia diuina est id, quo filius est Deus; vel perfectissimum ens. Et cum dicit, quòd omne simplex se ipso est tale, & non aliquo alio, aliter nõ esset simplex. Dico, quòd esse tale aliquo alio põt dupliciter intelligi. Primo vt sit tale aliquo alio, vt parte, vel quasi parte. Secundo, vt sit tale aliquo alio, non sicut parte, vel quasi parte. sed sicut aliquo includente ipsum constitutum in perfecta identitate reali. primo modo non potest dici simplex: sed bene secundo modo: & sic est in proposito.

Esse tale aliquo alio potest dupliciter intelligi.

¶ Ad aliud quod dicit: quòd licet filius sit Deus essentia, & diuinitate: & sit filius filiatione, non tamen sequitur, quòd aliquo alio à se sit Deus &c. Dico primo, quòd si filius dicat aliquam entitatẽ præter essentiam, & proprietatem licet non realiter distinctam: patet quòd seipso non erit Deus, sed deitate erit Deus, & filiatione erit filius, & non seipso: quia ipsa sunt aliquo modo alia ab entitate filij.

¶ Secundo dico, quòd si filius non dicat aliam entitatem à deitate, & filiatione: adhuc hoc totum, vt vnitum potest dici Deus aliquo alio, & non seipso: patet quia ex quo filius dicit deitatem, & filiationẽ: si hoc modo filius seipso esset Deus (cum vt sic dicat filiationem, & deitatem) tunc sequeretur, quòd filiatione esset filius: & similiter si seipso esset filius, vt ly filius includit deitatem, & filiationem: tunc filius esset deitate filius. Ad aliud, quod dicit de vniuocatione generationis filij. Hæc responsio est pro me: quia si filius conuenit cum patre etiam in idem numero: aut hoc est ratione naturæ diuinæ, aut hoc est ratione proprietatis? non secundo: tum quia per proprietatem distinguitur realiter à patre. tum quia proprietas filij est primo diuersa à proprietate patris, vt infra patebit d. 13. & 26. Si ratione naturæ, tunc habeo propositum: quia illud est terminus formalis generationis filij, quo filius vniuocè, & quiditatiuè conuenit cum patre. Et sic patet responsio ad argumenta Greg.

ALIVS

Ocham in 3. dis. 5. q. 2. contra Scot.

ALIVS etiam Doc. satis subtiliter arguit contra Sco, probando, quòd essentia diuina non sit terminus formalis generationis filij. Et primo arguit sic. Sicut de ratione termini totalis alicuius generationis est non habere esse totale, nisi per productionem; ita de ratione termini formalis est non habere esse formale: nisi per productionem. Sed essentia nō habet esse formale per generationem: quia essentia secundum totum suum esse est in patre.

¶ Secundo arguit sic. Non idem est elicitiuum alicuius productionis, & terminus formalis eiusdem: quia idem non est prius, & posterius seipso: sed secundum istos principium elicitiuum est prius origine: terminus autem formalis est posterius origine: sed essentia secundum istos est principium elicitiuum gñationis. ergo non est terminus formalis eiusdem.

¶ Confirmatur: quia secundum istos vna persona tantum vno modo habendi habet essentiam. Si ergo filius habeat essentiam, vt terminum formalem generationis: ergo non habet eam, vt principium elicitiuum: cuius oppositum dicit.

¶ Si dicatur, quòd filius non habet essentiam, vt principium elicitiuum, sed pater. hoc non sufficit: quia saltem filius haberet essentiam, vt principium elicitiuum productionis spiritus sancti, & ita duobus modis habendi: & hoc argumentum est tantum contra hominem.

¶ Tertio principaliter arguit. Si essentia sit terminus formalis generationis, aut hoc est, quia simpliciter habet esse per productionem? aut quia habet esse in producto per productionem? Nō primo: quia essentia, cum sit in patre non habet esse simpliciter per quamcunque productionem. Non secundo: quia si anima intellectiua esset primo creata: & postea crearetur materia sub anima intellectiua: non diceretur, quòd anima intellectiua esset terminus formalis illius productionis: & tamen caperet esse in hoc per illam productionem. Et ex his patet: q non est idem communicari, & esse terminum formalem alicuius productionis, quia illa anima intellectiua esset communicata materiæ: & tamen non esset terminus formalis productionis. Ideo dico aliter, quòd aliud est communicari per productionem aliquam: & aliud est esse terminum formalem illius productionis: patet, quia spiratio actiua communicatur filio per generationem: & tamen spiratio actiua non est terminus formalis istius productionis. Dico ergo, quòd terminus formalis productionis est illud, quod capit esse simpliciter per illam productionem. Vnde quando terminus formalis, & terminus totalis distinguuntur: terminus formalis est aliquid ipsius termini totalis capiens simpliciter esse per illam productionem, & per hoc, q termi nus formalis capit simpliciter esse per illam productionem: terminus totalis capit esse simpliciter per ipsam productionem. Et ex isto sequitur, quòd non dicitur aliquid terminus formalis: quia est forma. Nam si Deus crearet ipsam materiam per se existentem, ista materia esset terminus formalis: & tamen non esset forma. Et sic in proposito dico, quòd essentia non est terminus formalis generationis, nec similiter relatio, sed ipsa persona potest dici terminus formalis: non tamen distinguendo terminum formalem contra terminum totalem. hæc Ocham.

Positio Ochā. ppria.

RESPONDEO ad primum. Concedo, quòd sicut terminus totalis est ille, qui accipit esse per productionem: sic terminus formalis est ille, qui accipit esse per eandem productionem. Cum dicitur, quod essentia diuina per productionem in filio non capit esse in filio. Dico, quòd accipere esse contingit dupliciter. Vno modo in se, & absolute: ita quòd in aliquo instanti originis intelligatur non habere esse; & in alio instanti originis intelligatur habere verum esse. Alio modo quòd intelligatur habere esse alio modo, quo prius non habuit: puta esse communicatum: ita quòd in aliquo priori instanti originis dicatur non habere esse in filio: & in secundo instanti originis dicatur habere esse in filio: vt constitutiua, & vt dans esse filio essentialiter, & quiditatiuè. Primo modo non potest dici terminus formalis generationis: cum esse reale essentiæ diuinæ sit simpliciter primum in diuinis: immo, vt sic intelligitur, vt prior omni proprietate, & omni attributo: vt patet à doc. infra d. 8. q. 3. & diffusè in quoli. q. 1. Secundo modo dicitur terminus formalis generationis filij: quia ipsa essentia per talem generationem habetur in filio, per quam essentiam filius est quiditatiuè Deus, & idem essentialiter cum patre.

Accipere esse contingit dupliciter.

¶ Ad secundum dico, quòd idem esse prius, & posterius seipso potest dupliciter intelligi. Primo quantum ad idem esse reale, vt quòd a. realiter sit prius, & posterius seipso, & hoc est impossibile. Secundo quantum ad alium, & alium modum. Et sic etiam est impossibile, quòd respectu vnius, & eiusdem modi dicatur prius, & posterius seipso: vt verò comparatur ad alium, & alium modum: secundum vnum modum potest dici prius: & secundum alium potest dici posterius. Et sic in proposito essentia diuina, vt est principium elicitiuum in patre, est prior se ipsa, vt est per productionem communicata filio: & hoc est necessarium dicere: quia ex quo ipsa ponitur principium formale productiuum, quo pater producit filium. vt infra patebit. d. 7. & ipsa eadem ponitur communicari filio per talem productionem: sequitur, quòd vt in patre est principium elicitiuum, sit prior seipsa, vt in filio ipsi filio per productionē communicata.

Idem potest esse seipso prius & posterius.

¶ Ad confirmationem dico, q filius non habet essentiam diuinam, vt principium formale elicitiuum, vt infra patebit, dist. 7. Et quod dicit, quòd saltem habet eam, vt principium elicitiuū spirationis. Dico quòd verum est. Et cum dicit, quòd duobus modis habendi habet eam; quia vt terminum formalem productionis, & vt principium elicitiuum spirationis. Dico, quòd non tantum his duobus modis: sed etiam vt pluribus alijs modis: quia eadem, vt in filio est principium operatiuum intellectionis, & principium operatiuum volitionis, & huiusmodi. Sed hoc nihil est. Et cum dicit, quòd Sco. habet pro inconuenienti, quòd filius habet essentiam duobus modis. Dico, quòd Scotus sic intelligit, quòd non habetur in filio essentia diuina alio, & alio modo habendi, vt dans esse filio. hoc patet arguendo contra Hen. vbi dicit, quòd si essentia diuina esset quasi materia, & esset terminus formalis generationis: tunc filius duobus modis habendi haberet eam, vt dantem sibi esse essentiale, & sic filius esset bis Deus, vide in præsenti q.

Filius duobus modis habendi habet essentiā diuinam.

¶ Ad tertium dico, quòd essentia diuina per productionem habet tantum esse communicatum in filio. Et sic patet responsio ad omnia sequentia ipsius Ocham

DEINDE respondet Ocham vbi supra ad rationes Doct. & primo illas auctoritates concedit dicens, quòd potest forma dari, siue communicari, siue præstari producto quamuis non sit terminus formalis talis productionis, sicut si Deus crearet materiam sub forma præexistente: illa forma communicaretur tali composito per illam productionem, & tamen non esset terminus formalis talis productionis.

Idem Ochā conatur Sco. rationes soluere.

¶ Dico, quòd hæc responsio (vt patet ex supra dictis) non soluit rationem Sco. quia ex quo essentia diuina vi productionis communicatur filio, vt dans

Ista responsio: nō soluit

esse essentiale filio: sequitur, quod non potest dari, nisi vt terminus formalis productionis.

Obiectio.

¶ Si dicatur, quòd etiam proprietas filij habetur in filio vi generationis, & tamen non erit terminus formalis.

Solutio.

¶ Dico primo, quòd illud voco terminum formalem productionis, quo productum ex vi productionis est simile producenti, siue similitudine formali, siue similitudine virtuali: quæ distinctio patet supra dist. 3. quæst. 8. Et sic per solam entitatem quidditatiuam vltimatè constituentem productum in esse quidditatiuo productum ex vi productionis est simile producenti, & quia filius in diuinis ex vi productionis suæ non est similis producenti per proprietatem hypostaticam: ideo talis proprietas non potest dici terminus formalis.

Terminus formalis est duplex.

¶ Dico secundo, quòd terminus formalis potest capi dupliciter. vno modo pro eo, qui est terminus principalis. alio modo pro termino quodammodo concomitante: & tunc essentia diuina dicitur terminus formalis primus, siue principalis: & attributa dicuntur termini formales concomitantes, siue quodammodo denominatiui: & breuiter omne illud, quod fundatur in essentia diuina potest dici terminus formalis concomitanter tamen: & de hoc infra patebit. Et quod dicit de materia. Dico, quòd posito, quòd anima intellectiua Francisci sit creata in instanti a. & in aliquo tempore sequenti creetur corpus organicum: & post communicetur ipsi corpori ex quo corpore, & anima constituitur Franciscus in esse, adhuc illa anima posset dici terminus formalis respectu compositi: quia per illam habetur vltimatè esse quidditatiuum. Et si ipsa anima eadem productione, qua Franciscus producitur esset communicata Francisco: verè diceretur terminus formalis productionis terminatæ ad Franciscum; vt ad terminum totalem. In proposito autẽ essentia diuina tantum habetur in filio vi eiusdem productionis, qua filius producitur, vt terminus totalis.

Grego. respõdet ad auctoritates

GREG. tamen vbi supra respondet ad has auctoritates: quæ responsio parum differt a responsione data ab Ocham. & dicit, quòd dari per generationem alteri potest intelligi. Primo secundum proprietatẽ locutionis. & sic omne, quod datur per generationem distinguitur ab eo, cui datur: nec est illud, siue detur ei vt subiecto. sicut forma datur materiæ à generante, siue detur ei vt habenti, seu toti; vt anima potest dici dari animali, idest quòd animal per generationem habet animam. Et eodem modo potest dici, quòd materia datur animali, quia à generante habet materiam: & vtroque modo minor est falsa. videlicet, quòd essentia sic detur filio per generationem. Secundo modo potest intelligi dari per generationem filio à patre, ita quòd nascendo est filius a patre, & in huiusmodi sensu maior idem valet, ac si diceretur. Omne quod filius est nascendo a patre, siue per hoc, quòd nascitur a patre est &c. Et patet quòd est falsa: quia filius non solum habet nascendo, vt sit essentia: sed etiam, vt sit filius, & persona: non enim est intelligendum, quòd filio detur essentia, vt sit aliquid, quòd sit in eo, vt in subiecto: vel vt pars eius intrinseca, sed vt aliquod, quod ipse est: & sic non est aliter intelligendum filium habere essentiam, quàm ipsum esse essentiam.

Confutatio responsionis Greg.

¶ Dico, quòd concedendo essentiam dari filio per generationem, sic filium esse essentiam, siue identicè, vel formaliter non curo: non tamen ex hoc saluat quin sit terminus formalis generationis. Ex quo enim essentia est id, quo filius ex vi productionis suæ est similis, siue idem producenti sequitur, quòd ipsa erit terminus formalis generationis.

¶ Ad secundum argumentum Docto, respondet Ocham, quòd argumentum Doc. procedit, ac si poneretur, quòd relatio esset terminus formalis: sed non ponitur ipsa relatio terminus formalis, sed tantum ipsa persona constituta ex essentia, & relatione.

Ocham respõdet ad secundum Doc.

¶ Dico, quòd hæc responsio non soluit rationem Doct. ratio enim procedit ex vno supposito, scilicet quòd in productione filij detur aliquis terminus formalis: quia ipse filius est terminus totalis generationis, quod suppositum supra probatum est. Et ideo Doc. addit, loquendo de termino formali distincto contra terminum totalem: aut essentia est terminus formalis: & habetur propositum, aut relatio: non enim alius potest haberi: si relatio. Contra: quia perfectius, quod habetur vi productionis est terminus formalis: quia voco terminum formalẽ illud, quod ex vi productionis habetur, vt vltimum constitutiuum in esse essentiali, & quidditatiuo. si ergo relatio esset terminus formalis generationis: ex vi talis generationis non posset haberi essentia diuina, vt supra patuit.

Improbatio ipsius responsionis.

¶ Ad tertium respondet Ocham dicens, quòd talis vniuocatio (qualis est in generatione diuina) stat cum hoc quòd essentia nõ sit terminus formalis: quia ad illam vniuocationem, quæ est ibi sufficit, quòd generans, & generatum sint vna substantia: & quòd illa substantia non differat, nec à generante, nec a generato.

Ad tertium respõdet idẽ Ocham.

¶ Dico, quòd ista responsio non soluit rationem Doc. vt patet ex supra expositis: quia sustinendo, quòd filius ex vi productionis suæ dicatur vniuocè generari, siue esse simile producenti ex vi generationis, quod idem est: oportet assignare aliquid in filio, quod habeatur vi generationis illius, per quod filius sit similis quidditatiuè patri illud non potest esse proprietas vt patet: nec etiam filius, vt filius. ergo erit essentia. Si ergo per essentiam dicitur formaliter similis patri ex vi productionis suæ: sequitur, quòd essentia erit terminus formalis generationis, sicut etiam patet in creaturis, vbi compositum est simile producenti ratione termini formalis habiti virtute illius productionis. Et ex his (quæ dixi) patent illa, quæ dicit Ocham.

Responsio Ocham improbatur.

ITA tenendo cum doctoribus antiquis. Hic Doctor intendit declarare qualiter ista propositio sit vera. filius generatur de substantia patris. Et primo declarat quid sit generatio, vt mutatio, & generatio, vt productio tantum & hæc littera clara est. Et hoc idẽ supra expositum est: dist 2. parte 2. quæst. 5. & sic patet: quomodo filius non generatur de substantia patris, vt de materia, vel vt de quasi materia: quia quod sic generatur habet materiam: quæ est subiectum mutationis, vel quasi mutationis.

Dicit Scot. quod Antiqui Doctores nunquã ausi sunt in diuinis nominare materiam, nec quasi materiã. & Henric⁹ fuit ausus nominare materiã, vel quasi materiã in Diuinis. Dionysius Cartusian⁹ in præsenti distinctione dicit contra Scotum hoc non esse verũ quia D. Thomas Guilelmus Parisiensis fuerũt Antiqui Doctores tamẽ nominauerunt materiam, vel

¶ Ibi. Secundo dico, quòd negata omni materialitate, & quasi materialitate ista est simpliciter vera. filius generatur de substantia patris. vbi per ly de: non tantum notatur efficientia, vel origo: quia tunc creaturæ essent de substantia Dei: quia effectiuè, siue originatiuè sunt immediatè à Deo: nec per ly de: tantum notatur consubstantialitas: quia tunc pater esset de substantia filij: quia sicut pater est consubstantialis filio, ita filius est consubstantialis patri: sed notatur simul origo, & consubstantialitas, vt scilicet in casuali huius præpositionis de: denotatur consubstantialitas cum dicitur de substantia: sic quòd filius habet eandem substantiam cum patre: & per illud, quod construitur in genitiuo cum isto casuali: notatur principiũ originans. hoc casuale intelligitur per ly patris: casuale præpositionis de: est substantia, cũ dicitur de substantia. Et sensus huius præpositionis. filius est de substantia patris, est iste. filius est originatus à patre, vt consubstantialis ei. Et sic patet ista. Ibi.

¶ Ibi.

quasi materiam in dictum. Sed in hoc defecit Durandus & antiqui Doctores ni intelligat Scotus istos veteres, scilicet D. Thomam D. Bonauenturam & alios, sed intelligit D. Augustinum, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, & alios antiquos patres.

¶ Ibi. Ad intellectum huius affirmatiuæ, qua dicitur, filius est de substantia patris. Dico, quòd intellectus iste saluat, q̃ filius non sit de nihilo: verè etiam saluat, q̃ filius erit de substantia patris, sicut requiritur ad filiationem. Ex declaratio tam primi, quàm secundi sic est clara in littera per exempla ibi posita: quòd non oportet eam aliter exponere.

TERTIO principaliter ad solutionem difficultatum huius q. videndum est: quomodo relatio, & essentia possunt esse in eadem persona: quin essentia sit materiale respectu relationis: cum nullo modo relatio sit materiale respectu eius &c. Hic Docto. intendit ad maiorem dilucidationem (scilicet quomodo relatio est in essentia, & tamẽ essentia non sit quasi materia, nec denominet eam, & tamen distinguat vnam personam ab alia) declarare quatuor difficultates.

¶ Prima qualiter persona diuina erit vna, nisi proprietas sit actus, & essentia potentia. Hoc declarat per exemplum præmittendo aliqua. Primo, q̃ quiditas creata est quo aliquid est ens quiditatiuè: & hoc non est imperfectionis: & sic dicimus, quòd homo humanitate est tale ens quiditatiuè. nõ sic intelligendo, q̃ humanitas sit aliqua entitas verè constitutiua ipsius hominis: cum homo, & humanitas in re sint penitus idem: sed quia esse totale alicuius habentis esse non potest perfectius explicari, quàm per abstractum illius, & sic dicimus, quòd homo humanitate quiditatiuè est homo: non enim partes constituentes ita perfectè explicant totum esse hominis: & perfectius explicatur homo quiditatiuè per humanitatẽ quàm per animam, & corpus: cum humanitas dicat absolutè entitatem absolutam realem, & realiter distinctam a partibus tam seorsum, quàm simul sumptis, vt patet a Doct. in 3. d. 2. & ibi hanc materiam prolixe exposui.

¶ Secundo ipsa quiditas, puta humanitas: quia est imperfectè actualitatis: ideo diuisibilis est per illud, quod contrahit ipsam ad indiuiduum: puta per proprietatem indiuidualem. Et quomodo dicatur diuisibilis. vide expositionem, quam feci in 2. d. 2. ibi. An detur natura habens minorem vnitatem vnitate numerali. Et dicit Doc. quòd tale contrahens naturam ad esse fortis dicitur actus formalis respectu naturæ, & natura est aliquo modo potentiale respectu eius.

¶ Tertiò, humanitas in forte est aliquis actus, scilicet essentialis, & quiditatiuus: & præcisè accipiendo humanitatem. & 2. scilicet proprietatẽ puta hæcheitatem, distinguendo contra se: humanitas est perfectior actus, quàm ipsa hæcheitas: cum humanitas sit actus quiditatiuus, & essentialis. hæcheitas tamen est actus magis proprius: quia determinans naturam ad esse hoc. modo applicando hæc tria ad diuina reliquatur quod est imperfectionis.

¶ Quo ad primum, Deitas de se est, qua Deus est Deus, supple adæquatè: quia adæquatum quod, vel quis ipsius deitatis est Deus, vt præscindit ab omni ratione suppositali: vt supra patuit. d. 4. q. 2. Et similiter ipsa deitas est, qua persona (cuius proprium est a. scilicet cuius personæ actus suppositalis est ꝓprius) est formaliter Deus: quia pater deitate est Deus.

Quo ad secundum est dissimile: quia deitas ipsa per proprietatem personalem non determinatur, nec contrahitur, nec aliquo modo actuatur: quia ipsa est in vltima actualitate, etiam vt præcedit quamcunque proprietatem, vt supra patuit distin. 2. quæstio. 1. partis 1. Si enim sic posset contrahi hoc esset imperfectionis.

Obiectio. ¶ Si dicatur. Nonne essentia sit propria patri per
Solutio. proprietatem hypostaticam? Dico, quòd non: quia tunc eadem non esset in filio. Potest tamen dici propria patri quanquam ad aliquam conditionem: puta inquantum est in patre est ratio formalis producendi, & non vt est in filio. Sed hoc sibi accidit: quia si esset in filio, & præintelligeretur non habere productum sibi adæquatum: esset ratio formalis producendi ipsi filio.

¶ Dicit ergo Doc. quòd quo ad secundum est dissimile: quia deitas ipsa per proprietatem personalem non determinatur, nec contrahitur, nec aliquo modo actuatur: quia hoc est imperfectionis. Sed deitas de se est hæc, idest quòd ex sua ratione formali est hæc: non enim est imaginandum, quòd deitas, vt deitas sit aliquo modo prior sua singularitate, sicut est de humanitate, quæ ex sua ratione formali præintelligitur sua hæcheitate. deitas enim ex se, & intrinsecè est singularissima. Et sicut supra ostensum est. dist. 2. q. 2. partis 1. quòd existentia est de essentia deitatis, & existentia non potest competere, nisi naturæ singulari, & sic videtur sequi, quòd si existentia est de essentia deitatis singularitas erit intimior existentia. Et sic patet quomodo deitas est de se hæc Et sicut habet vltimam vnitatem de se: ita, & vltimam actualitatem. vltima vnitas naturæ diuinæ est tantũ singularitas: sicut 5. met. distinguitur vnum in vnum numero, specie, genere, proportione.

Nota de existentia, & singularitate.

¶ Si dicatur, quòd vnitas incommunicabilis est vltima: vt patet in creaturis: quia vnum singulare non videtur habere vltimam vnitatem; quia adhuc est communicabile alteri, vt patet de albedine singulari, & de natura singulari assumpta a verbo. Sed vnitas suppositalis sibi adueniens est vltima vnitas naturæ: quia tali vnitate natura magis determinatur; quia vt sic fit simpliciter incommunicabilis quocunque modo.

Alia obiectio.

¶ Dico, quòd non est simile; quia natura diuina singularissima non potest constitui per quodcunque sibi adueniens in esse incommunicabili: quia tunc, vt adueniret sibi proprietas personalis patris non posset communicari filio.

Responsio.

¶ Ibi. Quo ad tertium est aliquo modo simile: quia relatio, & si sit proprius actus personæ, & essentia non sit proprius actus personæ, sed aliquis communis actus: tamen essentia est formaliter actus infinitus. relatio autem non est actus infinitus ex sua ratione formali: vt subtiliter probat Doct. 5. q. quoli. licet posset esse infinita per identitatem: non tamen formaliter: quia per impossibile circunscripta deitate, manente tota ratione formali relationis, ipsa relatio non erit infinita, vt patet.

¶ Si quæratur. Si relatio non est formaliter infinita. ergo erit formaliter finita.

¶ Dico, quòd non sequitur: quia inter infinitum, & finitum datur medium, scilicet non finitum. erit ergo relatio in diuinis non infinita. Et de hoc patebit infra distin. 8. quæst. 3. respondendo ad primum argumentum.

Inter finitũ, & infinitũ datur medium.

¶ Sed quomodo possunt isti duo actus, scilicet essentia, & paternitas concurrere ad constitutionem vnius, puta personæ patris, & neutrum sit actus alterius (actus dico perficiens, vel informans: quia non est dubium, quod paternitas sit actus essentiæ: non tamen perficiens, neque determinans, neque cõtrahens, sed actus personalis non constituens essentiam in esse personali: sed constituens personam in tali esse) de hoc infra patebit. d. 26. quærit ergo hic de actu tantum perficiente.

¶ Respondeo. Vnitas cõpositi necessariò est ex ratione actus ad potentiam, sicut patet ex philosopho. 7. & 8. met. sed persona diuina non est composita, nec quasi composita, sed est simpliciter simplex: & ita verè simplex, sicut est essentia, & non accipitur hic simpliciter simplex pro non resolubili in conce-

prus

ptus priores quiditatiuos: quia certum est, quòd persona resoluitur in essentiam, & in proprietatem. Et vltra conceptus simpliciter simplex, vel totaliter scitur: vel totaliter ignoratur: vt supra expositum est d. 3. q. 2. & hoc non contingit dicere de persona. accipitur ergo hic simpliciter simplex pro perfectissimè & summè simplici. Qualiter autem stat, quod ratio relationis in re non sit formaliter eadem rationi essentiæ: & tamen in eodem concurrentes non constituunt compositum, vel quasi compositum. Dicit Doc. quòd hæc ratio est: quia ista ratio relationis est eadem perfectè illi, scilicet rationi essentiæ. modo perfectio identitatis realis excludit omnem compositionem, & quasi compositionem.

Quõ accipiatur simpliciter simplex.

Primum dubium.

SED circa hoc occurrunt dubia: quia non videtur, quòd talis identitas realis aliquorum, cum qua stat distinctio formalis excludat compositum, vel quasi compositum, vt patet in multis.

¶ Primo: quia hæcheitas, & natura in Francisco sunt idem realiter secundum Sco. in 2. d 3. & tamen Franciscus componitur ex humanitate, & hæcheitate.

Secundum. Secundo: quia color, & differentia, puta disgregare sunt idem realiter respectu albedinis: & tamen diffinitum dicitur quasi compositum.

Tertium. ¶ Similiter secundum Doct. in 2 distin. 1. & in 3. essentia & existentia sunt idem realiter: & tamen pòtest dici homo, quasi compositum ex essentia, & existentia.

Quartum. ¶ Quarto secundum Doc. in 2. d. 1. relatio creaturæ ad Deum est idem realiter cum ipsa: & tamē hoc totum, scilicet relatiuum potest dici quasi compositum ex entitate absoluta creaturæ, & relatione illa?

Quintum. ¶ Quinto d. 3. primi q. 3. forma à qua sumitur differentia, puta rationale ab anima: & realitas illa, à qua sumitur vltima differentia est realiter idem ipsi formæ: & tamen ipsa forma, puta anima, dicit quasi componi ex illa realitate vltima, & entitate, in qua conuenit quiditatiuè. ergo sic in proposito, quamuis essentia diuina, & relatio sint perfectè idem realiter, ex quo tamen distinguuntur ex natura rei, vel formaliter, persona diuina potest quasi componi ex illis.

Respõsio ad omnia. ¶ Responsio ad omnia simul, & postea singillatim, quòd essentię, & relationis est simpliciter maior identitas realis, quàm in aliquo istorum: quia propter suam infinitatem simpliciter, & absolutè, etiam circunscripto omni alio, quod non est idem realiter illi includit perfectissimè illud. & vltra quod est in vltima actualitate, & ex sua ratione formali: ita quòd nihil actualitatis potest sibi aduenire: & etiā omnes relationes sunt ibi in vltima actualitate: & sic patet responsio ad omnia argumenta.

Ad primũ. ¶ Dico tamen ad primum: quòd natura ex se non est in vltima actualitate: quia contrahitur per hæcheitatem.

¶ Secundo dico, quòd non sunt sic idem realiter: cum natura ex se non includat realiter quicquid sibi aduenit. Nam hæc est vera. homo est idem realiter Ioanni, & differt realiter à Franc. quia vt in Ioanne est idem realiter illi: & vt in Franc. differt realiter ab illo.

¶ Tertio: quia identitas realis est propter existentiam propriè. Modo natura, & hæcheitas, vt præcedunt existentiam, propriè non dicuntur realiter idē. sed quia existentia est simpliciter eadem in Franc. respectu naturæ, & hæcheitas: sic natura, & hæcheitas dicuntur realiter eadem. Essentia verò diuina ex se dicit totam existentiam realem, & sui, & omnium existentium ibi. vt patet à Doct. in pluribus locis.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum de albedine, scilicet de colore respectu disgregationis: eodem modo dico, vt dixi ad primum. Et addo, quòd color non est simpliciter idem differentiæ: nisi tantum, quia identificatur in albedine.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dico, quòd existentia, & essentia nõ faciunt compositionem, nec quasi compositionem. Et si etiam sit aliqualis compositio. Dico, quòd essentia suo modo est in potentia ad existentiam, & existentia aduenit essentiæ, non vt accidens, sed vt gradus intrinsecus: & ipsa essentia non est ex se in vltima actualitate: immo, vt sic nullam includit existētiam: sicut essentia diuina, vt huiusmodi, quæ in primo modo includit summam existentiam.

Existentia, & essentia non faciunt cõpositionẽ.

Ad quartũ. ¶ Ad quartum dico: quòd creatura facit aliqualē compositionem cum relatione: & hoc patet per vnā propositionem Doct. in 2. & in quol. scilicet qualis est ordo inter aliqua, si essent realiter distincta: talis [e]t vbi tantum ratione distinguuntur. Si ergo creatura esset realiter distincta à relatione: quæ est ipsius creaturæ ad creatorem: faceret compositionem cū tali relatione, vt patet. talem etiam vbi nunc ratione distinguuntur, vel formaliter. ergo vt sic faciunt aliqualem compositionem: sed hoc non sequitur de essentia, & relatione: quia si per possibile, vel impossibile talis relatio esset distincta realiter (cum sit tantum actus hypostaticus, & nullo modo personalis) nullam compositionem faceret cum essentia diuina: & ideo nec nunc vbi tantum est distinctio ex natura rei, vel formalis. Similiter non posset vlterius actuare essentiam, cum sit penitus in vltima actualitate, vt supra patuit.

¶ Ibi. Secunda difficultas est, quomodo relatio posset esse distinguens personam, & essentiam non distinguens, cum relatio habeat rationem actus: quia actus est distinguere: vt patet septimo meta. t. c. 49.

Relatio est actus personalis, nõ quiditatiuus. ¶ Respondeo. Concedo relationem esse actum personalem, non actum quiditatiuum: quia personaliter distinguit, & non quiditatiuè: essentia autem est actus quiditatiuus, quiditatiuè distinguens non personam à persona, cum sit eadem in tribus: sed distinguens personam quiditatiuè à creatura.

Obiectio. ¶ Et si dicatur, quòd actus distinguens est actus eius, quod non distinguit: & sic actus personalis, qui distinguit, erit actus essentiæ, quæ non distinguitur.

Solutio. Hoc falsum est, vt talis actus comparatur ad essentiam. Sed bene verum est, quòd vt comparatur ad naturam, quæ distinguitur erit actus eius. sicut hæcheitas dicitur actus distinguens humanitatem: quia humanitas est distinguibilis in plura singularia. essentia verò diuina singularissima, & omnino indistincta est simpliciter eadem in tribus personis. dicitur ergo magis actus personæ: quia ipsam distinguit ab alia persona, & nō actus essentiæ diuinæ, cum sit omninò indistinguibilis.

¶ Ibi. Tertia difficultas est: quomodo potest esse relatio: nisi requirat propriam rationem fundamenti: fundamentum enim videtur esse prius relatione, & quasi perfectibile per eam non è conuerso. cum ergo essentia sit fundamentum istarum relationum, videtur esse quasi materia illarum, & per consequēs perfectibilis.

¶ Respondeo, quòd in creaturis ordo generationis, & ordo perfectionis sunt contrarij: vt patet 9. met. tex. c. 15. &c. Sententia huius litteræ est, quòd essentia diuina est simpliciter primũ primitate perfectionis: ita quòd vnum infert aliud, & econtra: & per consequens ex quo essentia est simpliciter prima entitas in diuinis, & primitate originis, & primitate perfectionis, etiam vt prior relatione sequitur, quòd sit simpliciter in vltima actualitate: ita quòd ex sua ratione formali sibi repugnat posse actuari,

Quõ essentia diuina è prima entitas in diuinis.

vel

vel determinari, vel perfici per quodcumque sibi aduenients: & per consequens si ponitur fundamentum relationum non habebit rōnem quasi materiæ, nec quasi potentiæ, nec quasi determinabilis, nec quasi per modum recipientis: sed magis dicetur fundm̄ quasi per modum formæ, in qua istæ relationes natæ sunt subsistere; non quidem per informationem: sed sicut subsistens dr̄ esse in natura: sicut for. dicitur subsistere in humanitate: quia for. humanitate est homo. Quia tn̄ ista littera est aliqualiter obscura ipsam declaro. Cum dicit, q̄ illa, q̄ sunt priora generatione sunt posteriora perfectione. Hoc debet intelligi in eodem ordine, vt exposuit Doc. in 4. in materia de sacramento, & in quol. & sic in ordine formarum substantialiū posterior generatione erit prior perfectione, & ratio est: quia creaturæ procedunt de potentia ad actum, & ideo de imperfecto ad perfectum, vt patet de generatione hominis. Sequitur. Sed cum ide ad simpliciter primum: oportet quòd idem sit simpliciter primum, & origine, & perfectione, etiam secundum philosophum ibidem. hoc patet: quia totus ordo originis reducitur ad aliquid primum perfectionis: sicut ad primum originis totalis. hoc patet: quia omnes causæ secundæ: inter quas etiam est ordo prioris, & posterioris reducuntur ad aliquod primum ens, quod est simpliciter primum primitate originis: & illud erit simpliciter primum primitate perfectionis. Sequitur. In diuinis igitur simul debent intelligi ordo generationis, & ordo perfectionis: & quod est simpliciter primum origine in diuinis: illud est simpliciter primum perfectione. Et non debet intelligi primum origine: quia ab alio originetur; sed hic intelligitur primum origine, cuius esse est simpliciter prius quocumque alio, & quod est sic primum primitate originis: est ēt primū primitate perfectionis. Sequitur Sicut igitur in creaturis, si concurrerent isti duo ordines semper vniformiter, puta in Fran. quod est primum origine in Francisco sit primū perfectione, & econtra: tunc non quærere mus primò materiā, quæ substaret formæ: & secundo formam: sed quæreremus primò formam, quæ nata esset dare actum materiæ, & secundo quæreremus materiam, quæ nata esset recipere esse per illam formam, puta si in Franc. forma substantialis esset prior materia primitate originis, & primitate perfectionis primum simpliciter existens in Francisco primitate originis esset forma, & posterius origine esset materia. Sequitur. Ita in diuinis incipiendo à primo signo naturæ omnino primo occurrit essentia diuina, vt est esse per se, & de se, idest vt est de se, & per se existens, quod non competit alicui naturæ creatæ: quia nulla natura creata habet esse, supple existentiæ prius naturaliter, quàm in supposito: ipsa autem essentia secundū Aug. 7. de tri. est, qua pater est, & qua filius est, supple Deus, vel ens perfectum, licet non sit qua pater est pater: quia paternitate est pater, & deitate est Deus. Sequitur. Ista igitur essentia abstractissimè considerata, vt priori omnibus personalib. conuenit esse per se: & in isto priori occurrit, non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis, cum sit in vltima actualitate, sed vt infinita perfectio potens in secundo signo naturæ communicari alicui, vt quiditas communicatur supposito, tāquam formaliter existenti per eam: & ita pullulant (vt quidam dicunt) relationes ex ea, & personæ in ea & ex ea. Et quomodo dicantur pullulare. Infra declarabit, dist. 28. quæstio. vlt. dicuntur tamen pullulare ex ea ex hoc, quòd est principium simpliciter primum omnis originationis: & personæ dicuntur pullulare in ea ex hoc, quòd dicuntur subsistere in essentia diuina, & ex ea: ex hoc quòd est prima entitas, à qua omnis proprietas hypostatica suo modo dicitur habere esse. Sequitur. Non quasi quædam formæ dantes esse sibi, idest quòd personæ non pullulant ab essentia diuina, vt quædam formæ dantes esse sibi, vel vt quasi quędam supposita, in quibus ipsa essentia diuina recipiat esse, puta existentiæ: cum sit simpliciter ens, scilicet per se existens: sed dicuntur pullulare ab essentia huiusmodi supposita, siue proprietates, vt quibus ipsa essentia dat verum esse existentiæ, vt quo formaliter illa supposita sunt, & quo sunt Deus: & ita relatio pullulans, scilicet relatio originis, cum sit per se subsistens: vel quòd magis videtur ratio per se subsistendi, ipsa supple relatio pullulat non vt forma essentiæ: sed vt nata esse Deus ipsa deitate formaliter: non quòd relatio originis dicatur Deus formaliter, quia hæc est falsa. paternitas est Deus, vt est prædicatio formalis: licet sit vera, vt est prædicatio identica: persona tamen constituta per huiusmodi relationem, erit formaliter Deus. Et sic patet littera.

Quō debeat intelligi autoritas Arist. 10. met. contex. & vnde.

Primū origine quid.

Quō forma sit prior materia.

Quō relationes, & personæ dicantur pullulare ex diuina essentia.

¶ Ibi. Exemplum huius potest accipi in creaturis &c. Docto. in ista littera ponit quatuor exempla: quæ omnia essent ad propositum, si non essent cum mutatione. Et quia primum, & tertium sunt cum mutatione ideo relinquit illa. Tertium tamen est aptius. Primo: quia Scot. intendit probare, quòd eadem essentia diuina, virtute productiua existente in patre, est in filio, & in spiritusancto: & iste tertium exemplum est magis aptum: quia ponit, quòd si materia cordis, virtute actiua ipsius animati, esset sub forma capitis: & sub forma pedis. ista duo tota, scilicet compositum ex forma capitis, & ex illa materia cordis. Et similiter compositum ex forma pedis, & ex illa materia pedis essent verè producta. Secundum autem & quartum sunt ad propositum: quia non est ibi mutatio. Quartum tamen est magis ad propositum: quia ponit ipsam animam existentem in corde virtute productiua ipsius animati posse esse eandem in capite, & in pedibus: ita quòd hoc compositum ex materia capitis: & ex ipsa anima: & similiter compositum ex materia pedis, & ex ipsa anima essent verè producta. Et si caput, & pes essent duo supposita per se subsistentia: & non essent partes alicuius totius. Et vltrà. si ipsa anima non informaret cor, nec materiam capitis, nec pedis, sed esset ipsa natura in qua ista tria dicerentur subsistere, scilicet cor, caput, & pes: exemplum esset omnino ad propositum.

Nam ipsa essentia diuina ex semetipsa, & non per productionem, neque per communicationem sui est in patre: ita quòd pater dicitur subsistere in illa ex semetipsa: & eadem est in filio, & spiritusancto per generationem, & spirationem. ideo secunda, & tertia persona dicuntur productæ, & verè subsistere in essentia diuina: & hoc per productiones. Et vltra. istæ tres personæ non dicuntur partes alicuius totius: sed sunt tria supposita penitus incommunicabilia, nec essentia diuina est in eis, sicut forma informans, nec relationes illę sunt in essentia diuina, sicut actus perficientes: vel formæ informantes, sed sicut subsistentia in natura, in qua verè dicuntur subsistere. Et sic patent ista exempla.

Quō essentia sit in patre.

Personæ nō dr̄ partes.

DVBITATVR IN HOC, quod dicit Docto. scilicet, quòd nulla natura creata habet esse prius naturaliter, quàm in supposito. Tum: quia natura creata est naturaliter prior negatione fundata in illa: patet quia talis negatio præsupponit fundamentum, cuius est: sed suppositum formaliter in creaturis dicit negationem duplicis communicabilitatis, scilicet vt quo, & vt quod, vt supra patuit. distinct. 2. parte 2. q. 1. Siue dicit negationem

Dubium singulare.

duplicis dependentiæ, scilicet actualis, & aptitudinalis: vt patet in 3.d.1.q.1. & in quol.q.19. ergo talis natura habet esse prius naturaliter, quàm sit in supposito. Tum etiam, quia natura est prior natura singularitate. ergo & supposito. antecedens patet per Doct. in 2.d.3.q.1. consequentia patet: quia ratio suppositi præsupponit in creaturis rationem singularis. Sed quicquid est prius priore, est prius posteriore: ergo.

Responsio.

¶ Responsio facilis est: quia Doct. sic intelligit, quòd in quocunque instanti naturæ positiuo, habet natura verum esse existentiæ: & vt sibi derelictam est necessariò in aliquo supposito, vel saltè in aliquo, ad quod necessariò concomitatur ratio suppositi. Si enim natura humana verè existat, tunc existit in proprio singulari: vt patet in 2.d.3.q.1. & in illo instanti naturæ positiuo, in quo intelligitur verè existere, est actu singularis. Si dicatur. ex quo natura est prior singularitate, accipiendo naturam priorem sua existentia: & similiter singularitatem, vt priorem sua existētia: sequitur, quòd ex quo existentia naturæ est prior existētia singularitatis, vt exposui super 2. Doc. q.1.d.3. ergo natura, vt existēs habet verum esse prius naturaliter, quam sit singularis, vel quàm sit in supposito. Dico ergo, quòd Doc. intelligit, quòd natura creata non habet verum esse existentiæ in vltima actualitate, nisi in singulari: quia vt prior singularitate, etiam vt habens verū esse existentiæ, est contrahibilis per hæcceitatem existentem propria existētia. Sed natura diuina, vt prius natura supposito, habet verum esse in vltima actualitate, vt supra patuit. Et etiam natura creata non habet esse vltimum actuale, & incōmunicabile, quod esse nata est habere cū sit diuisibilis, nisi actu habeat negationem duplicis communicabilitatis. natura verò diuina etiam vt in supposito diuino nullo modo actuatur, vt supra patuit.

Quō natura creata habeat verum esse existentiæ.

¶ Ibi. Contra istud obijcitur: quia terminus formalis generationis communicatur: igitur præsupponit illud, cui communicatur essentia autem non præsupponit relationem, sed econuerso. ergo essentia nō communicatur relationi. Et potest esse quarta difficultas: quia aliquid ibi communicatur, & illud erit ibi formalis terminus: & præsupponit illud, cui communicatur. essentia autem non potest præsupponere relationem, cui communicetur. ergo è conuerso. Et ita relatio communicatur essentiæ: & tunc relatio erit terminus formalis relationis, & essentia quasi materia: cuius oppositum probatum est supra.

Solutio.

¶ Respondet Doc. quòd productio est alicuius termini primi, idest est alicuius producti primi adæquati includentis aliquid in ratione formalis termini ipsius productionis: & aliquid in ratione subsistentiæ in tali termino, vt patet in Francisco producto: productio enim Francisci terminatur ad Franciscum, vt ad totale productum, in quo natura humana est terminus formalis productionis: & ratio suppositi, siue singularitas est conditio ipsius producti, vt supra declaraui. Sequitur. Ideo contradictio est respectu productionis hæc separari, scilicet terminū formalem, & rationem subsistentiæ inquantum, scilicet productione habent esse. Et ratio: quia generatio terminatur ad compositum verè subsistens, vt patet 7. met. quod de necessitate includit naturam, & hæcceitatem, siue rationem subsistentiæ. Sequitur. Licet absolute prioritas esse vnius ad alterum. s. naturæ ad rationem subsistendi, etiam quantum ad separari, sine contradictione considerando ipsa absolute, non inquātum per productionem habent esse. i. licet enim natura humana, vt natura, sit in se prior ratione singularitatis, & ratione subsistendi, sic quòd nullam istarū includat, vt probat Doc. in 2. d. 3. In productione tamen, qua compositum producitur est impossibilis separatio vnius ab altero: cum productum vtrunque de necessitate includat. Et ex hoc sequitur, quòd natura est terminus formalis productionis: quia nulla entitas, simpliciter perfectior termino formali productionis, potest haberi per productionē, vt supra expositum est.

Generatio terminatur ad compositum.

¶ Tunc ad formam argumenti dico, quòd cōicatum, inquantum productione cōicatur, non præsupponit illud, cui cōicetur, nec econuerso. Exemplū. Si Deus crearet nunc naturam angeli, in angelo creato, natura simplex angeli esset terminus formalis creationis, & ratio subsistendi esset conditio ipsius producti, & tunc diceremus, quòd per creationem communicatur angelo talis natura: & tamen illa natura non præsupponit rationem subsistendi, cui communicetur, nec econtra. ratio subsistendi præsupponit naturam cui cōicetur. Sic in proposito, quando dicimus, quòd natura diuina cōicatur filio: quia ista cōicatio non est alicui iam existenti, sicut est in alteratione, vbi forma, secundum quam est alteratio cōicatur alicui subiecto præexistenti. Sed ista cōicatio, scilicet essentiæ est alicui, vt sit, ideo nec natura cōicatur ante productionem suppositi: quia tunc cōicaretur non producto, nec etiam econuerso: suppositum est antequam natura cōicetur: licet absolutè communicatum sit prius ratione propria suppositi prioritate perfectionis, & etiam prioritate essendi, siue originis. Et hoc, quia in Deo essentia est formaliter infinita: relatio autem non, vt verò intelligitur communicata producto non est prior ratione suppositi, nec econtra: cum productū, vt huiusmodi æquè simul includat vtrunque.

Essentia est formaliter, & radicaliter infinita.

CVM arguitur ad principale per Augu. 7. de tri. c.6. Hic Doc. respondet ad argumēta principalia. q. Argumentum primum positum in principio q. quo probat, quòd filius non generetur de substantia patris stat in hoc, scilicet in dicto Aug. qui dicit per sonas ex eadem essentia non dicimus.

Substantialiter potest accipi secundùm originem, & sic certi istū sensum filius est de substantia patris, i. filius est originaliter a patre, & consubstantialis patri.

¶ Respondet Doc. quòd Aug. ibi subdit quasi aliud sit ibi essentia: & aliud persona. Similiter concedo, quòd non propriè dicitur aliquam personam esse de essentia absolutè, vt supra patuit, sed addendo cum essentia aliquam personam originantem. Et sic dicimus, quòd filius est de substātia patris, vt expositum est supra.

¶ Secundo arguitur. Constructio alicuius cū suo genitiuo non notat maiorem distinctionem cōstructibilium, quàm præpositio cum suo casuali: quando additur eidem constructibili. ergo non maior distinctio notatur hic. filius est filius essentiæ patris, quàm quòd filius sit filius de essentia patris: sed non conceditur communiter, quòd sit filius essentiæ patris. ergo nec debet concedi, quòd sit de substantia patris.

¶ Respondet Doc. dicens: quòd licet Aug. dicat filium esse filium substantiæ patris, vt patet 15. de tri. c.19. vel 40. Et licet Doc. quidam dicat illam esse propriā, tamen videtur probabilius: quòd quandocunque relatiuum construitur cum aliquo in tali habitudine casuali, in qua aliquid natum est terminare illam relationem, vt correlatiuum: tunc construitur cum illa præcisè, vt cum correlatiuo, vt cum dicitur filius patris filius: & sic talis constructio tātum notat habitudinem, vt ad suum correlatiuum: & vt sic non notat consubstantialitatem cum altero. si ergo filius diceretur filius essentiæ: tunc essentia poneretur ibi præcisè, vt correlatiuum, vt patet. Et ponit exemplū Doc. & patet in litera. Debet ergo exponi Augu. sicut ipse exponit. filij charitatis suæ, idest filij sui dilecti. Et tunc ad argumentum ibidem cum arguitur: quòd ad illam: est de essentia; sequitur ista. ergo est essentiæ. Nego consequentiam: quia consequens notat relationem esse inter filium, & essentiam, sicut suum correlatiuum, quod non notat antecedens: sed tantum cōsubstantialitatem in essentia cum origine notata in illa, &c. Et sic finis huius q.

Bona. prosonti d.

D Tho. prima parte summa q. 41. facit differentiam inter ex: & de, nam ista sūt ex Deo, tāquam ex principio.

Distinctio Sexta.

Circa istam distinctionem sextam quæro, vtrum Deus Pater genuit Deum filium voluntate?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauent primo sententia distinctio.6.quæstio 2. Artic.1.
Alexander Alensis prima parte summa. quæstio.42. membro 3.Art.3.
Scotus primo sententia dist.6.q 1.
D.Thomas prima parte summa q 34 Artic.2.
Ricardus primo sent.dist.6.q 2.
Durandus primo sent dist 5 q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent dist.6 q.1.
Ioannes Ba: conitanus primo sentent.dist 6. q.1.



IRCA septimam distinct quærit Docto. Vtrum Deus pater genuit Deum filium voluntate. Titulus.q. quomodo intelligi possit in littera clarè exponitur à Doct.

IN ISTA Q. videntur esse duæ difficultates. Vna, qualiter pater generat filium volens. Alia quomodo saluetur, quòd pater nõ generat filium voluntate, vt principio productiuo.

Henri. & Gosf.

¶ Quantum ad primum. Hic ponitur opin. Hen. in summa arti 58 quæst. 2 qui dicit, quòd pater non generat filium volens, sed tantum necessitate naturali, sicut ignis calefacit: licet actu generandi, quasi iam posito voluntas patris quasi complaceat in illo.

¶ Et hoc probatur sic à Goffred.quoli. 5. quæst.4. Et ratio stat in hoc, supponendo vnum, scilicet quòd intellectio patris est generatio filij: ita quòd intelligere patris sit ipse filius, modo intellectio est prior volitione. Et quòd ipsa intellectio sit ipsa gignitio filij, siue ipse filius probat. Primo: quia eiusdem potentiæ nõ sunt duo actus, quia potentiæ distinguuntur per actus. 2 de anima t.c. 33. Sed gignere filium, siue dicere verbum in Deo est potentiæ intellectiuæ, & intelligere similiter. ergo dicere est formaliter aliquod intelligere, & non nisi patris. ergo intellectio patris, vt patris est gignitio.

¶ Ista ratio innititur minori falsæ, scilicet quòd intelligere, & gignere sunt simpliciter idem, ex quo sequitur conclusio falsa, scilicet quòd pater non propriè volens dicit. Docto. ergo intendit in ista littera quattuor ostendere. primo, quòd hæc sit simpliciter falsa. intelligere, & gignere sunt simpliciter idem. secundo: quòd sequatur tale consequens falsum, scilicet ergo gignitio filij, vt filij præcedit quancunque volitionem patris. tertio respondebit ad probationem minoris falsæ. & quarto: quomodo debeat vitari illud consequens falsum, & oppositum teneri.

Quo intelligere, & dicere nõ sint idem formaliter.

¶ De primo contra illam opin. Hic probat Doct. quòd intelligere, & dicere nõ sint idem formaliter. Et ratio stat in hoc. Illa differunt formaliter quorum vnum ex sua ratione formali est perfectio simpliciter. & alia non est perfectio simpliciter. hæc est nota. Sed intelligere patris est perfectio simpliciter: patet quia pater intellectione, & volitione est formaliter beatus. non est autem formaliter beatus, nisi in perfectione simpliciter: cum beatitudo sit vltima perfectio patris: gignere autem non est perfectio simpliciter: quia nulla relatio dicit perfectionem simpliciter: vt patet subtiliter à Doct. in quoli. quæstio. 1. & 5. & patere potest exponendo auctoritatem Ansel. de perfectione simpliciter, vt Docto. exponit supra distin. secunda, parte secunda, quæst. prima, & infra dist. 8. sed prolixius in 5. quæst. quolib. Tum etiam si dicere esset perfectio simpliciter: tunc filius, & spiritussanctus non essent simpliciter perfecti, quia non omnis perfectio simpliciter esset in eis.

¶ Secundo sic. Ista ratio stat in hoc, quòd actio differt à factione in hoc, quòd actio est vltimus terminus: & factio non est vltimus terminus: & per cõsequens differunt. Vult dicere Docto. quòd ex quo intellectio dicitur actio, & productio in diuinis non potest dici actio. ergo ista abinuicem differunt.

Quo intellectio non sit actio.

¶ Nota tamen, quòd loquendo de actione de genere actionis, de qua dicitur in prædicamẽtis. Actio est secundum quam in id, quod subijcitur agere dicimur. accipitur actio pro respectu agentis ad passum, & intellectio hoc modo non est actio (vt supra patuit. distin. tertia, quæst. vlt. respondendo ad vltimum argumentum principale) sed in proposito accipitur actio pro operatione, cui non correspondet aliquod productum: factioni autem correspondet aliquod productum extra: vt patet. Et similiter productioni, vt productio est, verè correspondet aliquod productum: ad quod terminatur: & per consequens intellectio patris, & productio filij non sunt eadem res formaliter. Sed de ista differentia actionis, & factionis vide diffuse in quol q.13. & quæ ibi prolixe exposui.

¶ Ibi. De secundo &c. littera stat in hoc: supponendo vnum concessum à Magistro: quòd pater volens generat filium: quo supposito ex illo antecedente prius facto, scilicet intelligere p̃ris, & gignere sunt idem: sequitur hoc cõsequens manifest. falsum. s. ergo pater non volens generat filium: quòd autẽ hoc consequens sequatur patet in littera: quia ex quo prima intellectio patris est ipsa gignitio: & illa præcedit omnem volitionem. ergo pater tali gignitione non potest gignere filium volens. Si dicatur, quòd filio genito postea complacet sibi: & ex hoc dicatur volens. Patet q̃ si volitio sequitur gignitionem, q̃ nunquam pater dicitur generare volens.

¶ De tertio. ad argumentum illud de distinctione potentiarum per actus dici posset: q̃ illud verum est de actibus adæquatis: aliter non: quia potentia illimitata eadem manens potest habere plures actus. Sed de hoc supra d.2. parte 2. diffuse expositum est.

Opinio San. Th. & Hen.

ALITER dicit quidam Doc. Hic ponitur responsio Hen. quoli. 6 q.3. quòd intellectus, vt intellectus habet illum actum, qui est intelligere. secũdo habet istum actum, qui est dicere: secundum quòd iam factus est in actu per intelligere: sed illud improbatũ est supra d. 2. parte 2. q.4.

Eadem potentia potest habere duos actus.

¶ Ibi. Aliter respondeo. Hic Doc. dat responsionẽ propriam: q̃ eadem potentia potest habere duos actus, quorum vnus sit de genere qualitatis, sicut est intellectio. Alius, qui dicatur productio. licet ergo eadem potentia habeat tantum vnum actum, qui dicatur de genere qualitatis, qui dicatur operatio (& sic intellectus tantum habet intelligere, & non habet velle, nec sentire, quæ sunt operationes distinctarum potentiarum: licet enim actus, qui est de genere qualitatis sit communis omni potentię operatiuæ) tamẽ illę potentiæ per distinctos actus de genere qualitatis sibi adæquatos distinguuntur, vt potentia visiua distinguitur per actum vidẽdi sibi adæquatum à potentia auditiua. Et sic est in proposito de intellectu diuino, qui tantum habet vnum actum, qui dicitur operatio: quæ est qualitas absoluta, & vltra istum habet alium, qui dicitur actus productiuus.

¶ De quarto dico. Hic Doct. declarat secundum intentionem propriam quomodo pater poseſt dici ꝓpriè volẽs generare filium: quia pr̃ in primo ſigno originis intelligit formaliter: & tunc ẽt poteſt habére actum volendi formaliter. In ſecundo ſigno origi nis gignit filium, nec tñm vult illam gignitionẽm volitione ſequente illam: ſed volitione habita in primo ſigno originis: qua volitione pater formaliter vult: præſuppoſita aliquo modo intellectione, qua pater intelligit: non autem gignitione verbi: ſic ergo dico, quòd pater volens generat: non tantum voluntate conſequente: ſed voluntate antecedente.

Dubium.

¶ In iſta tamen littera occurrit dubium. Ex quo in primo inſtanti originis non eſt gignitio filij: & voluntas non poteſt velle illam, niſi prius ab intellectu cognitam: quomodo tunc ab intellectu cognoſcitur: non intuitiuè? quia illa eſt exiſtentis inquantum exiſtens: modo in illo primo ſigno generatio filij nõ eſt exiſtens, nec abſtractiuè: quia talis cognitio eſt imperfecta: ergo nullo modo cognoſcit illam: & per conſequens voluntas non vult illam: & ſic pater non generat volens.

Responſio.

¶ Ad hoc dubium dic vt infra expoſui. d. 10. in reſponſione ad argumenta principalia.

¶ Contra tamen hunc modum ponendi de iſtis ſignis arguunt Greg. & Io. angli. præſenti. d. quæ argumenta adducam in fi. q. Arguit & Ocham contra huiuſmodi ſigna. d. 9. primi. & ad argumenta ſua reſpõdi infra d. 41. vide ibi.

Secundum D. Thomã prima parte ſumma q. 41. artic. 2. atque pater producit filium voluntate, quia filius eſt volitus.

QVANTVM ad ſecundum art. videtur, ꝙ pater non producat filium voluntate, tanquam principio productiuo: quia principium productiuum vnius rationis in diuinis nõ poteſt habere duas productiones vnius rationis, vt clarè probat Docto. in ſecunda quæſt. quolib. nulla enim productio ibi eſt vnius rationis, niſi vnica, quia adæquata. ergo cum Spiritusſanctus producatur per modum voluntatis, vt principij productiui: ſic non producitur filius.

¶ Sed in iſto articulo videtur eſſe difficultas propter verba Augu qui videtur attribuere gignitione voluntati in nobis, vt principio productiuo. Et auctoritates claræ ſunt in litiera.

Pater generat ſilium voluntate. ly voluntate, poteſt intelligi aduerbialiter. & nominaliter, vel ſubſtãtiue. primo modo idem eſt voluntate, ꝙ voluntariè. & ſic propoſitio eſt vera, quod pater producat filium voluntate, i. nõ inuitus. ſed accipiendo ly voluntate nõialiter ꝓpoſitio è falſa, quia facit iſtum ſenſum, pr̃ voluntate tanꝗ princi pio productiuo producit filium, ꝙ eſt falſum.

¶ Quantum ad iſtum articulum. Hic Docto. primò ponit opin. Ioannis rhoditon, qui dicit, quòd quando dicitur pater voluntate generat filium: ſi ly voluntate, teneatur aduerbialiter pro voluntariè. hæc eſt vera. pater voluntate, ideſt voluntarie generat filium. ſi verò teneatur ablatiuè tunc eſt falſa: quia vt ſic voluntas ponitur principium elicitiuum generationis. Et hanc reſponſionem Doct. non improbat.

¶ Quicquid ſit de iſta diſtinctione non videtur dicendum, quòd pater filium genuerit voluntate, vt principio elicitiuo, ſiue proximo, ſiue remoto. De proximo patet ſupra quia principium vnius rationis eſt tantum principium vnius productionis eiuſdem rationis: De remoto patet: quia ſicut voluntas, vt eſt principium operatiuum aliquo modo poſterius operatur, quàm intellectus: ita vt eſt principium productiuum aliquo modo poſterius producit. quàm intellectus, & ita non erit cauſa ſuperior, neque prior in productione: quæ eſt propriè intellectus. Et quomodo voluntas dicatur poſterius productiua, & operatiua ſupra patuit. diſtinct. ſecunda. parte 2.

¶ Propter iſtas tamen auctoritates Auguſt. expono iſtam litteram. Dicit Docto. quòd in nobis non eſt tantum vnicus actus intelligendi, qui ſit de genere qualitatis, ideſt quòd non eſt in nobis tantum vna intellectio numero, neque tantum vna gignitio numero: & ſi actus intelligendi, & gignitio eſſent idem: tunc voluntas noſtra nullam cauſalitatem haberet in ratione actus intelligendi, qui eſt de genere qualitatis, neque in ratione actus gignendi, qui eſt de genere actionis: patet quia actus intelligendi, & actus gignendi ſi ſunt idem, & actus intelligendi eſt tantum vnus. Et ſimiliter actus gignendi de neceſſitate præcedit omnem actum voluntatis tam illum, qui eſt volitio (quia volitio præ ſupponit cognitionem) quàm illum, qui eſt gignitio: quia actus gignendi voluntatis præſupponit actum volendi: quia potentia prius eſt operatiua, quàm productiua, vt ſupra patuit. diſtinct. ſecunda, parte ſecunda. & clarè patebit in ſecunda diſtinct. prima, quæſt. prima. Sequitur. In diuinis igitur, cum non ſit in patre, niſi vnicus actus intelligendi, vt ſupra probatum eſt. diſtinct. ſecunda, parte prima. quæſt. prima reſpectu illius actus voluntas patris non habebit aliquam rationem principij, vel cauſæ: patet quia ille actus maximè, vt terminatur ad eſſentiam diuinam eſt prior omni actu voluntatis. Sequitur. Cum etiam non ſit, niſi vnicus actus dicendi, reſpectu illius voluntas non habebit rationem principij: quia voluntas, ſicut operando, ita producendo ſequitur aliquo modo intellectum. Sequitur. Poteſt tamen voluntas, vt complacens, non vt principians habere actum reſpectu illius gignitionis: ex hoc, quòd voluntas, vt operans in patre, non præſupponit gignitionem: ſed tantummodo intellectionem illam, qua pater formaliter intelligit: licet voluntas, vt productiua ſequatur gignitionem. Sequitur. In nobis autem verè ſunt auctoritates Auguſtini, quæ omnes debent intelligi non de prima intellectione: quia illa non eſt in poteſtate voluntatis, vt ſupra patuit. diſtinctin. tertia, q. 6. clare expoſitum eſt in d. 42. ſecundi Docto. Sed quia intellectus noſter poteſt habere aliam, & aliam intellectionem reſpectu alterius, & alterius obiecti: voluntas noſtra imperio ſuo poteſt intellectum firmare in aliquo obiecto: & auertere ab vno obiecto, & conuertere ad aliud: & inquantum imperio ſuo firmat intellectum in cognitione obiecti intendit illam intellectionem, vt patet à Doc. in 2. diſ. 42. & illa intellectio, vt ſic firmata poteſt dici verbum amore productum: ſic quod memoria ſit principium proximum: & voluntas principium remotum: inquantum etiam auertit intellectum ab vno obiecto, & conuertit ad aliud obiectum (quod contingit imperando cognitionem illius) talis cognitio, ſic imperata, poteſt dici verbum amore productum: & hoc modo exponantur dicta Aug. Et quomodo voluntas noſtra dicitur auertere intellectum ab vno obiecto, & conuertere ad aliud: vide per me expoſita ſuper 2. Doc. d. 42 q. 1. Sed nullum iſtorum poteſt eſſe in voluntate diuina reſpectu verbi diuini: ſiue reſpectu intellectionis, vt patet.

Quomodo intellectus poſſit habere aliam intellectionẽ, reſpectu alterius obiecti.

¶ Contra iſtud arguitur, quòd Augu. non tantum intelligit in nobis, ſed etiam in Deo: quia nunquam videtur aſſignare actum volendi voluntati, vt eſt tertia pars imaginis, niſi illum. qui eſt coniungere parentem cum prole: & hoc modo habet cauſalitatem aliquam reſpectu gignitionis prolis. ergo iſta pars, vt eſt pars imaginis nihil repræſentabit in prototypon, niſi voluntas diuina habeat aliquo modo ſic coniungere: coniungere enim parentem cum prole nihil aliud eſt, niſi velle affirmare memoriam in cognitione, vel auertere intellectum ab vno obiecto, & conuertere ad aliud: vt ſupra expoſui.

¶ Reſponſio. Dicit Docto. quòd ſi Augu. multoriens aſſignat voluntati actum illum, qui eſt coniungere parentem cum prole: tamen aliquando ſibi aſſignat, alium. videlicet dilectionem eiuſdem obiecti. & patent auctoritates in littera.

¶ Ibi.

Duo actus cõcurrũt in voluntate nostra. ¶Ibi. Et concurrunt isti duo actus in voluntate nostra, scilicet actus intelligendi obiectum, & actus copulandi parentem cum prole: quia ipsa amans obiectum: amat etiam notitiam eiusdem obiecti: & ex amore obiecti, prius tamen cogniti ab intellectu mouet intelligẽtiam, idest intellectum formatum actuali cognitione ad intelligendũ illud: supple obiectũ copulans ipsam memoriæ: de qua ipsa formetur, idest copulans ipsam intelligentiã memoriæ, idest obiecto præsenti intellectui: quod vt sic pertinet ad memoriam. vt supra exposui. d. 3. q. 7. de qua supple memoria ipsa intelligentia formetur: & tenens eam: supple intelligẽtiam, siue intellectum formatum actuali cognitione in tali cõiunctione: & per hoc in actuali cognitione obiecti. Sequitur Istorum autem duorum actuum volũtatis in nobis principalior est ille, qui est dilectio obiecti: quia ille est causa quandoq; dilectionis actus: tamen alius, scilicet dilectio actus est vniuersalior: quia respectu etiam obiecti mali diligimus actum cognoscendi: licet non obiectum. Et quando dicit Doct. ꝙ dilectio obiecti est causa dilectionis actus non debet intelligi de causa effectiua: quia tunc dilectio non esset essentialiter libere producta: patet quia dilectio obiecti: si poneretur causa esset im causa per modum naturæ. Et vltra non appareret qñó vna operatio voluntatis sit causa productiua alterius operationis. ideo accipitur hic causa magis pro occasione, siue pro quadam inclinatione: quia voluntas, habita dilectione obiecti cogniti, statim inclinatur ad dilectionem cognitionis eiusdem obiecti. Sequitur. Voluntas igitur in nobis, vt est pars imaginis repræsentat voluntatem in Deo inquantũ voluntas nostra est principium producendi actum diligendi circa idem obiectum: quia voluntas in diuinis, q̃ est principium producendi amorem adæquatum essentiæ diuinæ est obiectum primum memoriæ diuinæ intelligentiæ, & volũtatis: & ille amor productus est Spiritussanctus: cui correspondet in nobis dilectio producta, quæ dilectio frequenter ab Aug. vocatur volũtas: sed voluntas propriè in nobis, quæ est potentia non correspondet Spirituisancto: sed vi spiratiuæ, quæ est in patre, & filio, vt supra patuit d. 3. q. vlt. Et sic patet ista littera.

Henri. quol. 6. q. 5. ¶Tamen quantum ad intentionem Aug. de dilectione copulante parentẽ cum prole: dicit quidam Doc. ꝙ illa dilectio copulans, loquendo respectu actus sentiendi est inclinatio facta in potentia per speciem sensibilem. Ex littera clara est.

¶Argumenta principalia cum suis responsionib. patent in littera, nec indigent expositione.

Gre. de Ari. in primo d. 6. QVIDAM nunc arguit contra Doc. probando, ꝙ huiusmodi signa originis, quæ dicta sunt in 1. art. non sunt ponenda. Et dicit, ꝙ ista verba Doc. nõ possunt stare: quoniam, vel sunt verba sine intellectu, vel penitus falsa. vnde prioritas originis propriè loquẽdo, non est alia, quàm prioritas causalitatis: extẽdendo nomen causalitatis quõ plures sancti dicunt vnã personã esse causam alterius. sicut Aug. Chriso. & Dama. &c. Si ergo in hac prioritate volumus assignare, primum & secundum, vel prius & posterius: producens est primum origine: & productum sm. Cum igitur dicitur: ꝙ pater in primo signo originis formaliter intelligit, vel nulla alia prioritas connotatur in prædictis verbis: Et sic est sensus: ꝙ pater in primo signo originis, i. in patre intelligit: & in secũdo signo idest in filio gignit filium: quod non est intelligibile, vel est idem quod dicere, ꝙ pater ex se, & non à filio habet intellectionem: & hoc est habere in primo signo, & habet à filio quo gignat filium: & hoc est gignere in secundo signo originis: & patet, ꝙ ista verba aut omnino carent intellectu, aut impossibilitatem implicant: nec sic faciunt ad propositum nostrum. Nullus enim dubitat, ꝙ pater ex se voluerit gignere filium quapropter si non aliud intelligitur, cum dr antecedenter voluisset generasse non est ad propositum. Si verò alia prioritas intelligatur qua. s. non solum intelligatur filius esse à patre: & pater esse principium filij: sed etiam aliquo modo præfuisse filio, & prius intellexisse, & voluisse, q̃ genuisse, sic ꝙ in illo priori, in quo intelligebat, vel volebat, nec erat generatio, nec filius, vt verba, & rationes eorum prætendunt, sic ex toto falsum est, quod dicunt, quod pater primo. Nam impossibile est patrem prius intellexisse, q̃ fuerit. si ergo intellexit in primo signo: in primo signo fuit, aut ergo in illo signo fuit pr̃, vel non? secundum dici non potest: quia sequeretur, ꝙ pater primo fuit, q̃ esset pater. ergo in isto signo fuit pr̃. ergo in illo signo genuit. nam eo pater quo genuit.

¶Secundo impossibile est prius fuisse perfectã notitiam patris, q̃ fuerit eius verbum perfectum. ergo impossibile est patrem prius intellexisse, q̃ dixisse verbum. consequentia patet: quia pro nullo priori põt intelligi patris intellectione fuisse aliquid imperfectum, nec verbum prius esse, q̃ à dicente aliquid sit dictum. añs patet per Aug 15. de tri. c. 15. qui vult, ꝙ verbum Dei nullu modo possit verè cogitari prius fuisse formabile, q̃ formatum: quod tamen oportet dicere si intellectio patris aliquo modo pcessisset ipsum verbum. Ratione etiam patet: quia si posita perfecta notitia actuali patris non ponitur simul verbũ, non apparet qualiter postea verbum formetur.

¶Tertio. Aut in primo signo filius habuit esse, aut nõ. si non: cum postea habuit esse. sequitur, ꝙ habuit esse post non esse, quod est erroneum. si habuit esse. ergo in illo signo fuit generatio eius.

¶Quarto. Secundum hanc viam, vt patet in reportatis. d. 6. q. 2. & alibi intellectio est prior volitione, in ipso patre. Nam, vt dicit in quæstionibus reportatis, quòd intelligere patris præcedit velle, & velle præcedit dicere, sicut, & intelligere: quia dicere non est intelligere, & volitio prior est generatione filij, & sic habemus illa tria signa seinuicem præcedentia, & sequentia: in quorum primo est intellectio: in secundo volitio. in tertio generatio filij: sed eadem ratione qua in patre præueniunt intellectio, & volitio generationem filij: in filio similiter præueniunt intellectio, & volitio seinuicem: & spiratio Spiritussancti: sicque erunt alia tria signa post illa tria: & per consequens in diuinis erunt sex signa: & tantum in vltimo erit Spiritussanctus: quæ omnia absona sunt.

¶Item non apparet: qua prioritate intellectio præcedat volitionem: & volitio generationem, nisi prioritate originis: ex quo sequitur quòd intellectio patris sit causa volitionis eiusdem: quod est impossibile, nec isti volunt. Et sic similiter volitio erit principium generationis, quod in eadem q. ipsi negant ex toto.

¶Quinto. Intellectio patris, & volitio eiusdem sicut eius essentia est ipse filius. igitur nullo modo ipsum præcedunt.

¶Dicendum igitur. ꝙ non genuit pater filium voluntate antecedenter, sicut etiam dicit magister in littera Similiter non est dicendum, ꝙ pater voluntate subsequenter genuerit, quasi voluntate añte: cum nulla talis in eo poni possit: tunc enim vt arguit Augu. 15. de tri. c. 20. mutabilis esset voluntas diuina: quod est impium dicere.

¶Dico ergo, quòd voluntariè genuit concomitanter, accipiendo ly voluntariè, non vt liberè contingenter, sed voluntariè, idest complacenter: complacuit enim sibi summe pater in generatione filij sui prædilecti. iuxta illud Mat. c. 3. Hic est filius meus prædilectus, in quo mihi bene complacui.

cui. Et hoc est, quod Magister dicit cum ait, quòd pater volens genuit filium. Hæc ille. Et sic patet opin. illius.

Ad rationes Greg.

RESPONDETVR ad illum. Et prius præmitto aliqua. Primo, quòd ordo prioris, & posterioris potest accipi multipliciter. Primo, quòd illud, quod dicitur prius, vltra entitatem propriam dicat aliquã mensuram, secundum quam dicitur prius alio: sicut dicimus, quòd Franisc. est prior tempore Ioanne, quia ponitur in aliquo tempore tanquam, in mensura, in qua non ponitur Ioannes.

Hic vide multiplicem prioritatẽ.

Et sic dicimus: quòd vna substãtia in se est prior alia, non tempore: cum per se non mensuretur tempore, vt patet à Doct. in 2. distin. 2. sed æuo, quia ponitur in aliquo æuo priori, in quo non ponitur alia substãtia: siue mensura, quæ dicitur æuum sit successiua, siue non: de qua doct. in 2. vbi supra pro nunc non est quærendum. Sic ergo ponimus aliquam mensuram quodãmodo extrinsecam mensurãtem entitatem alicuius. Secundo aliquid prius dicitur altero: sic intelligendo, quòd vna entitas, quantum est ex parte sua, de necessitate præsupponitur alteri: sic quòd pro aliquo signo dicitur prior: non quòd talis entitas prior dicatur prior in aliquo instanti distincto à tali entitate, & mensuratiuo eiusdam entitatis, sed sic dicitur prior, quòd si possent dari aliqua instantia: quæ dicerentur instantia mensuratiua, quæ dicerentur instantia naturæ, vel instantia originis, siue alia instantia, quæ pro nunc non habent nomina imposita: verè mensuraretur tali instanti priori. Et intellectus posset habere cognitionem per prius terminatam ad entitatem priorem: & per posterius ad entitatem posteriorem. Et ex hoc sequitur, quòd essentia diuina est sic prior omni attributo, & omni proprietate hypostatica. Sequitur etiam: quòd ĩtellectus diuinus est prior voluntate: & quòd intellectio est prior volitione: & quòd generatio filij est prior spiratione, quia si huiusmodi priora haberent aliqua instantia mensuratiua: esset verum dicere, quòd vnum est prius alio in aliquo instanti, quia vnum ponitur in aliquo instanti priori, in quo non ponitur posterius. Nec dico (vt aliqui imaginantur) quòd talis prioritas in diuinis sit tantum per actum intellectus nostri: nec tantum per actum collatiuum intellectus diuini, quia si per impossibile nullus intellectus actu consideraret: adhuc essentia diuina esset aliquo modo prior relatione diuina: sic quòd si esset nata mensurari aliqua duratione, in qua essent plura instantia: per prius mensuraretur, quàm relatio: & hoc ponendo nullum sequitur inconueniens. quantum enim est ex parte sua nata esset per prius terminare actum intellectus, quàm relatio.

Nota bene hanc singularem declarationem.

Secundo præmitto, quòd quando dicimus, pater in aliquo instanti priori intelligit: & in aliquo instanti posteriori gignit. non intelligo, quòd pater in seipso formaliter intelligit. Sed sic intelligo, quòd si dabile esset aliquod instans distinctum ab entitate patris mensurans ipsum patrem: esset verum dicere: pater in aliquo instanti intelligit, in quo non gignit: quia in instanti mensurante intellectionem patris. Dicimus ergo patrem in aliquo instanti priori intelligere, in quo non gignit, sic quòd intellectio, quantum est ex se prius inest patri, quàm gignitio. Sicut si per impossibile separaretur tempus à motu quod est mensura motus: aliqua pars motus diceretur prior alia: sic quòd verum esset dicere, aliqua pars motus est in aliquo priori tempore, quàm alia scilicet quòd si haberet tempus extrinsecum, vt mensura: verè esset prius in aliqua parte temporis, in quo non esset alia. Sed quia non possumus ita explicatè exprimere huiusmodi prioritatem, & posterioritatem: nisi per aliud, & aliud instans, vel originis, vel naturæ, ideo magis ad exprimendum conceptum nostrum, dicimus, quòd pater in aliquo instanti priori intelligit, & in aliquo instanti posteriori gignit, ac si verè essent ibi huiusmodi instantia: quod bene nota. Et ideo non sequitur illud, quod dicit Grego. præsenti dist. & dist. 9. Et Ioan. Anglicus præsenti d. Et Ocham in primo d. 9. videlicet quòd si pater in secundo instanti gignit filium. ergo pater gignit in filio? quia non accipitur secundum instans pro filio, nec pro aliquo distincto à filio. Sed sic dicitur filius gigni in secundo instãti, ac si esset genitus in aliquo instanti distincto. Nec similiter sequitur, quòd si pater in aliquo instãti priori: formaliter intelligit. ergo pater intelligit in patre? quia non pono tale instans esse essentiam patris: nec aliquid distinctum à patre, sed sic: quòd si pater possit habere huiusmodi instantia: esset verum dicere, ꝙ pater in aliquo instanti priori intelligit, sicut etiam dicimus, ꝙ quies alicuius corporis ẽ prior in aliquo tempore, quam quies alterius corporis: & tñ quies non habet tẽpus pro per se mensura, vt patet 4. phy. Sed si haberet tempus pro mensura: tunc esset verũ dicere, ꝙ quies a. est prior in aliquo tempore quiete b.

Instans originis accipitur dupliciter.

Tertio præmitto, ꝙ instans originis aliquando accipitur à Doc. pro instanti naturæ: sicut in proposito. pater in aliquo instanti priori originis formaliter intelligit: & in aliquo instanti posteriori originis gignit. accipitur ibi instans originis pro instanti naturæ. Et hoc tamen modo, vt exposui supra d. 1. q. 2. Et sic non sequitur, quod dicit Greg. quòd tunc intellectio est originatiua filij. Aliquando accipitur instãs originis verè originatiuè. sic intelligendo, quòd illud, quod habet esse in secundo instanti originis sit verè originatum ab eo, quod habet esse in primo instanti originis: ita quòd habens esse in primo instanti originis verè producit illud, quod dicitur habere esse in secundo instanti originis. Sic tamen intelligendo: quòd tale producens est prius ipso producto. Et hoc modo loquitur Doc. in 2. d. 1. q. 1. vbi dicit, ꝙ pater est prior origine filio: quia pater quicquid habet: habet à semetipso: & filius est posterior origine: quia quicquid habet, habet à patre. Et similiter quando dicit ibidem: quòd pater prius origine spirat Spiritum sanctum, & filius posterius origine, idest quòd pater habet à semetipso vim spiratiuam, & filius eandem vim habet à patre. Et sic patet quomodo diuersimodè accipiuntur instantia originis à Docto. Et ex his patet facilis responsio ad obiectiones Greg.

Ad primam rationem Greg.

¶ Ad primam quando dicit, quòd tunc sequitur, quòd in patre intelligi &c. & in secundo signo, idest in filio gigni. responsum est supra. Si tamen volumus ponere in diuinis instantia naturæ, & instantia originis aliquo modo distincta: non tantum per operationem intellectus: sed ex natura rei: sicut etiam ponimus ibi æternitatem esse mensuram omnium: quæ ponuntur in diuinis distinctam ab ipsis mensuratis. Ex hoc non video aliquod inconueniens. Et sic patet, quòd in aliquo priori instanti naturæ: vel in aliquo alio formaliter intelligit, & in secundo instanti gignit. Et sic sustinendo hanc positionem, vel aliam patet responsio ad omnes rationes Greg.

Ad secũdã.

¶ Ad secundam rationem Greg. dico breuiter, ꝙ intellectio patris est prior gignitione filij. Pro cuius intelligentia est notandum: quòd si intellectio absolutè comparetur ad generationem actiuam patris, siue ad paternitatem, quod idem est, est prior ipsa generatione: quia omnis perfectio simpliciter est prior proprietate hypostatica: vt supra patuit dist. 1. 2. & alibi sæpe: & generatio actiua constituit patrem in esse patris: vt infra patebit. dis. 28. q. vlt. & in quol. q. 4.

¶ Deinde

¶Deinde notandum est, quòd eo modo, quo essentia diuina, & attributa habent ordinem adinuicem: eo modo etiam habent, vt sunt in aliqua persona. Sicut enim essentia diuina absolutè sumpta est prior attributis: sic etiam, vt est in patre, & in filio: & sicut intellectio est prior paternitate: siue generatione actiua absolutè sumpta: sic vt est in patre. Et quia pater dicitur formaliter intelligens intellectione, & formaliter gignens gignitione: sequitur quòd prius dicitur intelligere formaliter, quàm gignere. Et cum dicis. pater est tantum pater per generationem illã. ergo pater inquantum pater non prius intelligit. Responsum est, & est simile. sicut dicimus. homo est prius animal, quàm rationale: & tamen homo non dicitur homo vltimatè, nisi per rationale. Dicimus ergo, quòd homo est prius animal: ex hoc quòd animal præintelligitur in homine ipsi rationali. sic in proposito. Et sic patet responsio ad argumentum.

Ad tertium

¶Ad tertiam cum quærit, aut in primo signo filius habuit esse: aut non. Dico quòd non. Et cum infert. ergo habuit esse post non esse. Dico quòd non esse præcedere esse potest intelligi multipliciter. Primo, quòd non esse filij præcedat aliqua duratione esse ipsius Et hoc non. Vel non esse filij præcedat ipsum esse aliquo instanti originis: & hoc non est incõueniens. Vel non esse filij præcedat esse ipsius filij aliquo instanti naturæ: loquendo de instanti naturæ propriè sumpto: de quo Doc. in 2.d.1.q.2.& in 3.d.3.q.1. Et quod ponitur habere esse prius in aliquo instanti naturæ sic sumpto semper præcedit aliqua duratione. & hoc comparando ad opposita, vt exposui in 2. Accipiendo verò instans pro aliquo instanti priori natura non positiuè: sed magis priuatiuè, sic intelligendo, quòd ipsum non esse quantum est ex parte sua actu inesset, nisi præueniretur ab aliquo agente dante esse: & hoc modo concedo, quòd si filius non produceretur à patre dante sibi esse: non esse quantum est ex parte sua sibi inesset. Et hoc modo potest concedi, quòd haberet esse post non esse. Et de hoc satis patere potest à Doct. in isto primo d.2. parte 1.q.1.& d.8.q.vlti. & in 2.dist.1.q.2.& in 3.d.3.q.1.& alibi sæpe.

Non esse præcedere esse potest intelligi dupliciter.

Ad quartũ.

¶Ad quartum patet responsio ex his, quæ dicta sunt ad secundam rationem. Ex illa enim responsione non sequuntur tot instantiæ. vt iste ponit. Si etiam ponerentur illæ sex instantiæ: non video ex hoc sequi aliquod absurdum, vel impossibile. Oporteret enim ipsum probare ipsam impossibilitatem. Quod enim inconueniens est dicere: quòd intellectus est prior voluntate: & in aliquo instanti intellectio est prior volitione, & in alio instanti generatio est prior spiratione, & post in alio instanti intellectio producit creaturas in esse cognito, & post in aliquo instanti voluntas producit illas in esse volito. Et sic patet responsio ad Grego. Et ex his, quæ dixi si bene intelliguntur: omnes aliæ rationes factæ contra hanc positionem Docto. facillimè solui possunt: & sufficere possunt ista pro responsione ad rationes Io. Anglici Bac. & Ocham.

Distinctio Septima.

Quero, vtrum potentia generandi in patre sit aliquid absolutum, vel proprietas patris?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauent. primo sententia. distinctio.7. quæstio.1. Artic.1.
Scotus primo sententia dist.7.q 1.
D Thomas prima parte summa. q.1. Artic.5.
Ricardus primo sent. dist 7.q.1.
Durandus primo sent. dist.7.q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist.7.q.2.
Ioannes Bacconitanus primo sentent. dist.5.q.1.

QVAERITVR circa septimam distin. Vtrum potentia generandi in patre sit aliquid absolutum: vel proprietas patris. Titulus. quæst. nõ intelligitur de principio, quod generationis: quia apud omnes: certum est, quòd pater est principium, quod generans. Sed intelligitur de principio quo pater generat, siue de ratione formali generandi.

HIC EST OPINIO talis. Hic ponitur opinio Thom. quòd illud quo pater generat est essentia propter hanc rationem: quia generans assimilat sibi genitum in forma, qua agit: filius autem assimilatur patri in essentia, non in proprietate. ergo essentia erit ratio formalis generandi. Et declaratur ratio: quia sicut in creaturis proprietas indiuidualis non est ratio agendi, sed natura, in qua indiuidua conueniunt: ita in diuinis proprietas personalis, quæ correspondet proprietati indiuiduali in creaturis: non erit ratio agendi, vel gignendi. ergo tantum natura diuina. Et ab ista positione non discrepat Doc. nec contra hoc arguit.

S.Th.1.par. sum. q.43. art.1.

¶Ibi. Contra istud arguitur multipliciter. Hic Doct. recitat aliqua argumenta quorundam, qui nituntur improbare positionem Thom. Et quia hæc eadem argumenta videntur esse contra positionem. Doct. qui tenet expressè, quòd essentia diuina, vna cum intellectu est ratio formalis generandi, vt patebit in corpore.q. Ideo recitando ista argumenta singillatim soluam, sicut & Doc. soluit in fi.q.

¶Primum ergo argumentum contra Thom. & contra Sco. est tale. Omnis forma sufficienter elicitiua alicuius actionis, si per se est, per se agit illa actione, patet de calore separato. cum ergo deitas sit aliquo modo prior personis: & est per se elicitiua generationis. ergo se sola potest generare.

IBI. Quia autem aliqua argumenta contra primam opi. sunt contra me respondeo &c.

¶Hic Doc. respondet ad argumenta facta contra Thom. quia etiam sunt contra positionem propriã. & ad primum argumentum dat duas responsiones. Prima, quòd ista propositio omnis forma elicitiua actus, si per se est, per se agit illa actione: habet maiorem euidentiam in essentia diuina, quàm in forma creata: quia deitati correspondet suum propriũ, & adæquatum, quod præscindens ab omni ratione suppositali, scilicet ipse Deus per se, & actualissimè existens, vt supra patuit. d.4. q. 2. Et sicut Deus verè intelligit, & verè operat, ita q̃tum est ex se pt gñare,

D. Thomas & Scotus cõueniunt q̃ id quo pater generat est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur: vide. D. Thomã prima parte summæ. q.41 Artic. 5. vide ibi

Caietanus qui ex sententia D. Thomæ dicit quòd essentia diuina est primum principium quo generationis, non tamē sola, sed ipsa est vt primū quo, intellectus autē est vt proximum quo ecce ad Scotus. & D. Thomas non differunt.

sicut. dist. 4. q. 2. dictum est: quòd ista est primò vera. Deus creat, vt præscindit ab omni ratione supposita li. Illa autem maior non est sic vera in creaturis: qa nulla forma, quæ est ratio formalis agendi, vt præscindit à ratione suppositorum est per se stans, & per se existens, Deus autem, vt non includit aliquod suppositum, est ens infinitum perfectissimè, & actualissimè per se existens: & si posset habere aliquod productum eiusdem naturæ realiter distinctum: posset verè generare illud. Et quia inter generans, & genitum est semper distinctio realis: ideo oportet ipsum Deum esse in aliquo supposito realiter distincto à producto: & sic requirit suppositū, vt sit in potentia propinqua ad agendum. Et hæc est secunda responsio. Requiritur ergo suppositum generans, vt conueniens huic actioni; q͂a ista actio est inter aliqua realiter distincta, Deus autem a nullo in diuinis realiter distinguitur: ideo, vt dicatur ratio formalis agendi proxima: oportet vt sit in supposito conuenienti. Et hanc responsionem bene nota.

¶Hic tamen occurrit vna difficultas in hoc quod dicit Doct. quòd essentia diuina non potest habere hanc actionem: nisi sit in supposito cōuenienti realiter distincto à producto. Videtur enim primo, q̄ sibi contradicat, quia in q. 4. quolib. expresse tenet: quòd ipsa actio non præsupponit suppositum: vide ibi. Tum etiam per rationem: quia si præsupponit suppositum, ergo suppositum erit prius ista actione: cuius oppositum determinatum est in quolib. q. 4. & sustinendo, quòd prima persona constituatur in esse per relationem ad secundam, vt patet infra dist. 28. q. vlt. & in quolib. q. 4. ergo si relatio, siue generatio, actio constituit primum suppositum; ipse Deus non præsupponit illud ad hoc, vt dicatur in potētia proxima ad agendum.

¶Respondeo conformiter his, quæ dixi supra dis. 2. & vide ibi singularem expositionem.

¶Secundo arguitur contra Tho. Producentis, & formæ, qua producens producit eadem est relatio ad productum: vt patet. 2. phy. t. c. 38. & 5. meta. t. c. 2. & primi. vbi vult q̄ ad idē genus causæ, & principij pertinēt ars, & ędificator. nā ędificator est principium qd, ars verò principium quo: siue ratio formalis ędificandi. ergo si essentia sit qua pater generat: habebit essentia relationē realem ad genitum: sicut, & pater.

¶Respondet Doct. quòd dictum philosophi est verū de causa, & causato; vbi causa non tantum realiter distinguitur a causato: sed & forma qua agit, quia causato cōmunicatur alia forma realiter distincta: in diuinis autem eadem essentia per generationem communicatur filio: & ideo licet pater distinguatur realiter à filio: non tamen essentia.

¶Tertio arguitur: quia forma inquantum est, in qua assimilantur generans, & genitum nō habet nisi vnitatem rationis, vt accipitur à Dama. li. 1. c. 8. ergo nec entitatem, nisi rationis, cum ergo essentia diuina sit ad, in quo assimilantur generans, & genitum: non poterit esse ratio formalis generandi, quia vt sic habet tantum vnitatem rationis.

¶Respondet doct. quòd vnitas naturæ creatæ, vt præscindit ab omni singularitate habet ex natura rei aliquam vnitatem minorem vnitate numerali: vt diffuse probat ipse in secundo dist. 3. nullo enim intellectu considerante ignis generaret ignem sibi similem in natura. Et illud, quod dicit Dam. intelligitur de vnitate numerali, qua generans assimilatur genito, quæ in creaturis tantum est vnitas rationis, sed impossibile est, quòd aliqua vna natura numero secundum esse reale sit in pluribus suppositis: non sic in diuinis. Sed quomodo vnitas numeralis secundum rationem possit esse in pluribus suppositis; vide expositionem, quam feci in dist. 3. q. 1. secundi Doct.

¶Quarto arguitur contra Thom. Forma non est principium agendi, nisi inquantum agens est in actu per eam: non est autem in actu per ipsam, nisi inquantum est in ipso: non est autem in ipso agente, nisi vt est hæc, ergo, vt est hæc, est principium: & sic natura, vt natura non est ratio agendi.

¶Respondet Doct. quòd cum dicitur forma est principium agendi inquātum est in hoc: dicit quod concludit pro se, quia illud absolutum, quod est patri potentia generandi, nō est potentia generandi filio, quia si essentia, vt essentia, esset ratio generandi in potentia propinqua: tunc vt in filio esset ratio generandi: sed quia nō est ratio generandi in potentia propinqua, nisi vt in supposito patris: patet quod vt in filio non erit ratio generandi ipsi filio.

¶Quinto arguitur. Hic Doct. intendit probare, quòd ratio generandi sit proprietas indiuidualis in creaturis, vel proprietas personalis in diuinis. Et ratio stat in hoc: quia productio per prius est distinctiua, quam assimilatiua: patet quia omnis productio est distinctiua, nō autem omnis est assimilatiua: forma autem, quæ est principium producendi non est distinctiua, nisi inquantum hæc, & assimilatiua, in quantum forma.

Prius secundum consequentiā nō semper est prius secundum causalitatem.

¶Respondet Doct. quòd prius secundum consequentiam non semper est prius secundum causalitatem: patet quia bene sequitur, ignis, igitur calidus: & non econuerso. ergo calidum est prius secundum cōsequentiam, & tamen ignis est prius secundum causalitatem ipso calore: & ita concedo, quòd distinguere est prius in generatione, quam assimilare id est communius, sed distinguere non est perfectius in generatione, quam assimilare, quia distinguere conuenit etiam generationi imperfectissimæ inquantum est à forma, vt hæc: assimilare conuenit sibi inquantum est à forma absolute: & perfectior erit ratio formæ, quam ratio singularitatis: vt patet.

¶Ibi. Concedo tamen argumentum contra opinionem ponentem tantum distinctionē rationis, & non concludit contra me: sicut patebit in sequenti. d.

¶Dicit Doct. quòd si natura, vt prior est singularitate, sit tantum ens rationis: statim sequitur, quòd generatio erit perfectior inquantum distinctiua, quàm inquantum assimilatiua: patet quia est distinctiua secundum singularitatem, quæ dicit entitatem realem: & est assimilatiua secundum naturam absolutè sumptam: quæ vt sic est tantum ens rationis: & sic generans, & genitum vt præcisè conueniunt in natura: quæ dicit tantum vnitatem rationis, tantum ratione distinguuntur. dicō hoc argumentum non est contra Sco. qui ponit naturam absolutè sumptam dicere vnitatem realem, minorem tamen vnitate numerali, vt patebit. infra dis. 8. q. 2. in responsione ad primum argumentum principale: & clarius in 2. distin. 3. quæst. 1.

¶Sexto instatur contra probationem, quam facit Tho. vbi dicit, quòd generans assimilat sibi genitum in forma, qua agit. Contra hoc arguitur. Tum quia brutum generans brutum assimilatur ei in specie: & tamen forma specifica bruti non est principium generandi, sed potētia generatiua. Tū quia in augmentatione carnis calor est principium actiuum: vt patet. 2. de anima. t. c. 50. & tamen illo supple calore generatur caro animata similis generanti in forma vegetatiua.

¶Respondet doct. dicens, quòd istæ instantiæ, nō valent: quia ibi communicatur vtraque forma: & forma principalis actiua, & immediata: est enim caro genita animata, & habens calorem genitum aliqualem naturalem. Sed an caro sit ratio formalis generandi carnem: prolixe videri habet in quarto, in materia de eucharistia.

ALI-

Henri. quol. 4. & in summa. art. 37. q. 7.

ALITER dicitur, quòd generationis in diuinis, oportet dare aliquod principium positiuum, quia actio est positiua. Hic recitatur opio Hen. qui dicit in sententia, quòd essentia est principium elicitiuum generationis, sed non potest esse principium determinatè actionis, nisi determinetur: & sic relatio erit principium non elicitiuum, sed determinatiuum ad talem, vel talem actionem.

Improbatio.

¶ Contra. Indeterminatio est duplex: quædam est potentiæ passiuæ, vt indeterminatio materiæ: & quædam potentiæ actiuæ illimitatæ ad plures effectus. Et ista duplex indeterminatio clara est hic in littera. & supra patet. d. 3. q. 7. parum ante responsionem ad argumenta principalia: & ibi aliqualiter expositum. Cum ergo indeterminatio potentiæ actiuæ illimitatæ seipso determinatur ad agendum, idest per formam propriam: sequitur, quod cum essentia diuina sit indeterminata indeterminatione potentiæ illimitatæ ad agendum seipsa: hoc est per propriã entitatem, potest se determinare: ergo non per relatione sibi additam.

¶ Confirmatur. Quia talis indeterminatio principij actiui: licet sit ad disperata, non tamen est ad contradictoria: intelligendo de indeterminatione principij actiui per modum naturæ: vt patet de sole, sed non per modum voluntatis: quia voluntas ex sua ratione formali propter sui libertatem est indeterminata ad contradictoria. Et littera clara est.

¶ Item secundo, quando aliquod principium actiuum est indeterminatum ad aliquos duos effectus non ex æquo, sed secundum ordinem naturalem: ex se sufficienter determinatur, est ad primum illorũ; & posito primo: est determinatum ad secundum: essentia autem diuina est huiusmodi: & patet littera.

¶ Item tertio. relatio est ratio suppositi agentis: igitur si est determinatiua principij quo, habebit duplicem rationem principij respectu generationis, vnam inquantum est ratio agentis: & aliam inquantũ est ratio determinatiua principij agendi, & sic ipsa mediabit inter seipsam, & actionem: quia ex quo paternitas est conditio agentis: quia est proprietas patris: & sic est posterior ratione formali agendi, & ex alia parte ponitur, quòd sit determinatiua rationis formalis agendi. ergo erit prior seipsa, vt est conditio agentis, & actio sequitur rationem formalem agendi, & suppositum agens: ergo paternitas media bit inter seipsam, & actionem: quod est falsum. Nã vt est determinatiua principij formalis agendi est prior seipsa, vt est conditio suppositi agentis: sicut enim ratio formalis agendi intelligitur, vt prior suppositio agente. ergo, & ratio determinatiua ipsius principij formalis agendi erit prior ipsa conditione agentis: & ipsa paternitas, vt est conditio agentis est prior actione, idest generatione actiua, quia generatio actiua est formaliter ipsa paternitas: ergo paternitas, vt conditio suppositi agentis mediat inter seipsam, vt scilicet est determinatiua rationis formalis, & vt est actio.

Paternitas est proprietas patris.

¶ Item quarto sic natura, vt natura ponitur principium elicitiuum istius actionis: ipsa autem, vt natura non est determinabilis secundum Dama. lib. 3. c. 6. Proprietates determinant hypostases, non naturam, vt natura, idest quòd ipsa relatio, quæ est proprietas personalis est ratio distinguendi personam: filiatio enim in diuinis est ratio distinguendi filium à patre, & ideo est actus personæ distinguens vnum ab alio, & nullo modo est actus naturæ: non posset autem determinare essentiam, nisi esset actus essentiæ.

Natura non est determinabilis.

¶ Item quinto, relatio secundum Hen. tantum ratione differt à fundamento. ergo non potest esse principium determinatiuum ad actum realem: quia nihil concurrit ad rationem alicuius principij respectu actionis realis, nisi reale.

¶ Item sexto: quod dicitur de relatione determinatiua in creaturis videtur falsum. Et patet littera.

AD q. igitur respondeo. Ista littera clara est. Et primo distinguit de potentia. primo accipitur potentia pro potentia logica. & quid sit patet in littera, & supra patuit. d. 2. parte 2. q. 3. in ensione ad argumenta principalia. Secundo accipitur potentia, vt distinguitur contra actum, sicut dicimus, quòd ens diuiditur per actum, & potentiam, vt patet 5. meta. & ista potentia non est in Deo: quia quicquid est ibi est in vltima actualitate, vt supra patuit, dist. 2. Tertio accipitur potentia pro potentia reali, quæ est proximum fundamentum relationis agendi, vel patiendi, sicut dicimus, quòd calor est potentia agendi. Et hic in proposito tantum quærimus de potentia agendi, quæ adhuc distinguitur: quia potest accipi, vel pro significato, vel pro connotato, & pro significato dicit tantum relationem: pro connotato dicit aliquod absolutum, accipiendo potentiam pro significato non est præsentis speculationis: sed accipiendo pro connotato, siue pro absoluto: tunc quæritur quid est illud absolutum in diuinis quo mediante pater posset generare. Accipiendo potentiam: ergo pro tali absoluto potest adhuc distingui, aut accipitur illud absolutum in se, aut accipitur illud absolutum, cum omni circunstantia requisita ad actionem. Primo modo tale absolutum potest dici ratio formalis agendi, potentia tamen remota. Secundo modo potest dici ratio formalis agendi potentia propinqua: Et ista distinctio de potentia pro fundamento propinqua, & remota accipitur à philosopho. 9. meta. t. c. 10. Nam ibi habetur expressè de potentia propinqua: inquit enim ibi secundum aliam litteram. Potentiæ verò tales, quando appropinquant secundum quòd est possibile eis de actiuo, & passiuo necesse est, vt quædam agant, & quædam patiantur. Et parum infra. Ergo omne quod habet potentiam secundum rationem, necesse est, cum fuerit appetẽs illud, quod habet potentiam non habet illud: & secundũ quod habet de appetitu, etiam semper erit, cum passiuum fuerit propinquum: & habuerit potentiam actionis in hac dispositione: & si actio potest ad hoc, & non indigetur addere, in sermone: & si nõ fuerit aliquod extrinsecum &c. Ibi. Commen. Ergo omne, quod habet potentiam, idest ergo necesse est cum ratiocinatius habuerit magnum appetitum ad illud, quod potest agere, vt agat illud secundum suum appetitũ, & suum posse: sed non agat, nisi quando patiens fuerit propinquum ei, & habuerit in tempore actionis istam dispositionem, quam diximus, scilicet appetitum, & potentiam ad agere. Deinde dicit. Et si actio potest &c. idest. Et non indigemus cum hoc, quòd potentia possit agere, & addere, nisi aliquod extrinsecum impediat: quoniam sufficit in hoc, quod dicimus, quòd potentia potest agere: quoniam cum fuerit illic impediens, tunc potentia non poterit: hæc ille. Et sic patet expressè quomodo ibi intendit de potentia, quæ habet omnia requisita ad agendum, quæ tunc vocatur potentia propinqua. Sed de potentia, primo modo hoc est de potentia, absolutè sumpta, qua aliquid potest agere: patet à philosopho. 9. meta. t. c. 2. ibi enim distinguit Aristo. potentiam accipi multipliciter. Vide textum cum commen.

Potentia accipitur trib. modis.

De multiplici potentia.

Potẽtia multis modis sumitur.

LOQVENDO tunc de potentia, idest de proximo fundamento ipsius relationis præcise sumpto, dico, quòd potentia generandi patris non est relatio, sed aliquid absolutum. Primo ergo Doct. probat, quòd potentia generandi in patre non est aliqua

Pro parte negatiua.

relatio,

relatio puta paternitas. Et probat multiplici medio.

¶Primo, supponendo vnum communiter concessum, quòd productio filij, & productio spiritus sancti sic distinguũtur, quòd productio filij est naturalis, & per modum naturæ: & productio Spiritus sancti est libera, & per modum voluntatis. Sed si relatio esset ratio formalis generandi, & spirandi: sequeretur, quòd vtraque productio esset naturalis, & per modum naturæ, probatur, quia omnes productiones, quæ dicuntur per modũ naturæ sunt à principio formali productiuo per modum naturæ: & omnes productiones, quæ denominãtur liberè sunt à principio formali productiuo per modum voluntatis. Sed nulla relatio potest esse ratio formalis producendi aliquid liberè: patet quia sola voluntas est ratio formalis sic producendi. Et vltra si paternitas in patre est ratio formalis producendi filiũ per modum naturæ, ergo, & spiratio actiua in patre, & filio erit ratio formalis producendi Spiritum sanctum per modum naturæ: probatur consequentia: quia omnis relatio æquè naturaliter respicit suum correlatiuum: si ergo vna respicit suum correlatiuum per modum naturæ: & reliqua similiter.

Sola voluntas est ratio formalis producendi aliquid liberè.

¶Secũdo. Si paternitas est ratio formalis gignendi (cum paternitas, & generatio actiua sint penitus idẽ, licet nomine differant, vt infra patebit. dist. 28. q. vltima. & in quol. q. 4) sequitur, quòd idem erit principium suiipsius: quia si paternitas est principium generationis, & generatio est penitus idem, quòd paternitas ergo idem erit principium sui.

¶Tertio. Quia tũc paternitas esset simpliciter perfectior filiatione: probatur cõsequentia dupliciter. Primo, quia illud, quo producens producit, si non est eiusdem rationis cum forma producti, continet eam virtualiter, & est perfectius ea, patet, quia tota perfectio agentis semper sumitur à ratione formali agendi, vt supra exposui. dist. 1. q. 2. Cum ergo paternitas sit alterius rationis à filiatione, & est ratio formalis producẽdi filium, qui dicitur filius per filiationem: ergo simpliciter erit perfectior filiatione. Secũdo, quod est ratio formalis alicui agendi dicit perfectionem in illo, sed paternitas per se est ratio formalis generandi filium. ergo erit aliqua perfectio in patre: filiatio autẽ non est ipsi filio ratio formalis agendi, nec ad intra, nec ad extra. ergo paternitas erit perfectior filiatione: hoc autem est manifestè falsum: quia tunc personæ non essent æquales in perfectione.

Pro parte affirmatiua.

¶Partem affirmatiuã solutionis probo. Hic Doct. intendit probare, quòd ratio formalis generandi in patre est simpliciter aliquod absolutum. primo sic. Quod est perfectionis in principio productiuo non tollit ab illo rationem principij productiui: sed communicare se in identitate numerali, & adæquata communicatione sibi ponit perfectionem in principio productiuo. ergo hoc non tollit ab aliquo rationem principij productiui. Ista ratio Doct. est satis euidẽs. Illi enim qui dicunt paternitatem esse rationem formalem generandi, ex hoc dicunt, quia videtur impossibile, quòd idem numero sit ratio formalis generandi, & per generationem sit communicatum producto: quia inter rationem formalem generandi, & rem communicatam per talem generationem producto, videtur aliqua distinctio. Cum ergo essentia diuina eadem numero, quæ est in patre sit per generationem communicata filio, nõ videtur posibile, quòd in patre sit ratio formalis generandi, siue communicandi seipsam filio: videtur enim quòd communicari alicui in identitate numerali auferat ipsi communicato rationem principij productiui. Doc. ergo intendit principaliter probare, quòd communicare se in identitate numerali non auferat ab eo rationem principij productiui. Et hoc probat ibi. Sed si Deus per impossibile generaret alium Deum, & ille alius tertium, deitas poneretur principium productiuum alterius, & non relatio, & tunc deitas nõ communicaret se in identitate numerali, nec communicaret se communicatione adæquata sibi in ratione principij productiui: quia deitas posset esse principium alterius communicationis: putà factæ per impossibile à secundo Deo, ergo cum modo deitas communicetur in identitate numerali, & cõmunicatione adæquata sibi, ita quòd deitate non potest esse alia communicatio numero eiusdem rationis cum ista: sequitur, quòd multo magis modo ponetur absolutum esse principium productiuum, quàm tunc poneretur.

¶Et breuiter pro clariori intelligentia præmitto aliqua. Primum, quòd idem numero possit esse in pluribus suppositis, ita quòd in vno sit ex semetipso, & in alio sit per aliquam productionem: sicut nunc de facto essentia diuina ex semetipsa est in patre: vt infra patebit. dist. 28. q. vlt. & eadem per generationẽ est in filio, & per spirationem in Spiritu sancto. Secũdum, quando aliqua sunt eiusdem rationis, si vnum sit principium formale agendi, & reliquum, hoc patet, quia ratio formalis agendi consequitur entitatem quiditatiuam: vt supra exposui. dist. 1. q. 2. & dis. 3. q. 6. Tertium naturam simpliciter eandem numero posse diuersis suppositis communicari est perfectionis omnino illimitatæ: vt supra notaui dist. 2. parte. 2. q. 3. Si enim communicare pluribus idem specie est maioris perfectionis, quàm communicare idem genere. ergo communicare pluribus suppositis in perfectissima identitate, quæ est identitas numeralis, hoc erit tantum infinitæ perfectionis, vt infra patebit. dist. 28. si ergo idem specie communicare pluribus non aufert ab eo quod communicatur, quin sit principium formale productionis, per quam communicatur, à fortiori, si aliquid eiusdem speciei communicatur in identitate numerali non aufert ab eo, quin illud, quod communicatur in tali identitate sit principium formale alicuius productionis, per quã communicatur, cum hic modus sit perfectissimus: & sic patet litera doct. Et exemplum positum ibi de calore in igne satis clarum est. Si ergo Deus generaret alium Deum, rõ formalis generandi esset deitas, à fortiori quando pater generat filium, communicando sibi eandem deitatem, ratio formalis generandi filium, per quam generationem communicatur filio eadem deitas erit deitas ipsa; supplè ratio formalis generandi.

Idem numero potest esse in pluribus suppositis.

Quæ sit ratio formalis generandi filium.

¶Ibi. Secundo probo idem sic. Ista ratio stat in aliquibus dictis. Primum, quòd terminus formalis generationis est simpliciter perfectior omni eo; quod per talem generationem habetur, vt supra patuit à Doct. dist. 5. q. 2. & vide ibi expositionem, quã feci. Secundum, quòd essentia diuina est terminus formalis generationis diuinæ: vt supra probatum est. dist. 5. q. 2. Tertium, quòd tota perfectio producentis sumitur simpliciter à ratione formali producendi, vt supra patuit: cum ergo in patre nihil sit perfectius essentia diuina, & ipsa eadẽ in filio est terminus formalis generationis: ergo in patre erit simpliciter ratio formalis generationis: patet quia aliter nõ potest poni. Si enim paternitas ponitur: statim sequitur, quòd ratio formalis generandi sit imperfectior termino formali, quod est impossibile.

Essentia est formalis terminus generationis diuinæ.

¶Huic rationi instatur, quòd consequentia tantũ valet in generatione vniuoca scilicet ista consequentia, aliquid absolutum est terminus formalis generationis: ergo aliquid absolutum est ratio formalis generationis, dicitur, quòd hæc consequentia valet tantum in generatione vniuoca: sed generatio in diuinis est tantum æquiuoca: & quòd sit æquiuoca probatur

tribus

tribus vijs. Prima sumitur ex parte personarum. Secunda ex parte productionum. Tertia ex parte differentiæ specificæ.

¶Ex prima via arguitur sic primo. Paternitas, & filiatio differunt specie: ergo personæ constitutæ per eas differunt specie: antecedēs probat, quia differunt secundum quiditates, & talis est differentia specifica. Tum quia paternitas, & filiatio sunt puri actus: differentia autem actus, & formæ est specifica: consequentia probatur, scilicet quòd pater, & filius differant specie Tum, quia non maior distinctio est in principijs, quàm in principiatis. Tum quia eadem est differentia formalium constituentium, & cōstitutorum. Tum, quia eadem est differentia eorum, secundum quæ præcisè aliqua differunt, & ipsorum differentium. Tum, quia relationes sunt idem essentiæ diuinæ, sicut personæ, igitur propter istud non negabitur differentia specifica personarum, sicut nec relationum.

Relationes sunt idē essentia diuinæ.

¶Ex secunda via arguitur sic: productiones differunt specie ergo, & producta: antecedēs patet, quia in diuinis non est productio, nisi vnica eiusdem rationis: consequentia probatur. Tum, quia aliter non esset proportio productionum ad producta. Tum, quia productiones sunt eiusdem rationis cum productis. Tum quia potentiæ alterius rationis requirunt obiecta alterius rationis, ergo si producerent sua obiecta, producerent ea alterius rationis: ergo sicut intellectus, & voluntas præsupponunt bonum, & verum formaliter distincta: ita producerent terminos formaliter distinctos, vel erunt quibus termini, sic distincti producuntur.

¶Ex tertia via arguitur sic: quod est perfectius, est simpliciter ponendum in diuinis: sed differentia specifica, cum sit de perfectione vniuersi est perfectior differentia numerali. ergo.

¶Ad ista dicit doct. primo, quòd siue generatio ponatur æquiuoca, siue vniuoca ratio non infringitur, quia in æquiuoca generatione, oportet principium productiuum esse perfectius termino formali.

¶Secundo dicit, quòd falsum est dicere generatio nem diuinā esse æquiuocam. Dicit enim doct. quòd generatio in diuinis est simpliciter vniuoca nō æquiuoca, aut denominatur talis à termino formali generationis, aut à formali proprio ipsi supposito producto id est aut denominat talis à natura in supposito producto, qui est terminus formalis, aut à ratione suppositali constituente suppositum in esse simpliciter incommunicabili. Si à natura, cum eadem sit in patre & filio, ergo generatio diuina erit vniuoca. Si à ratione suppositali, nulla generatio erit vniuoca: quia nullū genitum in sua forma indiuiduali assimilatur gignenti.

Generatio in diuinis nō potest esse æquiuoca.

¶Hoc etiam arguitur alio modo: quia generatio, & est distinctiua, & est assimilatiua: perfectior autem ratio in ea est, quòd sit assimilatiua quàm sit distinctiua. Hæc ratio patet in litera, & supra exposita est præsenti. d. respondendo ad argumenta facta contra opi. Sancti Tho. Si enim diceretur talis, vel talis inquantum est distinctiua quælibet esset æquiuoca: quia quælibet distinguit, & patet litera.

AD ARGVMENTA igitur in oppositum. Hic doct. respondet ad argumenta facta pro opin. tenentium generationem diuinam esse æquiuocam.

¶Ad primum: ex prima via præmittit aliqua. Primum, quòd in diuinis nō est propriè nec genus, nec species, nec differentia specifica, vt infra patebit. dist. 8. q. 2. potest tamen poni ibi differentia quasi specifica, licet non verè specifica: sicut dicimus, quòd paternitas magis differt à filiatione, quàm à paternitate. Secundum, quòd aliqua dicuntur magis distingui, quia media minus conueniunt in aliquo genere: & sic homo, & albedo magis distinguntur, quàm homo, & asinus, vel quàm Fran. & Ioānes, quia homo, & albedo in nullo genere conueniunt. Aliqua vero dicuntur magis distingui propter maiorem repugnantiam, vel incompossibilitatem, & sic homo, & asinus magis distinguntur, quàm homo, & albedo: quia magis repugnant in eodem. Sed hoc modo non est propriè dictum aliqua magis distingui: propriè enim illa dicuntur magis distingui, quę minus in aliquo genere conueniunt: & ita distincta genere generalissimo plus distinguuntur, quàm contraria, quæ sunt eiusdē generis: licet contraria magis repugnent. Tertium est, quòd vniuersaliter quanta est distinctio id est repugnantia constituentium, tanta est, & constitutorum: quia si albedo, & nigredo sunt incompossibilia, & constituta per ea sunt incompossibilia: & ita est in proposito: quanta enim est incompossibilitas paternitatis, & filiationis, tanta est patris, & filij, ita quòd sicut paternitas non est filiatio, ita nec pater est filius. Quartum, loquendo de distinctione propriæ dicta, dico, quòd constituta minus distinguntur, quàm constituentia, quia constituentia minus conueniunt in genere, & constituta magis conueniunt, pater quia rationale, & irrationale non conueniunt quiditatiuè in genere, & tamen species constitutæ quiditatiuè cō ueniunt, sic est in proposito, quòd quamuis paternitas, & filiatio non conueniant quiditatiuè in aliqua natura: tamen pater, & filius quiditatiuè conueniunt in Deo: & sic paternitas, & filiatio magis distinguntur id est minus conueniunt, quàm pater, & filius. Et ex his patet responsio ad rationes factas pro prima via.

Aliqua possunt dici magis distingui dupliciter.

Pater & filius quiditatiuè conueniunt in Deo.

¶Ibi. Sed adhuc pondero argumentum. Hic Doc. intendit probare, quòd tanta differentia sit inter personas, quanta inter relationes constituentes, quia illæ relationes sunt subsistentes, & subsistentes sunt personæ diuinæ. ergo.

¶Secundo personæ diuinæ aliqua differentia formali differunt, & non nisi differentia illa, quæ est relationum, quia nullam aliam habent, & ista quæ est relationum est specifica ergo.

Quomodo personæ diuinæ differant.

¶Ibi. Ad ista respondeo. Doct. ad has duas rationes respondet. Ad primam dicit, quòd licet relationes sint subsistentes, & personæ per illas subsistant: vltra tamen illas relationes includunt naturam in qua subsistunt: & ideo ratione naturæ, magis conueniunt.

¶Ad secundam: dicit, quòd non sequitur: istis præcise personę distinguuntur: ergo distinguuntur specie? non sequitur, quia si tantum includerent relationes bene sequeretur, sed vltra illas includunt naturam, in qua conueniunt, & patet instantia, quia Fran. & Io. præcisè distinguuntur per aliā, & aliam hæcheitatem, sed illæ hæcheitates sunt primo diuersa, scilicet in nullo quiditatiuè conuenientia: ergo Fran. & Ioan. sunt primo diuersi: non sequitur, quia Fran. & Ioan. vltra hæcheitates includunt naturam, in qua conueniunt quiditatiuè: sic in proposito.

¶Ad secundam viam de productionibus. doct. respondet ad rationem factam pro secunda via, & negat consequentiam: non enim sequitur: productiones distinguuntur specie: ergo & producta? potest enim eadem natura ex sua maxima perfectione in se habere principia cōmunicatiua alterius, & alterius rationis: puta intellectum, & voluntatem, & ita propter distinctionem principiorum formalium possunt esse productiones alterius rationis: & tamē producta erunt vnius rationis propter vnitatem termini formalis scilicet naturæ, quæ communicatur. Et cum probatur consequentia prima per proportionem. Dicit doct. quòd proportio illa productionis ad

ad terminum formalem est, quòd per ipsam communicatur terminus formalis. Sed non requiritur talis proportio, quòd productio sit vnius rationis, si terminus formalis sit vnius rationis: quia productiones possunt distingui per rationes suas formales aliter, quàm ex terminis formalibus, vt infra patebit. dist. 13. Exemplum huius est, quia quandoque forma eadem potest acquiri mutationibus alterius rationis, vt apparet. 3. phisi. t. c. 4. &hoc supra declaratum est dist. 2 parte. 2.

Quomodo productiones sint eiusdē rationis cū productis.

¶Cum probatur illa consequentia secunda p hoc, quòd productiones sunt eiusdem rationis cum productis. Dicit doct. quòd sunt eiusdem rationis quantum ad hoc, quia sicut productiones sunt relationes, ita producta sunt relatiua, & hoc tenendo personas constitui per relationes. Si verò teneatur, quòd personæ sint constitutæ per absoluta, simpliciter negatur ista propositio: productiones sunt eiusdem rationis cum productis.

¶Cum arguitur tertio, de potentiarum distinctione supra responsum est dist. 2. parte. 2. q. 4. siue vltima illius partis.

¶De tertia via scilicet de perfectione differentiæ specificæ, patet litera, quia in creaturis differentia specifica non dicit perfectionem simpliciter, immo limitatam, sed dicit perfectionem supplentem imperfectionem, vt patet in litera. Et sic patet responsio ad omnes obligationes pro generatione æquiuoca in diuinis.

Ocham in primo. di. 7. q. 1.

ADVERTE tamen, quòd Ocham in primo. dist. 7 q. 1. respondet ad argumenta doct. Primo ad illa quibus probat, quòd relatio non est ratio formalis producendi, & secundo ad illa, quibus probat, quòd absolutum in patre est ratio formalis generandi. Ad primum ergo primæ viæ dicit, quòd Spiritus sanctus æquè naturaliter & æquè necessario producitur sicut filius: nec propter hoc dicitur Spiritus sanctus produci magis per modum voluntatis, quàm filius.

Responsio Ocham non satisfacit.

¶Sed ista responsio videtur esse contra doct. quia Spiritus sanctus, vt inquit Augu. procedit à patre, & filio non quomodo natus, sed quomodo datus. Vbi vult ipse August. quòd Spiritus sanctus producatur per modum voluntatis, & quòd talis productio sit liberat: sed de hoc magis patebit infra dist. 10. Et fortè Ocham hoc habet dicere: quia ipse expresse tenet, quòd intellectus, & voluntas, etiam in creaturis nullo modo differunt adinuicem: sed hoc pertractare non est præsentis speculationis: hoc enim pertinet ad secundum librum distin. 16. vbi quæritur, an potentiæ animæ differat ab ipsa anima, & à se inuicem.

Idem Ochā.

¶Ad secundum argumentum dicit, quòd illa generatio non est totaliter relatio in patre ad filium, sicut nec creatio est aliqua relatio Dei ad creaturam: sed illa relatio diceret principaliter paternitatem. & patrem connotando ipsum filium: sicut creare dicit principaliter ipsum Deum, connotando creaturam, cuius esse sequitur ad esse Dei.

Elicitē eius responsio.

¶Dico primo, quòd non est simile de creatione, & generatione, quia impossibile est Deum referri relatione reali ad creaturam, vt patet à doct. infra dist. 30. in diuinis autem generans relatione reali refertur ad genitum.

¶Dico secundo, quòd posito, quòd Deus possit referri relatione reali ad creaturam, qua formaliter diceretur creans, illa relatio esset de necessitate elicita à principio formali creandi. Sic in proposito, cū semper generans vniuocè per generationem actiuā, formaliter in ipso existentem, attingat ipsum genitum, & sit via in genitū, & terminetur ad ipsum, non poterit poni ratio formalis generationis, sed aliquid aliud erit rō formalis, aliter idem esset principiū sui.

Idē Ocham

¶Ad tertium dicit Ocham, quòd hoc argumentum doct. minus valet: & tota responsio Ocham stat in hoc, quòd in diuinis nō potest dici perfectius, & imperfectius: nec vna relatio perfectior alia propter realem identitatem cum Deo.

Non satisfacit. Responsio Ocham.

¶Sed hæc responsio non multum valet, quia, & si omnia in diuinis sint vna res, & per consequens nihil sit perfectius alio realiter: multa tamen in diuinis ex sua ratione formali dicunt perfectionem simpliciter, & formaliter distinctam ab alia perfectione: vt infra patebit. distin. 8. q. 3. vbi probatur, quòd attributa in diuinis differunt formaliter, & tamen quodlibet dicit perfectionem simpliciter, vt ibi patebit. Et aliqua sunt, quæ ex sua ratione formali non dicūt aliquam perfectionem, nec imperfectionem, vt relationes in diuinis.

¶Dico vltra, quòd si per impossibile poneretur, quòd lapis esset ratio formalis producendi hominē, esset tantæ perfectionis, quanta est homo: licet ergo paternitas ex sua ratione formali non dicat perfectionem, neq; imperfectionem: si tamen poneretur ratio formalis producendi filium, de necessitate esset tantæ perfectionis, quantæ terminus formalis cōmunicatus per talem productionem. Et sic patet, quòd responsio Ocham non infringit rationē Doc.

Idē Ocham.

¶Ad aliud de secūda via, quo probat Doct. quòd ratio formalis generandi est aliquod absolutum. Dicit Ocham, q si vnus Deus generaret alium Deum, tunc deitas esset ratio generandi: quia nulla foret relatio talis, quæ posset esse ratio generandi: si tamen esset ibi relatio eadem realiter cum essentia posset concedi, quòd tam essentia, quàm relatio foret ratio generandi.

Eius responsio euacuatur.

¶Sed hæc responsio non euacuat rationem Doct: vt patet ex supra declaratis in illa ratione, nec oportet hic aliter insistere. Et sic patet quomodo responsiones Ocham parum valent contra rationes Doct.

AD FORMAM autem. q. qua quæritur de potentia generandi, an sit aliquid absolutum.

¶Hic doct. duo dicit. Primum, quòd potētia generandi, loquendo de fundamento proximo relationis, est quid absolutum, & hoc probatum est supra per duas rationes. Et quid sit illud absolutum supra declarauit. dist 2 parte. 2. q. 3. quòd est memoria fœcunda patris, quæ memoria duo includit scilicet intellectum, & essentiam diuinam, vt perfectè præsentem in ratione obiecti intelligibilis: hoc idem expresse declarat in secundo dist. 1. q. 1. & in quolit. q. 2. Secundum est, q potentia generandi notat actum, vt egredientem ab eodem supposito, cui attribuitur potētia, & dicitur per hoc notare talem actum: quia potentia construitur cum gerundiuo, cum dico potentia generandi: hoc dicit Doct. quòd licet in filio sit simpliciter eadem memoria, quæ, & in patre, in filio tamē nulla est potentia generandi, quia si filius haberet memoriam fœcundam, vt potentiam generandi, tūc posset generare: in solo ergo patre memoria fœcunda est potentia generandi. Et ideo dicit Doct. quòd ista non concederetur, filius habet scientiam, siue voluntatem generandi, licet ista concederetur: filius scit generationem patris, & vult eam. Et addit, quòd immo videntur illæ negandæ scilicet filius habet scientiam, vel voluntatem generandi: sicut etiam istę negarentur: filius scit generare, & vult generare, quia idem videtur importare velle agere, & habere voluntatem agendi. Sed non idem istis videtur esse velle actionem, quia hæc non includit eam velle, vt actionem voluntatis, quod alia videntur significare.

Petrus Aureolus.

CONTRA primum arguit Aureolus, & probat, quòd in patre nulla est potentia verè productiua, vel elicitiua, qua generat, vel possit generare filium,

filium, ſed potentia qua dicitur poſſe generare eſt ſolummodo actualis connexio, & non repugnantia terminorum, ſicut, & potentia, qua Deus poteſt eſſe Deus, & ſic non eſt aliud potentia generandi in patre, quàm potentia, qua pater poteſt eſſe pater, & quòd potentia generandi in patre non ſignificet aliquod principium productiuum in patre reſpectu filij probatur multipliciter.

¶Primo vbi eſt principium productiuum, ſiue elicitiuum, ibi eſt productio elicita, ſed in Deo non eſt productio elicita ergo.

¶Secundo ſic, poſſe eſſe patrem non eſt potentia productiua, ſed eſt poſſe connexionis neceſſariæ eo modo, quo homo poteſt eſſe animal: quia ſi talis potentia eſſet productiua, etiam pater in diuinis produceretur in eſſe patris, quod eſt falſum. Sed eadem eſt potentia, qua pater poteſt generare, & qua pater poteſt eſſe: ſicut eſt idem actus generare, & paternitas: ſicut etiam dicit magiſter, quòd iſtæ ſunt idem, pater poteſt eſſe pater, & pater poteſt generare. Sed filius non poteſt eſſe pater, & filius non poteſt generare.

¶Tertio. Si potentia generandi eſt potentia productiua aliqua perfectio ſimpliciter eſſet in patre, quæ non eſſet in filio. ergo.

¶Quarto. Cuius negatio non eſt negatio potentię, ipſum non eſt formaliter potentia, ſed ſecundum Auguſt. negatio potentiæ generatiuæ non eſt negatio potentiæ, ſed tantum poſſibilitatis terminorum t ait enim contra Maxi. lib 1. quòd filius non genuit, non quia non potuit, ſed quia non oportuit, quod

Expoſitio magiſtri.

exponens magiſter dicit: non quia non potuit id eſt non ex aliqua impotentia fuit, & per conſequens negatio potentiæ generatiuæ non eſt negatio potentię.

¶Quinto in patre non poteſt poni aliqua potentia productiua reſpectu ſui formalis conſtitutiui alias ꝓduceretur in eſſe patris, ſed generare eſt formale conſtitutiuum patris: ergo reſpectu generare nulla eſt in eo potentia productiua.

¶Sexto. Nulla potētia productiua recipit actum in ſe, ſed ab ea egreditur actus, ſed generare nō egreditur à patre: patet, quia ipſum conſtituit.

¶Septimo. Si in patre eſt aliquod formale principium productiuum, illud non erit paternitas, quia

Quomodo paternitas & generare idem ſint realiter.

paternitas, & generare idem ſint realiter. Nec erit perſona tota, quia tunc generare egrederetur à perſona & eſſet aliud realiter ab ea. Nec eſſentia, quia actus generationis egrederetur ab ea, & eſſet aliud realiter ab eo, cum nihil egrediatur à ſe. hæc Petrus Aureolus.

Gre de Ari. ad rationes Aureoli.

AD ISTAS RATIONES reſpondet Grego. Ari. in 1. diſt. 7. q. vnica. Ad primam dicit, quòd vel per productionem intelligitur ipſum productum: ſicut in creaturis res, quæ producitur, dicitur productio, & tunc iſta eſt falſa, quòd in Deo non ſit productio elicita, vel intelligit per productionem ipſum producens, vel eius habitudinem ad productum, & tunc iſta eſt falſa: vbi eſt principium elicitiuum, ibi eſt productio elicita, alias potentia creatiua non eſſet productiua, cum nec creans, vel eius habitudo ad creaturam ſit verè producta, vel intelligit quandam rem mediam diſtinctam tam à producente, quàm à producto: & adhuc iſta eſt falſa, & patet inſtantia de potētia creatiua, quia inter ipſam, & creaturam non eſt aliqua res media producta.

¶Ad ſecundam dicit Grego quòd ſi valeret, æquè probaretur, quòd potētia creatiua Dei non eſſet productiua, quod eſt falſum apud omnes. Arguitur enim ſic: poſſe eſſe creatorem nō eſt poſſe eſſe potētia productiua, alias Deus produceret in eſſe creatoris: ſed eſt eadem potentia, qua Deus producere, & qua poteſt eſſe creator: ſicut idem eſt Deum creare, & Deū eſſe creatorem, ergo potentia creatiua non eſſet productiua, quod eſt falſum.

¶Reſpondet ergo Greg. ad illam rationem, cum dicitur: poſſe eſſe patrem non eſt poſſe potentia productiua. Hoc nomen pater aliquando eſt nomen hypoſtaſis, aliquando proprietatis, primo mō eſſe patrem eſt eſſe perſonæ, quæ producit filium: alio modo eſt filium generare: hæc multum differunt. Nam primo mō concedimus deitatē eſſe patrem: non autē ſcdo mō, primo mō dico, ꝙ poſſe eſſe patrem nō eſt poſſe potentia productiua: ſed ſcdo mō poſſe eſſe patrem eſt poſſe potētiæ productiuæ, ſicut enim per productiuam potentiā pater poteſt filium producere, & eius eſſe principium: ſic per eandem poteſt eſſe pater, cum non ſit aliud primam perſonam eſſe patrem, quàm ipſum filium gignere.

¶Et cum dicitur, quòd tunc pater producitur ex ſe in eſſe patrem. Negatur conſequentia: inſtantia patet de poſſe, & eſſe creatorem vnde, ſicut poſſe eſſe creatorem non eſt poſſe producere creatorem, &c. Et ad magiſtrum dicitur, quòd accipit ibi nomen patris, vt eſt nomen proprietatis.

¶Ad tertium dicit Greg. quòd ſi accipiatur perfectio ſimpliciter, vt eſt ſignificabile incomplexe nulla eſt perfectio ſimpliciter, niſi Deus. Et ſic principiū productiuum filij eſt perfectio ſimpliciter, quod, & ipſe Aureo. habet concedere: niſi velit dicere, aut patrem non producere filium, aut patrem non eſſe Deum, & ſic patet argumentum eſſe contra Aureo. ſcilicet quòd aliqua perfectio ſimpliciter deeſt filio. Vel intelligit aliquod ſignificabile tantū complexe, ſicut, ſi dicatur, quòd eſſe ſapientem eſt perfectio ſimpliciter. Et ſic cum dicatur, quòd potentia productiua filij eſt perfectio ſimpliciter: idem eſt, ac ſi diceretur poſſe producere filium eſt perfectio ſimpliciter, & ſic argu. redducitur contra Aureo. Nam ſi poſſe producere creaturam eſſet perfectionis ſimpliciter, ex hoc ſequitur per locum à minori, quòd poſſe producere creatorem eſſet perfectionis ſimpliciter.

¶Reſpondet ergo ad argumentum Aureoli dicens: ſi primo mō accipiat perfectio, tunc potentia productiua filij eſſet perfectio ſimpliciter, quia ipſe pater eſt perfectio ſimpliciter, & tamen filius non eſt minus perfectus, quia licet ipſe non ſit pater, eſt tamen idipſum, & eſt eadem bonitas, quæ eſt ipſe pater. Si verò accipiat ſecundo mō ſic poſſe producere filium non eſſet perfectionis ſimpliciter: ſicut nec poſſe producere creaturam eſt perfectionis ſimpliciter.

¶Ad quartum dicit Grego quòd minor eſt falſa, accipiendo potentiā pro principio productiuo, & ideo non ſequitur, tenendo expoſitionem magiſtri ſcilicet non quia non potuit id eſt non fuit ex impotentia, ac ſi dicatur non quia impotens fuit. Sed non ſequitur non fuit impotens, ergo potuit, vel fuit potens producere filium? Sicut non ſequitur, iſte puer non eſt iniuſtus, ergo eſt iuſtus?

¶Ad quintum dicit Greg. quòd non ſequitur, in patre non eſt potentia productiua reſpectu generare, ergo in eo non eſt potentia productiua? niſi per generare intelligas, ipſum genitum: nam cum hoc, quòd in patre non eſt potentia productiua reſpectu alicuius, quod eſt in eo, bene tamen ſtat, quòd in eo ſit potentia productiua reſpectu filij.

¶Ad ſextum, & ſeptimum ſimul reſpondet, quòd à potentia productiua nihil egreditur, niſi, quod ab eo producitur. Et ideo ſi per generare intelligas ipſum productum, generare egreditur à potētia productiua, quæ eſt ipſe pater, ſi verò per generare intelligit aliquid aliud, non valet conſequentia, quòd ſi reſpectu illius non ſit potētia productiua in patre: ergo abſolutè non ſit in ea potentia productiua: hęc

Greg.

Greg. Et licet istæ responsiones videantur euadere rationes Aureoli, sustinendo viam Grego. qui tenet expresse quòd idē sit principium, quod producens, & principium quo, siue (quòd idem est simpliciter) patrem generare, & patrem esse potentiam generandi, vt patet ab ipso Greg. præsenti dist.

Respōsio ad Aureo secū dum viam Sco. SVSTINENDO tamen opinionem Scotali ter respondeo ad rationes Aureo. Et prius præmitto aliqua, ex quibus statim patebit responsio. Et primo præmitto, quòd in quocunque producente est reperire rationem formalem producendi, & conditionem producentis: ita quòd ratio formalis dicitur principium, quo producens producit, & condino producentis constituit ipsum producens, vt dicatur principiū quod, & hoc satis supra patuit præsenti. d. & dist. 1. q. 2. & dist. q. 6. Secundo præmitto, quòd, & si in creaturis ratio formalis producēdi, siue principium generandi (quod idem est realiter, & essentia liter) distinguatur à producto, propter hoc, quia eadem natura numero non potest simul esse in plurib. suppositis. In diuinis tamen principium formale productiuum non distinguitur realiter à producto, vt patet, quia sustinendo opin. doct. quòd memoria fœcunda sit principium productiuum filij, siue potentia generandi, est eadem realiter, & essentialiter cum filio producto: licet ex natura rei, & fortè formaliter distinguatur ab illo: & sic nō est necesse principium elicitiuum, siue productiuum in diuinis esse realiter distinctum à producto, sed sufficit, quòd producens, cui tale principium productiuum est potentia producendi sit realiter distinctum à producto, vt supra exposui præsenti. d. & dist. 4. q. 2. Tertio præmitto, quòd aliud est aliquid esse principium elicitiuum alicuius productionis, siue esse rationem formalem eliciendi aliquem actum, & aliud est esse principium quod producens. Exemplum, generatio actiua dicitur actus productiuus, siue generatiuus eo modo, quo supra exposui. Si comparetur ad potentiam generandi, potest dici quasi elicita à tali potentia, quia & si non distinguatur realiter puta à memoria fœcunda, quæ est potentia generandi: distinguitur tamen ex natura rei, & formaliter, & ideo potest dici actus quasi elicitus. Et hoc patet expresse à Doct. q. 4. quoli. Si verò comparetur ad suppositum generans non dicitur actus elicitus à tali soppo sito: patet quia ipsum constituit. Istis ergo præmissis, patet responsio ad rationes Aureoli.

Memoria fœcunda est principiū productionū filij.

¶Ad primum: quando dicitur vbi est potentia generandi, ibi est generatio elicita. Si intelligatur generatio pro genito, patet, quòd genitum est verè productum à patre. Si verò intelligatur pro ipsa generatione, dico, quòd, & si generatio non sit elicita à patre, cum ipsum constituat: dicitur tamen quasi elicita à potentia generandi, quæ est memoria fœcunda, & hoc sufficit.

¶Ad secundum: negatur ista, quòd eadem sit potentia, qua pater potest generare, & qua pater potest esse pater, quia memoria fœcunda, vt potentia generandi, siue principio formali pater potest generare, & paternitate potest esse pater, quia non eodem pater est Deus, quo est pater, vt inquit August. deitate enim est Deus, & paternitate pater. Et quod dicit de magistro, quòd idem est patrem esse patrem, & patrem generare, concedo hoc esse verum, vt ly pater accipitur adiectiuè, quod idem est, quòd generare, siue genuisse, quod supra patuit. dist. 5. q. 1.

¶Dico etiam, quòd ista multum differunt, pater potest generare, & potentia generandi per primum notatur principium quod generans, siue potens generare, & per secundum notatur ratio formalis generandi.

¶Ad tertium dico, quòd potentia generādi potest dupliciter accipi. Vno modo formaliter, vt est quædam relatio. Alio modo fundamentaliter, vt est quoddam absolutum, quod est fundamentum proximū talis generationis. Primo modo potentia generandi in diuinis nullam perfectionem dicit, nec imperfectionem. Secundo modo dicit perfectionem simpliciter, quia vt sic potentia generādi est intellectus, & essentia diuina, & hæc eadem perfectio, quæ est in patre est etiam in filio, sed vt in patre est ratio formalis generandi, in filio autem non: & quomodo hoc? patebit respondendo ad argumenta principalia Doct.

Potentia generandi formaliter & fundamentaliter.

¶Ad quartum patet responsio: quia ly nō potuit, accipitur ab August. & à magistro, vt nominat impotentiam, quæ notat imperfectionem. Dico enim quòd quicquid perfectionis est in potentia generandi in patre, illud idem est in filio, si enim eadem memoria fœcunda, quæ est in filio non præintelligeretur habere terminum adæquatum, ita ipsi filio esset potentia generandi, sicut, & patri.

D. Augusti. non vt excludat impotentiam filij dicit non quia non potuit, sed quia non oportuit, & sic vult patere potentiam, ad excludendam impotentiam, vt tollatur hæresis.

¶Ad quintum, patet responsio ex supradictis, quia si accipiatur generatio pro ipso producto, patet, quòd nō est necesse ipsum distingui realiter à potentia generādi, siue à principio formali productiuo quo, sed sufficit, quòd realiter distinguatur ab ipso producente. Si verò accipiatur pro generatione ipsa actiua, dico, quòd est quasi elicita à potentia generandi, & distinguitur ex natura rei, & formaliter ab illa. Sed potentia productiua non est ipse pater deo non sequitur, quod ipse dicit: nam ipsa generatio, vt comparatur patri non est actus elicitus ipsius patris, quia constituit patrem.

¶Ad sextum, & septimum, patet responsio ex supradictis.

QVIA TAMEN dixi, quòd necesse est in patre distinguere principium quo, & quod, quia memoria fœcunda est principium quo generandi, & pater est principium quòd, vt allegaui doct. Grego. vbi supra probat, quòd ibi non est aliquod principium quo, aliud à principio quod producit. Et arguit sic. Si enim sit aliquod principium quo producens producit, & aliud principium quod ipsum producens iam non à se ipso primo producit, sed alio principio. Si enim non produceret seipso primo, cū per se producat, produceret per se primo per aliqd sui, & tunc, aut per aliquod extrinsecum, aut intrinsecum. Non primo. Quia nihil tale est in diuinis. Non secundo. Quia tunc includeret in se aliquam entitatem, & per consequens in patre ad minus essent plures entitates, quod est impossibile, cum sit infinitæ simplicitatis.

Greg. vbi supra.

¶Secundo arguit. Si pater per aliud à se aliquo modo produceret, tanquam principio quo, esset aliquo modo illud tale causa patris, probatur, quia omne, quod agit per aliquid agit, vt aliquo modo habet esse, vel tale esse per illud: nam principium, quo est forma constituens, vel perficiens ipsum principium quod.

¶Tertio. Si aliqua forma simplex substantialis, vel accidentalis per se separata à diuina virtute ipsa se ipsa prima ageret, & non aliquo alio principio quo: ergo similiter in proposito.

¶Deinde Greg. in speciali arguit, probando, quòd essentia non sit principium quo generandi, quia omne principium generandi est realiter distinctum à generatione, vel à generato, patet ista, quia omne principium distinguitur ab eo, cuius est principium, sed essentia diuina non sic distinguitur, nec à generatione, nec à genito.

Idem Greg.

¶Ad hanc rationem dicitur à S. Tho. in 1. distin. 7. q. principium quod distinguitur à principiato, nō aūt principiū quo. Et in hoc Tho. cōcordat cū Sco.

Tho. responder.

¶Con-

D. Thom. concordat cum Scoto. nota & bene.

¶Contra hanc responsionem arguit Greg. dicens. Si hoc esset verum: non magis principium quo esset principium principiati, quàm econuerso, verbi gratia, in proposito essentia diuina non magis esset principium quo generationis, vel geniti, quam econuerso, genitum, vel generatio esset principium eius: similiter essentia ita esset principium essentiæ, sicut generationis: ex quo tale principium à principiato nō distinguitur, sed est ipsum. Hoc autem nullus diceret, nisi vocabulis abuteretur.

¶Confirmatur. Quia principium, inquantum principium est principium alterius, & non sui, vt patet primo phi. t. c. 8. ideo dicitur ibi, quòd si tantum vnum est, principium non est, vel igitur principium quo non est principium, vel est distinctum ab eo, cuius est principium.

¶Item sic arguit. Si essentia esset principium generationis, vel filij, essentia diceretur relatiuè principium ad illam, vel illum patet consequentia, quia principium, inquantum principium esset aliquid.

Scot. respondet.

¶Ad hanc rationem dicitur à Sco. præsenti distin. quòd vbi principium non distinguitur à producto, ibi inter illa non est realis relatio: vbi vero distinguitur, relatio est realis, licet autem in creaturis semper principium quo sit realiter distinctum à producto: & per consequens realiter referantur adinuicem: in diuinis tamen non est realis distinctio inter illa, vnde nec realis relatio, sed rationis tantum.

Instat Greg.

¶Dicit Grego. quòd hæc solutio Sco. nulla est primo, quia dicit incompossibilia scilicet aliquod esse principium alicuius, & tale non distingui ab illo, vt patet primo phi. t. c. 8. secundo, quia si non exigitur realis distinctio, quid prohiberet relationem, vt relatio est, esse principium quo generationis, vt est actio vel productio, & esse tamen indistinctam ab ea realiter? & cum hoc (vt supra patet) impugnauit. Quod etiam dicit non esse relationem, nisi rationis. Nihil est enim quod extra animam est, est principium extra animam, & non secundum rationem est tantum ad aliquid: si ergo essentia non realiter referatur, nec realiter est principium, hæc Greg.

Solutio Gre.

RESPONDENDO ad primum, quo probat de quo, & quod, dico, quòd in parte sunt duæ entitates ex natura rei, & formaliter distinctæ: non tamen realiter, nec essentialiter, vt supra patuit. di. 2. parte. 2 & illæ nō faciunt aliquam compositionem, vt supra patuit. dist. 5. q. 2. & magis infra patebit. dist. 26. Tum, quia paternitas non est actus perficiens essentiam, siue informans: sed magis est actus, quo suppositum subsistit in natura diuina. Tum, quia propter infinitatem. & simplicitatem essentiæ diuinæ transit in perfectam identitatem reale in essentiā diuinam, & ita persona patris constituta ex paternitate, & essentia, tanquam ex duobus constitutiuis formaliter distinctis est ita perfectè simplex, sicut, & essentia.

¶Ad secundum concedo, quòd principium quo constituit ipsum patrem est illud, quo pater est, non quo pater est pater, pater enim verè constituitur ex essentia, & paternitate.

¶Ad tertium dico, quòd si daretur forma simplex separata adhuc esset distinguere, quo, & quod: patet de intelligentia, quæ est forma simplex, in qua natura est principium quo, & quod: ipsa enim natura, vt aliquomodo prior singularitate dicitur principium quo, & constitutum ex natura, & proprietate indiuiduali, siue suppositali est principiū quod, & similiter si calor esset separatus, & posset calefacere, in ipso distingueretur principium quod, & quo, quia natura caloris, siue quiditas esset principium quo, & constitutum ex tali quiditate, & hæcheitate diceretur principium quod. Sic dico in proposito de patre.

¶Ad primam rationem, qua probat Grego. quòd essentia non sit principium generandi, &c. Patet responsio ex his, quæ dixi in secundo præsupposito, respondendo ad rationes Aureoli, quæ responsio in re est eadem cum illa sancti Tho.

¶Ad illud, quod dicit contra responsionem sancti Tho. dico, quòd esset difficile tenenti viam Tho. soluere hoc argumentum, quia si inter essentiam, & relationem nulla est distinctio ex natura rei, siue inter essentiam, & personam productam, non magis essentia diceretur principium, quam persona producta, sed tenenti viam Sco. facilis est responsio, quia ipse vult expresse, quòd relatio originis sit non idem formaliter essentiæ diuinæ, vt supra patuit. dist. 2. parte. 2. q. 1. Immo vult expresse, quòd distinguat formaliter, vt patet infra dist. 8. q. 3. persona vero constituta, & si fortè non distinguatur formaliter ab essentia diuina, quia includit illam in sua quiditate: tamē essentia diuina diceretur distingui formaliter à persona, quia ipsa non includit personam quiditatiuè. Et de huiusmodi dist. formali satis dixi in distin. 2 parte. 2 quæst. 1.

Relatio originis est non idem formaliter essentiæ diuinæ immo est ab essentia diuina disti. Eta formaliter.

¶Ad confirmationem, quando dicit principium inquantū principium est alterius principium, dico, quòd si accipiatur principium pro principio quod, quòd illud est alterius principiati realiter distincti, & sic patet est principium quod respectu filij in diuinis. Si verò accipiatur pro principio quo, concedo, quòd in creaturis est alterius realiter distincti, sed in Deo adhuc distinguo, aut enim principium quo comparatur ad terminū formalem productionis, aut ad terminum totalem productum. Primo modo non est alterius, nisi vt tantum ratione distincti, quia essentia diuina, vt in patre est principiū quo communicandi seipsam filio, vt terminum formalem productionis, & sic ipsa essentia communicata tm̄ distinguitur ratione à seipsa, vt in filio. Secundo modo est alterius distincti, saltem ex natura rei, & formaliter, licet nullo modo realiter.

¶Ad aliud quando dicit, quòd tunc essentia diceretur relatiuè ad productum, patet responsio per Sco. Et cum dicit, quòd solutio Doc. nulla est. Dico, quòd Doc. non negat, quòd principium alicuius nō distinguatur ab illo, loquendo de principio quod, si vero loquatur de principio quo, dic vt supra dixi. Et cum dicit vltra: quòd si non exigitur realis distinctio, relatio posset esse principium quo: hoc satis supra improbatum est, quomodo nulla relatio potest esse ratio formalis producendi. Et quod dicit quòd tale principium quo est extra animam conceditur. Et cum infertur, si ergo essentia non referatur realiter, non erit realiter principium. Dico quòd esse realiter principium quod infert inferri realiter, sed non sequitur de principio quo. Et sic patet responsio ad Gregorium.

Essentia est principium quo, non quod.

AD ARGVMENTA principalia. Primo arguitur sic per Aug. 5. de trin. c. 6. Eo pater, quo est ei filius: ergo eo est pater quo generat, sed paternitate est pater, ergo paternitate generat. Respondet Doct. quòd ly eo debet intelligi formaliter, sicut dicimus, quòd Fran. est similis Ioanni similitudine formaliter, sed albedine fundamentaliter. Sic pater generat generatione formaliter, sed fundamentaliter memoria fecunda, vt supra expositum est.

Felix similis est Constantio similitudine formaliter, sed albedine fundamentaliter.

¶Secundo arguitur, quia actus proprius est à propria forma agentis, sed generare est actus proprius patris, ergo à propria forma, & illa non potest esse essentia, quia est communis tribus, ergo erit paternitas, probatur maior. Tum, quia forma propria dat esse, ergo, & agere. Tum quia effectus, & causa correspondent sibi inuicem, vniuersalis vniuersali, particularis particulari, patet secundo phi. t. c. 38. vbi in-

quit

quit Ari. Genera inquit sunt causa generum, & particularia causa particularium, verbi gratia, quoniam artifex est causa statuæ & iste artifex etiam causa huius artificiati. Hoc idem. 5. meta. c. de causa. t. c. 2.

Forma dicitur communicabilis dupliciter.

¶Respondet Doct. In ista responsione aliqua dicit. Primo, quòd forma dicitur communicabilis dupliciter. Vno modo, vt est vniuersalis ad multa inferiora, quorum quodlibet sit ipsum, sicut vniuersale communicatur singularibus. Alio modo forma dicitur communicari pluribus, ita quòd quodlibet sit ipso, & non ipsum, sicut forma communicatur materiæ, nec dicimus, quòd materia sit forma ignis, sed sicut cum dicimus anima communicatur corpori, & tamen corpus nõ est anima, sed dicitur animatum ipsa anima. Secundo dicit, quòd a forma communi primo modo est effectus in communi, quia si formam aliquam in vniuersali acceptam consequatur aliqua operatio in vniuersali, quamlibet formam singularẽ sub illa sequitur operatio singularis eiusdẽ rationis, nisi aliqua forma singularis sit imperfecta, sicut animal in communi consequitur ista operatio, quod est sentire in communi, sic hoc animal (si non est imperfectum) consequitur sentire eiusdem ratio nis. Non tamen intelligas, quòd causa in communi producat aliquem effectum in communi. Tum quia actiones sunt circa singularia, ex prohemio metaphysicæ. Tum quia in causa duo requiruntur scilicet ratio formalis causandi, & conditio agentis, quæ est singularitas, vt supra patuit. Debet ergo sic intelligi, quòd sicut propria passio inest singularibus per rationem alicuius communis, cui primo inest vt patet primo poste. Et hæc propria passio singularis inest huic singulari per rationem propriam illius singularis, sicut effectus communis, qui natus est cõsequi talem formam communem dicitur prius esse à tali natura communi. Tertio dicit doc. quòd si loquamur de secunda communitate, quæ est formæ respectu participantium ipsam, non oportet, quòd talis forma sit principium operationis communis: maximè quando habetur à pluribus suppositis secũdum ordinem, ita quòd vni communicatur ab alio: & hoc communicatione adæquata. Et sic ista est falsa, quòd operatio propria sit à forma propria, quia operatio propria, vt generare in patre potest esse à forma communi, loquendo de communitate secundum nomen.

In cã duo requiruntur.

Hæc autoritas intelligitur de forma dante esse simpliciter multæ sunt formæ dantes esse, quæ nõ sunt actiuæ, vt omnes formæ de genere quantitatis, et omnes relationes, loquendo de actione reali physica, quia inter accidentia solum qualitates, et differentia speciei sunt formæ actiuæ.

¶Ibi. Et cum probatur prima propositio, quia propria forma dat esse ergo dat agere. Negatur consequentia, quia multæ sunt formæ dantes esse, quæ nõ sunt actiuæ. Et quare aliqua forma est actiua, & alia non est actiua, vide literam, quia clara est.

¶Ibi. Cum probatur secundo consequentia per philosophum secundo phi. patet quòd loquitur de vniuersali, & particulari primo modo, & non secundo modo, prout scilicet eadem forma numero est communis participantibus eam. Ista enim communitas non est in creaturis; quia nulla vna forma singularis potest participari à pluribus, ita vt quodlibet dicatur habere esse per illam formam, nec est cõmunitas vniuersalis ad participantia, siue communitate vniuersalis primo modo dicta, non enim natura humana est realiter tota participata à Fran. & Ioanne. Sed quomodo dicatur tunc vniuersale prædicari de pluribus exposui. in distinct. 3. quæst. 1. secundũ Doct.

Multiplex medium.

¶Tertio arguitur. Medium est eiusdem generis cum extremis, sed supposita, quæ sunt extrema sunt relatiua, igitur illud, quo suppositum agit, quod est medium inter ea est relatiuum.

Quomodo medium est eiusdem generis cũ extremis.

¶Respondet ad tertium, quòd quodam est medium per participationem vtriusque extremi: sicut fuscum, quod est medium inter album, & nigrum, & de tali verum est, quòd est in eodem genere cum extremis: sicut probat Aristo. 10 meta. t. c. 24. Declaratum est inquit, quòd omnia media sunt in eodem genere, & quòd sunt inter contraria, & quòd omnia sunt composita ex contrarijs, vide ibi. Et ibidem. t. c. 2. & 23. Si igitur media sunt in eodem genere, sicut declaratum est, & contraria habent media, necesse est, vt fiat compositum ex his contrarijs, vide ibi. Aliud est medium aliquo alio modo accidentaliter sumptum, sicut operatio inter operans, & terminõ: istud nõ oportet esse eiusdem generis cum extremis, quia quando anima intelligit se, intellectio eius est qualitas, & tamen operans, & obiectũ sunt substãtia, tale aũt medium accipitur in proposito, videlicet ipsum quo inter suppositum generans, & generatum, loquendo de quo fundamentaliter, vt supra dixi. Vel potest dici, quòd ipsum quo, non est medium propriè, sed tenet se ex parte alterius extremi scilicet generantis, vt patet, proprium autem medium (si quod detur) potest dici generatio, & de illa verũ est, quòd est eiusdem rationis cum extremis, quia ipsa generatio est relatio, sicut extrema sunt relatiua. Ista tamen vltima responsio non saluaret medium esse eiusdem rationis inter extrema sustinendo, quòd personæ diuinæ sint constitutæ per absoluta, sicut fortè ipse videtur sustinere infra distin. 26. Ideo prima responsio est melior.

¶Vltimo arguitur sic. Potentia est eiusdem generis cum actu, immo in diuinis sunt idem; sed actus generandi est relatio, vel relatiuum, ergo & potentia generandi erit relatio vel relatiuum.

Potentia & actus sunt eiusdem generis, verum est de potentia obiectiua, non autem subiectiua.

¶Respondet Doc. quòd ista propositio, potentia, & actus sunt eiusdem generis, vera est de potentia, quæ est differentia entis cõdiuidens ens contra actũ; quia sic ens in communi non tantum diuiditur per actum, & potentiam, sed etiam quodcunque genus entis, & quæcunque species, & indiuiduum, quia sic eadẽ albedo primo est in potentia supplè obiectiuè; & postea in actu, & hoc modo ad idem genus pertinent actus, & potentia. Et de hac potentia & actu, vide in 2. dist. 12. & 16. Et hoc modo propriè loquendo non est de potentia generandi in diuinis, quia illa generatio est simpliciter necessaria, & in actu, sed hic est sermo de potentia, vt est principium productiuũ & hoc modo hęc est falsa, scilicet quòd talis potentia sit eiusdem generis cum actu; potest enim forma substantialis esse principium actionis de genere actionis, & actionis de genere qualitatis, vt supra patuit. dist. 3. q. vlt. Et sic finis distinctionis.

Distinctio Octaua.

Quæritur vtrum Deus sit summè simplex, ex perfectè talis.

Quæstio prima.

Seraphicus Bona primo sent. dist 8 q. 1. artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ q. 5 mem. 2.
Scotus primo sent dist 8. q. 1.
D. Thomas. 1. parte summæ q. 3. artic 2.
Ricardus primo sent. dist. 8. q. 1 artic. 1.
Durandus primo sen. dist. 8 q. 4.



IRCA Octauam distinctionem quæritur. Vtrum Deus sit summæ simplex & perfectè talis? Titulus q. sic debet intelligi, pro vt summa simplicitas excludit omnem compositionem ex alijs, & omnem componibilitatem cum alijs.

AD QVAESTIONEM respondeo. Hic Doct.

Doct. intendit probare simplicitatem diuinam per media quædam particularia, & secundo ex medijs communibus scilicet ex infinitate, & necessitate essendi. Primo modo procedendo primo ostendit Deum non posse componi ex partibus essentialibus sicut ex materia, & forma. Secundo, nec ex partibus quantitatiuis, siue integralibus. Tertio, quòd nec ex subiecto, & accidente.

Deus nō est compositus ex materia & forma.

¶Primum probatur scilicet quòd non sit compositus ex partibus essentialibus, siue ex materia, & forma. Et ratio stat in hoc. Deus non habet causam efficientem respectu sui, cùm sit primum effectiuū, sicut ostensum est supra dist. 2. parte. 1. q. 1. ergo non est compositus ex materia, & forma, patet consequentia, quia causalitas materiæ, quę est materialiter causare compositum, præsupponit causalitatem efficientis, patet, quia materia nunquam dicitur causare, nisi actu sit vnita cum forma, sed forma inducitur ab agente. ergo. Arguitur ergo sic Deus est omnino ineffectibilis, ergo est incausabilis causalitate materiæ, & formæ, quia à quo negatur prius, necessario negatur & posterius. Hæc etiam ratio supra patuit. dist. 2. loco vbi supra.

Deus nō habet quantitatem finitam.

¶Secundum, videlicet carentiam compositionis quantitatiuæ videtur philosophus probare. 8. phisi. tex. com. 78. vbi tex. sic incipit. Nūc aūt volumus hoc probare hunc motorem impartibilem esse non habentem magnitudinem, determinans prius quædam, quæ præcedunt hanc propositionem. Et com. ibi. In hoc inquit. c. vult Ari. declarare, quòd hic motor primus non est in materia, sed subsistens. Et in eodem loco. t. c. 79. Quoniam autem impossibile est omnino in magnitudine finita esse potentiam infinitam, ex ijsdem manifestum est sic: quia maior potentia agit æqualiter in tempore minori. vide ibi tex. cum Com. Et hoc idem in 12. meta. t. com. 4. vbi habetur. Quia primum est potentiæ infinitæ: potentia autem infinita non est in magnitudine neque finita neque infinita: & hoc probat Aristo. quia maior potentia est in maiori magnitudine, & ita Infinita potentia non potest esse in magnitudine finita: nulla est autem magnitudo infinita, ergo nec aliqua infinita potentia in magnitudine.

¶Sed istud argumentum videtur deficere, quia qui poneret potentiam infinitam esse in magnitudine, diceret ipsam esse eiusdem rationis in qualibet parte magnitudinis, & in tota magnitudine, ita quòd potentia infinita erit tota in tota magnitudine, & tota in qualibet parte, nec erit maior maiori, nec minor minori. Sicut etiam anima intellectiua est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, & per consequens non probaretur per hoc argumentum potentiam infinitam non esse in magnitudine, quia si ponitur tota in toto, & tota in qualibet parte, non oportet tunc ponere magnitudinem infinitam.

Quomodo potentia infinita nō est in magnitudine finita extensa per accidens ad extēsionem magnitudinis.

¶Declarando ergo rationem Aristo. dico, quòd conclusio sua est ista, quòd potentia infinita non est in magnitudine finita extensa per accidens ad extensionem magnitudinis; & hoc probat ratio sua hoc modo. Quæcunque potentia est extensa per accidens (cæteris paribus.) maior est, & efficacior in maiori magnitudine, licet non sit maior id est formaliter intensior: quia paruus ignis potest plus habere intensiuè de calore, quàm magnus si sit multum ratus, & alius densus adeo additur in maiori cæteris paribus. Exemplum de calore in igne, qui licet sit æqualis intensionis in parte, & in toto, patet quia si calor sit in igne quantitatis cubitalis, & extensus in tota illa quantitate, & ille calor sit intensus vt quatuor: data quacunque parte quantitatiua illius caloris erit intensa, vt quatuor, vt patet, & tamen calor extensus in tota illa quantitate est efficacior, quàm sit in vna parte illius quantitatis, & hoc patet per experientiam. Et ex hoc sequitur, quòd potentia extensa per accidens quamdiu est in magnitudine finita potest intelligi crescere in efficacia per augmentum magnitudinis. Sed quamdiu intelligitur posse crescere in efficacia non est infinita secundum efficaciam. Et ex hoc sequitur, quòd omnis talis potentia extensa per accidens quamdiu est in magnitudine finita, est intensiuè finita, & non infinita, quia infinitas intensiuè non potest esse sine infinitate in efficacia, & sic sequitur, quod potentia infinita in efficacia non est in magnitudine finita, nec etiam potentia infinita intensiuè. Et vltra cum non sit aliqua magnitudo infinita, patet, quòd non est aliqua talis potentia infinita in magnitudine.

¶Sed quid hoc ad propositum, quòd omnino talis potentia non sit in magnitudine? Respondeo coniungendo huic (scilicet quòd potentia infinita nō est in magnitudine) illam conclusionem, quam prius probauit philosophus, quòd scilicet tale potens est sine materia, sequitur propositum; quia omni extensione aliquid extenditur, vel si extensio, puta aliqua superficies erit aliquid per se existens, aliquid esset forma informans extensionem extensa per accidens, si enim esset superficies cubitalis separata, quæ diceretur extensa per se, & albedo informaret illam illa albedo erit extensa per accidens, &c. Si ergo potentia infinita potentiatur in magnitudine: quæritur quid est illud quod est extensum ipsa magnitudine? non ipsa potentia infinita, quia illa non posset esse extensa, nisi in magnitudine infinita, & illa non est dabilis, nec ipsa perficit ipsam, sicut forma materiam, id est quòd ipsa potentia infinita non perficit illam magnitudinem, sicut forma perficit materiam, quia potentia infinita non est in materia, ergo oportet ponere materiā extensam ista magnitudine, quæ materia perficeretur potētia infinita, sicut materia mixta, vel corpus mixtum extēditur magnitudine per se extensa, & perficitur per animam intellectiuam nō extensam, sed nulla materia est in habente talem potentiā ex præostensa conclusione philosophi, ex illa igitur, & materialitate præostensa per philosophum, & modo ostensa in ista conclusione habet ista ratio efficaciam. Dicit enim sic Aristo. Quoniam autem aliam substantiam æternam non mobilem abstractam à sensibilibus esse manifestum est, & ibi Commen. facit rememorationem de hoc, quod declaratum est prius, scilicet substantiam æternam esse, non mobilem, & abstractam ab omnibus materialibus, vide tex. cum commento tex. com. 4.

Tertia conclusio specialis scilicet quòd primum ens non sit compositum ex subiecto, & accidente, quia enim Deus non est materialis, nec quantus, ideo non est capax alicuius accidentis materialis. ergo tantum est capax illorum, quæ conueniunt spiritualibus, puta intellectionis, & volitionis, & habituum illis correspondentium, sed talia non possunt esse accidentia illi naturæ, sicut prolixè exposui supra distinctione secunda, parte. 1. quæstione prima.

SECVNDO probo generaliter propositum scilicet, quòd primum sit summè simplex, & primo probatur ex ratione necesse esse. Quia si primum sit compositum, componentia sint. à. & b. & tunc quæritur. aut. a. & b. sunt formaliter ex se necesse esse, aut non, sed possibile esse, & arguatur eodem modo sicut supra distinctione secunda quæstione 1. argutum est probando, quòd non possunt esse plura necesse esse.

¶ Ibi. Secundo ostendo generaliter propositum per rationem infinitatis. Et primo, quòd non sit componibilis. Quia omne componibile habet rationem partis, sed infinitum non habet rationem partis, vt infra probabitur, q. immediatè sequenti.

¶ Præterea. Omne componibile alteri est imperfectum, patet ista, quia si est alteri componibile caret perfectione illius alterius: non enim continet illam per identitatem realem, quia tunc non esset componibile illi, vt supra patuit. dist. 5. quæst. 2. sed infinitum nullam imperfectionem includit, ergo. Et patet litera.

AD ARGVMENTA principalia. Primo arguitur, quòd simplicitas non sit formaliter ponenda in Deo. Quicquid formaliter ponitur in Deo, dicens aliquam perfectionem illud est perfectio simpliciter, sed simplicitas non est perfectio simplex, quia tunc materia prima esset perfectior homine cum sit simplicior ipso homine.

¶ Respondetur ad hoc argumentum. Et in ista responsione sunt multa dicta. Primum, quòd simplicitas, vt excludit omnem componibilitatem, & omnem compositionem est perfectio simpliciter. Non tamen ex hoc sequitur, quòd omnis creatura simplex sit perfectior creatura non simplici: quia aliquid, quod est simpliciter perfectionis potest repugnare alicui naturæ limitatæ, & ita illa natura esset non simpliciter, & perfectè talis natura, si haberet illud, quod sibi repugnat, sicut canis non diceretur simpliciter perfectus canis, si esset sapiens, quia sapientia repugnat illi. Similiter alicui naturæ limitatæ potest repugnare aliqua perfectio simpliciter, & aliqua non, sicut cani repugnat sapientia, quæ est perfectio simpliciter, & non repugnat sibi vita, quæ est perfectio simpliciter. Et tunc non sequitur illam naturam esse perfectiorem, cui competit talis perfectio, quàm cui repugnat, maximè quando illi, cui ista repugnat conuenit alia perfectio simpliciter. Exemplum, actualitas est perfectio simpliciter, & simplicitas est perfectio simpliciter, composito autem cóuenit maior actualitas, licet nó maior simplicitas, materię autē, licet conueniat simplicitas, non tamen tanta actualitas, quanta conuenit composito. Simpliciter autem actualitas est perfectior simplicitate, & ita simpliciter perfectius potest esse illud, cui conuenit actualitas sine simplicitate, quàm illud, cui conuenit simplicitas sine actualitate. Secundum dictum, quòd descriptio perfectionis simpliciter data ab Alex. sic debet intelligi, quòd perfectio simpliciter est melius non tantum suo contradictorio &c. Hoc prolixè exposui supra distin. 2. parte 2. q. 1.

Inter perfectiones simpliciter datur ordo. ¶ Tertium dictum est, quòd inter perfectiones simpliciter absolutè sumptas est ordo: ita quòd vna ex sua ratione formali est perfectior alia, intellectualitas enim est perfectior sapientia, & tamen vtraque est perfectio simpliciter, nulla enim ex sua ratione formali necessario includit aliquam imperfectionem, quia si sic non posset reperiri formaliter in Deo. Quartum dictum. Quæcunque perfectio simpliciter accepta in summo gradu sibi competente (vt cum dicimus sapientia infinita intellectualitas infinita) vt sic vna non est perfectior alia, nec enim deitas, (vt formaliter infinita) est intensiuè perfectior bonitate formaliter infinita.

¶ Secundo arguitur sic. Quia perfectionis est formæ posse dare esse, licet imperfectionis sit dependere à materia, ergo si prima ratio separetur à secunda scilicet quòd possit dare esse, & non dependere à materia, erit perfectionis io posse dare esse formaliter alicui, & sic erit componibilis.

Dare alicui formaliter necessario ponit limitationem. ¶ Respondetur, quòd dare esse alicui formaliter necessario ponit limitationem, quia dans esse si se non includit per perfectam identitatem realem illud, cui dat esse, & sic tale erit limitatum. Deinde posito, quòd dare esse formaliter posset separari à dependentia ad materiam, ita quòd non dependeat à materia, tamen de necessitate includit dependentiam ad efficiens, virtute cuius forma informat materiam.

¶ Et si instetur de verbo, quod dat esse naturæ humanæ cum sit suppositum naturæ humanæ. Patet quomodo hoc non est dare esse formaliter, vt prolixè exposui. distinctione prima quæst. 1. 3. docet.

Tho. Caiet. arguit contra Sco. QVIDAM nouus expositor Sancti Thom. in lib. de ente, & essentia arguit contra Sco. probando, quòd simplicitas non sit perfectio simpliciter. Et primo præmittit quid sit perfectio simpliciter, & exponit Anselmum modo, quo Sco. exposuit in prima distinctione 2. parte 2. quæst. 1. & distin. 8 quæst. prima, & diffusius in quolib. quæst. 6. & hanc expositionem ipse approbat.

¶ Deinde arguit sic. Nulla negatio est perfectio simpliciter, sed simplicitas est negatio formaliter, ergo probatur minor, quia simplicitas nihil aliud est, quàm negatio compositionis. Vnde non est perfectio, sed negatio perfectionis. Et addit sic. Propterea, & deficit hic modus arguendi. In indiuiduo entis quodlibet incompossibile simplicitati dicit imperfectionem, ergo ipsa simplicitas est melior in vno quoque, quàm non ipsa, & consequenter perfectio simpliciter oportet enim addere in antecedente, & ipsa dicit perfectionem, quod falsum est, quia negatiuum prædicatum est, hæc ille.

¶ Secundo arguit sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione, vt relatio est, simplicitas autem saluatur in relatione, vt relatio est, & singulariter patet de relatione diuina, vt paternitate, quæ secundum Sco. nullam perfectionem includit, & tamen est simplicissima, licet hic expositor hoc non tangat.

¶ Tertio arguit sic. Nihil, quod diuiditur per quantum, & non quantum est perfectio simpliciter, patet, quia ens non quantum nullam perfectionem includit, vt patet à Sco. in quæstione tertia quolib. ergo multo minus nec diuisum. Sed simplicitas diuiditur in simplicitatem relatiuam, & absolutam, & simplicitas relatiua dicitur non quanta, quia nullam perfectionem includit, & præcipuè relatio diuina, vt patet expressè à Sco. in prima distinctione septima, & in quolib. quæstione tertia & 5. & alibi ergo simplicitas non est perfectio simpliciter.

¶ Si dicatur ad ista, quòd relatio formaliter sumpta non est simplex, sed simplicitas prædicatur de eo denominatiuè. Hoc non euadit argumenta, quia simplicitas relatiua est passio relationis, secundum hos autem est modus intrinsecus. Impossibile est autem, quòd alterum horum sit perfectius eo, cuius est, vt arguatur sic. Nulla passio est maior entitatis suo subiecto, simplicitas denominans relationem est eius passio, sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris, licet non primo ergo simplicitas denominans relationem est maioris perfectionis ipsa relatione, sed relatio non est quanta, ergo nec simplicitas relatiua est quanta, ergo nec perfectio simpliciter. Similiter arguere potes, si dicant quòd simplicitas sit modus, quod tamen minus consonum veritati videtur.

Sub-

Substantiæ ergo immateriales, non ratione simplicitatis sunt perfectiores essentijs substantiarum compositarum, sed ratione simplicitatis subsistentis, & adunantis in se tantum perfectionem ita indiuisè, qua gaudent. Hæc ille Nouus expositor.

Ruunt argumēta Tho. Caiet. contra Sco.

RESPONDEO ad rationes noui expositoris. Ad primam: negatur, quòd simplicitas sit tātum negatio compositionis, sicut enim actualitas dicit gradum intrinsecum illius, cuius est positiuum, ita etiam est simplicitas. Et sicut vnitas ex consequenti dicit in diuisionem à se, & diuisionem à quolibet alio, tamen dicit aliquod positiuum respectu entitatis, cuius est vnitas, sic simplicitas, licet ex consequenti dicat negationem compositionis, tamen vltra illam dicit aliquod positiuum respectu entitatis cuius est, per quod positiuum conuenit sibi negatio compositionis, & sibi repugnat affirmatio compositionis. Et ideo oportet ipsum probare, quòd simplicitas sit tantum negatio.

Simplicitas est tantū negatio compositionis, vnde sicut actualitas dicit gradum intrinsecū illius, cuius est positiuū, ita etiā simplicitas.

¶ Ad secundum de relatione dico præmittendo aliqua. Primum, quòd perfectio simpliciter est de se talis entitas, cui non repugnat infinitas intensiua, & in summo accepta erit formaliter infinita, & per consequens omnis perfectio simpliciter includit perfectionem, & necessario excludit imperfectionem. Secundum si perfectio simpliciter ponitur esse ens quantum, vel contineri sub ente quanto, tantum competere potest supposito entis quanti: & ideo si ponatur relatio ens non quantum, puta paternitas, tunc paternitati, vt suppositum entis, sibi repugnat omnis perfectio simpliciter, ad hoc enim vt sibi non repugnet requiritur, vt sit suppositi entis quanti. Istis præsuppositis, dico, quòd simplicitas, quæ ponitur ens quantum, vel ponitur contineri sub ente quanto, erit perfectio simpliciter, quia vt sic ex sua perfectione intrinseca excludit omnem compositionem. Cum ergo dicit, quòd relatio, vt relatio est simplex. Hoc indiget probatione, & patet instantia de relatione in genere: quòd etsi non sit composita ex re & rè, potest tamen dici composita ex realitate, & realitate, sicut quælibet species componitur ex realitate generis, & differentiæ. Posito etiam, quòd non sit composita ex realitate, & realitate, est tamen alteri componibilis, & sic non summè simplex. Et posito etiam, quòd dicatur simplex, non tamen erit simplex illa simplicitate, de qua in proposito loquitur, posito, quòd ipsa non sit ens quantum. Et quod dicit de paternitate in diuinis: Dico primo, quòd ipsa non est ens quantum, & per consequens non est simplex simplicitate includente ens quantum. Dico secundo, quòd oporteret probare, quòd paternitas ex sua ratione formali, quiditatiua non possit esse alteri componibilis, licet enim vt comparatur ad essentiam diuinam nullo modo sit componibilis, cum illa propter infinitatem, & simplicitatem essentiæ diuinæ, propter quam transit in perfectissimam identitatem realem, vt patet à doct. supra distinct. 5. quæstione secunda & infra distin. 26. non tamen probat, quòd non sit componibilis alteri realiter distincto, si ad illud compararetur.

Simplicitas est perfectio simpliciter citra Tho. Caiet.

¶Ad tertium negatur simpliciter, quòd simplicitas, de qua in præsenti loquimur sit indifferens ad ens quantum, & non quantum, quia ipsa est tantum ens quantum. Dico vltra ad omnia ista, quòd non sequitur. Simplicitas est perfectio simpliciter: ergo quælibet simplicitas est perfectio simpliciter? patet instantia, quia entitas est perfectio simpliciter, patet quia sibi non repugnat infinitas intensiua, ergo quælibet entitas erit perfectio simpliciter? Non sequitur, sufficit enim ad perfectionem simpliciter, quòd possit reperiri in aliquo, quod sit formaliter infinitum. Et sic dicimus, quòd entitas est perfectio simpliciter, quia aliquod suppositum entitatis est formaliter infinitum, patet de entitate, quæ est essentia diuina. Sic dico in proposito, quòd simplicitas est perfectio simpliciter, quia in aliquo est formaliter infinita, vt simplicitas, quæ est modus intrinsecus essentiæ diuinæ. Sicut etiam dicimus, quòd bonitas est perfectio simpliciter, non tamen quælibet bonitas contenta erit formaliter perfectio simpliciter, sed sufficit, quòd aliqua bonitas in summo accepta sit formaliter infinita, vt bonitas diuina, quæ est perfectio attributalis essentiæ diuinæ formaliter infinitæ. Quare enim dicimus, quòd humanitas non est perfectio simpliciter? quia in aliquo non potest reperiri, vt sit formaliter infinita, & omnino illimitata, data enim quacunque humanitate, etiam perfectissima, semper erit limitata. Et ideo apparet quomodo non sequitur, simplicitas, vt simplicitas est perfectio simpliciter, ergo quælibet simplicitas erit perfectio simpliciter? non sequitur. Sufficit enim quòd aliqua simplicitas contenta sub simplicitate in communi sit perfectio simpliciter, & talis erit in proposito simpliciter in essentia diuina, & cuiuscunque attributi, &c.

Secunda pars quæstionis primæ.

Secundo quæro vtrum. Aliqua creatura sit simplex.

Seraphicus Bonauentura primo sententia. distinctione octaua q. 2. art. 2.
Alexander Alensis prima parte summæ. quæstione quinta, memb. 3.
Scotus primo sententiarum, distinctione octaua, quæstione secunda.
Diuus Thomas prima parte summæ, quæstione tertia, articulo quarto.
Ricardus primo sententiarum distinctione octaua, quæstione secunda.
Durandus primo sententiarum distinctione octaua, quæstione secunda.

QVAERO iuxta hoc. Vtrum aliqua creatura sit simplex scilicet prout simplicitas excludit omnem compositionem, & componibilitatem.

¶Hic dicitur &c. Hic ponitur opin. Thomæ, qui dicit, quòd quælibet creatura est composita ex actu, & potentia, quia nulla est pura potentia, quia tunc non esset, nec purus actus, quia tunc esset Deus.

S Tho. par. te. 1. in sum. q. 3. ar. 4.

¶Sensus huius literæ est, quòd si aliqua creatura daretur, quæ non esset composita ex actu, & potentia, aut illa esset pura potentia tantum, cuius oppositum experimur, aut esset actus tantum, & sic esset purus actus, & per consequens esset Deus.

¶Secundo dicit, quòd quælibet creatura est ens per participationem, quod est ens ab alio causatum, sed ens imparticipatum est causa illius, ita quòd participans dicitur esse causatum.

¶Contra istam conclusionem arguo sic, præsupponendo tamen vnum scilicet quòd si Tho. intelli-

git omnem creaturam componi ex actu, & potentia sicut ex diuersis rebus, ratio Doct. concludit contra Tho. Si verò intelligit, quòd sit composita ex actu id est ex aliqua entitate, & ex potentia id est carentia alterius entitatis. argumentum doct. non concludit contra Tho. arguit ergo Doct. contra hoc scilicet quòd sit composita ex diuersis rebus. Et argumentum clarum est, quia si in quolibet sit compositio ex re, & re accipio illam rem componentem, & quæro si est simplex, aut composita? si simplex? habetur propositum, si composita? erit processus in infinitum.

D Thom. et Scotus possunt conciliari.

¶ Concedo igitur, quòd est aliqua creatura simplex. Hoc est non composita ex rebus, tamen nulla creatura est perfectè simplex, quin aliquo modo sit composita, vel componibilis. Et hæc est positio doct. Et declarat modum compositionis in qualibet creatura. Et vult in sententia, quòd quælibet creatura quantuncunque perfecta sit composita ex aliqua entitate positiua, & carentia alicuius gradus entitatis. Et litera stat in hoc, quòd nulla creatura habet entitatem secundum totam perfectionem, quæ nata est esse entitatis in se. Nam entitati non repugnat infinitas intensiua accipiendo ergo perfectissimam creaturam, patet, quòd non continet totam perfectionem entitatis, quia sic esset formaliter infinita, ergo continet entitatem propriam, & carentiam alterius gradus entitatis, qui non repugnat sibi, inquantum talis creatura suprema est ens. Similiter accipio lapidem, entitas propria lapidis est perfecta, vt quatuor, & omnis alia perfectio repugnat lapidi inquantum lapis est, non autem repugnat sibi, inquantum lapis est ens. Sicut talpæ inquantum talpa repugnat videre, non tamen sibi repugnat inquantum animal, vt patet. 5. metha. capit. de priuatione. t. com. 27.

Auer. 5. meta capite de perfect. q solũ principium quod est Deus est oms simpliciter perfectum.

¶ Ad istam etiam supplè compositionem sequitur compositio actus, & potentiæ obiectiuè, & sic omnis creatura est composita ex propria entitate, & potentia obiectiua eiusdem entitatis, supplè, quòd nulla creatura est necessaria, vt infra patebit. q. vltima præsentis di. & ideo omnis creatura est possibilis fieri antequam fiat, tunc illa potentia, & actus eius dicuntur componere ipsam.

¶ Est etiam quælibet creatura cõponibilis, quod patet de accidente, quod est componibile cum subiecto, in substantia etiam patet tam de forma, quàm de materia, quæ sunt componibiles adinuicem de substantia etiam per se generabili, & corruptibili patet, quòd est receptiua accidentis nulla igitur substantia esset non receptiua, nisi propter sui perfectionem, sed perfectissima intelligentia est receptiua accidentis: quia capax est suæ intellectionis, & volitionis, quæ non est substantia sua. Et quòd tales operationes sint accidentia probatur dupliciter. Primo, quia tunc esset formaliter beata seipsa, patet quia si intellectio, & volitio intelligẽtiæ sint formaliter sua substantia. ergo erit formaliter beata, & quidditatiuè in seipsa, quod est falsum. Secundo, quia ex quo potest intelligere infinita: si intellectio sua esset sua essentia posset habere essentiam infinitam: quia haberet intellectionem infinitorum. Et quomodo hoc concludat supra patet dist. 2. parte prima, quæst. prima, & distin. 4. quæst. 7. Sequitur etiam, quòd si intellectio esset sua substantia: tunc non dependeret ab aliquo obiecto, nisi a quo dependet suum esse, & ita nihil inferius se, nec etiam se posset intelligere in genere proprio. nam intelligere in genere proprio est, q obiectum saltem partialiter causet cognitionem, vt patebit in 2. d. 3. q. 10. & 11. Et tunc si lapis cognosceretur ab intelligentia in genere proprio, saltẽ partialiter posset causare substantiam abstractam à materia, cum sua intellectio sit sua substantia. & multa alia inconuenientia possent poni, quæ breuitatis causa transeo.

Intellectio & volitio substantia creata est sibi accidens.

AD argumenta principalia. Ad primum Augu. qui dicit, q nulla creatura est in se simplex. Concedo, q nulla est purè simplex: quia saltem est composita aliquo prædictorum modorum.

¶ Et per idem patet ad argumenta pro opi. non enim est actus purus, qui caret aliquo gradu actualitatis, &c.

¶ Ad aliud de participare dicit Doc. q participare idem est, q partem capere, & participare notat duplicem respectum. Vnum partis ad totum. alium capientis ad captum. Primus respectus est realis, alius rationis tantum. Et non capitur pars propriè pro parte reali, realiter distincta ab alio toto, sed capitur hic totum pro infinito, & pars dicitur aliquod finitum, vel minus bonum. Deinde dicit Doc. quòd omnis perfectio simpliciter est nata esse infinita. & ideo quando in creaturis est finita dicitur esse pars simplicius, vt est in Deo. vbi est infinita, puta sapientia est perfectio simpliciter, & ipsa in Deo est formaliter infinita, & in nobis est formaliter finita. & ideo sapientia in nobis dicitur pars respectu sapientiæ, in Deo: quia minus ens, siue minus perfecta. Deinde notat Doc. quòd pars potest capi tripliciter. Primo, vt totum captum sit tantum pars capientis, vt species capit genus, quod est tantum pars speciei. Secundo, quòd pars capti sit pars capientis, vt cũ aliquod monstrum habet duo capita, & duas animas, & tamen reliquum corpus est tantum vnum. ibi quodlibet dicitur capere corpus alterius, quod est solum pars vtriusque. Tertio, quòd pars capti sit totum capiens, vt finita perfectio hominis est totus homo capiens, & tamen est tantum pars infinitæ perfectionis Dei captæ, idest minor perfectio habita à Deo perfectiore, vel infinito. Primis duobus modis potest concedi relatio realis. Tertiò verò modo non. Et ex his patet, q tantum tertio modo debet intelligi San. Tho. de participatione.

Quid sit participare.

Pars capitur tripliciter.

CIRCA aliqua dicta Doc. in ista materia occurrunt aliquæ difficultates. Primo circa hoc, quod dicit, quòd omnis creatura est saltem composita ex aliqua entitate, & carentia alterius entitatis sibi non repugnantis inquantum ens. Ex hoc videtur sequi, q paternitas in diuinis sit hoc modo composita, patet, quia dicit aliquam entitatem, & carentiam alterius entitatis inquantum ipsa est ens.

Primum dubium.

¶ Sequitur etiam, quòd essentia diuina sic sit composita: quia etsi dicat entitatem infinitam formaliter, tamen inquantum ens non repugnat sibi formaliter entitas lapidis, & tamen caret ea. ergo est composita ex entitate, & carentia alterius entitatis, quod tamen est falsum dicere.

Secundũ dubium.

¶ Respondeo ad primum dubium præmittendo aliqua. Primo, quòd paternitas, quæ est ratio subsistendi personæ patris, ex sua ratione formali, & quidditatiua (si tamen dicat quidditatem) ita est ex se formaliter talis entitas, q nullam perfectionem, nec imperfectionem dicit, et circũscripto omni eo, qđ nõ est de ratione formali ipsius, & hoc patere põt ex multis dictis Sco. in diuersis locis maximè infra distinct. 13. vbi vult, quòd productiones in diuinis seipsis distinguantur, & in 4. q. quolib. vbi expresse vult, quòd paternitas, siue generatio actiua est talis entitatis, quòd si ipsa eadem, quæ nunc est per impossibile non esset, nulla alia paternitas, vel generatio actiua esset. Et expresse vult, quòd huiusmodi relationes nullam perfectionem includant ex sua ratione formali, vt supra patuit, distinct. 7. contra opi.

Responsio ad primum.

Relationes nullam perfectionẽ includunt.

opi. Henri. & infra patebit. distinct. 13. & 26. & 28. & in quolib q. 3. & 5. & alibi. Secundo præmitto, quòd quando Sco. dicit, quòd omnis creatura est composita ex realitate positiua, & carentia alterius entitatis &c. Non intelligit de perfectione, qua vnum dicitur esse perfectum ex hoc, quòd est idem realiter alicui entitati dicenti perfectionem, sed intelligit, quòd accepto ente aliquo in sua formalitate, quod dicat aliquam entitatem positiuam, & carentiam alicuius perfectionis, quæ perfectio nata esset esse gradus intrinsecus, & hoc inquantum ens. Exemplum. Homini inest carentia perfectionis infinitæ, quæ perfectio non repugnat enti: quia tunc cuilibet enti repugnaret. Tertio præmitto, quòd perfectio entitatiua, siue quæ est gradus intrinsecus entis tantum competit enti quanto scilicet enti dicenti perfectionem aliquam, & non enti non quanto id est non dicenti perfectionem. Quarto præmitto, quod huiusmodi cōpositio scilicet ex entitate, & carētia, &c quæ res, sic cōposita includat entitatē, quantam, & carentiam vlterioris entitatis quantæ. Exemplum. Homo dicit ex sua entitate aliquam entitatem quantam, cui entitati non repugnat vlterior perfectio, vt perfectio angeli, & hoc inquantum ens oportet ergo, quòd in se sit ens quantum, cui non, vt tali enti, sed vt enti absolutè nata est in esse vlterior perfectio, qua vt tale ens caret. vt homo inquantum homo caret perfectione angeli, quæ repugnat homini inquantum homo, tamen inquantum ens non caret tali perfectione id est non repugnat sibi talis perfectio angeli, quia ergo homo, vt homo est ens quantum, & vt sic caret perfectione, puta angeli, quę perfectio sibi nō repugnat, & hoc inquantum ens dicitur sic compositum scilicet ex ente quanto, & carentia vlterioris perfectionis, quæ est ens perfectibile.

Homo inquātum homo caret perfectione angelì, sed nō quantū ens.

Obiectio.

¶ Et sic dicatur, quòd ex hoc videtur sequi quòd talpa, quę inquantum animal nata est habere visum quòd etiam inquātum talpa videtur aliqualiter apta, habere visionem.

Solutio.

¶ Dico quòd est simile quantum ad hoc, quòd sicut non repugnat talpæ, inquantum animal habere visionem, & repugnat sibi inquantum talpa, sic cuilibet creaturæ, inquantum ens non repugnat sibi etiam perfectio infinita, cui tamen repugnat inquantum talis, vel talis creatura. Sed non est simile quantum ad hoc, quòd creatura composita ex ente, & carentia, &c. sit in se ens quantum &c. Et ideo doct. limitatè loquitur, quòd omnis creatura sit sic composita, nam omnis creatura, quæ est per se terminus creationis est ens quantum, & hoc loquendo de creatura, siue propriè, siue generaliter, vt patet in tertio.

Talpa in quantū animal, potest vedere, cum tamen talis potentia in talpa, nihil reale ponat, sed solam non repugnātiam.

Quomodo omne ens sit compositum secundum Scotū.

¶ Ex his apparet responsio ad primū dubium. Dico enim quod paternitas diuina non est sic composita, quia in se non est ens quantum licet enim inquantum ens absolutè non repugnet infinitas, vt gradus sibi intrinsecus, & vt paternitas careat tali infinitate, tamen non dicitur componi ex ente, & tali carentia, cum paternitas (vt dixi) non dicat entitatem positiuam quantam.

¶ Dico etiam, quòd dictum. Sco. potest sic exponi, videlicet, quòd omne ens est compositū, quod includit aliquam entitatem positiuam, & carentiam vlterioris perfectionis, quòd hoc est verum, si entitas illas positiua non sit in se infinita, nec alteri entitati formaliter infinitæ idem realiter. In proposito paternitas, & omnis relatio diuina, quamuis non dicat entitatem formaliter infinitam, dicit tamen entitatem realiter infinitam, quia est realiter essentia diuina, (vt omnes concedunt) & sic etiam inquantum ens non est capax vlterioris perfectionis: quia infinitum non potest intelligi excedi. Et sic sequitur, quòd non sit composita illa vlteriori compositione scilicet actus, & potentiæ obiectiuæ, quicquid enim est ens, & caret aliqua perfectione entis, & hoc formaliter, vel realiter est simpliciter possibile, & terminus potentiæ simpliciter, cuius terminus non potest esse ens infinitum, quod est necesse esse. Illud ergo quod est realiter, vel formaliter infinitum nullo modo est compositum.

¶ Ad secundum dubium patet solutio ex supradictis, licet enim essentia diuina careat formaliter, & realiter perfectione lapidis, quia non est, nec formaliter, nec realiter lapis, non tamen caret aliqua, perfectione entis, vt ens, patet quia ipsa formaliter, & realiter est infinita, & ideo non caret aliqua perfectione, qua vlterius possit perfici, etiam inquantum ipsa est ens, quia infinitum intensiuè non potest vlterius perfici. Immo eminenter includit totam perfectionem lapidis, & cuiuscunque entis finiti & limitati.

Aliud dubium.

¶ Tertio dubitatur in hoc, quod dicit, quòd omne ens carens aliqua perfectione entis est simpliciter possibile, & terminus potentiæ simpliciter, quia multa sunt entia, quæ carent aliqua perfectione entis, & tñ non sunt obiectum potentię simpliciter, & possibilia, patet quia relatio creaturæ ad Deum caret aliqua perfectione entis, & tamen non est obiectum potentiæ productiuæ, patet quia nullam per se terminat productionem cum in ad aliquid non sit motus, vt patet. 5. phi. t. c. 10.

Responsio.

¶ Dico quòd Sco. intelligit, quòd omne tale, vel est per se obiectum potentiæ causatiuæ, siue per se terminus alicuius productionis, vel de necessitate concomitatur ad aliquid, quod est per se terminus, &c. Et sic dico, quòd licet relatio creaturæ ad Deum non possit esse per se terminus alicuius productionis, de necessitate tamen concomitatur suum fundamentum, quod verè creatur, & quod est verè obiectum potentiæ simpliciter. Et sicut dixi de relatione creaturæ ad Deum, sic dico de quocunque alio, quod est in creaturis.

Item aliud dubium.

¶ Videtur etiam, quòd carens aliquo gradu entis, &c. non sit simpliciter posibile. Tum quia ydeæ in mente diuina sunt huiusmodi, & tamen non sunt possibile, nec etiam respectu alicuius possibilis, vt infra patebit. distinct. 35. & distinct 36. Tum quia, etiam omnia, quæ producuntur ab actu intellectus diuini (loquendo de productione ad extra, & vt producuntur ante omnem actum voluntatis diuinæ ad extra) sunt necessaria, & nullo modo possibilia, vt supra patuit. dist. 3. q 4.

Solutio.

Ideæ sunt obiecta secūdaria intellectus diuini.

¶ Dico, quòd Sco. tantum intelligit de entibus, quo ad esse existentiæ, non autem quoad esse secundum quid, & talia sunt ydeę, cum tantum sint obiecta secundaria intellectus diuini, habentia tantum esse cognitum, vt infra patebit à doct. distin. 35. & dist. 39. & alibi sæpe &c.

Quæstio Secunda.

Quæritur vtrum. Cum simplicitate diuina stet, quod Deus, vbi aliquid formaliter dictum de Deo sit in genere.

Seraphicus Bonauentura primo sententia distinctione octaua quæstione quarta
Alexander Alensis prima parte summæ quæst. 48. memb. 4 artic 3.
Scotus primo sent dist 8 q 3.
D. Thomas. 1. parte summæ q. 3. artic. 5.
Ricardus primo sent. dist. 8. q 1 artic. 4.
Ioannes Bacconitanus. 1. sen dist 9 q. 1.



SECVNDO quæritur. Vtrum cum simplicitate diuina stet, quòd Deus; vel aliquid formaliter dictum de Deo sit in genere id est an ipse Deus, qui est simplicissimus possit esse in aliquo genere? & an aliquid dictum de Deo formaliter, vt bonitas, sapientia, & huiusmodi, quæ dicunt perfectionem simpliciter, vel relatio originis, vel relatio communis, vt æqualitas, similitudo possint esse in genere aliquo.

HIC SVNT DVAE opi. extremæ, &c. Prima opi. est Henri. qui dicit, quòd cum simplicitate diuina non stat, quòd aliquis sit conceptus communis vniuocus Deo, & creaturæ, & ad hoc ponuntur quædam rationes prius tactæ.

¶In ista q. sic procedam, primo improbabo opi. & deinde respondebo ad argumenta opi.

¶Cõtra istam positionem sunt duæ rationes, quæ tactæ sunt superius. distin. 3. quæst. 1. Vna, quia tunc non posset conceptus ille proprius Deo causari in intellectu nostro, & hæc ratio prolixè exposita est supra & vide ibi.

¶Ibi. Responsio aliquorum ad hanc rationem. *Hen. quoli. 10. q 7.* Hic ponitur responsio Henri. dicentis, quòd ens ratum id est inquantum relatum ad primum ens facit de se notitiam, & ita concipere illud sub ratione illa, &c. Et dicit tria. Primum, quòd ens relatum facit notitiam sui in intellectu concipiente illud. Secundum, quòd non facit notitiam sui sub ratione absoluta, patet quia concipere hominem, inquantum refertur ad aliud, non est præcisè concipere ipsum sub ratione absoluta, sed magis sub aliqua relatione, & sic concipitur illa relatio. Tertium est, quòd relatio habet causare in intellectu conceptum correlatiui, siue relationis correspondentis, & cum non cõcipiatur relatio correspondens, vt in se subsistens, concipietur aliquo modo fundamentum illius relationis virtute illius.

¶Contra. Istud argumentum videtur stare &c. Hic doct. arguit contra responsionem Henri. & primo probat, quòd argumentum factum ab ipso doc stet in robore suo: quia si est dare aliquod adæquatum pro obiecto à nobis naturaliter cognoscibili, & intelligibili qualitercunque sit præsens intellectui nostro, posset facere conceptum de se, & de his, quæ includit essentialiter, vel virtualiter, hoc supra diffusè expositum est. distin. 3. quæst. 3. de obiecto adæquato intellectus nostri in ratione motiui: quod enim est obiectum adæquatum intellectus, in ratione motiui, solum facit notitiam sui, & omnium essentialiter, & virtualiter contentorum, vt ibi longius exposui, sequitur, quòd nunquam potest facere notitiam alicuius, quod nec essentialiter, nec virtualiter continet. Cum ergo ipse Deus, nec virtualiter, nec essentialiter includatur in aliqua creatura, non poterit naturaliter cognosci, nec etiam aliquis alius conceptus de Deo absolutus possit haberi virtute creaturæ, nisi ille alius essentialiter, vel virtualiter contineatur in creatura. Si ergo conceptus entis non sit communis Deo, & creaturæ dictus inquid de Deo, & creatura, virtute creaturæ non poterit haberi, siue cognosci conceptus entis de ipso Deo, vt clare exposui supra distinct. quæst. 1. & hoc est, quod dicit doct. hic. *Deus non potest naturaliter cognosci.*

¶Quia tamen ista litera est aliqualiter obscura declaro eam. Cum dicit. Si est date aliquod adæquatum obiectum à nobis naturaliter cognoscibile, & intelligibile qualitercunque sit præsens intellectui nostro, posse supple illud adæquatum facere conceptum de se, & de his, quæ includit essentialiter, vel virtualiter. Hic accipit obiectum naturaliter cognoscibile non pro eo, ad quod potentia naturaliter inclinatur, sed pro eo, ad quod potentia naturaliter potest attingere virtute causarum naturalium: quæ differentia supra patuit quæstione prima prologi. Sequitur. Et secundum tamen dicta nollo modo includitur illud absolutum, quod est fundamentum relationis in Deo id est quòd absolutum in Deo, quod ponitur fundamentum relationis correspondentis relationi rei ratæ, siue relationi creaturæ, non continetur essentialiter, vel virtualiter in aliqua creatura. Sequitur. Probatio assumpti scilicet quòd tale absolutum in Deo non contineatur in creatura: quia licet dicta responsio Henri. supponat, quòd relatio in creaturis prius naturaliter concipiatur, quàm relatio sibi correspondens, vel fundamentum relationis correspondentis, quod credo esse falsum, vt supra patuit, quia terminus relationis naturaliter præintelligitur relationi sicut, & fundamentum, licet etiam supponat, quòd res creata rata non intelligitur à nobis, nisi inquantum relata: quod improbatum est supra distinct. 3. quæstione quinta. & videtur esse contra August. 7. de trinit. Omnis res ad se subsistit, quanto magis Deus. Loquitur autem ibi de subsistentia, vt qua naturaliter est res creata, & naturaliter in se subsistit id est per se existit, alioquin non est argumentum. Si omnis res ad se subsistit, quanto &c. *Declaratio literæ.* *Deus per se existit.*

HIS INQVAM omissis, quæ fortè ab aduersario negarentur arguo sic. Hic doct. probat, quòd etiam posito, quòd relationem creaturæ cognoscamus relationem correspondentem in Deo, licet hoc sit falsum, vt patuit supra tamen adhuc non sequitur, quòd per relationem correspondentem in Deo cognoscamus aliquod absolutum in Deo, supponendo vnum, quòd absolutum in Deo, qood est immediatum fundamentum ipsius relationis est realiter ipse Deus, non enim in alio potest immediatè fundari relatio ipsius Dei ad creaturam. Tunc arguitur sic. Causans cognitionem alicuius, de necessitate continet illud essentialiter, vel virtualiter. Sed huiusmodi relatio non sic continet aliquod absolutum, quod sit realiter Deus, ergo &c. maior est nota ex declaratis supra dis. 3. q. 1. huius primi minor patet. Tum quia relatio non continet essentialiter absolutum, quia tunc esset absoluta, nec virtualiter, quia *Quid sit absolutum in Deo.*

tunc.

tunc esset perfectior, vel æque perfecta. Tum quia talis relatio est tantum relatio rationis, vt infra patebit. dist. 30.

¶Ibi. Istud etiam probatur, quia secundum eos essentia diuina non est nata facere de se, nisi conceptu vnicum in intellectu, supple realem.

¶Hic doct. deducit ad hoc inconueniens, quòd si per creaturam ratam possumus naturaliter habere conceptum realem de Deo .id est cognitionem aliquam terminatam ad aliquod reale in Deo, tunc per creaturam possemus naturaliter cognoscere Deum, sub ratione deitatis, quod est impossibile, patet consequentia, supponendo vnum secundum opin. eorum, quòd essentia diuina est tantum nata causare vnum conceptum realem de seipsa, quia isti dicunt, quòd bonitas sapientia, & omnia attributa in Deo sunt tantum in essentia diuina per intellectum negociantem, ita quòd in re nihil est ibi, nisi essentia, vt infra patebit. q. immediatè sequenti. Et ideo non potest causare in intellectu aliquam cognitionem terminatam ad aliquid reale in ipsa, nisi cognitionem sui. Et sic de essentia diuina non est natus haberi, nisi vnus conceptus realis, qui est ipsius essentiæ. Si ergo per creaturam ratam potest haberi aliquis conceptus realis de essentia diuina, ille erit tantum conceptus essentiæ diuinæ sub ratione essentiæ: & per cõsequẽs poterit cognosci ex creatura sub ratione propria. Et hoc est, quod dicit hæc ratio supra dist. 3. q. j. vbi prolixè est exposita.

Ab Hen. ar. 21. in summa. ¶Secunda ratio tacta in q. prædicta scilicet q. 1. dist. 3. erat de conceptu vno certo, & duobus dubijs, qui certus est communis illis, quæ ratio ibi prolixè exposita est.

¶Respõdetur tamen ad illam rationem ab aliquibus tripliciter. Primo, quòd aliquis conceptus idem est certus, & dubius, vt conceptus fortis, & platonis dubius est, & conceptus alicuius hominis est certus, & tamen iste, & ille est idem.

¶Hoc nihil est. Dicit Doct. quòd licet idem conceptus possit diuersificari secundum modos grammaticales, & logicales grammaticales, vt penes quoscunque modos significandi. Logicales, vt penes quoscũque modos concipiendi diuersos, sicut penes particulare, & vniuersale, vel explicitè, sicut diffinito exprimit, vel implicitè sicut diffinitum exprimit, & per istas differentias possent poni nõ tantum certitudo, & incertitudo, sed etiam veritas, & falsitas, tamen quòd idem conceptus, eodem modo conceptus quantum ad istos modos sit certus, & dubius, est simpliciter impossibile, & per consequens, quòd cõceptus de ente sit certus, & conceptus de ente creato, vel increato sit dubius, hoc non est propter modos significandi diuersos grammaticales, vel logicales, vel ergo erit simpliciter alius, & alius conceptus scilicet conceptus entis in se, qui certus, & conceptus entis creati, vel increati, qui est dubius, & tunc habetur propositum. Et sic, cum dicitur, quòd conceptus hominis sit certus, & conceptus fortis, & platonis est dubius, aut conceptus hominis est alius à conceptu fortis, & platonis? & habetur intentum, aut est idem, quia conceptus fortis, & platonis, & tunc idem cõceptus ex parte rei erit certus, & dubius, quod est affirmare idem, & negare.

Hen. in sum. ar. 22. q. 1. 2. & 3. ALITER DICITVR. Hic ponitur responsio Henri. quòd sunt duo conceptus, tamen propinqui, & propter istam propinquitatem videntur esse vnus, & tunc intellectus est certus de vno, hoc est de illis duobus confusè conceptis, vel est certus de illis sub vnitate conceptus, & dubius de illis, vt distinctè conceptis.

¶Contra. Hic Doct. improbat responsionem Henri. & responsio est satis clara in litera. Exponitur tamen aliqualiter. Cum dicit. Quia non possunt aliqui conceptus cõcipi sub vnitate, nisi simul prius naturaliter concipiantur sub distinctione propria, sibi, vel supponitur illi vnitati, nõ potest intellectus esse certus de eis, inquantum habent illam vnitatem, & dubius de eis, inquantum sunt distincti. Exemplũ. Si ponatur, quòd substãtia, & qualitas sint analogata tantum in ente, ita quòd vnitas analogiæ non possit cognosci, nisi prius cognita substantia & qualitate, vt distinctis, tunc non potest esse certitudo de tali vnitate analogiæ, nisi prius, vel simul sit certitudo de substantia, & qualitate, & p consequens non poterit esse certus de vnitate analogiæ, & dubius de substantia & qualitate. Sequitur. Sed intellectus concipiens ens de Deo, & creatura, si sunt duo conceptus non potest habere conceptus istos secundum aliquam vnitatem, nisi prius naturaliter habeat eos, vel simul sub ratione distinctorum, patet quia ens in Deo, & ens in creatura, si sunt duo conceptus habentes attributionem non possunt concipi, inquantum habent vnitatem attributionis, nisi prius natura, vel saltem simul concipiatur iste, & ille inquantum distincti, puta iste sub propria ratione, & ille sub propria ratione, quia istis sub proprijs rationibus sunt fundamenta vnitatis ordinis, & attributionis.

¶Dicit enim Henri. vt supra patuit dist. 3. quæst. 1. quòd de Deo, & creatura non habetur aliquis conceptus communis, sed tantum cõceptus analogicus; quia conceptus creaturæ habet attributionem ad ipsum Deum, ideo conueniunt in vnitate conceptus analogici, ita tamen, quòd Deo, & creaturæ non ponitur aliquis conceptus communis alius à conceptu Dei, & creaturæ, sed tantum est ibi vnitas ordinis, vel attributionis. Cum ergo vnitas attributionis inter aliqua duo non possit cognosci, nisi prius cognoscantur illa, quorum vnum habet attributionem ad aliud sequitur, quòd non poterit esse certitudo de tali vnitate ordinis, vel attributionis, nisi prius, vel simul natura habeatur certitudo sub ratione propria ipsius creaturæ, quæ habet attributionem ad Deum, & ipsius Dei, ad quem creatura habet attributionem. Et hoc est, quòd dicit. *Secundum Henricũ, de Deo, et creatura nõ habetur aliqs cõceptus cõmunis.*

¶Confirmatur istud per argumentum phi. 2. de anima. t. c. 146. de sensu communi, quem concludit esse communem per cognitionem differentiæ albi, & dulcis, vt patet in litera philosophi, ex cuius differentiæ cognitione concludit, quòd cognoscit extrema. Sic in proposito, non possunt cognosci creatura, & Deus inquantum conueniunt in vnitate attributionis, nisi prius cognoscantur sub rationibus proprijs, ergo non poterit esse certitudo de tali vnitate, nisi simul, vel prius natura sit certitudo de Deo, & creatura, cum certitudo talis vnitatis simpliciter dependeat à certitudine fundamentorum, sed non sic est ponendo conceptum entis alium à conceptu Dei, & creaturæ, quia de tali conceptu stat certitudo sine certitudine conceptus creaturæ, & Dei.

TERTIO MODO respondetur. Hic ponitur responsio Ioan. Roditon. qui dicit, quòd non est certitudo de conceptu aliquo vno, & dubitatio de duobus, sed est certitudo de duobus disiunctis dubitatio de alterutro il'orum, vt puta certus sum, quòd hoc ens est substantia, vel accidens, dubitando tamen determinatè vtrum sit hoc ens, quod est substantia, vel illud ens, quod est accidens. *Ioan. Roditon lib. primo dist. 8.*

¶Contra. Hic Doct. improbat istam respõsionem,

Destruitur responsio Ioãnis.

quia ista certitudo scilicet entis præcedit omnem apprehensionem quorumcuque diuidentiuum ipsum ens, patet quia non oportet in prima apprehensione, quæ scitur hoc esse ens, apprehendere à se, vel ab alio, per se, vel in alio, & sic de alijs disiunctis id est quòd quando apprehendo, puta, quòd aqua est ens, non est necesse prius apprehendere, an ipsa aqua sit ens à se, vel ens ab alio, vel sit ens in se, vel ens in alio, prius enim simpliciter apprehendo, quòd est ens, & postea apprehendo disiunctim disiunctionẽ habita enim certitudine, quòd aqua est ens, postea quęritur, cum ens diuidatur per ens in se, vel in alio, an ipsa aqua sit ens in se, vel in alio. Et ex istis responsionibus patet responsio ad omnes alias obiectiones factas contra istam rationem doct. quæ iudicio meo nullam habet instantiam, si bene perpendantur, quæ exposui, & præcipuè quę exposui in distinct. 3. quæst. 1 huius.

¶Ibi. Contra illud etiam est tertium argumentum superius dictum scilicet dist. 3. q. 1. quod erat de inquisitione intellectus, quam habemus de Deo per naturalem inuestigationem, in qua illas rationes creaturæ quæ dicunt perfectionem de se, separamus ab imperfectione, cum qua sunt in creaturis, & eas secundum se acceptas consideramus, vt indifferentes, & eis attribuimus perfectionem suam, & sic acceptas in summo attribuimus eas creatori, vt proprias sibi. Sed hæc ratio supra dist. 3. q. 1. clare exposita est.

¶Et ita arguit Aug. 15. de tri. eodem modo arguit, sicut argutum est in illa tertia ratione, & litera patet. Et consimilia argumēta frequenter habentur à doc. & à Sanctis, sequentia clara sunt.

¶Ibi. Ad istud est auctoritas phi. 2. meth. t. c. 4. vbi habet Arist. quòd primum ens, quod est Deus, & vniuersaliter principia sempiternorum sunt maximè vera, & maximè entia, quia sunt causa veritatis, & entitatis in alijs. Vnde facit istam consequentiam. Principia sempiternorum sunt causa entitatis in alijs, & similiter veritatis, ergo sunt maximè vera, & maximè entia. Ista consequentia tenet secundum ipsum per hoc principium, quod ponit ibi. Vnumquodque maximè ipsum aliorum est, per quod alijs inest vniuocatio.

Nota & bene.

¶Vult enim ex hoc sensu, quòd illud est maximè ens, quod est causa entitatis in alijs vniuoca, & non æquiuoca, & hoc apparet ex sententia eius. Tum, quia dicit per quod alijs inest vniuocatio. Tum secundo, quia exemplificat de igne quod est maximè calidus, quia est causa caloris in alio. Sed certum est, quòd ignis est causa vniuoca respectu caloris, ergo propositio assumpta, per quam tenet consequentia Arist. habet intelligi de causa vniuoca. Tum tertio, quia hoc dicit Com. 10 comen. 4 2. meth. exemplificando de igne, volens, quod hoc nomē ignis magis sit dignum habere hanc intentionem calidum, quia est causa caliditatis in alijs. Tūc arguitur sic. Illud, quod est causa vniuoca entitatis, & veritatis in alijs, est maximè ens, & maximè verum. Sed Deus est huiusmodi secundum ipsum Arist. ergo &c. Aut enim in minori accipitur, quòd Deus est causa vniuoca, vel æquiuoca, siue analoga? Si primo modo? habetur intentum, quia causa vniuoca, & effectus eius sunt eiusdem rationis. Si verò accipiatur in minori, secundo modo, argumentū est, in quatuor terminis, & nihil concludit. Ex hac ergo auctoritate expresse habetur, quòd ipsum ens sit vniuocum Deo & creaturæ.

AD ARGVMENTA oppinionis oppositæ. Primo arguitur pro opinione Henri. probando, quòd ens non dicat conceptum vniuocum communem Deo, & creaturæ, & arguitur sic. Extremis contradictionis nihil est commune vniuocum, patet, quia enti, & non enti nihil est commune vniuocum. Sed Deus, & creatura sunt sub extremis cōtradictionis, patet quia Deus est independens, & creatura dependens, & dependere, & non dependere sunt condictoria.

Extrema contradictionis sumūtur dupliciter.

¶Respondet Doct. & responsio stat in hoc, quòd extrema contradictionis possunt capi dupliciter: Vno modo per se, & præcisè. Sicut esse, & non esse, dependere, & non dependere, & huiusmodi. Alio modo fundamentaliter, sicut substātia, & accedens possunt dici extrema contradictionis fundamentaliter, patet, quia substantia est ens per se, accidens est ens in alio, ens per se, & non ens per se sunt contradictoria. Si enim ly ens per se accipiatur pro subiecta, & ly non ens per se pro accidente, tunc substantia, & ly non ens per se pro accidente, & accidens dicuntur contradictoria fundamentaliter. Si verò ly non ens per se accipiatur tantum pro negatione contradicente enti per se, tunc sunt cōtradictoria per se formaliter. Sic in proposito, si accipiatur causatum, non causatum per se, & formaliter, tunc contradicunt. Si verò fundamentaliter, vt causatum pro ipsa creatura, & non causatum pro ipso creatore patet, quòd nō contradicunt: licet ergo ab extremis contradictionis formaliter sumptis nō possit abstrahi conceptus communis vniuocus: tamen ab extremis contradictionis fundamentaliter sumptis potest abstrahi conceptus communis vniuocus dictus in quid. Et sic patet responsio.

Quāuis ab extremis cōtradictionis formaliter sumptis nō possit abstrahi cōceptus cōmunis vniuocus ab eis tamen fundamentaliter sumptis potest abstrahi.

¶Secundo arguitur sic & est confirmatio illius rationis. Omnis conceptus communis est neuter respectu illorum, quibus est communis. Sed nullus est cōceptus neuter respectu contradictoriorum, quia est alter eorum.

¶Respondet Doc. quòd conceptus communis est neuter formaliter id est quòd in sua ratione formali non includit conceptum inferioris, & sic conceptus entis non est formaliter conceptus creati, nec increati. Si autem intelligatur quòd iste conceptus scilicet entis est ita neuter, quòd neutrum contradictoriorum dicatur de eo, falsum est, quia conceptus entis est ens positiuè, quod est vnum extremum contradictionis.

Conceptus entis quid sit.

¶Tertio arguitur sic. Primo diuersa in nullo conueniunt quiditatiuè. Sed Deus, & creatura sunt primo diuersa. Maior, patet quia quæ in aliquo conueniunt quiditatiuè non sunt primo diuersa, sed propriè differentia, vt patet. 5. metha. tex. non habente comen. qui tex. incipit. Eadem verò dicuntur. Circa finem illius tex. Hic autem tex. non habet comen. quia in alia translatione tex. correspondens huic textui non reperitur, neque comen. Hoc etiam patet. 10. metha. t. c. 12. vbi habetur sic secundum translationem aliam. Quæ autem differunt ab aliquo, per aliquid differunt, ergo est necesse vt sit aliquid idem, per quod non differt &c. vide tex. cum comen. & sic patet maior. Minor etiam patet, quia si Deus non esset primò diuersus à creatura non esset simpliciter simplex, quia includeret aliquid, quo conueniret cum creatura, & aliquid in quo differret.

An Deus, & creatura sint primo diuersa.

¶Respondet Doct. quòd Deus, & creatura non sunt primo diuersa in conceptu, tamen sunt primo diuersa in realitate: quia in nulla realitate conueniunt. Et quomodo intelligatur supra exposui distinct. 2. parte. 1 q. 1. exponendo illud argumentum doct. quo probat, quòd non possunt esse plura necesse esse. Hoc etiam patebit infra respondendo ad primum argumentum principale.

¶Quarto arguitur sic. Vbi tantum est vnitas attributionis non potest esse vnitas vniuocationis, sed creaturæ ad Deum, in ratione entis, est tantum vnitas attributionis, ergo ens non dicit conce-

ptum

ptum communem vniuocum Deo,& creaturæ.

§ Respondet Doct. quòd licet sola vnitas attributionis non ponat vnitatem vniuocationis, potest tamen stare cum vnitate vniuocationis, patet per exemplum. Species eiusdem generis habent essentialem ordinem, siue attributionem ad primum illius generis, vt patet 3. met. t. c. 21. vbi expressè ponitur, quòd in vnoquoque genere est vnum, quod est mensura omnium illius generis. vide ibi Com. & tamen cum hoc stat vnitas vniuocationis rationis generis in ipsis speciebus: ita & multo magis oportet esse in proposito, quòd in ratione entis, in qua est vnitas attributionis attributa habeant vnitatem vniuocationis: quia nunquam aliqua comparantur, vt mensurata ad mensuram, vel excessa ad excessum, nisi in aliquo vno côueniât: sicut. n. côparatio simpl'r est in simpl'r vniuoco, scilicet in specie specialissima, vt patet per philosophum. 7. phi. t. c. 24. ita omnis côparatio est in aliqualiter vniuoco: quando enim dicitur hoc est perfectius illo. Si quæratur quid perfectius? oportet ibi assignare aliquid commune vtrique. Alia argumenta cum suis responsionibus clara sunt in littera.

Comparatio est in vniuoco.

ALIA est opi. affirmatiua in alio extremo, quæ ponit Deum in genere. Et hæc est opi. Alber. de Saxonia, & Robert. Olchot. Et probant illam opi. per auctoritates, & rationes, quæ inferius soluentur. Prima auctoritas est Dama. in epistola c. 10. Substantia (inquit) quæ continet supersubstantialiter increatam deitatem, &c. videtur enim ibi tenere, q; Deus sit in genere.

Albertus de Saxonia, & Robertus Olchot. lib. 1 q. 1.

§ Secunda est Boetij in lib. suo de trini. vbi videtur dicere, quòd duo genera manent in diuinis, scilicet substantia & relatio. Si dicatur ad Boe. quòd tantum sunt ibi secundum aliquem modum similê prædicâdi. Hoc non pôt esse verum, vt patet per Augu. 15. de trini. sic dicentem. Si dicam æternus, immortalis, &c. & spiritus. horum omnium nouissimum, quod posui, scilicet spiritus, quasi tantum videtur significare substantiam. Et sic patet, quòd spiritus in Deo dicatur verè substantia, & non tantû secundum modum prædicandi.

§ Ibi. Item 5. de trini. videtur dicere, q; actio proprissimè conueniat Deo. ergo non tantum manent modi prædicandi, &c.

§ Tertio ad hoc videtur auctoritas Auer. 10. met. com. 7. exponendo istum tex. Manifestum est igitur, quòd vnum in quolibet genere est natum, & non est hoc vnum natura alicuius eorum: sed sicut in coloribus quærere vnum colorem est vnum. Similiter in substantia etiam quærere vnam substantiã est vnum sic dicit Com. Manifestum est (inquit) q; vnum in quolibet genere est alia natura simpliciter naturæ illius generis, & vnum non est natura alicuius eorum, scilicet vnum vniuersale. D. d. Sed in coloribus, &c. Idest, quòd est principium esse substantiarum, & principium numeri earum, quæ existunt in substantia. Et intendit, quòd cum huic fuerit iunctû, quod declaratum est in phisicis, scilicet hoc esse primum motorem æternum, & absolutum ab omni materia, & declarauit post quòd hoc non solummodo est principium tanquam motor, sed tanquã forma, & finis: declarabitur, quòd illud est vnû de quo declaratum fuit hoc, quod est principium substantiæ. sicut est declaratum, quòd est actus vltimus, cui non admiscetur potentia omnino. Hæc Com. Et sic patet, quomodo Com. vult, quòd illud vnum, quod est mensura aliorum sit primus motor. ergo sicut in alijs generibus principium est aliquid illius generis, ita primus motor est aliquid de genere substantiæ.

§ Ad hoc ratio prima ponitur talis. Quia potest concipi substantia creata, & substantia increata, & neuter conceptus est simpliciter simplex, ergo resoluendo remanebit ratio substantiæ indifferens ad vtrunque contrahens, & sic indifferenter accepta videtur esse ratio generis.

§ Secunda ratio est: quia multa entia simplicia ponuntur in genere, sicut angeli secundum ponentes eos esse immateriales, accidentia etiam secundû ponentes ea esse simplicia. ergo simplicitas Dei non excludit ab eo rationem generis. Et sic patet ista positio. & primo antequam improbetur respondetur ad argumenta.

AD ARGVMENTA pro secunda opi. Hic Docto. respondet ad argumenta facta pro opin. Alberti de Saxonia, quæ immediatè supra sunt posita.

§ Ad primum. ad auctoritatem illam Dama. &c. Et sensus litteræ talis est. Substantia, quæ est genus generalissimum, duo dicit. Primum, quòd sit ens per se, & hoc est perfectionis. Secundum, quòd possit substare accidentibus propter sui limitationê, & hoc est imperfectionis. Primum attribuendum est Deo, scilicet quod est substantia, idest ens per se, & hoc est, quod dicit Dam. Substantia, quæ continet supersubstantialiter increatam deitatem, idest quòd increata deitas potest dici substantia supersubstantialiter, idest q; est ens per se, quod est perfectionis, vt autem est limitata, & potest substare accidentibus contentiuè omnem creaturam continet, idest quòd ipsa, vt genus generalissimum continet sub se omnê substantiam, quæ etiam continet in se omne aliud accidens, siue corporale, siue spirituale, & hoc per modum subiecti, & hoc est imperfectionis. Et sic patet quomodo Dama. vult Deum esse substantiam.

Substantia, vt est genus generalissimum duo dicit.

§ Ad Boe. dico, quòd nusquam inuenitur in libello illo, quòd duo genera maneant in diuinis, nec breuiter genera, nec differêtiæ generum, nec etiam modi eorum, nec rationes eorum manent ibi &c. Intendit ergo, quòd duo modi prædicandi sunt in diuinis, scilicet prædicati relatiui, & essentialis, &c. Et accipitur ibi essentiale non pro eo, quod est de essentia alterius, sed pro omni prædicato dicente aliquam perfectionem, & tale est semper in Deo ens absolutum, vt bonitas, intellectio, vt volitio, sapientia, & huiusmodi, vt patet à Doct. q. 1. quoli. Aliquando etiam accipitur essentiale pro omni prædicato, quod est commune tribus personis, etiam si sit relatiuum, & ens rationis, vt creare, quod dicit relationem rationis communem tribus. nam hæc est vera, pater creat, fili' creat, & Spiritussanctus vt patet a Doc q. 1. quol. & de hoc essentiali non intendit hic Doc. Alius est modus prædicandi relatiuus, & sub isto comprehenduntur omnia relatiua, & omnes relationes, quę possunt prædicari in diuinis.

Duo sût modi prædicandi in diuinis ad se, & ad aliud.

§ Ad Auer. dico, quòd non videtur habere intentionem magistri sui Arist. Sensus totius litteræ stat in hoc. Plato enim posuit, quòd genera, & species sunt quædam naturæ, & substantiæ separabiles subsistentes, & quòd ipsum genus sic separatum esset vnû, ita quòd vnitas illa nullo modo distinguebatur à natura talis generis, immo esset ipsa natura, quam opinionem sic improbat Aristo. 10. met. c. 3. circa principium. Nullum vniuersale dictum de multis est substantia per se existens. Sed ens, & vnum sunt maximè vniuersalia dicta de omnibus. ergo ens, vel vnum nô est substantia, per se existens. Maior patet: quia substantia per se existens non est communis multis communitate prædicationis. Quærit ergo Aristo. an in substantijs sit aliquid vnum, quod sit mensura aliorum, an hoc ipsum vnum, idest an sicut in alijs generibus sit aliquid, quod sit mensura omnium illius generis, de quo prædicatur vnum denominatiuè, an ipsum vnum? Et probat ipse Arist. quòd non ipsum

Auer. nô habet intêtionem sui præceptoris Aristo.

vnum

vnum in se, sed aliquid cui conuenit ipsum vnum. Et hoc est, quod concludit circa finem. Quare siquidem in passionibus, & qualitatibus &c. Idest, quòd sicut in alijs prædicamentis aliquid illius prædicamenti, de quo prædicatur vnum denominatiuè est verè mensura omnium illius generis, ita similiter in prædicamento substantiæ est aliqua substantia, de qua prædicatur ipsum vnum denominatiuè, quæ est mensura omnium illius generis. Et hoc est, quod dicit. Quare siquidem in passionibus, & qualitatibus, & quantitatibus ipsum vnum aliquid vnum, supple ipsum vnum, idest aliquid ens, quod dicitur aliquid vnum, sed non hoc ipsius substantiæ, idest non ipm vnum ipsius substantiæ, siue quod sit ipsi substantiæ, sicut volebat Plato. Sed est aliquid supple de quo prædicatur vnum denominatiue, quòd est mensura omnium, &c. Et similiter est in substātijs. Et hoc est, quod dicit. Sed in substantijs necesse est similiter se habere. Si ergo primus motor poneretur mensura ipsius generis substantiæ, vt voluit Auer. hoc ipsum vnum poneretur mēsura, patet: quia primus motor propter suam simplicitatem multo verius esset hoc ipsum vnum, quàm ydea Platonis, idest quòd ex quo primus motor est simplicissimus, vnitas dicta de ipso esset eadem natura cum illo, & cum primus motor sit magis simplex, quàm ydea Platonis, sequeretur quòd ipsum vnum, quod est natura primi motoris esset mensura, &c. magis quàm ydeo Platonis, quod est falsum. Et ideo Auer. non intellexit mentē sui magistri. Secundum ergo Aristo. mensura prima ipsius generis substantiæ est aliqua substantia illius generis prima, scilicet primitate perfectionis, cui cōuenit vnitas denominatiuè. Et hoc, loquēdo de mensura intrinseca, quæ dicitur intrinseca non ex hoc, quod sit formaliter in ipso mensurato, sed quia intrinsecè continetur in eodem genere, in quo sunt mensurata. sicut dicimus, quòd in genere animalis homo est mensura omnium animalium intrinseca ex hoc; quod intrinsecè continetur sub animali. Primus verò motor est mensura omnium aliorum à se perfectissimè, non tamen intrinseca: quia nō continetur in aliquo genere, in quo continentur mensurata, immo est extra omne genus, & sic dicitur mensura extrinseca. Et sic patet ista littera.

Primus motor est magis simplex, quàm idea platonis.

Quō homo dicitur mēsura intrinsecā respe. asi ni.

¶ Ibi. Ad aliam rationem concedo. Pro intelligentia huius litteræ nota; quòd aliquid esse in genere cōtingit dupliciter. Vno modo per se, idest quòd recipit prædicationem illius generis per se in primo modo. & sic tantum, quæ sunt in recta linea prædicamentali dicuntur esse in genere. Alio modo non per se, sed reductiue, vt sunt differentiæ, vel partes componentes totum, quod totum est in recta linea, quæ partes non recipiunt prædicationem illius generis per se Primo modo aliquid est in genere dupliciter, puta in genere substātiæ, scilicet compositum ex re, & re sicut homo. & sic genus, & differentia sumuntur ab alia, & alia re in homine, vt puta à sensitiuo, & intellectiuo, & sicut sensitiuum in homine, vel illud, quod prius fuit sensitiuum in homine est verè perfectibile ab intellectiuo, ita animal sumptum à sensitiuo hominis est perfectibile à rationali sumpto ab intellectiuo in homine. Quædam verò non sunt composita ex re, & re, vt angelus, in quo nō sunt verè duæ res, habentes aliam, & aliam existentiam, sed in ipso possunt esse duæ realitates, quarum vna in primo instanti naturæ est perfectibilis ab alia realitate. & si illa realitas verè distingueretur ab alia realiter esset verè perfectibilis ab alia in homine. Et ab illa realitate in primo instanti naturæ potest sumi ratio generis, & ab alia realitate potest sumi ratio differētiæ. Et sic quamuis angelus sit tantum vna res existens, non includens plures res: quia tamē in ipsa re sunt duæ realitates, modo præexposito; ideo potest esse in genere. In Deo autem nec sunt duæ res, quarum vna sit perfectibilis ab alia, vt patet, nec duæ realitates, quarum vna sit perfectibilis ab alia: quia ipse Deus in illo priori, quo præcedit omnem realitatem, omnē realitatem, quam includit formaliter, includit formaliter, vt infinitam. Et realitas formaliter infinita non potest intelligi esse perfectibilis ab alia realitate: quia hoc est contra rationem infiniti. Et ex his patet responsio ad vltimam rationem illius opin. Et sic patet hæc opinio, & eius improbatio.

Aliquid eē in genere cōtingit dupliciter.

Angelus nō est compositus ex re, & re, sed ex realitate, et realitate.

In Deo non est aliqua realitas perfectibilis.

TENEO opinionem meam mediam, quòd cum simplicitate Dei stat, quòd aliquis sit cōceptus communis sibi, & creaturæ, non tamen communis, vt generis. Prima pars probata est arguendo contra primam opinionem. Secundam partem probo per Augu. 7. de trini. Manifestum est (inquit) Deum abusiuè substantiam vocari. Ratio sua ibi est: quia substantia dicitur, quod substat accidentibus, absurdum verò est, quòd Deus alicui accidenti substet. Hæc ratio sic tenet. Non enim intelligit, quòd ratio substantiæ sit substare accidētibus, vt substantia est genus: quia tunc, vt sic substantia relatiuè diceretur, quod est contra Augū. qui præmisit ibi, quòd absurdum est, quod substantia relatiuè dicatur. Sed substantia, vt est genus est limitata, & omnis substātia limitata capax est accidentis, & sic potest substare alicui accidēti, Deus verò non.

Opin. Doct.

Substantia est, quæ substat accidentibus.

¶ Item arguit Aui. 8. met. c. 4. Quia genus est pars, Deus autem est simplex non habens partem, & partem ergo Deus non est in genere.

Cum omnis substātia limitata capax sit accidentis: idcirco ponitur in genere, non autē Deus.

¶ Nunc ostendo propositum duobus medijs. Primo ex ratione infinitatis. Secundo ex ratione necesse esse. Ex ratione infinitatis arguit dupliciter. Primo sic. Conceptus habens indifferentiam ad aliqua, siue qui ex ratione sua est communis ad aliqua, ad quæ non potest conceptus generis esse indifferens, siue communis, talis conceptus non potest esse genus. Sed quicquid dicitur communiter de Deo, & creatura est indifferens, siue commune ad finitum, & infinitum, loquendo de essentialibus: quia quę dicunt perfectionem in diuinis sunt formaliter infinita, vt infra patebit. q. immediatè sequenti, vel saltem est commune ad finitum, cuiusmodi est creatura, & nō finitum, cuiusmodi sunt relationes diuinæ, quæ formaliter non sunt finitæ, nec infinitæ, vt subtiliter patet à Doc. 5. q. quoli.

Quæ dicunt perfectionē in diuinis sunt formaliter infinita.

¶ Secundam partem minoris, quę est ista. Nullum genus potest esse indifferens ad finitum, & infinitū probat: quia genus sumitur ab aliqua realitate, quæ secundum se est potentialis ad realitatem, à qua accipitur differentia: sed nullum infinitum est potentiale ad aliquid: quia tunc haberet rationem partis. Assumptum patet (scilicet quòd genus sumatur ab aliqua realitate, quæ secundum se est potentialis ad realitatem, à qua accipitur differentia) per Arist. 8. met. c. 5. t. c. 9. Diffinitio inquit est sermo longus. & parū infra. Ergo in substantijs est quædam substantia, quę possibile est, vt habeat diffinitionem, & sermonem, vt substantia composita, siue fuerit sensibilis, siue intelligibilis. Illa autem ex quibus est substantia prima impossibile est, vt habeant hæc, cum sermo diffinitionis significet aliquid de aliquo, & debet esse quædā quasi materia, & quędam quasi forma. Et ibi Com. Illa autem ex quibus est ipsa substantia, & intendit per illa, ex quibus est substantia primo materiam, & formam. scilicet quòd impossibile est, vt forma, aut materia habeat diffinitionem: diffinitio enim est sermo, in quo disponitur aliquid per aliquod. Et infra. In diffinitione oportet, vt sit aliquid, quod significet formam, & aliud significans, quod est quasi materia. hæc ille. Et sic sequitur, quòd illud, quod ponitur

Diffinitio ē sermo, ī quo disponit aliquid per aliud.

tur in aliquo genere habeat partem & partem.

¶ Apparet etiam per rationem. Hic intendit probare, quòd illud, quod ponitur in genere per se includat plura quidditatiue, scilicet genus, & differentiam: patet quia si genus diceret totam quidditatem hominis, tunc solum genus completè diffiniret, patet: quia illud completè diffinit, quod explicat: totam quidditatem diffiniti, & tunc differentia superflueret.

¶ Hanc rationem aliqualiter pertractando intelligo sic, quòd in aliquibus creaturis genus, & differentia accipiuntur ab alia, & alia re, & in aliquibus ab alia, & alia realitate. sicut supra exposui respondendo ad rationes pro opi. Alberti de Saxonia, & per consequens, quod ponitur in aliquo genere de necessitate includit aliquam realitatem, quæ est potentialis, & perfectibilis ab alia realitate: nullum autem infinitũ formaliter est in potentia ad aliud, vt perfectibile, vt patet. Sed omnis realitas in Deo dicens perfectionem, quæcunque sit illa est formaliter infinita, vt patebit. infra q. immediatè sequenti. Et sic patet quomodo nec Deus, nec aliquid in Deo est aliquo modo in genere.

Ratione infinitatis ostenditũ Deũ nõ esse in genere.

¶ Secundo ex eodem medio, scilicet ratione infinitatis probatur, quòd Deus non sit in genere, & ratio stat in hoc. Quicquid ponitur genus respectu aliquorum est contrahibile ad illa per differentias: sed ens non est contrahibile ad Deum, & creaturã per differentias. ergo ens non potest poni genus, nec apparet aliquid aliud, quod possit poni genus respectu Dei, & creaturæ. Maior est nota, vt patet, & minor similiter: quia ens contrahitur per finitum, & infinitum: contrahitur enim ad Deum per infinitatem, & ad creaturam per finitatem: finitum autem, & infinitum sunt tantum modi intrinseci: modo illud, quod ponitur species in aliquo genere non est tantum cõceptus realitatis, & modi intrinseci eiusdem realitatis: quia tunc albedo posset esse genus, & gradus intrinseci albedinis possent esse differentiæ specificæ, quod est falsum, & impossibile.

¶ Ibi. Arguo tertio ex secundo medio, scilicet ex ratione necesse esse: & est argumentum Aui. 8. metha. c. 4. Si necesse esse habet genus. ergo intentio generis, vel erit ex se necesse esse, vel non: si primo modo, tunc non cessabit quousque sit ibi differentia.

¶ Hoc intelligo sic. quòd genus tunc includeret differentiam: quia sine illa non est in actu vltimo, & necesse esse est in actu vltimo, vt supra patuit. d. 2. q. 1. Si autem genus includat differentiam, tunc non est genus, patet: quia genus est contrahibile per differentiam. ergo non includit illam, scilicet formaliter. Si detur secundum membrum, scilicet quòd non sit ex se necesse esse. sequitur, ꝙ necesse esse esset constitutũ ex eo, quod non est necesse esse.

Ioan. Angli. Baccho.

SED Io. Angli. dictus Bac. in suo. 1. dist. 9. sic dicit. Licet non velim asserere, quòd Deus non sit in genere, cum non videam rationes, quæ communiter hoc probant concludere: ponitur enim ratio à Sco. d. 8. q. 11. & arguit contra rationes Doc. ostẽdendo, quòd non concludant. Prima quæ sumitur ex ratione potentialitatis. Quia infinitum non est in potentia ad aliud. dicit, quòd nõ concludit: & hoc sic ostendit. Quia quodlibet genus diuiditur per duas differentias, quarum vna se habet, vt priuatio, alia vt habitus, & illa, quæ se habet per modum priuationis exprimit rem imperfectam, vt mammatam, & aliquando respicit rem perfectiorem, vt immortale, & incorruptibile. Illa verò differentia, quæ conuenit rei, & determinat rem secundum, quod res est perfecta, conuenit rei, secundum quod est in actu Sed differentia, quæ conuenit Deo, vt contentus infra habitum substantiæ conuenit sibi secundum quòd res est perfecta: quia differentia priuatiua, quæ est immortale, independens, increatum, & huiusmodi, exprimunt rem, vt est imperfecta: differentia ergo quæ conuenit Deo, vt contento infra habitum substãtiæ conuenit Deo secundum quod est in actu, sed vt sibi conuenit determinari per differentiam sic ipsum est res generis. ergo si Deus sit in genere substãtiæ, Deus erit res generis substantiæ, secundum quòd in actu, non secundum ꝙ in potentia. hæc ille.

Destruitur respõsio Io. Angli.

¶ Sed hæc responsio non soluit rationem Docto. vt patet intuenti: dicit enim multa, quæ non credo esse vera. Primo enim posito, ꝙ aliqua differentia dicat perfectionem, quæro tunc quid intelligis per hoc, quod dicis, ꝙ differentia conuenit Deo, secundum quòd est in actu? aut enim intelligis, quòd ipsa differentia exprimit ipsum Deum, secundum quòd est in actu? aut intelligis, quòd ipsa differentia determinat genus ad Deum, secundum quòd est in actu? aut intelligis, ꝙ ipsa dicitur conuenire Deo, secundum quòd est in actu, ex hoc, ꝙ constituit ipsum in vltima actualitate? Si secundo modo? hoc non potest esse: quia illud, quod ponitur in genere constituitur in esse per genus, & differentiam, vt supra patuit. ergo differentia non præsupponit ipsum Deum in actu. Non primo modo: quia differentia eo modo exprimit diffinitum, quo sumitur à re, vel à realitate diffiniti. Nam rationale non exprimit totam quidditatem hominis, sed tantum illam realitatem à qua sumitur sic differentia, quæ conuenit Deo exprimit aliquam realitatem Dei, à qua sumitur, & genus, quod prædicatur de Deo exprimet aliam realitatem, à qua accipitur: & sic realitas, à qua accipitur genus erit in potentia suo modo ad realitatem, à qua accipitur differentia. Nec tertio modo: quia si talis differentia constituit Deum in esse actuali: quia realitas, à qua accipitur constituit ipsum in vltima actualitate, tunc quæro, aut illa realitas, à qua accipitur differentia dicit totum esse quidditatiuum Dei? aut tãtum aliquam realitatem præsupponentem aliquam, à qua accipitur genus? Si primo? ergo genus non intrat quidditatem illius, quod est contra Aristo. 8. met. t. c. 9. Si secundo modo? ergo illa realitas præsupposita erit in potentia ad realitatem, à qua accipitur differentia.

¶ Prætereà. Cum de ratione generis sit determinari per differentiam ad speciem: & omne determinabile per differentiam est in potentia ad illam: sed eo modo genus est determinabile per differentiam, quo accipitur ab aliqua re vel realitate: eo enim modo animal est determinabile ad rationale, quo sensitiuum in re, à quo accipitur ratio animalis est determinabile, siue perfectibile ab intellectiuo, à quo accipitur rationale: ergo omne illud, quod per se ponitur in aliquo genere includit aliquid potentiale, & perfectibile, à quo accipitur ratio generis, & aliquid actuale, & perfectiuum, à quo accipitur ratio differentiæ. Quod etiam dicit, quòd aliquæ differentiæ contrahentes genus se habent per modum priuationis, ita quòd vna se habet, vt priuatio, &c. Si intelligit, quòd tantum sit negatio in subiecto nato, illa non potest dici differentia generis, cum omnis differentia generica sit constitutiua entis positiui.

Io. Anglic. ad secundã rationem Doc.

DEINDE ipse. Io. Angli. dicit secundam rationem Doc. non valere, quę fundatur in hoc, ꝙ ens infinitum non est in genere. Dicit, quòd hoc non concludit: quia illimitatio non excludit aliquid in genere simpliciter: quia illud non ponit aliquid extra genus simpliciter. quo posito nihilominus res remanet in genere eodem. Sed posita infinitatione, & illimitatione in aliquo, propter hoc non excluditur à proprio genere, in quo collocatur cum multis alijs

finitis,

finitis.verbi gratia. Si linea poneretur infinita, adhuc esset in eodem genere, cum corpore, & linea finitis, quod patet: quia reciperet prædicationẽ quantitatis essentialiter.

¶ Item quia finitum, & infinitum cõgruunt quantitati. Nec valet dicere, quòd licet quantitas infinita esset in genere quantitatis: non sequitur, quòd Deus infinitus erit &c. quia quantitas illa non diceret entitatem totalem, & infinitam, sed præcisè quantitatẽ infinitam: Deus autem dicit entitatem infinitam totalem omnium generum.

¶ Contra. Ideo oportet concedere, quòd quantitas infinita non effugit genus quantitatis: quia recipit essentialem prædicationem quantitatis, tanquã concretum per aliam differentiam quantitatis. Sed quamuis Deus dicat totalem entitatem infinitã, &c. tamen quando dicitur substantia recipit prædicationem essentialem substantiæ, & differt specie ab angelo. Confirmatur. Sapientia conceditur in Deo, & relano, & sic de alijs, sed remota limitatione, & imperfectione: quare ergo ratio generis non potest poni in Deo remota limitatione, & imperfectione? huius non potest assignari ratio, nisi quia limitatio, & imperfectio sunt ratione generis. Sed hoc est falsum, vt probatum est. supra de qualitate: potest enim quæcunque ratio generis concipi depurata, non considerando tale esse. sicut humanitas potest concipi, q̃ nihil, sit nisi humanitas tantum. hæc ille.

Responsio ad Io. angli. ¶ Respondeo breuiter, quòd si daretur quantitas infinita extensiue, illa esset in genere. sed ens infinitũ intensiue non est in genere. vnde Sco. d. 8. q. 2. sic dicit. Licet esset quantitas infinita in ratione quantitatis, cum tamen quantitas non sit perfectio simpliciter non sequitur, quòd sit infinitum ens: quia non sequitur, quòd sit ens, quod non potest excedi in perfectione. Esset igitur infinita linea in genere quantitatis: quia esset limitatum ens simpliciter, & excessum simpliciter a perfectiori ente, sed infinitum ens simpliciter non potest esse in genere, & ratio est: quia prima infinitas non tollit omnem potentialitatem, quam requirit ratio generis, sed tantum ponit infinitatem secundum quid alicuius imperfectæ entitatis, in qua vt illa est, bene potest esse compositio in quocunq, gradu illa ponatur, sed secunda necessariò tollit omnem potentialitatem. hæc Sco. Et sic patet responsio ad Io Angli. Et cum dicit, q̃ finitum, & infinitum sunt passiones quantitatis secundum philosophum. Dico, q̃ hoc non est secundum intentionem philosophi. Et de hoc vide Doc. in sua metaphy. lib. 2. & quæ ibi prolixè notaui.

Greg. de Ari. arguit cõtra Doc. ITEM arguit Grego. de Ari. contra aliqua dicta Doc. dicens. Hæc opin. falsa est tam quantum ad illud, quod dicit de genere substantiæ, quàm ad id, quod dicit de accidentibus. Nam siue sint plures formæ substantiales in substantia vna composita, siue vna tantum, falsum est, quòd genus significet partẽ, vt volunt, alioquin non plus prædicaretur de specie in quid, quam differentia, quod est falsum.

¶ Item si significaret partem, vel sumeretur à parte speciei. verbi gratia. animal ab anima sensitiua, & rationale ab intellectiua (vt dicunt) nihilominus res illa, à qua sumitur genus non esset potentialis ad rẽ, à qua sumitur differentia, nec perfectibilis per eam (vt dicunt) quoniam nulla forma substantialis est perfectibilis per aliam formam substantialem, sed quælibet (etiam si plures essent simul in eodem) immediatè perficit materiam. sicut patebit in secundo de omni forma materiali.

¶ Secundo deficit in eo, quod dicit de accidentibus. Nam aut volunt, quòd realitas generis, & realitas differentiæ non sit aliqua res simpliciter, sed præcise constituunt vnam rem compositam, sicut materia, & forma vnam substantiam compositam: & tũc non minus in accidentibus res, & res, & compositio rei, & rei, quàm in substantia: nisi ad placitum velint componentia accidentis vocare realitates, & componentia substantiæ res, vel volunt, quòd licet sint diuersæ realitates, sunt tamen vna res simplex per identitatem, ita quòd inter ipsas sit distinctio formalis, & vnitas realis, siue (quod idem est dictum) ipse sint distinctæ formalitates, & vna res ad sensum datum in q. 2 huius d.

¶ Et tunc quæro de formalitate vna, an sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi vel nõ? Si non? ergo non est vna res, cum alia formalitate. si sic. cum illa formalitas aliquo modo distinguatur, ab eo, & per te non est possibile, vt eodem primo aliquid conueniat cum aliquo, & distinguatur ab eo: oportebit dare formalitatem in formalitate in infinitum, vt in præallegatis. q. deducebatur.

¶ Præterea. Isti quidem alibi expresse contradicunt tam conclusioni, quam hic ponunt de compositione formæ accidentalis, quam etiam fundamento eius, scilicet quòd in tali forma sit alia realitas, & ratio, à qua sumitur genus, & alia, à qua sumitur differentia. Nam in reportatis parisien. lib. 1. d. 33. q. 2. volentes ostendere aliqua esse eadem simpliciter, & tamen non adæquate aiunt sic. Nisi etiam multa essent eadem simpliciter, quæ non sunt adæquata eidem, sequitur, quòd forma accidentalis, vt albedo esset composita realiter. Nam si ratio communioris, à qua sumitur ratio generis esset alia realitas ab illa, à qua accipitur ratio differentiæ specificæ albedinis, tunc albedo esset composita ex duabus realitatibus, quod negatur communiter. Sunt ergo vna realitas hæc duo in albedine; & tamen neutrum adæquate est realitas albedinis per se: quoniam tunc vnum, vel alterum superflueret. hæc ipse. Quomodo autem in his verbis dicant contradictoria vtriusque, quod propositi non oportet declarare, sed solum legere sufficit.

Greg. ad primam rationem Sco. ¶ Ad rationes eius dicendum. Ad primam quidem. primo quòd illa auctoritas non est vniuersaliter ad propositum suum, cum diffinitio (vt de ipsa ibidem loquitur philosophus) per eundem ibidem sit tantum substantiæ compositæ. Et per consequens per illam auctoritatem non probaretur aliqua compositio in accidentibus, neque in simplicibus substantijs.

¶ Secundo dico, quòd non est extimandum, quòd genus positum in diffinitionibus substantiarũ compositarum significet materiam, vt partem aliquam substantiæ (vt isti putant) quia genus prædicatur in quid, & in recto nomine principali. Et ideo dicendum, quòd genus non significat tantum partem, sed totum, nec philosophus dicit oppositum vbi allegatur, sed ait 8 meta. t. c. 15. Quia hoc quidem diffinitionis, oportet esse, vt materiam, id vero, vt formã: & hoc est verum: quoniam licet genus non sit materia, nec solam materiam significet, est tamen vt materia, idest simile materiæ: assimilatio autem stat in hoc, quòd sicut materiæ aduenit forma, & sicut ex vtraque sit aliquid in actu secundum speciem, sic in diffinitionibus generi additur differentia: & sic completur diffinitio, quæ significat rem in actu, & distinctè secundum propriam speciem. Nec est propriè intelligendum, quòd genus sit pars speciei. nam constat, quòd genus non est pars speciei plusquam econuerso: sed sunt intentiones diuersæ, quarum neutra alteri est intrinseca. Item genus non est pars rei quã significat species; sicut nulla intentio est pars rei extra. Et cum dicitur, quòd philosophus. 5. meta. c. de parte. t. c. 30. Genus est pars speciei, & Commen. commen. 30. ibi ait. Genus est pars formarum speciei:

Quo genus sit pars speciei.

ciei: forma enim speciei diuiditur in genus, & differentiam. Dicit, quòd philosophus sic est intelligendus, sicut ibidem Commen. exponit, scilicet quòd genus est pars speciei, idest diffinitionis speciei, quæ diffinitio aliquando vocatur ab eo forma, sicut per eundem 7. meta. c.45. Et hoc modo accipit hoc nomen formæ vbi allegatur: vnde ait, quòd & illa, ex quibus componuntur diffinitiones significantes quiditates cuiuslibet rei dicuntur partes diffiniti, & diffinitionis, quod non est intelligendum, quòd partes diffinitionis sint partes diffiniti, nisi quia sunt partes diffinitionis, quæ idem significant, quod diffinitum.

¶ Ad rationem autem, quæ inducitur contra hoc scilicet, quòd si genus significet totam quiditatem rei solum genus complete diffiniret. Neganda est consequentia. Nam ad diffiniendum non sufficit qualitercunque significare essentiam diffiniti. Vnde primo phi. t.c.5. dicitur, quòd diffinitio diuidit in singula, genus autem & si significet totam substantiã compositam, non tamen exprimit explicitè quamlibet eius partem essentialem.

¶ Item quòd adducitur, quòd genus, & differẽtia non diffinirent: quia non significarent primo idem quiditati illius rei falsum est. nam licet genus significet totum, quod significat diffinitio, non tamen eodem modo: quia ipsum implicitè. diffinitio verò significat explicitè, & distinctè.

In definitione nõ est nugatio.

¶ Ad aliud de nugatione dicendum, quòd in diffinitione non est nugatio, quamuis differentia aliquid explicitè significet, quod per genus significatur implicitè: quia neutrũ ponitur in diffinitione alterius. Et ideo si ponantur rationes pro nominibus non dicetur idem nomen bis, quod tamen requiritur in nugatione Hæc Greg.

Respõsio ad obiectiones. Gregor de Arim. cõtra Doct.

RESPONDETVR ad primum quando dicitur, quòd genus non significet partem. Dico, quòd facio magnam differentiam, cum dico aliquid significare partem, & per modum partis, & aliquid significare partem per modum totius, quæ differentia prolixè declaratur à Sco. in suis vniuersalibus in illa q. an ista sit vera. homo est animal. Dico tunc, quòd genus significat partem, sed non per modum partis: quia tunc non posset prædicari in recto de specie, sed bene per modum totius, & sic conceditur ista. homo est animal. Hoc idem dico de differentia, quæ tantũ significat partem speciei, sed nõ per modum partis, sed per modum totius.

¶ Ad aliud, quando quæritur an animal sumatur ab anima sensitiua, & rationale ab intellectiua dico, quòd sic. Et cum infert quòd anima sensitiua nõ est in potentia ad rem à qua accipitur differentia: quia omnes formę substantiales in composito sunt immediate in materia, & vna non perficit aliam, vt ipsi dicunt. Dico primo, quòd genus sumitur ab aliqua parte materiali. Ad quod intelligendum præmitto aliqua. Primo, quòd in homine, licet sint plures formæ substantiales, vt patebit à Docto. in 4. in materia de eucharistia, non tamen actu ponitur ibi anima sensitiua, nec vegetatiua: quia anima intellectiua cõtinet eas virtualiter. Secundo præmitto, quòd generans intendens effectum puta indiuiduum perfectum alicuius speciei, vt quando homo generat hominem, illud indiuiduum, cuius generatio procedit ab imperfecto ad perfectum acquiritur secundum aliud, & aliud esse, ita quòd, vt est sub forma seminis habet tale esse. & postea sub forma sanguinis habet aliud esse, & post sub forma carnis aliud; & sub forma embrionis aliud, & post sub forma organizationis aliud, & post sub forma animæ vegetatiuæ aliud, & post sub forma animæ sensitiuæ aliud, & post sub forma animæ intellectiuæ tũc habet aliud vltimatum esse: & quo-

Alia sensitiua actu non est in hoie.

adusque est in continua generatione nunquam ponitur sub aliqua specie specialissima, sed vt tantum habet completum esse, vt patebit à Doc. in 4. vbi supra. Vt ergo est sub forma seminis tunc est in potentia ad formam sanguinis, non quòd semen informetur forma sanguinis, sed materia, quæ erat sub forma seminis immediatè informatur forma sanguinis, & corrumpitur forma seminis, & similiter vt est sub forma sanguinis est in potentia ad formam carnis, & sic illa materia informatur forma carnis, & corrũpitur in ea forma sanguinis, & sic deinceps, sustinendo, quòd non possint esse plures formæ in composito semper à materia, vel à parte materiali, vt est sub tali forma acciperetur tale genus, & sub alia tale genus: ab vltima tamẽ forma sumeretur ratio differentiæ constituens in vltimo esse specifico. Si verò teneantur plures formæ in composito, puta, quòd in homine esset anima intellectiua, & anima sensitiua, tũc ab anima sensitiua acciperetur animal, & ab intellectiua rationale. Et cum dicitur, quòd anima sensitiua nõ est perfectibilis ab intellectiua. Dico sufficit, quòd sensitiuum sit perfectibile ab intellectiuo, licet anima sensitiua non sit ratio formalis recipiendi: & sic à tali sensitiuo acciperetur ratio generis Et cum dicit, quòd Scotistæ asserunt omnes formas substantiales immediatè perficere materiam. Hoc est manifestè falsum: quia anima intellectiua immediatè perficit corpus organicum, vt organicum, & similiter anima sensitiua.

Ab alia sensitiua accipitur animal ab itellectiua rõnale.

Anima itellectiua et sẽsitiua perficiunt corpus organicum.

¶ Ad aliud de accidentibus dico, quòd in eadem albedine simplici, idest non composita ex re, & re possunt esse plures realitates formaliter distinctæ, à quarum vna accipitur ratio generis, & ab alia ratio differentiæ. Et cum quærit. an vna formalitas sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi, idest an formalitas, à qua accipitur ratio differentię sit eadem ex natura rei formalitati, à qua accipitur ratio generis. Dico, quòd accipiendo identitatem ex natura rei pro vera identitate reali, vt opponitur verè distinctioni reali, est eadem ex natura rei, idest quòd vtraque sunt vna res realiter. Et cum infertur. si sic, tunc cum illa formalitas aliquo modo distinguatur ab eo, & per me non est possibile, vt eodem primo aliquo, & distinguatur ab eo, oportebit dare formalitatem in formalitate in infinitum. Dico, quòd hoc non sequitur: quia per realitatem, à qua sumitur ratio generis verè conuenit cum alijs speciebus, & per realitatem, à qua accipitur ratio differentiæ differt ab alijs speciebus. Sicut si ratio generis, & ratio differentiæ acciperentur ab alia, & alia forma: per formam à qua acciperetur ratio generis conueniret, & per formam, à qua acciperetur ratio differentiæ differret. Sic in proposito. sicut etiam patet à Doct. supra d. 3. q. 9. quòd anima intellectiua, quamuis sit forma simplex, realiter tamen includit aliquid, siue aliquã realitatem, per quam conuenit cum alijs animabus intellectiuis, & alia realitatem includit, per quam verè differt ab illis. sic in proposito. Et sic patet quomodo non est procedere in infinitum in istis formalitatibus, siue realitatibus.

¶ Ad illud, quod dicunt de contradictione: quia in reportatis parisien. &c. Ista littera in reportatis debet sanè intelligi. Vult enim ibi Doc. quòd aliqua sunt eadem alicui simpliciter, non tamen identitate adæquata, siue conuertibili. sicut diffinitio, & diffinitum sunt idem simpliciter, & adęquatè, licet homo, & animal sint idem simpliciter, non tamen adæquatè: quia non conuertibiliter: homo enim est idem formaliter animali, & non econtra, vt supra patuit à Doc. d. 2. parte 2. q. 1. sic realitas albedinis, a qua accipitur ratio generis, & realitas, à qua accipitur ratio differentię sunt idem simpliciter ipsi albedini, nõ

Homo, & animal non sunt idem adæquatè.

tamen

tamen adæquate: & si sunt eadem realiter albedini inter se sunt eadem realiter. & sic sunt eadem simpliciter. Dicit ergo, quod si realitas, à qua accipitur ratio generis esset alia ab illa, à qua accipitur ratio differentiæ: tunc albedo esset composita ex duabus realitatibus. Hoc verum dicit: quia Doct. accipit ibi alietaté pro distinctione reali, idest quòd si istæ duæ realitates in albedine essent realiter distinctæ, tunc albedo esset verè composita: quia ergo non sunt realiter distinctæ: immo simpliciter idem realiter, licet sint formaliter distinctæ ideo. albedo non potest dici verè composita. Et sic patet, quòd hæ duæ realitates sunt vna realitas realiter, & essentialiter, & tamen non sunt vna realitas formaliter. Et sic patet quomodo Doc. non sibi contradicit, si verba, & intentio Docto. sané intelligantur.

Destruuntur responsiones Greg. contra Doc.

NVNC ostendendum est qualiter responsiones datæ à Greg. ad rationes Sco. non euacuant illas. Ad primam ergo responsionem quando dicit, quòd si phi. 8. met. t. c. 15. (cum dicit oportet diffinitionem esse rationem longam: ita quòd oportet illud esse materiam, illud verò formam, &c.) sic intelligatur, vt verba sonant, tunc tantum loqueretur de diffinitione substantiæ compositæ ex materia, & forma, & sic non probaretur aliqua compositio in accidentibus, neque in simplicibus substantijs.

¶ Dico, quod responsio non valet: quia eo modo, quo res est composita, eo modo diffinitio exprimit partes componentes. Si est verè composita ex materia, & forma tunc diffinitio exprimit illas partes. Si verò est composita ex realitate, & realitate eodem modo exprimit illas: & sic semper genus, quod ponitur in diffinitione significat materiam, & differentia formam.

Obiectio. ¶ Et si dicatur, quòd omnes partes diffinitionis sunt formæ, vt patet à Comen. c. 45.

Solutio. ¶ Dico, quòd dicuntur formæ in prædicando, siue inquantum sunt prædicata: prædicatum enim habet modum formæ, & subiectum modum materię. de hoc vide Sco. in suis vniuersalibus in illa q. an ista sit vera. homo est animal. Et quod dicit, quod genus, & differentia, vt ponuntur in diffinitione non significant partes &c. Si ipse intelligat quod genus, & differentia, vt accipiuntur pro secundis intẽtionibus ponantur in diffinitione, puta hominis, hoc est manifesté falsum: quia sicut diffinitum est aliquid ex natura rei, ita diffinitio, quæ conuertitur cum diffinitio erit aliquid ex natura rei. Et sicut hic homo realiter componitur ex hoc corpore, & ex hac anima, ita homo in communi, præter omne opus intellectus, dicitur componi ex corpore, & anima in communi, & de hoc vide Doc. in 3. d. 22. Si verò accipit genus, & differentiam, vt sunt partes diffinitionis pro primis intentionibus, patet ex supradictis, quod genus significat materiam, siue partem, licet nõ per modum partis, sed per modum totius. Et ex his patet, quomodo responsiones sequentes ad ranonẽ Doc. nec euacuant, nec soluunt illas.

Vide Scotũ in vniuersalibus q. 16.

Guil. Ochã arguit contra Doc.

CONTRA istam opin. arguit Ocham in 1. d. 8. & arguit contra aliqua dicta Doct. Et primo contra hoc quod dicit. In omnĩ specie sunt duæ realitates, à quarum vna accipitur genus, & ab alia differentia. Hoc est simpliciter falsum: quia aliquod indiuiduũ est simplex simpliciter ergo non includit tales duas realitates. Confirmatur: quia sicut probatum est prius in creaturis nulla est distinctio à patre rei, nisi sit distinctio rerum: sed secundum istas multa sunt indiuidua, quæ non includunt distinctas res. ergo multo fortius, nec species includit diuersas res, & per consequens, nec includit tales diuersas realitates.

¶ Præterea. Sicut species se habet ad indiuidua secundum istos, ita genus ad species: sed indiuiduũ non includit tales realitates duas: ergo &c. Mi. probatur: quia quęro de illis realitatibus proprijs diuersorum indiuiduorum, aut sunt eiusdẽ rationis, aut non: non potest dici, quòd sic: quia tunc ab eis posset abstrahi aliquis conceptus communis vniuocus: qđ negant isti. Si sunt alterius rationis: ergo indiuidua non sunt eiusdem rationis, sed alterius rationis: ergo non erunt indiuidua eiusdem speciei.

¶ Si dicatur: quòd quamuis istæ differentiæ sint alterius rationis, non tamen indiuidua constituta essent alterius rationis: quia constituta minus differũt, quam constituentia.

¶ Contra. Quando aliqua tota nata sunt denominari a nominibus partium, illa, quæ conueniunt partibus conueniunt totis: sed tunc est ita, quod indiuidua distinguuntur per differentias indiuiduales: ergo illæ denominationes, quæ conueniunt ipsis differentijs indiuidualibus: conuenient ipsis indiuiduis. ergo sicut ipsæ differentiæ sunt alterius rationis: ita indiuidua erunt alterius rationis.

¶ Præterea. Qua ratione dicitur non obstante, quod differentiæ indiuiduorum sint alterius rationis, tamen ipsa indiuidua non sunt alterius rationis, eadẽ ratione, & facilitate dicetur, quòd quamuis differentiæ specificæ sint alterius rationis, non tamen ipsæ species constitutæ erunt alterius rationis: quia sicut natura specifica non distinguitur, nisi per differentias indiuiduales, ita ipsa natura generis non distinguitur, nec diuiditur, nisi per differentias specificas secundum eos.

¶ Si dicatur, quòd non est simile: quia illa differentia indiuidualis non est quiditatiua, sicut differentia specifica est.

¶ Contra Hoc non est nisi vocabulis vti ad placitum: cum ita sit de essentia indiuidui differentia indiuidualis, sicut de natura speciei est differentia specifica, nec magis sit intrinseca ipsi speciei differentia specifica, quàm differentia indiuidualis ipsi indiuiduo.

¶ Præterea. Quod dicit, quòd illa natura specifica est potentialis, & perfectibilis ab illo actuali. Hoc nõ est verum: quia nulla res est in potentia ad seipsam. ergo si a. & b. non distinguantur realiter a. non est in potentia ad b. nec econuerso.

¶ Si dicatur, quòd sufficit distinctio formalis. hoc non sufficit: quia eadem ratione dicam, quòd essentia diuina est in potentia, & perfectibilis per relationem, vel econuerso propter distinctionem formalẽ inter essentiam, & relationem. Confirmatur quia quando aliqua sunt realiter, vnum non est imperfectius alio: quia idem non potest esse perfectius seipso. ergo cum in proposito potentiale, & actuale sunt vnum realiter ex hoc, quod vnum est potentiale respectu alterius, non potest argui, quòd potentiale sit imperfectius actuali. ergo si illud actuale esset infinitum ex hoc, quòd aliud esset potentiale non posset argui minor perfectio in potentiali, nec per consequens aliqua imperfectio. ergo sine omni imperfectione propter essentiam infinitam posset stare in Deo aliquid potentiale respectu alterius dummodo vnum distinguatur formaliter ab alio. ergo cum infinitate diuinæ essentiæ stat potentialitas alicuius in Deo sine omni imperfectione. sed vbi est potẽtia, & actus, ibi est aliqua compositio: ergo cum infinitate diuinæ essentiæ sine omni imperfectione stat compositio. quod est absurdum.

Definitio debet esse longa si definitum habeat plures rões cognoscẽdi. Si definitũ habeat vnã rationem cognoscẽdi definitio debet esse breuis.

¶ Præterea. Auctoritas philosophi est ad oppositum: quia sicut patet ex processu philosophi. oportet diffinitionem esse orationem longam: ita quod vna pars significet materiam, & alia formam. qualiter autem hoc sit intelligendum post patebit.

Præte-

¶ Præterea. Secunda ratio non concludit. Primo, quia per illam rationem (cum indiuidua non distinguantur tantum per gradus intrinsecos, sed per differentias simpliciter alterius, & alterius rationis, & tanta sit compositio in indiuiduo, quanta requiritur ad compositum speciei) sequeretur, quod illæ differentiæ essent specificæ, & omnia indiuidua distinguerentur specie.

¶ Si dicatur, quòd illæ differentiæ non sint quiditatiuæ, & ideo non constituunt species quantumcunque sint alterius rationis. Contra hoc est frequenter argutum: quia eadem facilitate dicetur, quòd differentiæ hominis, & asini non sunt quiditatiuæ. & ideo homo, & asinus non sunt alterius rationis.

¶ Præterea arguitur sic. Conceptus speciei non est tantum conceptus realitatis, & modi intrinseci: quia tunc albedo posset esse genus, & gradus intrinseci albedinis possunt esse differentię specificæ. Eodem modo arguo ego sic. Conceptus speciei non est tantum conceptus realitatis, & differentiæ contrahentis, & componentis cum illa realitate: quia tunc albedo posset esse genus, & differentiæ contrahentes, & componentes, cum ea possent esse differentiæ specificæ. ergo sicut dicis propter hoc, quòd modi intrinseci non constituunt conceptum, ita compositum sicut est conceptus speciei. ita habes dicere, quòd differentiæ, quæ distinguuntur formaliter ab illa realitate non constituunt conceptum ita compositum, sicut est conceptus speciei. ergo ad constitutionem speciei requiritur differentia realis inter differentiam, & realitatem, à qua sumitur genus, quod tamen ipse negat.

¶ Præterea, quæro de alijs modis intrinsecis, aut aliquo modo distinguuntur, vel non sunt omnibus modis idem ex natura rei cum illis, quorum sunt modi, aut non? Si aliquo modo distinguuntur, vel non sunt idem omnibus modis. ergo erit ita aliquid reale vniuocum Deo, & creaturæ, sicut creaturis inter se: quod tamen ipsi negant. consequentia patet: quia vbicunque est aliquid reale contractum per aliqua realia, qualitercunque illa contrahentia distinguantur à contracto ibi est aliquid reale vniuocum, hoc patet: quia non pôt aliqua ratio assignari, quare est aliquid reale vniuocum, vel est vnum, & idē non variatum, nec multiplicatum in vniuocatis, & tale nullum est etiam secundum istos. Vel dicitur reale vniuocum, quia est contractum per aliqua realia, & multiplicatum, & variatum per ea, & tunc qua ratione vnum tale est reale, & reliquum: ergo si commune Deo, & creaturis sit contractum per quoscunque modos reales istud commune erit aliquid reale. sicut aliud commune reale. Confirmatur: quia quantumcunque sit minor distinctio inter naturam specificam, & differentias indiuiduales, quàm inter naturam generis, & differentias specificas, tamen tanta vniuocatio est speciei ad sua indiuidua, quanta est generis ad suas species. Immo eo ipso est maior vniuocatio, & magis realis ad indiuidua, quàm ad species. ergo si commune vniuocum Deo, & creaturę sit realiter contractum per modos intrinsecos reales, qui minus distinguuntur à contracto, quàm differentiæ specificæ distinguantur à natura generis, sequitur quòd æque vel magis erit aliquid reale vniuocum Deo, & creaturæ, quàm diuersis speciebus eiusdem generis.

¶ Præterea. Secundum eum albedo est aliquid reale vniuocum diuersis albedinibus, non obstante, quòd contrahatur per diuersos modos intrinsecos: ergo eadem ratione, si aliquid commune Deo, & creaturis contrahatur per diuersos modos intrinsecos reales Deo, & creaturæ erit aliquod vniuocum reale.

¶ Præterea. Quæro de illo contracto per modum intrinsecum, aut est aliquid reale, aut tantum ens rationis? Non potest dici, quòd sit ens rationis: quia nullum ens rationis contrahitur per ens reale. ergo oportet, quòd sit ens reale: tunc arguo sic. Nullum contractum est de se illud, ad quod cõtrahitur: quia omne tale est commune. ergo tale contractum per modum intrinsecum diuinæ essentiæ est commune, & est reale. ergo aliquid reale est commune vniuocū Deo, & creaturæ. Si autem dicatur, quòd ille modus intrinsecus nullo modo distinguatur ex natura rei ab illo, cuius est modus. ergo infinitas non plus est modus diuinæ essentiæ, quàm econuerso, & per consequens non plus modus est contrahens, quam diuina essentia, & ita non ibi erit contrahens, & contractum, cuius oppositum ipse dicit.

¶ Præterea. Ratio non concludit, quia supponit vnum falsum, scilicet quòd intentio generis est aliquid intrinsecum speciei constitutiuum ipsius: cuius oppositum probatum est prius. Hæc Guliel. Ocham.

Respõsio ad rationes Ocham.

RESPONDEO ad rationes Ocham. Ad primam negatur, quòd aliquod indiuiduum positum in recta linea prędicamentali sit simpliciter simplex: omne enim tale de necessitate includit plures conceptus essentiales, in quos resoluitur, vt patere potest à Doct. supra distinct. tertia, & distin. quinta, & in 2. distin. 3.

¶ Ad confirmationem conceditur, quòd multa indiuidua, etiam prædicamentalia sunt, quæ non includunt distinctas res: vt qualitates indiuiduales, & breuiter omnia indiuidua accidentalia: quia nullum accidens est compositum ex diuersis rebus, vt patet à Doc. in met. sua & præsenti li. d. 2. in 2. & in 4. Et cum infertur. ergo in tali indiuiduo non sunt plures realitates, à quarum vna accipitur ratio generis, & ab alia ratio differentiæ. Negatur hoc illatum. Et cum dicit, quòd in creaturis nulla est distinctio à parte rei, nisi distinctio rerum. Dico, quod hoc est manifestè falsum, nec probationes, quas supra facit dist. 2. probant propositum suum, vt patet intuenti illas rationes, nec oportet hic immorari.

Esse alterius rõnis potest dupliciter intelligi.

¶ Ad aliud quando quærit de realitatibus proprijs indiuiduorum, scilicet de ipsis hæcheitatibus, puta de hæcheitate Francisci, & Ioannis, an illæ realitates sint eiusdem rationis, an alterius rationis? Dico, quòd esse eiusdem rationis, vel alterius potest dupliciter accipi, vel quòd sint eiusdem rationis quiditatiuæ, vel alterius rationis quiditatiuæ. Et sic dico, quòd nec eiusdem, nec alterius: quia si eiusdem, tunc haberent quo conuenirent quiditatiuè, & quo differrent. nec etiam alterius: quia, quæ differunt quiditatiuè dicunt quid, sicut quæ differunt formaliter dicunt formalitatem: modo huiusmodi entitates propriè non dicunt quiditatem, vt patet. Vel quòd sint alterius rationis, idest primo diuersæ, & sic conceditur, quòd sunt hoc modo alterius rationis: quia primo diuersæ. Et cum infertur, ergo indiuidua constituta per eas sunt hoc modo alterius rationis. Negatur, quia Franciscus, & Ioan. conueniunt quiditatiuè in homine, & in alijs superioribus, & per consequens non sunt primo diuersa, vt patere potest ex 5. met. t. non habente com. qui tex. incipit. Eadem verò dicuntur hæc quidem secundum accidens &c. hoc idem patet 10. met. t. c. 12. Et cum probat, quòd talia indiuidua erunt alterius rationis per hoc, quòd denominatur distingui per illas realitates proprias. Dico, quòd hoc sequeretur si non includerent aliã entitatem quiditatiuam. Franciscus enim ratione humanitatis est eiusdem rationis quiditatiuè cum Ioan. ratione humanitatis Ioannis, & sic non sequitur, quòd sint alterius rationis, & hoc patet à Doct.

infra

Quo pater & filius sint eiusdem rationis.

infra d. 13. & 26. & supra patuit. dist. 7 Dicimus enim quòd pater, & filius in diuinis sunt simpliciter eiusdem rationis ratione essentiæ inclusæ, licet paternitas, & filiatio sint primo diuersa, vt patuit in locis, supra allegatis, sic in proposito. Et concedo, quòd denominantur distingui per illas realitates proprias, sed ex hoc non sequitur, quòd tanta distinctione illa indiuidua distinguantur, quanta illæ realitates indi-

Sing. resp.

uiduorum. Et quando addit, quòd eadem ratione posset dici, quòd duæ species essent eiusdem rationis, quamuis differentiæ constituentes sint alterius rationis. Dico primo, quòd non est simile: quia esse alterius rationis essentialis, & quiditatiuè non potest esse, nisi per differẽtias constituentes in esse essentiali, & quiditatiuo, & quæcunque sunt principia essendi eo modo, quo sunt principia essendi, eodem modo sunt principia distinguendi, & econtra, vt supra patuit in prolo. q. vl. quia ergo realitates indiuiduales non constituunt indiuidua in esse quiditatiuo, vt patet, ideo non sunt principia distinguendi quiditatiuè, & essentialiter. Dico secundo, quòd sicut indiuidua non distinguuntur tanta distinctione, quanta eorum differentiæ indiuiduales, sic, & species non distinguuntur tanta distinctione, quanta differentiæ specificæ, patet: quia differentiæ specificæ non conueniunt quiditatiuè in aliquo genere, licet quiditatiuè conueniant in ente, vt supra patuit à Doc. dist. 3. q. 2. sed duæ species conueniunt in genere quiditatiuè.

Haecheitas nō est de essentia indiuidui.

Et cum dicit, quòd ita talis realitas est de essentia indiuidui, sicut, & differentia est de essentia speciei. Si intelligat, quòd constituat indiuiduum in aliquo esse essentiali, & quiditatiuo falsum est; quia tunc esset differentia essentialis, & sic indiuiduum esset contrahibile per aliam realitatem indiuidualem, & tunc de illa alia quæritur, aut dicit quiditatem, aut non? si sic? ergo processus in infinitum. si non? ergo nec prima realitas, cum non sit maior ratio de vna, quàm de alia. De hoc vide Doc. in 2. d. 3. Si verò intelligit, quòd sit de essentia, idest de constitutione indiuidui. Conceditur, quòd talis realitas verè cõstituit indiuiduũ, non tamen in esse quiditatiuo, sed tantum in esse indiuiduali, & sic patet, quomodo non est vti vocabulis ad placitum.

¶ Ad aliud contra Doc. (qui dicit, quòd natura specifica est perfectibilis a realitate indiuiduali, vt patet in 1 d. 5. q. 2: & d. 26.) cum dicit. nulla res est in potentia ad seipsam. ergo si a. & b. non distinguuntur realiter a. non est in potentia ad b.

¶ Dico primo, q; Doc. vult, quòd talis natura, quæ ex natura rei est prior realitate indiuiduali sit verè de-

Quo natura humana est perfectibilis, & distingui realiter ab haecheitate.

terminabilis, & contrahibilis per illam: & quia illa dicit entitatem positiuam, ideo perficit illam, & determinat, & actuat. Et quando dicit, quòd non distinguitur realiter. Dico, quòd natura, vt prior tali realitate est indifferens ad omnem hæcheitatem, vt patet à Doc. in 2. d. 3. & vt sic dicitur realiter distingui: licet vt facta talis natura (puta natura humana) ꝓpria ipsi Fran. non distinguatur realiter ab ipso, sed transeat in realem identitatem ipsius. vt patet à Docto. vbi supra. & ideo Doct. in isto 1. distinct. 5. quæst 2. dicit, quòd essentia diuina ex se, & ex sua ratione formali est hæc, & in vltima actualitate, non sic natura creata.

¶ Secundo dico, quòd quando Doc. dicit, quòd est perfectibilis. Hoc magis debet intelligi sic, quòd sit

Quid sit proprie perfici.

actuabilis, & determinabilis, siue cõtrahibilis, quàm perfectibilis: quia propriè perfici est essentialiter, vel accidẽtaliter perfici, sed a tali realitate, nec essentialiter perficitur, cum non sit de essentia illius, nec accidentaliter, cum non sit accidens eius.

¶ Dico tertio, quòd ideo potest dici perfectibilis à tali proprietate; quia natura est verè actuabilis, cum ex se non sit in vltima actualitate, vt probat Doct. in 2. d. 3. q. 1. & si talis proprietas realiter distingueretur verè ab illa perficeretur. ergo cum modo non distinguatur realiter sequitur, quòd saltem secundum rationem perficiatur: quia qualis est ordo inter aliqua, vbi realiter distinguuntur, talis est, vbi tantum ratione distinguuntur, vt patet à Doc. supra q. 3. prologi. & in quolib. & alibi sæpe. Si ergo talis proprietas distingueretur realiter, esset verè perfectibilis ab illa. ergo vbi modo aliqualiter distinguitur suo modo est perfectibilis ab illa, saltem secundum rationem. Sed hoc nõn sequitur de essentia diuina: quia ipsa ex na-

Essentia diuina ex natura sua est hæc.

tura sua est hæc, & in vltima actualitate; nec potest quouis modo intelligi prior, & vt determinabilis. Et ideo non adduco contra Ocham illam responsionem: quòd sufficit, quòd distinguatur formaliter: quia si hæc esset sola ratio, argumentum; quod facit de essentia diuina, & paternitate concluderet.

¶ Ad aliud, quod dicit contra secundam rationem Doc. sumptam ex ratione infinitatis (in qua dicit, q; conceptus speciei non tantum est conceptus realitatis, & modi intrinseci eiusdem realitatis, sed est conceptus realitatis, & alicuius differentiæ specificæ. cũ ergo ens contrahatur ad Deum, & creaturam tantũ per modos intrinsecos, scilicet per finitum, & infinitum sequitur, quòd non erit eis genus, nec per consequens Deus erit in genere.) Cum dicit primo, q; cum indiuidua non tantum distinguantur per gradus intrinsecos, sed per differentias simpliciter alterius, & alterius rationis, sequeretur; quòd illæ differentiæ essent specificæ, & sic indiuidua distinguerentur specie. Dico, quòd ex illa ratione Doct. hoc non sequitur. Et concedo, quòd indiuidua non tantum differunt per gradus intrinsecos, sed per aliquid aliud scilicet per suas proprietates indiuiduales, sed postea nego, quòd huiusmodi proprietates sint differentiæ simpliciter alterius, & alterius rationis, & hoc loquendo de differentijs essentialibus, & quiditatiuis, vt supra patuit: sunt enim differentiæ tantum indiuiduales, & constituentes tantum in esse indiuiduali, & non in esse quiditatiuo, vt ipse arguit: quia bene tunc concederetur, quòd essent differentiæ specificæ.

¶ Ad aliud contra eandem rationem. Dico, quòd non est simile de realitate, & modo intrinseco, & realitate, & differentia contrahente, & componente cũ tali realitate: quia si conceptus speciei esset tantum conceptus realitatis, & modi intrinseci, tunc albedo esset genus, patet: quia si gradus intrinsecus pertinet ad quiditatem specificam: ergo albedo, vt 4. erit species: quia includit realitatem albedinis, & gradũ intrinsecum contrahentem, &c. & similiter albedo, vt 6 & albedo, vt 8. & sic de alijs. Albedo enim potest

Quo albedo possit intendi, & remitti.

intendi, & remitti secundum gradus intrinsecus. Si verò conceptus speciei, puta albedo dicat conceptũ compositum ex realitate coloris, & realitate differẽtiæ, tunc albedo non poterit esse genus: quia nõ possunt reperiri differentiæ essentiales, contrahentes albedinem ad gradum specificum: quia vt sic tantum nata est contrahi per differentias indiuiduales, quæ (vt dixi) nullo modo sunt differentiæ quiditatiuæ, sed tantum indiuiduales, nec aliæ differentiæ reperiuntur sub specie specialissima. Non sic de gradibus intrinsecis: quia manifestum est, quòd albedo potest contrahi ad albedinem, vt 4. vt 6. vt 8. & si illi gradus pertinerent ad conceptum specificum, sub albedine possent esse plures species. & sic patet, quomodo gradus intrinseci non constituunt conceptũ, ita compositum, sicut est conceptus speciei: quod tamen sequeretur, si pertinerent ad conceptum speciei.

¶ Ad aliud contra eandem rationem, cum quærit de

Modi intrinseci quo distinguuntur ab illis quorum sunt modi.

de alijs modis intrinsecis. Dico, quòd modi intrinseci aliquo modo distinguuntur ab illis, quorum sunt modi, non in realiter, nec formaliter (nisi fortè formaliter negatiuè, non aût pusitiuè) vt infra patebit., rñdendo ad argumenta principalia. Cum infertur, q si aliquo mõ distinguuntur, q erit aliquid reale cõe vniuocum Deo, & creaturæ, sicut creaturis in ter se. Dico, quòd hoc non sequitur. Et cum probatur: quia vbi est aliquod reale contractum per cõtrahentia realia, aliquo distincta a contracto illud contractum est verè vniuocum. Concedo ad bonũ sensum. Sed negatur, quòd aliquid huiusmodi contrahatur: quia non datur aliqua realitas cõmunis Deo, & creaturæ, vt supra patuit d. 2. parte 1. q. 1. exponendo illud argumentum de necesse esse: non enim est commune Deo, & creaturæ, nisi conceptus: quia tantum in communi conceptu conueniunt, & non in aliqua realitate communi, vt patet in præsenti q. & prolixè exposui infra d. 25. respondendo ad quasdam rationes Ocham contra Sco.

Nota & bene.

¶ Ad confirmationem cõcedo, q est maior vniuocatio speciei ad indiuidua, q generis ad spẽs: quia spe cies est tota quiditas indiuiduorum non sic genus. Tum etiam, quia in specie est ꝓpriè comparatio, vt patet per philosophum 7. phisi. t. c. 24. & 19. vbi vult, q in specie athoma sit propriè comparatio, non aût in gñe: quia genus non habet talem vnitatem. Et cũ infert, ergo si cõe Deo, & creaturæ sit realiter cõtractum per aliqua realia, &c. Dico, q si imaginatur aliquod cõe reale prius natura ipso Deo ꝑhibile, &c. hoc non põt imaginari ẽm mentem Scot. nec etiam põt hoc haberi ex verbis ipsius. Si verò imaginetur aliquid prius, supple a quo nõ conuertitur subsisten di consequentia. Concedatur, quòd datur aliquod cõe Deo, illud tamen commune Deo non pt dici de essentia Dei, cum sit tantum conceptus communis. Species verò, & genus non tantum dicunt conceptũ communem, sed etiam aliquam realitatem priorẽ, & de essentia suorum inferiorum, sed hoc negamr de communi Deo, & creaturæ. Et per hoc patet ad aliud de albedine, &c.

Cõe Deo & creatura est aliquid reale potest intelligi trif liciter.

¶ Ad aliud quando quærit de illo contracto, aut est aliquid reale, aut aliquid rationis. Dico, quòd rea le potest multipliciter intelligi, vel reale prius, & con stitutiuum in esse reali: & hoc non, vt supra patuit, aut conceptus realis, & posterior Deo, licet commu nior. hoc modo potest concedi. vel, quòd vt comparatur ad creaturam sit aliquid reale prius ipsa, & cõstitutiuum ipsius. vt verò comparatur ad Deum sit simpliciter posterius, prius tamen secundum communitatem, & prædicationem, hoc etiam modo cõceditur tale contractum esse quid reale. Ex his patet responsio ad rationes Ocham.

IBI quo ad illud, quod additur in q. de quocunq; formaliter dicto de Deo. Dico, quod nihil tale est in genere propter idem, quia nihil dicitur de Deo formaliter, quod est limitatum, & omne genericum est necessariò limitatum.

Ens prius diuidit in insinitũ, & finitũ, quàm in decẽ prædicamenta.

¶ Sed tunc est dubium qualia sunt illa pdicamẽta, quæ dñr de Deo formaliter, vt sapiens bonus, &c. Rñdeo, q ens prius diuiditur in infinitum, & finitũ, q in 10. genera. Quod dicit Doc. quòd ens prius diuiditur in ens finitum, & infinitũ, non debet intelligi de simplicitet prima diuisione entis: quia ẽm ipsum in q. 3. vel 4. quob. ens diuiditur prima sua diuisione in ens quantum, & non quantum. Sed sic debet intelligi, q ens antequam descendat ad 10. prædicamenta prius diuiditur in ens finitum, & infinitũ, & ens finitum tũ diuiditur in 10. prædicamẽta, vt patet per Ar. 5. meta. quia ergo ens prædicatur de 10. generibus, & de his, q sunt formaliter in Deo, q sunt infinita formalr, ideo non põt censeri genus, cũ oẽ genus, & omne generi cum sit formaliter finitum intrinsecè.

Dubium.

¶ Sed oritur difficultas. An ens prout prædicatur de 10. generibus, & de relationibus in diuinis dicat genus: cum ille non sint formaliter infinitæ sicut nec gña, vt patet à Doc. q. 5. quolı. Dico, q nõ est genus:

Solutio.

quia ens, vt hmõi est magis indifferens, q ens, quod diuiditur immediatè in ens finitum, & infinitum: patet quia ens reale prius diuiditur in ens quantũ, & nõ quantum, & accipitur ibi ens quantũ pro ente hñte aliquam perfectionẽ, vel pro ente necessariò includẽte aliq imperfectionem, vt exposui in quol. q. 3. & alibi ẽt, & non q̃tum pro ente nõ dicente formaliter, oẽc perfectionem, neq; imperfectionẽ, cuiusmodi sunt relationes diuinæ. Nam si pñitas diceret perfectionẽ, aliqua pfectio esset in pře, q non esset in filio. Sir nec imperfectionẽ: quia nulla imperfectio est in diuinis.

Paternitas dicit perfectionem nec quantum idest excludit omnem perfectionem.

¶ Ibi. Sed tunc est aliud dubium, quo ponitur sapientia transcendens, cum nõ sit cõis oibus entibus, & transcendentia vñr communia omnibus entibus.

¶ Responsio, sicut de rõne gñalissimi non est in se habere plures sub se species, sed non hñe aliud superueniens genus, sicut homo genus qñ, quia non hñ su pra se genus est generalissimus, licet paucas hẽat species, aut nullas: ita oẽ transcendẽs nullum hẽt genus, sub quo contineatur, sed q ipsum sit cõe ad multa inferiora huc accidit. Huc patet ex alio: quia ens nõ tm habet passiones cõuertibiles simplices, sicut vnũ, bonum, &c. sed haber passiones disiunctas, vt possibile, vel necessariò, actus, vel potentia: & hmõi. Sicut aût passiones conuertibiles sunt trãscendentes: quia consequuntur ens, non inquantum determinatur ad aliquod genus, ita & passiones disiunctæ sunt trãscendentes, & vtrunque membrũ illius disiunctæ est transcendens: quia neutrum determinat suũ determinabile. s. ens ad certum genus, & tñ vnum membrũ illius disiunctæ est spãle formalr non conuertens, nisi vni enti, sicut necesse esse in ista diuisione necesse, vel pose, & infinitum: in ista diuisione finitum, vel infinitum, & tñ necesse esse, & infinitum tm cõuenit vni enti. s. Deo. Ita et prima sapientia pt esse trãscẽdens, & quodcunq; aliud, qd est cõe Deo, & creaturæ, licet aliquid tale dicatur de solo Deo, & de nullã creatura: aliqd aût de Deo, & creatura aliqua. Nõ oportet aût transcendens, vt trãscendens dici de quocũq; ente, nisi sit cõuertibile cũ primo trãscẽdente. s. ente.

Duplex est passio entis, vide parisiis etiã primo meta. q. notabili.

¶ Est iñ aliquod dubium. Quia dicit Doct. q de ratione gñalissimi nõ est hẽe sub se plures species. Hoc debet intelligi non simpliciter & absolutè: nam ipse in suis vniuersalibus vult, quòd sufficiat ad rationem generis posse conseruari in vnica specie. Et vltra. quia genus diffinitur ex hoc, q prædicatur de pluribus differentibus specie, de hoc vide ibi diffusè: nam ipse ibi multas difficultates soluit.

An genus generalissimũ habeat sub se plures species.

IBI. Alij probant quarto. Dicit Tho. quòd ideo ens nõ est in genere, quia continet in se perfectiones oium generum: quasi velit dicere, quod continens extra rõnem formalẽ contenti, & sic si continet virtualiter omnia genera de necessitate erit extra illa.

Tho. prima par. sum. q. 3. art. 5.

¶ Et dicit Doc. quòd argumentum non valet, quia continens aliquid continet illud per modum sui, idest quod sua entitas est ratio formalis continendi illud aliud. Et dicit, quòd si Deus causaret indiuidua substantiæ illa cõtinerent virtualiter omnia accidentia per modum sui, & non per modum accidẽtium, & tamen illæ substantiæ erunt in genere.

D. Thomas ordit Deũ nõ esse in genere, sic arguit, id q in se cõtinet perfectione oium generum virtualiter nõ est in genere, sed Deus est sic ergo.

SED videtur mihi, quòd non soluat argumentum Tho. quia ex quo enim substantiæ causant accidentia aliorum generum, ideo non sunt in genere accidentium. Sic in proposito. Si Deus continet virtualiter omnia genera non erit in genere.

¶ Dico primo, quòd argm Sco. concludit: quia & si illæ substantiæ sint extra rõnem formalem gñis

Scotus consiterat hanc

vnum & dicit q non est efficax, nam substantia creata in se continet perfectiones omniū accidentium virtualiter, & tamen substātia creata ē in genere. Dionysius Carthusianus in 1 sententi. dist. 8. q. 6. dicit, q nulla est impugnatio Scoti nam creatura continet limitate, Deus autē illimitate, & eminēter dicto defensionem Dionysii nullā esse, qd Scotus et D. Thomas loquūtur de cōtinentia, & nō de modo continendi, vt dicit Dionysius.

accidentis, tamen possunt esse in genere accidentis saltem per accidēs denominatioē, sicut album est in genere qualitatis, hoc idē posset dici de Deo, quod est inconueniens.

¶Secundo dico, q, & si illæ substantiæ contineant virtualiter illa accidentia, non tamē sequitur ex hoc, quòd non possint substare accidentibus. Et sic idem dicēret de Deo.

¶Tertiò dico, q & si cōtineant virtualiter omnia accidentia, non tñ sequitur ex hoc ipsa esse oīno illimitatā. hoc idem de Deo. Et vltra dico, q licet vna substantia contineat virtualiter, non tñ accidentia, sed & plures species substantiæ, vt patet de sole, non tñ ex hoc sequitur ipsum solem nōn esse in gñe substantiæ. Sic dico, q licet Deus per modum sui. i. per propriam entitatem contineat virtualr oēs substantias, & oīa accidentia non per modū illorū, non tñ sequitur, q ex hoc nō possit esse in gñe: quia licet sit extra rōnem formalem oīum causatorum, non tñ sequitur ex hoc ipsum non posse contineri in genere substantiæ, cum non sit extra rationē substantiæ. Dicit ergo Doc. q hoc est ex absoluta infinitate Dei.

¶Ibi. Sed contra hoc instatur, &c. Ex hoc vult probare, q infinita linea possit esse in gñe per hoc: quia philosophus increpat diffinitionem rectæ lineæ per hoc, q si infinita linea esset posset esse recta, & tñ non haberet mediū, nec extrema. Non est aūt aliqua diffinitio increpanda: quia non conuenit illi, qd impossibile est esse in genere. i. q ex quo diffinitio competit diffinitō, & cuilibet contento, & oē tale de necessitate est in gñe, & impossibile est diffinitionem competere alicui, quod non sit in gne. Si ergo diffinitio aliqua est increpanda, non est increpanda ex hoc, q nō conuenit illi, quod impossibile ē sic diffiniri, sed ex hoc, quia non conuenit illi, quod possibile est diffiniri. Exemplum. Si enim animal rationale est diffinitio hois, & cuiuslibet cōtenti, si per impossibile daretur aliquis hō, q nullo modo esset in gñe, & sic nullo mō posset diffiniri, illa diffinitio non est increpanda ex hoc, q non conuenit illi, sed bene esset increpanda, si non posset competere cuilibet homini in genere. Sic in pposito. Si infinita linea esset simpliciter extra genus illa diffinitio rectæ lineæ non esset increpanda: quia nullo modo competere posset sibi. Si ergo hæc diffinitio increpatur ab Arist. quia infinita linea esset recta, & tamen non haberet extrema, neque mediū, sequitur, quòd ipsa possit esse in genere, & sic diffinitio illa est increpanda: quia non competit diffinito, puta recto, vel lineæ rectæ, & cuilibet cōtento: quia non potest competere lineæ rectæ infinitæ. Ergo secundum Arist. linea recta infinita potest esse in genere, & sic falsum est, quòd infinitum non possit esse in genere.

¶Ibi. Responsio. Doc. primo præmittit vnū, quòd linea recta est vnum ens per accidens cōpositum ex subiecto, & accidente. s. ex linea, & rectitudine, & sic potest dari triplex diffinitio. Prima ratione lineæ, scilicet linea recta est longitudo sine latitudine, cuius extrema sunt duo puncta æque protensa. i. quòd medium nō sit protensum extra puncta, sed directè maneat in medio illorum punctorum, & hæc diffinitio non est increpanda ab Ari. quia tantum competit lineæ finitæ. Secunda ratione recti sic. linea recta est longitudo in directum protensa, & hæc similiter nō est increpanda: quia potest competere cuilibet lineæ rectæ, etiam in infinitum. Tertia ratione vtriusque, scilicet rectitudinis, & lineæ, & est ista: linea recta est, cuius medium non exit extrema, & hæc est increpanda rōne recti: quia non pōt cōpetere lineæ rectæ infinitæ. Dicit ergo Doc. q si hoc totum diffiniat, assignabit vna diffinitio corrñdēs lineæ & alia correspōdens recto, illud, qd correspōdet recto loco diffinitionis, scilicet linea recta est longitudo in directū protensa) non contradicit formaliter infinito, & cui repugnat diffinitio formaliter, eidē repugnabit diffinitum: illud verò, quod assignatur prius pro diffinitione recti (scilicet quod est hēre medium inter extrema formaliter) repugnat infinito, patet: quia infinitum in longitudine non hēt extrema. Si ergo hæc diffinitio data, supra, quā philosophus increpat esset bona, cum ipsa repugnet formalr infinito, sequeret, q ipm diffinitum. s. rectum formalr repugnaret infinito, qd est falsum: quia si daretur linea infinita in lōgitudine posset esse recta. rectū ergo rōne sui, & formaliter non repugnat infinito. i. lineæ infinitæ, & si aliqñ repugnat hoc non erit rōe sui, sed rōne sui subiecti, puta rōe lineæ, q̄ formaliter repugnat infinito. Non ergo philosophus intendit dicere, q linea infinita prima est in gñe, sed q rōni recti nō repugnat formaliter infinitas, & sic increpat illā diffinitionē, non ex hoc, q ipse velit, q possit dari linea infinita recta, q̄ sit in gñe, cui repugnat talis diffinitio: sed ex hoc increpat: quia ipsa rectitudo formaliter non repugnat infinitati, si posset dari linea infinita, quæ nullo modo potest dari, cum linea in actu necessariò includat duo puncta ipsam terminantia, & illud tale necessariò est finitum. cætera patent.

Infinitum in longitudine non hēt extrema.

Quō possit dari linea infinita.

¶Ibi. Sed est alia diff. Tota ista ratio in hoc consistit: quia ens infinitum intensiue non pōt esse in gñe: quia illud, quod est in gñe includit aliquid, à quo sumitur rō gñis, quod non pōt esse perfectissimū ens, cum illud sit in potentia ad aliquid, à quo sumit rō dñæ, & sic suo mō natum est perfici ab illo, & vbi distinguitur realr verè perficitur, sicut sensitiuū ab intellectiuo, vbi verò non distinguitur realiter, sicut in eadē albedine, illud à quo sumitur rō gñis est talis entitatis, q si distingueretur realr ab illo, à quo sumit rō dñæ verè perficeretur. Quòd mō verè non perficiatur hoc sibi accidit: quia pp identitatē realem, & tñ suæ rōni formali non repugnat, mō quicquid est in perfectissimo ente est perfectissimū, ita q impossibile est ibi aliquid intelligi esse, quasi perfectibile ab alio. Vult ergo dicere Doc. q ex quo à perfectissimo indiuiduo entis, vel à perfectissimo contento sub ente. sequitur absoluiè pfectissimū ens. Ideo illud, à quo sequit summum ens non pt esse in gñe: quia illud, à quo sumitur rō gñis sp est limitatum, & potentiale. Cum ergo ad q̄titatem formaliter infinitam extensiuè, non sequatur simpliciter infinita quantitas intensiuè, ergo nec infinitum ens absolutè. nam cum dico infinitum ens absolutè, dico ens infinitum in perfectione: quantitas aūt infinita extensiuè non est infinita in perfectione, qd patet: quia maior extensio non arguit maiorem perfectionem intensiuè, vt patet de albedine existente in magno pariete, & de albedine existente in margarita. In tali ergo quantitate posset esse aliquid, à quo sumeretur ratio generis, quod esset verè perfectibile, vel quasi pfectibile ab aliquo, à quo sumeretur ratio differentiæ, & sic patet, quòd etiam ponendo esse quātitatem infinitam extensiuè non rèpugnat sibi esse in genere, non sic est de infinito intensiuè.

¶Dico vltra, quòd si adhuc poneretur infinita q̄titas intensiuè. adhuc fortè non sequeretur infinitum ens simpliciter, sicut si daretur per possibile, vel impossibile finita albedo intensiuè, illa non esset infinitum ens simpliciter, sed non esset sic de bonitate sapientia, & huiusmodi, quæ sunt perfectiones simpliciter, ideo si est infinita bonitas, sequitur, quòd sit infinitum ens simpliciter: sed albedo secundum suam rationem formalem includit limitationem. Sed de hoc alias fortè erit sermo prolixior.

Triplex definitio lineæ.

QVIDAM tamen nouus philosophiæ interpres volens euadere hoc argumentum: dicit, q

Augu. Suess. contra Sco.

perypa-

perypatheticè loquendo, ad infinitam quantitatem, sequitur ens infinitum absoluiè.

Respon. ad Aug.

¶ Sed salua reuerenna hoc non est ad mentem philosophi: quia ipse non vult, ꝙ ad infinitum extensiuè sequatur summom ens, siue infinitum intēsiuè, sicut non sequitur, datur maxima albedo extensa per accidens tm̄, quæ per casum includit tantum duos gradus albedinis intensiuè: ergo absolutè datur perfectissima albedo? non sequitur.

¶ Dico vltra, vt supra dixi, quòd adhuc non sequitur, scilicet ad infinitam quantitatem intensiuè infinitū ens simpliciter: & vide aliqua quæ dixi de hoc exponendo. q 9. d. 2. secundi lib.

¶ Ibi. Contra ista obijcitur: quia ponuntur cōtradictoria, cōcedendo conceptum communem dictū in quid de Deo, & creatura, & negādo Deum esse in genere: quia omnis cōceptus communis in quid, vel est conceptus generis, vel diffinitionis alioquin erūt plura prædicata, quam docuit philosophus 1. topi.

¶ Ad istud dico, ꝙ non sunt contradictoria, vt patet per Aug. 7. de tri. c. 5. vel 32. vbi negat Deum esse substantiam, & tamen cōcedit, ꝙ proprie est essentia.

¶ Ex quo enim Aug. absolutè negat ipsum Deum esse substantiam, & concedit, ꝙ est essentia. Si Augu. vellet, ꝙ essentia nō esset conceptus cōis essentiæ creatæ, & increatæ. sed tantum nomen esset cōe: ita posset dici, ꝙ substantia, quæ prædicatur de Deo, & creatura diceret tm̄ nomen cōe, & sic nō esset inconueniēs: quia ergo negat Deum esse substantiam, & concedit esse essentiam, vult expresè, ꝙ essentia dicat conceptum cōem essentiæ creatæ, & increatæ, & substātia non, sumendo substantiam prædicamentalem.

Obiectio.
Solutio.

¶ Et si dicatur, nonne Deus est verissima substātia? Dico ꝙ sic & expresè habetur à Doct. sed talis substantia est transcendens, & verè prædicatur quiditatiuè de Deo.

Substantia transcendēs non prædicatur in quid de substātia creata.

¶ Sed si quæratur. An talis substantia transcendēs verè prædicetur in quid de substantia creata? Dico absolutè, ꝙ non: quia aliquod dicitur transcendens per cōmunitatem, sicut essentia, ens, actus, & huiusmodi, & tale transcendens potest prædicari de limitato, & illimitato. Aliud est transcendens non per cōmunitatem, sed q oia illud est extra omne genus, & tale tantum prædicatur nomine, & re de ente illimitato, quod bene nota, & sic cum à substantia creata tantum possit abstrahi substantia prædicamentalis, & non transcendens Deo, substantia transcendens non potest prædicari de ente creato.

¶ Ibi. Similiter Aui. 8. met. c. 4. Aui. vult, ꝙ Deus dicatur substantia, accipiendo substantiā pro ente non in alio: vult enim quòd Deus dicatur ens absolutè;

Ens dr̄ vniuoce de deo, & creaturis.

¶ Si postea vltra quæratur quod ens est? Respondet, ꝙ ens non in alio, & sic vult, ꝙ ens dicatur de ente increato vniuocè, & similiter de creatura, & quòd accipiat vniuocè patet per illud, qood dicit ens in se, idest absolutè sumptum nō habet principium, & sic scientia de ente hoc modo nō inquiret principia entis absolutè, sed alicuius entis, puta inferioris alicuius, vt ens creatum. Si verò ens absolutè diceret aliū conceptum de Deo, & alium de creatura, ita quòd tantum nomen esset commune eis, tunc entis secundum se esset principium, patet: quia entis secundum vnum conceptum, puta ſm conceptum, qui dicitur de creatura esset ipsum ens principium acceptum secundum alium conceptum, puta ſm conceptum dictum de Deo. Nam sic primum ens est principiū effectiuum entis creati, & sic falsum esset entis absolutè sumpti non esse principium, quod est cōtra Auic.

Opinio Antisthenicorū.

¶ Ibi. Respōsio. Ex 8. met. t. c. 9. docet philosophus quale prædicatum dictum in quid sit diffinitio: inducit n. ibi contra ydeas platonis dicta anthistenicorum. Anthistenici volebant omnes res esse simplices, & sic non posse diffiniri diffinitione quid rei: quia dicebant diffinitionem esse rationem longam. i. constare ex pluribus, puta ex materia, & forma, & sic nulla diffinitio propriè dicta poterat indicare quid rei, cū omnis res sit simplex, sed tantum indicabat quale. i. simile, vt si dicatur, ꝙ argentum diffinitur, illa diffinitio non indicat quid sit argentum, sed aliquid simile, puta stagnum, & sic de alijs Istam rationem inducit philosophus contra Pla. Nam Pla. negauit diffinitionem à rebus, & tamen posuit res illas simplices, quarum ponebat esse diffinitiones. s. quiditates separatas, & in hoc philosophus approbat Anthystenicos, qui dicunt terminum. i. diffinitionem esse rationem longam. Et post subdit. Quare substantia est, cuius contingit terminū esse & rōnem, & diffinitionē, puta substantiæ compositæ, siue sensibilis, siue intellectualis, & ī hoc philosophus improbat opi. Anthystenicorum dicentium oēm rem esse simplicem. Sequitur. Primorum aūt, ex quibus hæc non est supplè diffinitio. i. ꝙ earum rerum, ex quibus constat diffinitio, vel diffinitum non est diffinitio: quia tunc esset processus in infinitum. Et subdit rationem. s. ꝙ diffinitio sit ratio longa ibi. Si quidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua. i. ꝙ ipsa diffinitio significat aliquid de aliquo, puta rationale de animali, vel econtra, & hoc debet intelligi virtualiter, & non formaliter: quia ipsa diffinitio non significat formalr̄ aliquid esse verum de aliquo, sed tantum virtualiter, vt patet de ista, animal rationale. Nō enim in ista est veritas formaliter, quæ consistit in compositione intellectus, vt alias declaratū est. supra d. 3. q 3. & subdit philosophus. Oportet hoc quidē esse, vt materiam, illud verò, vt formā. i. illud quod signat rō diffinitiua, s. aliquid de aliquo, vnū est, vt materia, & reliquū, vt forma. ex quo vr̄ ibi arguere, ꝙ ydea si poneretur nō esset diffinibilis, patet: quia ex quo Pla. posuit ydeam esse rem simplicē separatam, & diffinitio est rō lōga, vt dixi, sequitur ipsam non posse diffiniri. Si ergo rō Arist. aliquo mō valeret pp simplicitatē ydeæ. s. ꝙ ipsa ydea non posset diffiniri, cū sit res simplex, & diffinitio sit ratio longa: multo magis ipse philosophus negaret diffinitionem à Deo, cuius est summa simplicitas, & sic ex auctoritate philosophi nihil est dictū in quid de Deo, vt diffinitio. Eeex eodē sequitur, ꝙ nihil oino dr̄ de Deo in q̄d, vt genus, & patet probō ibi. Quicquid. n. hēt genus pōt habere drīam, & diffinitionē: q̄a 7. met. t. c. 43. aut genus nihil est p̄ter spēs, aut si est, est vt materia, & tunc cuius est genus, oportet ipm̄ ponere posse hr̄e drīam, tanq̄ formā. Si igit̄ aliquid est dc̄m de Deo in quid, arguendo ex auctoritate philosophi constructiuè nō destructiuè, sequit̄ ꝙ illud non sit genus, nec diffinitio. Sed cū infers est genus, vel diffinitio: quia philosophus non dixit esse alia p̄dicamenta in quid dicta. ergo non sunt alia: arguitur ab auctoritate destructiuè, & est fallacia consequentis. Patet à negatione inferioris ad negationē superioris. Nam sic bene sequitur, philosophus hoc dixit esse verum. ergo est verum, per locum ab auctoritate, non tamen sequitur. hoc non dixit. ergo non est verum? committitur fallacia coosequentis.

Definitio significat aliquid de aliquo intelligenda ē ista ppositio virtualiter, nō autem formaliter.

Drīa inter propositionē enunciationem & problema.

¶ Ibi. Rn̄sio philosophus primo topi. &c. Differētia est inter ista. s. inter propositionē absolutè, enūciationē, propōnē p̄babilē, & p̄blamaticā. in prima attendit̄ absolutè veritas, vel falsitas, in scd̄a affirmatio, vel negatio in tertia p̄babilitas. in quarta modus specialis interrogādi, vt interrogādo sic. An hō sit risibilis, vel ne? Nā si q̄reretur primo sic. An hō sit risibilis? esset tm̄ qō demonstrabilis, vel probabilis. Sed cum quæritur. An homo sit risibilis, vel ne? tunc est problematica. vt patet primo topi. Et nota, quòd Ari. primo topi. distinxit prædicata propter distinctionem problematum: quia diuersa problemata

habent diuersum medium terminandi ex diuersitate prædicatorum. Nam terminare problema est determinare, quæ pars sit vera, & quæ sit falsa, cum problema (vt dictum est) sit propositio dubia ad quã probandam, & improbandam possunt haberi rationes probabiles. Et Ari. enumerat ibi prædicata problematum, idest facientia propositionem dubitabilem, & sunt ista, genus, diffinitio, proprium, & accidens. Nam quis posset sic dubitare. An homo sit animal, vel ne? aut animal rationale, vel ne? aut risibilis, vel ne? vel intelligens, vel ne? & huiusmodi. Et differentiam generalem, idest intermediam collocauit sub genere, & tamen differentia specifica habet propriam rationem prædicati, species etiam habet propriam rationem prædicati aliam à diffinitione, & à genere, & à proprio, & ab accidente, alioquin malè poneret Porphi. quinque vniuersalia, & tamen ista duo ibi Ari. non enumerat. & ratio: quia tantum distinxit illa prædicata, de quibus problemata quærenda, requirunt specialem artem terminandi, idest determinandi, quæ pars est vera, vel quæ falsa. Et quia si quæreretur ab aliquo an Franciscus sit homo, vel ne? vel rationalis, vel ne? hoc respondenti, non videretur problema: quia hoc esset sibi patens, & manifestum. Et ideo problemata de istis, scilicet de specie specialissima, & differentia conuertibili cum illa nõ sunt terminãda per artem specialem: quamuis in rei veritate possent terminari, idest determinari, q̃ pars vera, vel quæ falsa. Nam problema proponit aliquid certum & quærit dubium, vt in ista, an Franciscus sit animal rationale? supponit tanquam certum, quòd sit homo, & quærit hoc dubium, an sit animal rationale? Et quia transcendentia imprimuntur in anima prima impressione, vt ens, & res, & huiusmodi, ideo non fiunt problemata de illis: non enim quęritur an homo sit ens? cum sit notum ipsum esse ens, & dubitatur post quod ens. an animal rationale, vel sensibile, vel huiusmodi. Et sic patet, quid dicendum ad dubium, in quo quærebatur omnis conceptus dictus in quid, si est conceptus communis, vel est cõceptus generis, vel diffinitionis? Dico, quòd nec hoc, nec illud. Et cum infertur, ergo erunt plura prædicata dicta in quid, quàm docuit Aristo. primo topi. Patet responsio ex supradictis: quia Arist. tantum facit ibi mentionem de prædicatis, respectu quorum fiunt diuersa problemata modo præexposito.

Quæ sunt problemata.

Quare Ari. in topi. posuit tãtum quatuor prędicata.

Conceptus dicens quid est triplex.

AD primum argumentum principale. Nota ibi in principio, quòd conceptus sunt in duplici genere. Nam quidam dicunt quid, idest quòd prædicantur in quid, & isti sunt in triplici differentia, quidam per modum generis, quidam per modum speciei tantũ, quidam, nec per modum generis, nec per modũ speciei, sed transcendenter. Exemplum primi. Substantia, corpus, animal de suis inferiorib. Exemplum secũdi, vt homo de Franc. Exemplum tertij, vt ens de Deo, & decem prædicamentis. Alij conceptus dicũt quale: quia prędicantur per modum qualis, & nullo modo in quid, & isti sunt in multiplici differentia. Quia quidam prædicantur, vel dicunt quale essentiale. vt differentiæ constituentes speciem, quæ prædicantur de ipsis speciebus, & de contentis sub illis per modum qualis essentialis. Quidam dicunt quale denominatiuè, & hoc tripliciter. Primo per modũ gradus intrinseci. sicut infinitas est gradus intrinsecus Dei. vt dicendo Deus est infinitus, ly infinitus non dicit quid, nec differentiam, sed tantum modum intrinsecum, & similiter finitas Et hic est duplex. nam quidam est gradus intrinsecus specificus, & sic omnis species habet suum modum, siue gradum intrinsecum perfectionalem, & quidam est indiuiduahs. Exemplum primi. Albedo, vt albedo includit gradũ specificum, idest intrinsecum naturæ specificæ albedinis. Exemplum secundi. Hæc albedo intensa, vt quantior. nam illa intensio est gradus intrinsecus albedinis sic intensæ. Secundo aliquid dicit quale respectu alterius, quod nõ est de essentia illius, nec propriè accidens illius, nec gradus intrinsecus illius, & sic inferius potest prædicari in quale de superiori, vt genus de differentia, & è contra, & passio de suo subiecto. Tertio modo aliquid dicit quale tantum accidentale. vt omne accidens prædicatur in quale accidentaliter de substantia, siue illud accidens sit corporale, siue spirituale. Et sicut multiplex est conceptus dicens quale, ita superius dicens conceptum in quid multipliciter potest contrahi per conceptum dicentem quale. Exemplum. Nam animal immediatè cõtrahitur ad hominem per quale essentiale, & ens cõtrahitur ad hominem per gradum intrinsecum, puta per infinitum, & isti sunt principales. Et si quæratur. nonne ens potest contrahi ad hominem per rationale? Dico, quod non: quia prius suo modo intelligitur, quod homo sit ens: & inde substantia, quàm intelligatur animal, & huiusmodi. Et hoc patet à Docto. in 4. & in isto primo. Similiter potest aliquid intelligi contrahi per accidens, puta animal per risibile, vel per album. nam hæc est vera aliquod animal est risibile, & aliquod est album, & huiusmodi. Dicit ergo Doc. quod quando cõceptus dicens quid contrahitur per conceptum dicentem quale essentiale ille conceptus est conceptus generis. Si verò talis conceptus primò tantum contrahatur per conceptum dicentem quale non essentiale, sed quale per modum gradus intrinseci, talis conceptus non est conceptus generis.

Conceptus dicens quale denominatiuè est triplex.

Exemplum quõ conceptus dicẽtes quale contrahunt cõceptus q̃d.

¶ Ibi. Isti etiam conceptus contrahentes dicũt modum intrinsecum ipsius contracti, & non aliquã realitatem, &c.

¶ Hic nota bene, quod differentia est inter differentiã contrahentem, & gradum intrinsecum: quia differentia cõtrahens perficit ipsum genus, quod est contractum, & quo perficiat illud oportet videre à quo sumitur ratio generis, & ratio differentiæ. Si ergo illud, a quo sumitur ratio differentię perficit illud, à quo sumitur ratio generis, tunc differentia perficit genus, siue ipsum contractum. gradus verò intrinsecus non perficit ipsum cõtractum: quia illud, à quo sumitur gradus intrinsecus nõ perficit illud, à quo sumitur ratio contracti puta entis. Exemplum. Deus est formaliter infinitus, ipsa infinitas est gradus intrinsecus ipsius deitatis. Nam deitas in quocunque instanti non potest perfectè intelligi, ita, quòd habeam conceptum perfectum de ipsa, nisi intelligam ipsam habere gradum sibi intrinsecum. Impossibile enim esset intuitiuè videre ipsam deitatem, non videndo perfectionem suam intrinsecam. Quia ergo ratio entis non potest accipi ab aliquo in Deo, quod sit verè perfectibile, & gradus intrinsecus non potest accipi ab aliquo, quod sit perfectiuum illius, à quo sumitur ratio entis, cum sit sic intrinsecum illi, quod impossibile est in re intueri vnum alio non intuito; merito dicimus gradum intrinsecum nõ dicere realitatem perfectiuam entis contracti.

Differentia inter differentiam contrahentem, & gradum intrinsecũ.

¶ Ibi. Sed hic est vnum dubium. quomodo potest conceptus communis Deo, & creaturæ realis accipi, nisi ab aliqua realitate eiusdem generis? Et tunc videtur, quòd sit potentialis ad illam realitatem, à qua accipitur conceptus distinguens.

¶ Hic nota, quòd realitas in proposito accipitur dupliciter. Vno modo pro realitate dicente quid. Alio modo pro realitate dicente quale. Dicit ergo. nam sicut realitas dicens quale sumitur ab aliqua realitate, vel re dicente quale, sicut rationale sumitur ab anima intellectiua. Similiter realitas dicens quid debet sumi ab aliqua realitate

Realitas duobus modis sumitur

eiusdem

eiusdem generis, idest dicente quid. sicut animal sumitur à sensitiuo. Dicit ergo Docto. quomodo est possibile, quòd sit aliquis cõceptus communis Deo, & creaturæ in quid, nisi sumatur ab aliqua realitate eiusdem generis in Deo, quæ realitas sit quodammodo in potentia ad realitatem dicentem quale? Et sic in Deo si ens prędicatur in quid erit compositio, vel quasi compositio.

§ Ibi. Respondeo. Hæc responsio est valde ponderanda, nam Docto. primo distinguitur duplicem realitatem, scilicet perfectam, & imperfectam. perfecta est ipsa realitas sumpta cum suo modo intrinseco. Imperfecta sumpta sine tali modo. Nota secundo, quòd realitas sumpta sine modo non potest esse aliquod existens, neque intelligi existens in re, sed tantum in conceptu. Exemplum. Nam Deus sumptus cum modo intrinseco est tantum vnum obiectum formale terminatiuum cognitionis intuitiuæ, ita quod impossibile est aliquem intellectum intuitiuè cognoscere ipsam deitatem, vel ipsum ens summum, non intelligendo gradum intrinsecum. & vt sic nihil est ibi quasi potẽtiale, siue quasi perfectibile ab alio. Si verò intelligatur ipsa realitas sine modo intrinseco quid tunc est? Dico, quòd in re nihil est existens potens terminare intuitiuam cognitionem, sed tantum est conceptus entis, cognitus tantum cognitione abstractiua, & exemplum patet de ipsa albedine intensa, vt decem: quia ipsa albedo sumpta cum gradu suo intrinseco est tantum vnum obiectum formale terminatiuum cognitionis intuitiuæ, ita quòd impossibile est aliquem intellectum posse intuitiuè videre realitatem illius albedinis, quin simul habeat pro obiecto formali gradum intrinsecum illius, potest tamen cognitione abstractiua concipi ipsa albedo, vt albedo; & tunc illa realitas imperfectè concipitur. Et sic realitas albedinis non potest dari in re, vt sit in potentia, & perfectibilis à gradu intrinseco: quia ipsa realitas, vt perfecta (etiam circunscripto quocunque alio, quod non est de ratione sua intrinseca) includit gradum intrinsecum.

Realitas imperfecta non est aliquid existens.

Notãda difficultas.

§ Sed oritur maxima difficultas ex quo realitas Dei, vt concepta cum modo includit infinitatem, vt gradum intrinsecum, & ipsa concepta sine modo nihil est in re præexistens, nisi tantum conceptus entis. videtur ergo, quòd ipsa infinitas sit de ratione formali ipsius deitatis: quia ex entitate, & infinitate habetur realitas perfecta deitatis.

Solutio.

§ Dico primo, quòd forte non esset incõueniens, & ad mentem Sco. ponere ipsam infinitatem esse de intrinseca ratione ipsius Dei. vt fortè patere posset ex intentione ipsius. q.5. quoli. Supposito tamen, quòd non sit de intrinseca ratione ipsius vt multi volunt intelligere Sco. Dico, quòd in aliquo instanti naturæ potest haberi conceptus quidditatiuus, & specificus (non quòd ipse Deus sit in genere) puta, quod sit aliqua natura intellectualis ex se in se ipsa existens, & habens esse à quo accipitur conceptus entis: & in secundo signo includit infinitatem, & omnẽ gradum intrinsecum.

Obiectio.

§ Et si dicatur. ergo videtur, quòd sit perfectibilis. Dico, quòd non: quia in re includit omnem perfectionem, & est impossibile intuitiuè videre ipsam, nõ videndo perfectionem sibi intrinsecam, vt idem obiectum formale.

§ Si dicatur. in illo signo abstractiuè non intelligitur formaliter infinitas.

Solutio.

§ Dico, quòd in illo signo potest intelligi originaliter, & fundamentaliter infinitas: quia ab ipsa, sic existente, pullulant à se, & in se omnes perfectiones. Et bene nota, quia hic passus est difficillimus. Et hæc intẽtio posset elici à multis dictis Doc. in primo dist. 8. q. pe. & 28. & q. 1. & 5. quoli. & in alijs locis.

§ Ibi. Si autem tantum esset distinctio in re, sicut &c. Vult Doc. quòd intellectus non possit habere proprium conceptum modi intrinseci: quia est impossibile intuitiuè videre hanc albedinem, quin intuitiuè videatur gradus eius intrinsecus, siue modus intrinsecus, & licet ille modus fortè non videretur, tamen conciperetur res de necessitate sub modo, sicut est de re singulari cõcepta, & modo sub quo debet concipi: quia licet talis res singularis concipiatur sub modo singulari, ille tamen modus, quando illa res concipitur non conciperetur. haberet ergo intellectus in cognitione rei sub modo vnum obiectũ adæquatum, & hic loquor de cognitione intuitiua, & de re singulari, & existente sub modo intrinseco, secus autem de modo intrinseco speciei: quia non posset intelligi homo abstractiuè, non intellecto modo intrinseco ipsius, potest bene concipi sine modo, quem habet in inferiori, vt albedo potest concipi sine modo albedinis inferioris, puta potest concipi albedo absoluté, non concipiendo intẽsionem in ista, vel in ista albedine, sed non potest concipi ista albedo sine modo intrinseco eius.

§ Ibi. Et si dicas. saltem conceptus communis est indeterminatus, & potentialis &c.

§ Dictum est supra, quòd nunquam cõceptus cõis est potentialis ad conceptum specialem, puta ad conceptum distinguentem, nisi ille cõis accipiatur ab aliqua re, vel realitate, quæ sit in potentia, & perfectibilis ad illam rem, vel realitatem, à qua accipitur conceptus specialis, siue distinguens: & quia ipsa res non est perfectibilis à suo gradu intrinseco, vt supra declaratum est. ideo &c.

§ Ibi. Vel saltem non erit infinitus, &c. Responsio Doc. clara est. s. quòd ille conceptus communis Deo, & creaturæ, qui tamen non est potentialis, vel perfectibilis à conceptu speciali sumpto sub modo intrinseco est finitus negatiuè tantum, idest quòd non est infinitus de se positiuè, nec est de se finitus positiuè, sed est indifferens ad finitum, & ad infinitum. Cætera patent.

Cõceptus cõmunis Deo, & creaturis est finitus negatiue.

§ Ibi. Sed si arguas. ergo realitas, à qua accipitur est finita, non sequitur. Doc. vult hic in sententia, quòd conceptus est duplex, quidam, qui accipitur à realitate perfecta, & vt adæquatur. Et sic conceptus, puta entis infiniti accipitur ab aliqua re includente infinitatem. aliquando accipitur conceptus diminutè, & non adæquatè rei, vt conceptus entis potest accipi ab ente infinito, non tamen vt adæquatum sibi; nam intellectus cognitione abstractiua, cum sit imperfecta, potest considerare conceptum entis, non considerando gradum intrinsecum realitatis, à qua accipitur conceptus entis. sed intuitiuè non posset videre ens, nisi sub modo suo intrinseco. & hoc est, quod dicit.

§ Ibi. Illud ẽt potest vlterius declarari. Hoc exemplum est multum ad propositũ: quia si ponamus proprium indiuiduum aĩalis, vt hoc aĩal, & propriũ indiuiduum hoĩs, vt hic homo, tunc sicut hoc aĩal est in potentia & perfectibile ab hoc hoĩe, sic aĩal in cõi sumptũ ab isto est perfectibile à dĩa hoĩs. quod sic intelligi debet. quòd in gñatione hoĩs prius hic hõ est indiuiduum subiectæ, deinde indiuiduũ corporis, deinde indiuiduũ viuentis. deinde indiuiduũ aĩalis, deinde indiuiduum hominis, & sicut indiuiduum substantiæ est in potentia ad indiuiduũ corporis. i. vt fiat indiuiduũ corporis, ita substantia sumpta à tali indiuiduo erit in potentia ad dĩam constituentem corpus. & non debet intelligi, quòd vnum indiuiduum perfectum alicuius generis fiat indiuiduum alterius: quia hoc est impossibile, &c. Sic dico in proposito. nam in Deo imaginamur prius indiuiduum

Exemplum ad ꝓpositũ.

Quò vnum indiuiduũ nõ mutatur in aliud.

entis, puta hoc ens: quia illud hoc ens non eſt in potentia ad indiuiduum gradus intrinſeci, immo eſt ſimpliciter, & abſolutè ipſummet, ita conceptus entis ſumptus à tali indiuiduo non erit in potentia ad gradum, vel modum intrinſecum, ſumptum ab indiuiduo proprio, & hoc eſt ſingulare, & notabile exemplum, &c.

¶ Ibi, Sed ſaltem quæres, quare entitas non habet proprium indiuiduum in re, quod ſit in potentia ad indiuiduum determinantis, vt primo intelligatur hoc ens quàm infinitum,

Singulare dictum.

¶ Reſponſio, ꝙ quando aliquid eſt de ſe eſſe, &c. Nota ſingulare dictum. Nam Doc. vult hic, ꝙ quando aliquid eſt de ſe eſſe, ideſt quando aliquid eſt de ſe ſua eſſentia, & exiſtentia, ꝙ etiam ſit de ſe hoc, & de ſe ſit tota ſua perfectio, quæ eſt gradus intrinſecus illius, cuius eſt infinitas. & dicit, ꝙ quodãmodo prius eſt de ſe ſuum eſſe, & infinitum ens, quàm intelligatur hoc ens.

Pulcra dubitatio.

SI dicatur. nonne Deus includit in ſua ratione formali, quod ſit de ſe ſingulare? vt patet à Docto. diſt. 2 diſt. 4. q. 2. diſt. 5. q. 2. diſtin. 7 & 26 q. 1. quolib. ergo videtur, quòd prius ſit ſingulare, quàm intelligatur infinitum. & propterea in creaturis eſt talis ordo, quòd prius eſt eſſentia rei. Secundo eſt hoc. Tertio exiſtens. Quarto eſt gradus intrinſecus perfectionalis, qui conſequitur tantum aliquod indiuiduum. Et quòd prius ſit ſingulare, quàm exiſtens. patet à Doc. d. 3. ſecundi.

Solutio.

¶ Dico, ad propoſitum ponendo iſta ſigna. quòd ipſe Deus in primo ſigno, ſaltem conſiderationis includit omnia eſſentialia in re: & quia dicit Docto. diſt. 2. q. 2. 1. & q. 1. quoli. quòd exiſtentia eſt de eſſentia ipſius Dei, in illo priori eſt perfectiſſimè exiſtens: & quia infinitas eſt magis modus intrinſecus eſſentiæ, ſicut etiam æternitas, & neceſſitas, quæ ſunt exiſtentis, vt exiſtens; vt patet à Doct. diſt. 3 q. 4. 1. ideo in ſecundo ſigno conſiderationis poteſt dici eſſe formaliter infinitum, & in tertio ſigno ex ſemetipſo eſt ſingularis, & in vltima actualitate. Et cum dicitur, ꝙ ſingularitas eſt de ratione, &c. Dico, quòd hoc non debet intelligi, quòd ſit de ratione quiditatiua, & eſſentiali, ſed quòd ſit ſic ſibi intrinſeca, quòd in eodem inſtanti, & fortè naturæ ſibi conuenit, & hoc à ſemetipſa.

Exiſtentia eſt de eſſentia Dei.

Obiectio.

¶ Si dicatur Si ſingularitas non ineſt ſibi in primo ſigno. ergo in primo ſigno erit ipſe Deus quodammodo determinabilis, & abſtrahibilis: quia per ſingularitatem dicitur in actualitate vltima. hoc autem eſt contra Doc. d. 2. parte 2. d. 5. q 2. d. 7. & 26. & 28. primi.

Solutio.

¶ Dico primo, quòd aliquid eſſe determinabile contingit multipliciter. Primo ab alio, tanquam à cauſa productiua, & ſic Franciſcus producens Ioannem, producit ſingularitatem in illo, & ſic determinat illam naturam ad talem ſingularitatem. Secundo formaliter. & hoc eſt quando hæcheitas aliqua aduenit denouo ab extrinſeco naturæ determinabili actuando, & perficiendo illam formaliter, ad quã ex parte ſua erat in potentia. Tertio aliquid dicitur determinari à ſemetipſo, & non per aduentum alicuius entitatis perficientis, vel informantis, ſed ex neceſſitate naturæ, & ex ratione perfectiſſima talis entis, & ex infinitate perfectiſſima illius eſt ex ſemetipſa ſingularis, & hoc tertio modo poſſumus dicere ipſum Deum ſic eſſe determinabilem, & hoc modo non eſt imperfectionis, immo perfectionis, licet fortè vſus talis vocabuli, quod eſt determinari, ſonet aliqualem imperfectionem, & ſi poſſemus habere aliquod vocabulum ſignificans nobis illum tertium modum nullam imperfectionem, importaret. Et quòd hic tertius modus ſit verus patet: quia eſſentia diuina in primo ſigno non includit omnia attributa dicentia perfectionem ſimpliciter, & importantia infinitatem formaliter, quod patet à Doc. di. 8. q. pe. q. 1. quoli. & etiam d. 1. primi. Et tamen in ſecundo ſigno dicitur habere omnes iſtas perfectiones attributales, quod videtur ſonare imperfectionem; & quia habet omnes illas ex ſemetipſa, & ex neceſſitate naturæ, & ex ſua infinita perfectione quodammodo ab ipſa pullulant, & in ipſa ſunt formaliter; non ꝙ informent, nec perficiant: quia ſunt vnæ res realiter, licet diſtinctè formaliter.

Determinabile eſt multiplex.

Creatura non poteſt fieri hæc ex ſe.

¶ Ad ſecundum argumentum dico, quòd non ſimile eſt in creaturis. tum quia creatura non poteſt fieri hæc à ſemetipſa, ſed fit hæc per agens extrinſecum producens illam in tali indiuiduo. tum etiam: quia quælibet natura creata eſt diuiſibilis, & multiplicabilis in ſuis ſingularibus. & ſic in alio, & in alio ſingulari eſt alia, & alia natura. & multa alia poſſunt aſſignari propter quæ non curret ſimilitudo.

Perfectio ſimpliciter in nobis eſt limitata.

¶ Ibi. Ad vltimum de ſapientia dico. Dico (ſaluo ſemper meliori iudicio) quòd ſapientia in nobis eſt indiuiduũ ſapientiæ, quæ eſt in prædicamento qualitatis, & non eſt indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis. Et quod dicit Docto. ꝙ tunc non eſſet perfectio ſimpliciter in nobis. Dico, quòd hoc eſt verum; quia perfectio ſimpliciter in nobis eſt limitata. nam omne fundatum in limitato eſt limitatum, ſecundum ipſum 1. q. iſta exponendo Boe.

Obiectio.

SI DICATVR, quòd ipſe habet diſtinc. ſecunda, parte 1. quæſt. vlt. primi. aliquod dici ens participatum, & reduci poſſe ad ens per eſſentiam eiuſdem rationis, vt bonitas mea reducitur ad bonitatem per eſſentiam, quæ eſt perfectio ſimpliciter, & vult ipſe, quòd illa bonitas per eſſentiam prædicetur de bonitate per participationem.

¶ Hoc idem in d. 8. huius q. 2 in reſponſione vnius argumenti de capere, & etiam in multis alijs locis dicit, quòd ſapientia prædicatur de ſapientia creata, & increata. quod non poteſt intelligi, niſi de ſapientia tranſcendente.

¶ Prætereà ipſe diſt 3. quæſt. 1. probat, quòd ſi cognoſcimus aliquid formaliter eſſe in Deo per aliquid, quod formaliter eſt in creatura, vt puta, quia cognoſcimus bonitaté formaliter dici de Deo propter bonitatem formaliter exiſtentem in creatura, & hoc non poteſt eſſe (ſecundum ipſum) niſi bonitas creata, & increata ſint eiuſdem rationis, ideſt niſi conueniant quiditatiuè in conceptu bonitatis dicto de vtraque, & talis bonitas communis de neceſſitate erit tranſcendens, aliter non tranſcendens poſſet prædicari de Deo, quod falſum eſt. Et hoc idem vult di. 8. præſenti. q.

Reſponſio.

¶ Vnde breuiter reſpondeo, ſupponendo mihi aliqua. Primo, quòd tranſcendens eſt in duplici genere. nam quoddam dicitur tranſcendens, quia tantum abſtrahibile à Deo. Secundo, vt eſt abſtrahibile à Deo, & à creatura. Exemplum primi. Nam à ſapientia infinita abſtraho conceptum ſapientiæ, ſimiliter ab intellectu in infinito abſtraho cõceptum intellectus, & de multis alijs. Iſti conceptus tantum nomine, & re prædicantur de his, à quibus abſtrahuntur, Exemplum ſecundi. Cõceptus entis, & omnium paſſionum conuertibilium, & ſimplicium, & multa alia poſſunt abſtrahi, & à Deo, & à creatura. vt bonitas poteſt abſtrahi à bonitate increata, & bonitate creata; & tale tranſcendens poteſt prædicari in quid de illis, à quibus abſtrahitur.

Tranſcendens dupliciter.

¶ Si dicatur. quare ſapientia non poteſt abſtrahi à ſapientia creata, vt ſit tranſcendens?

Sapientia non eſt tranſcendens.

¶ Dico, ꝙ tantum illa abſtrahuntur, vt tranſcẽdentia, quę nata ſunt eſſe indifferentia ad creatum, & increatum.

creatum. Sicut non potest abstrahi rationale, vt dicatur transcendens, nec corpus, & huiusmodi. Et similiter nec albedo. Fortè dices: Illa non possunt esse in Deo formaliter, sicut sapiētia potest esse. Dico, sicut res hēt esse in se, ita ordinatè abstrahibilia nata sunt abstrahi. Exemplum. Sicut Franc. sic habet esse, quòd primo dicitur ens: ergo ab ipso abstrahitur conceptus entis secundo dicitur habere esse substantiale, & sic abstrahitur conceptus substantiæ, & sic deinceps vsque ad hominem. Et quia conceptus entis includit passiones conuertibiles, ideo est conceptus transcendens cum suis passionibus, nō sic conceptus substantiæ, vel corporis. Similiter à sapientia, puta creata, abstraho conceptum entis: quia nata est prius esse ens, deinde conceptum qualitatis: quia prius dicitur qualis. tertio conceptū generis magis proximi qualitati. quarto conceptum sapientiæ. & quinto conceptum specificum vltimatum: sicut ergo in se habet esse, ideo ordinatè abstraho abstrahibilia: & quia abstrahibilia sunt communia Deo, & creaturæ, vel pluribus prædicamentis, ideo sunt transcendētia. Dico ergo, q̄ à sapientia creata, & increata non potest abstrahi sapientia cōis vtrique dicta in quid, nec similiter ab intellectu creato, & increato: nec ista videntur incōuenientia attento ordine abstrahibilium. Et ad instantias prius factas. dico, quòd licet Sco. aliquādo dicat sapientiam esse communem creatæ, & increatæ, & intellectum similiter, magis dicit exēplificando, quàm affirmādo illud sic esse. Exempla enim ponimus non vt ita sint, sed vt magis adiscentes assentiant. primo priorum.

Exemplificando, non affirmādo, quandoque loquitur Scotus.

¶ Ad illud de di. 2. & 8. de participato. dico, q̄ intelligit de participato, quod est eiusdem rationis cū illo, quod est per essentiam potest abstrahi à creato, & increato, & de se est illud, cui nō repugnat perfectio. Et hoc modo entitas participata reducitur ad entitatem per essentiam, & similiter bonitas creata reducitur ad bonitatem per essentiam, quæ sunt communia Deo, & creaturis, nec sic sapientia creata potest reduci ad sapientiam per essentiam tanquam ad aliquid eiusdem rationis, sed bene potest reduci ad sapientiam increatam, quæ est alterius rationis, sicut, & lapis reducitur ad Deum.

¶ Ad aliud de. d. 3. quod probat. dico, q̄ Doc. intendit ibi probare entitatē posse cognosci dici in quid de Deo virtute creaturæ continentis essentialiter entitatem, & sic aliquod ens creatum non tantum causat cognitionem sui, sed etiam cuiuslibet superioris. Hoc idem de bonitate: quia bonitas creata causat cognitionem sui, & omnium superiorum, & sic etiam cognitionem bonitatis conuertibilis cum ente, & sic dico de omnib. alijs huiusmodi. Et bene verum est, q̄ ens creatum, & ens increatum sunt eiusdem rationis in entitate trāscendenti. Et similiter bonitas creata, & bonitas increata in bonitate transcendenti, sic dico de vnitate, & veritate, & huiusmodi.

Ens creatū, & increatū quō sint eiusdem rationis.

¶ Et ad dictum Augustini, quòd omnis creatura circa nos clamat. Dico, quòd sic debet exponi, quòd creaturæ non repugnat perfectio simpliciter, immo nulla sibi repugnat, vt est suppositum entis, non autē vt est suppositum talis naturæ, vt exponit Sco. dictū Ansel. d. 2 primi. & 8. & 5. q. quòli. Verum tamen est, quòd multæ perfectiones sunt in homine, propter quas magis fit similis Deo, quàm in alijs creaturis, vt puta sapientia, intellectus, voluntas, & huiusmodi. Et sic patet quid sit dicendum. Qui vult tamen tenere oppositum, scilicet q̄ sapientia transcendens potest abstrahi à sapientia creata, fortè non deuiat ab intentione Doc.

Quæstio Tertia.

Vtrum cum simplicitate Dei possit stare aliquo modo distinctio perfectionum essentialium præcedens aliquo modo omnem actum intellectus.

Scotus primo sententia dist. 8. q. 4.
D. Thomas in primo scripti primi sentent. distinct. 2. Artic. 4.
Franciscus de Mayronis primo sent dist. 8 q 7.
Ioannes Bacconitanus primo sentent. dist 2 q. 1.

TERTIO quæritur. Vtrum cum simplicitate Dei possit stare aliquo modo distinctio perfectionum essentialium, præcedens aliquo modo omnem actus intellectus. Titulus huius q. clarus est.

IN ista q. Plures quidem, ac variè hic recitantur opi. quarum prima est S. Thom. dicentis, nullam attributorum distinctionem cū Dei simplicitate stare, præterq̄ rōnis tm̄. Cui quidā alius doctor abhærere vr̄. quam tñ opi. ad præsens nō curo recitare, cum in textu Doctoris pateat, & clara sit vsque ibi. Sed inquantum essentia diuina.

S. Tho primo scripti. d 2. Herue. & Henr.

¶ Sensus huius literæ est, q̄ essentia diuina in se, & absolutè considerata nullam distinctionem attributorum includit ex natura rei; sed vt per intellectum diuersimodè comparata ad diuersa attributa in creaturis continet in se distincta attributa, quæ sola ratione inter se, & ab essentia distinguuntur. Et talis comparatio essentiæ ad attributa non fit in ratione causæ efficientis: quia non comparatur ad illa vt efficiens: quia sic nō dicimus essentiam diuinam esse bonam, quia efficit bonitatem, quia sic posset dici lapis: quia efficit lapidem, sed comparatur magis in rōne causæ formalis, vt ipsa est quodammodo vna forma continens integritatem omnis perfectionis, & hoc eminē ret, quæ perfectiones sunt imperfectè in creaturis, & sic ipsa essentia, vt forma perfectissima comparatur ad diuersas perfectiones attributales in creaturis, q̄ perfectiones secundū gradus suos diuersimodè imitantur essentiam. Et ex tali comparatione sumuntur plura attributa, vt puta, vt comparatur ad bonitatē creatam, veritatem, sapientiam (quæ distinguuntur in creaturis) dicitur bona, vera, sapiens, & hmōi.

Ratio autē quarom diuinis ponatur attributorū pluralitas. Respōdetur quia intellectus Diuinus, & intellect9 creatus i hoc distinguūtur, nam intellectus diuinus & seipsam, & omnia in ipso vnico actu sola intelligit. Intellectus autē creatus non sic & ita format varias i Deo, ac diuersas cōceptiones.

¶ Et addit: ibi. Vltra ista opi. quòd pluralitas perfectionum attributalium, vt est in essentia diuina est quasi in potentia, & vt est in conceptu intellectus est quasi in actu, idest quòd ante huiusmodi cōparationem est ibi sola essentia diuina, & nulla distinctio attributorum, nisi in potentia, idest quia ipsa est apta nata diuersimodè considerari, & comparari ad attributa creata, & vt actu sic consideratur, & comparatur actu est talis distinctio attributorum. Et addit: ibi. In diuino quidem. Quia intellectus diuinus, & beatus nulla habita comparatione essentiæ ad attributa creata, non est ibi aliqua pluralitas, nisi in potētia, vt autem cōsiderant ipsam in se, & vt diuersimodè immitabilem à diuersis attributis in creaturis, ibi distinguunt diuersa attributa. Intellectus verò creatus, & non beatus econtra distinguit. Quia primo considerat attributa creata, & illa attribuit creatori, ita quòd primo habet attributa creata pro obiectis, & secundo attribuit. Intellectus verò creatus beatus primo habet essentiam considerando eam, vt diuersimodè immitabilē. Et addit ibi. Limitate autem perfectiones inquantū actu in intelligētia sunt:

dicuntur rationes, idest quòd illæ perfectiones, puta attributales inquantum actu in intelligentia sunt, i. in actuali consideratione, & comparatione essentiæ ad attributa creata dicuntur rationes, idest obiecta conceptibilia. Et hoc est, quod dicit. Et dicitur hic ratio conceptio perfectionis determinate ex respectu ad determinatam correspoudentem sibi in creatura.

Gotf. quoli. 7. q. 1.

ALII DECLARANT positionem sic. Ista opin. est eadem cum opin. Thom. nisi quòd diffusius aliqua declarat, quæ ex supradictis sunt manifesta.

¶ Ibi. Et hæc est intentio Commen. Sensus huius litteræ est. quòd in rebus immaterialibus quando aliqua prædicantur per modum dispositi, & dispositionis, idest per modum materiæ, & formæ: quia subiectum se tenet ex parte materiæ, & prædicatū ex parte formæ, tunc sunt vnum in re, & in intellectu sunt distincta, & intellectus sic intelligens abstractū à materia per modum dispositi, & dispositionis. i. per modum subiecti, & prædicati intelligit vnam in re tantum, sed diuersum in consideratione: quia vt in prædicato quodammodo differt à seipso, vt in subiecto, & hoc sola ratione, & tunc intellectus vtitur vno in re, vt duobus. s. in intentionibus; quia cōsiderat illud sub diuersis intentionibus. s. prędicati, & subiecti. Et hoc modo dicitur, q Deus est bonus, sapiens, vita, & huiusmodi. Nam sapientia, & deitas sunt vnum in re, sed sola ratione differunt, sicut prædicatum & subiectum: sed in rebus materialibus, puta in lapide, licet materia, & forma sint simul realiter vnita, non tamē sunt vna res, sed distinctæ. Et ideo, quando intellectus in rebus compositis sic disponit compositum per formam, aut cum disponit habentem formam, idest subiectum habens formam intelligit vtraque vt aliquo modo adunata in intellectu, & tamen differentia aliquo modo in re, non sic in rebus immaterialibus. Et sic patet intentio huius. Hæc tamen auctoritas postea à Doc. exponetur.

CONTRA istam positionem Doc. instat multipliciter contra hanc opin. & primo sic. quicquid est perfectionis simpliciter in creaturis principalius est in Deo ex se, & non ex respectu aliquo, sed attributū est simpliciter perfectionis in creatura, ita q simpliciter est melius ipsum, quàm non ipsum. probatio ma. perfectum semper est independens ab imperfecto, sicut imperfectum dependens à perfecto. attributalis autē perfectio in Deo est perfectè, & in creatura imperfectè. ergo.

Aliquid dependere ab aliquo contigit multipliciter.

¶ Nota tamen, cum dicit ibi, q perfectum non dependet ab imperfecto. Aliquid enim dependere ab alio contingit multipliciter. primo, vt à partibus essentialibus, vt compositū. secundo vt à causa efficiente vel finali. tertio vt mensuratum à mensura. primo, & secundo modo perfectum non potest dependere ab imperfecto. Et Doc. supponit, q attributum in Deo sit ibi sub ratione perfectissima, & infinita. Et quia Tho. dicit, q attributa in Deo sunt tantum ibi per respectum ad attributa in creaturis, ita q si aliquis intellectus non comparat essentiam diuinā ad attributa creata, in ipsa essentia non posset distinguere aliqua attributa, sed tantū esset ibi essentia nuda, & sic vult, q ipsa attributa in diuinis, & in essendo, & in distingui sint tantum ibi per respectum ad attributa ad extra. Stante ergo supposito Sco. q ipsa attributa sunt perfectissima in Deo, sequeret ipsa dependere in essendo, & in distingui ab attributis creatis, & sic simpliciter perfectum dependere in essendo ab imperfecto, quod est inconueniens.

¶ Ibi. Minor declaratur sic: quia enim quodlibet creatum in esse quiditanno est limitatum, & quælibet perfectio ei essentialis.

Obiectio.

¶ Sed contra hoc dictum, vt magis intelligatur instatur aliqualiter, probando, q non quælibet perfectio essentialis entia limitati est limitata. qa ens est de essentia hominis, & tamen secundum eum est illimitatum.

Responsio.

Dico, q perfectio essentialis creaturæ pōt dupliciter considerari. Vno modo in esse verè reali, & existente. Alio modo in esse conceptibili. Exemplum. Hic homo includit multa esse nam primo dicitur hoc ens. secundo dicitur hæc substantia. tertio dicitur hoc corpus. quarto hoc viuens. quinto hoc animal. sexto hic homo. Istæ perfectiones existentes in Frācisco, qui est omnino limitatus sunt limitatæ, licet non semper cōceptus sumpti ab istis perfectionibus sint limitati, vt patet de conceptu entis, qui sumitur ab hoc ente in Franci. nec conceptus substantiæ, vt dicit ens per se tantum, qui sumitur ab hoc ente per se. Alij verò conceptus sequentes, vt puta conceptus substantiæ prædicamentalis, & corporis, & viuentis, & huiusmodi, sunt limitati. Loquitur ergo Doctor q quælibet perfectio essentialis creaturæ est limitata modo præexposito.

Perfectio accidentalis est dupliciter.

¶ Sequitur in littera. Ideo à nulla tali sumitur attributum. Pari enim ratione à qualibet essentia creata assumeretur attributum, sed ab illo, quod est perfectio accidentalis creaturæ, siue in bene esse eius sumitur attributum, quod dicit perfectionem simplr in subiecta substantia; quia licet vt natura quædam habeat gradum limitatum, tñ, vt perficiens aliud in bene esse eius nullam limitationem importat, & sic est attributum, sic etiam in Deo non notat perfectionē primam, sed quasi accidentalem in bene esse.

Attributū in Deo non notat perfectionem primam, sed quasi accidentalē in bene esse.

PRO maiori dilucidatione huius litteræ Sco. hic sunt plura notāda. Primo, q attributum in creatura dicitur attributum: quia alteri attribuitur, sicut sapientia dr̄ attributum, puta homini, & tale p̄supponit id cui attribuitur hr̄e esse suum essentiale, & quiditatiuum nam attributum dr̄, quia perficit id, quod in se prius est perfectū essentialiter. Et sic dico in essentia diuina, q attributū dr̄ quod quasi secūdo perficit essentiā diuinā, q̄ in se est p̄fectissima essentialr. Ideo illa, q̄ pertinent ad essentiā diuinā non dn̄t attributa, nec et omnia, q̄ nō sunt de essentia illius dn̄t attributa, vt gradus intrinseci dicentes perfectionē, vt infinitas: quia illi sunt sic intrinseci essentiæ, quòd non potest haberi conceptus perfectus de ea sine illis, vt supra declarani. Sed bene omnia alia dicentia perfectionem in diuinis sunt attributa.

Quare dicatur attributum in creatura; quia alteri attribuitur.

Nullus gradus intrinsecus essentiæ dr̄ attributum.

¶ Secundo nota: q attributū in creaturis, puta bonitas creata, vel veritas dupliciter pōt cōsiderari, aut inquantum est q̄dam essentia creata, & sic importat limitationē, aut inquantum perficit subiectā substantiam, q̄ in se est perfecta substantialr. Et sic, vt p̄ficit, pōt dici illimitata. Nā perficere, vt perficere non includit imperfectionem aliq̄, licet in creatura perficiens, non inquantū hmōi, sed inquantum informās dicat aliqualē imperfectionē, vt patet à Doc. d. 2. primi. & d. 5. q. 2 Accipitur ergo, vt attributū in creaturis attribuit Deo s̄m illam rōnem, quæ tm̄ dr̄ perficere, & non, vt informat. Et est sensus, q bonitas in Deo est ibi s̄m illam rōnem, qua dr̄ perfectio secunda illius, quod in se substantialr, & essentialr est perfectū, non tñ est ibi, nec vt informans, nec vt actuās, nec vt determinans: quia oīa ista dn̄t imperfectionē respū essentiæ, sed est ibi realiter & essentialiter eadē cum essentia, licet formaliter distincta.

Per quid dicitur attributum in diuinis.

¶ Tertio nota, q perfectiones in creaturis, q̄ s̄cdo perficiunt sunt in duplici gn̄e. Nam q̄dam sunt perfectiones, quibus sumptis in suis rōnibus formalib. non repugnat infinitas, & sic sunt perfectiones simpliciter, vt bonitas, veritas, inquantū hmōi, & tales sunt transferendæ ad diuina in summo. Quædam sunt, quibus sumptis in rōnibus suis formalibus repugnat

Quæ perfectiōes ad diuina transferuntur.

pugnat infinitas, & sic non possunt esse perfectiones simpliciter, vt albedo, color, lux, & huiusmodi accidentia corporalia, & talia formaliter non sunt transferanda ad diuina, nec in summo, nec aliquo modo, quia hæc esset falsa, Deus est summa albedo, vel summus color, possunt tamen transferri non formaliter, ita quòd dicantur formaliter de Deo, sed proportionaliter, quæ proportio requirit dissimilitudinem. Et sic dicimus, quòd in Deo est perfectio albedinis eminenter solum id est quòd Deus habet tantam perfectionem, quanta est in albedine, & infinitũ maiorem. Et sic patet quomodo perfectiones attributales in creaturis attribuuntur in summo ipsi creatori.

In Deo est perfectio albedinis eminenter, quia Deus habet tantam perfectionem, quanta est in albedine, & in infinitum maiorem.

¶Ibi. Item secundo sic. Illa non distinguntur per respectum ad extra, quorum quodlibet continet essentiam diuinã secundum omnem rationem ydealem. Sed quodlibet attributum continet essentiam diuinam secundum omnem rationem perfectionis ydealis ergo &c.

Ydea est esse cognitum in mente diuina, quæ creatura est simpliciter limitatum.

IN ISTA ratione sunt plura notanda. Primo, ydea nihil aliud est, nisi esse cognitum creaturæ in mente diuina, vt tenet Doct. distin. 35. primi. Et talis ydea correspondet perfectioni creature in esse quidditatiuo, esse autem quidditatiuum creaturæ est simpliciter limitatum, & sic secundum diuersas perfectiones limitatas in creaturis, diuersæ ydeæ distinguuntur in mente diuina, vt puta esse cognitum lapidis repræsentat ipsum lapidem in perfectione quidditatiua, vt duo, & esse cognitum asini repræsentat ipsum asinũ in perfectione quidditatiua, vt quatuor, & sic ascendendo, vel descendendo. Et ydea, siue esse cognitum creaturæ non repræsentat aliquam creaturam, siue aliquam essentiam, vt est perfectio simpliciter. Et ideo ydea bonitatis creatæ non repræsentat ipsam bonitatem, vt est quædam perfectio simpliciter, quę inquantum perficit dicitur limitata, sed repræsentat ipsam in sua perfectione quidditatiua limitata. Nam si ydea sapientiæ creatæ, & ydea bonitatis creatæ, & veritatis, & vnitatis, & huiusmodi (quæ dicunt perfectionẽ simpliciter) repręsentarent ipsa, vt perfecta simpliciter, tunc eis tantum corresponderet vnum attributum in diuinis, puta perfectio simpliciter, vel bonitas essentialis, & sic non possent huiusmodi distincta attributa in diuinis accipi per comparationẽ ad distincta attributa in creaturis, vt dicebat Tho. quia vt sunt perfectiones simpliciter, & sub illa ratione, qua sunt perfectiones simpliciter, tantũ vnũ attributum correspondebit eis in diuinis. ergo si plura debent summi in diuinis per comparationem ad plura ad extra, oportet quòd illa ydeata accipiantur in suo esse quidditatiuo, & limitato. Secũdo declaro, quòd quando dicit Doct. quòd attributa continet essentiam diuinam secundum omnem perfectionis ydealis rationem, debet sic intelligi, quòd sicut essentia diuina (quia formaliter infinita) eminenter continet omnem rationem perfectionis ydealis id est omnem perfectionem ydealem correspondentem perfectiunibus ydeatis. Et sic eminenter continet omnẽ perfectionem ydeatorum, sic attributum, cũ sit formaliter infinitum, & eadem res realiter, quòd essentia diuina continet omnem rationem perfectionis ydealis modo præexposito. Tertio suppono, quòd quando aliquid equaliter respicit plura, non magis sumitur ab vno, quàm ab alio, nec magis dicitur tale ab vno, quàm ab alio. Cum ergo attributum in diuinis, puta bonitas infinita æqualiter respiciat omnia ydeata (Nã ita eminenter continet perfectionem lapidis, sicut, & perfectionem asini, & perfectionem sapientiæ, & omnia respicit, vt sunt quædam essentiæ limitatæ, & ita respicit essentiam lapidis, sicut essentiam bonitatis, vel veritatis creatæ, & huiusmodi) ergo non magis debet accipi bonitas, vt attributum diuinum ab essentia bonitatis creatæ, quam ab essentia lapidis, cum æqualiter contineat omnia illa. Sicut etiam essentia diuina æqualiter continet, & respicit omnia ydeata, vt perfectiones limitatas. Stat ergo tota ratio Sco. in hoc, quòd sicut essentia diuina, quę propter suam infinitatem æqualiter continet omnia ydeata, & æqualiter respicit illa, non magis debet accipi ab vno ydeato, quàm ab alio. Et sic falsum est, quod Tho. dicit, quòd bonitas, quæ est attributum in Deo, accipitur per respectum ad bonitatem creatam, ita quòd si talis bonitas creata non esset, non posset accipi bonitas in diuinis, vt attributum distinctum ab alijs.

Attributa quomodo cõtineant essentiam diuinam.

Contra D. Thomam.

¶Ibi. Item tertio sic. Distinctio attributorum fundamentum est respectu distinctionis emanationum personalium, quia filius procedit naturaliter nascendo, tanquam verbum in intellectu, Spiritus sanctus procedit liberaliter spirando, tanquam amor in voluntate, & non vt verbum; &c. Hæc sunt formalia verba Scoti.

Quomodo filius procedat naturaliter nascendo & Spiritus sanctus procedat liberaliter spirando.

¶In præsenti ratione sunt aliqua notanda. Primo, quòd emanationes in diuinis, puta generatio passiua per modum naturæ, & spiratio passiua per modum volũtatis sunt in diuinis ex natura rei, & præter operationem intellectus collatiui, aliter personæ constitutæ non essent ibi ex natura rei, quia si productio, vel emanatio non est realis, nec etiam productum. Secundo, quòd filius dicitur naturaliter procedi nascendo tanquam verbum conceptum in intellectu id est tanquam verbum verè productum ab intellectu, tanquam à principio formali productiuo, & dicitur concipi in intellectu, quia intellectus, vna cum essentia dicitur verè memoria fęcunda, hoc idẽ dico de Spiritu sancto respectu voluntatis. Tertio suppono, quòd distinctio attributorum est fundamentum distinctionis emanationum id est quòd ipsæ emanationes, quæ sunt ibi distinctæ ex natura rei, de necessitate præsupponunt aliqua attributa distincta ex natura rei, à quibus dicuntur distingui, Non enim est possibile imaginari, quòd vna productio sit per modum naturæ, & alia sit simpliciter per modum voluntatis, & quòd principia productiua non distinguantur inter se ex natura rei, quia videtur impossibile, quòd vnum, videlicet omnino re indistinctum sit principium productiuum, & per modum libertatis, & per modum naturæ. Et sic cum in diuinis emanationes sint ex natura rei, & non sint ibi per respectum ad extra: multo fortius attributa, a quibus sumuntur, erunt ibi ex natura rei, & non per respectum ad extra. Quarto nota, quòd licet Scotus hic nominet intellectum, & voluntatem attributa, nominat ea generali nomine, & impropriè. Et quia Thomas dixit, quòd attributa sumuntur per respectum ad extra, & vult, quòd intellectus, & voluntas, & huiusmodi sint ibi distincta tantum per comparationem ad extra. Ideo Doctor quantum ad hoc nominat ea attributa, tamen ipse absolutè negat ipsa esse attributa, vt patet in ista quæstione infra, & quæstione prima quolibet.

Quęnam sit memoria fæcunda.

Attributa in diuinis sunt ex natura rei, & non per respectum ad extra.

Intellectus & voluntas nõ sũt attributa, nisi impropriè.

¶Ibi. Item quarto sic. Deus intelligit essentiam suam inquantum vera, non inquantum bona, & vult eam, inquantum bona, non inquantum vera, ab æterno etiam intellexit se intelligere essentiam, & velle eam, etiam sine respectu ad extra, quia iste actus consequitur immaterialitatẽ naturalem id est actus, quo intellectus diuinus reflectitur super intellectionem, qua intelligit essentiã, & similiter actus volendi, quo voluntas vult volitionem, qua immediatè vult essentiam, ergo sine tali respectu ad extra essentia includit rationem veri, & boni, similiter rationem intelligentis, & intellecti scilicet ipsum intellectum, qui habet

Deus intelligit essentiam suam inquantum vera, & vult eam inquantum bona.

bet rationem intelligentis, & essentiam, quæ habet rationem intellecti, & similiter includit rationem volentis, & voliti, quæ rationes sunt formaliter distinctæ. Nota tamen, quòd licet secundum doct. intellectus diuinus intelligat essentiam, inquantum vera; & etiam inquantum bona, tamen hoc, quod dicit hic, quòd intelligit eam inquantum vera, non inquantum bona, hoc concludit contra Thomam, qui tenet essentiam sub ratione veri esse obiectum intellectus, & non sub ratione boni. Hoc stante, formo sic argumentum, supponēdo mihi primo, quòd intellectus prima intellectione, qua intelligit aliquid, non fabricat ens rationis, nec comparat illud intellectum ad aliud. nam primo intelligit obiectū, & intellectum postea comparat, hoc stante, intellectus diuinus intelligit essentiam inquantum vera, & non inquantum bona & hoc prima intellectione, ergo est ibi veritas, & nō per comparationem ad extra. Et similiter voluntas prima volitione vult eam, inquantum bona, & non absolutè, inquantum vera, ergo est ibi bonitas sine comparatione ad extra.

Contra D. Thomam.

¶Ibi. Ab æterno etiam intellexit. Potest formari aliud argumentum supponendo aliqua. Primo, & si idem omnino in re possit se intelligere, & sic esse obiectum, & potentia, tamen quòd idem omnino in re intelligat seipsum intellectione, & quòd talis intellectio, qua se intelligit sit omnino idem in re, hoc nō est intelligibile, quia operatio semper distinguitur ab operante. Cum ergo intellectus diuinus intelligat essentiam suam, vel seipsum. Et vltra intelligat: etiam se intelligere propter suam immaterialitatem naturalem. Quæritur tunc, aut intelligit intellectione reali, & non sumpta per respectum ad extra? aut intellectione rationis, quæ sit tantum ens rationis, & hoc per respectum ad extra? Si primo habeo intentum scilicet quòd est ibi intellectio ex natura rei, aliquo modo distincta ab ipso intelligente. Si secundo? ergo tantum est ibi intellectio rationis, & per respectum ad extra. Et sic intellectus diuinus non posset seipsum intelligere, nec essentiam suam realiter, nec diceretur intelligens realiter, sed tantum secundæ intentionaliter. Et vltra, remoto omni ente ad extra sequeretur, quod non esset ibi intellectio, & sic remota omni creatura, ad quam sit talis comparatio, Deus formaliter nihil intelligeret, quæ omnia sunt absurda, & sicut dixi de intellectione, eodem modo potest formari argumentum de volitione.

Deductio de intellectione cōtra Tho.

¶Ibi. Item quinto sic, beatitudo diuina consistit in eius actibus perfectis intellectus, & voluntatis, sed omnia attributa diuina sese mutuo respiciunt in perficiendo actus illos, beatitudo autem Dei à nullo respectu dependet ad extra, vt clarius intelligatur ista ratio. Suppono primo, quòd Deus sit ex natura rei in seipso beatus obiectiuè, & in intellectione, & volitione deitatis formaliter beatus, & hoc à semetipso, etiam omni respectu extrinseco circumscripto, patet, quia btitudo Dei ad nihil extra dependet, sed est ibi ex natura rei. Tunc sic. Beatitudo formaliter sumpta consistit in actibus secundis, & non primis. Cum ergo Deus sit formaliter beatus in seipso, ergo beatitudo sua formaliter consistit in actibus secundis scilicet in perfectissima visione, & volitione sui. Quæro tunc, aut illa visio, & volitio sui est ibi ex natura rei, & aliquo modo distincta ab ipso? cum non sit intelligibile, actum secundum, esse omnino idem cum actu primo, aut est ibi tantum ens rationis, & per respectum ad extra? Si primo? habeo propositū. Si secundo? ergo erit formaliter beatus aliquo ente rationis, & aliquo respectu sumpto ab extra, & sic remota omni creatura, ad quam sit talis comparatio non erit aliquo modo formaliter beatus, quæ omnia videntur absurda, ergo, sequitur quod erit ibi visio beata, & volitio similiter ex natura rei. Et addo vltra, quòd ex quo omnia attributa diuina se se mutuo respiciunt in perficiendo actus illos (Nam quædam attributa respiciunt, & quodammodo præsupponunt actum intellectus, vt sapientia, scientia, & huiusmodi. Quædam actum voluntatis, vt charitas, bonitas, & huiusmodi) ergo sicut illi actus sunt ibi ex natura rei, & non per respectum ad extra, ita attributa perficientia illos actus, non tamen quòd illi actus realiter perficiantur.

Vbi cōsistat beatitudo.

Beatitudo Dei formaliter cōsistit in perfectissima visione, & volitione sui.

¶Ibi. Contra rationem eius. Quia sanctus Thomas asserit, quòd illa, quæ distinguūtur ratione in vno extremo, cui correspondent aliqua distincta realiter in alio extremo, semper sumuntur ab illis realiter distinctis. Et quòd hoc sit falsum, ostendit Doctor hic, quia essentia diuina distinguitur ratione ab attributo, puta à sapientia, & tamen in creaturis correspondet distinctio realis inter essentiam, & attributum, vt homo distinguitur realiter à sua sapientia, ergo si essentia diuina distinguitur ratione à sapientia, & talia sumuntur à distinctis realiter, ergo essentia diuina erit in Deo tantum per respectum ad extra, quod non est intelligibile.

¶Ibi. Tum quia bonum, & verum, &c. Hoc cōcludit contra Thomam, qui bonum, & verū ponit tantum ratione distingui in creatura, & est ratio ad hominem, quia secundum Scotum bonum, & verum in creatura formaliter distinguuntur.

Contra D. Thomam q ponit bonū, & verum sola ratione distingui in creaturis.

¶Ibi. Tum tertio. Vbi est mera distinctio rationis, non requiritur respectus ad aliquid extra, sicut est in diffinitione, & diffinito.

¶Sed in ista littera doctoris occurrunt aliqua dubia. Primum, quia omnis relatio rationis fit semper ex comparatione vnius ad alterum, ergo sicut talis relatio rationis requirit rem ad extra comparatam, ita & distinctio rationis requirit respectum ad aliquid extra.

Dubium.

¶Dico, quòd licet omnis relatio rationis sit causata, vel saltem derelicta per aliquem actum collatiuum intellectus, vel alterius potentiæ comparantis vnum obiectum ad aliud, & sic nō possit fieri sine tali re comparata, tamē multa sola ratione distinguntur sine respectu ad extra id est quòd vt intelligantur distingui ratione, non habent hoc per respectum ad extra; Immo per impossibile remote omni respectu ad extra adhuc distinguerentur. Nam licet intentio generis, & speciei sint causatæ suo modo per actum intellectus comparantis vnum obiectum ad aliud, tamen quòd inter se distinguantur non habent hoc per respectum ad ipsa comparata.

Solutio.

¶Secundum dubiū est de diffinitione, & diffinito, quia videtur, quòd non tantum ratione distinguantur, immo magis ex natura rei.

Dubium aliud diffinitum & diffinitio distinguntur aliquādo realiter quandoque ex natura rei, interdum ratione tantum.

¶Dico, quòd capiendo diffinitionem, & diffinitum pro vocibus, realiter distinguuntur, vt patet, quia sunt diuersæ voces realiter distinctæ: Similiter capiendo pro conceptibus non sunt idem. Tum quia conceptus diffiniti est incomplexus, & diffinitionis complexus. Tum quia conceptus diffiniti importatur confusè, & diffinitionis distinctè. Et similiter accipiendo diffinitum pro re extra, & diffinitionem pro actu intellectus diffinientis distinguntur, patet quia in demonstratione non supponunt pro eodem, vt patet. Aliquando accipiuntur diffinitum pro conceptibili confuso, & diffinitio pro conceptibili distincto, & sic fortè ex natura rei differunt. Aliqui tamen exponentes Sco. dicunt, quòd diffinitio propriè est ens rationis, similiter, & diffinitum. Nam intellectus diffinit effectiuè id est rem conceptam in conceptus diuidit, qualiter in re non est diuisa, ideo totum aggregatum ex illis conceptibus, in quo est res diuisa, est ens rationis. Et quia diffinire est dupliciter

Diffinitio et diffinitū distinguntur multipliciter.

ter, scilicet effectiuè, quod est actus realis diffiniẽdi, & formaliter quod est declarare distinctè quid sit res, quæ fundatur in illis conceptibus, in quos est diuisus conceptus diffiniti. ideo diffinire secundo modo est præcisè ens rationis & relatio rationis: quia etiam diffinitum, vt tale est tantum in cõceptu, ideo etiam diffinitum, vt tale est tantum ens rationis. Nõ tamen negandum est, quin res realis per diffinitionẽ explicetur, quæ diffinitio est tantum ens rationis formaliter, & fundamentaliter est illi cõceptus diffiniẽtes, vt homo cognoscitur primo cõfusè, idest sub ratione totius. Postea intellectus diuidit ipsum formãdo duos conceptus de eo, scilicet animalis, & intellectualis, qui duo conceptus distinctè declarant, quid sit illud cõfusum, quod est homo. Homo conceptus est in re ens reale, & in intellectu solum ens rationis, & non diuiditur, vt in re, sed vt in intellectu. Similiter animal, & intellectuale sunt conceptus, & ipsi declarant hominem conceptum, illa declaratio, quia est entium rationis, idest conceptuum diffiniẽtium, est tantum relatio rationis. hæc illa opinio. Ex his patet solutio ad dubium.

Homo dupliciter potest considerari, vt in re pri. & i intellectu secũdo.

¶ Ibi. Et talis est distinctio in attributis, qualia sunt obiecta intelligentiæ diuinæ, idest intellectionis diuinæ, differentia ratione, idest ꝙ qualia sunt obiecta differentia ratione respectu intellectionis diuinæ (quæ tantum est vna) talis est distinctio in attributis, quæ attributa sunt huiusmodi obiecta, quæ tantum rõne distinguuntur, & hoc secundum S. Tho. ergo nõ per respectũ ad extra: quia quando requiritur respectus ad extra, tunc nõ dicuntur sola ratione distingui, sed partim ab intellectu, & partim aliunde, & hoc, vel à diuersis circunstantibus extra diuersimodè, vt intellectus, qui distinguit dextrum, & sinistrum in columna per respectũ ad diuersas partes animalis. Et similiter distinguit in puncto principiũ, & finem per respectum ad diuersas lineas diuersimodè circunstantes, ita ꝙ respectu vnius dicitur principium, & respectu alterius dicitur finis, vel ab eodem diuersimodè circunstante, vt intellectus distinguit, puta in lapide, vt diuersimodè circunstante bonum, & verum, nam vt præsentatur in ratione intelligibilis, & in ratione appetibilis ibi distinguit verum, & bonum. Hic tamen non loquor de bonitate, & veritate, vt sunt passiones entis. & hoc bene nota.

¶ Ibi. Item contra minorem. Tota vis rationis in hoc consistit, supponendo aliqua. Primo, quòd personæ diuinæ productæ realiter distinguuntur, & nõ per respectũ ad extra: quoniam non sunt ibi per respectum ad extra, & ipsę personæ præsupponunt intellectum, & voluntatem, quæ sunt principia emanationum, siue productionum earum, ita quòd productio filij, quæ est per modum naturæ præsupponit intellectum, vt productiuum per modum naturę, & productio Spiritussancti, quæ est libera, præsupponit voluntatem, vt principium productiuum per modum libertatis. Secundo suppono, ꝙ attributa quædam pertinent ad intellectum absolutè, vt sapientia, scientia, notitia, &c. quædam ad voluntatem absolutè, vt charitas, dilectio, amor, & huiusmodi. Sicut ergo intellectus habet respectum ad gignitionem verbi, ita, & omnia attributa, quæ pertinent ad intellectum, habent respectum ad gignitionem verbi. Similiter voluntas habet respectum ad spirandum Spiritumsanctum, & omnia attributa pertinentia ad illã. Similiter sic potest sumi distinctio attributorum per respectum ad productiones realiter distinctas. Ergo intellectus beatus poterit illas distinguere per respectum ad distincta realiter in diuinis, puta per respectum ad productionem filij, & spiritussancti, quæ distinguuntur realiter.

Attributa sunt duplicia. Quædã pertinẽt ad intellectum absolutè. Quædam ad voluntatem absolutè.

IBI. Alia est positio. Hic recitat opi. Hen. quol. 5. q. 1. & quol. 13. q. 1. qui dicit, quòd essentia diuina absolutè considerata, s. inquantum natura aliqua, vel essentia nullam habet distinctionẽ rationis, nisi tantum potentia, scilicet pro quanto potest diuersimodè considerari; quia secundum Com. 12 met. c. 39. qui vult, ꝙ multiplicitas rationũ in Deo non est, nisi in intellectu tantum, non in re, vide litteram eius circa medium comentum incipiendo ibi. In eis autem, quæ sunt forma non in materia dispositio, & dispositum reducuntur ad vnum in esse, & duo in consideratione, vide vsque in finem, vbi expressè apparet, ꝙ in Deo nulla est distinctio, nisi tantum per actum intellectus, &c. In natura ergo diuina absolutè accepta nulla est distinctio rationis nisi in potentia. Sed considerata ipsa essentia diuina non in se absolutè, sed vt veritas, prout scilicet habet esse in intelligentia, idest vt actu intelligitur; & potest dupliciter accipi, aut scilicet inquantum essentia mouet intellectum, quasi simplici intelligentia, idest vt mouet intellectum diuinum ad sui simplicem notitiam, qua intellectus diuinus intelligit essentiam, vt essentia est, & sic cõcipitur adhuc per rationem suę simplicitatis, idest quòd cõcipitur, vt omninò indistincta re, & ratione: quia in prima intellectione essentiæ, nulla est adhuc distinctio rationis. Aut inquantum intellectus post istam apprehensionem negociatur circa ipsam pluralitatem attributorum, quasi reducendo ipsa de potentia ad actum, idest quòd ante talem negociationem nõ sunt actu ibi aliqua attributa, sed tantum in potẽtia, sed per talem negociationem causantur ibi talia attributa, & sic per illam negociationem reducuntur de potentia ad actum. Primo modo, intellectus creatus naturalis ad ipsam non pertingit, scilicet cognoscendo ipsam in se, & absolutè, sed concipit ipsam particulatim in attributis conceptis ex creaturis, & sic naturalis intellectus cognoscit eam, vt est summũ bonum, vt supra patuit dis. 3. quæst. 1. recitando opi. istius. Secundo modo intellectus beatus, quasi prima actione intelligendi capit eam, intelligendo eam in se absolutè. secundo modo quasi intellectus idem componens, & diuidens, idest quòd intellectus beatus primo apprehendit essentiam in se absolutè, & post negociatur componendo, & diuidendo, puta ꝙ sit bona, sapiens, & huiusmodi, & quòd bonitas non est sapientia, &c: ita quòd intellectu beato sunt duo, vel quasi duo actus, vnus, quo capit essentiam in se, & alius, quo componit, & diuidit. Sed intellectus diuinus vnico, & simplici intuitu distinguit rationes contentas in essentia, quæ ex sua perfectione summa, omnes perfectiones simpliciter sola ratione, siue operatione intellectus distinctas continet. Nam eodem actu intellectus intelligit essentiam, & distinguit in ea omnes rationes attributorum Sequitur. Istę rationes attributorum, secundum quas intellectus de simplici essentia diuersos cõceptus format, non sunt, nisi respectus fundati in essentia. i. quòd attributa, scilicet bonum, verum &c. sunt tãtum respectus rationis fundati in essentia, & sic secundũ istos respectus attributales formantur diuersi conceptus: quia de bonitate habetur vnus conceptus, & de sapientia alius, & sic de alijs. Sequitur, quia conceptus plurium absolutorum intra eam impedit simplicitas. Sequitur, & sunt conceptus plures, idest quòd attributa dicuntur plures conceptus, & similiter conceptus essentiæ, & attributorum sunt plures, ne sint sinonymi, & sunt in essentia, ne scilicet sint vani, sed non sunt respectus ad extra, sed ad intra. Sic ergo omnia attributa diuina pertinent ad intellectũ, vel voluntatem, quæ ad intellectum mutuo ad intra se respiciunt, similiter quæ ad voluntatem mutuò ad intra se respiciunt. (Exemplum primi. intellectum, & intelligens. Exemplum secundi. volitum,

Opinio Henrici.

tum, & volens,&c.) inquantum scilicet hæc,& illa cadunt sub apprehensione intellectus, qui intellectus primo simplici intelligentia cōcipit essentiā,vt essentia est, deinde negociado circa eam cōcipit videlicet eā vt intellecta est,& vt intelligens, & vt rō intelligendi. Itaque essentia inquantum essentia respicit alia, vt fundata in ipsa, & sic dicitur fundamentum omniū attributorum, vt verò est concepta, & mouens intellectum ad intelligendum dicitur veritas, cuius propria ratio est, vt respiciat essentiā, vt essentia est, sicut illud, cuius est declaratiua, quia ipsa veritas est declaratiua essentiæ diuinæ, & respicit intellectum, vt cui habet declarare scilicet ipsam essentiam, & similiter respicit actum intelligendi, vt quo ipsa habet declarare essentiam ipsi intellectui, & respicit sapientiam, vt habitum, quo intellectus habilis est, vt sibi declaratio fiat. Ipsa verò essentia, vt per actum intelligendi est cōceptiua suiipsius dicitur intellectus, & sic essentia, quæ dicitur intellectus respicit verū, vt per quod manifestatur essentia, quæ concipitur, & similiter dicitur intellectio, prout cōsideratur, vt est id, quo essentia declaratur, vel intelligitur, & similiter ipsa eadem essentia dicitur sapientia, prout consideratur, vt est id, quo intellectus habilis est, vt declaretur sibi essentia. Hoc idem dico de voluntate, de actu volendi, de bonitate, quia eadem, vt diuersimodè concepta, dicitur voluntas, actus volendi, bonitas, &c.

Essentia est fundamentum omniū attributorum.

¶ A summa ergo vnitate essentiæ ordinatè secundum modum concipiendi concipiuntur diuersæ rationes attributorū, & inter illa adhuc est ordo, secundum quem mediatius, vel immediatius ordinantur ad emanationes, deinde concipiuntur emanationes, & ibi est status ad intra. Deinde sequuntur omnes respectus ad extra, qui sunt per accidens. Hæc est positio Hen.

CONTRA istam opi. arguitur per rationes illas, quas adduxi contra primam opi. primo per tertiam, quia secundum eos distinctio perfectionum attributalium est fundamentum respectu distinctionis emanationum, sed distinctio emanationum est realis, ergo & distinctio attributorum, patet consequentia, quia distinctio realis non præexigit necessario distinctionem rationis, sicut nec aliquid quod est purum ens reale præexigit illud, quod est merè ens rationis.

¶Confirmatur ratio, quia quod est posterius naturaliter non potest esse perfectius ens ente priori naturaliter. Sed ens reale est perfectius ens ente rationis, & distinctio emanationum est realis, & posterior.

¶In ista ratione, cum sua confirmatione sunt plura notanda. Primo quomodo distinctio perfectionum attributalium sit fundamentū respectu distinctionis emanationum? de hoc vide in tertia ratione contra Tho. supra. Secundo nulla distinctio realis præexigit necessario distinctionem, quæ tantum est rationis.

Bona diff. ¶Sed hic est diffi. quia distinctio creaturarum realis, puta hominis, & asini realiter existentis præexigit de necessitate distinctionem ydearum in Deo scilicet esse cognitum vtriusque, quod tamen est ens rationis.

Solutio. ¶Dico, quòd sic debet intelligi, quòd distinctio realis non præexigit necessario distinctionem rationis, vt rationem distinguendi, quia nulla relatio rationis potest esse ratio distinguendi aliqua realiter, vt patet. Et sic dico de ydeis, quòd quamuis præexigatur, non tamen præexiguntur, vt rationes distinguendi, quia si per impossibile non esset ydea lapidis, & hominis, adhuc inter se verè realiter distinguerentur. In proposito autem intellectus, & voluntas, quę impropriè dicuntur attributa (vt dixi supra) sunt ratio distinguendi generationem filij, & spirationem Spiritus sancti, quia ipsis circumscriptis vna productio non diceretur magis per modum naturæ, quàm alia, nec vna magis per modum libertatis, quàm alia, si ergo intellectus, & voluntas essent ibi tantum ens rationis, tunc ens rationis esset ratio distinguendi aliqua realiter, scilicet generationem, & spirationem, quæ distinguntur realiter, quod est inconueniens &c.

¶Secundo dubitatur ibi. Sicut nec aliquid, quod est purè reale &c Hoc videtur difficile. Primo, quia creatura realiter habens esse necessario præexigit suū esse cognitum in mente diuina, vt patet à Doct. dist. 3. q. 4. & dist. 35. & 36. primi. & dist. 1. q. 1. secundi, & in quolib. Secundo, quia creatura non potest fieri de aliquo simpliciter, vt ly simpliciter excludit omne ens, quia vt excludit esse cognitum ipsius non posset fieri, quia modo præsupponit suum esse cognitum, vt declarat doct. in secundo dist. 17. Tertio: quia in intellectu diuino ante productionem cuiuscunque creaturę fit aliqua relatio rationis, puta comparando seipsum ad alia, vel ad suam essentiam, vt patet à doct. dist 30. primi.

Alia diff.

Solutio. ¶Dico ad omnia ista, quòd dictum Doc. sic debet intelligi, quòd purum ens reale nō præexigit aliud, quod est merè ens rationis, Ita quòd ens rationis sit ratio essendi entis realis. Sicut in proposito intellectus diuinus est ratio essendi productionis filij per modum naturæ, & voluntas est ratio essendi productionis scilicet per modum libertatis, & sic si essent entia rationis, tunc ens rationis esset ratio essendi entis realis.

¶Ad primum ergo de ydea dico, quòd & si præsupponatur, non tamen est ratio essendi ipsius creaturæ, quia per impossibile circumscripto tali esse, adhuc voluntas diuina posset producere. Nam ponitur tale esse ydeale, quia intellectus diuinus ante omnem actum volūtatis de necessitate intelligit omnia possibilia, vt patet à doct. distinct. 3. quæst. 4. & distin. 35. 36. 39. & 41. & 43. primi. & in 2. dist. 1. q. 1. & in quol.

¶Dico secundo, quòd posito, quòd tale esse præexigatur, non tamen est simpliciter purum ens rationis, quia sibi non repugnat verum esse realis existentiæ, patet quia homo ab æterno habuit esse cognitū, & sibi non repugnauit verum esse reale, ens autem tantum rationis, cuiusmodi sunt secundæ intētiones, & comparationes rationis, sic sunt entia rationis, quòd eis repugnat aliquando esse ens reale.

¶Tertio dico, quòd etiam homo, vt habet esse cognitū in intellectu diuino est simpliciter perfectius, & verius ens, quàm in sua actuali existentia, licet non verius tale, vt patet à Doct. dist. 1. q. 1. 4. Responsio tamen prima est magis ad propositum.

¶Ad secundum patet ex dictis, & ad tertium similiter, quia quamuis talia entia rationis præexigantur, non tamen præexiguntur, vt rationes essendi.

Alia diff.

¶Tertio dubitatur in hoc, quod dicit, quòd posterius naturaliter non potest esse perfectius priori naturaliter, ibi. Confirmatur ista ratio, &c. quia compositum ex partibus essentialibus est naturaliter posterius partibus, & tamen est perfectius illis, & similiter forma est naturaliter posterior materia, & tamen est perfectior materia.

Solutio. ¶Respondeo, quòd aliquid esse posterius alio conuenit multipliciter. Primo compositum naturale est posterius suis partibus. Secundo forma naturaliter est posterior suo perfectibili. Tertio, effectus naturaliter est posterior sua causa. Quarto, mensuratum naturaliter est posterius sua mensura. Quinto imperfectum absolutè, cir... posterius ente perfectio absolutè,

Aliquid esse posterius alio dicitur multipliciter.

solutè, & hæc omnia dicuntur posteriora in essendo. Posterius primo modo est perfectius suo priori. Similiter secundo modo, vt patet de forma substantiali respectu materiæ. Sed tertio & quarto & quinto modis posterius est imperfectius, licet tertio modo possit esse æquè perfectum quādo est causa vniuoca, sed imperfectius, quando est causa æquiuoca. Quando ergo dicit Doct. quod est posterius naturaliter nō potest esse perfectius ens ente priori naturaliter. Hoc debet intelligi tertio, & quarto, & quinto modis, non autem primo, & secundo. Cum ergo ens rationis non præexigatur enti reali, nec primo modo, quia non est pars essentialis eius, nec secundo modo, quia non est subiectum perfectibile ab ente reali. Si ergo præexigitur enti reali præexigitur aliquo triū modorum sequentium, sed hoc non, quia ens reale de necessitate est perfectius ente rationis, cum ergo distinctio emanationum sit realis, & posterior, puta intellectu, & voluntate, & intellectus, & volūtas sunt principia distinguendi illa duo modo prædicto, ergo non sunt ibi ens rationis, sed sunt ibi verè ex natura rei, & hoc est, quod intendit doct.

¶Ibi. Contra, in illo instanti. Veritas licet consistat in hoc. Quia Hen. ad euadendum, quòd intellectus, & voluntas non sunt in Deo ex natura rei, vt distincta principia productiua, dicit, quòd ipsa essentia sub alia, & alia relatione est principium distinctarū productionum, puta, quòd essentia diuina, vt est determinata per paternitatem, est principium generationis filij, & vt determinata per spirationē actiuam est principium spirationis Spiritus sancti. Doct. arguendo contra eum quærit an ipsa essentia sub pater nitate sit principium filij eo modo, quo est principium Spiritus sancti aut alio modo? si primo? non magis filius erit imago patris ex vi productionis suæ quam Spiritus sanctus. Nam dicitur filius imago patris, quia producitur per modum intellectus, & Spiritus sanctus nō dicitur imago patris, quia ex vi productionis suæ non producitur per modum intellectus. Si secundo ergo sequitur, quòd ante omnem actum intellectus erit aliqua distinctio principiorū respectu filij, & Spiritus sancti. Sed quia Hen. diceret, quòd bene verum est, quia essentia sub vna relatione est principium filij, & sub alia Spiritus sancti. Ideo Doct. contra eum arguit.

Filius dicitur imago patris; quia producitur per modum intellectus.

¶Ibi. Nec valet attribuere istam distinctionem relationibus. Vult dicere in sententia. Aut essentia, vt essentia est principiū productiuum filij, & Spiritus sancti, et vterque eodem modo produceretur, & stat ratio, aut intellectus est ratio producēdi filium, vt videtur dicere, vt patet supra dist. 2. & 6. & volitio respectu Spiritus sancti, adhuc stat ratio, quia intellectio illa est tantum ratio producendi per modum naturæ, & similiter volitio, quia licet voluntas sit principium liberum, tamen actus eius, si est principium non erit per modum naturæ, vt patet à Doct. in plurib. locis, & sic filius, & Spiritus sanctus erunt producti per modum naturæ. Aut relatio in essentia est ratio producendi, adhuc sic stat argumentum cō tra eum, quia si aliqua relatio est ratio producendi, hoc erit per modum naturæ. Nam omnis relatio æquè naturaliter respicit suum correlatiuum id est si aliquæ relationes sunt rationes producendi suum correlatiuum, erunt rationes producendi per modum naturæ. Et sic ita spiratio actiua erit ratio producendi Spiritum sanctum per modum naturæ, sicut & paternitas, siue generatio actiua respectu filij, & sic filius, & Spiritus sanctus erunt producti tantum per modum naturæ. Relinquitur ergo, quòd principia productiua sint in Deo ex natura rei, quorum vnum est per modum naturæ, & reliquum per modum libertatis.

¶Ibi. Hoc etiam arguitur contra istam positionē. Ista duo argumēta patere possunt ex glo. supra quarto & quinto argumentis contra Tho. quam vide. Dico tamen vnum, quòd si Deus ab æterno ex sui immaterialitate intelligit, & vult se, dico ex immaterialitate, propter potentias materiales, & organicas, puta visiuam, quæ licet videat alia, tamen non potest videre, nec se, nec suam visionem. Similiter appetitus sensitiuus, licet appetat alia, non tamen appetit se, quia sunt potentiæ materiales. Intellectus verò non tantum diuinus, sed etiam creatus propter sui immaterialitatem non tantum intelligit alia, sed etiam intelligit suam intellectionem, & seipsum. Similiter voluntas non tantum potest velle alia, sed etiam potest velle, & volitionem suam, & seipsam. Si ergo Deus intelligit se prima intellectione, & vult se prima volitione, & hoc sub ratione boni, & veri, ita quòd ratio veri sit ibi ratio intelligendi, & ratio boni, & ratio volendi, ergo ibi est distinctio veri, & boni ex natura rei. Sequitur. Rationum formalium in obiectis id est quòd veritas & bonitas sunt duæ rationes formales obiectales, siue duæ obiecta formalia ante omnem actum intellectus. Et quod dixi prima intellectione, vel volitione non debet referri ad secundam, cum tantum ibi sit vna intellectio, & vna volitio, vt patet supra dist. 2. sed prima intellectione id est præcedenti quodammodo seipsam vt comparatiuam & negociatiuam.

Potētia materialis non potest seipsum cognoscere nec actum suū.

¶Ibi. Hoc etiam confirmatur. Nota quòd idem actus intellectus diuini secūdum diuersos respectus potest diuersificari. Nam, vt terminatur ad essentiam absolutè dicitur actus beatificus, vt verò terminatur ad creaturas relucentes in mente diuina, non dicitur actus beatificus, quia tunc Deus esset beatus in creaturis, vt etiam ille actus est comparatiuus, siue negociatiuus, nō dicitur actus beatificus, quia tunc in tali negociatione, siue comparatione esset beatitudo formaliter, vel saltem non posset sine illis esse. Cum ergo beatitudo secundum eos consistat in vera cognitione, & dilectione essentiæ diuinæ, erunt ibi ista ex natura rei, & distinctæ etiam, patet quia talis beatitudo requirit obiectum proprium, & potentiam propriam, & operationem propriam.

Actus diuinus vt terminatus ad creaturā nō dicitur beatificus.

QVIA IGITVR dicersimodè potest intelligi dicta opi. Hic doct. intendit vltra rationes quas supra facit Hen. alias speciaGlores adducere. Et primo ostēdit, quòd formaliter bonitas, & veritas sunt in re, & quælibet perfectio simpliciter ante omne opus intellectus, quia qlibet perfectio est formaliter in ente perfectissimo ex natura rei, sed bonitas, & veritas est formaliter pfectio simpliciter. maior patet.

¶Ibi. Tum quia aliter non esset Deus simpliciter perfectus, quia non esset quo maius &c. Hoc sic debet exponi supponendo. aliqua. Primo, quia perfectioni simpliciter nō repugnat formaliter infinitas, enti autem rationis repugnat formaliter infinitas, quia etiam relationi reali, vt patet à doc. hic. & q. 1. quoli. & 5. Secundo suppono, quòd licet Deus in se sit formaliter infinitus, tamen perfectius est ipsum intelligere non tantum esse in se infinitum realiter, & formaliter, sed etiam intelligere ipsum includere plures perfectiones formaliter infinitas easdem sibi realiter, licet secundum suas rationes formales distinguantur. Nam eminentius est esse in se perfectissimum, & quodammodo innumeras perfectiones reales, & formaliter infinitas continere in se. Si ergo non haberet illas ex natura rei, nō esset Deus id quo maius excogitari non potest, & sic intelligitur illa ratio.

Cuilibet relationi repugnat infinitas.

¶Ibi. Tum secundo, quia aliter perfectio simpliciter in nullo esset perfectè, non enim est aliqua perfectio simpliciter in creatura perfectè cum ibi sit cum limi-

limitatione, nec in Deo est perfectè, nisi sit existens in eo, sed tãtum in ipso, vt quid cognitum, quod est esse diminutum, & sic sapientia nõ esset in Deo, vt Deus est existens, sed tãtum esset in eo, vt habens esse cognitum, cum sapientia secundum opi. sit ibi per solam negociationem intellectus.

Participare aliquid ab alio conuenit dupliciter.

¶ Ibi. Tum tertio. Participare aliquid ab alio pro nunc conuenit dupliciter. Vno modo secundum proportionem, quæ requirit dissimilitudinem participantis, & participati id est quòd non conueniunt in aliqua forma, quæ prædicetur de participante, & participato. Exemplum. Nam lapis est ens participatum à Deo, & tamen nec lapis, nec Deus habent formam communem, in qua cõueniunt in ratione participantis, & participati, præter cõceptum entis, qui prædicatur de eis in quid. Secundo aliquid dicitur participari vniuocè id est quòd participans, & participatum cõueniant in forma communi, vt bonitas creata dicitur participata à bonitate increata, & vtraque cõuenit in bonitate communi, quæ est perfectio simpliciter, sed in nobis finita, in Deo verò infinita. Et hoc secundo modo intendit doct. quòd est valde inconueniens in creatura esse formaliter bonitatem participatam, quæ est finita, & in Deo non esse formaliter, & realiter, à qua est talis participatio, cum vtraque forma verè conueniat in bonitate. Si ergo bonitas creata est realiter ex natura rei in creatura participata, à fortiori bonitas, à qua fit talis participatio est in Deo èx natura rei, & non tantum ens rationis, vt dicit Hen. & hoc intendit doct.

¶ Mi. principalis rationis, patet quia aliter Ansel. non poneret talia in Deo, quia secundum eum. mo. 15. nihil tale ponendum est in Deo, quod non sit melius ipsum, quàm non ipsum, ac per hoc perfectio simpliciter, patet etiam eadẽ mi. quia quodlibet tale, puta, bonitas, veritas, & huiusmodi potest esse formaliter infinitum, & infinitas repugnat cuicunque, quod non est perfectio simpliciter.

¶ Secundo principaliter ostendit Doct. quòd attributa, quæ sunt in Deo ex natura rei non habent identitatem formalem, quia intellectus actu suo non potest causare, nisi relationem rationis ex hoc, quòd est virtus collatiua potens conferre hoc, vt cognitum ad aliud. Quæro igitur vtrum veritas dicat præcisè illam perfectionem, quę est in re formaliter, aut pręcisè illam relationem rationis factam ab intellectu, aut vtrumque. Si primo, sequitur (cum secundum opi. nulla sit distinctio in re) quòd veritas, & bonitas erunt synonyma, quod est falsum. Si secundo, tunc non est perfectio simpliciter, vt patet. Si tertio, erit tantum vnum per accidens, separando ergo illam relationem rationis à bonitate, & veritate, tunc manẽt ibi veritas, & bonitas ex natura rei, & sic inter illa erit distinctio, & non erunt tantum synonyma.

Cõtradictio apparens.

¶ Dubitaſ tamen de hoc, quod dicit scilicet quòd intellectus actu suo non potest causare, nisi relationem rationis. Tum quia doct. ipse vult. dist. 3. q. 4. primi. & dis. 36 primi. quòd intellectus diuinus actu suo producat omne ens in esse cognito, & tñ illud esse cognitum non est sola relatio rationis, vt patet per eum. & 3. 5. & 36. distin. primi. & in 2. dist. 3. & 18. Itẽ ipse vult expresse dist. 45. primi. quòd intellectus diuinus actu suo producit quodlibet ens in esse possibili, & tum illud ens possibile non est sola relatio rationis, immo est ens quiditatiuũ, vt patet per ipsum, dist. 3. q. 5. primi contra Hen. & dist. 36. primi. & distin. 3. secundi.

Concordantia.

¶ Dico breuiter ad hæc omnia, & ad similia, quòd actus intellectus diuini potest dupliciter considerari. Vno modo, vt tantũ respicit obiectum in se. Alio modo, vt respicit obiectum inquantum cognitum. Et hoc secundo modo non potest causare, nisi relationem rationis, quia obiectum, inquantum cognitum dicitur tantum habere esse diminutum, & vt sic in ipso tantum sunt nata causari entia rationis. Et hoc patet à Doct. expresse dist. 2. huius primi. Debet ergo sic intelligi, quòd intellectus actu suo scilicet collatiuo, vel comparatiuo, qui actus collatiuus est respectu obiecti cogniti comparati ad aliud obiectum cognitum inquantum huiusmodi cætera patent.

¶ Ibi. Præterea intellectus intuitiuus. Ista ratio plura tangit. Primo, quòd intellectus intuitiuus, id est intuitiuè cognoscens, de necessitate terminatur ad rẽ existentem inquantum existens in existentia reali. Secundo, quòd talis intellectus, qui respicit obiectum existens, vt existens, non potest distinguere in illo aliqua plura id est non potest cognoscere in illo aliqua distincta, nisi inquantum est existens, & est sensus Nã intellectus abstractiuus potest cognoscere in obiecto, vt cognito aliqua plura distincta sola ratione, puta in homine cognito potest cognoscere intentionẽ speciei, prędicabilis, inferioris, superioris, subiecti, & huiusmodi Sed intellectus intuitiuus, qui tantum respicit obiectum existens, vt existens, & non vt cognitæ, non potest cognoscere in illo sic existente aliqua plura distincta, nisi illa plura sint existentia in tali obiecto secundum quòd existens est. Et ideo non potest cognoscere intuitiuè relationes rationis in aliquo obiecto existente, patet quia illæ tantum fundantur in obiecto inquantum cognito, vel inquantũ comparato, & non inquantum existente. Tertio, quòd intellectus diuinus cognoscit omnia attributa intuitiuè in essentia diuina existente, vt existens est, ergo cognoscat illa, vt sunt ibi ex natura rei. Si vis dicere, quòd illa attributa sunt entia rationis causata ab actu collatiuo intellectus diuini, & quòd cognoscit illa in essentia diuina. Quæro tunc, aut cognoscit illa in essentia diuina inquantum existens, est? ergo entia rationis sunt in existente inquantum existẽs est, & quicquid est in existente inquantum existens, de necessitate est ex natura rei, aut cognoscit illa in essentia inquantum cognita, vel inquantum comparata? ergò non cognosceret intuitiuè, quia cognitio intuitiua est ad existens inquantum existens. Relinquitur ergo, quòd cognoscat illa in essentia diuina existente, inquantum sunt quędam obiecta formalia distincta præter omnem operationem intellectus collatiui. Et sic patet ista ratio &c.

Nota de cognitione intuitiua & abstractiua.

Quomodo intellect. diuinus cognoscat attributa.

Difficultas.

SED oritur difficultas. Quomodo intellectus diuinus cognoscit creaturas ab æterno? quia non fuerunt existentes in propria existentia. Secundo, quomodo secundas intentiones causatas in creaturis cũ in se nec existant (quia existentia est entis realis) nec fundantur in aliqua re existente inquãtum existens, sed in re cognita, vel comparata inquantum huiusmodi. Tertio, quomodo intellectus diuinus cognoscit relationes rationis causatas ab ipso ab æterno vt patet à doct. dist. 30 primi. Non est dandum, quòd cognoscat ista abstratiuè propter imperfectionem cognitionis. Nec intuitiuè, quia non sunt existentia, &c.

Responsio.

Quomodo intellectus diuinus potest cognoscere tripliciter actu recto & reflexo.

¶ Respondeo supponendo mihi aliqua, Primo, quòd intellectum diuinum posse cognoscere intuitiuè conuenit tripliciter, & hoc actu recto primo vt obiectum primarium in se formaliter existens virtute propria suo modo mouens, siue quasi mouens, & sic cognoscit intuitiuè essentiam suam, secundo tanquam obiectum non primarium, nec eminenter contentum in essentia diuina, nec ex sua ratione formali aliquo modo mouens intellectum diuinum ad cognitionem sui, vt proprietates ypostaticæ, & relationes diuinæ ad intra cognoscuntur virtute essentię intuitiuæ, & non dicuntur eminenter contineri in

illa

illa propter perfectam identitatem earum realem cum essentia diuina, tertio tanquam obiectum secundarium, eminenter contentum in essentia diuina, & sic omnes creaturæ cognoscuntur intuitiuè in essentia diuina, quia ipsa est perfectissima ratio cognoscendi omnem creaturam, maximè in esse quiditatiuo, licet existentia earum (cum sit merè cõtingens, & sequatur determinationem diuinæ voluntatis) dicatur sic cognosci, vt ostenditur ab essentia diuina, & hoc post determinationem diuinæ voluntatis, vt patet à Doc. dist. 39. primi. Et sic cognitio intuitiua terminatur ad aliquod existens in propria existentia, aut ad aliquod, quod licet non sit existens in propria existentia eminenter, tamen secundum totam suam entitatem continetur in alio verè existente, quod erit causa talis cognitionis, & sic creaturæ cognoscuntur quiditatiuè ab intellectu diuino ab ęterno, & hoc virtute essentiæ diuinæ eminenter continentis illas. Et sic patet responsio ad primum argumentum. Secundo suppono, quòd intellectus diuinus cognoscit aliquid actu reflexo, nam primo cognoscit cognitionẽ suam, qua cognoscit essentiam, secundo cognoscit illam cognitionem, vt terminatam ad essentiam cognitam, & sic cognoscit essentiam, vt cognita est, & hoc simpliciter eadem cognitione, cognoscit essentiam nudè, cognoscit eandem cognitionem absolutè, cognoscit essentiam, vt terminum illius cognitionis absolutè, & sic talis cognitio diuersificatur propter diuersos respectus, tertio cognoscit omnes relationes rationis causatas ab ipso. Tertio suppono, quòd aliquid cognosci intuitiuè contingit tripliciter primo, vt est in propria existentia secundo, vt eminenter cõtinetur in aliquo existente, tertio vt quãdo nec habet propriam existentiam in se, nec in alio, nec eminenter continetur in alio, tamen perfectissimè cognoscitur secundum totam suam entitatem quantum est natum cognosci, & cognitione perfectissima, quæ nata est haberi de illo. Et hoc tertio modo dico, quòd relationes rationis, & omnia entia rationis ab intellectu diuino perfectissimè cognoscuntur quantum ad earum totalem entitatem, & impossibile esset aliquo modo perfectius cognosci. Cognitio ergo intellectus diuini, vt terminatur ad essentiam diuinam dicitur perfectissimè intuitiua, vt verò terminatur ad relationes reales in diuinis, non ita perfectè, vt verò ad creaturas eminenter contentas (cum nullam existentiam dicant ibi) minus perfecte, vt verò actu reflexo terminatur ad seipsam erit perfecta, cum terminetur ad perfectionem simpliciter, vt verò terminatur ad essentiam cognitam, vt huiusmodi, adhuc minus perfectè, quia ad ens diminutum, vt verò terminatur ad relationes rationis, adhuc erit minus perfecta, quia tantum ad entia diminutissima. Ipsa ergo intellectio diuina semper erit intuitiua, licet secundum diuersas terminationes alio, & alio modo dicatur diuersificari, nõ in se, sed in respectibus. Et sic patet solutio argumentorum.

Aliquod potest cognosci intuitiuè tripliciter.

Cognitio diuina dicitur perfectissima, perfecta, et minus perfecta.

Obiectio.

¶Si dicatur, ergo positio Hen. potest stare, quia poterit dicere, quòd cognoscit illa attributa intuitiuè modo præexposito, & tamen esse tantum entia rationis.

Solutio

¶Dico, quòd argumentum Sco. ad hominem concludit, quia ipse Hen. vult cognitionem intuitiuam terminari ad rem existentem inquantum existens, & sic fiat argumentum vt prius. Secundo, quia si tantũ sunt entia rationis, & similiter cognitio diuina sit tãtum ibi ens rationis, vt aliquo modo distinctum ab essentia, quomodo ergo dicetur intuitiua? Similiter sequeretur, quòd omnia attributa tantũ actu reflexo cognoscerentur. Similiter sequeretur, quòd intellectus diuinus, & intuitiuus tantum cognosceret illa, vt relationes rationis, & sic non vt perfectiones simpliciter, quæ omnia sunt absurda.

¶Ibi. Item arguitur contra illam expositionem, quia si de aliquo obiecto tantũ natus est haberi vnus conceptus realis. Hanc rationem prolixè exposui, & glosaui quam expositionem vide supra distinct. 3. quæst. 1.

¶Ibi. Præterea. Contra conclusionem in se. Tota vis huius rationis in hoc cõsistit. Primo, quòd actus intellectus diuini potest dupliciter considerari. Vno modo absolutè, vt terminatur ad obiectũ absolutè, & talis actus non dicit negociatiuus, nec causatiuus entis rationis. Alio modo vt est comparatiuus obiecti cogniti ad obiectum cognitum, & vt sic dicitur causatiuus entis rõnis, & sic causando diuersa entia rationis dicitur quodammodo distinctiuus illorũ, quia producit distincta, & similiter intellectus dicitur causatiuus entis rationis non in se, sed per actum intellectus secundo modo dictum. Similiter volitio potest considerari absolutè, vt terminatur ad essentiam. Secundo modo vt est comparatiua obiecti voliti ad aliud volitũ, & vt sic potest esse causatiua entis rationis, vt patet à Doct. supra dist. 1. huius. Cum ergo intellectus absolutè, & intellectio absolutè, & natura absolutè præcedant aliquo modo intellectionem, vt comparatiuam, siue distinctiuam entium rationis, distinguentur inter se, & non per talem intellectionem, ergo ex natura rei, patet quia præcedunt distinctiuum eorum, quæ sola ratione distinguuntur. Ergo distinctio naturæ, & intellectus, vel intellectionis, & volitionis non erit per intellectum scilicet vt habentem cognitionem comparatiuam, vt supra.

Actus intellectus diuini potest dupliciter considerari.

¶Si dicatur, quòd ista, vt præcedunt huiusmodi cognitionem, nullo modo distinguuntur, tunc sequeretur, quòd ista attributa nõ magis distinguerentur ista intellectione, quàm natura, vel volitione, quod est falsum, & sic non esset ibi fallacia accidentis dicendo sic, ista intellectione attributa distinguuntur, ista intellectio est natura diuina, ergo natura diuina distinguuntur, conclusio falsa. Quia si natura diuina distingueretur, tunc ipsa esset ratio distinguendi vnum attributum ab alio, quod est falsum, immo est ratio cõueniendi. Si ergo in isto syllogismo est fallacia accidẽtis, oportet quòd ratio intellectionis extraneetur rationi naturæ diuinæ inquantum comparantur ad tertium id est quòd inquantum intellectio est ratio distinguendi attributa extraneatur naturæ diuinę inquantum natura diuina comparatur ad rationem distinguendi attributa, sicut animal extraneatur homini inquantum animal, & homo comparatur ad genus, & si essent omnino idem non possent extraneari respectu tertij. Cum ergo intellectio diuina, & natura diuina extraneentur adinuicem, vt comparãtur ad rationem distinguendi, sequitur, quòd erit ibi aliqualis distinctio præter opus intellectus, quia si essent omnino idem non extranearentur adinuicem respectu rationis distinguendi, & sic in tali syllogismo non esset fallacia accidentis. Cætera patent.

Essentia diuina non est ratio distinguendi vnũ attributum ab alio,

AD QVAESTIONEM. Respondendo dicit, quòd inter perfectiones essentiales non est tantũ differentia rationis, hoc est diuersorum modorum concipiendi idem obiectum formale, talis enim distinctio est inter sapiens, & sapientiam, & vtique maior inter sapientiam, & veritatem, nec est ibi tantum distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia (vt argutum est prius) illa nunquam est in cognitione intuitiua, nisi sit in obiecto intuitiuè cognito, sic quòd veritas, & bonitas non significent idem obiectum formale. sed diuersimodè conceptum, vt patet de homine, & humanitate, sed quòd significent duo obiecta formalia habentia distinctos modos concipiendi, sicut etiam dicimus, quòd intentio generis, & intẽtio speciei sunt duo obiecta formalia distincta

Intentio generis & intẽtio speciei sũt duo obiecta formalia.

nata

nata terminare distinctos actus intellectus, sed secundum opi. Henri. veritas, & bonitas sunt duo obiecta formalia distincta tamen habentia tantum esse intellectu, quia illa secundum ipsum sunt tantum entia rationis.

¶Intendit ergo Doct. hic probare, quòd distinguantur, vt duo obiecta formalia præter omne opus intellectus, probat ergo quòd sapientia in re non est bonitas in re, & hoc probat. Quia si infinita sapientia esset formaliter infinita bonitas, & sapientia in cõmuni esset formaliter bonitas in communi. Nota primo, quòd hic Doct. vult, quòd bonitas infinita distinguatur formaliter à sapientia infinita, quia ratio formalis bonitatis infinitæ non est de ratione formali sapientiæ infinitæ, nec econtrà. Ideo sunt distincta obiecta formalia, & formaliter distincta ex natura rei existentes in essentia diuina. Et nota, quòd gradus intrinsecus scilicet infinitas bonitatis, non est ratio distinguendi bonitatem à sapientia, nec econtra infinitas sapientiæ, patet quia gradus intrinsecus præsupponit quiditatem contractam, cuius est gradus, nec dicit formalitatem propriè, immò talis infinitas est ratio, quòd quodlibet, quod natum est dici de ente infinito realiter sibi identificetur sed nõ formaliter, hoc patet de essentia diuina, & de infinitate, ratio ergo quòd vnum attributum formaliter distinguatur ab alio non est infinitas, sed magis quiditas, cuius talis est infinitas, sicut etiam hæc albedo intensa vt octo distinguitur ab alia intensa, vt octo, illa intensio non est ratio distinguendi vnum ab alio, sed hæcceitas huius (quam consequi vt intensio, vt gradus intrinsecus) est ratio distinguendi. Nam intensio vtriusque præsupponit illas esse in se distinctas. Sic est in proposito, quòd infinitas attributorum præsupponit ipsa esse distincta secundum proprias quiditates, quod patet, quia gradus intrinsecus aduenit quiditati, nec variat rationem formalem eius, vt patet de intensione albedinis, vt octo, quæ adueniens sibi non variat rationem formalem albedinis, secus est de gradu specifico, qui adueniens quiditati specificæ variat rationem formalem eius, vt si gradus specificus adueniret homini, iam homo non esset, sed esset alia species. Si ergo sapientia infinita esset formaliter bonitas infinita, sequeretur, quòd ratio formalis bonitatis in commum esset formaliter ipsa sapientia in communi, cum infinitas vtriusque non variet rationem formalem illarum.

Ratio distinguendi vnũ attributum ab alio est quiditas.

Obiectio.

SI DICATVR, quòd hoc non videtur valere. Primo, quia non sequitur, sapientia infinita est idem realiter bonitati infinitæ, ergo sapientia in cõmuni est realiter idem bonitati in communi? non sequitur. Similiter intellectio infinita est realiter idem volitioni infinitæ, ergo in communi sunt idem realiter? non sequitur. Similiter paternitas in diuinis est realiter idem essentiæ diuinæ, ergo paternitas in communi, & essentia in communi sunt idem realiter? Similiter essentia infinita est formaliter intellectus infinitus, ergo essentia in communi est formaliter intellectus in communi? non sequitur.

Responsio notanda.

¶Dico ad primum & ad secundum, quòd ex quo infinitas vtriusque non variat rationem formalem, cuius est, & quia ratio formalis bonitatis est alia formaliter à sapientia, ideo si sunt idem formaliter etiam sequitur, quòd in communi sunt idem formaliter, quia tamen infinitas propter suam perfectionem identificat realiter quicquid potest esse in illo ente infinito, ideo non sequitur, quòd si sapientia infinita sit realiter idem bonitati infinitæ, quòd etiam in communi sint idem realiter, quia in communi non est talis ratio identitatis realis, quia non infinitas. Hoc idem ad tertium, dico, quòd infinitas essentiæ diuinæ est ratio identificandi sibi realiter quicquid potest esse ibi, non tamen formaliter, quia (vt dixi) talis infinitas non variat rationem formalem, cuius est. Ad quartum, dico, quòd nõ est simile, quia intellectus infinitus est de ratione formali essentiæ diuinæ, (& hoc secundum aliquos exponentes Doct. sed hoc non credo verum, nisi accipiendo intellectum pro ipsa intellectualitate) & quando aliquid est de essentia alicuius secundum specialem rationem, non sequitur, quòd illis sumptis in generalibus rationibus, vnum sit de essentia alterius, vt patet Nam intellectus non est de ratione formali essentiæ, vt essentia est. Tenendo tamen, quòd intellectus infinitus non sit de quiditate essentiæ infinitæ, dic pariformiter, vt dictum est de bonitate, & sapientia.

Nota.

Obiectio.

¶Si dicatur, quòd idem posset dici de sapientia, & bonitate infinita, & quòd bonitas infinita, licet sit de essentia sapientiæ infinitæ, & per consequens idem formaliter, tamen non sequitur, quòd bonitas, vt bonitas sit de diffinitione illius, vel econtra.

Solutio.

¶Dico primò, quòd si bonitas infinita inquantum huiusmodi esset verè de essentia sapientiæ infinitę, & hoc sub ratione illa speciali, qua infinita, non sequeretur ipsam in communi esse de essentia sapientiæ in communi, &c.

¶Ibi. Ista etiam opinio confirmatur. Hic Doct. cõfirmat hanc opinionem multis auctoritatibus scilicet quòd attributa distinguantur formaliter abinuicem, & aliquo modo distinguantur ab essentia diuina præter omne opus intellectus.

¶Prima auctoritas est Dam. c. 4. & c. 9. qui dicit, q esse Dei dicit quoddam pelagus infinitæ substantiæ: cætera autem circumstant naturam.

¶Dicit Doct. quòd hoc non esset, nisi esset aliqua distinctio ex parte rei, patet. Si enim bonitas, & sapiẽtia essent tantum relationes rationis, tũc non essent perfectiones secundæ ex parte rei. Si ergo omnia attributa essent tantum vna res omnibus modis idem præter operationẽ intellectus, ergo non dñt plures perfectiones simpliciter ex parte rei, & sic non sunt perfectiones circumstantes naturam, relatio. n. rationis non potest dici perfectio aliqua, nec simpliciter, secundum quid. Sequitur etiam, q si huiusmodi attributa sunt tantũ relationes rationis, q ita bene possent dici perfectiones, vt causatæ ibi per actum intellectus creati, immo & circa quodlibet obiectũ possent huiusmodi perfectiones causari, nõ. n ens rationis est magis perfectio per hoc, q diuersimodè causatur ab vno, & alio intellectu. Si etiam attributa diuina non distinguerentur aliquo modo pręter opus intellectus ab essentia diuina, nunc non dicerentur ex natura rei pelagus omnium perfectionum intrinsecarum, patet quia si dicuntur circunstare essentiam, vt pelagus substantię infinitæ, ergo ex natura rei præsupponunt ipsam essentiã, & sic aliquo modo distinguntur præter opus intellectus, & multa alia inconuenientia videntur sequi.

Attributa distinguuntur plusquã rõne ab essentia diuina.

¶Secunda est Augustini, qui probat, q non est aliquid maius duæ personæ, q̃ vna, quia non aliquid verius, quæ consequentia esset ista, si tantum esset distinctio rationis inter sapientiam, veritatem, & magnitudinem, non videretur aliud argumentum, quàm si probaretur, sapientia, ergo sapiens, vel econuerso.

¶Vult dicere, q si magnitudo. s. virtutis, & veritas, & sapientia, & cætera attributa tñ ratione distinguerentur, & sic essent tñ relationes rationis, duæ personæ non dicerentur maius secũdum magnitudinem si magnitudo esset tñ relatio rationis, quia neque verius, vult. n. probare August. q personæ sint omnino æquales in omni perfectione, æquè. n. conuenit vni personæ magnitudo virtutis sicut duabus, cum simpliciter sit tota in tribus, & indiuisibiliter, sicut etiã sapientia, & veritas, & cætera attributa.

¶Tertia

¶Tertia est Aug. contra Maxi. Si potes Deũ patrẽ concedere simplicem, & tamen sapientem, & bonũ, &c. quanto magis vnus Deus potest esse simplex.

¶Arguit.n.ibi, ꝙ si in eodem sine compositione & partialitate possunt esse plures perfectiones simpliciter, ergo multo magis possunt esse tres personæ in deitate .i. si perfectiones distinctæ attributales nõ faciũt compositionem in Deo, immo stant cũ summa simplicitate, sequitur, ꝙ relationes ypostaticæ multo magis possunt esse in Deo sine vlla cõpositione, quæ tñ relationes ypostaticæ sũt ibi ex natura rei, & distinctæ præter omne opus intellectus. Arguit ergo sic. Si plures perfectiones ex natura rei, & absolutè non faciunt compositionem in Deo, ergo nec relationes ypostaticę, si ergo perfectiones attributales essent tãtum relationes rationis, non esset argumentũ à minori, quia relatio rationis non facit compositionem cũ aliquo, & multæ relationes reales faciunt compositionem. Si ergo magis videtur, ꝙ plures perfectiones simpliciter in aliquo faciunt compositionem aliquam, quàm relationes reales, & tamen non faciunt, ergo nec multo minus relationes reales.

¶Quarta est Aug. 15. de tri. c. 3. qui dicit, ꝙ omnia ista sunt sibi ęqualia, nihil.n.est ꝓpriè sibiipsi æquale vt patet, si ergo filius est ęqualis patri in omni perfectione, & ęqualitas est ibi relatio realis, vt infra patebit. dist. 19. & dis. 31. & q. 6. quoli. ergo, & huiusmodi perfectiones, sm quas dicuntur æquales sunt ibi ex natura rei. Dicimus enim ꝙ filius realiter est æqualis patri in omni perfectione simpliciter, puta in sapientia, magnitudine virtutis, & huiusmodi, sed si ista essent tantum relationes rationis nulla esset ibi æqualitas ex natura rei. Ex his, & multis alijs auctoritatibus, patet expresse quomodo ista attributa, quæ dicunt perfectionem simpliciter sunt ibi ex natura rei.

Quomodo filius sit æqualis patri.

CONTRA istam solutionem sunt tria dubia.

Primum dubium.

Primum, quia si ponãtur istæ perfectiones distinctæ præter opus intellectus ab essentia diuina, & ipsam ex natura rei circunstare, vr sequi, ꝙ se habeant p modum actus respectu essentiæ diuinæ, & sic cõpositio. Respondet Doct. ꝙ sapientia est ibi sm illam rationem, quæ non includit imperfectionẽ. s. vt est id quo habens sit tale, quia Deus dr sapientia sapiens, nõ tñ est ibi sm illam rationẽ includentẽ necessario imperfectionem. s. esse formam informantem, & partẽ rei.

¶Si obijcias, quomodo aliquid est formaliter sapiens sapientia si sapientia non est forma eius.

Responsio.

¶Respondet Doct. per aliqua dicta. Primum, ꝙ anima, vt comparatur ad corpus dr informare illud, & sic denominatiuè dr corpus animatum ab anima informante illud, vt vero comparatur ad totum cõpositum ex anima, & corpore, tunc nõ est forma informãs compositum, sed tñ pars essentialis illius, & ex hoc homo dr animatus nõ denominatiuè, sed essentialiter, quia est pars essentialis illius, & tñ anima nõ informat hominem. Secundum dictum est, ꝙ ex quo sapientia inest essentiæ diuinæ veriori modo, q̃ anima corpori, & quàm toti, quia vt sapientia cõparatur ad essentiam nullo mõ est pars eius, sed est perfectè idẽ illi identitate reali, ergo ergo essentia poterit ab ea denominari absque omni informatione.

Corpus animatum vnde dicatur.

¶Et tunc si quæres vtrum à primo actu posset esse aliqua abstractio formæ. Dicit Doct. ꝙ nõ est ibi abstractio formæ, vt informantis, qa ipsa sapientia non informat essentiam, neq; vt pars, quia in Deo nõ est pars, sed est ibi abstractio formæ inquãtum per eam aliquid est tale præcisè acceptum, non considerando identitatem eius ad illud, qd est tale per ipsam. Cũ.n. dr Deus est sapiens, tunc consideratur sapientia, vt idem ipsi Deo, & vt denominans, cum vero consideratur sapientia in vltima abstractione, vt sic nõ est nata prædicari de aliquo denominatiuè, quia hoc est contra rationem vltimatè abstracti, vt supra patuit. dis. 5. q. 1. Nam vt vltimatè abstracta est tantum nata prædicari, puta de deitate per identitatem, siue prædicatione identica, vt supra patuit. distinct. 5. quæstione secunda.

¶Secũdum dubium est, quia Aug. septimo de tri. c. 5. vbi negat identitatẽ deitatis, & paternitatis. Non eo (inquiens) pater, quo Deus est, sicut nec eo verbũ, quo sapientia, ita concedit identitatẽ magnitudinis, & bonitatis, & perfectionũ essentialium, quia dicit eo magnus, quo Deus, &c. ergo sicut ibi identitatem negat, ita concedit hic, non aũt negat ibi, nisi identitatem formalem, ergo illam cõcedit hic. Respondet Doc. ꝙ tripliciter eodẽ Deus est sapiens, & magnus, non tñ sic eodẽ est Deus, & pater. Primo quia sapientia, & magnitudo sunt perfectiones essentiales non. s. dantes esse essentiale, sed essentiales, quia communes tribus personis, vt patet à doct. q. 1. quoli. sed paternitas non est essentialis. Secũdo quia sapientia, & bonitas sunt pfectiones simpliciter, sed paternitas non, vt ꝓbat Doct. q. 5. quoli. Tertio, quia bonitas, sapientia, & magnitudo sunt eadem identitate mutua, quia omnia sunt formaliter infinita, & ideo ratione infinitatis vnum transijt in aliud in perfectam identitatem realem, & econtra, sed paternitas nõ identificat sibi realiter diuinam essentiam, quia non est infinita, sed econtra essentia ratione suæ infinitatis identificat sibi realiter paternitatem. Et sic patet differentia.

Secundũ dubium

Responsio.

¶Ad formam ergo respondendo cõcedit, ꝙ eodẽ modo est sapiens, & bonus, quo non eodem est pater, & Deus, quia eodem est sapiens, bonus eodẽ. s. in quolibet supposito, quia sicut Deus est in tribus suppositis, ita & bonitas, non sic paternitas, & deitas. Similiter eodem est bonus, & sapiens idẽtitate mutua.

¶Tertium dubium est, quia sicut non esset bonitas realiter infinita, nisi esset realiter eadem sapientiæ, ita videtur, quòd ratio bonitatis non sit infinita formaliter, nisi sit formaliter eadem rationi sapientię, ergo propter eandem rationem, propter quam ponis veram identitatem inter ista, deberes ponere identitatem formalem rationis ad rationem.

Tertium dubium.

¶Respondet concedendo, ꝙ ratio sapientiæ est infinita, & ratio bonitatis, & ideo hæc ratio est illa per identitatem, quia oppositum nõ stat cum infinitate alterius extremi, tñ hæc ratio non est formaliter illa, non enim sequitur, est verè idem alteri, ergo formaliter idẽ eidem, est enim vera identitas. a. & b. absque hoc quòd. a. includat formaliter rationem ipsius. b.

Responsio.

AD ARGVMENTA principalia. Arguit doc. sic probando, ꝙ attributa ex natura rei sint omnino idem. Aug. 15. de tri. c. 5. Nõ sicut in creatura sapientia, & iustitia sunt duæ qualitates, ita in Deo, sed quæ iustitia ipsa est, & bonitas, ex hoc arguit, prædicatio in abstractis non est vera, nisi sit per se primo modo, ergo ista sapientia est veritas, est per se primo modo, & ita nullo modo est distinctio inter subiectum, & prædicatum, sed subiectum per se includit prædicatum, quia hoc pertinet ad per se primo modo.

Quomodo attributa sint omnino idẽ.

¶Respondet Doct. quòd in creaturis nulla est prædicatio vera in abstracto per identitatem, quæ non sit formaliter. Et ratio, quia concipiendo abstractum vltima abstractione concipitur quiditas absque habitudine ad quodcunque quod est extra propriam rationem quiditatis, vt supra patuit distinct. 5. quæst. 1. Vt concipiendo humanitatem, & sic concipiendo extrema nulla erit veritas vniendo ea, nisi præcisè quiditas vnius extremi sit eadem quiditati alterius extremi, & hoc non contingit in creaturis, quia ibi abstrahendo illas realitates, quæ sunt in eodem, puta realitatem generis, & differentiæ considerando eas præcisissimæ, vtraque est finita, & neutra perfectè eadem alteri,

In creaturis nulla est prædicatio vera in abstracto per identitatem.

ri, non. n. sunt modo eadem inter se, nisi propter tertium cui sunt eadem, & ideo si abstrahantur à tertio non remanet causa identitatis eorum, ideo nec causa veritatis propositionis vnientis extrema illa, hęc igitur est falsa, animalitas est rationalitas, & ecõtra. Oppositum est in Deo, & hoc propter infinitatem, vel vtriusque extremi, vel vnius tm̃. Et ideo abstrahendo sapientiam à quocunque, quod est extra rationem sapientiæ, & bonitatem similiter abstrahendo à quocunque, quod est extra eius rationem formaliter, remanet vtraque quiditas præcisè sumpta formaliter infinita, & ex quo infinitas est ratio identitatis eorũ, ideo hæc est vera identicè, sapiẽtia est bonitas, & ecõtra, similiter ista, sapientia est paternitas. Et quòd infinitas sit causa talis veritatis, & identitatis, patet quia ista non conceditur, generatio actiua est spiratio actiua, licet ista sint in eodem supposito.

Difficultas. OCCVRRIT tamen difficultas, quia dicit Doct. ꝙ cõcipiendo abstractum vltima abstractione concipitur quiditas absque habitudine ad quodcunque, quod est extra propriam rationem quiditatis, & sic animalitas non est rationalitas, nec econtra. Videtur ex hoc cõcedere, quòd ista possit esse vera, quòd humanitas sit animalitas, quia humanitas vt humanitas non excludit illa, quæ sunt de ratione eius quiditatiua, cum ergo animalitas sit de quiditate hominis, ista erit vera, humanitas est animalitas.

Responsio. ¶ Dico, quòd non sequitur quia animalitas, vt animalitas nullum suppositum concernit, & ideo nullo modo potest verificari de aliquo inferiori, vt supra exposui. dis. 5. q. 1. vide ibi multa de ista materia. Nõ enim dicit Doct. ꝙ illud, quod est de quiditate alicuius possit prædicari de eo vltimata abstractione, sed si prædicaretur, & prædicatio esset vera, non posset esse vera, nisi in primo modo dicendi per se, nullo. n. modo posset esse vera prædicatione identica, qa vnũ extremũ nõ includeret aliud per realem identitatẽ.

Alia difficultas. ¶ Item dubitatur, quare infinitum sit præcisa causa quòd abstractum vltima abstractione possit verificari de alio abstracto prædicatione identica?

Solutio. ¶ Dico, quòd si illud, quod ponitur formaliter in ente infinito non transiret in perfectam identitatem realem, nõ posset euadi compositio ex actu, & potentia, & sic infinitum posset aliquo modo habere rationem partis, quod est contra rationem infiniti ſm virtutem, vt supra patuit præsenti. dist. q. 2. Patet ergo, ꝙ omne ibi existens sit perfectè idem illi, non identitate formali, sed identitate reali, quia ergo includit omne, quod natum est de ipso verificari perfecta identitate reali, ideo ibi conceditur prædicatio identica.

Obiectio. ¶ Si dicatur. Nonne humanitas continet risibilitatem verè realiter? patet ꝙ sic à Doc. in pluribus locis, & tamen ista non conceditur, humanitas est risibilitas. Similiter ſm Doc. in 2. dist. 16. anima intellectiua cõtinet suas potentias, puta intellectum, & voluntatem per realem identitatem, concedit enim ibi perfectã identitatẽ realem, qui dicit. n. sic ad literam. Sic ergo possumus accipere de intellectu, & voluntate quæ non sunt partes essentiales animę, sed sunt vnitiuè cõtẽta in anima quasi passiones eius, ꝑꝑ quas anima est operatiua, non ꝙ sint essentia eius formaliter, sed sũt formaliter distinctę, idem tamen idẽticè, & vnitiuè, vt in primo hoc probatum est de attributis diuinis, hæc ille. Ex his ergo vĩ sequi, ꝙ ista possit esse vera, anima est intellectualitas, siue quiditas aĩæ est q̃ditas intellectus, quæ tñ communiter non conceduntur.

Responsio. ¶ Respondeo, ꝙ nulla istarum propositionum est vera, nec prædicatione formali (vt patet) nec prędicatione identica. Nam humanitas, vt considerata in vltimata abstractione non habet ex sua entitate, ꝙ identificet sibi realiter risibilitatem. Si enim ponitur risibilitas idem sibi realiter, hoc ideo erit, quia est causa necessaria risibilitatis, & causa receptiua eiusdem; est enim impossibile hominem esse sine risibilitate, non quòd repugnet homini ratione suæ entitatis, sed propter hoc, quòd necessariò causat in se talem passionem. Similiter dico de anima intellectiua, quòd entitas eius, vt talis entitas, nõ habet vnde identificet sibi realiter intellectum, & voluntatẽ, sed quia tales potentiæ necessariò pullulant ex ea, & in ea, ideo realiter illi identificantur. Sed non est simile de bonitate diuina, & sapientia diuina: quia bonitas diuina includit verè formaliter infinitatem, vt gradũ intrinsecum, & ratione infinitatis realiter sibi identificat quicquid sibi competere potest. Et si infinitas circumscriberetur ab ea, nõ haberet vnde realiter sibi identificaret sapientiam. Ista ergo identitas realis nõ est, quia est causa necessariò vnius, vel ꝙ necessariò bonitas pullulet sapientiam. *Infinitas est rõ identificãdi omnia, q̃ sibi insunt.*

Instantia. ¶ Si dicatur. Nũne omnia attributa suo modo pullulant ab essentia diuina? Dico, ꝙ sic, vt patet à Doct. præsenti q. & supra dis. 1. q. 2. & in quoli. q. 1. Nonne etiam est causa, saltem secũdum rationem omnium attributorũ? Dico, quòd sic, vt supra patet in prolo. q. de subiecto theologiæ: ergo cum necessariò pullulet, & suo modo causet omnia attributa, videtur ꝙ ex hoc identificet sibi illa.

Solutio. ¶ Dico, ꝙ hæc non est causa præcisa realis identitatis, sed infinitas intẽsiua. Vnde si per impossibile omnis ratio pullulationis, & causationis circumscriberetur à deitate, stante rõne formali infinitatis intensiuè pfectissimè sibi identificaret quicquid ibi posset esse.

Dubium. Attributa sunt formaliter infinita ex se, sed non à se. ¶ Item dubitatur in hoc, quòd Doc. vult, quòd attributa sint formaliter infinita, & ab inuicẽ formaliter distincta: quia tunc videtur sequi, ꝙ in Deo sint plures existentiæ formaliter distinctæ. Tum: quia quiditas, & existentia sunt idem realiter. Tum: quia infinitas intensiua est conditio existentis: si enim infinitas extensiua, scilicet durationis (vt æternitas necessariò est conditio existentis, vt patet à Doc. supra d. 3. q. 4. patet etiam. d. 35. à fortiori ergo sequitur, ꝙ infinitas intensiua sit conditio existẽtis. Tum etiam, si à sapientia per impossibile circumscriberetur essentia diuina, & esset formaliter infinita, propria existentia existeret: ergo si attributa distinguuntur formaliter, sequitur quòd in Deo erunt plures existentiæ ex natura rei.

Responsio. ¶ Rñdeo, ꝙ hic nullum video inconueniens esse, immo hoc est simpliciter necessariũ ponere in Deo plures existentias ex natura rei distinctas, esset tamen incõueniens ponere plures existentias realiter, & essentialiter distinctas, vt alias exposui.

Tho Gaie. primo arguit. CONTRA Sco. arguit nouus expositor. f. Tho. tripliciter. Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei. est maior distinctio distinctione reali: ergo perfectiones diuinę non distinguuntur formaliter ex natura rei, consequentia tenet, & añs probatur sic. Distinctio per intimiora est maior illa, q̃ fit per ea, quæ sunt extra intima rei: distinctio aũt realis fit per ea, q̃ sunt extra intima rei: ergo &c. Minor patet ex Sco. in 1. sen. d. 2. dicente, ꝙ distinctio formalis ex natura rei fit p p̃dicata primi modi, q̃ insunt rei in primo signo, distinctio aũt realis fit p ea, q̃ insunt post. Maior pbatur. Distinctio per aliqualiter intima est aliqualiter distinctio, distinctio p magis intima est maior distinctio: ergo distinctio per maximè intima est maxima distinctio. Si enim simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis, maximum necessariò sequitur ad maximum, &c.

Secundo. ¶ Secundo arguitur sic. Perfectiones diuinæ abstractæ abstractione præcisissima sunt formaliter infinitæ: ergo sunt idem formaliter ex natura rei, antecedens est Sco. in 1. distin. 8. quæst. 3. in responsione ad argumentũ principale: consequentia probatur

suppo-

supponendo ſm duplicem infinitatem (in reſponſio ne ad primū declarandam) dupliciter poſſe intelligi illud antecedens. ſ. de infinitate infra ꝓpriā ratione, & de infinitate infra entis latitudinē, tūc ſic. Aut intelligis illud antecedēs verificari de infinitate prima? & hoc non, quia nullum prius includit formaliter ſuū poſterius, pfectio aūt diuina, puta ſapientia eſt prior infinitate illa, quia modus eius intrinſecus eſt &c. Aut intelligitur de ſecunda infinitate? & tunc ſequitur intentum, quia ſi ſapientia diuina præciſè, & formaliter ſumpta eſt ita infinita, ꝙ ad nullā entis perfectionem ſimpliciter eſt formaliter terminata, oportet ꝙ infra ſuæ rationis formalis ambitum omnem perfectionem ſimpliciter contineat, & ꝙ nullam à ratione ſua perfectionem formaliter excludat, & conſequēter, ꝙ à nulla formaliter diſtinguatur ex natura ſua, ſtatim.n. ꝙ ab alijs perfectionibus diſtingui ponitur, coarctata formaliter infra entis ponitur latitudinē, quod eſt oppoſitum accidentis ſic intellectiui, ponit enim talem, & tātam entis perfectionem formaliter importare, ita ꝙ non omnem. Verbi gratia, ponitur, ꝙ ſapiētia formaliter ex natura ſua eam perfectionē ponit, quam enti ſapientia addit, ita quòd non eam, quam iuſtitia ſeu bonitas enti addit &c.

Tertio. ¶Tertio ſic. Perfectiones diuinæ diſtinguntur formaliter ex natura rei, ergo inter eas eſt relatio realis, tenet cōſequentia, quia diſtinctio illa, cum ſit relato exiſtēs in rerum natura, nec eſſe quòd ſit realis, ſicut, & quodlibet aliud exiſtens in rerum natura reale eſt, conſequens autem eſt contra Aui. dicentem, quòd eiuſdem ad ſeipſum non eſt relatio realis.

R.ſio Tho. Gaiet. ad rationes Sco. Quid ſit infinitum ſolū du propria rationem. PRO RESPONSIONE ad primum & deſtructionem fundamenti Sco. nota, ꝙ aliquid eſſe infinitum contingit dupliciter. Vno modo ſm propriam rationem. Alio modo ſm ꝙ ens, ſeu ſimpliciter. Illud eſt infinitū ſm propriam rationem, quod nullis ſuæ propriæ latitudinis clauditur terminis, licet ſit ad tālem entis gradum definitum, ꝙ non omnem eſſendi perfectionem habeat. Illud vero eſt infinitum ſm qd ens, ſeu ſimpliciter quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur, ſed omnem habet perfectionem eſſendi. Exemplum in quantitate molis. Quantitas ſi daref infinita eſſet ſm quantitatis rationem infinita, eſſet enim infinita quantitas, non tamē eſſet ſm eſſe infinita, eſſet nāque ens finitum, & limitatum ad quantitatis genus. Similiter in quantitate virtutis albedo ſi eſſet infinita intenſiuē eſſet infinita ſm propriam rationem, eſſet.n. infinita albedo, non tñ eſſet infinitum ens, quia ad ſpeciem eſſet definita.

¶Non parum autē refert quo quis infinitate dicat eſſe aliquid infinitum. Infra.n. infinitas, cum attendatur penes ea, quæ infra rei illius latitudinem ſunt, rationem rei formalem in ea, qua inuenit formali limitatione relinquit, vt patet in exemplis datis. Secūda autem infinitas, quia attenditur penes ea, ad quæ totius entis latitudo ſe extēdit, rem, & eius rationem formalem illimitat, & eleuat ad hoc, vt ipſa omnis ſit perfectio in ente poſſibilis, & non magis ſit ipſa, quàm quæcunque alia perfectio ſimpliciter, ac per hoc diſtinctionem, & formalem limitationem, qua ab alijs formaliter ex natura rei abſolutè ſumpta diſtinguebatur eam comitari non ſinit.

¶Ad propoſitum ergo deſcendendo. Dico, ꝙ licet ſapientiæ, & ſapientiæ infinitę prima infinitate ſit eadem omnino ratio formalis, tamē ſapientiæ infinitę ſecunda infinitate eſt longe altior ratio formalis. Cōcludit enim in ſua ratione formali omnē perfectionem ſimpliciter, & ſic cum in Deo ſint perfectiones omnes infinitæ ſecunda infinitate, oportet omnem eſſe ſimplicem rationem formalem.

Ad primum argumentū. ¶Ad argumentum ſub quacunque forma fiat, reſpondeatur attendendo æquiuocationem infinitatis, quoniam (vt dictum eſt) infinitas prima eſt illa, quæ non variat rationem formalem, & quæ attenditur penes gradus perfectionales propriæ latitudinis rei, non autem ſecunda. Vnde ſi pei fectiones diuinæ nō eſſent infinitæ, niſi prima infinitate argumentum cōcluderet, quia autem habent ſecundam ante omnem actum intellectus, ideo nihil concludit.

¶Nec obſtat, qd fortè infinitas prima cuiuſcunq; perfectionis ſimpliciter inferat ſcdam .: Sufficit.n. ꝙ ratione diſtinguanf, vt aliquid ſcda fiat, ꝙ nō prima.

¶Similiter non obſtat. Si quis perfectiones communiſſimas, puta eſſe bonitatem, & ſimiles, &c. vtranque infinitatē hře negaret, neſciens in eis imaginari primam, propterea quia propria latitudine careant. Hoc. n. magis noſtro fauet propoſito, qm̄ ſi vtranq; infinitatem haberi (quod alibi diſcutiendum eſt) diſtinctione ſupradicta opus eſt. Si aūt ſecundam tm̄ abſque diſtinctione aliqua negandum eſt eſſe, & eſſe infinitum habere omnino eandem rationem formalem, & ſic ruit totum Scoticum edificium.

¶Ad ſecundum, loquendo de diſtinctione actuali quacunque, negatur minor. Et ad eius probationem dicitur negādo omnia aſſumpta, ſufficit.n. ad hoc, ꝙ aliqua diſtinguantur intellectione, vt intellectio ſit, & non natura, diſtinctio rationis fundamentaliter in ter naturam, & intellectionem. Vnde qñ dicit. Quicquid diſtinguitur intellectione, vt omnino indiſtincta eſt à natura, diſtinguitur etiam natura. Diſtinguē (ly indiſtincta) actualiter, vel fundamentaliter. Et primo modo dic eſſe falſum. Secundo modo verū. Sed tunc nego minorem ſubſumendam. ſ. ſed intellectio, & natura ſunt indiſtinctæ fundamentaliter ante omnem actum intellectus, habent enim diſtinctiones rationis fundamentaliter (vt declarauimus.) *Ad ſecūdū argumentū.*

¶Ad tertium negatur minor, licet.n. Deus intueatur perfectiones ſuas ab æterno diſtinctæ, non tamē ab æterno diſtinctas actualiter, licet ponere diſtinctionem rationis actualiter cauſari per actum intellectus diuini non ſit à philoſophia alienum. *Ad tertium argumentū.*

¶Ad quartum negatur conſequentia. Sufficit.n. ꝙ obiecta intellectus, & voluntatis prędiſtinguanf fundamentaliter, nec eſt opus diſtinctione actuali pro tunc, ſicut nec intellectus, & volūtas Dei, pro tunc diſtinguntur, niſi fundamentali diſtinctione rationis. *Ad quartū argumentū.*

¶Ad quintum negatur conſequentia. Nomineitas enim cum ſit paſſio nominum, non attenditur penes identitatem rationis formalis rei ſecundum ſe, ſed penes identitatem conceptus formalis, ſeu mentalis? Voces enim ſunt notæ earū, quæ ſunt in anima paſſionū, vnde cum veritas, & bonitas Dei habeant diuerſos conceptus in nobis non ſunt ſinonima. *Ad quintū argumentū.*

¶Ad probationem ergo dicitur, quòd licet ſignificent eandem rem formaliter ſecundum ſe, & ſolum illam, vt rem ſignificatam, tamen ſignificant etiam diſtinctē conceptus mentales, vt rationes ſignificandi. Et hoc deſtruit ſinonimeitatem (vt dictum eſt.)

¶Ad ſextum dř, ꝙ ex parte rei ſufficit ad omnia illa diſtinctio rationis virtualiter ſeu fundamentaliter cum diſtinctione rationis actuali ex parte noſtri. Loquimur.n. vt concipimus. Formamus autem diſtinctos cōceptus, quorum vnus ex alio oritur, & de alio non prædicatur, & habet aliquam habitudinem, quā alius nō habet. Et ideo demonſtrationes, prędicationeſq; formales, & identicas facimus. Negamuſq; de Deo ſub vno concepni, quod affirmamus de ipſo ſub alio. Implent ergo libros doctores balbuciendo vt poſſunt excelſa Dei humano more reſonantes ſimpliciſſimam illam rationem formalem, omne quod in Deo eſt formaliter complectentem, non niſi particularis conceptibus inſpicere: traderæque potentes, & non propter diſtinctionem, quæ ibi ſit ex natura rei. Æqualitas autem inter perfectiones *Ad ſextum argumentū.*

diuinas ante omnem actum intellectus, non est, nisi fundamentalis non excessus inter se, qui inter eas virtualiter tantum distinctas saluatur.

Ad vltimũ argumentũ. ¶Ad septimum, dicitur quòd quia ante omnem actum intellectus non inuenitur contradictio formaliter, sed fundamentaliter tantum, quia alterum contradictoriorum est formaliter negatio, quæ non est, nisi per opus intellectus, ideo sufficit pro tunc inueniri distinctionem rationis fundamẽtaliter, quod concedimus, nec aliud exigitur, vt patet de se.

¶Ad vltimum, dicitur, quòd emanationes diuinæ distinguuntur, & realiter, & formaliter, & licet distinctionis formalis earum fundamentum sit distinctio intellectus, & voluntatis, non tamen distinctionis realis earum. *Quomodo distinguantur processiones diuinæ.* Non enim ideo processiones diuinæ distinguuntur realiter, quia altera est ab intellectu, altera à voluntate, sed quia habent realem oppositionem relatiuam (vt Boe. tradidit.) Falsum ergo assumitur, quòd scilicet distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionem realem emanationũ diuinarum. Ad fundandam autem distinctionem formalem inter ea sufficit distinctio fundamentalis inter intellectum, & volũtatem, sicut etiam ipsæ processiones diuinæ non distinguuntur formaliter ex natura rei seclusa distinctione reali, sed distinctione rationis virtualiter tantum ante omne opus intellectus, ita quòd absque reali oppositione relatiua non magis distinguuntur ex natura rei, quàm intellectus, & voluntas.

¶Potest autem breuius ad hoc, & similia argumenta dici, quòd in diuinis est ante omnem actum intellectus distinctio formalis non formaliter, sed virtualiter id est eminenter contenta hoc modo, q̃a quodlibet diuinum propria exequitur, ac si esset distinctũ formaliter ab alio. Intellectus enim ita intelligit, & non vult, & voluntas ita vult, & non intelligit, ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectũ, & voluntatem. Et sic de alijs. Fundatur autem talis modus habendi distinctionẽ formalem supra deitatis eminentem vnitatem formalem formaliter. Et sufficit ad omnia saluanda, quæ per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur, quia illi eminenter æquiualet. Hæc ille nouus expositor sancti Thomæ.

Guli. Ochã in primo di. 2. q. 1. DEINDE ponitur opinio Ocham. Et primo ponuntur aliquæ rationes pro via Sco. quarum prima est talis.

¶Primo sic. Distinctio emanationum diuinarum necessario præsupponit distinctionem principiorũ elicitiuorum, sed non præsupponit distinctionẽ rõnis, ergo principia elicitiua distinguunt ex natura rei.

¶Præterea. Si illa distinctio ex natura rei præcedit distinctionem emanationum personarum, ergo nõ est vna productio in diuinis per modum intellectus factiuè, & alia per modum libertatis, quia nullum principium præcedit quod ex se aliter se habeat ad hanc productionem, quàm ad illam, & istæ productiones, in quibus est prima distinctio omnino vniformes sunt in naturalitate, vt iam p̃tãte sunt in esse.

Rõnes Guliel. Ocham. ¶Præterea. Arguitur sic. Quicquid vnum, & idem formaliter ens est principium producendi plura supposita eiusdem naturæ, ipsum non determinat ex se ad certam pluralitatem producendorum. Hoc patet inductiuè tam in agente æquiuoco, quàm vniuoco, ergo si essentia diuina pro vt est intellectus, & voluntas est vna, & eadem formaliter, & est principium producendi plura supposita in natura diuina, ipsa non determinatur ex se ad certam pluralitatem producendorum. Assumptum patet, quia si aliquid vnum, & idem formaliter existens sit principium, producendi plura supposita vnius naturæ, virtus sua productiua non est adæquata per vnam productionem, nec per vnum productum: quia principium productiuum, quod est vnum formaliter, si habeat vnam productionem adæquatam non potest simul in aliam productionem æquè perfectam; quia tale principium producit productum toto conamine suo, & secundum omnem gradum actiuitatis suæ: ergo principium productiuum sibi adæquatum non potest in aliam productionem, & per consequens, si potest in aliam productionem, virtus sua productiua non est adæquata per primam productionem. Sed cuiuscunque principij vnius rationis formaliter virtus non est adæquata per vnum productum, nec erit adæquata per aliud productũ eiusdem rationis, nec per tertium, & sic in infinitũ, cum eodem modo se habeat in se, & ad illud principium productiuum; ergo quantum est ex se potest in infinita. Confirmatur: quia si illud principium producat duo producta ordine quodam: aut eadẽ virtute, aut alia? si alia? habetur propositum, si eadem: ergo virtus illa non fuit totaliter exhausta in prima productione, nec per consequens productio fuit adæquata.

¶Preterea. Si aliquod principium producat distincta producta pluribus productionibus eiusdem rationis, nullum illorum adæquabit virtutem productiui principij: ergo si producet plura pluribus productionibus alterius rationis nullum illorum adæquabit virtutem productiui principij: cõsequentia patet: quia nõ maior virtus requiritur ad producendum aliqua alterius rationis, quàm ad producendum illa productionibus eiusdem rationis, si neutra productionum eiusdem rationis sit imperfectior alijs productionibus: ergo si virtus principij producentis aliqua supposita productionibus eiusdem rationis non sit adæquata per aliquod illorum, sequitur quòd nec erit adæquata, & si producãtur productionibus alterius rationis. Arguitur ergo sic: nullũ producens eodem principio formaliter vno potest simul producere plura producta in perfectione sibi adæquata: quia omne productum adæquatum producenti in pfectione entitatis adæquatur sibi in perfectione suæ actiuitatis, & per ꝯñs sua actiuitas non potest simul se extendere in alium terminum æquè perfectum. Sed Deus pater simul producit filium, & Spiritumsanctum: quorum vterq; adæquatur patri in perfectione: ergo pater non eodem principio formaliter vnũ producit filium, & Spiritumsanctũ. Producit aũt filium, siue verbum per intellm̃, spiritum aũt sanctum producit per voluntatem: ergo intells, & voluntas in Deo p̃re non sunt formaľr idem. Confirmatur. Quia voluntas, vt est potẽtia Dei operatiua non potest h̃re duo obiecta sibi adæquata: quis possit habere vnum obiectum primariũ sibi adæquatum, & aliud secundarium virtualiter inclusum in primario: ergo voluntas, vt productiua potentia non habet duo producta sibi adæquata.

Filius nõ libere, sed naturaliter p̃ducitur. ¶Item ad principale arguitur. Filius Dei non libere, sed naturaliter producitur, econuerso autem Spiritussanctus non naturaliter, sed libere spiratur. Vnde Aug. 5. de tri. c. 3. Spiritussanctus: ideo non est filius: quia exit non quomodo natus, sed quomodo datus. Sed Spiritussanctus non potest dici liberè productus pp libertatem intrinsecam in productione sua, quæ non est in productione filij. Tum: quia productiones, quæ terminantur ad spiratum, & natum sunt æquè naturales, & æque naturaliter respiciunt oppositas relationes. Tum: quia actus volũtatis creatæ non est liber formaliter, sed solum denominatiuè à libertate voluntatis diuinæ: ergo Spiritussanctus producitur liberè, & non virtualiter: & filius econuerso: quia voluntas diuina est formaliter libera, & non intellectus.

¶Præte-

¶Præterea. Productiones non possunt esse diuersæ rationis nisi principia non sint idem formaliter, vel termini formales non sint idem formaliter, sed essentia, quæ est terminus formalis vtriusque est vna formaliter. ergo &c. Confirmatur. Quia quanuis productiones in Deo seipsis formaliter distinguantur, oportet tamẽ vt earum distinctio reducatur ad modum aliquem non identitatis in principijs productiuis aut terminis formalibus productionum. Tum, quia circunscriptis earum terminis formalibus, & principijs non distinguuntur. Tum, quia illæ productiones sunt habitudines, & relationes, quæ nõ distinguntur, nisi penes terminos, aut penes fundamenta, aut penes vtrunque.

¶Item si essentia diuina tantũ potest in duas productiones, aut determinatur ad eas ex se prout est eadem realiter, & formaliter? aut per proprietates relatiuas? aut per aliqua in essentia, quæ non sunt idẽ formaliter? Non primo modo, quia illud, quod est omnino idem realiter, & formaliter ex se non determinatur ad diuersa, quia ex se non habet, quod magis determinetur ad vnum, quàm ad aliud, cum secundum se vniformiter se habeat ad vtrunque. Nec secundo modo, quia proprietates relatiuæ originis, vel non different ab originibus, vel sequuntur actus originis, sicut sua fundamenta. Si tertio modo? habetur propositum. Confirmatur. Quia quicquid vnius rationis formaliter est principium diuersarũ productionum non determinatur ex se ad determinatum ordinem illarum productionum, sed vel ex ordine passorum, vel ex ordine passi in recipiendo formam. Exemplum primi, si idem obiectum moueat intellectum primo, & secundario voluntatem. Exemplum secundi, si idem ignis calefaciat, & rarefaciat aerem.

¶Præterea. 8 meta. si materia fuerit vna, & agens vnum, effectus erit vnus, sed productiones diuinæ sunt diuersæ, & passa sunt distincta, ergo est aliqua distinctio in principijs productiuis.

¶Preterea. Si aliqua sint idem realiter, & formaliter, quicquid per se conuenit vni sine connotatione, & respectu ad extrinsecum per se conuenit alteri, quia eidem inquantum eidem realiter, & formaliter non conueniunt opposita, sed aliquid conuenit intellectui diuino, quod non conuenit formaliter voluntati. Tum quia actus dicendi verbum est actus memoriæ. Sed actus dicendi verbum non est actus voluntatis sub ratione voluntatis, quia per actum voluntatis producitur Spiritus sanctus. Tum quia verbum producitur per actum intellectus non per actũ voluntatis, & Spiritus sanctus spiratur per actum voluntatis non per actum intellectus. Tum quia Deus ex natura rei intelligit per intellectum nõ per voluntatem, & vult per voluntatem non per intellectum, quia si vellet per intellectum sequeretur, ꝙ naturaliter vellet quicquid vellet, sicut naturaliter intelligit quicquid intelligit. Tum quia voluntas ex se determinatur ad volendum aliquod obiectum esse, intellectus ex se non determinatum ad intelligendũ illud obiectum esse. Tum quia intellectus diuinus intelligit mala, voluntas autem diuina non vult mala, ergo ista non sunt idem formaliter.

Guli. Ockã contra doct. in primo ubi supra.

CONTRA istam opi. arguo per vnum argumentum, quod est æqualiter contra distinctionẽ, vel nõ identitatẽ formalem vbicunq; ponitur, & arguo sic. Vbicunque est aliqua distinctio, vel non identitas ibi possunt aliqua contradictoria de illis verificari. Sed impossibile est contradictoria verificari de quocunque, nisi illa, vel illa pro quibus scilicet supponunt, sint distinctæ res, vel distinctæ rationes, vel res, & ratio, sed si omnia illa sunt ex natura rei non sunt distinctæ rationes nec res, & ratio, ergo erunt distinctæ res. Maior est manifesta, quia si .a. & b. non sunt idem omnibus modis: tunc sunt istæ ambæ verè .a. est idem .a. omnibus modis, & b. non est idem .a. omnibus modis, ita quòd esse idem .a. omnibus modis, & non esse idem .a. omnibus modis verificantur de a. & b. Et ita ipsi concedunt, quòd sapientia diuina est formaliter sapientia diuina, & bonitas diuina nõ est formaliter sapientia diuina, ita quòd esse formaliter sapientiam diuinam verificatur de sapientia diuina, & verè negatur de bonitate diuina, & ita vniuersaliter vbicunque est aliqua distinctio, vel non identitas, ibi verè contingit aliquid verè affirmari de vno, & verè negari de reliquo. Minorem probo, quia omnia contradictoria habent æqualem repugnantiam inter se: tanta enim est repugnantia inter animam, & non animam, asinum, & non asinum, quanta est inter Deum, & non Deum, siue ens, & nõ ens. Nisi fortè dicatur esse maior repugnantia inter ista, quàm illa propter maiorem perfectionem alicuius partis in vna contradictione, quàm in alia. Sed hoc non est ad propositum. Nunc autem ex aliquibus contradictorijs contingit inferre, quòd illa de quibus verificantur sunt distinctæ res, vel distinctæ rationes, vel res, & ratio, ergo vniuersaliter nunquã idem verè affirmatur, & verè negatur, nisi propter distinctionem rerum, vel rationum, vel rei, & rationis. Assumptum patet, quia sequitur formaliter .a. est & b. non est, ergo ibi est aliqua distinctio rerum, vel rationis, vel rei, & rationis. Exemplum primi, vt si substantia est, & accidens non est, sequitur ergo non sunt vna res, sed distinctæ res in actu, vel in potentia. Similiter si vnum ens rationis intelligitur, puta .a. & b. quod est ens rationis non intelligitur, sequitur ꝙ sunt distincta entia rationis. Similiter si .a. est extra animam, & b. non est extra animam, sed obiectiuè tantum in anima, sequitur ꝙ a. & b. distinguuntur sicut ens reale, & ens rationis, ergo (vt videtur) ex affirmatione, & negatione eiusdẽ de entibus realibus contingit inferre non identitatem realem, ergo si esse idem formaliter sapientiæ verè affirmatur de sapientia, & verè negatur à bonitate, oportet quòd sapientia diuina, & bonitas diuina importent aliqua, quæ nõ sunt idem realiter. Confirmatur ista ratio, quia qua ratione tu dicis aliquid posse verè negari de sapientia diuina, & verè affirmari de bonitate diuina, non obstante reali identitate, propter solam distinctionem formalem, eadem facilitate dicam vniuersaliter, quòd esse, & nõ esse verificantur de .a. & b. propter distinctionem formalem, non obstante quòd sit idem realiter, & ita perit omnis via probandi aliquam distinctionem, vel non identitatem realem inter quæcunque. Si enim dicas, quòd asinus non est rationalis, & homo est rationalis, ergo distinguuntur realiter homo, & asinus. Dicam quòd non sequitur, sed sufficit, quòd distinguantur formaliter.

¶Ad istud argumentum posset dici, quòd quando aliquid idem verè affirmatur, & verè negatur simpliciter, & absolutè sine additione alicuius modi, tunc contingit inferre non identitatem realem, & ideo bene sequitur, simpliciter .a. non est & b. est ergo est ibi non identitas realis. Similiter sequitur, sapientia diuina est sapientia diuina, & bonitas diuina non est sapientia diuina, ergo distinguitur realiter, vel non sunt idem realiter. Sed quando aliquid cum aliquo modo sinchategoreumatico affirmatur, & negatur non requiritur non identitas realis, sed sufficit non identitas formalis, ita est in proposito. Nam hæc est vera, sapientia diuina est formaliter sapientia diuina, & hæc similiter, bonitas diuina non est formaliter sapientia diuina. Sed hoc non sufficit, quia ita sunt ista contradictoria, esse formaliter sapientiam diuinã, & non esse formaliter sapien

tiam diuina, sicut illa, esse sapientiam diuinam, & non esse sapientiam diuinam. ergo ita ex illa contradictione contingit inferre non identitatem realem, sicut ex ista, vel qua ratione tu dicis, quòd ex ista non contingit inferre non identitatem realem, eadē ratione dicam ego quòd neç ex illa.

Nunc Guli. Ocham nititur soluere rōnes Sco.

AD PRIMAM rationem primæ opi. Responsio. q̧ ista consequentia non valet, infinita sapientia est formaliter infinita bonitas, ergo & sapientia in cōmuni est formaliter bonitas in communi, quia secundum istos ens dicit conceptum communem Deo, & creaturis, & tamen hæc est vera, sapientia infinita est formaliter ens infinitum, & hæc non est vera, sapientia in communi est formaliter ens in communi. Similiter hæc est vera, sapientia infinita est realiter ens infinitum, & tamen sapientia in communi non est realiter ens in communi, quia ista communia etiam secundum istos non sunt, nisi quidam conceptus, & conceptus secundum istos, vel tm̄ est ens rationis (quia aliter aliqua res esset communis Deo, & creaturis, & certum est, q̧ vnum ens rationis non est aliud ens rationis) vel conceptus est realiter actus intelligendi, & certum est, q̧ vnus actus intelligendi non est realiter alius actus intelligendi, ergo quanuis sapientia infinita sit formaliter ens infinitū, non oportet q̧ sapientia in communi sit ens in communi. Ad probationē q̄n dicitur, infinitas non destruit rationem formalē illius, cui additur. Cōcedo, & ideo quia infinitas præcisè additur cōceptibus, & non additur alicui rei sic dicendo, sapientia infinita est formaliter bonitas infinita, ideo cōcedo, q̧ illi conceptus simpliciter distinguntur, nec sunt vnus. Ista tamen diuersitate non obstante hæc est vera, sapientia infinita est formaliter bonitas infinita, quia in illa termini non supponunt pro conceptibus diuersis, quibus adderetur infinitas, sed pro ipsa re, quæ diuinitas est, cui nulla infinitas, nec aliquid additur, sed seipsa est infinita, & non per aliquid additum, & ideo si in illa, sapientia infinita est bonitas infinita, termini supponūt pro seipsis, sicut in ista, sapientia in communi est bonitas in communi, ita esset vna falsa, sicut reliqua falsa est.

Quid sit cōceptus.

¶Si dicatur, quòd quando aliqua communia distinguuntur quodlibet cōtentum sub vno à quolibet cōtento sub alio aliquo modo distinguitur, ergo omne contentum sub sapientia in communi aliquo modo distinguitur ab omni contento sub bonitate. Confirmatur, quia in libro prædicamentorum dicitur. Diuersorum generum. & non sub alternatim positorum diuersæ sunt species & differentiæ, ergo eadem ratione diuersorum generum in communi, non subalternatim positorum diuerse sunt contenta. Sed sapientia in communi, & bonitas in communi sunt diuersa communia, ergo habent distincta cōtenta. Nec valet dicere, q̧ sufficit, quòd aliqua contenta sint diuersa, quamuis non omnia, quia diuersorum generum, & communium subalternatim positorum aliqua contenta sunt diuersa, & non omnia.

In ante prædicamentis.

¶Ad istud respondeo, q̧ non oportet si sint aliqua diuersa cōia, quòd quodlibet contentum sub vno ab omni contento sub alio aliquo modo distinguatur, quia idem omnibus modis potest esse contentū sub vtroque, secundum philosophum libro topi. Ad cōfirmationem dico, quòd philosophus intendit de diuersis generibus ordinatis in eadem prędicamentali coordinatione, ita quòd primo vnum primum diuidatur in aliqua inferiora, quorum quodlibet immediatè negatur de alio, & vnum eorum, vel quodlibet eodē modo diuidatur in alia, quorum vnum vniuersaliter negetur à reliquo, & siç semper procedendo, sicut substantia diuiditur primo in substantiam corpoream, & incorpoream, & hæc est diuisio immediata, nulla substātia corporea est substātia incorporea, & econuerso. Vlterius substantia corporea diuiditur eodem modo in corpus animatum, & corpus inanimatum, ita quòd negatio vnius ab alio est immediata, & sic vlterius procedendo. Cōsimili modo si substantia incorporea continet multa genera sub se potest fieri consimilis diuisio. Et ideo in talibus generibus verum est, quòd quodlibet contentum sub vno distinguitur à quolibet contento sub alio: quod contingit pbare per illam propositionem immediatā, in qua negatur vnum diuidentium genus primo de alio diuidentium. Quando autem genus primū non diuiditur pprie per aliqua duo, quorum vnum vniuersaliter negatur ab alio, non oportet, q̧ omne contentum sub vno verè distinguatur ab omni contento sub alio. Et hoc est, quod dicit philosophus 4. topi. quòd quando aliquid continetur sub diuersis generibus, oportet q̧ vnum istorum generum contineatur, sub altero, vel ambo duo sub tertio: sicut ponitur exemplum de prudentia, quæ cōtinetur sub scientia, & virtute tanquam sub diuersis generibus, quorum neutrum continetur sub alio, sed ambo cōtinentur sub tertio: puta sub habitu, & dispositione. Hæc est etiā intentio philosophi 2. poste. vbi docet vnum modū diffiniendi per diuersa communia, quorum quodlibet est in plus, quam diffinitum, & tamen totū aggregatum est æquale diffinito, quod non esset possibile, nisi aliquod idem contineretur sub differentijs communibus non subalternis. Ideo dico, quòd aliquid vnum potest contineri sub diuersis communibus nō subalternis, & illa deitas potest contineri sub diuersis communibus in communi, vt sub sapiētia in communi, & sub bonitate in cōmuni, tanquam sub communibus quidditatibus, sicut post patebit, quamuis illa communia non sint subalterna: quia ambo continentur sub ente.

Substantia est indifferens secundum Scotū ad corporeā & in corpoream.

2\. AD secundam dico, quòd nō debet propriè concedi, quòd sapientia infinita includit formaliter bonitatem infinitam, sed propriè debet dici, & veraciter, quòd sapientia infinita est formaliter bonitas infinita. Et ideo dico, q̧ si sapientia infinita, q̄ Deus est diffiniretur, nō poneretur in sua diffinitione bonitas infinita, q Deus est, sed esset oībus modis ipsa sapientia infinita. Et q̄n dicitur, q̧ si sapientia infinita esset diffinibilis, & similiter bonitas infinita, q̧ essent diffinitiones distinctæ. Hoc est simpliciter falsum. Sed tantum esset vna diffinitio, quæ comprehenderet sapientiam in communi, & bonitatem in communi, cuius quælibet pars esset in plus, & totum æquale. Et si proteruiatur, quod aliud est quid nominis sapiētiæ infinitæ, & aliud bonitatis infinitæ, sicut aliud est quid nominis sapientiæ in communi, & bonitatis in communi: ergo si sapientia infinita, & bonitas infinita haberent quid rei, aliud esset quid rei sapientiæ infinitæ, & aliud bonitatis infinitæ. Dico quòd non sequitur: quia propriè quid nominis, non est, nisi conceptus, vel vocis, vel signi. Et ideo quia hic sunt conceptus distincti, & distinctæ voces, sapientia infinita, bonitas infinita: quia hic ponuntur conceptus communes, vel voces communes, quibus additur infinitum, ideo possunt esse distincta quid nominis. Sed nec talis distinctio, nec aliqua consimilis reperitur inter sapientiam infinitam, quæ haberet quid rei, & bonitatem infinitam, quæ haberet quid rei, ideo nō sunt ibi distincta quid rei, sed tm̄ vnum.

Quod sit pprio quid nominis.

¶Ad aliud concedo cum Doctoribus antiquis, quòd de Deo est aliqua prædicatio per identitatem, quæ non est formalis, nec in quid, cuiusmodi est ista prædicatio: essentia est paternitas, essentia est creatiua, & sic de alijs. Quælibet autem talis. essentia est intellectus, voluntas, sapientia, bonitas. vno modo accipiendo prædicata est prædicatio formalis, & in quid.

¶Ad

¶Ad aliud de Dam. Dico, quòd intelligit, ꝙ hoc nomen, qui est dicatur de diuina essentia in quid, & non hoc nomen sapientia, & tamen ꝙ sapientia dicatur in quid de sapientia diuina, quia vtrumq; dicitur in quid de essentia diuina. Sed intelligit, ꝙ secũdum proprietatem vocis magis dicitur in quid, quàm sapiens, iustum, & sic de alijs, quia qui est non importat aliquod accidens cuicunque alteri adueniens, etiam quãdo accipitur in communi. Sapiens autem, iustum, & sic alijs in communi accepta, importat aliquod accidens alicui alteri adueniens. Et quando dicitur vltra, ꝙ esse dicit quoddam pelagus substãtiæ infinitæ. Hoc intelligi debet intransitiuè id est ꝙ est quoddam pelagus, quod est infinita substãtia, non ꝙ sit quoddam pelagus continens, vel includens infinitatu substãtiam, vel infinitam perfectionem, vel infinitas perfectiones, sed est infinita substãtia, & infinita perfectio Et propriè loquẽdo nec est infinitę perfectiones realiter nec formaliter, nec includit, vel cõtinet infinitas perfectiones, nisi fortè creabiles (si infinitæ sint creabiles) quas continet virtualiter, tanquam res distinctas, saltem in potentia, quia potest eas producere. Et quando dicitur vltra, quòd alia nomina non dicunt substantiã, sed quæ circunstant substantiam.

Nota & bene.

Dico, quòd intentio Dama. est quòd vniuersaliter nullum nomen dictum de Deo dicit immediatè ipsam substantiã Dei, ita scilicet quòd apprehendendo nomen possumus immediatè apprehendere ipsam substantiã Dei, vel habere cognitionem propriam Dei, vel æqualentem. Sed dicunt immediatè cõceptus aliquos prædicabiles de Deo, qui non sunt ipse Deus, sed circunstant naturam Dei nõ per inhærentiam, vel informationem, sed per prædicationem. Et præcisè à nobis potest talis conceptus apprehẽdi immediatè pro statu isto, & nullo modo ipsa diuina essentia secundum vnam opi. vel non potest haberi cognitio propria de Deo ęquiualens secũdum aliam opi. Et quòd hæc sit intẽtio sua patet per ipsum. c. 4. vbi dicit sic. In Deo quod est impossibile est dicere secundum substantiã. Et post subdit. Quæcunq; autem dicimus affirmatiuè in Deo non naturam ipsius, sed ea, quæ sunt circa naturam eius ostendunt. Et si cum bonum, & si iustum, & si sapiens, & si quodcunque aliud dixeris, non naturam dicis Dei, sed ea, quę sunt circa naturam Ex ista auctoritate patet, quod vniuersaliter negat quodcunque nomen dicere naturam Dei, quia quocunq; nomine dicto nõ possumus apprehendere diuinam essentiam, sed tantummodo conceptum, qui circunstat diuinam essentiam per prædicationem. Vel non possumus habere cognitionem propriã de Deo, vel æquiualentem. Et ideo concedo, ꝙ diuina essentia non dicitur pelagus infinitę substãtię propter hoc, ꝙ multæ relationes rationis circa ipsam possunt causari, sed pp cãm dictã.

Nullum nomẽ de Deo, dicit immediate ipsam substantiam Dei.

¶Ad aliud. Aug. 8. de tri. Dico, ꝙ contingit probare, ꝙ non est maius duæ personæ, q̃ vna, quia non est verius, pp solam distinctionem conceptuum quantũcunq; in Deo nulla sit distinctio, tñ ista distinctio est alia, q̃ inter sapientiam, & sapiens: sicut post patebit.

¶Ad aliud dico ꝙ non distinguuntur secundum respectus rationis, sed tantum distinguuntur ratione, & illa distinctio sufficit ad probandum vnũ per aliud. Et quãdo dicitur ꝙ tunc æquè perfectè cognosceretur Deus, cognoscendo ipsum sub vno attributo, sicut sub ratione omnium attributorum. Dico, ꝙ consequentia non valet, quia secundũ istos etiam Deus non potest cognosci nisi sub aliquo conceptu, & tamen perfectius cognoscitur, quãdo cognoscitur sub pluribus, quàm sub vno. Vltra dico, quòd non est talis ordo, ita ꝙ vnum realiter sit propinquius essentiæ, quàm aliud, vnum tamen potest nobis esse priuatorum prædicari de Deo, vel de pronomine demonstrante Deum, quàm aliud. Et ad hoc sufficit distinctio talis conceptuum.

¶Ad vltimam auctoritatem dico, ꝙ non accipit æqualitatem proprie, sed pro non inæqualitate. Nec tam dico, quòd aliquid sub vna relatione rationis est sibi æquale sub alia relatione rationis. Nec etiam aliquid sub vno conceptu est sibi ęquale sub alio propriè, sed illud est sibiipsi æquale impropriè, hoc est non inæquale.

AD PRIMAM rationem pro illa opi. dico, ꝙ distinctio emanationũ diuinarum non præsupponit distinctionem principiorũ elicitiuorum, nec ex natura rei, nec distinctionem rationis. Sed sicut videmus in creaturis, ꝙ idem principiũ totaliter est principium elicitiuum diuersorum, ita est in diuinis.

Guliel. ad rõnes Sco. respondit.

¶Ad aliam dico, ꝙ propriè accipiẽdo libertatem, & strictè, secundum ꝙ distinguitur contra principiũ actiuum, vel productiuũ naturale, non est concedendum, ꝙ vna emanatio sit per modũ intellectus, siue naturę, & alia per modum voluntatis, siue libertatis, quia hoc esset dicere, ꝙ vna persona produceretur naturaliter, & alia non produceretur naturaliter, sed liberè. Sed hoc est impossibile, quia propriè loquendo nihil producitur liberè, & non naturaliter, nisi qđ producitur contingenter, & potest produci, & non produci, sed quælibet persona necessario, & naturaliter producitur. Nam ita ex natura habet pater producere Spiritum sanctum, sicut filium, & ita necessario producitur Spiritus sanctus, sicut filius. Tamen metaphoricè loquẽdo, & large potest aliquo modo concedi, ꝙ vna persona producitur per modum naturæ, siue intellectus, & alia per modum voluntatis, siue liberè. Et hoc sic intelligẽdo, ꝙ intellectus, & voluntas vno modo prout vsitantur à sanctis connotãt actum generandi, & actum spirandi, ita ꝙ intellectus dicit ipsam diuinã essentiam elicitiuam actus generandi, & voluntas dicit ipsam diuinã essentiam elicitiuam actus spirandi. Et isto modo cõcedi potest, ꝙ filius producitur per modum intellectus, & Spiritus sanctus per modum voluntatis. Alius tñ intellectus potest haberi, sicut post declarabitur. Concesso etiã cum eis, ꝙ filius producitur naturaliter, & Spiritus sanctus liberè, & ꝙ principiũ elicitiuum aliter se habet ad productionem filij, & ad productionem Spiritus sancti. Dico, ꝙ non oportet pp istam diuersitatem ponere talem distinctionẽ inter principia elicitiua, quia sicut dictum est distinctione præcedenti. Idẽ totaliter indistinctum re, & ratione, potest esse principium naturale respectu vnius, & principium liberum respectu alterius. Et idem principium potest se habere aliter ad vnum, & aliter ad aliud, & ita omnis talis alietas, vel diuersitas, ita potest saluari per vnum principium elicitiuum, sicut per plura.

¶Et si dicatur, quòd opposita modi principiandi non possunt conuenire eidem formaliter.

¶Dico, ꝙ tales modi principiandi scilicet naturaliter, & liberè non possunt simul competere eidem respectu eiusdẽ. Quod tamen conueniat eidem respectu diuersorum non est inconueniens, & fortè nõ est inconueniens, ꝙ competat eidem diuersis temporibus, aliter, & aliter disposito etiam respectu eiusdẽ, sicut tactum est in distinctione præcedenti.

¶Ad aliam rationẽ qñ accipitur. Quicquid vnũ, & idem formaliter ens est principiũ producẽdi plura supposita eiusdem naturæ nõ determinatur ex se ad certã pluralitatẽ producendorũ. Dico, ꝙ hæc propositio non est vniuersaliter vera. Si tñ accipiat, ꝙ sit principiũ producendi plura supposita eiusdẽ naturę numero, nõ põt inueniri instantia, nisi in proposito, quia nusquã alibi possunt esse plura supposita in certo numero possibili eiusdem naturæ. Si autem accipiatur, ꝙ sit principium producẽdi plura supposita

eiusdem naturę specie, & non numero, sic potest pro. posito concedi, q̃a in nulla specie possunt à quocunque agente produci tot supposita, quin possint plura produci. Si autem producta sunt eiusdem generis, & non eiusdem speciei, potest tale principium ex se determinari ad certam pluralitatem secundũ speciem. sicut sol est principium producendi plures effectus secundum speciem, & ex se determinatur ad illos, ita q̃ alios secundum speciem non potest producere. Ita dico in proposito, q̃ quia ista supposita non sunt omnino eiusdẽ rationis, quin sit maior distinctio inter patrem, & filium, & Spiritum sanctũ, quàm esset inter istas personas, si quælibet earum esset pater, vel quælibet filius, vel q̃libet Spiritus sanctus, sicut post dicetur. Ideo idem principium potest determinari ex se ad certam pluralitatem. Sicut secundum opin. Aui. Eadem intelligentia est principium immediatè producendi aliam intelligentiam, & corpus cęleste, & determinatur ex se ad certam istam pluralitatem. Ita in essentia diuina vnica existens est principiũ producendi filium, & Spiritum sanctũ, & ex se determinatur ad istam pluralitatem. Ad probationem quando accipitur, q̃ talis principij virtus productiua non est adæquata per vnam productionem, nec per vnũ productum. Dico quòd virtutem productiuã adæquari per aliquam productionem põt intelligi multipliciter. Vno modo, q̃ productum sibi adæquetur secundum perfectionem ita q̃ sit æqu. perfectum. Alio modo q̃ productum sit perfectissimum productum in quod potest, & hoc potest intelligi dupliciter, vel positiuè, quia est perfectius omni alio, vel negatiuè, q̃ nihil est illo perfectius producibile ab illo principio. Alio modo accipitur, q̃ producatur secundum totam virtutem, & secundum vltimum potentiæ, & toto conamine illius virtutis. Quarto modo potest intelligi ista adæquatio quasi extensiua, quia potest in istam productionem, & nullam aliam. Primo modo dico, quòd talis virtus productiua potest adæquari per primam productionem, quia primũ productum potest esse æquale sibi in perfectione. Et quando dicitur, ergo non potest in aliam æque perfectam. Nego consequentiam. Ponatur enim quòd sit aliquis calor, qui in aliquo passo possit producere caliditatẽ sibi æqualem, iste calor simul, & semel in alio passo æqualiter disposito, & æqualiter sibi approximato producet æqualem calorem sibi, & alij calori. Cuius ratio est, quia virtus productiua caloris per hoc, quòd producit istum calorem, in nullo penitus impeditur ad producẽdum alium calorem æquè perfectũ, nisi fortè per accidens, quia in agendo diminuitur à reagente. Et quando dicitur, quòd tale principium productum producit toto conamine, & secundum omnem gradum actiuitatis suæ. Cõcedo, quia calor producendo hunc calorem producit toto conamine, & secũdũ oẽ gradum. Sed ex hoc non sequitur, quòd non possit alium æquè perfectũ producere. Ita etiam sol secundum totum conamen suum, & secundũ omnem gradum perfectionis suæ, & secundum omnem gradum actiuitatis suę producit aliquid imperfectius, & tamen per eandem virtutem totaliter potest producere aliud, non tantum æquè perfectũ, sed etiam aliquid multo perfectius. Ita dico in proposito, quòd pater secũdum omnem gradum perfectionis sua, & toto conamine producit filium, & eadem virtute, & perfectione producit Spiritum sanctum æquè perfectũ. Et ita isto modo intelligendo adæquationem, virtus productiua est per quamlibet adęquata, & ita per primam, sicut per secundam. Secundo modo intelligendo adæquationem, & hoc positiuè. Dico, q̃ virtus pductiua adæquata per vnũ productum non potest in aliud æquè perfectũ. Sed isto modo virtus diuina non adæquatur per aliquam vnam productionem: quia nec per primam, nec per secundam. Sed per illas duas simul: quia scilicet illa duo producta sunt perfectiora omnibus alijs productionibus à Deo, & ibi est status, nec est possibilis tertia. Et hoc est ex natura rei, quæ ex se determinatur ad istas. Si autem intelligatur illa productio negatiuè, sic dico, sicut primus, quòd virtus productiua adæquata per vnum productum potest in aliud æque perfectum, sicut declaratum est de calore. Si dicas, quòd hoc est propter diuersa passa. Hoc nihil refert quantum ad adæquationem: quia æqualiter adæquatur si producatur p se, sicut si produceretur in passo, & ẽ conuerso. Et ita semper habetur ista propositio, quòd virtus productiua adæquata per vnum productum potest in aliud æque perfectum. Tertio modo dico, quòd virtus adæquata per vnum productum non tantum potest in æque perfectum, sed etiam potest in perfectius. Sicut sol in producendo calorem virtus sua adæquatur: quia producit secundum vltimum suæ potentiæ, & toto conamine, & tamen potest producere vermem, qui est multo perfectior calore. Si dicas, quòd hoc est propter diuersitatem passi. Dico, quod nihil refert quin semper sit illa propositio vera, quòd virtus adæquata isto modo potest in perfectius. Similiter si esset aliqua voluntas, quæ posset contingenter producere diuersas volitiones diuersarum specierum per se subsistentes illa voluntas secundum vltimum suæ potentiæ posset producere vnum indiuiduum speciei imperfectioris, & per consequens virtus sua productiua esset adæquata, & tamẽ posset producere aliud perfectius. Quarto modo dico, quod virtus productiua adæquata per vnum productum non potest in aliud æque perfectum. Sed isto modo virtus productiua diuina non est adæquata per vnam productionem, nec per aliam, sed per ambas simul. Et ideo in nullam aliam intrinsecam potest.

§ Ad confirmationem dico, quòd eadem virtute producuntur ista duo supposita ordine quodam: quia scilicet primum productum est productiuum secundi producti. Et quando dicitur. Ergo in prima productione virtus ista non fuit exhausta. Concedo quòd nec in prima, nec in secunda est exhausta. Sicut nihil exhauritur de sole per hoc, quod producit vnum effectum, vel alium. Vnde illud est verbum metaphoricum, & impropriè dictum. Et quando dicitur. Si non est exhausta ergo non est adæquata? Patet quomodo est adæquata, & quomodo non. Per prædicta, patet etiam quomodo virtus productiua, si producat pluribus productionibus eiusdem rationis, vel alterius rationis, quomodo vnum illorum productorum adæquat virtutem productiuam, & quomodo non adæquat, & quomodo idem potest producere plura producta adæquata sibi in perfectione. Et quando dicitur. Omne productum adæquatum producenti in perfectione entitatis, adæquatur sibi in perfectione suæ actiuitatis. dico, quòd aliquid adæquari alicui in perfectione suæ actiuitatis potest intelligi dupliciter. Vel quia est æque perfectum cum illo principio actiuo, & sic concedo: quia idem est. Vel quia est omne productum, vel productibile ab illo principio actiuo. Et hoc est nihil aliud posse correspondere illi principio actiuo. Et sic dico, quòd aliquid adæquatur alicui in perfectione entitatis, & tamen nõ in perfectione suæ actiuitatis. Et ita est in proposito, sicut patet de vno calore producente duos calores sibi æquales in perfectione, quorum tamen neuter est sibi æqualis in perfectione actiuitatis suæ isto secundo modo. Primo modo si vnum productum adæquat virtutem productiuã in perfectione actiuitatis suæ: illa virtus potest se extendere in alium terminum æque perfectum. &

sic

Opinio Auicenn. 9 met. cap. 4

Virtus productiua potest intelligi multipliciter.

Nota responsiones Guilelmi Occham.

Virtus productiua diuina quõ sit adæquata.

sic est in diuinis. Secundo modo non. Ad confirmationem dico, quòd pater habet filium tanquam obiectum primarium, & adæquatum, & similiter Spiritum sanctum, & seipsum, & ita sunt ibi duo producta, quorum vtrunque est obiectum adæquatum voluntatis diuinæ. Et si dicatur. Ergo sunt duo obiecta primaria. Non sequitur. Sicut non sequitur. pater est ens infinitum, filius est ens infinitū. ergo sunt duo entia infinita, tamen sunt duo supposita, quorum vtrunque est obiectum primarium, & adæquatum vno modo: igitur sunt duo producta adæquata vno modo.

¶ Ad aliam rationem patet, quòd omnis libertas respectu Spiritus sancti, quæ non est respectu filij, etiam si per impossibile esset ibi libertas contradictionis, & contingentiæ, siue indifferentiæ, posset saluari per vnum principium formaliter, quod respectu vnius esset naturale, & respectu alterius liberum, sicut per duo, quorum vnum esset naturale, & alterum liberum.

¶ Ad aliud dicitur, quòd productiones sunt seipsis distinctæ, & si requirant aliquam distinctionem, sufficit distinctio terminorum productorum. Ad confirmationem dico, quòd non oportet, quòd distinctio productionum reducatur ad aliquam distinctionem, nec in principijs productiuis, nec in terminis formalibus. Et quando dicitur, quòd circunscriptis earum principijs productiuis, & terminis formalibus non distinguuntur. Dico, quòd si circunscribantur realiter verum est, ex hoc tamen nō sequitur, quòd distinctio earum reducatur ad illam distinctionem, tanquam primam. Si autem circunscribantur per intellectum remanebunt distinctæ. Vnde si per impossibile, vel possibile viderentur intuitiuè productiones illæ, non visa aliqua persona, nec visa essentia. Dico, quòd talis intellectus videret illas productiones distingui. Et quando dicitur, quòd relationes non distinguuntur, nisi penes fundamenta, vel terminos, &c. Dico, quòd seipsis distinguuntur formaliter, nunquam tamen, siue distinctione fundamentorum, vel terminorum, non tamen tanquam præuia, & hoc saltem verum est, quando ipsæ relationes sunt cōstitutiuæ, & essentiales ipsius, sicut in proposito, vt post dicetur.

Quō relatio nes distinguantur secundum Occham.

¶ Ad aliud dico, quòd aliquod determinari ex se ad diuersa potest intelligi dupliciter. Vel quòd determinetur ad vnum, ita quòd respiciat vnum, & nō aliud, & fiat proprium vni. Et isto modo essentia diuina, nec ex se, nec ex alio, nec quocunque modo potest determinari ad duas productiones: quia includit contradictionem, scilicet quòd essentia sit propria vtrique, & neutri. Aliter potest intelligi, quòd determinatur ex se ad diuersa: quia ex se respicit illa diuersa, & quodlibet illorum illo modo, quo natū est respicere, & sic essentia diuina ex se determinatur ad duas productiones, & cum hoc stat, quòd vniformiter se habeat ad vtrunque. Isto modo enim calor approximatus æqualiter diuersis passis æque dispositis ex se determinatur ad producendum diuersos calores, & tamen ad quemlibet se habet vniformiter.

¶ Ad confirmationem dico, quòd non plus possunt diuersa principia formaliter determinari ad determinatum ordinem productuum, quàm idē principium formaliter: quia inter productiones, vel producta non potest esse ordo, nisi quia vnum est pars, vel causa alterius, vel perfectius alio. Sed omnia illa poterunt contingere si producantur ab vno principio formaliter, sicut si producantur à duobus. Ita enim potest idem principium formaliter producere primo partem secundo totum, sicut eadem virtus generatiua primo producit partem corporis humani, secundo totum, sicut si essent distincta principia productiua. Sicut sol eadem virtute formaliter illuminat partem aeris, & totum aerem. Et similiter eadem causa poterit primo producere aliquem effectum, & postea cum illo tanquam causa partiali poterit producere alium effectum. Ita est in proposito, quòd pater producit filium, & pater, & filius producunt Spiritum sanctum per eandem virtutem. Et si quæratur, quæ est causa? Dico, quòd ita est, sed sola fide est hoc tenendum, nec est possibile aliquem in via ista scire quare ita est.

Quare pater producit filium, & pater, & filius producunt spiritū sanctū.

¶ Ad aliud: dico, quòd auctoritas philosophi, & Commen. est intelligenda de formis incompossibilibus, & agentibus naturalibus.

¶ Ad aliud concedo maiorem. Et ideo concedo, quòd quicquid conuenit illi rei, quæ est intellectus diuinus, conuenit illi rei, quæ est voluntas diuina, & econuerso: tamen aliqui termini possunt eandem rem principaliter importare, & alia distincta connotare, propter quæ distincta cōnotata potest aliquod verè prædicari de vno, & verè negari de reliquo, sicut dictum est prius. Et ita est in proposito, quòd intellectus diuinus, & voluntas diuina, hoc est isti termini connotant determinato modo grammaticali, vel logicali aliqua distincta secundum vsum sanctorum, & doctorum, ideo potest aliquid cōuenire vni, & non alteri.

¶ Per hoc ad primam probationem. Si debeat cōcedi, quòd actus dicendi est actus memoriæ, & non actus voluntatis, debet concedi sub isto intellectu, quòd actus dicendi est actus memoriæ, hoc est actus elicitus ab essentia diuina tanquam actus generandi, ita quòd memoria totum istud importat, scilicet essentiam diuinam elicientem actum generandi, & voluntas totum illud, scilicet essentiam productiuā actus spirandi, & ita ex modo significandi secundum vsum loquentium sequeretur, quòd si actus generandi esset actus voluntatis, quòd esset ille actus, quo essentia est elicitiua actus spirandi, & ita esset actus spirandi: quia actus spirandi est principium spirandi Spiritum sanctum. Similiter dico, quòd Deus intelligit per intellectum, & per illam rem, quæ est realiter, & formaliter voluntas. Dicitur tamen non intelligere per voluntatem: quia non omne, quod intelligit, intelligit vniuersaliter per voluntatem, & quæ sit causa istius post dicetur. Si dicis, quòd circunscribendo omnia talia connotata, & loquendo præcisè de ipsa re, hæc est vera. Actus dicendi est actus memoriæ, & non actus voluntatis. Et similiter Deus intelligit per intellectum, & non per voluntatem. ergo in ipsa re est aliqua distinctio, vel non identitas. Dico, quòd circunscribendo omnia cōnotata, ita quòd per ista nomina, intellectus, voluntas, intelligere, velle, nihil connotetur, sed præcisè significetur hoc nomine intellectus illa res, quæ est formaliter intellectus: & hoc nomine voluntas præcisè illa res absoluta, quæ est formaliter voluntas, & sic de alijs nominibus, & non plus hac institutione noua vocabuli facta ita hæc erit vera. actus dicendi est actus voluntatis, & Deus intelligit per voluntatem, sicut non intelligit per intellectum; quia tunc termini de nouo instituuntur ad significandum. Et ideo non est mirum, si illa propositio est vera, quæ prius falsa erat. Si dicis. volo circunscribere omnia connotata sine noua institutione vocabuli. Respondeo, quòd hoc non est possibile. Vnde si ista vox homines, præcisè significaret illud, quod hoc nomen homo significat, & non haberet alium modum grammaticalē, puta quòd non plus esset pluralis numeri, quàm homo, & sic de alijs grammaticalibus, quod non esset bene possibile, nisi de nouo instituendo ad significādum, qua institutione facta, ita hæc esset vera. homo est

Quid importat memoria.

Quō Deus intelligat per intellectum, & non per voluntatem.

Quō Deus intelligat per volūtatem.

est homines. sicut homo est homo. Si dicas. nolo loqui de vocibus, sed tantum de rebus. Dico, quòd quamuis velis loqui tantum de rebus, tamen hoc nõ est possibile, nisi mediantibus vocibus, vel conceptibus, vel alijs signis. Et ideo secundum quòd illa signa quæcunque fuerint, aliter significant, & connotant, vel non connotant aliter ad propositiones respõdendum erit modo prædicto.

Deus intelligit mala, & non vult.

¶ Per idem patet ad aliam probationem, quòd Deus intelligit mala, & non vult, non propter aliquam distinctionem, vel non identitatem à parte Dei, sed propter non identitatem à parte creaturæ, sicut Deus beatificat Petrum, & non damnat Petrũ. hoc non est propter aliquam distinctionem formalem inter virtutem diuinam beatificantem, & damnantem, sed propter distinctionem inter pœnam æternam, & vitam æternam: quia per istam. Deus beatificat Petrum, importatur totum istud, Deus dat Petro vitam æternam, & per istam, Deus non damnat Petrum, denotatur totum istud, Deus non punit Petrum pœna æterna. Et ita possunt verificari sine omni distinctione à parte Dei propter non identitatem, vel varietatem à parte creaturæ: quia Deus per eandem virtutem omnibus modis dat Petro vitam æternam, & non dat sibi pœnam æternam. Similiter Deus potest creare aliqua, & nõ creat illa, extra hoc non sequitur, quòd posse creare, & non creare distinguantur formaliter in Deo. Ita in proposito Deus vult a. per istam importatur, quòd a. sit. hoc autem non importatur per istam. Deus intelligit a. & ideo ista possunt verificari sine omni non identitate Dei, sicut & ista, Deus potest creare a. Deus non creat a. Similiter per istam, Deus vult malum, nihil importatur, nisi quòd Deus facit aliquid, quod facere non debet, & per consequens eo ipso importatur, quòd sit creatura, ita quòd per faciens malum importatur res faciens aliquid, quod non debet, quod potest soli creaturæ conuenire. Per istam autem, Deus intelligit malum, nõ importatur, nisi quod Deus facit, vel permitut aliquid fieri ab aliquo creato, quod non deberet illud facere, & ita aliud connotatur per vnam, & per aliud. Et propter hoc sine omni nõ identitate à parte Dei possunt ista verificari.

Quicquid Deus intelligit naturaliter intelligit.

¶ Per idem patet quomodo sine omni non identitate a parte Dei possunt ista verificari. quicquid Deus intelligit naturaliter intelligit, non quicquid Deus vult naturaliter vult: quia quicquid Deus intelligit, necessariò est aliquid, siue ens reale, siue ens rationis. quod modo sic sibi conuenit, vel est, vel potest esse, & tamen non quicquid Deus vult, necessariò potest inesse. Et ideo non necessariò, nec naturaliter vult. Eodẽ modo possunt aliæ cõsimiles propositiones (quæ videntur contradictoriæ) concedi, quæ tamen secundum rei veritatem non sunt contradictoriæ propter talem connotationem, & hoc est quod dicit Magister lib. 1. distin. 35. quòd Deus propter diuersos effectus sortitur diuersa vocabula, sicut prouidentiam, prædestinationem, præscientiam. Et sic de alijs. Et propter talem diuersam connotationem conceditur, quòd Deus aliquos prædestinat, & alios præscit, & non prædestinat, & sic de alijs sine omni non identitate à parte Dei. Et ideo si ista nomina, intelligere, velle, & sic de alijs, non essent connotatiua, sed præcisè quodlibet istorum importaret illam rem absolutam, quæ Deus est, sine omni connotatione, non plus hæc esset vera Deus intelligit mala, quàm illa Deus vult mala. Et sic argumentis Sco. respondet. In corpore tamen quæstionis sic ponit opi. suam: dicens. Ideo propter istam rationem dico, quòd

Sapientia diuina omnibus modis est eadem essentiæ Diuinæ

sapientia diuina omnibus modis est eadem essentiæ diuinæ, quibus essentia diuina est eadem essentiæ diuinæ, & sic de bonitate diuina, & iustitia, nec est penitus aliqua distinctio ex natura rei, vel etiam non identitas. Cuius ratio est: quia quamuis talis distinctio, vel non identitas formalis possit poni æque faciliter inter essentiam diuinam, & sapientiam diuinã, sicut inter essentiam, & relationem: quia tamen est difficillima ad ponendum vbicunque ponatur, non credo eam esse faciliorem ad tenendam, quàm trinitatem personarum cum vnitate essentiæ. ideo non debet poni, nisi vbi euidenter sequitur ex traditis in scriptura sacra, vel determinatione ecclesiæ, propter cuius auctoritatem debet omnis ratio captiuari. Et ideo cum omnia tradita in scriptura sacra, & determinatione ecclesiæ, & dictis sanctorum possint saluari, non ponendo eam inter essentiam, & sapientiã, ideo simpliciter nego talem distinctionem ibi possibilem, & eam vniuersaliter nego in creaturis: quamuis posset teneri in creaturis sicut in Deo, &c. Et multa alia dicit iste Doc. quæ prolixitatis vitandæ causa omitto.

secundum Ochã, quòd est falsum secundum Scotum.

Respõsiones Ochã ad rationes Sco.

AD rationes Sco. Ad primam istorum primo reduco rationem cõtra suum auctorem dupliciter. sic primo. Si infinita sapientia esset realiter infinita bonitas, sapientia in communi erit realiter bonitas in communi, consequens est falsum, igitur, & antecedens. si ratio sua sit bona, quod tamen est falsum, & contra eum, cõsequentia probatur sicut, & sua: quia infinitas non destruit realiter rationem illius, cui additur sicut nec formaliter: quod patet etiam per probationem suam: quia in quocunque gradu intelligitur esse aliqua perfectio, quæ tamen est gradus illius perfectionis, non tollitur ratio realis illius perfectionis, propter illum gradum, sicut nec formalis, & ita secundum eum si non includit realiter, vt in communi, nec vt infinita. Fortè dicetur, quòd sapientia, & bonitas in communi nõ sunt idem, nec distincta realiter: quia non sunt entia realia, sed rationis tantum. Ista tamen euasio est nulla propter duo. Primo, quia ita diceretur sibi, quòd sapientia, & bonitas in communi non sunt idem, nec distincta formaliter, accipiendo formalitatem ex natura rei, sicut nunc loquimur. Secundo quia ista communia iuxta doctrinam suam, & suorum sunt verè realia, & non rationis tantum. Reduco igitur rationem secundo sic. Perfectiones attributales in primo secundum istum Doctorem non sunt infinitæ, nisi propter identitatem, cum essentia: igitur eodem modo, quæ sunt idem essentiæ diuinæ sunt infinitæ, & non aliter, sed non sunt idem ei formaliter secundum eum, sed solum realiter, cuius oppositum sumit in ista ratione: vel si sunt infinitæ formaliter, (vt ipse dicit) sequitur quòd sint idem essentiæ diuinæ formaliter, & per consequens inter se, quod est intentum. Ad formam igitur rationis nego consequentiam: quia non sequitur. infinita sapiẽtia est formaliter infinita bonitas. igitur sapientia in communi est formaliter bonitas in communi, sicut nec sequitur. sapientia infinita est realiter bonitas infinita: igitur bonitas in communi est realiter bonitas in communi. Ratio huius est: quia sapientia infinita, & bonitas infinita sunt, aliquid in re circunscripta operatione intellectus, sapientia autem in communi, & bonitas in communi non: quia ista communia non sunt, nisi quidam conceptus, vel entia rationis. Constat autem, quòd non est bona consequentia secundum eos ex identitate formali, quæ est ex natura rei inferre identitatem rationis, cum distinctio rationis sit minor distinctione quacunque ex natura rei. sicut non est bona consequentia per eos ex identitate reali inferre identitatem formalem: quia distinctio, vel non identitas formalis (vt dicunt) est minor distinctione reali.

¶ Et ad probationem quãdo dicitur, quòd infinitas non destruit rationem formalem illius, cui additur.

¶ Dicunt

Ockam in 1.d.2.q.1.

¶ Dicunt aliqui, quòd infinitas præcisè additur conceptibus, & non alicui rei sic dicendo. sapientia infinita est formaliter bonitas infinita. Et ideo concedunt, quòd isti conceptus semper distinguuntur, nec sunt vnus. Ista tamen diuersitate nō obstante hæc est vera sapiētia infinita est formaliter bonitas infinita: quia in ista termini non supponunt pro conceptibus diuersis, quibus additur infinitas: sed pro ipsa re, quę deitas est, cui nulla infinitas, nec aliquid additur, sed seipsa est infinita, & non per aliquod additum: & ideo si in illa, sapientia infinita est bonitas infinita, termini supponunt pro seipsis, sicut in ista, sapientia in communi est bonitas in communi, ita erit vna falsa, sicut reliqua. Sed ista euasio est nulla: quia nō est realis, sed tantum vocalis. Non est enim intentio arguentis, quòd infinitas sit nullus modus realiter superadditus sapientiæ, & bonitati diuinæ, cum sit modus eius intrinsecus secundum eum, sed intelligit, quòd sapientia infinita, quia infinita, non perdit rationem formalem sapientiæ: quia hæc est vera (vt termini supponunt pro re non pro seipsis) sapientia infinita est formaliter sapientia, & similiter hæc bonitas infinita est formaliter bonitas. Et ex hoc videtur eis, quòd si sapientia in communi, & bonitas in communi formaliter distinguantur: quòd sapientia infinita, & bonitas infinita formaliter distinguerentur: sic enim intelligunt, quòd infinitas non destruit rationē formalem illi, cui additur, & ad istum intellectum nihil dicitur.

Infinitas est modus intrinsecus.

¶ Et ideo dico aliter, & concedo, quòd infinitas non destruit rationem formalem Illius, cui additur, sicut nec realem: quia sapientia infinita est formaliter, & realiter sapientia, & similiter bonitas: sed ex hoc non sequitur, quòd si bonitas in communi non est formaliter sapientia in communi, quòd bonitas infinita non sit formaliter sapiētia infinita, sicut nec sequitur, sapientia in communi non est realiter bonitas in communi. igitur sapientia infinita nō est realiter bonitas infinita. Ratio huius est: quia sapientia, & bonitas in communi non solum prædicantur de sapientia, & bonitate infinita, sed etiam de sapientia, & bonitate finita, quæ realiter, & formaliter distinguuntur. Et ideo sapientia in communi, nec realiter, nec formaliter est bonitas in communi, & poterit (tamen hoc non obstante) sapientia infinita esse bonitas infinita formaliter, sicut, & realiter.

¶ Ad secundum nego minorem: quia si sapientia infinita, quæ Deus est, & bonitas infinita essent diffinibiles nō haberent diuersas diffinitiones, sed vnam præcisè, & hæc esset diffinitio diuinitatis. Et ad probationem dicitur, quòd non est bona consequentia. Alia est diffinitio bonitatis, & sapientiæ in communi: ergo & bonitatis, & sapientiæ infinitæ. Responsio patet ex dictis: quia bonitas, & sapientia in communi dicuntur de sapientia, & bonitate creata, quæ realiter, & formaliter distinguuntur. Et ideo earum diffinitio non est vna, non obstante, quòd diffinitio infinitæ bonitatis, & sapientiæ sit vna tantum.

¶ Ad tertium dico, quòd perfectio attributalis quantum ad rem significatam dicit præcisè illā diffinitionem, quæ est in re; quia dicit præcisè rem, quæ est diuinitas per exclusionem omnis distinctionis, & non identitatis ex natura rei. Et quando dicitur. nomina igitur attributa sunt sinonima. Nego: quia colligitur ab eis ratio sinonimorū; quia ista vna res, quæ ponitur indistincta æquipollet distinctis rebus, vt patet ex dictis Sco. vbi supra.

Prima ratio Sco.

¶ Contra istam conclusionem idem Doc. arguit. Primo sic. Omnis distinctio, quæ cognoscitur intuitiuè ab intellectu est ex natura rei. distinctio attributorum est huiusmodi: igitur &c. Maior patet: quia notitia intuitiua non terminatur ad rem, nisi secundum suam existētiam realem. Minor probatur: quia distinctio attributorum cognoscitur ab intellectu diuino, cuius omnis notitia est intuitiua, cum omnis alia notitia ab intuitiua sit imperfecta.

¶ Præterea. Vel perfectiones attributales in primo distinguuntur ex natura rei, vel per actum intellectus diuini. Si detur primum? habetur propositum. Si detur secundum? quæritur quomodo differt intellectus diuinus à natura diuina vel ex natura rei? vel secundum rationem? vel nullo modo? si primum? habetur propositum, vt prius: quia idem iudicium est de omnibus. Si detur secundum? Contra Distinctio præcedens rationem principij distinctiui non est per illud distinctiuum, sed distinctio naturæ, & intellectus præcedunt intellectionem, quæ est principium distinctiuum eorum, quæ distinguūtur secundum rationem: igitur distinctio eorū non est secundum rationem, siue per intellectum. Si detur tertium? adhuc habetur propositum: quia tunc distinctio per intellectum esset distinctio per naturam, siue ex natura rei; quia quicquid distinguitur intellectione, vt est omnino indistincta à natura, distinguitur realiter à natura. Igitur &c. *Secunda.*

¶ Præterea. Distinctio emanationum necessariò præsupponit distinctionem attributorum, sed non præsupponit necessariò distinctionem, quæ tantum est rationis: igitur distinctio attributorum non est tantum rationis, sed aliquo modo ex natura rei. Maior patet: quia distinctio emanationum necessariò præsupponit distinctionem principiorum elicitiuorum, sed huiusmodi principia sunt intellectus, & voluntas: ergo. Minorem probo: quia nulla distinctio realis præexigit necessariò distinctionem, quæ tantū est rationis, sicut nec aliquod, quod est verè reale pręexigit aliquod, quod est verè ens rationis. Sed distinctio emanationum diuinarum est verè realis: igitur. Et confirmatur: quia si nulla distinctio ex natura rei præcedit distinctionem emanationum diuinarum personarum: sequitur quòd non sit vna productio in diuinis per modum intellectus, siue naturæ, & alia per modum libertatis, siue voluntatis, & per consequens filius non magis erit quomodo natus, quàm Spiritussanctus, quod est contra August. 5. de trinitate. c. 3. dicentem. Quia ideo Spiritussanctus nō est filius, quia non exit quomodo natus, sed quomodo datus. consequentia patet: quia stante supposito nullum principium præcedit, quod se habeat aliter ad vnam productionem, quàm ad aliam. *Tertia.*

LANDVLPHVS in prolo. q. 1. art. 3. Istam rationem Doc. deducit primo sic. Emanationum distinctarum, & oppositarum oportet esse aliquo modo principia non eadem. Sed in diuinis emanatio qua procedit filius, & emanatio, qua procedit Spiritussanctus sunt distinctæ, & oppositæ: quia vna per modum naturæ, & necessariò, & alia per modum voluntatis, & liberè: igitur oportet quòd principia istarū emanationum aliquo modo non sint eadem, scilicet memoria in producendo filium, & voluntas in producendo Spiritumsanctum.

¶ Præterea. Quando aliqua sunt idem omnibus modis ex natura rei quicquid conuenit vni ex natura rei conuenit alteri. Sed aliquid conuenit vni perfectioni attributali, quod non conuenit, immo repugnat alteri ex natura rei; igitur istæ perfectiones non sunt idem ex natura rei omnibus modis. Maior est nota: quia contradictoria nō possunt de eodem omnimodè verificari. *Quarta.*

¶ Respondeo ad rationes Sco. Istis tamen omnib. & similibus non obstantibus, adhuc non videtur mihi, quod perfectiones attributales in Deo inter se, vel ab essentia distinguantur ex natura rei. *Ad rationes Scot. rūdet Landul. vbi supra.*

¶ Ad

¶Ad primum igitur primo reduco rationem contra eum sic. Omnis distinctio, quæ cognoscitur intuitiuè ab intellectu est ex natura rei. Sed omnis distinctio rationis cognoscitur intuitiuè ab intellectu: igitur omnis distinctio rationis est ex natura rei. maior est sua, & minor est vera per probationem minoris suæ: quia constat, quòd omnis distinctio rationis cognoscitur ab intellectu diuino, cuius omnis notitia (vt dicit) est intuitiua: & tamen conclusio est falsa,& contra eum: & per consequens ratio nulla. Ad formam igitur rationis nego maiorem: quia non solum entia realia, sed entia rationis possunt intuitiuè cognosci, & præsertim à Deo, supposito, quòd omnis eius notitia sit intuitiua (vt dicit.) Et quando dicitur, quòd notitia intuitiua non terminatur ad rē, sicut est,&c. Dico, quòd probatio est ad oppositum: quia notitia intuitiua terminatur ad rem, sicut est:& quia distinctio rationis non est ex natura rei, sed per actum intellectus: Deus cognoscit, quòd distinctio attributorum non est in ipso ex natura rei, sed per actum intellectus, sicut cognoscit, quòd relatio identitatis, quæ est idem sibi non est ex natura rei, sed per actum intelligendi. Posset etiam dici supposito, quòd Deus non cognoscat aliquid extra se, sed omnia in seipso, quod videtur satis rationale: quòd huiusmodi distinctionem Deus non cognoscit intuitiuè, sed superintuitiuè, quia in seipso. vt patet ex 1.q.prologi arti.1. Sed ex hoc verò sequitur, quòd sit ex natura rei ita modicum, sicut si cognoscat ipsam intuitiuè.

¶Ad secundum potest vno modo dici, quòd perfectiones attributales in primo non distinguuntur ex natura rei, nec per actum intellectus diuini, sed per actum intellectus creati, licet intellectus diuinus cognoscat distinctionem, qua per actum intellectus creati distinguuntur:& tunc diceretur, quòd distinctio naturæ, & intellectus in ipso non præcedit actū intellectus creati. Secundo si conceditur, quòd huiusmodi distinctio rationis fiat per actū intellectus diuini; adhuc diceretur, quòd distinctio naturæ, & intellectus non præcedit actum, siue intellectionem intellectus diuini: quia natura, & intellectus nullo modo distinguuntur ex parte rei, sed solum ratione: quia Deus intelligit ipsa posse concipi à creatura diuersis conceptibus, & ex hoc dicuntur distingui per actum intellectus diuini.

¶Ad tertium dico, quòd emanationum distinctio non præsupponit distinctionem attributorum, nec ex natura rei, quia nulla est talis, nec secundum rationem, quia talis est posterior emanatione per Aristo. Ad probationem, quando dicitur, quòd distinctio emanationum necessariò præsupponit distinctionē principiorum elicitiuorum potest tripliciter respō-deri. Primo per interemptionem maioris: quia videmus, etiam in creaturis, quòd idem principium totaliter est elicitiuum diuersorum. sicut sol per eundem calorem numero desiccat lutum, & liquefacit ceram. Secundo potest dici, quòd maior non est vera vbi principium penitus indistinctum æquipollet distinctis principijs realiter: quia tunc potest quicquid possunt distincta principia realiter, & per consequens potest esse principium distinctarum emanationum nō minus, quàm si essent distincta principia realiter, & sic est in proposito, vt declaratum est, supra ideo ratio nulla. Potest etiam dici tertio distinguendo de diuinis emanationibus: quia possunt accipi actiuè, & passiuè. Si actiuè? patet ex dictis, quòd minor est falsa quicquid sit de maiore: quia in diuinis non sunt aliqua principia elicitiua talium emanationum, cum emanationes huiusmodi in diuinis nō sint actus eliciti, vt patet ex 4.d.& per cōsequens propter distinctionem talium emanationum non oportet ponere distinctionem aliquam inter attributa. Si passiuè? adhuc idem dico, quòd ad distinctionem ipsarum sufficit, quòd emanationes actiuæ, quæ sunt ab aliquo eorum principia, non quidem sicut potentia, sed sicut actiones non idē conuertibiliter, & adæquatè, sic est in proposito. Cum generatio actiua sit in solo patre, & spiratio actiua in patre simul, & filio.

Prima responsio. *Secunda responsio.* *Tertia responsio.*

¶Ad confirmationem quando dicitur, quòd si vna distinctio ex natura rei præcedat distinctionem emanationum diuinarum personarum, non erit vna productio per modum intellectus, & alia per modum voluntatis. Est tamen aduertendum, quòd in diuinis non dicitur vna productio per modum intellectus, & alia per modum volūtatis: quia principium productionum vnius emanationis, vel vnius personæ, puta filij sit intellectus, & non volontas. Alterius verò puta Spiritussancti voluntas, & non intellectus, prout isti Doc. imaginantur: quia principium productionum diuinarum personarum nō solum habet esse formaliter, sed realiter, & per consequens si intellectus sic esset principium productiuum verbi, quòd non voluntas, & voluntas Spiritussancti, quòd non intellectus: intellectus, & voluntas in Deo non solum distinguerentur formaliter, sed realiter. quod est falsum etiam per eum. Sed vna istarum emanationum dicitur per modum intellectus, & alia per modum voluntatis: quia essentia diuina est principium quo productiuum vnius personæ: quia est intellectus, & non quia est volontas: alterius verò, quia est voluntas, & non quia est intellectus: & istud est possibile sine omni distinctione ex natura rei intellectus, & voluntatis, sicut est verum, quòd diuina natura intellectus, quia est intellectus, & non quia est voluntas: quia si per impossibile esset voluntas, & non intellectus, nec haberet intellectum, non intelligeret. Et vult quia voluntas, & non quia intellectus: quia si esset intellectus, & non voluntas, nec habens voluntatem non posset velle. Et similiter potest concedi, quòd intellectus est principium productionum Spiritussancti, non quia intellectus, sed quia voluntas, & voluntas est principium productionis verbi, non quia voluntas, sed quia intellectus, & sic de alijs.

Nota & bene.

¶Ad quartum concedo, quòd quicquid ex natura rei sine connotatione, & respectu ad aliquod extrinsecum conuenit vni eorum, quæ sunt idem omnibus modis, &c. ex natura rei conuenit alteri, & sub isto sensu minor est falsa: quia quicquid conuenit ex natura rei illi rei, quæ est bonitas, conuenit illi rei, quæ est sapientia in primo, & sic de singulis attributis: quia omnia sunt præcise vna summa res, quæ est essentia, vel diuina natura, aliqui tamen termini possunt istam rem primo, & principaliter importare, & aliqua distincta, & extrinseca connotare, propter quæ distincta connotata potest aliquod verè affirmari de vno, & verè negari de reliquo: vt patebit statim.

QVANTVM ad secundum articulum pono duas conclusiones. Prima est, quòd nulla perfectio attributalis, seu nomine attributi significata est in Deo aliqua entitas parua, vel magna, siue dicatur formalitas, siue ratio quiditatiua, vel formalis, aut alio quouis nomine appelletur, extra animam distincta à diuinitate, ipsa præcisè secundum se sumpta. Secunda, quòd non sunt in Deo aliquæ perfectiones attributales inter se distinctæ, vel plures, quatū hæc non est illa.

Opi. Gre. de Ari.

PRIMAM conclusionem probo primo sic. Sumo ipsam diuinitatem præcisè secundum se absque alio aliquo, quo quomodo ab ea distincto, aut ipsa est sapientia, aut non? si sic? ergo vel nulla sapientia, vel

Prima conclusio Gregorij Arimensis.

vel sapientiæ formalitas est in Deo distincta à diuinitate, quod est propositum, vel in Deo sunt plures sapientiæ? vt dicit Aug. 7. de trini. & idem sententialiter lib. 5. Si diuinitas non est sapientia, cum Deū esse sapientem nullus, nedum Christianus, sed nec gentilis negauerit, sequitur quòd Deus non est sua sapientia, quia ipse sapiens est. Sed hoc est falsum dicente Aug. 15. de trini. Ipse Deus sua est sapientia: quia nō est aliud sapientia eius, aliud essentia, cui hoc est esse, quod sapientem esse. Et eodem modo loquitur de bonitate, & magnitudine, & cæteris: lib. 5.

¶ Confirmatur: quoniam secundum hoc Deus esset sapiens per aliquam aliam entitatem sibi inhærentem, & iustus per iustitiam, & bonus per bonitatem, quæ essent in eo, tanquam in subiecto, & nō esset ipse. Et patet consequentia: quia ex quo ipse non est sapientia, si sapientia non inhæreret illi, sed esset per se stans, ipse vtique non esset sapiens. Et idem iudicium est de cæteris. Sed vt dicit August. 7. de trini. Nephas est dicere, quòd vt sapiens subsistat, vel subdit. Deus bonitatis suæ, atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia, nec ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subiecto.

¶ Ad hanc rationem fortè diceretur iuxta communem modum respondendi defendentium illam opi. quòd deitas vtique est sapientia sua per identitatem, seu identicè, & per consequens non subest illi, cum idem eidem non subsit, sed non est sua sapientia formaliter. Contra. Aut per hanc negatiuam vis dicere, quòd diuinitas non est formalitas sapientiæ, nec eadem sibi, sed alia ab illa? & tunc cum formalitas sapientiæ secundum istos non sit aliud, quam ratio quiditatiua, seu quiditas ipsa sapientiæ, quam exprimeret propria diffinitio sapientiæ. Et cum secūdum Philosophum 7. meth. & secundum veritatem quiditas rei non sint aliud ab ipsa, alioquin diffinitio rei non exprimeret ipsam, sed aliud quod implicat, sequitur quòd deitas non est sapientia, sicut nō est formalitas sapientię, & quòd sicut deitas non est formalitas sapientiæ per identitatem, eo quòd non est eadē sibi, & impossibile est hoc esse illud per identitatem, nisi hoc sit idem illi. Vel si hoc sit distinctum ab illo, alias posset dici, quòd albedo est dulcedo per identitatem, seu identicè, quod non est nisi abuti vocabulis, & inintelligibiliter loqui. Sequitur, quòd Deus non est sapientia per identitatem, aut si est? non est tamen illa, à qua distinguitur. Et sic vt prius plures sapientiæ erunt in Deo. Et rursus ista sapientia distincta à deitate superuacuè ibi ponitur, ex quo deitas est quidem alia sapiētia, quod dicere nephas est. Aut per illam negatiuam non vis denotare talem distinctionem inter deitatem, & formalitatem sapientiæ, sed tantummodo significare, quòd ista prædicatio non est formalis. deitas est sapientia, ita quòd ly formalitas sit determinatio compositionis, & tunc habetur propositum quantum ad hoc, q nulla pluralitas (qualis dicta est) ponitur in Deo, quicquid sit de illa prædicatione, an sit formalis, vel non: quia de hoc non inquiritur pro nunc.

¶ Secundo aut formalitas sapientiæ præcisà secūdum se sumpta est ipsa sapientia. Aut aliquod intrinsecum sapientiæ? quasi sapientia includat suam formalitatem, & aliquid aliud iuxta imaginationem aliquorum distinguētium sapientiam in formalitates, & realitatem tāquam intrinseca sibi. Aut est aliquod extrinsecum sapientiæ? Vltimum dici non potest: alias nec sapientia, & simili ratione, nec aliqua alia res esset sua quiditas, seu illud, quod ipsa est, qd implicat contradictionem; patet consequentia: quoniā interroganti de aliqua re quid ipsa est. Respondetur per diffinitionem eius. & per consequens illud ipsa est, quod significat diffinitio. Sed per formalitatem secundum istos intelligitur ratio quiditatiua, quam significat propriè diffinitio rei. ergo si res non est sua formalitas, res non est illud, quod ipsa est. Si autem detur primum vel secundum, nisi deitas sit illa formalitas sapientiæ, siue sit realitas sapientiæ, siue non sequitur, quòd deitas non est sapientia.

Nota & bene.

¶ Tertio ad idem argui potest per rationem Ansel. de incarnatione verbi, qua probat potestatem Dei à Deo non distingui. Arguit enim sic. Aut potestas est Deo accidentalis? aut substantialis, non accidentalis? quia cū oē subiectum sine accidente, aut omne, aut intelligi possit: Deus sine potestate, nec esse, nec intelligi potest. Si verò substantialis est Deo potestas? aut est pars eius essentiæ? aut est idipsum, quod est tota eius essentia? pars autem nō est: quia supradictum est, quòd partes habens actu, vel intellectu est dissolubile, quod omnino est extraneum à Deo. idem ergo est essentia Dei, & potestas eius. hæc ipse. Sicut arguit de potestate, ita de sapientia, & iustitia argui potest.

¶ Si dicatur, quòd potestas sit Deo substantialis, vt substantiale distinguitur contra accidentale, non autem, vt accipitur pro essentiali, vt distinguitur contra quodlibet, quod est extra quiditatiuam rationem alicuius, si potestas non est Deo substantialis.

Quomodo potestas non sit Deo substātialis, secundū Gregorium Ariminensem.

¶ Istud non impedit rationem in aliquo: quia adhuc sequitur, q Deus potest intelligi sine potestate, cum res quælibet possit intelligi sine quocunq; extraneo suæ quiditati. Et certè, qua ratione posset intelligi sine potestate, eadem ratione sine bonitate, & sapientia, & vita, & intellectu, & omni perfectione significata per aliquod attributum. Sed hoc est absurdum. Tum quia secundum hoc diuinitas ipsa nō esset aliqua perfectio essentialiter, quod est absurdū, cū aliqua creatura sit essentialiter viua, & aliqua essentialiter vita, & intellectus.

¶ Item aliqua creatura est sua potestas, & sua virtus, vt calor, qui est virtus sua calefactiua, & sic de alijs. Absurdum autem est, vt creatura sit aliqua perfectio, & Deus non.

¶ Quarto sic. Si detur talis distinctio sequitur, q Deus non eo est sapiens, quo est Deus, & per consequens neque eo, quo est: sed alio, & alio: patet quia diuinitate est, & est Deus: sapientia verò, seu formalitate sapientiæ, quæ non est deitas, sed alia, & distincta ab illa est sapiens: & si sic? sequitur vlterius, quòd Deus non est omnino simplex, quod est erroneum, vt patet extra de summa trinitate, & fide catholica. c. firmiter: & c. sequenti. & etiam secūdum omnes sanctos, & philosophos. Consequentia patet per Augu. 7. de trinita. vbi directè hanc conclusionem ex intentione probat sic dicens. Si patri nō est hoc esse, quod sapere non ibi erit iam summa simplicitas, & mox destruit consequens, sed absit (inquit) vt ita sit: quia ibi est verè summa simpliciter essentia, & ex hoc statim nullo interposito infert oppositum antecedentis dicens. Hoc ergo est ibi esse, quod sapere, & paulo post exponit, quod dixit inconueniens. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus, hoc illi est esse, quod sapere, nisi eo est, quo sapientia est? hæc omnia ita clarè continent propositum, vt nulla sit expositio necessaria.

¶ Quintò. Sequitur, quòd aliquid de Deo dictum à se, seu non relatiuè significaret aliquid, quod ipsa deitas in se haberet: & illud ipsa non esset, nam sapiēs dicitur de Deo ad se, & significat Dei sapientiam, seu sapiens formalitatem, qua Deus sapiens est: hanc autem formalitatem deitas habet, & secundum hypotesim non est ipsa, ergo ipsa deitas nō est summè simplex: patet consequentia per August. 11. de ciuitate Dei, & allegatur eius dictum in dist. præsenti; ait. n.

In

In quo patet ad semetipsum dicitur non ad alterum hoc est quod habet, ad semetipsum dicitur vnus habendo vitam, & eadem vita ipse est, propter hoc vtique natura dicitur simplex, cui non sit aliquid habere, vel quod possit amittere, vel aliud sit habēs, aliud quod habet. Et Isydo. (vt etiam magister allegat.) Deus dicitur simplex, quia nō aliud est ipse, & aliud quod in ipso est.

Quo Deus dicatur simplex.

¶ Sextò. Si hæc entitas non est illa, vt dicit ille Doct. demonstrata in subiecto formalitate sapientiæ, & in prædicato ipsa diuinitate. ergo hæc entitas est creatura, & sic aliqua creatura est in Deo, & æterna, quæ erronea, & falsissima sunt: consequentia patet: quia omnis entitas, quæ Deus non est, creatura est, & patet per Aug. primo de trinitate. Vbi volens probare filium Dei esse verum Deum: probat primo ipsum non esse factum, & tunc arguit sic. Si factus nō est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiæ est, omnis autem substantia, quæ Deus non est, creatura est, & quæ creatura non est, Deus est, & si non est filius eiusdem substantiæ, cuius est pater. ergo facta substantia est &c. Accipit autem substantiam pro essentia communiter, vel entitate, alias vt patet non sufficienter probaret eum esse vnum cum patre Deum. Item idem de moribus ecclesiæ. Omne (inquit) quod est, aut Deus, aut creatura est.

Vnde etiam Scotum prima q. quoli.

¶ Septimo. Idem probo ex dictis proprijs opinantis: ipse nanque in suis reportatis Parisiensibus lib. 1. dicit expressè, φ vita intellectualis, seu intellectualitas est de per se quiditatiua, & formali ratione essentiæ diuinæ, & probat per hoc: quoniā quod potest (inquit) idem esse alicui non est perfectissimè in illo, nisi sit de ratione quiditatiua, & sit intrinsecè sibi idem. Intellectualitas autem perfectissimè Deo conuenit igitur, &c. ergo intellectualitas secundum eū, non est formalitas distincta à diuina essentia, & per consequens, nec intellectus, aut sapientia, aut aliquid huiusmodi: alias non perfectissimè Deo cōueniret, vt ipsemet fatetur.

Intellectualitas perfectissimè Deo conuenit.

¶ Item d. 45. eiusdem repor. in responsione ad 2. q. dicit, quòd nunquam prædicatio in abstracto est vera, nisi sit primo modo per se, & per consequens quiditatiua secundum eum. ergo vel illa non est vera. diuinitas est sapientia, quod nec ipse, nec aliquis theo. diceret, vel est quiditatiua, & primo modo per se: & per consequens sapientia non est alia formalitas à diuinitate. Hæc conclusio probatur auctoritatibus adhuc præter allegatas in rationib. iam factis. Ait enim Aug. 15. de trini. Non enim percēpit Deus sapientiam qua esset sapiens, sed ipse sapientia est. Itē Grego. 16. moralium super primo. Qui autem nouerunt eum ignorant dies illius, ait sic. Deus nanq; hoc est quod habet, æternitatem quippe habet, sed ipse est æternitas: lucem enim habet, idest sapientiā, sed lux sua illa est. claritatem habet, sed ipse est claritas sua. Non est ergo in Deo aliud esse, & aliud habere. Huic concordat Ansel. Mono. Si ergo summa natura non est iusta, nisi per iustitiam, nec iusta potest esse, nisi per se: quid magis perspicuum: quid magis necessarium, quàm quòd eadem natura est ipsa iustitia? Et subdit. Quapropter si quæratur quid sit illa summa natura, quid verius respondetur, quàm iustitia? Sed constat, quòd omnes tales prædicationes in abstracto essent falsæ posita tali distinctione formali, cum nihil sit illud, à quo distinguitur. ergo, & cætera.

¶ Confirmatur, quia tunc non propriè Deus diceretur esse iustitia, vel sapientia, sed habere iustitiā, econtra clamante Ansel. vbi proximè. Summa natura non propriè dicitur, quia habet iustitiam, sed quia existit iustitia. Ad hoc etiam est auctoritas Com. 12. metha, vbi dicit, quòd Deus est sapiens, & viuēs, & scientia, & vita propriè dicuntur de Deo, & infra dicit in eodem com. φ in talibus prædicationibus nullus modus est, quo distinguatur prædicatum à subiecto, & dispositio extra intellectum, scilicet in essentia rei. Verba omnia sunt sua.

Secunda conclusio Greg. de Ari.

SECVNDAM conclusionem probo. Primo sic. Si essent tales perfectiones in Deo distinctæ aliquæ entitates, Deus non esset summæ simplex. Probo cōsequentiam primo ex intentione Ansel. Mono. sic arguentis. Cum summa natura nullo modo composita sit, & tamen omni modo tot illa bona sit necesse est, vt illa omnia nō plura, sed vnum sint. Idem ergo est quodlibet vnū eorum, quod omnia, siue simul, siue singula. Et cum dicitur iustitia, vel essentia idem significat, quod alia: vel omnia simul, vel singula. Ex his patet, φ hac consequentia vtitur Ansel. Si summa natura est simplex: illa bona non sunt plura: ergo ex opposito consequentis, si sunt plura, illa natura non est simplex.

¶ Probatur etiam ratione: quoniam de ratione simplicis inquantum simplex est, est non includere plura, & non posse actu, aut etiam intellectu in plura diuidi, vt dicit Ansel. de incarna. verbi. & Philosophus metha. c. de vno: & Comm. 12. metha. dicit, φ simplex absolutè significat indiuisibile actu, & potentia. ergo si aliquid est diuisum in plura, seu si est plura, quorum scilicet non quodlibet est ipsum, nec aliquid non indiuisum omnino est quodlibet illorū. Hoc enim modo tantum verè dicitur aliquid esse diuisum in plura. Vnde non obstante, quòd Deus sit trinitas personarum, non tamen diuisus est in plura personas, cum quælibet sit ipse, & ipse omnino indiuisus quælibet est earum. Si ergo in quam aliquid est diuisum, ipsum non est simplex, sed si sit talis multitudo perfectionum diuinarum extra animam comprehendens illas est diuisum in illas. ergo illud non est simplex. Nisi fortè ad hoc dicamr, quòd licet quælibet à qualibet alia sit diuisa, quælibet tamen est ipse Deus, vel aliquod vnum in se indiuisum est quælibet illarum. Sicut dicimus de personis, quæ inter se distinctæ existentes sunt diuinitas, & vna simplex essentia Dei. Sed istud opinio ista dicere non potest, vt statim patebit. Etsi aliquis hoc diceret, irrationabiliter loqueretur. Nam secundū hunc modum in qualibet persona esset verè trinitas. Immo quaternitas. Immo, & millenarius nō minoris inter se distinctionis, quàm sit distinctio personalis trinitatis: quod abhorreret auris humana, & patet cōsequentia. quia non minor est distinctio absolutorum, quàm relatiuorum. Vnde, & Docto. communiter refugiunt assignare distinctionem personarum per aliqua absoluta. Et præterea. Cur sapientia non erit vnum suppositum, & iustitia aliud, & sic de cæteris.

Quo Deus non sit diuisus in personas.

¶ Tertio probo consequentiam ex dictis opinantis. Et summo. verbi gratia. sapientiam, & iustitiam. Iste per te distinguuntur. Aut ergo se totis primo? aut non se totis primo? Si se totis primo? ergo per opinantem. 26. di. contra præpositiuum sunt primo diuersa, & non aliquid idem entia. Sic enim arguit ipse de personis adinuicem contra illum. Et si sic ergo in se comprehendens sapientiam, & iustitiam nō est simplex. Quomodo enim simplex est, quod plura includit, quorum vnum non est aliud alterum, nec ipse sunt aliquod idem, quod sit singulum eorum? Sic enim quodlibet compositū posset dici simplex. Si verò non se totis primo: & tamen distinguuntur? ergo secundum tuam argumentationem aliquo sui sapientia est eadem iustitiæ, & aliquo alio sui distinguitur. Et iuxta modum loquendi aliquorum huius opin. dicitur, quòd est eadem sua realitate, & distinguitur

stinguatur à sua realitate? & tunc sapientia non erit in se simplex, aut aliquo sit tantum, & aliquo alio sui distinguitur? & sic erit procedere in formalitatibus formalitatum in infinitum. Nec potest dicere, quòd sapientia se tota primo sit eadem realiter, & se tota primo distincta formaliter: quia sic ei dicet Præpositiuus, quòd vna persona se tota primo eadem est alteri essentialiter, & se tota primo ab ea est distincta personaliter, & non concluderet iste cõtra illum pluralitatem aliquam intrinsecam in persona, vt intendit.

Duplex responsio. ¶ Ad hanc rationem dupliciter videtur responderi ex dictis opinantis. Primo quidem, quòd non omnis pluralitas facit compositionem, sed pluralitas illorum tantummodo, quorum vnum est potentiale respectu alterius, sicut habetur ex 8. metha. In proposito autem nulla formalitas est potẽtialis, sed quælibet summè actualitatis. ergo non componunt. Secundo dicitur, quòd vitatur compositio, & saluatur simplicitas, vbi tales entitates, vel formalitates habent summam, & perfectam identitatem inter se: quia idem non componit, nec aggregatur cum seipso, hoc autem contingit vbi huiusmodi formalitates sunt infinitæ. Nam propter infinitatem essentiæ quicquid potest esse cum ea, est idem sibi.

Greg. de Arim. nititur soluere rationes Scot. HÆ rationes sententialiter ponuntur ab eo. d. 5. q. vlt. & d. 8. q. 4. Sed neutra sufficit. Nõ quidem prima: quoniam etsi per illam fortè vitaretur compositio non soluatur tamen simplicitas: quia (vt probatum est) nihil includens plura, modo præmisso est simplex, tantoque plus à simplicitate recedit, quanto illa inclusa minus faciunt vnum. Constat autem, quòd minus faciunt vnum plura, quorũ quodlibet est in actu, & nullum in potentia respectu alterius, quàm ea, quorum vnum est in potẽtia ad aliud. sicut minor est vnitas solius aggregationis, quàm compositionis verè, vt ipse etiam fatetur. distinct. 2. quæst. vlti.

¶ Secunda etiam responsio non valet: quoniam aut illa infinitas permittit secum aliam distinctionẽ, vel pluralitatem formalitatum, seu talium entitatũ? & tunc non saluat simplicitatem, vt patet ex dictis eius: ponit enim quòd realitas generis, & realitas differentiæ in specie non composita ex diuersis rebus, qualis est albedo aliquo modo componunt adinuicem, & species talis est composita aliquo modo, quo modo secundum eum repugnat summæ simplicitati, vt Deo esse compositum, & tamẽ secundum eum distinctio tantum formalis est generis, & differẽtiæ. vt patet. dist. 2. q. vlt. & d. 8. in illa q. vtrum Deus sit in genere: & lib. 2. dist. 3. quæst. 6. Aut illa infinitas nullam pluralitatem aliquorum permittit secum, & tunc habeo propositum, & ipse recedit a proprio dicto.

¶ Ad hanc etiam conclusionem probandam bene potest applicari ratio Ansel. de incarnatione verbi, quam facit contra quendam, dicentem tres personas esse tres res distinctas: earum tamen esse vnam voluntatem, & potestatem. Sed propter breuitatem omitto.

Cõclusio auctoritatibus cõfirmatur. ¶ Auctoritatibus confirmatur conclusio. Ait enim Augu. 6. de trini. quòd in Deo eadem est bonitas, quæ sapientia, & magnitudo, & eadẽ veritas, quæ illa omnia, & non est ibi aliud beatum esse, & aliud magnum esse, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino ipsum esse. Item 15. de trini. Vna inquit, eademque res dicitur, siue dicatur æternus Deus, siue immortalis, siue incorruptibilis, siue incommutabilis. Itaque, cum dicitur viuens, & intelligens, quòd est vtique sapiens, hoc idem dicitur: non enim percepit sapientiam, qua esset sapiens: sed ipse est sapientia. Et licet vita, eademque virtus, siue potentia eademque species, qua potens, ac speciosus dicitur. Et infra eodem c. Hæc quattuor, scilicet vita, sapientia, potentia, species, non æqualia diuidenda sunt: nomina enim quatuor, res autem vna est. Neque valet dicere, quòd Aug. non dicit eam esse vnam formalitatem, sed vnam rem. Dicendum, quòd verum est, quòd non vtitur hoc vocabulo formalitas: quoniam nec suo tempore fortè erat in vsu ad hanc significationem in qua iste Doc. vtitur. Sed in sententia idem dicit, cum tales prædicationes in abstracto det, quæ non possunt esse veræ stante mutua formalitatis distinctione, seu entitatum earum, quæ p prædicatum, & subiectum importantur. quod etiã iste Doc. habet concedere, vt est ostensum superius. Ad hoc est alia aucto. Augu. in 1. dialo. ad seipsum, qui dicitur inquisitiones de tri. Ibi enim inter cætera interrogat sic. An aliquid distet in Deo, esse, viuere, & intelligere, posse. & respondet nullatenus aliud est in Deo esse, & aliud intelligere, vel aliud viuere, & aliud posse: quia Deus eo ipso, quo est, viuit, & eo, quo intelligit, potest, & eo, quo potest, est: quia simplex diuinitas, & natura vnum habet esse, viuere, & intelligere, & omnino posse, sed non ita est in nobis, dum aliud est in nostra natura viuere, aliud intelligere, aliud posse. In Deo verò hæc omnia vnum, atque idem sunt. Ad hoc etiã est intẽtio Ansel. Mono.

D. Augustinus non vtitur hoc vocabulo formalitas.

Greg. ad rationes Scot. AD rationes opin. respondeo. Ad primam dico, quòd ita posset argui contra eum dicendo. Si infinita sapientia esset realiter infinita bonitas, sapientia in communi esset realiter bonitas in communi, quod consequens est falsum, vt suum. Et consequentia probatur sicut sua: quia infinitas, sicut non destruit formalem rationem eius, cui additur, sic nec realitatem destruit. *Ad primã.* Respondeo tamen ad rationem negando consequentiam, quæ etiam secundum dicta eius habet instantiam. Nam dicit, quòd summa essentia, idest diuina est formaliter vita intellectualis, & intellectualitas infinita. ergo essentia est formaliter intellectualitas infinita, & vita infinita, nec tamen in essentia in communi est formaliter vita, vel intellectualitas in communi, & similiter de alijs posset poni exemplum. Non enim inconueniens est aliquid esse de ratione inferioris, quod non est de ratione superioris, nec ex hoc destruitur ratio superioris, & per hoc patet ad probationem illius.

¶ Ad confirmationem dicendum, quòd loquendo de diffinitione dicente quid rei. Si diffiniretur sapientia diuina, diffinitio eius esset diffinitio bonitatis, & ecõuerso, quicquid sit de diffinitionibus dicentibus quid nominis vtriusque secundum præsentem institutionem.

Ad secũdã. ¶ Ad secundam, Mihi est leue respondere, qui non do aliquod principium emanationum, præter ipsas personas, vt patet in præcedenti distin. patet enim diuersitas principiorum per hoc, quòd solus pater est principium filij. pater verò, & filius sunt principiũ Spiritussancti, & secũdum hoc, quòd vnus procedit ab vno, alter à duobus, assignat rationem Aug. 15. de trini. quare filius est natus, & verbum, non autem Spiritussanctus. Sed est datus, & donum. Et similiter Ansel. Mono. Vtrum tamen hæc sit sufficiens ratio, an possit sufficientior assignari videbitur. dist. 13. Secundo si detur principium quo (vt communiter datur) adhuc ratio non valet. Vnde negatur tunc antecedens: quoniam non impossibile est diuersarum productionum idem esse principium, sicut patet: quia voluntas diuina secundum istum Doc. est principium Spiritussancti, & principium creaturarum. Item nostra voluntas principium est diuersorum actuum. Lux quoque est principium illuminationis, & calefactionis, & innumera exempla possent ad idem dari.

¶ Ad

¶ Ad id, quod dicitur non posse saluari sine distinctione principiorum, quòd filius naturaliter. spiritus verò, scilicet liberè producatur. dico, quòd hoc non impeditur ex vnitate principij: quoniam, & idē principium aliquorum potest esse principium aliquorum naturale liberum, patet de volūtate nostra. & similiter Deus pater generat naturaliter, & causat liberè, & si voluntas sit principium Spiritussancti (vt vult iste Doc.) adhuc necessariò erit principium, & liberè, & contingenter principium creaturæ. Assumitur autem, & vnum falsum, scilicet quòd Spiritussanctus non naturaliter producatur, vt infra patebit. Cur autem filius, verbum, non autem Spiritussanctus puto non esse nobis comprehensibile in vita ista de lege communi, siue ponatur talis distinctio principij, siue non: vt infra dicetur.

¶ Ad aliam probationem dico, quòd sicut illa natura ex se determinata est ad tot supposita, ita ad tot productiones, nec alia causa quærenda est, nec alia potest dari.

Ad tertiā. ¶ Ad tertiam rationem. Dico, quòd non video in quo sensu illud antecedens possit esse verum, nisi fortè in vno, videlicet. Si ly inquantum teneatur specificatiuè, ita quòd specificet rationē dicentem quid nominis boni, & veri, & denotetur prædicatum esse de ratione illius, cui additur, & de illo prædicari in primo modo dicendi per se, & de alio non sic, sicut diceremus, quòd homo inquantum vnus est indiuisus, & non inquantum animal, eo quòd indiuisum primo, & per se verificetur de vno: quoniam ponitur in ratione vnius, & non de animali, cum in eius ratione non cadat. Si ergo in hoc sensu: quia secundum vnum modum diffiniendi nomina prædicta intelligibile cadit in ratione veri, & non tamen in ratione boni. econtra verò diligibile in ratione boni, & non in ratione veri. Vnde hæc videtur per se in primo modo secundum quòd in talibus potest per scitas inueniri verum est intelligibile, & similiter ista bonum est diligibile, & secundum hoc concedendo antecedens neganda est consequentia, sicut & hæc neganda est, homo inquantum vnus est indiuisus, & nō inquantum animal, & inquantum animal est substantia, & non inquantum vnus. ergo in homine sunt ex natura rei distinctæ rationes animalis, & vnius: cum vnum nullam entitatem, vel formalitatem penitus addat supra entitatem, quæ dicitur vna. vt patet. 4. metha. atque 10. & infra probabitur. dist. 24. quæst. 1. Si verò non sic accipitur, antecedens negandum est: quia in nullo alio sensu de virtute sermonis habet veritatem.

¶ Ad auctoritatem Dam. dico, quòd si iuxta sonū accipiatur sequeretur plusquam iste velit concludere. videlicet quòd sapientia non est natura diuina, sed aliquid circa ipsam. Dicit autem iste, quòd sapientia est natura diuina per identitatem, & per consequens est ipsa, & non circa ipsam. Dicendum ergo, quòd non intendit Dama. quòd talia nomina significent aliqua existentia in Deo à Dei natura distincta, sed intentio eius est, quòd ista secundum formam vocis videntur significare ipsam naturam, sed aliqua circa ipsam: quia sic etiam significant in nobis, licet autem sic videatur, tamen non est ita. Et hæc responsio confirmatur per Aug. similiter loquentem, & se statim exponentem. 15. de trini. vbi ait. Si dicatur Deus æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis, viuus, sapiens, potens, speciosus, iustus, bonus, beatus, spiritus, horum omnium nouissimum, quod posui, scilicet spiritus: quasi tantummodo videtur significare substantiam, cætera autem huius substantiæ qualitates, sed non est ita in illa ineffabili, simplicique natura: quicquid enim secundum qualitates illic dici videtur, secundum substantiam, vel essentiā est intelligendum. Absit enim vt spiritus secundum substantiam dicatur Deus, & bonus secundum qualitatem, sed vtrunq; secundum substantiam, sic omnia cætera quæcunque commemorauimus. Et in fine c. dicit, quòd in Deo idem est iustum esse, quod bonum, quod beatum, idemque spiritum esse, quod iustum, & bonum, & beatum esse. Quod verò inducitur ex Dama. Dicendum esse metaphoricè dictū: nec dictum esse pelagus infinitum propter infinitā, vel aliquantam multitudinem perfectionum distinctarum in Deo, sed propter vnicæ perfectionis, & substantiæ infinitatem. *Dictum Damasc. quomodo sit intelligendum.*

¶ Ad auctoritatem Aug. de 8. trini. Dicendum, quod ad illud sufficit distinctio conceptuum correspondentium his nominibus. verum, magnum, quę tamē est alia, quàm distinctio horum sapiens sapientia, vt patebit in q. seq. Nec propter illam argumentationē oportet ponere aliquam distinctionem veritatis, & magnitudinis in Deo, nec hoc intendit Augu. quod patet ex eo, quod ait ibidem. Non enim illi maior est, quæ verior non est, vbi est ipsa trinitas magnitudo: quia in essentia veritatis: hoc est verum esse, quod est esse, & hoc est esse, quod magnum esse, &c.

¶ Ad rationem sumptam ex dicto August. contra Max. Dico primo, quòd ita deducitur ad probandum tantam distinctionem esse attributalium perfectionum, quanta est diuinarum personarum adinuicem: quod iste Docto. non vellet concedere.

¶ Respondeo tamen, & dico, quòd August. non fecit dictam comparationem attendens maiorem, vel minorem distinctionem personarum adinuicē, quàm bonitatis, & sapientię patris, sed attendens maiorem, & minorem similitudinem ad esse partem, & componere. Certum enim est, quòd in creaturis tales perfectiones magis habent rationem partis, & componibilium, quàm supposita subsistentia, & tamen in Deo non componunt, nec sunt partes: multo enim minus per seipsæ sunt partes, aut ponunt: & istud expresse patet intuenti ibi verba Aug. quæ recitare propter breuitatem omitto, ponuntur autem à magistro. d. 19. primi lib. capi. Non est aliqua trium personarum in fine.

¶ Ad quartam. primo dico, quòd per illam rationem pariter probaretur, quòd distinguerentur realiter sic arguendo. De quibuscunque idem prædicatum reale, &c. illa distinguuntur realiter. Et si dicas, quòd sufficit distinctio formalis, tunc ubi dicetur sicut, & iudicis: quòd tunc nō poterit probari aliqua distingui realiter, aut plusquam formaliter: & iterum alius dicet eadem facilitate, quòd sufficit distinctio rationis. *Ad quartā.*

¶ Respondeo tamen ad rationem, quòd qualitercunque maior habeat veritatem (quia de hoc in 33. d. videbitur) minor est falsa: & dico, quòd sicut est verum dicere, quòd diuinus intellectus intelligit: ita est verum, quòd eius voluntas intelligit: & sicut voluntas vult: ita intellectus vult: quamuis tales prædicationes: intellectus vult. voluntas intelligit: non sint per se in primo modo, quod tamen non infert aliquam distinctionē intellectus, & voluntatis ex natura rei: & similiter dico de alijs. Vnde si ista sit vera. pater dicit memoria, vel dicit intellectu (quod ego non habeo concedere, nisi memoria, vel intellectus staret appropriate pro patre: quia non do principium quo, aliud à principio quod. Si tamen inquam illa esset vera) hæc esset etiam vera. pater dicit voluntate: & econtra, si ista detur: pater spirat voluntate: hæc etiam esset danda. spirat intellectu: quia intellectus, & voluntas in Deo, sunt idipsum omnino ex parte rei.

¶ Præterea.

¶ Præterea. Cur talia non concesserim: cum concedam, quòd voluntas creata intelligit, seu homo intelligit voluntate: & vult intellectu: propter identitatem intellectus, & voluntatis in eo?

¶ Ad quintum. dico primo quòd si ratio illa aliquid valeret: ita probaret distinctionem rerum intellectus, & voluntatis, sicut formalitatum (nisi ad placitum quis loquatur) & tamen illud tu non concedis. Respondeo tamen negando consequentiam, quæ etiam nullam habet apparentiam ex forma: cũ nec subiecto conueniant, nec prædicato, licet in vna parte conueniant prædicati. Ad rem autem vlterius eundo, dico, ꝙ eadẽ entitas indiuisa omnino, & simplicissima in Deo est intellectio, & volitio, atque essentia: est tamen aliquorũ obiectiuè intellectio: quorum ipsa non est volitio: & quorum non est essentia. Nam nullius creaturæ ipsa est essentia: & tamen cuiuslibet ipsa est intellectio: & omnium intelligibiliũ, siue malorum, siue bonorum est intellectio: nec tamen est malorum volitio. Ex hoc autem non sequitur aliqua distinctio inter intellectionẽ Dei, & eius volitionem extra animam: quia cuiuscunque diuina intellectio est intellectio: eiusdem est diuina volitio: & similiter diuina essentia est intellectio: & cuiuscunque diuina volitio est volitio: eiusdem diuina essentia, & diuina intellectio est volitio: & cuius diuina essentia non est essentia: eiusdem nec intellectio, nec volitio diuina, est essentia. Exempla patent, tam in Deo, quàm in creaturis. Constat enim secundum omnes, quòd vnica intellectione omnino indiuisa nouit Deus tam præterita, quàm futura: & per consequens Dei præscientia, & Dei intellectio, sunt idipsum omnino à parte rei: & tamen hoc non obstante illa intellectio aliquorum est intellectio: quorum ipsa non est præscientia, puta præteritorũ, quorum tamen intellectio est intellectio, etiam eorundem præscientia est intellectio: & quorum præscientia non est præscientia: nec eorum ipsa intellectio est præscientia. In creaturis autem certum est, ꝙ intellectio qua (verbi gratia.) Sortes nouit lapidem est aliqua essentia, quæ nullatenus à seipsa est distincta: ita quòd absque nulla distinctione à parte rei, illa intellectio est illa essentia: & illa essentia est illa intellectio: & tamen illa est intellectio lapidis: & non est essentia lapidis. Ex his patet ad confirmationem dicendum esse, ꝙ illa maior sit vera: accipiẽdo significare communiter etiã ad consignificare, alias non: vt patet in exemplis adductis.

Vnica intellectione indiuisa nouit Deus, tã præterita, quàm futura.

¶ Ex quibus etiam potest argui contra aliam opi. & vlterius concedendum est, quòd hoc verbum diligit, aliquid connotat, quod non connotat hoc verbum intelligit. Et similiter aliud connotat hoc nomen volitio: quod non connotat hoc nomen intellectio. Connotat enim volitio, & dilectio: & similiter vult, & diligit bonum, scilicet existens, vel apparens. Nam nomine volitionis in communi intelligimus consensionem in bonum, vel apparens bonum: sicut præscientia connotat futurum quod tamen nõ connotat nomẽ intellectionis. Et quia omne quod Deo apparet bonum, est bonum: vtique sequitur: Deus diligit malum: ergo malum est bonum. quia verò nomen intellectionis illud non connotat: non sequitur. Deus intelligit malum: ergo malum est bonum? Tota ergo causa quare vna illarum est vera, & reliqua falsa: est diuersitas terminorum quantum ad connotata: non autem diuersitas horum, quæ significant in Deo: seu pro quibus supponunt illa nomina: intellectio Dei, & volitio Dei. Quæ diuersitas in connotando si tolleretur: ita ꝙ per nouam institutionem essent nomina nullatenus connotatiua: aut idipsum vnum connotaret quod aliud: & ecõuerso, vel vtraque illarum esset vera, vel vtraque falsa: sicut etiã per nouam institutionem fieret: vt nomen præscientiæ non connotaret futurum, neque aliquid, quod non connotat nomen intellectionis: nec econuerso: aliquid connotaret nomen intellectionis: quod non etiam connotaret nomen præscientiæ: tunc sicut hæc esset vera: Deus intelligit præterita. ita hæc foret vera: Deus præscit præterita & sic ad ibidem.

RESPONDEO per ordinem ad omnes istas opiniones. Et primo ad opin. Noui expositoris Diui Thom. Et primo responden ad argumenta facta contra Doct. Ad primum negatur antecedens. videlicet, quòd distinctio formalis sit maior reali. Ad probationem, negatur ista propositio absolutè sumpta scilicet, quòd distinctio per intimiora sit maior, quam illa, quæ sit tãtum per non ita intima: sed per magis extrinseca.

Respõsio ad argumenta Tho. Guiet. contra Sco.

¶ Vnde pro intelligentia aliqua sunt notanda. Primo, quòd aliqua magis distingui potest dupliciter intelligi, vel quia magis repugnant, vel quia minus conueniunt: vt patet à Doctore in isto primo. & in secundo, & in tertio, & in quarto. & in quolib. Et sic Petrus & Io. magis distinguũtur, quàm Petrus, & albedo: accipiendo distinctionem pro repugnantia: magis enim repugnant Pet. & Io. in eodem, quàm albedo, & Petrus: albedo tamen, & Petrus magis distinguuntur, quia minus conueniunt. Sunt enim diuersorum prædicamentorum non sic Io. & Pet. Et sic quæ magis conueniunt in prædicato in quid, minus distinguuntur. Secundo est notandum, quòd distinctio realis in creaturis fundatur in alia, & alia existentia reali: ita quòd illa quæ realiter distinguũtur, habẽt aliam, & aliam existentiam realem, & realiter distinctam. Et ex hoc infero, quòd scilicet quæ realiter distinguuntur in creaturis: de necessitate distinguuntur formaliter, si illa habent formalitatem. patet quia quidditas rei, & existentia ipsius, sunt vna res, vt patet à Doc. infra in isto primo di. 36. & in 2. di. 1. q. 2. & di. 3. q. 1. & in tertio d. 2. sic tamen intelligẽdo, ꝙ quiditas est prior existentia. vt patet à Doc. in 2 d. 3. & vide expositionem satis notabilem. Humanitas ergo Io. & humanitas Petri, in illo priori, quo præintelliguntur ipsa existentia, verè distinguuntur. & non nisi quiditatiuè, siue formaliter: tamen vt sic non distinguuntur realiter: cum distinctio realis sit tantum rerum actu existentium: econtra tamen si realiter distinguũtur, ergo & quiditatiue, & formaliter. quia vt sic dicunt distinctas naturas non tamen specie, sed quomodo, vide quæ exposui super secundo Doc. d. 3. q. 1. Tertio est notandum, ꝙ & si Pet. & Io. vt præscindunt ab existentia, conueniunt quiditatiue in homine, & in primo modo dicendi p se: non tamen vt existentes: quia vt sic tñ per accidens conueniunt: & sic Pet. & Io. actu existentes magis distinguuntur, quàm vt non actu existentes: sed vt tñ considerati secũdum eorum quiditatem: quia vt sic existentes in prædicato in quid, minus conueniunt. Nõ sequitur ergo illa distinctio est maior, quæ datur per intimiora. vt patet in exemplis supra. Immo illa distinctio est maior, quæ infert aliam, & non econtra. vnde bene sequitur. distinguuntur realiter: ergo & formaliter: non tñ econtra: vt patet in multis: quia hõ, & risibile distinguuntur formaliter, non tñ realiter. Absolutè ergo loquendo ista propositio est falsa. illa distinctio est maior, quæ datur per intimiora. Si enim bonitas, & sapientia in diuinis, cum sint entia absoluta, realiter distinguerentur: a fortiori, & formaliter, siue quiditatiuè non tamen econtra.

Aliquid magis vel minus distingui ab alio cõtingit dupliciter.

In quo fundetur distinctio realis.

Quõ duæ humanitates, vt præcedunt existẽtiam distinguuntur.

¶ Dico etiam quod aliqua distingui per extrinseca põt dupliciter intelligi, scilicet vel per extrinseca alterius prædicamenti aduenientia enti post suũ esse cõpletũ, & vltimatũ. uel per aliqua extrinseca eiusdẽ prædicamenti: quæ & si sint extra rationem forma-

Aliqua distingui p extrinseca cõtingit dupliciter.

tem: sic tamen quiditatem rei consequuntur, ꝙ dicũt eandem rem. Loquendo de huiusmodi extrinsecis negatur etiam, ꝙ illa distinctio sit maior, quæ datur per minus extrinseca. plus enim distinguũtur Petrus Albus, & Io. pater: quàm Petrus, & Io. adinuicem: patet, quia sic minus conueniunt. Nam ratione talium extrinsecorum prædicatorum non conueniunt in eadem specie, nec in eodem genere, vt patet. & tamẽ Io. & Pet. in se considerati, conueniunt in specie specialissima. Nec enim propriè loquẽdo accipimr maior, vel minor distinctio ratione maioris, vel minoris intimitatis: immo multotiens distinctio, quæ datur per intimiora alicui, erit minor. Minus enim distinguũtur intellectus, & volũtas, quàm intellectio, & volitio: & tamen intellectus, & voluntas sunt magis intima ipsi animæ quàm intellectio, & volitio, vt patet. Et similiter intellectus agens, & possibilis minus distinguuntur, quàm operatio intellectus agentis, & possibilis, supponendo quòd agẽs tantum causet speciem intelligibilem: & possibilis actum intelligendi. Immo si ista propositio esset vera, scilicet illa distinctio est maior, quæ datur per intimiora profectò innumerabilia inconuenientia sequerentur, quę non oportet ad præsens adducere.

Quæ nõ sit distinctio maior.

¶ Dico vltra, quòd applicatio sua non est ad propositum: quia cum dico aliqua intimiora, & aliqua minus intima. ista locutio debet accipi per comparationem ad ternum, cui dicantur magis, vel minus intima: & si hoc modo sumatur, quòd illa magis inter se distinguuntur, quæ sunt magis intima a. quàm illa quæ sunt minus intima. propositio est manifestè falsa: immo sequitur, quòd intimiora minus distinguuntur, vt exemplificaui: & patere potest ex dictis Sco. in 1. dist. 2. q. 1. vbi probat quomodo actus volendi in diuinis sit idem realiter quòd Deus, vide in illis corrolarijs. Hic autem arguit de quiditate, quæ omnino supponitur, vt prima.

Esse infinitum dupliciter põt intelligi.

¶ Ad secundum argumentum præmitto aliqua. Primo esse formaliter infinitum potest dupliciter accipi. Vno modo, ꝙ infinita intensiua sit de formalitate, siue de ratione quiditatiua illius, cuius est. Secũdo modo quòd tantum insit formaliter, & denominatiua prędicatione: accipiendo denominatiuam, vt distinguitur contra quiditatiuã: ita tamen ꝙ sit gradus intrinsecus illius, cuius est. Si primo modo intelligit, ꝙ sapientia abstracta abstractione præcisissima sit formaliter infinita? patet esse falsum: quia infinitas non est de ratione quiditatiua diuinæ sapientiæ. Si secundo modo adhuc dico, ꝙ sapientia sic abstracta non dicitur formaliter infinita: quia vt sic tãtum includit prædicata essentialia formaliter: vt supra patuit d. 5 q. 1. & in 2. d. 3. q. 1. Nec Sco. asserit, quòd vt sic omnino abstracta (eo modo quo dicimus secundum Auic. ꝙ equinitas est tantum equinitas) sit formaliter infinita. Sed ipsa sapientia, vt diuina bene est formaliter infinita, accipiendo formaliter secundo modo. Secundo præmitto, quòd sicut talem entitatem consequitur necessariò talis proprietas: puta ad humanitatem de necessitate consequimr risibilitas: ita ad talem entitatem consequitur à fortiori proprius gradus intrinsecus. cum sit intimior omni passione, vel quasi passione: vt patet à Doc. vbi supra d. 3. q. 1. & in quolib. q. 5. & sicut ad humanitatem statim consequitur tanta perfectio intrinseca, & ad lapidẽ tanta. ita ad sapientiam diuinam statim, vt gradus intrinsecus consequitur infinitas intensiua: ita quòd nihil perfectionis in entitate deficit sibi, cum infinitã perfectionem includat. Sapientia tamen quiditatiue accepta, vt tantum includens prædicata essentialia, siue quiditatiua, non includit formaliter infinitatẽ: impossibile est tamen poni in esse, quin necessaria sit infinita actu, & intrinsecè. ratione ergo quiditatis formaliter distinguitur à quiditate bonitatis: & vt sic implicat ipsam formaliter includere bonitatem: immo, vt sic nec realiter includit ipsam, nec econtra. Cum ergo dicit, quòd ipsa est formaliter infinita cõcedo modo præexposito: & concedo, quòd ad nullam entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata sic intelligendo, quòd ratione suæ infinitatis omnem entis perfectionem simpliciter realiter includit, nec plus concludit ratio. Si verò intelligat, quòd omnem entis perfectionem simpliciter formaliter, idest quiditatiue includat. Hoc indiget probatione. Et cum probat, quia si ab alijs perfectionibus distinguitur formaliter ponitur, quòd coarctata formaliter inter entis latitudinem ponitur. Patet responsio ex supradictis, quòd si intelligatur quiditatiuè vt sic: non est inconueniens poni, infra entis latitudinem: cum vt sic tantum prædicata quiditatiua includat realiter: tamen ratione suę infinitatis omnẽ perfectionem simpliciter sibi identificat.

¶ Ad tertium quando dicit si distinguuntur formaliter ex natura rei. ergo inest relatio realis? negatur consequentia: quia relatio realis est tantum inter extrema realiter distincta, & si aliquãdo sit inter extrema non realiter distincta. sicut est relatio voluntatis, vt mouentis ad voluntatem, vt motam, vt patet à Doc. infra dist. 26. & in 2. d. 25. & in quol. hæc tamen relatio non potest inesse, nisi ratione alicuius tertij realiter distincti ad quod sit in potentia receptiua, & in actu virtuali ad illud producendum. vt exposui in 2. di. 25. nulla talis relatio potest esse inter perfectiones diuinas. vt patet intuenti. Dico etiam, quod fortè distinctio formaliter non oritur ex natura rei inter extrema realiter distincta; quia licet illa extrema fundamentaliter distinguantur: non tamen aliqua formali distinctione, quæ sit relatio realis. Prima tamen responsio est sanior. Et ex his patet responsio ad rationes istius exposi.

Infringuntur responsiones Tho. Gaietani.

ADRESPONSIONES quas facit Nouus expositor Sanct. Thom. ad rationes Sco. Cum dicit ad primam distinguendo de infinitate, &c. quòd argumentum Scoti concluderet si sapientia diuina esset tantum infinita infinitate, quæ attenditur penes gradus perfectionales propriè latitudinis rei: & sic formaliter distingueretur à bonitate. Dico, quòd quamuis hæc responsio sit ad propositum Docto. quia sapientia est etiam sic formaliter infinita: & certè talis infinitas concludit identitatem realem omnium perfectionum diuinarũ: quia vt sic æst perfectio simpliciter, & formaliter infinita: & ideo ratione infinitatis identificat sibi omnem perfectionẽ simpliciter. Et hoc modo ista prima infinitas infert secundam: licet non ad illum sensum, quem ipse posuit. Et quando dicit, quòd sapientia diuina est infinita infinitate secunda. Si intelligit formaliter: patet esse falsum ex his, quæ supra dixi. Si realiter, conceditur. sed tunc stat argumentum Doc. Videtur etiam, ꝙ sibi cõtradicat: quia dicit, quòd si perfectiones diuinæ essent tantum infinitæ prima infinitate: ꝙ argumentum Scoti concluderet scilicet, ꝙ distinguerentur formaliter præter omne opus intellectus, & post concedit, ꝙ prima infinitas tãtum ratione distinguitur à secunda infinitate. Tunc sic. Prima infinitas, & secunda infinitas sunt idẽ penitus ex natura rei præter omne opus intellectus. ergo si sapiẽtia, vt primo modo infinita distinguitur formaliter ex natura rei à bonitate. ergo vt etiam infinita secunda infinitate. patet consequentia: quia prima, & secunda sunt simpliciter idem ex natura rei: & sic contradicit sibi.

Th. Gai. sibi contradicit.

¶ Præterea. Per te sapientia diuina, vt secundo mõ infinita tm̃ rõe distinguitur à bonitate. ergo ẽt vt infinita primo modo. patet ꝯña: quia istæ duæ infinitates tm̃ rõe distinguuntur: & ex alia parte sapiẽtia, vt

primo

primo modo infinita ex natura rei distinguitur à bonitate, & non tantum ratione. ergo manifestè sibi contradicit.

¶ Ad secundam responsionem quãdo negat istam minorem, scilicet quòd intellectus, & voluntas præcedunt rationem primi distinctiui: & ad probationem Doct. dicit, quòd sufficit ad hoc, quòd aliqua distinguantur intellectione, vt intellectio est non vt natura: distinctio rationis fundamentaliter inter naturam, & intellectionem.

Respõsio Caietani nihil est. ¶ Sed certè ista responsio nihil est: quia ex quo intellectus, & voluntas præcedunt rationem primi distinctiui secundum rationem: aut intellectus, & voluntas sunt penitus idem ex natura rei? aut distinguuntur? Si secundo modo? habetur propositum. Si primo modo? ergo sicut intellectus intelligit, & voluntas, vt voluntas intelligit: & sicut voluntas vult, ita intellectus vult. Et sicut intellectus est ratio producendi per modum naturæ; ergo & voluntas erit ratio producendi per modum naturæ. Et sicut pater producit filium intellectu, vt principio formali productiuo. ergo etiam producit voluntate filium: quæ omnia sunt absurda.

¶ Præterea. Tu dicis, quòd intellectus, & volũtas tantum ratione fundamentaliter distinguuntur, & actualiter distinguuntur intellectione. Tunc sic. Intellectus, & voluntas aliquo modo sunt priores intellectione. ergo aliquo modo distinguitur intellectua ab intellectione, & non ratione, vt patet: quia præintelligitur intellectio actualis intellectione, vt negociatiua. Et multa alia inconuenientia sequuntur ex data responsione.

¶ Ad aliam responsionem, cum dicit, quòd licet Deus intueatur ab æterno perfectiones suas distinctè: non tamen ab æterno distinctas actualiter. Adhuc ista responsio est debilior: quia quæro, aut intellectus diuinus, vt præcedit omnem actum negociatiuum intelligit perfectiones simpliciter simplices circunstare essentiam diuinam ex natura rei? aut vt tantum quasdam relationes rationis? Si primo modo? habemr intentum, quòd distinguuntur ab essentia diuina seipsis, vt patet supra exponendo auctoritatem Dama. Si secundo modo? Contra quia relatio rationis, etiam secundum ens est tantum per actum negociatiuũ intellectus: sed talis intellectus præcedit actum negociatiuum. *Respõsio debilior.*

¶ Præterea. Aut intellectus, vt præcedit actum negociatiuum verè, & ex natura rei intuetur essentiam diuinam, & omnem perfectionem simpliciter, vt omnino indistincta ex natura rei? aut aliquo modo distincta? Si secundo modo? habetur propositum. Si primo modo? ergo ista est ita vera. essentia diuina intuetur omnem perfectionem simpliciter. sicut ista. intellectus intuetur. Et similiter ista erit vera cognitio intuitiua intuetur, siue intelligit. Item intellectio intuitiua terminatur ad rem existentem, vt existens est. ergo talis notitia si terminatur ad essentiã, & ad alias perfectiones simpliciter, vt intellectum, voluntatẽ, & huiusmodi. ergo istæ perfectiones fuit ibi ex natura rei existentes. Tunc quæro, aut sunt ibi, vt omnino indistincta, & re, & ratione? aut vt distincta re, vel ratione? Si primo modo? ergo hæc erit falsa. intellectus diuinus intelligit essentiam: quia tunc intellectus non est nisi per actum negociatiuum: & similiter hæc erit falsa. intellectus diuinus intelligit intellectione: quia tunc intellectio non est, nec in re, nec in intellectu: & tunc omnia ista intellectus, voluntas, essentia, intellectio, volitio essent tantum synonima: immo vt tunc non posset nominari intellectus, nec voluntas. Si secundo modo? aut intelligitur pro primo membro? & tunc habetur propositum: quia distinguuntur ex natura rei. Si pro secundo membro? hoc non potest dici: qui in illo priori non habetur actus negociatiuus intellectus.

¶ Ad quartam responsionem quando dicit, quòd sufficit, quòd obiecta intellectus, & voluntatis distinguantur fundamentaliter.

¶ Contra hanc responsionem. S. Tho. vult, quòd obiectum, siue ratio formalis obiecti voluntatis sit bonum, siue bonitas: & obiectum intellectus, siue ratio formalis obiecti intellectus sit verum, vel veritas. Tunc arguo sic. quandocunque duæ potentiæ respiciunt idem obiectum sub alia, & alia ratione formali obiecti: si verè respiciunt ergo in tali obiecto erunt necessariò distinctæ rationes: alioquin nõ verè respicerent sub alia, & alia ratione: sed intellectus diuinus respicit essentiam intelligendo, vt veram: & voluntas respicit amando illam, vt bonam, non vt veram. ergo tales rationes formales erunt ibi: aliter non verè aspicerent. Sicut si aspicerem parietem, vt album: & tamen non esset albus: tunc falsò aspicerem. Et tunc quæro: aut sunt ibi ex natura rei: ita quòd vna non est præcisè alia? & habetur propositum, aut sunt ibi tantum per actum intellectus diuini? & hoc non: quia actus rectus intellectus præcedit omnem actum comparatiuum, siue negociatiuum. Sequitur ergo, quòd si intellectus diuinus intelligit essentiam, vt veram, & non vt bonam: & hoc ante omnem actum collatiuum intellectus diuini. quòd bonitas, & veritas erit ibi ex natura rei, & distinctè præter omne opus intellectus. *Improbatur Tho. Caiet. per mediũ Sancti Tho.*

¶ Ad quintam responsionem. cum dicit, quòd ad hoc, vt non dicantur synonima sufficit distinctio cõceptuum: quia synonimeitas est passio nominum. ideo non attenditur penes identitatem rationis formalis rei secundum se: sed penes identitatem conceptus: quia voces sunt notæ earum, quę sunt in anima passionum.

¶ Contra hanc responsionem arguo. Primo, quia falsum est, ꝙ synonima tantum attendantur penes vnitatem conceptus. Tum quia voces principaliter significant res. vt probat Doc. in primo Perhyer. Tũ quia concesso, quòd sit penes vnitatem conceptus: tunc sequitur, quòd etiam synonima erunt apud intellectum diuinum, qui non potest habere, nisi tantum vnum conceptum de omnibus perfectionibus diuinis: patet quia tantum vnicam, & simplicissimã intellectionem. Et sic in illo priori tantum erunt synonima, & hoc accipiendo conceptum pro intellectione rei: quæ etiam dicitur conceptus: vt patet à Doc. in theo. Si verò hic accipit conceptum pro re conceptibili: & sic ista dicunt distinctos cõceptus, qui conceptus erunt tantum relationes rationis: & sic ante negociationem intellectus diuini erunt simpliciter synonima: quia vt sic nullum conceptum ex natura rei dicunt. Tum quia etiam apud intellectum nostrum erunt synonima: quia intellectus noster nõ poterit habere, nisi vnum conceptum à Deo: & hoc negando vniuocationem entis: vt supra patuit d. 3. q. 1. & 3 & d 8 q. 2. Et ipse Tho. S. negat ens dici vniuocè de Deo, & creatura. Tum quia quæro cum intellectus meus intelligit Deum sapientem, vel vt bonũ: ista intellectio ad quid terminatur, aut ad bonitatẽ ex natura rei? & habetur propositum, aut ad bonitatem, quæ sit relatio rationis? ergo nullum cõceptum realem possumus hr̃e de aliqua perfectione diuina: cuius oppositũ probatũ est, supra d. 3. q. 1. & d. 8 q. 2. *Opinio D. Thomæ.*

¶ Ad sextam responsionem &c. Cum dicit Doc. ꝙ inter perfectiones diuinas est ordo demõstrationis, quia Docto. vnam demonstrant ex alia: & quòd est distinctio inter prædicationes: vt ista est vera. sapientia non prædicatur formaliter de bonitate, &c.

Dicit, quòd ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter, vel fundamentaliter.

¶Sed hæc responsio minimè soluit rationem Docto. vt supra patuit: nec oportet hic eam aliter improbare: cum sit sufficienter supra improbata. Ridiculum enim est, quòd sancti demonstrent vnam relationem rationis per aliam, & impleant tot quinternos indagando, & inquirendo diuinas perfectiones, & concludere vnam ex alia, & negare vnam ab alia formaliter: si tantum essent entia rationis, quæ æque primo possunt formari, nedum ab intellectu diuino, sed etiam ab intellectu creato.

¶Ad septimam responsionem. quando dicit, quòd in diuinis nulla est contradictio formaliter, sed fundamentaliter tantum; quia alterum contradictoriorum est formaliter negatio. Patet quòd ista responsio parum valet. Tum quia idem concluderetur de omni contradictione in creaturis. vt lapis, & non lapis: & sic tantum per opus intellectus lapis, & non lapis contradicunt. Quicquid sit de hoc, an negatio sit tantum per opus intellectus: & similiter non esse præcedens, vel sequens rem sit tantum per opus intellectus: non est præsentis speculationis. Loquendo tamen de contradictorijs fundamentaliter, idest de his, quæ possunt fundare contradictoria: non potest saluare multa contradictoria in diuinis, nisi ponatur distinctio aliqua à parte rei. Ista est vera præter omne opus intellectus. Deus intelligit essentiam suam intellectu, & intellectione: & non vult ipsam intellectu, & intellectione: & similiter voluntas diuina diligit essentiam diuinam præter omne opus intellectus voluntate, & volitione: & non vult intellectu, & intellectione. ergo ibi necessariò præter omne opus intellectus erit distinctio inter intellectum, & voluntatem, inter intellectionem, & volitionem. Et multa alia possunt inferri: & certè non oportet fugere ad distinctionem rationis: quia ante omnem actum negociatiuum: intellectus diuinus verè intelligit essentiam suam, & nullo modo intelligit, voluntate, aut volitione.

Deus intelligit essentiam suam præter opus intellectus.

¶Ad vltimam responsionem. Cum dicit, quòd emanationes non ideo realiter distinguuntur, quia vna est ab intellectu, & altera à voluntate: sed quia habent realem oppositionem relatiuam.

¶Contra hanc responsionem arguo, præsupponendo mihi vnum verum. videlicet quòd emanatio verbi in diuinis sit per modum naturæ: & emanatio Spiritussancti sit per modum voluntatis. primum patuit supra distinct. secunda, parte secunda, quæst. tertia, & quarta, & specialiter. distinct. 6. & infra distinct. 13. secundum patebit. infra distinct. 10. & 11. & 13. Secundo præsuppono, quòd emanatio Spiritussancti seipsa formaliter distinguitur ab emanatione verbi: vt infra patebit distinctio. 13. & in quolibe. Tertio præsuppono, quòd istæ emanationes sunt in Deo ex natura rei, & distinctè præter omne opus intellectus. His præsuppositis arguo sic. Emanatio verbi dicitur realiter emanatio per modum naturæ: & hoc non habet ex se: sed quia est à principio productiuo per modum naturæ: qui communiter assignatur intellectus. emanatio Spiritussancti est realiter emanatio per modum libertatis, & nullo modo per modum naturæ, & hoc non habet ex se, vt patet. ergo à principio formali productiuo, quod communiter assignatur voluntas. ergo intellectus, & voluntas distinguuntur præter omne opus intellectus; quia intellectus tantum producit per modū naturæ, & voluntas per modum libertatis. Isti enim sunt modi omnino oppositi. vt patuit supra distinc. secunda, parte secunda, quæst. vlti. & infra distin. 10. Si enim nulla distinctio præter omne opus intellectus poneretur inter intellectum, & voluntatem, tunc Spiritussanctus ita esset per modum naturæ sicut per modum voluntatis, & econtra. ita filius esset per modum voluntatis, sicut per modum naturæ. Sequeretur etiam, quòd Spiritussanctus ita primo esset ab intellectu paterno, sicut, & filius: & sic Spiritussanctus non esset à filio. Ideo enim nunc est à filio, quia intellectus patris sicut est prius operatiuus, quàm voluntas, ita & prius productiuus, vt supra patuit distinct. 2. parte 2. quæst. 3. & distinct. 6. & in illo priori communicatur voluntas filio, vt principium productiuum: & sic Spiritussanctus procedit à filio. Si verò intellectus, & voluntas essent penitus idem à parte rei: æque primo Spiritussanctus esset à parte. &c.

Emanatio verbi dicitur realiter emanatio p modum naturæ.

SECVNDO principaliter respondeo ad rationem Ocham, quam facit contra Docto. de distinctione formali attributorum. Dico primo, quòd illa propositio est sufficiens, scilicet vbi est aliqua distinctio, ibi possunt aliqua contradictoria verificari. Concedo enim istam absolutè: sed negatur ista. videlicet quòd impossibile est contradictoria verificari de quocunque, nisi illa, pro quibus supponunt, sint distinctæ res, vel distinctæ rationes, vel res, & ratio: quia ad verificandum contradictoria de aliquibus sufficit, quòd sint distinctæ formalitates: vel quòd sint non idem formaliter, vel quòd vnum dicat veram formalitatem, & aliud non dicat eandem: sed tantum dicat modum, vel gradum intrinsecum illius formalitatis. sicut supra patuit, quòd modus intrinsecus non dicit distinctam formalitatem ab eo, cuius est modus: & tamen est non idem formaliter. Sufficit etiam ad verificandum contradictoria præter opus intellectus de aliquibus, quòd illa sint duæ realitates, quæ tantum distinguuntur ex natura rei: sicut forte intellectus possibilis, & intellectus agens, & animal, & homo. Non est ergo necesse ad verificandum duo contradictoria præter opus intellectus de aliquibus, quòd illa sint duæ res, accipiendo rem propriè. Et cum infert ex ista propositione falsa. Ergo si esse idem formaliter sapientiæ verificatur de sapientia, & verè negatur de bonitate: oportet quòd sapientia diuina, & bonitas diuina importent aliqua, quæ non sunt idem realiter. Negatur ista consequentia; quia de intellectu possibili verè affirmatur, quòd est receptiuus realiter speciei intelligibilis, & actus, & habitus: & verè negatur de intellectu agente, etiam præter omne opus intellectus. ergo intellectus possibilis, & intellectus agens distinguuntur realiter, non sequitur. Similiter intelligere verè, & realiter affirmatur de intellectu, & negatur de voluntate. ergo intellectus, & voluntas sunt duæ res? non sequitur. Sunt enim vna res realiter. vt extat probatum à Docto. in secundo distinctio. 16. immo secundum ipsum Ocham inter intellectum, & voluntatem nulla est distinctio ex natura rei.

Responsio ad rationes Ocham.

Quid sufficit vt aliqua sint contradictoria.

Intellectus & voluntas sunt vna res realiter.

¶Ad confirmationem illam negatur illa similitudo: quia cum aliquid affirmatur. puta de paternitate, quòd est incommunicabilis, & illud negatur de essentia diuina, sequitur, quòd non sint omnibus modis idem præter intellectum negociantem: sed non est sic cum esse absolutè affirmatur de a. & negatur de b. quia esse absolutè sumptum importat esse existentiæ, & essentiæ, & sic ex affirmatione, & negatione esse absolutè loquendo posset fortè inferri distinctio realis. Aliud est enim dicere sapientia diuina non est absolutè bonitas diuina: & aliud dicere sapientia diuina non est formaliter bonitas diuina. Et similiter aliud est dicere esse sapientiæ diuinæ formaliter affirmatur de ipsa sapientia diuina, & formaliter negatur de bonitate

diuina:

diuina: & aliud est dicere esse absolutè sapientiæ diuinæ affirmatur de sapientia diuina, & absolutè negatur de bonitate diuina. Et cum dicit, quòd ita sunt ista contradictoria. esse formaliter sapientiam diuinam, & non esse formaliter sapientiam diuinam. sicut illa absolutè. esse sapientiam diuinam, & non esse sapientiam diuinam. ergo ita ex illa contradictione licet inferre non identitatem realem, sicut ex ista. Dico ad antecedens, quòd quamuis omnia contradictoria quantum ad rationem formalem contradictionis æqualiter distent, vt supra patuit distin. 2. quia recedendo etiam à minimo esse statim fit sub non esse: ita enim ista contradicunt. Deus, & non Deus. sicut lapis, & non lapis. Sed non sequitur postea, quòd hæc contradictoria ita inter se distent, sicut, & illa. ergo sicut vna contradictio infert distinctionem realem, ergo & reliqua: non sequitur: ita enim genus, & non genus contradicunt, sic sortes, & non sortes. ergo sicut sortes, & non sortes infert realem distinctionem. ergo similiter genus, & non genus. sic dico in proposito de a. & b.

Nota bene.

Responsiones Ocham non soluunt argumenta Sco.

NUNC OSTENDENDUM est responsiones Ocham nullo modo euadere rationes Doct. Cum ergo contra primam rationem Docto. infert. sapientia infinita est formaliter ens infinitum. ergo sapientia in communi est formaliter ens in communi.

¶ Dico primo, quòd ista non est simpliciter vera. sapientia formaliter infinita est formaliter ens infinitum: quia infinitas dicit gradum intrinsecum illius, cuius est: sequeretur enim quòd ens sub ratione infinitatis intensiuæ esset de quiditate, & formalitate sapientiæ infinitæ: sed bene ista vera. sapientia infinita est realiter ens infinitum.

¶ Dico secundo, quòd concesso hoc antecedente. sapientia infinita est formaliter ens infinitum. quòd consequentia est vera, scilicet ergo sapientia in communi est formaliter ens in communi. Et cum dicit, quòd secundum Sco. Deo, & creaturæ tantum conceptus est communis: qui conceptus, vel est ens rationis tantum: vel est realiter actus intelligendi. Dico, quòd hoc non habetur expresse à Doct. Et posito hoc: adhuc nihil est, quia eo modo, quo concedimus conceptum entis prædicari formaliter, & in quid de conceptu substantiæ: eo modo concedimus substantiam esse formaliter ens.

¶ Si dicatur. Vnus conceptus non est de quiditate alterius. Potest dici, & si conceptus in communi non sit propriè de essentia alterius: tamen pro tanto potest dici de essentia pro quanto illud, à quo sumitur conceptus entis est de essentia illius, à quo accipitur conceptus substantiæ. Sic posset dici in proposito, quòd si sapientia formaliter infinita sit formaliter ens infinitum, quòd sapientia in communi erit formaliter ens in communi: quia conceptus entis in communi accipitur ab aliquo, quod est de essentia sapientiæ, & sapientia in communi accipitur ab aliquo, quod includit essentialiter illud, à quo accipitur ens in communi.

Deus est supra et ens i modo essendi ens verò in mo prædicandi & quo ad nostrum modum concipiendi.

Ens prædicatur in quid de sapiêtia Dei.

¶ Dico secundo, quòd etsi ens commune Deo, & creaturæ, siue cóceptus entis non dicat aliquam realitatem priorem ipso Deo, vt supra notaui: tamen prædicatur in quid de Deo: quia talis conceptus acceptus est ab aliqua entitate in Deo dicente quid: vt exposui infra distinct. 25. ideo hæc est quiditatiua. Deus est ens. Sic dico de conceptu entis, qui prædicatur in quid de sapientia Dei: hæc enim est in quid. sapientia est ens. & tunc ens accipitur ab aliquo in sapientia dicente quid. Et sic bene sequitur. si sapientia formaliter infinita est formaliter ens infinitum. ergo sapientia in communi est formaliter ens in communi. Et sic si ista esset vera. sapientia formaliter infinita est bonitas infinita. ergo sapientia in communi est formaliter bonitas in communi: vel saltem illud, à quo accipitur bonitas in communi esset de formalitate, & de quiditate illius, à quo accipitur sapientia in communi: quod est manifestè falsum.

¶ Posset etiam dici, quòd etsi sapientia in communi, vt abstracta à sapientia diuina non dicat conceptum realem respectu illius, nec similiter conceptus entis, vt abstractus à Deo: tamen conceptus sapientiæ in communi, etiam transcendens, vt abstractus à sapientia creata: & similiter conceptus entis, vt abstractus à creatura posset dici conceptus alicuius realis, qui non diceretur actus intelligendi: & sic dico de bonitate. diceretur tamen conceptus entis in quid de conceptu sapientiæ in communi. Et hoc modo posset concedi, quòd si sapientia formaliter infinita sit formaliter ens infinitum: quòd sapientia in communi sit formaliter ens in communi. Et tamen esset valde inconueniens de sapientia, & bonitate: quia si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita. ergo sapientia in communi erit formaliter bonitas in communi, quòd est manifestè falsum. Et sic patet quomodo hæc instantia facta ab Ocham nihil facit contra rationem Doc.

¶ Ad aliam instantiam. cum dicit si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita. ergo, & sapientia in commoni erit formaliter bonitas in communi. ergo similiter videretur sequi hic. sapientia infinita est realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi erit realiter ens in communi: sed hæc consequentia est falsa: quia sapientia in communi non est realiter ens in communi, vt patet.

Ad aliam instantiam.

¶ Respondeo vt supra responsum est. Concedo enim quòd sapientia infinita sit realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi est realiter ens in communi. Vnde dico primo, quòd illud, à quo accipitur sapientia in communi est realiter idem illi, à quo accipitur ens in communi: & hoc quando accipiuntur ab eadem re. Dico secundo, quòd consequentia hæc non tenet: quia idenotas realis est ratione infinitatis: ideo enim sequitur, quòd si sapientia sit formaliter infinita, quòd ratione infinitatis identificet sibi realiter quicquid potest illi compete re ex natura rei: & quia infinitum ens competit sibi ex natura rei: ideo illud sibi realiter idenoficat: abstracta tamen infinitate non remanet causa identitatis realis ad ens tale, nisi fortè econtra propter infinitatem entis. Et ideo abstracta infinitate, tam ab ente, quàm à sapientia, tantum rationes formales illorum remanent, quæ non sunt causæ identitatis realis. Et ideo non est simile hic, & ibi: quia hic tollitur ab vtroque extremo ratio identitatis realis: ideo non sequitur. sapientia infinita est realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi erit realiter ens in communi? quia in antecedente remanet, & affirmatur causa identitatis realis, scilicet infinitas actualis, & in consequente negatur causa idenotatis realis. s. infinitas actualis: & ideo non sequitur. Si tamen arguatur, vt Doc. noster arguit. Si sapientia infinita est formaliter infinita entitas, siue infinita bonitas, statim sequitur, quòd sapientia in communi erit formaliter bonitas in communi: quia illud, quod est causa idenotatis formalis, tam in antecedente, q̃ in consequente affirmatur: quia quiditas sapiẽtiæ, & bonitatis est præcisa ratio identitatis formalis, tenendo, quòd sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita, & tales entitates etiam remanent in communi: vt patet. Et ideo non est simile hic, & ibi. Et quod dicit, quòd quando conceditur. sapienoa infinita est formaliter bonitas infinita. ergo sapientia in

communi erit bonitas in cõmuni. Concedit, ꝙ si sapiẽtia infinita distinguitur à bonitate infinita. ergo, & in communi: quia infinitas additur tantum ipsis conceptibus: & sic isti conceptus distinguuntur. Dico primo, ꝙ infinitas intensiua non potest inesse realiter ipsis conceptibus: quia tunc cõceptus talis esset realiter infinitus: sed additur ipsis rebus: puta sapiẽtiæ, vt supponit pro re: non autem vt supponit pro conceptu. Et semper loquitur Doct. de rebus significatis, non autem de conceptibus cum dicit sapientia infinita &c.

¶ Conceditur illud argumentum, scilicet, quando aliqua communia distinguũtur quodlibet contentũ sub vno à quolibet contento sub alio aliquo modo distinguitur. Et similiter illa cõfirmatio sequens scilicet diuersorum generum, &c. Et falsa est illa respõsio, scilicet ꝙ idem omnibus modis potest esse contentum sub vtroque communi secundùm Philosophum lib. Topic. Dico ꝙ Arist. in nullo loco asserit, ꝙ vnum, & idem possit contineri quiditatiuè sub diuersis generibus, hoc enim ē simpliciter impossibile: loquendo semper de diuersis generibus non sub alternatim positis; immo expresse contrarium asserit in libro Prædicamentorum. Et etiam falsa est expositio illius auctoritatis, scilicet. Diuersorum generũ, & non subalternatim positorum, &c. ꝙ tantum intelligatur de diuersis generibus ordinatis in eadem p̄dicamẽtali coordinatione: ita ꝙ primo modo vnũ primum diuidatur in aliqua inferiora quorũ quòdlibet immediate negetur de alio, &c. Patet hoc non esse ad mentem Philosophi. Ibi enim in prædicamẽtis exemplificat de diuersis generibus in diuersis coordinationibus. Et vltra, posito etiam, ꝙ intelligat in eadem prædicamentali coordinatione: adhuc non sequitur, ꝙ vnum, & idem possit cõtineri sub diuersis generibus non subalternatim positis, & hoc quiditatiuè. Et sic falsum est ꝙ deitas possit cõtineri sub diuersis communibus; & hoc quiditatiuè vt sub sapientia in communi, & sub bonitate in cõmuni tanquam sub cõmunibus quiditatiuis: quamuis illa cõmunia non sint subalterna: quia ambo continentur sub ente. Hæc enim sunt manifeste falsa. primo quia deitas non continetur quiditatiuè sub sapientia: quia tunc sapientia posset de deitate quiditatiuè prædicari. Tum etiam, quia non esset perfectio attributalis, patet quia talis perfectio præsupponit esse quiditatiuum illius, cuius est perfectio attributalis. Tũ quia secundùm Damascenum huiusmodi perfectiones circunstant substantiam infinitam, & præsupponunt eam. Et multa alia videntur sequi inconuenientia.

In nullo loco asserit Arist. ꝙ vnum, & idem possit contineri quiditatiuè sub diuersis generibus.

Deitas non potest contineri sub diuersis cõmunibus.

¶ Ad secundam responsionem, quam dat ad confirmationem rationis Doc. dicẽtis, ꝙ includere formaliter, aliud est illud includere in sua ratione formali: ita ꝙ si diffinitio includentis assignaretur: inclusum esset diffinitio, vel pars diffinitionis. Sicut autem diffinitio bonitatis in communi non habet in se sapientiam: ita nec infinita infinitam. hæc Scotus. Contra quòd dicit Ochã ꝙ non debet proprie concedi, ꝙ sapientia infinita includat formaliter bonitatem infinitam: sed propriè debet dici, & veraciter, ꝙ sapientia infinita est formaliter bonitas infinita: ita ꝙ sunt omnibus modis idem. Dico, ꝙ ista respõsio non soluit rationem Doct. quia si sapientia infinita esset formaliter bonitas infinita: statim sequitur, ꝙ etiam in cõmuni: quia identitas formalis propriè respicit quiditatem, ita ꝙ vnum sit de quiditate alterius, vel sit quiditas alterius. Cum enim dico, ꝙ homo est formaliter animal, statim sequitur, ꝙ animal sit de quiditate hominis. Nec enim homo est quiditatiuè idem animali ratione gradus intrinseci, vel alicuius proprietatis: sed ratione propriæ quiditatis, ita ꝙ quiditas hominis, circũscripto omni alio, quòd non est de quiditate illius, est formaliter idem animali. Sic in proposito. Si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita, statim sequitur, ꝙ bonitas vt etiam præscindit ab infinitate sit de essentia sapientiæ infinitæ: quia quiditas vtriusque esset ratio identitatis formalis: & sic semper stat argumentum Doct. ꝙ si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita, ꝙ sapientia in communi erit formaliter bonitas in communi: & sic vnum erit de diffinitione quiditatiua alterius.

Homo ē formaliter animal.

¶ Ad expositionem, quam dat Damascenus, cum dicit ꝙ Damascenus non intelligit, ꝙ hoc nomen qui est, dicatur de diuina essentia in quid, & non hoc nomen sapientia, sed intelligit, ꝙ secundum proprietatem vocis magis dicatur in quid, quam sapiens, iustus, &c. Dico, ꝙ hæc non est expositio ad mentem Damasceni, quia Damascenus ibi intendit exprimere perfectiones Dei, & non tantum voces. Vult enim, ꝙ ista omnia circumstent substantiam diuinã: & ꝙ esse propriè dicat quid de Deo: sed aliæ perfectiones non dicunt, quid ipsius Dei. Et vide expositionem suo loco factam: & statim patebit, ꝙ ista expositio Ocham non potest stare ad intentionem Damasceni. Et quòd dicit, ꝙ nullum nomen dictum de Deo dicit immediate substantiam Dei: ita ꝙ apprehendendo nomen immediatè possimus apprehẽdere substantiam Dei, sed dicunt immediate concẽptus aliquos prædicabiles de Deo, qui non sunt ipse Deus, sed circumstant naturam Dei tantum per prædicationem. Dico, ꝙ aliqua nomina, & si immediate significent conceptum rei, mediate tamen significãt ipsam rem. vt notat Doctor super primo Perhyer. & sic hoc nomẽ sapientia diuina, & si immediate significet conceptum ipsius sapientiæ: mediatè tamen significat ipsam sapientiam. Et intentio Damasceni non est, ꝙ tantum huiusmodi conceptus circunstent essentiam diuinam, vt prædicabiles de ea: quia tunc non exprimerẽtur perfectiones diuinæ, quas ibi intendit ostendere. Et quòd dicit de apprehẽsione nominis, &c. Relinquatur infra in dist. 22. vbi ostendit Doctor, ꝙ nomina possunt plus significare, quam nos intelligamus.

Intentio Damasceni.

¶ Ad aliã expositionem auctoritatis Augustini. Cum dicit, ꝙ contingit probare, ꝙ nõ est maius duę personæ, quam vna: quia non est verius propter solam distinctionem conceptuum: quantumcunque in Deo nulla sit distinctio. Patet quomodo hæc non est intentio Aug. vt supra exposui illam auctoritatẽ. vide ibi in loco suo. Et quia eodem modo exponit alias auctoritates, ideo aliter non improbo, cum ex superius dictis appareat has expositiones non esse ad mentem Doctorum immo totaliter dissonas.

NVNC ostendendum est responsiones datas ad rationes factas pro via Doctor. non euacuare illas rationes: quæ rationes possunt colligi ex diuersis dictis Scoti sparsim in diuersis locis. Responsio ad primã rationem non soluit. Tum, quia modi omnino repugnantes in producendo de necessitate præsupponunt distinctionem principiorum. Et cum dicit, ꝙ isti modi. producere per modum naturæ, & producere per modum libertatis, possunt esse ab vno principio omnino indistincto ex natura rei. Hoc improbatum est supra contra ipsum Ocham. distinct. 2. & improbatum extat à Doctore supra distinctione 2. parte. 2. Patent etiam multa inconuenientia, quæ sequuntur ex isto dicto Ocham, quæ vide supra cõtra Tho. Gaie.

Respõsiones Ocham non satisfaciũt.

¶ Ad illud, quòd dicit contra secundam rationem, ꝙ vna, scilicet emanatio non est per modum naturæ, vel intellectus, & alia per modum voluntatis, siue libertatis: quia tunc vna persona produceretur libere, & quòd producitur libere, & non naturaliter

liter producitur contingenter.

Quomodo Spiritus sanctus producatur.

¶ Dico, quod communiter Docto. conceduur Spiritum sanctum produci liber, & per modum libertatis, nec tamen contingenter: quia cum necessitate productionis stat nedum libertas, sed perfectissima libertas, vt infra distinct. 10 quæst. 1. subtiliter ostendit Docto. & clarius pertractat in quolibe. quęst. 16. vide ibi. Et vide quæ dixi supra dist. 1. q. 4. contra Ocham. Et cum dicit, quod filius dicitur produci per modum naturæ: quia intellectus dicit ipsam diuinam essentiam elicitiuam actus generandi, & Spiritussanctus per modum voluntatis: quia volũtas diuina dicit ipsam diuinã essentiam elicitiuam actus spirãdi.

¶ Sed hæc expositio per modum naturæ, & per modum voluntatis, nec est secundum mentem philosophorum, nec sanctorum. Philosophus enim distinguit productionem per modum naturæ à productione per modũ libertatis propter diuersa principia. Vt patet 2. phi. t. c. 44 & 9. met. t. c. 10. Istas etiã causas distinguit Augu. 5. de ciui. Dei. c. 9. Est inquit causa fortuita, est naturalis, est voluntaria. Et declarat ibi omnia membra.

Nulla productio vt productio potest dici nec libera, nec naturalis.

¶ Item si actus generandi dicitur per modum naturæ, & actus spirandi per modum libertatis, quæro à quo habent hoc, aut à ratione intrinseca, aut à ratione extrinseca? Non primo? quia nulla productio, vt productio potest dici, nec libera, nec naturalis: vt patet. Si secundo? quæro quæ sit illa causa extrinseca? Si essentia diuina, vt tu asseris? quæro aut essentia, inquantum præcisè essentia? aut inquantum intellectus, & voluntas? Si primo? nulla apparet distinctio productionum: quia non magis vna dicitur libera, quàm alia: nec magis vna per modum naturæ, quàm alia, immo essentia, vt essentia mere naturaliter se habet respectu cuiuscunque productionis. Et vltra: si istæ productiones sunt immediatè ab essentia, vt essentia, æque primo productio Spiritussancti erit sicut productio filij: nec est maior ratio, quòd prius producatur Spiritussanctus, quàm filius: quia quando est agens perfectum circa obiectum perfectè dispositum natum producere plures effectus, non est maior ratio, quòd vnus per prius producatur, quàm alius. Sic erit in proposito. Cum enim essentia sit principium producẽdi perfectissimum, tam respectu filij, quàm Spiritussancti, & sit omnino disposita, & nullum appareat impedimentum, & ipsa tantum agat de necessitate naturæ respectu filij, & Spiritussancti: (etiam secundum Ocham) sequitur, quòd non erit maior ratio, quod per prius producatur filius, quàm Spiritussanctus, nec econtra. Nec valet dicere, quod potest se determinare per prius ad vnum, quàm ad alium: quia est simpliciter illimitata.

Essentia est principium producendi perfectissimum.

¶ Sed hoc nihil est: quia stante necessaria habitudine ad vtrunque, & perfectissima dispositione respectu vtriusque, non potest assignari prioritas vnius producti respectu alterius. vt patet de sole respectu passi æqualiter dispositi. Vel ergo essentia diuina, nec filium, nec Spiritumsanctum producet, vel vtrunque simul: & tunc sequitur, quòd Spiritussanctus nullo modo producatur à filio. Ideo enim producitur à filio: quia productio Spiritussancti præsupponit productionem filij, in qua productione communicatur sibi idem principium formale spirandi Spiritumsanctum.

¶ Stat ergo ratio Sco. quòd ex quo istæ productiones habent à causa extrinseca, quòd vna dicatur naturalis, & alia libera, & essentia diuina, vt essentia nõ potest esse immediatè causa talis distinctionis. ergo erit ab intellectu, & voluntate: quia nullæ aliæ assignari possunt: & per cõsequens intellectus, & voluntas erunt ibi ex natura rei distincta præter omne opus intellectus, & per consequens distinctio emanationum præsupponit distinctionẽ ex natura rei intellectus, & voluntatis. Si detur aliud membrum, scilicet quod essentia, vt intellectus, & voluntas, est ratio producendi per modum naturæ, & per modum libertatis: ita quòd essentia, vt intellectus est ratio producendi filium per modum naturæ, & essentia, vt voluntas est ratio producendi Spiritumsanctum per modum voluntatis: quæro tunc aut intellectus, & voluntas aliquo modo distinguuntur præter omne opus intellectus, aut non? Si primum? habetur propositum. Si secundum? tunc essentiam producere, vt intellectus, & voluntas, nihil aliud est, quàm essentiam, vt essentia producere: cũ ibi nulla per te sit distinctio.

¶ Ad illa, quæ dicit contra tertiam rationem Doc. Concesso, quòd natura ex se possit determinari ad certum numerum productorum specie diuersorũ: licet includat aliqua dubia, tamen illud, quod dicit, quod pater, & filius si immediatè sunt à natura diuina, non sunt eiusdem rationis: & per consequens natura diuina determinatur ad certum numerum suppositorum. Dico, quod hoc est falsum. Tum quia supposita eiusdem naturæ specificæ sunt eiusdem rationis: vt patet de indiuiduis naturę humanę. Ideo enim Franciscus, & Io. sunt eiusdem rationis, & eiusdẽ speciei specialissimæ: quia conueniunt in natura specifica. Sed supposita diuina sunt simpliciter eiusdem naturæ diuinæ, vt ab omnibus conceditur. Nec valet dicere, quòd pater ratione paternitatis sit alterius rationis à filio, & econtra: quia idem sequeretur de Francisco, & Io. quia Fran ratione suæ hæcheitatis est alterius rationis à Io. (modo tamen præexposito supra præsenti distinctione. q. 3. contra Ocham) & tamen ab omnibus conceditur, quòd sunt eiusdẽ speciei specialissimæ. Sic in proposito. Tum etiam quia si duo supposita creata sunt eiusdem speciei specialissimæ: quia conueniunt in natura habente vnitatem specificam: quæ tamen in illis diuiditur, multo magis supposita diuina dicuntur eiusdem rationis, quæ conueniunt in eadem natura habente perfectissimam vnitatem numeralem: est enim tota in tribus suppositis. Ex his patet quomodo tres personæ sunt simpliciter eiusdem rationis: hoc etiam supra patuit d. 7. & magis patebit, infra d. 13. Cum ergo Ocham concedat, quòd principium producendi plura eiusdem rationis ex se non determinatur ad certum numerum suppositorum, per cõsequens erit principium producendi infinita. Si ergo essentia diuina, vt omnino indistincta ab intellectu, & voluntate est ratio producendi duo supposita eiusdem rationis, ergo erit principium producendi infinita, ergo poterit producere infinita, ergo actu sunt infinita supposita diuina, quia quicquid ibi potest esse, necessario est, vt supra patuit à Doct. dist. 2. parte. 2. q. 1. & in quoli. q. 2.

Supposita diuina sũt simpliciter eiusdem natura diuina.

Quomodo tres personæ sunt simpliciter eiusdẽ rationis.

¶ Deinde miror, quod dicit, quòd ideo pater, & filius non sunt eiusdem rationis, quia est maior distinctio inter patrem, & filium, quàm esset si quælibet earum esset pater, &c. Nam hoc asserere est simpliciter negare supposita eiusdem speciei posse dici supposita eiusdem rationis, quia Franciscus, & Ioan. & Antonius plus differunt inter se, quàm si quilibet eorum esset Franciscus, quod nihil est dictu. Et quod dicit de illa adæquatione non oportet aliter discutere, quia non potest euadere argumentum pro via Sco. tenendo personas diuinas esse eiusdem rationis, & principiũ producendi posse producere plura eiusdem rationis, statim sequitur, quod etiam infinita, quia ex se non põt determinari ad certũ numerũ suppositorum. Sed tenendo, quod intellectus diuinus formaliter

distinguatur à voluntate diuina: omnis ambiguitas tollitur: quia tunc intellectus sic determinatur ad vnam productionem, quòd est simpliciter impossibile habere plures. immo sic necessariò determinatur ad illam generationem singularem, quòd si per impossibile illa non esset, nulla alia esset. vt innuit Doc. in quoli. q. 2. Hoc idem dico de voluntate diuina, quæ sic necessariò determinatur ad vnam spirationem, quòd non solum est impossibile habere plures, sed etiam si per impossibile illa non esset, nullam aliam posset habere.

Difficultas

¶ Sed occurrit vna breuis difficultas: quia secundum Doct. supra distinctione secunda, parte secunda. quæst. tertia, & distinct. 7. & in secundo distinc. 1. quæst. 1. vult, quòd essentia diuina sit principium formale producendi: & hoc tantum partiale. Cum ergo essentia diuina, vt essentia possit esse principiũ partiale tam productionis filij, quàm Spiritussancti: quare sic determinatur tantum ad istas duas productiones, ita quòd non in plures.

Responsio.

Patet responsio: quia per intellectum determinatur tantum ad filij productionem, & per voluntatem ad Spiritussancti productionem.

Cōtra Ochā etiam instatur.

ARGVITVR contra aliqua dicta in illa responsione de adæquatione. quia concesso, quòd virtus productiua, licet possit producere aliud productum sibi adæquatum in perfectione sicut, & primũ productum, vt exemplificat de calore, qui & si in passo a. producat calorem sibi adæquatum in perfectione: adhuc simul, & semel in alio passo: puta b. poterit producere calorem æqualē, &c. Hoc dato. sequitur quòd argumentum pro via Docto. nullo modo soluatur: quia sicut ipse calor potest simul producere circa plura passa plures caliditates æquales, & sibi adæquatas. ergo circa infinita passa posset infinitas producere. Sic in proposito. Si essentia diuina potest simul producere, vel si est ratio producendi plura eiusdem rationis sibi adæquata, ergo, & infinita. quia si propter adæquationem primi producti non repugnat secundum productum. ergo nec tertium: cum non sit maior ratio de tertio, quàm de secundo. Et si concederetur, quòd idem calor simul posset producere plures caliditates sibi adæquatas circa idem passum: concederetur etiam, quòd sicut duas ita, & tres, & quatuor: cum non sit maior ratio de quarta, & tertia, quàm de secunda. Sic à fortiori concederetur de diuina essentia, quæ si esset ratio totalis producendi duo supposita eiusdem naturæ æque perfecta, & omnino sibi adæquata: concederetur etiam de tertio, & quarto: & sic in infinitum.

Opinio Lychetι.

Nec credo verum esse: quòd idem calor etiam circa diuersa passa simul possit producere duas caliditates sibi secundum perfectionem adæquatas: & hoc æque perfectè duas simul, sicut & quamlibet seorsum, vt supra ostendi distinctione secunda, parte prima, quæst. 1. & in secundo distinct. 3. & vide ibi quæ dixi.

¶ Secundo arguitur contra illud, quod secundo dicit ad confirmationem: quòd eadem virtute producuntur ista duo supposita ordine quodam, scilicet quia primum productum est productiuum secundi. Hoc non potest stare: & arguo sic. Quando agens est perfectè approximatum passo, & agit modo naturali: nec oportet ipsum inducere prius dispositionem præuiam, cum sit perfectum agens, si habet in virtute sua duos effectus æque perfectos, & sibi adæquatos, vel simul producit illos, vel nullum eorum: cum non sit maior ratio de vno, quàm de alio. Si enim ignis haberet duas materias æque præsentes, & æque dispositas; & haberet in virtute sua duas formas substantiales ignis, vel simul induceret illas, vel nullam illarum: quia non erit maior ratio de vna, quàm de alia, nec sunt effectus ordinati adinuicem: ita quòd secunda non potest induci, nisi prius prima inducatur. Sic erit in proposito; quia ponitur essentia diuina eadem numero omnino indistincta ab intellectu, & voluntate esse principium formale, & totale tam respectu filij, quàm respectu Spiritussancti: & nullum apparet impedimentum: cum ponatur principium sub ratione perfectissima: nec vnum productum necessariò præexigit aliud: cum non sint effectus ordinati. patet quia si per impossibile non produceret filium, adhuc produceretur Spiritussanctus: cum sit æque principium perfectum Spiritussancti, sicut & filij. ergo vel simul producuntur filius, & Spiritussanctus, vel nec filius, nec Spiritussanctus producuntur. Non enim apparet maior ratio de vno, quàm de alio. Et ponitur etiam ipsa essentia diuina in supposito; quod æque bene potest producere vnum, sicut aliud.

Essentia diuina est eadem numero omnino indistincta ab intellectu, & voluntate. Nota & bene.

¶ Secundo arguo sic. Si essentia diuina per impossibile esset sine supposito patris, & ipsa est ratio totalis formalis producendi per se duo supposita adæquata sibi secundum perfectionem quæro tunc si essentia diuina de necessitate prius produceret filium, quàm Spiritumsanctum? an simul stante æquali dispositione? Si primum? Contra, quia nulla hic apparet ratio, quòd magis vnum, quàm aliud. vt patet de sole respectu eiusdem passi si haberet in virtute sua duos effectus sibi adæquatos: & esset æqualis dispositio tam ex parte passi, quam ex parte agentis. Si secundum? habetur propositum: quia vt est in patre, etiam tunc erit ratio simul producendi filium, & Spiritumsanctum: patet quia modus producendi non variatur per hoc, quòd ponitur in supposito patris, nec pater concurrit, vt aliqua virtus producendi, sed tantum est conditio producentis, vt supra expositum est. Tota enim ratio agendi, vel producendi est à principio formali producendi: & non à conditione requisita: immo tota perfectio productionis est tantum à formali principio productiuo, vt supra expositum est. Nec valet dicere, quòd ad productionem Spiritussancti requiritur filius: quia quæro rationem quare requiritur? nulla apparet ratio: quia filius non concurrit, vt aliqua virtus productiua addita principio formali productiuo; vt patet: quia illud est in se perfectissimum. nec requiritur, vt conditio agentis, siue producentis: quia essentia, vt in patre est in supposito conuenienti respectu cuiuscunque productionis. ita enim essentia diuina, vt in patre est perfectissimum, & aptissimum principium producendi Spiritumsanctum: sicut si esset in supposito filij. vt omnes concedere habent. Et ideo non potest saluare ordinem productionis diuinæ: ita quòd vna sit prior alia ponendo essentiam diuinam esse totale principium istarum productionum. Sed ponendo distinctionem præter omne opus intellectus inter intellectum, & voluntatem, & quòd intellectus sit partiale principium productionis filij, & voluntas partiale principium productionis Spiritussancti, nulla erit difficultas in ponendo ordinem prioritatis vnius productionis ad aliam: quia sicut supra expositum est à Docto. distinctione secunda, parte secunda, quæstio. tertia, intellectus est prius operatiuus, quàm voluntas: quia est impossibile voluntatem esse operatiuam circa aliquod obiectum volendo illud: si intellectus prius non intellexerit illud. Sic etiam in producendo intellectus est prius productiuus, quàm voluntas. In illo ergo priori quo essentia diuina est in supposito patris: est prius patri ipsa essentia, vt intellectus

Tota ratio agendi est à principio formali.

Intellectus est prius operatiuus quàm voluntas.

ratio

ratio producendi filium, quàm Spiritum sanctum, & ideo pater necessario prius producit filium. Et si per impossibile filius non produceret Spiritum sanctum, adhuc pater perfectissimè ipsum produceret: posita tamen prius operatione intellectus. Et nunc si filius concurrit, non concurrit propter hoc, quòd sit aliquo modo necessarius in tali productione Spiritus sancti, sed tantum quia in illo priori, quo generatur, cõmunicatur sibi idem principium formale producendi Spiritum sanctum, & hoc ante productionem ipsius Spiritus sancti.

¶ Ad responsionem datam ad aliam rationem de productione libera, & per modum naturæ, cum dicit, quòd productio per modum naturæ, & productio per modum libertatis, (etiam loquẽdo de libertate contradictionis, & contingentię) possunt saluari per vnum principium formale, quod esset respectu vnius naturale, & respectu alterius liberum.

¶ Ista responsio est satis improbata supra di. 1. q. 4. Nec valet dicere sicut ipse dicit in primo dis. 1. quòd eadem voluntas diuina est principium producendi aliquid de necessitate, vt patet de productione Spiritus sancti, & de amore respectu diuinæ essentiæ, & etiam est principium producendi merè contingenter creaturam, quia cum producit necessario Spiritum sanctũ quodammodo accidit sibi, quia hoc est ratione obiecti formaliter infiniti, & ratione suæ infinitatis intrinsecæ, vt alias exposui, tamen ex se producit merè liberè, itaq; talis productio non sit merè, & absolute per modum naturæ, & necessitatis, licet enim necessario producat, hoc tamen est, quia respicit tale obiectum, quod est formaliter infinitum. Si enim produceret Spiritum sanctum de alio obiecto creato tantum contingenter produceret, vt patet à Doct. in pluribus locis, nec oportet hic immorari.

Productiones an sint se ipsis distincta.

¶ Ad responsionem argumenti, quòd productiones sunt seipsis distinctæ, & requirunt aliquam priorem distinctionem. Cum dicit, quòd sufficit distinctio terminorum.

¶ Dico, quòd hæc responsio parum valet. Tum quia termini capiunt esse per illas productiones, ergo non distinguntur per illos terminos. Tum quia in se præintelliguntur distinctæ ipsis terminis; patet quia sicut producens prius est aliquo modo producto, ergo & productio, qua producit erit prior ipso producto, hoc posset esse notum ex doct. in isto primo dist. 26. & in 2 dist. 1. & in quolib. Si ergo productiones sunt priores terminis productis, sequitur, q; est impropria locutio, dicere tales productiones esse, & per illos terminos posteriores distingui. Et qd dicit ad confirmationem scilicet quòd circunscriptus per intellectum principijs productiuis, adhuc productiones illæ remanebunt distinctæ, & quòd seipsis formaliter distinguũtur. Verum dicit, sed non sequitur ex hoc, quòd earum distinctio non reducatur ad aliqua prius distincta, immo necesse est ipsam distinctionem reduci ad distinctionem principiorũ originatiue, loquendo de distingui originatiuè, vt sæpe Doct. loquitur. Et quòd prædicta distinctio productionum sit originatiuè à distinctis principijs productiuis supra probatum est. Illud enim argumentum factum pro opi. doc. quòd talis distinctio debeat sic reduci, tenet per hoc, quòd illæ productiones non possunt poni in esse, nisi per principia distincta. Et ex hoc tenet etiam illa confirmatio.

¶ Ad aliam responsionem, quæ est ad illam rationẽ de determinatione diuinæ essentiæ ad distinctas productiones, cum dicit, quòd diuina essentia determinatur ex se ad diuersas productiones, quia ex se respicit illas, & quamlibet illarum, & etiam vniformiter se habet ad illas. Sed hoc improbatum est supra, quia tunc non apparet ratio: quare simul non producit illa duo producta, nec apparet ratio, quare prius vnum quàm aliud: cum vniformiter se habeat ad illa. Nec etiam (vt supra dixi) apparet ratio quare si potest in duo eiusdem rationis simul; quare etiam non in infinita. hæc omnia exposita sunt supra. Et ex his etiã apparet ad illa, quæ respondent ad confirmationem. Non assignat tamen causam quare pater per idem omnino principiũ prius necessariò producit filium, & post Spiritumsanctũ; nec sufficit theologo assignare causam ita communẽ, scilicet quòd sola fide hoc est tenendum: nec est possibile aliquem in via ista scire quare ita est. quia licet sit articulus fidei, quòd Spiritussanctus procedit à filio, & per consequens filius producitur prius, tamẽ ex aliquibus creditis possunt inferri aliqua rationabiliter. Licet enim productio in diuinis sit tantũ credita, tamen ex illo credito multa inferuntur, scilicet quod generans, & genitum realiter distinguuntur, & multa alia.

Quare prius producatur filius, quàm Spiritussanctus.

¶ Sic posita generatione filij, & spiratione Spiritussancti, vt articulis fidei: erit facilè videre quare per prius producitur filius, quàm Spiritussanctus; quia tenendo, quòd productio filij sit per modum naturæ, & productio Spiritussancti per modum voluntatis: statim cõcedimus, quòd productio filij est prior productione Spiritussancti, vt supra expositũ est. quia intellectus sicut est prius operatiuus, quàm voluntas, ita est prius productiuus. & sic hæc conclusio: filius prius producitur à patre, quàm Spiritussanctus licat sit credita, quia dependet ab aliquibus creditis, tamẽ ex illis deducitur, sicut etiam ex vna præmissa naturali, & altera credita tantum sequitur conclusio credita. vt notat Doc. in quolib. q. 14. tamen illa conclusio est sufficienter probata stante vna præmissa cradita.

¶ Ad illam expositionẽ ad auctoritatẽ philosophi, scilicet quòd est intelligenda de formis incompossibilibus, & agentibus naturalibus. non credo esse veram expositionẽ, vt patet 8. meta. c. 11. & 12. De hoc vide Sco. in 4. dis. 43. q. 3. sustinendo viam mediam, quæ ponitur à Ric.

¶ Ad illa quæ dicit contra aliam rationem: quæ procedit ex hoc, quòd si aliqua sint idem realiter, & formaliter quicquid conuenit vni, conuenit, & alteri, &c. Cum dicit primo de actu dicendi, &c. patet, quòd non soluit instantiam. Non enim est verum, q; memoria importet hoc totum, scilicet essentiam diuinam elicientem actum generandi; & voluntas totum illud, scilicet essentiam productiuã actu spirandi: & hoc supra improbatum est vide ibi. Ad omnia alia, quæ sequuntur, q̃a procedunt ex eadem radice faciliter potest ostendi ex dictis supra nihil valere: quia circunscripta omni connotatione istorum nominum, intellectus, voluntas, essentia diuina, bonitas, & huiusmodi: aliquid verificatur de vno præter omne opus intellectus, quod non verificatur de altero: quia intellectus verè intelligit, voluntas autem non. ergo actus intelligendi verè competit intellectui: qui tamen non competit voluntati. Nec valet dicere, quòd non est possibile loqui de istis rebus, nisi mediantibus vocibus, vel conceptibus, vel alijs signis: quia semper stat difficultas posito, quòd nullũ esset signum, nec conceptus, nec vox huius, scilicet intellectus intelligit, & voluntas non intelligit. Si dicatur, quòd in re ista sunt penitus idẽ intellectus, & voluntas; & quòd quicquid in re conuenit vni, etiam alteri conuenit: statim sequitur, quòd illa eadẽ operatio, quæ immediatè est ab intellectu, immediatè etiam sit à voluntate: immo immediatè ab essentia diuina. & magis sequitur, quòd ipsa intellectio erit immediatè à seipsa: cum nullo modo ex natura rei distin-

distinguatur ab essentia, & intellectu, & sic similiter sequitur, quòd circunscriptis omnib. signis vocibus, vel conceptibus solis rebus manentib. voluntas vult, ergo intellectus vult, ergo essentia vult, ergo velle vult aliquid, quæ omnia videntur inconuenientia, & sic sequitur, quòd actus intelligendi sit simpliciter idem, quòd actus volendi; immo quòd essentia diuina sit absolutè idem, quòd operatio, & sic ista operatio erit principium operandi, & producendi, sicut, & voluntas, & essentia, & intellectus. Iste tamen omnia ista concederet, & multo maiora incõuenientia, nec poterit saluare realem generationem filij, nec processionem Spiritus sancti, vt deduxi supra dist. 2. parte secunda. Nec poterit saluare contingentiam in rebus, cum intellectus, & voluntas sint omnino idem ex natura rei, & producant ad extra vt sunt verè res. Intellectus enim agit tantum per modum naturæ, & de necessitate naturæ, vt conceditur tam à philosophis, quàm à theologis. Et ad omnia alia, quæ respondent, patet quòd non oportet multum immorari, quia ex dictis supra patet quòd nõ soluunt rationes Doct. Et sic patet impugnatio ad Ocham &c.

Intellectus agit per modũ naturæ.

TERTIO principaliter respondeo ad obiectiones Alph. Et primo ad instantiam, quam facit contra primam rationẽ Doct. cum dicit, quòd si ista consequentia esset vera, sapientia infinita est formaliter bonitas infinita, ergo sapientia in communi est formaliter bonitas in communi, sequeretur, quòd ista similiter consequentia valeret. Sapientia infinita est realiter bonitas infinita, ergo sapientia in communi est realiter bonitas in communi, consequens est falsum, ergo. Dico, quòd cõsequentia, quam facit Doc. est bona, sed ista quam facit Alph. non est bona. Et ratio diuersitatis assignata est prius ad instantias; quas fecit contra rationem illam Doct. Et similiter respondendo ad instantias Ocham. In prima enim cõsequẽtia si antecedens esset verum, etiam consequens esset verum, quia ratio identitatis remaneret eadem, tam in antecedente, quàm in consequente. Si enim ista esset vera. Sapientia infinita est formaliter bonitas infinita, sapientia quiditatiuè sumpta (etiam per impossibile circunscripta infinitate) esset præcisa ratio identitatis formalis, quia idẽtitas formalis est ratione quiditatis. In consequente etiam remaneret eadẽ ratio quiditatiua scilicet ratio formalis sapientiæ, & bonitatis. Sed in secunda cõsequentia non remanet eadem ratio realis identitatis, scilicet in antecedente & consequente, quia in proposito ratio realis identitatis in antecedente est infinitas intensiua. In consequente verò non remanet identitas intensiua, vt patet.

Alph. obiectiones soluuntur.

¶Ad secundam instantiam factam contra rationẽ doct. respõdeo præmittendo aliqua. Primum, quòd essentia diuina est simpliciter prima entitas, & absoluta, & simpliciter ratio essendi in diuinis, hoc patet diffusè à Doct. in quolib. q. 1. Et vltra omnes perfectiones simpliciter originatiuè sunt ab essentia diuina. Ipsa enim est origo, & fundamentum omnis perfectionis in diuinis, vt supra patuit. dist. 1. q. 2. & dist. 8. q. 5. & in quoli. q. 1. Secundo præmitto, quòd essentia diuina, cum sit prima entitas, & origo omnis pfectionis in diuinis, per realem identitatem continet quicquid est in diuinis, & non econtra, vnde ista de rigore sermonis est magis vera; essentia propter suã infinitatem continet realiter sapientiam formaliter infinitam, quàm ista, sapientia formaliter infinita cõtinet realiter essentiam diuinam, hoc potest elici à doct. in locis supra dictis, patet etiam expresse in 2. dist. 16. vbi dicit Doct. quòd anima intellectiua continet per realem identitatem suas potentias, non ecõtra, sicut essentia diuina continet &c. Tertio præmitto, quod realis identitas cum essentia diuina non est præcisa ratio, quare aliqua dicuntur formaliter infinita, quia tunc quicquid esset idem realiter illi esset formaliter infinitum, & sic paternitas, & filiatio, & omnis alia relatio diuina esset formaliter infinita, qđ est impossibile, vt probat doct. in quoli. q. 5. Principalis tamen ratio est identitas realis, sed non præcisa, requiritur enim quòd primo pullulet ab essentia entitas talis quiditatiuè, cui non repugnet formaliter infinitas intensiua. Et sic dico, quòd ab essentia diuina diuersimodè pullulant entitates, quæ realiter identificantur illi. Quædam enim pullulant, vt entitates absolutæ perfectionis capaces, vt bonitas, sapientia, &c. quędam pullulant vt tantum relationes quędam, quibus formaliter repugnat perfectio. Primæ dicuntur formaliter infinitæ, licet originaliter hoc habeant ab essentia diuina. Secundæ nec finitæ, nec infinitæ dicuntur.

Essentia est origo omnis perfectio in diuinis.

Ratio quare aliqua sunt infinita formaliter.

¶Istis præmissis. Dico ad instantiam, quam facit ipse Alph. (videlicet perfectiones attributales secundum Sco. nõ sunt infinitæ, nisi propter identitatem ad essentiam, igitur eodem modo, quo sunt idem essentiæ diuinæ sunt infinitæ) quòd negatur ista consequẽtia scilicet igitur eo modo, quo sunt idem sunt infinitæ, & non aliter, quia vt dixi, licet realis identitas sit principalis ratio, quare sapientia dicatur infinita, non tamen præcisa, quia oportet addere, & talis entitas pullulat, cui formaliter non repugnet infinitas; & sic propter infinitatem essentiæ diuinæ (quæ omnia realiter identificat ipsi essentiæ) quædam pullulant, vt perfectiones simpliciter, quibus non repugnat formaliter infinitas, & si non repugnat, actu est talis. Non ergo sequitur, sapientia est formaliter infinita propter realem identitatem cum essentia diuina modo præexposito, ergo tantum eo modo, quo est idem illi est infinita? & sic si est idem realiter erit infinita realiter, si formaliter erit infinita formaliter, & si non sit idem formaliter non erit infinita formaliter. Dico etiam, quòd ex quo essentia diuina est simpliciter prima entitas in diuinis, & primo formaliter infinita, quæcunque entitas; cui non repugnat ex sua ratione formali, vt sit perfectio simpliciter, si est in Deo idem realiter propter realem identitatem pullulat in ea formalis infinitas.

Attributa sunt infinita formaliter ex se si non a se.

¶Ad omnia alia dicta Alph. patet quid dicendum ex dictis hic, & contra alias opi. prius positas.

QVARTO principaliter, & vltimo. Respondeo primo ad argumenta, quæ facit Greg. contra Sco. secũdo ostendam responsiones datas rationibus Sco. non soluere illas.

Rõnes Greg. soluuntur.

¶Ad primam ergo rationem. Dico, quòd præscindendo essentiam, ita quòd in se tantum consideretur non est sapientia, neque bonitas, sed tantum essentia, quia sapientia est attributum circunstans essentiam, & perfectio quasi secũda, & sic essentia in se præcisè sumpta non est sapientia, sicut nec homo præcisè sumptus est risibilis. Et cum infert, si vt sic præcisè sumpta non est sapientia, ergo in Deo sunt plures sapientiæ, negatur consequentia. Præsupponit enim vnum falsum, quòd deitas sic præcisè sumpta sit sapientia. Et cum probat per Aug. 15. de tri. c. 6. quòd Deus est sua sapientia, verum est per realem identitatem, nõ autem formaliter. Et si dicatur, an essentia, vt sic præcisè sumpta sit sua sapientia realiter, vel formaliter? Dico, quòd hoc prædicatum sapientia non cõuenit deitati, nec realiter, nec formaliter, vt sic præcisè sumptæ, quia in tali prioritate tantum conueniunt prædicata essentialia. Alia enim prædicata conueniunt tãtum in aliquo posteriori, puta in quo illa sibi identificat. Sicut nec homo in illo priori, in quo præcisè consideratur est realiter risibilis, sed in aliquo posteriori, in quo identificat sibi risibile. Et quòd talis ratio Greg. non concludat, patet, quia potest

Deus est sua sapiẽtia per realem identitatem non autem formaliter.

argui eodem modo comparando essentiam ad paternitatem diuinam. Essentia præcisè sumpta, aut est paternitas, aut non? sic sic ergo essentia est sua paternitas. si non, ergo erunt possibiles paternitates, sicut ergo hęc ratio nõ concludit. Similiter nec illa Greg.

Deus est sapiens nõ per sapientiam sibi inhærentem, sed per sapientiam eandem sibi realiter.

¶Ad confirmationem. Dico quòd Deus esset sapiens & non per sapientiam sibi inhęrentem, sed per sapientiam eandem sibi realiter. Denominatur. n. sapiens non per sapientiam informantem, neque perficientem, sed sapientia esset tantum id, quo Deus diceretur sapiens, & tamen non informaret, sicut dicimus, quòd homo est animatus, & tamen anima non informat hominem, sed tantum corpus, cui inhæret informando illud. De hoc vide doct. supra distin. 5. q. 2. & pręsenti. q. Nec enim pono ipsum Deum subsistere alicui, vt ipse innuit, sed tantum pono prędicationẽ denominatiuam sapientiæ de Deo sine omni informatione, & inhærentia ipsius sapientiæ. Et Aug. cum dicit: Nefas est dicere, quòd subsistat suę bonitati, exponendus est de subsistentia accidẽtibus per informationem, & inhærentiam, & sic nulli subsistit. Sed loquendo de prædicatione denominatiua sapientiæ sine informatione, & inhærentia nõ negat Aug. Et sic admittitur ista responsio, quòd essentia diuina est sua sapientia identicè, & non formaliter, & per consequens non subest illi.

Essentia diuina est sua sapiẽtia quo modo.

¶Ad illud, quod dicit contra hanc responsionem. Dico, quòd diuinitas non est formalitas sapientiæ, sed est alia ab illa. id est quòd diuinitas dicit vnã formalitatem distinctam à formalitate sapientiæ, & cõcedo, quòd formalitas sapientiæ est quiditas sapientiæ, quæ exprimitur per propriam diffinitionem sapientiæ. Et cum infert sic arguẽdo, formalitas deitatis non est formalitas sapientiæ, ergo deitas non est sapientia. Concedo, quòd non est sapientia formaliter. Et concedo, quòd sicut deitas non est formalitas sapientiæ per identitatem, ita deitas non est sapientia per identitatem, accipiendo identitatem vniformiter tam in antecedente, quàm in consequente, id est quòd sicut deitas non est formalitas, seu quiditas sapientiæ per identitatem formalem, ita deitas non est sapientia per identitatem formalem, & hoc conceditur. Si verò velit inferre absolutè, quòd non sit sapientia per identitatem, negatur consequentia propter fallaciam consequentis, quia non sequitur. a. & b. non sunt idem formaliter, ergo a. & b. non sunt idem absolutè. arguitur enim à negatione antecedentis ad negationem consequentis.

Formalitas sapientiæ nõ est formalitas deitatis.

¶Ad secundum argumentum dicitur, quòd formalitas sapientiæ præcisè sumpta est ipsa quiditas sapientiæ, siue ipsa sapientia. Si etiam daretur aliud, quod formalitas sapientiæ diceret aliquid intrinsecum sapientiæ, tunc non sequitur, nec ex primo intellectu, ex secundo quod infert, scilicet quòd deitas non est sapientia, sed tantum sequitur, quòd deitas non est sapientia formaliter. Et dicatur ad hoc secundum argumentum vt dictum est ad primum.

¶Ad tertium quod procedit per rationem Ansel. Dico, quòd potestas Dei est ei substantialis, vt substantiale distinguitur contra accidentale propriè, nõ autem, vt substantiale accipitur pro essentiale, vt distinguitur contra quodlibet quod est extra quiditatiuam rationem alicuius. Et breuiter dico, quòd attributum est Deo substantiale, id est quòd est idem substantialiter, siue realiter, non autem formaliter, quod patet per rationem Ansel. qui vult, quòd si est accidentale, quòd potest separari, & quia attributa non possunt separari à Deo, ideo dicuntur substantialia Deo, non quòd sint de substantia eius, q͞a tunc contradiceret sibi, qui dicit mono. 15. quòd horum vltimum significat substantiam. Cętera verò substantiæ qualitates scilicet sapiens, bonus, iustus, & huiusmodi. Spiritus verò significat substantiam. Et cum infert, quòd ex hoc Deus posset intelligi sine potestate, & sine alijs attributis, & sic sine omni alia perfectione, cum tales perfectiones per Sco. sint extra quiditatem Dei. Dico, quòd commutat abstractionem non mendacem in abstractionem mendacem. Considerare enim Deum non considerando bonitatem est abstractio non mendax, quia ibi nulla est separatio, sed considerare Deum sine bonitate est abstractio mendax, quia est considerare illud non esse, a quo fit abstractio. Possum enim considerare hominem non considerando proprietatem, tamen non possum considerare sine proprietate. Sic in proposito. Nec plus probat ratio. Et quando vltimo infert, si possum considerare deitatem, non considerando huiusmodi attributa, tunc diuinitas ipsa non esset aliqua perfectio essentialiter, vel posset cõsiderari sine aliqua perfectione essentialiter. Dico quòd ipsa est perfectio essentialis, & infinita perfectio, etiam per possibile, vel impossibile circunscripto omni attributo, vt supra patuit. Et quod arguit à minori, quia aliqua creatura est sua potestas, vel sua virtus, ergo à fortiori in Deo. Dico, quòd si virtus accipiatur pro formali ratione agendi, in multis virtus est idem, sicut calor, vt calor est ratio formalis calefaciendi, & non est in eo aliqua virtus distincta, qua vt principio formali possit calefacere. Et similiter substantia solis dicitur hoc modo potestas, siue virtus causandi, q͞a substantia solis est ratio formalis causandi, hoc modo non accipitur potestas in Deo, siue virtus causandi, quia deitas nõ est ratio formalis causandi aliquid, quia tunc illud de necessitate naturæ causaretur, & vt sic esset ratio agendi secundum totum conatum, & secundum totam virtutem, cuius oppositum supra patuit. dist. 2. & patebit in q. immediate sequenti. hoc modo potestas causandi est voluntas diuina, vel actus ipsius, vt patebit infra di. 39. & in 2. dist. 1. q. 1. & in quoli. q. 8. & 14. & talis potestas, vel virtus distinguitur à Deo formaliter. Si verò potestas accipiatur pro aliqua potentia fundamentaliter, de qua supra di. 7. vt puta pro intellectu, & voluntate, quæ dicuntur potentiæ animæ. Dico, quòd huiusmodi potestas in aliquibus est idem realiter, licet non formaliter, vt patet de intellectu nostro, & voluntate, quæ sunt idem realiter ipsi animæ, nõ tamen formaliter, vt probat doct. in 2. dist. 16. & in aliquibus fortè distinguitur realiter. Ad propositum. Dico, quòd in Deo intellectus, & voluntas sunt necessario distincta saltem ex natura rei, vt supra patuit, & nõ formaliter secundum aliquos, quod tamen non credo esse verum, vt exposui. q. 2. quoli. secus de ipsa intellectualitate, vide ibi.

Attributa non sunt formaliter deo nec sunt sibi accidẽtalia.

Quid sit abstractio mendax, & non mendax.

Deitas non est ratio formalis causandi aliq͞d.

¶Ad quartum quando infert, si sapientia distinguitur formaliter à Deo, sequitur, quòd Deus non erit eo sapiens, quo Deus. Dico, quòd Deus tripliciter est eodem Deus quo sapiens. Primo, quia sapientia, & deitas sunt perfectiones eiusdem rationis, quia sunt perfectiones essentiales, accipiendo essentiale pro perfectione communi tribus suppositis eo modo, quo loquitur Doc. in quoli. q. j. Et sic sicut deitas est perfectio communis, ita sapientia. Secundo quia sunt perfectiones simpliciter, & sicut Deus deitate est perfectus simpliciter, sic, & sapientia, quæ est perfectio simpliciter. Tertio eodẽ est Deus quo sapiens, quia deitas, & sapientia sunt quasi idem identitate mutua, quia vtraque infinita formaliter, licet tamen de rigore sermonis (vt supra dix.) deitas magis identificet sibi sapientiam, quam econtra istis modis potest concedi, quòd eodem pater est Deus, quo, & sapiens, sed non sequitur. quòd eodem formaliter, ita quòd deitas, & sapiẽtia sint idem formaliter, primis tribus modis possunt exponi omnes auctoritates de

Quomodo Deus tripliciter est eodem modo quo sapiens.

ista

ista materia. Et concedo dictum Aug 7. de trin.c.1. quòd si patri non est hoc esse quod sapere nō ibi erit iam summa simplicitas. Verum est, quòd si in patre esse Dei, & sapientia non essent idem realiter, tunc non esset summa simplicitas, quia tunc essent ibi aliqua realiter distincta, quorum vnum esset actus, & aliud potētia. Non autem intendit de identitate formali, quia idem sequeretur de essentia, & paternitate, qa si patri non esset idem paternitas, & deitas non esset in eo summa simplicitas, quod non potest intelligi, nisi de distinctione reali, non autē de distinctione formali, cum qua stat summa simplicitas, vt supra patuit, & tamen vult Aug. expresse, quòd paternitas distinguatur à deitate, vt patet.7.de trini.c.1. Omnis essentia, quæ relatiuè dicitur est aliquid excepto relatiuo. Et c.3. Si pater non est aliquid ad se non est omnino quod relatiuè dicatur ad aliquid. Et c.2. Non eo verbum quo sapientia, quæ auctoritates concludunt aliquam distinctionem inter essentiam, & relationem præter omne opus intellectus, Nec isti possunt soluere has auctoritates, vt supra patuit. dist 2. parte.2.q.1.improbando illas opi.

Deus nō habet sapientiam & quomodo intelligitur.

¶Ad quintum cum dicit, quòd sequeretur, quòd Deus haberet formalitatem sapientiæ, & non esset ipsa sapientia, & sic non esset summè simplex. Dico primo, quòd posita tali distinctione formali non concederetur, quòd propriè haberet sapientiam, quia habere aliquid importat maiorem distinctionem inter rem habentem, & rem habitam, sed bene conceditur, quòd est ipsa per identitatem realem, non autem per identitatem formalem, & ex hoc non sequitur quin sit summè simple, vt supra patuit. Dico secūdo, quòd posita tali formali distinctione potest concedi, (licet fortè non de rigore sermonis) quòd Deus haberet sapientiam. Et cum infertur, quòd non esset ipsa, si inferat, quòd absolutè non sit ipsa, negatur: qa potest esse ipsa prædicatione identica. Et concedo, q eo modo, quo habet ipsam, eo modo est ipsa. sed habet ipsam tantum per identitatem realem, & sic est ipsa realiter, & identice, formaliter tamen nō habet ipsam, & sic formaliter non est ipsa. Et quod adducit de August. 11. de ciui. Dei scilicet in quo pater ad semetipsum dicitur non ad alterum, hoc est quod habet. Concedo, quòd pater quo ad omne absolutum dictum de ipso est illud, quia bonus, iustus, sapiens, sed si vltra inferatur, ergo est formaliter illud, quod habet, non sequitur, sed sequitur, quòd est ipsum, vel realiter, vel formaliter, & ex hoc non sequitur ipsum non esse summè simplex. Hoc idem dico ad Isydo. & Magistrum, cum dicunt, quòd Deus dicitur summè simplex, quia non aliud est ipse, & aliud quod in ipso est. Verum dicunt de non alietate reali, sunt enim vnum realiter, & essentialiter, & sic intelligunt. Est etiam falsum quod dicit, quòd tunc deitas haberet sapientiam. Licet enim ista posset concedi, quòd Deus habet sapientiam, non tamen ista conceditur, quòd deitas, quia vt sic vltimatè abstracta non habet sapientiam, quia tunc sapientia formaliter posset de ipsa prædicari, accipiendo formaliter denominatiuè, cuius oppositum ostensum est supra distinct. 5. quæst.1.

Quomodo Deus dicatur simplex.

¶Ad sextum cū dicit, quòd demonstrata in subiecto formalitate sapientiæ, & in prædicato deitate. Si hæc entitas non est illa, ergo hæc entitas est creatura. Dico primo, quòd consequentia non valet, quia eodē modo arguo, paternitas in diuinis non est deitas, ergo paternitas est creatura? non sequitur. Dico secūdo quòd si arguatur sic, sapientiæ entitas nō est identicè realiter deitas, ergo est creatura, potest concedi. Si verò sic arguatur, entitas sapientiæ non est formaliter deitas, ergo est creatura negatur consequentia, quia creatura distinguitur realiter, & est verè causata de nihilo. Et cum probat consequentiam, quia omnis entitas, quæ Deus non est creatura est. Verum est, quòd omnis entitas, quæ nō est Deus per realem identitatem creatura est, sed nō est verum de non identitate formali.

¶Ad Aug. quando dicit primo de trini. c.6. quòd omnis substantia, quæ Deus non est creatura est, & quæ creatura non est, Deus est. Concedo, quòd talis substantia, quæ non est identice realiter Deus, creatura est, non autem sequitur de nō identitate formali, quia cum secundum ipsum Aug. paternitas non sit formaliter Deus, sequeretur quod esset creatura.

Intellectualitas est eadem formaliter deitati.

¶Ad septimum vbi arguit ex dictis Sco. in reportatis. dis. 35. primi. Dico, quòd intellectualitas est idē formaliter deitati, & si deitas posset diffiniri diffiniretur per intellectualitatem, vt expressius dicit in q.j. quoli. Sed intellectualitas non est perfectio attributalis, vt dicit Doct. præsenti. dist. q.2 & in q.1. quoli. In præsenti autem.q. Doct. tantum loquitur de perfectionibus attributalib. quæ præsupponunt deitatem, quam vt perfectiones simpliciter circunstant, & ille bene, & inter se, & ab essentia diuina formaliter distinguntur. Et cum probat vniuersaliter de omni perfectione per hoc dictum Sco. vbi supra valet qđ potest idem esse alicui non est perfectissimè in illo, nisi sit de ratione quiditatiua, & sic intrinsecè sibi idem, ergo omnis perfectio diuina erit idem formaliter illi. Dico quod hoc dictum Sco. debet sanè intelligi. Intentio enim doct. est, quòd eo modo, quo aliquid potest esse idem alicui non erit perfectissimè in illo, nisi eodem modo, quo potest esse idem illi sit idem, si formaliter formaliter, si realiter realiter. Et quia intellectualitas potest esse idem formaliter naturę intellectuali, ergo in tali natura non esset perfectissimè, nisi sibi esset formaliter de ratione formali ipsius. Similiter quia attributa sunt nata esse perfectè idem realiter naturæ diuinæ propter eius infinitatem, non erunt perfectissimè in illa, nisi fuerint idē realiter, & hoc intendit Doc. & hoc modo ibi loquitur, & etiam alibi vtitur isto modo loquendi.

Prædicatio abstracti de abstracto nō est vera, nisi in primo modo dicendi per se.

¶Ad octauum vbi arguit ex dictis Sco. in reportatis dist.45. primi, qui dicit, quòd nunquam est prædicatio vera in abstracto, nisi sit vera in primo modo dicendi per se, & hoc idem supra dist. 5. q.1. cum ergo ista sit vera, deitas est sapientia, & est abstracti de abstracto, ergo erit vera in primo modo. Dico, q Doct. intendit de prædicatione formali, non identica id est quòd omnis prædicatio formalis abstracti de abstracto non est vera, nisi in primo modo, non autem loquitur de prædicatione identica, quia prædicatio identica erit vera abstracti de abstracto, & tamen non erit in primo modo, quia non formalis, & hoc expresse patet à Doc. præsenti.q. in responsione ad argumentum principale, & supra patuit. dis. 5. q.1. In proposito ista prædicatio. deitas est sapientia, est vera tantum prædicatione identica, & nullo modo formali prædicatione.

Deitas est sapiētia ista propositio est vera tātum prædicatione identica, non autem formali.

¶Ad primam auctoritatem Aug. 15. de tri. concedo, quòd Deus non percipit sapientiam, vt realiter distinctam, qua esset sapiens sapientia realiter distincta sibi inherente, sicut apparet esse in nobis, sed ipse sapientia est scilicet prædicatione identica non formali.

¶Ad secundam quæ est Greg. 16. mor. Concedo, quòd eo modo, quo aliquid habet idem sibi, eo modo est illud, & quia habet æternitatem per realem identitatem, ideo est ipsa æternitas realiter, & identicè, quia etiam similiter habet sapientiam per identitatem realem, ergo est ipsa sapientia prædicatione identica non formali.

¶Ad auctoritates sequentes quæ in idem coincidunt exponantur eodem modo.

SECVN-

Soluuntur rones Greg facta contra cõclusionem secũdã Sco.

SECVNDO peincipalitee respondeo ad argumenta facta contra secundam conclusionem. Ad primum, negatur ista consequenna scilicet si tales perfectiones essent in Deo entitates distinctè, Deus non esset summè simplex. Ad probationem consequentiæ per Ansel.mon.c.17. Dico, ꝙ auctoritas illa debet exponi, quòd nõ sunt plura realiter distincta, sed bene possunt esse, & sunt de facto plura formaliter distincta, & hæc est intentio Ansel. vbi supra exposita est alia auctoritas, in qua dicit, quòd omnes istæ perfectiones circunstant essentiam, &c. Dicit ergo sic. Cum summa natura nullo modo composita sit, & tamen omni modo tot illa bona sint scilicet per realem identitatem, necesse est, vt illa omnia non plura, videlicet per realem pluralitarem, sed vnum sint, supplè per realem identitatem.

¶Ad secundam probationem eiusdem consequentiæ concedo, quòd de ratione simplicis, inquantum simplex est nõ includere plura scilicet realiter distincta, nec posse actu, aut intellectu in plura realiter distincta diuidi. Et tota probatio sequens nihil aliud concludit, licet de sermonis rigore nõ concederetur pluralitas, quia illa propriè respicit realem diuersitatem, nec simpliciter videtur concedi aliqua diuisio, quia secundum perfectionem, quia diuidi propriè respicit totum natum in plures partes diuidi, in propriè tamen loquendo potest ibi concedi pluralitas formalitatum. Cum addit, quòd si sit talis multitudo diuinarum perfectionum extra animam comprehendens illas est diuisum in illas, ergo non est simplex. Patet responsio, quia nec propriè concedimus multitudinem perfectionum in diuinis, sed magis distinctionem, vel non identitatem, eo tamen modo, quo multitudo ibi conceditur potest concedi diuisio, sed quia ibi est tantum multitudo aliquarum perfectionum formaliter distinctarum, habens illas distinguitur in eas, siue diuiditur.

Quid sit propriè diuidi.

¶Ad aliam etiam probationem illius consequentiæ, quæ videtur procedere ex dictis Sco. Cum dicit istæ perfectiones, aut distinguũtur se totis primo, aut non? Dico primo quòd non se totis primo, & concedo, quòd aliquo sui conueniunt, quia in realitate aliqua, & formalitate differunt Sicut oportet etiam cõcedere de personis diuinis, ꝙ aliquo sui conueniunt scilicet essentia diuina, & aliquo sui differunt scilicet suis proprietatibus personalibus, vt exposui supra distin.2.parte.2.q.2.respondendo ad quasdam obiectiones Greg. Et cum vltra quęrit si.a. distinguitur.a. b. sua formalitate, & conuenit cum.b. aliqua sui realitate, formalitas a puta sapientiæ, aut distinguitur à sua realitate, aut non? Dico, quòd distinguitur. Et cũ infertur, ergo sapientia erit composita, negatur consequentia, sicut nec sequitur in personis diuinis, quia pater essentia conuenit cum filio, & paternitate distinguitur à filio. ergo paternitas, aut distinguitur ab essentia, aut non? Dico quòd sic, ergo persona patris non erit in se simplex, negatur consequentia. Sic in proposito. Si etiam detur, (licet non credam verum) quòd se totis distinguantur, nõ sequitur illud inconueniens quod infert. Cõcedo, quòd si se totis distinguuntur, ergo sunt primo diuersa. Tunc vltra, ergo comprehendens in se sapientiam, & iustitiam non est simplex? negatur istud vltimũ illatum. Dico enim quòd diuersitas talis non impedit simplicitatem. Idẽ enim posset argui, quòd essentia diuina, vt est fundamentum paternitatis, & filiationis non esset summè simplex, quia paternitas, & filiatio se totis distinguntur, & sunt primo diuersæ, & sunt in essentia diuina, & tamen non sequitur, quòd essentia non sit summè simplex. Immo posset argui à fortiori sic. Si paternitas, & filiatio in essentia diuina non faciunt compositionem, nec multo minus tales duæ perfectiones formaliter distinctæ, patet quia paternitas nullo modo includit per realem identitatem filiationem, nec ecõtra. Sapientia autem ob sui infinitatem continet per realem identitatem ipsam bonitatem, & econtra, ergo minus videtur, quòd talis distinctio attributorũ faciat compositionem, quàm distinctio relationum.

Obiectio.

Solutio.

Essentia & filiatio non faciunt compositionem.

¶Deinde admitto illas duas responsiones, quæ videntur esse Sco. saltem in sententia, vt patet in isto primo dist.5.q.2.& dist 26.& distin 8.q.pen. Et cum dicit, quòd prima responsio non valet, quæ dicit, ex quo nulla formalitas est potẽtialis, sed omnes in summa actualitate, ideo nullam compositionem faciũt. Dicit ergo, quòd illa prima responsio non valet, ꝗa licet per illam vitetur compositio, tamen non saluatur simplicitas. Dico primo, quòd videtur repugnãtia dicere aliquid nullo modo esse compositum, nec quasi compositum, & non esse summè simplex, cum simplicitas summa excludat omnem compositionẽ, & omnem componibilitatem. Dico secundo quòd saluat summam simplicitatem. Cum hic probat, quia nihil includens plura est summè simplex. Negatur. Et cum vltra dicit, quòd minus faciunt vnum possibila, quorum quodlibet est in actu, & nullum in potẽtia respectu alterius, quàm ea, quorum vnum est in potentia alterius, sicut minor est vnitas aggregationis, quàm compositionis verè, vt etiam ipse Sco. fatetur in primo di.2 parte.2.q.1. Dico primo, quòd hæc instantia nulla est, quia attributa omnia sunt vnum per perfectã identitatem realem, & hoc in composito esse non potest, nec est ibi vnitas aggregationis, sed perfecta identitas realis, quæ non stat cum vnitate aggregationis. Secundo dico, quòd aliud est loqui de maiori vnitate, & aliud de maiori simplicitate. Maxima enim vnitas excludit omnem pluralitatem, & quasi pluralitatem, & summa simplicitas excludit propriè omnem compositionem, & quasi compositionem, & omnem componibilitatem, & quasi componibilitatem, non tamen omnem pluralitatem. Stat ergo summa simplicitas sine summa vnitate, quæ summa vnitas excludit omnem distinctionem re, & ratione, & hoc modo Deus non est summè vnus, nec talis vnitas includit perfectionem, quia tunc albedo esset perfectior composito substantiali.

Summa simplicitas excludit omnẽ compositionem, & componibilitatem.

Instantia.

Solutio.

Quõ attributa omnia sint vnum.

Differentia inter maiorem unitatẽ & maiorem simplicitatem.

¶Ad aliam instantiam contra secundam responsionem cum dicit, aut illa infinitas permittit secum distinctionem talium entitatum, & tunc non saluatur simplicitas. Dico, quòd permittit, immo de facto sunt ibi tales entitates distinctæ, & tamen saluatur simplicitas, quia (vt sæpedictũ est) distinctio formalis stat cum summa simplicitate.

Distĩctio formalis stat cum summa simplicitate.

¶Ad confirmationem contra secundam responsionem. Dico, quòd realitas generis, & realitas differentiæ (etiam vt simpliciter accipiuntur ab aliqua re non composita ex re, & re) semper faciunt aliqualem compositionem, quia ex natura extremorum nõ est perfecta identitas illorum realis propter finitatem vtriusque extremi, hic autem infinitas in vtroque extremo est ratio perfectæ identitatis realis, vt supra expositum est. Quomodo identitas realis in Deo cũ distinctione formali stat cum summa simplicitate, non autem in creaturis, vide ibi. Et quod adducit, quòd Sco. in 2. dist.3. q 6. quòd illa infinitas nullam pluralitatem aliquorum permittit secum, patet responsio supra quòd hoc verum est de pluralitate aliquorum realiter distinctorum non formaliter, aliter sibimet contradiceret.

Quomodo intelligatur illa propositio infinitas nullam pluralitatẽ aliquorum secum permittit.

¶Ad primam auctoritatem Aug.6. de trin. qui dicit. Eodem est Deus magnus, & sapiens, &c. patuit responsio supra. Et vide expositionem, quam dat Doct. præsenti.q. in fine vltimi art. quia potest exponi tripliciter, ꝙ eodẽ est sapiens, & magnus, vide ibi.

¶Ad

Deum esse æternum sapientem immortalẽ est tantum vna res realiter, sed non formaliter.

¶Ad secundam auctoritatem Aug. 15. de tri: Concedo, quòd Deum esse æternum, sapientem, immortalem est tantum vna res realiter, sed non formaliter, & hoc modo intelligit Aug. aliter sibi contradiceret in his, quæ adducta sunt, in præsenti. q. pro Aug. Et similiter exponitur Aug. cum dicit hæc quatuor scilicet vita, sapientia, potentia, species, non æqualia diuidenda sunt, nomina enim quatuor, res autem vna, patet, quòd non negat distinctionem formalem, sed tantum affirmat identitatem realem, cum dicit res vna, nec plus habetur. Et cum dicit, quòd non potest stare prædicatio in abstracto talium perfectionum stante formali distinctione earum. Dico, quòd non potest stare prædicatio in abstracto, loquẽdo de formali prædicatione, tamen bene potest stare prædicatio identica, vt dixi supra. Per idem dico ad aliam auctoritatem.

Greg. nõ concludit contra Sco.

VLTIMO loco restat ostendere responsiones, quas facit Greg. ad rationes Sco. non soluere illas.

¶Ad primam patet respõsio ex his quæ supra dixi ad Ocham, & Alfonsum, vide ibi.

¶Ad secundam responsionem contra secundam rationem de emanationibus, cum negat omne principium emanationum præter personas, &c. hæc responsio stare non potest, vt supra ostensum est contra Greg. dist. 5. & 7. quomodo paternitas non potest esse ratio formalis producendi. Et quod secundo dicit, quod dato etiam principio eodem negat antecedens, quoniam diuersæ productiones possunt esse ab eodem principio. Sed hoc improbatum est supra di. 1. q. 4. contra Ocham, & præsenti. q. contra ipsum Ocham, vide ibi.

¶Et instantiæ, quas adducit de eodem principio non sunt ad propositum. Prima non, quæ est Sco. in primo dist. 10. q. 1. quòd voluntas diuina est principium Spiritus sancti, & creaturarum, quòd non sit ad propositum, patet per ea, quę dixi supra. distin. 1. q. 4. contra Ocham, & patebit magis per ea, quæ dicentur infra dist. 10. q. 1. & in quoli. q. 16.

¶Secunda instantia, quòd voluntas nostra potest esse principium diuersorum actuum, hæc minus valet, quia non negatur quin ab vno, & eodem principio possint possibilia esse, sed bene negatur, quòd ab vno omnino indistincto ex natura rei possint esse plura, quorum vnũ sit per modum naturæ, & aliud per modum libertatis; quia isti modi sunt simpliciter incompossibiles in eodem principio omnino indistincto, vt supra patuit.

¶Tertia etiam instantia de luce minimè valet, quia lux respectu vnius non erit principium per modum naturæ, & respectu alterius per modum voluntatis, erit enim tam respectu calefactionis, quàm respectu illuminationis tantum principium per modum naturæ.

¶Ad alia, quæ dicit contra aliam rationem Doct. (quæ probat si non esset talis distinctio principiorũ non posset saluari productio naturalis filij, & productio Spiritus sancti libera) scilicet quòd idẽ erit principium liberum respectu vnius, & naturale respectu alterius. Hoc supra improbatum est, & cõtra Ochã & contra nouum expositorem primæ partis sancti Tho. vide ibi.

Intellectus diuinus intelligit essentiam vt veram non vt bonam.

¶Ad illa, quæ dicit contra illam rationem de intelligere, vt verum, & diligere, vt bonũ. Patet quòd responsio in re nihil valet, quia vt supra dixi contra Nouum expositorem. S. Tho. & contra Ocham, si intellectus diuinus intelligit essentiam, vt veram, & non vt bonam, & hoc præter omne opus intellectus, statim sequitur, quòd bonitas, & veritas ibi distinguũtur pter omne opus intellectus, abstractis enim nominibus, & signis, & conceptibus, adhuc intellectus diuinus intelligit essentiam, & non vult illam, & voluntas vult illam, & non intelligit. Et similiter intellectus in re intelligit essentiam, vt verum, & non amat, vt bonum, & volũtas vult ipsam, vt bonum: & non intelligit, nec vt bonum, nec vt verum. ergo bonitas, & veritas distinguuntur præter omne opus intellectus, & similiter intellectio, & volitio distinguũtur, & etiam intellectus, & voluntas simili modo distinguuntur præter operationem collatiuam intellectus: patet quia quod conuenit vni præter omne opus intellectus, & non conuenit alteri, immo sibi repugnat, illa verè distinguuntur, sed intelligere conuenit intellectui, & repugnat voluntati: & similiter velle conuenit voluntati, & repugnat intellectui. ergo intellectus non sunt omnino idẽ ex natura rei: quia da oppositum. Si sunt omnino idem: ita quòd ex parte rei nulla sit penitus differentia, tunc sequitur, quòd conuenit vna natura rei necessariò conuenit alteri.

¶Ad responsiones, quas dat auctoritatibus pro opinione Doc. patet ex his, quæ exposui supra, quòd responsio ad Dama. non est ad intentionem Dama. Nec valet dicere, quòd sequendo sonum auctoritatis etiam sequeretur, quòd sapientia non esset natura diuina.

¶Dico, quod de necessitate sequitur, quòd ipsa non est formaliter, & quidditatiue natura diuina: licet sequatur, quòd sit identice natura diuina ex alijs auctoritatibus ipsius Dama. ita quòd ex diuersis dictis eius concluditur perfecta identitas realis, & aliqualis distinctio ex natura rei. Nec responsio, quam ipse dat est ad intentionem Dama. cum dicit, quòd Dama. non intendit, quòd talia nomina significent aliqua existentia in Deo a Dei natura distincta, sed intentio eius est, quòd ista secundum formam vocis videntur significare, non ipsam naturam, sed aliquid circa ipsam: quia sic etiam significant in nobis, licet autem sic videatur, tamen non est ita. Sed certè admirabile est, quòd tantus Doct. velit imponere Dama. quòd posuerit tantum nomina circa essentiam diuinam circunstare, vt perfectiones diuinas. Dam. enim intendit ostendere quomodo essentia diuina sit verè pelagus substantiæ infinitæ, & quomodo omnes aliæ perfectiones simpliciter sint veræ in ipsa essentia, & non tantum nomina &c.

¶Alia ipsius Greg. faciliter soluuntur ex dictis supra contra Ocham. Et ex his omnes aliæ instantiæ aliorum Doc. vt Io. Angli. Bac. & multorum aliorũ facillimè solui possunt. & hæc tantæ prolixitatis causa vitandæ sufficiant.

Quæstio Quarta.

De immutabilitate Dei. Vtrum solus Deus sit immutabilis?

Seraphicus Bonauent. primo sententia. distinctio. 3. quæstio. 3. Artic. 2.
Alexander Alensis prima parte summa quæst. 4. memb. 1.
Scotus primo sententia. dist. 8. q. 5.
D. Thomas prima parte summa q. 9. Artic. 1.
Ricardus primo sent. dist. 8. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 8. q. 3.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 8. q. 2.



QVARTO quæritur. An solus Deus sit immutabilis. Titulus quæstionis intelligitur dè omni immutabilitate tam respectu Dei in se, quàm respectu omniũ intrinsecorum.

HVIVS exclusiuæ de qua quæritur pars affirmatiua: probatur à philosopho 7. physi. t. c. 1. videlicet

Solus Deus est immutabilis.

cet quòd solus Deus sit immutabilis, & probat per hoc, quod omne quod mouetur mouetur ab alio. Omne inquit quod mouetur necesse est ab aliquo moueri. Si quidem igitur, vt in ipso non habet principium motus manifestum, quòd ab altero mouetur, aliud enim erit mouens. Et intendit hic de motu per cõparationem ad motorem corporeum, ostendendo quomodo per motum cõtingit deuenire ad motorem immobilem. Et in lib. 8. determinat de motore incorporeo. Et quòd omne quod mouetur ab alio moueatur, ostendit philosophus in quibus hoc est manifestum, dicens, quòd in his, quę mouentur ab extrinseco, cuiusmodi sunt illa, quæ mouentur per violentiam, est manifestũ quòd illud, quod mouetur ab alio mouetur, & hoc est quod dicit. Siquidem igitur, vt in ipso non habet principium motus. Dubium tamen est de motis ab intrinseco, vt graue, quod mouetur à grauitate intrinseca. De quo doc. in 2. di. 2. q. 10. & philosophus. 7. physi. tex. com. 1. & 2. & vide quæ ibi exposui. Et probat Arist. quòd omne quod mouetur ab alio moueatur per hoc, quòd quiescente parte quiescit & totum, hoc patet. tex. com. 2. Amplius inquit, quod à seipso mouetur nullo modo pausabit, cum mouetur in stando aliquid alterum, quod mouetur. Necesse est ergo si aliquid pausat, quod mouetur in stando aliquid alterum hoc ab altero moueri, hoc autem manifesto facto necesse est omne, quod mouetur (cum sit diuisibile) moueri ab aliquo, quoniam enim accepto. a. b. esse quod mouetur diuisibile erit, diuidatur igitur in c. necesse igitur. b. c. quiescente quiescere & a. b. Intendit ergo philosophus in ista litera, quòd omne motum diuisibile quiescit quiescente parte sua. Et arguitur sic secũdum philosophum. Omne motum diuisibile quiescit altero quiescente, sed omne quod mouetur est motum diuisibile, ergo omne quod mouetur quiescit altero quiescente, & p consequens omne motũ ab intrinseco diuisibile quiescat altero quiescente. Si ergo omne quod mouetur ab alio mouetur, & non est procedere in infinitum in motis ab alio, ergo oportet stare ad aliquod mouens, quod non moueatur ab alio, & per consequens nullo modo mouetur. Et quòd non sit procedere in infinitũ in motis ab alio, patet à philosopho vbi supra tex. com. 3. Et mouens igitur ab altero quoniam, & ipsum mouetur, & iterum hoc ab altero. Non autem in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid quod primo causa erit motus, hæc ille. Et addit philosophus infra tex. com. 4 quòd si in motis esset procedere in infinitum, tunc posset fieri ex eis vnum infinitum mobile, quod moueretur tempore finito, quod est improbatum. 6. phy. tex. com. 62. Eadem inquit ratio, & quòd neque infinito tempore infinitũ possibile est moueri, &c. vide ibi. & hoc similiter est subtiliter improbatum à doct. supra dist. 2. parte. 1. q. 1. respondendo ad vltimum argumentum, vide quæ ibi exposui. Quod autem daretur vnum infinitum mobile, quòd moueretur tempore finito, hoc probat philosophus. tex. comm 4. qui tex. incipit. Si enim non sed in infinitũ procedet sit. a. quidem, &c. Vult dicere in illo tex quòd si in mouentibus, & motis sit processus in infinitum, tunc infiniti motus essent in tempore finito, probat quia moueatur. a. a b. & b. a. c. & c. a. d. & sic in infinitum, cum igitur corpus non moueat, nisi quando mouetur, sequitur, quòd omnia illa mouentia, & mota. s. a. b. c. & sic in infinitum simul mouentur, quoniam in eodem tempore, in quo. a. mouetur a. b. b. mouetur, quia quando. b. mouet, tunc. b. mouetur, & cum. b. mouetur a. c. c. mouetur, & per consequens erit procedere in infinitum, & per consequens omnia illa simul in eodem tempore mouentur, sed vnum istorum mouetur tempore finito, ergo omnia illa mouentur in tempore finito, & illa sunt infinita per positum, ergo infinita mobilia mouentur in tempore finito, & per consequens infiniti motus, vt motus istorum omnium mobilium essent in tempore finito, & per consequens aliquis motus infinitus erit in tẽpore finito, quod est impossibile.

Non est procedere in infinitum in motis ab alio.

¶ Ibi. Probatur etiam ab eo. 8. phy. tex. com. 31. illa conclusio scilicet quòd in motis, & mouentibus non est processus in infinitum, & probatur per diuisionẽ mouentium, & motorum naturaliter, & violenter, vbi in tex. comm. 31. fit diuisio de mouente, scilicet quòd quoddam est mouens violentum, & quoddã est mouens per naturam. Exemplum primi. Vt baculus est causa motus grauis, vt lapidis non naturalis, sed per violentiam. Exemplum secundi. Vt calidum in actu secundum naturam mouet illud, quod est calidum in potentia donec fiat calidum in actu. Vnde illud, quod mouet naturaliter est illud, in quo est natura ad mouendum aliquid donec faciat illud in actu. Et post tex. com. 33. ait. Si igitur omnia, quæ mouentur a natura mouentur, aut extra naturam, & violentia, & quæ vi; & extra naturam omnia à quodam, & ab alio &c In isto tex. vult, quòd omne quod mouetur violenter ab alio moueatur, & omne, quod mouetur à natura, siue naturaliter ab alio mouetur, & probat ibi de omnibus. Et in istis non oportet procedere in infinitum in motis scilicet & mouentibus, sed oportet stare ad vnum primum immobile, vt patet per ipsum Ari. vbi supra tex. comm. 34. Sed inquit necesse est omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur, aut ab alio, aut non. Et si quidem ab alio, quod mouetur necesse aliquid esse mouens, quod non ab alio primum. Si autem huiusmodi primum non necesse est esse alterum. Impossibile est enim infinitum abire mouens, vt quod mouetur ab alio ipsum. Infinitorũ enim non est aliquid primum. Si ergo omne, quod mouetur ab alio mouetur. Primum autem mouens mouetur quidẽ, non ab alio autem necesse est ipsum à seipso moueri, hæc ille.

Pulchrum exemplum.

¶ Ibi. Sed processus isti. Hic Doct. dicit, quòd hæc dicta in 7. & 8. phy. indigent maiori expositione, & fortè illæ rationes diminutæ concludunt, & fortè non plus concludunt, nisi quòd primum non mouetur, vt corpus, vel vt virtus in corpore, sicut anima mouetur per accidens in corpore moto.

Anima mouetur per accidens.

¶ Ibi. Ideo non insistendo &c. Hic Doct. ostendit immutabilitatem Dei duplici ratione. Prima, quia summè simplex, ideo non potest mutari ad aliquam formam, quæ in ipso recipiatur. Secunda, quia est necesse esse, ideo non potest mutari ab esse in non esse, vel à non esse in esse, quæ mutatio dicitur versio à Dama.

SED PARS negatiua illius exclusiuæ, scilicet quòd nihil aliud à Deo habeat immutabilitatem habet maiorem difficultatem. Et dicit Doct. quòd primo videndum est de opin. philosophorum, deinde quæ motiua eorum, & quæ sint rationes contra eos.

¶ Ibi. Quantum ad primum specialiter de intentione Arist. & Aui. dicitur ab Hen. quòd decem modis potest aliquid se habere ad esse. Primus, est esse ex se necessarium, & à nullo productum, vt Deus pater. Secundus, est esse ex se necessarium & ab alio productum, non tamen causatum, vt filius in diuinis. Tertius, esse ex se necessarium, & ab alio causatum. Quartus, esse ex se necessarium, non tamen productum, nec causatum, sed tantum dependens ab alio. Quintus, esse ex se contingens, sed ab alio necessariò. Sextus, esse ex se possibile, vel contingens, & à nullo est, tamen necessario est. Septimus, esse ex se con-

Decem modis põt aliquid se habere ad esse. Hen. quolt. 8. q. 9

Henricus tenet quòd intelligẽtia inferiores sũt entia necessaria ex se

& formaliter, non tamen sunt à Deo effectiuè, & causaliter, sed dependẽter. & hoc in via Arist & ratio est, quia omne quòd est à Deo effectiuè, & causaliter, est ens possibile, repugnat autem intelligẽtijs vt sint entia possibilia, & non necessaria esse, ergo non sunt vt dicit Scotus à Deo causaliter, & effectiuè, sed dependenter.

Respõdetur pro Scoto, qđ ens possibile duplex est obiectiuũ, & subiectiuũ, enti possibili subiectiuo repugnat necessitas, non autem enti possibili obiectiuo, vt autem sint ex se sũt necessaria esse.

Declaro modo, ens possibile subiectiue est id qđ est in potentia contradictionis, potest enim esse, & non esse, & hoc impossibile est, quod sit necessariũ, ens possibile obiectiuè dicitur illud qđ est in potentia obiectiua Dei.

Declaro dicitur illud esse in potentia obiectiua Dei, ꝙ est à diuina volũtate volitũ, adhuc non est sed potest, et hoc modo dicitur antichristus esse ens possibile obiectiuè, intelli-

contingens, tamen ab æterno causatum. Octauus, esse in se possibile, siue contingens, tamen ab alio causatum, nõ ab æterno, sed cum toto tempore. Nonus, esse ex se contingens, tamen ab alio causatum cum parte temporis. Decimus, nec ex se, nec ex alio necessarium esse. Sed in quoli 6. q. vlt. ponit quatuor modos, primus, vt orbes capiunt à Deo tantum motũ, & non esse, secundus, esse ex se necessarium, & tamen ab alio causatum, tertius, quòd orbes sint ex se contingentes, tamen necessario causentur à Deo, & dicit, quòd Aui. illum modum posuerit, quartus, quòd orbes sint ex se contingentes, & ab alio contingenter fiant, & illum modum dicit Platonem ponere, & fidem. Ideo aliquando in Sco. dicuntur quatuor modi iuxta quoli. 6. q. vlt. aliquando. 10. iuxta quoli. 8. q. 9. Et dicit doct. quòd ad propositũ sufficiant tres modi. Potest enim aliqua intelligentia tripliciter poni in esse. Primo, quòd ex se formaliter sit necesse esse, sed ab alio causaliter, secundo quòd ex se formaliter sit necesse esse, & ab alio dependenter, sic quòd secundum ordinem essentialem contradictio esset secundum esse sine primo, & non econuerso, & tertiũ sine secundo, & non econuerso, & est ordo inter perfectius, & minus perfectum, non inter causam & causatum. Tertio aliquid habet esse ex se formaliter possibile, necessario autem ab alio est, quia illud aliud necessario causat.

¶Istorum trium modorum primus includit contradictionem, & illum non posuit philosophus, quia non videtur contradictoria posuisse. Sed talis modus includit contradictionem, quia quod est causaliter ab alio est ens possibile, aliter impossibile causaretur. Sed quod est necesse esse, nullo modo est possibile. Negauit etiam Aristo. tertium modum, quia includit contradictionem, quia tunc esset possibile simul, & necessarium, vt patet.

¶Ibi. Confirmatur. Quia Com. 12. met. com. 41. 1. q. Ioan. grammatici, vult quòd motus cum sit de se possibilis possit ab alio perpetuari, quia habet esse ab alio, substantia autem possibilis non potest perpetuari, ergo substantia perpetua non est necessaria ab alio. Vult dicere, quòd ex quo substantia possibilis non potest ab alio perpetuari, quòd si aliqua sit perpetua, & per consequens necessaria non erit ab alio necessaria, sed à seipsa.

¶Ibi. Item Com. primo celi. com. 138. Et litera stat in hoc, quòd si esset aliquod generabile æternum, possibile esset, vt natura possibilis transmutaretur in necessariam, & licet concludit secundum ipsum, quia omne æternum est simpliciter necessarium, & omne generabile est simpliciter possibile, ergo si aliquid generatur ab ęterno natura possibilis transmutaretur in necessariam.

¶Ibi. Vlterius imponitur philosopho primo celi. tex. com. 198. Hoc vult dicere in substantia, quòd omnis substantia est à semetipsa, & hoc in duplici genere. Nam quædam est temporalis; & quædam æterna, & si æterna posset esse ab alio, cum omne æternũ sit necessarium, natura necessaria mutaretur in possibilem, patet quia ex quo est causata ab alio, ideo possibilis, & quia æterna, ideo necessaria. Imponitur etiam sibi, quòd omnis substantia possibilis ex quo est à se sit corruptibilis tantum à semetipsa per principium intrinsecum.

¶Ibi. Item ex istis scilicet primo celi. & 12. me. &c. Sensus huius literæ est, quòd substãuæ separatæ sunt naturæ necessariæ intrinsecæ id est à semetipsis, & in ipsis species est tantum in vno indiuiduo, & sic ex quo non ponit eas causatas ab alio, sed tantum præsupponunt primam, sequitur quòd secundum eum erit aliquid neccessarium dependens ab alio, non in ratione causæ, sed sicut minus perfectum à magis perfecto. Et addit, quòd in rebus corruptibilibus species de se sunt necessariæ, & incorruptibiles, indiuidua verò sunt verè corruptibilia: & ad corruptionem eorum dicit species corrumpi per accidẽs, idest quòd corrupto indiuiduo illa species desinit habere esse in illo: non tamen in se, & simpliciter desinit esse.

CONTRA istam opin. &c. Hic Docto. intendit ostendere ex dictis philosophi. quòd ipse non negauerit primum modum: videlicet aliquid esse causatum ab alio, & esse necessarium. Et primo probat per philosophum. 2. met. t. c. 4. Sempiternorũ principia verissima esse necesse est: quia alijs sunt causa veritatis: ait enim sic. Quapropter semper entium principia semper esse verissima necesse est: non enim quandoque sunt vera, quandoque non. hæc ille. Vult dicere, quòd principia semper existẽtium, idest corporum cœlestium, cuiusmodi sunt substantiæ separatæ semper necesse est esse vera, idest sunt verissima, cuius duplex ratio assignatur. Prima: quia non quandoque sunt vera, quandoq; non, & in hoc præcellunt generabilia, & corruptibilia. Secunda: quia illis non est alia causa suæ veritatis, sed illa sunt causa alijs: & in hoc præcellunt corpora cœlestia, quæ licet sint sempiterna: tamen habent causam sui esse, & sui motus. Et necessariorum sunt causæ, vt corporum cœlestium. vide Comm. vbi supra commen. 4. Item patet ab ipso philosopho primo cœli. t. c. 138. quomodo omne sempiternum est necessarium. Itẽ 5. met. c. de necessariò. t. c. 6. Nihil prohibet quorundam necessariorum alteras esse causas. Dicit enim sic. Horum quidem vtique altera causa essendi necessaria: horum autem nulla, sed propter hæc alia sunt ex necessitate. hæc ille.

¶ Vult dicere ex ista littera, & præcedente, quòd principia demonstrationis, & conclusionis sunt necessaria. ergo sequitur, quòd necessariorum quædã sunt causæ, quædam sunt causata. Sequitur in tex. Quare primum, & necessarium propria quidẽ simplex est &c. Si enim aliqua necessaria sunt causæ, & aliqua causata, & in causis non est processus in infinitum. ergo aliquod erit principium necessarium, & illud oportet esse simplex.

¶ Item 12. met. t. c. 52. cõcludit vnitatem vniuersi ex vnitate finis. Littera stat in hoc: quia ex quo principium effectiuum primum est finalis causa omniũ aliorũ à se, sequitur, quòd erit causa effectiua: quia causa finalis non dicitur causa finalis efficientis, sed effectus: causa enim finalis inquantum amata mouet efficiens (vt supra patuit distin. 2.) ad efficiendum aliquid in ordine ad ipsam. & sic primum effectiuum producit omnia propter semetipsum, scilicet ordinando illa ad seipsum. vt ad causam finalem desideratam, & amatam. modo secundæ intelligentiæ, & cœlum sunt alia à Deo, & ordinata ad ipsum, vt ad causam finalem. ergo sunt ab ipso primo causata.

¶ Item Com. 12. met. com. 36. concedit, quòd est ibi causa, & causatum. sicut intellectus est causa intellectionis, &c. Hæc littera patet sic. Obiectum maximè perfectissimum in entitate est causa intellectionis, qua substantiæ separatæ ipsum intelligunt, & intellectio substantiæ separatæ est substantia eius. sequitur, quòd quia primum mouet intelligentias, vt intellectum, & amatum, quod est in ratione obiecti, & obiectum causat intellectionem. ergo causat illas secundum suum esse, cum intellectio illarum sit suum esse.

¶ Si dicatur hic, vt aliqui dicunt, quòd mouet, vt finis, non vt efficiens.

¶ Hoc non staret: quia vt inquit Com. vbi supra est ibi causa, & causatum sicut intellectum, i. obiectũ intelle-

gentia fuerũt ab æterno possibilia in potentia obiectiua, et sic intelligẽtia sunt entia possibilia, & hoc ens põt esse ens necessarium, ideo bñ dicit Scotus, ꝙ aliqd dicitur immutabile ex se formaliter, non tamẽ à se, sed à Deo.

intellectum est causa intellectionis, vt Balneum in mente mouet effectiué ſm Com.vbi ſupra com.36.

¶Sed dicatur. Nonne intellectio cauſatur ab intelligente & intellecto,vt patuit ſupra a doct. diſt.3.q.7. & in quolib.q.15. Cum ergo intellectus ſubſtantiæ ſeparatæ ſit ſua ſubſtantia, ſequitur quòd ſubſtantia ſeparata erit partialis cauſa ſui met, quod eſt impoſſibile.

¶ Dico ad mentem philoſophi, quòd ex quo intelligere ſubſtantiæ ſeparatæ eſt ſuum eſſe. Si ergo intelligere eſt à primo,etiam & eſſe erit a primo, & quia eſſe non poteſt eſſe à primo, niſi vt à totali cauſa, ita intelligere erit à primo, vt à totali cauſa, ſecus eſt de intellectione realiter diſtincta ab intelligente, quia illa poteſt eſſe ab obiecto, & intellectu, vt a cauſis partialibus.

¶Ibi. Item Auicen ponit neceſſarium ab alio cauſari, vt patet 9.meta.c.4.ergo ſi in hoc non vidit contradictionem, quare debet negari ab Ariſt. propter contradictionem quam tu ponis.

¶Ibi. Item Com. de ſubſtantia orbis. c.3. Corpus cœleſte non indiget virtute mouente corpus tantum in loco, ſed etiā virtute largiente in ſe, & in ſua ſubſtantia permanentiam æternam. Et ſequitur poſt de opi. Ariſt. Dixerunt quidam ipſum non dicere cauſam agentem cœlum, ſed cauſam mouentem tantū, & illud fuit valde abſurdum eis.

Reſpō aliorum. ¶Ibi. Reſpondetur ab eis. Dicunt iſti quòd Ariſt. & Aui. ponunt aliquid neceſſarium eſſe verè cauſatum ex rationibus verisimilibus id eſt ſophyſticis. Ideo oportet contradicere eis ex rationibus veris. Sed certè iſti nimis vilificant hos philoſophos, quia vilius eſt dicere, quòd Ariſt. contradicat dictis ſuis, quàm conſequenter ad antecedens falſum concedere concluſionem falſam. Nam ex quo ponit primam cauſam neceſſario cauſare effectum ſibi immediatum, licet hoc ſit falſum, tamen habet conſequenter concedere a ipſum effectum eſſe neceſſarium formaliter, quod adhuc eſt falſum, & hoc non eſt ita vilificare philoſophum ſicut dicere, quòd ſibi contradicat.

¶Ibi. Item, quòd non poſuerit ſecundum modū, quem tu ponis ei. Hic oſtendit doct. propter irrationabilitatem illius modi, ſcilicet quòd aliquid dependeat ab alio in eſſendo, à quo nō habet eſſe, & in permanendo, à quo non habeat permanentiam. Nec eſt ſimile de figuris, & numeris, quia numerus poſterior dependet à priori, & tamen non cauſatur à priori, quia numerus poſterior dependet à priori, & tamen non cauſatur à priori, quia numerus prior, & ſi non ſit cauſa effectiua poſterioris, eſt tamen pars illius, & ideo poſterior dependet à priori in eſſendo.

¶Ibi. Quod etiam imponitur Ariſt. Hæc litera conſiſtit in duobus dictis. Primum, quòd nulla ſpecies in ſe eſt formaliter neceſſaria, quia cum neceſſitas ſit conditio exiſtentiæ, & nulla ſpecies ſit in ſe exiſtens, ſequitur, quòd nulla erit neceſſaria. Sed ſi Ariſt. poſuit ſpecies horum corruptibilium eſſe neceſſarias, hoc poſuit ex hoc, quòd conſeruantur in alio, & alio induiduo. Et quia voluit motum cœli eſſe neceſſariū, ideo voluit ſucceſſionem indiuiduorum eſſe neceſſariam, & hoc propter altam, & aliatu approximationem agentis ad paſſum, puta (quod ſit per motum ipſius) generat aliud, & aliud indiuiduū. Et hoc eſt, quod dicit Ariſt. quòd ſol in circulo obliquo eſt cauſa generationis.i.q. ſecūdum, q ſol motu ſuo ſit in alio, & alio ſigno gradu minuto, & coniungitur aliqñ vni planetæ, aliqñ alij, ideo ſit alia, & alia generatio. Secūdum dictum eſt, q ad mentem Ariſt. elementum cum ſit pars exiſtens principalis ſit neceſſarium, licet aliquæ partes generentur continuè & continuè corrumpantur, vt pars aeris, quæ eſt propinquior igni, & ſic ſecundum totum eſt incorruptibile, & ſecūdū partes eſt generabile, & corruptibile.

Quomodo ſpecies corruptibilium ſunt neceſſaria.

¶Ibi. Quod etiā imponitur Ariſt. q nulla ſubſtantia eſt ab alio effectiuè. Videtur manifeſte falſum de generabilib. generatio.n. eſt ad ſubſtantiā, vt patet.5. phy.t.c.4.ergo ipſa generatione ſubſtātia accipit eſſe, q prius nō fuit, & ita eius qd producit eſt cā efficiēs. nihil.n.ſe ipſum producit ad eſſe p Auic. primo de tri.

¶Ibi. Itē ſi corruptibile, &c. Si dicatur, nonne homo poteſt corrumpi ab intrinſeco? Dico q verū eſt & ab extrinſeco, vt patet, ſed multæ ſunt ſubſtantiæ, vt puta omnes non viuentes, quæ non corrumpuntur ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco.

¶Ibi. Imponitur etiā Aui.3.modus. Senſus huius literæ eſt. Quia.n. cauſatum ſecundum totum ſuum eſt à cauſa, ſequitur q quantum eſt ex ratione cauſati ineſt ei, non ſit, cum eſſe ſuum non ſit à ſe ſed ab alio, & cum à cauſa habeat ſuum eſſe, tunc ineſt ei à ſe vt ſit. Et ſic illud, quod in ſua ratione formali quantum eſt ex ſe ineſt ei, non ſit eſt prius aliqua prioritate puta naturæ, accipiendo tamen prius natura non poſitiue, ſed tm̄ negatiuè, quia ſi non præueniretur à cauſa extrinſeca dando eſſe in illo priori, quo dat eſſe ſi non daret, tunc non eſſe eſſet prius natura poſitiuè, ſed q præuenitur, ideo nō eſſe ineſt tm̄ prius natura negatiuè vel priuatiuè. Et de hoc vide quę expoſui in 2. diſt.1.q.2.& in 3.di.3.q.1. Et hęc vocatur creatio.ſ.dare eſſe poſt non eſſe abſolutè, extendendo tñ nomē creationis, quia creatio propriè eſt à non eſſe ſimpliciter, ad eſſe, ita q nō eſſe pcedat aliqua duratione ipſum eſſe, creatio.n. propriè importat nouitatem effectus. Et ſi aliquid de nihilo eſſet productum ab æterno, ita quòd ly nihil tantum præceſſerit natura modo præexpoſito nō eſſet propriè creatura, vt etiam ſupra expoſui diſt.2.q.1.parte prima, & clarius vide in ſecundo diſt.1.q.2.

Homo poteſt corrūpi ab intrinſeco, et ab extrinſeco.

Quę ſit creatio.

Ibi. Contra ipſum arguitur. Vult dicere in iſta litera, q ſi cauſatū neceſſarium pōt poni nō eſſe, non tm̄ hoc eſt falſum, quia tunc neceſſariū eſſet poſſibile nō eſſe, ſed eſt impoſſibile ſm Aui. quia tūc ſi tale neceſſarium poſſet non eſſe, cauſa neceſſaria, & neceſſario producens non de neceſſitate daret tale eſſe, quod adhuc eſt impoſſibile, ergo falſum eſt dicere aliquid neceſſarium, ſcilicet quod eſt qd dicit.

DE INTENTIONE iſtorum philoſophorum Ari. & Aui. neſcio, ſed nolo imponere eis abſurdiora, quàm ipſi dicant, vel quàm ex dictis eorum neceſſario ſequatur, & ex dictis eorum volo rationabiliorem intellectum accipere, quem poſſum.

Poſitio Ari. & Auic. de neceſſitate prima cauſa.

¶Reſpōdeo igitur, q Ariſt. & Aui. In iſta litera ponūtur tria dicta. Primum, q cā prima reſpectu eorū, q immediatè cōparantur ad ipſam ſm Ari. & Aui. eſt ſimpliciter cā neceſſaria, & immutabiliter ſe habens, & ſic quodlibet aliud neceſſario ſe habet ad ipſam qd immediate comparatur ad ipſam. Secūdum, prima cā pōt cōparari ad motū vniformem. Nā ipſa mouet primū mobile ſm aliquos vniformiter ab oriente in occidēte, & tali motu oēs ſphęræ inferiores mouētur, & vt ſ.talis motus ſit neceſſarius neceſſitate ineuitabilitatis, quia ſemper mouens, non autē immutabilitatis, q neceſſitas immutabilitatis ſolum permanentibus congruit, q habent neceſſitatem in actu formaliter, & ſic adhuc eſt cā merè neceſſaria. Tertium, prima cauſa cōparatur ad difformitatē motus in partibus mobilis, de qua difformitate dixi ſupra diſtinct.2. q.1. & ſic quia in toto ponit difformitatem in partibus mobilis, generabilia, & corruptibilia mediante tali motu difformi difformiter comparantur ad ipſam primam cauſam.

¶Ex his infert Doct. quòd tenendo illud falſum fundamētum, ſ. q ſit cauſa neceſſaria nō videt Ariſt. contradicere ſibi ponendo cauſatum neceſſarium;

vt vult 5. metha. c. de necessario t. com. 6. quòd quorundam necessariorum est altera causa, &c.

§ Ibi: Aui. autem statim videtur contradicere sibi, ponendo illud esse possibile: quia tunc necessariú non necessarió comparatur ad illud.

§ Sed arguitur pro Aui. Doc. hic intendit ostendere, quod Aui. sibi non contradicat. Et ratio stat in hoc: quia illud, quod est ab alio non includit in suo esse quidditatiuo aliquod esse, idest quòd ex quo est ab alio causatum non includit quidditatiue suum esse, nec essentiæ, nec existentiæ; quia tale sic includens est à seipso. Si enim esse existentiæ includeretur quidditatiuè in tali esse possibili; cum illud esse possibile non sit verè productum, nisi tantum secundum quid: vt patet infra à Doc. dist. 36 & 43. Vera enim productio terminatur ad esse existentiæ, quod est simpliciter idem cum esse essentiæ, vt patet à Docto. infra distinct. 36. 39. & in 2. dist. 1. & distinct. 3. quæst. 1. & in 3. distin. 2. sequeretur, quòd tale esse existentiæ non esset vere causatum. Hoc ergo dictum debet sic intelligi, quòd in aliquo priori naturæ, saltem negatiue non est, nec secundum esse reale essentiæ, nec existentiæ, sed tantum in esse possibili, & in secundo instanti naturæ de necessitate producitur à causa necessarió causante. Et talis possibilitas stat cum necessitate, & dicitur possibilitas iuncta actui in eodem instanti durationis, & in eodem instanti naturæ positiuo licet nó negatiuo, siue priuatiuo, vt dixi supra, possibilitas veró, quæ dicitur ante actum, quæ est prior duratione ipso actu non stat cum necessitate illius actus; quia ens simpliciter necessarium est ens sempiternum. Et hanc necessitatem negant philosophi, & etiam theologi posse stare cum necessitate actus existentiæ, ad quem est talis possibilitas. Ex his potest elici vnum videlicet quòd illud, quod est à semetipso, idest quòd habet essentiam, & existentiam, à semetipso, includit ipsum esse existentiæ in suo quidditatiuo.

Vera productio terminatur ad esse existentia.

§ Ibi. Ad illa, quæ adducebantur prius ad probandum q Arist. negaret primum modum. Ad primú quòd nititur probare contradictionem, &c. Diceret Arist. quòd possibile obiectiuè non repugnat necessarió, idest illud quod est obiectum potentiæ productiuæ, merito cuius dicitur possibile obiectiue nó repugnat necessarió, accipiendo possibile, vt tantum præcedit esse in aliquo instanti naturæ, non durationis, vt supra expositum est.

§ Ibi. Hoc probatur per confirmationem argumenti. Hoc vide supra distinct. 5. quæst. 2. & infra dist. 27. q. 1.

§ Ibi. Ad illud, quod adducebatur de primo cæli, Sensus huius litteræ est, quòd ex quo substantia habet verum esse permanens, & non successiuum, sicut motus, qui tantum habet esse successiuum, si tale esse permanens sit à causa necessaria, habet a causa necessitatem permanentem, & si tale esse posset non esse, sequeretur, q natura necessaria posset mutari in possibilem, quod est falsum, vt patet.

§ Ibi. Per idem patet ad illud 12. met. Et littera stat in hoc, quòd differentia est inter causatum permanens de necessitate, & causatum successiuè de necessitate: quia primum habet necessitatem permanentem, sicut habet esse permanens. secundum veró: quia tñ habet esse successiuum: ita, & necessitatem tantú successiuam, quæ propriè nó dicitur necessitas: cum necesse esse non varietur, & successiuum continuè variatur. Dicitur ergo, q motus perpetuatur de necessitate; quia continuè noua pars producitur, & ratio; quia totum mobile, puta cœlum necessario vniformiter se habet ad dans esse vniformiter necessarió, & hæc habitudo necessarió vniformis mobilis ad motorem est causa motum necessarió fieri, idest quia ipsum mobile, puta primú mobile vniformiter respicit ipsum motorem, qui motor de necessitate mouet illud: ideo talis motus perpetuatur, & q talis motus perpetuetur est necessitas tñ ineuitabilitatis sine necessitate immutabilitatis in motu: sed ex necessitate immutabilitatis in causis motus: motus enim nó est necessarió immutabilis: patet quia cótinuè variatur: est tamen ineuitabilis: quia talis variatio euenit necessarió, causa sua ipsius motus, est simpliciter immutabilis (& quæ sit differentia inter necessitatem absolutè sumptam, & necessitatem immutabilitatis. vide infra à Doct. d. 39 & quæ ibi exposui.) Et licet causa mouẽs cœlum sit necesse esse immutabiliter, tñ motus causatus dicitur tñ necessarius ineuitabiliter. Est ergo repugnantia, q necessarium immutabiliter, & permanens sit corruptibile, & non sic est de motu: quia semper corrumpitur: adueniente n. vna parte alia desinit.

Differentia est inter causatum pmanens de necessitate, & causatũ successiue de necessitate.

§ Ibi. Vel argm̃ Arist. Nam argm̃ Arist. est tale: quia dicit Aui. substantia aliqua, puta cœlum potest perpetuari quo ad esse, & est causatú de necessitate: de argũt sic Arist. Si cœlum potest perpetuari: ergo est causatum de necessitate. ergo sequitur, q est possibile, & si sic ergo posset corrumpi. Dico, q si cœlum potest perpetuari. & ab agente necessarió, non sequitur, q possit corrumpi. Nam hæc cósequentia est bona. Si potest perpetuari secũdum esse ab agente necessarió, ergo necessarió perpetuabitur, & tali repugnat actus iste, q est corrumpi, & cui repugnat necessarió actus, ei necessarió repugnat potentia ad talem actum. Si ergo illud, quod necessarió perpetuabitur sit in potentia ad corrumpi, tunc simul erit in potentia ad opposita: patet quia est possibile perpetuari: ergo est in potentia ad actum perpetuitatis, & per te est in potentia ad corrumpi, quæ opponit potentiæ ad perpetuari: quia sicut corrumpi opponitur perpetuari, ita & potentia opponitur potentiæ, sicut sanari, & ægrotari opponuntur, ita posse sanari, & posse ægrotari opponuntur, vt patet 5. phy. t. c. 10. Et hoc est, quod dicit. Licet non cuique contingenti. Hoc debet referri ad corrumpi, idest quòd licet illi, quod est posse pperuari à causa necessaria repugnet posse corrũpi: quia illud tale habet necesse esse permanens, & in actu: motui tamen, qui etiam perpetuatur à causa necessarió mouente non repugnat posse corrumpi: patet quia noua parte adueniente prior semper desinit esse; & hoc est, quod dicit. Licet non cuique contingenti. Et hoc non debet referri ad verba immediate præcedẽtia. Cui necessarió repugnat actus necessarió repugnat potentia: & hoc est verũ tam in necessario, q in contingenti. Et qđ addit, q talis possibili in esse posito. Sic intelligitur: si possibile est cœlum perpetuari sm̃ esse a causa necessaria, si tale possibile ponatur in esse nullum sequitur impossibile. Et sic ex positione possibilis in esse non sequitur impossibilitas; nec nulla incompossibilitas alicui necessario. Et sic patet illa littera.

Quo cœlum non pot corrumpi.

QVANTVM ad secundum principale. Hic Docto. arguit pro opi. Arist. & Auice. probando, quòd aliquod causatum possit esse formaliter necessariú: quia in omni differentia entis necessitas dicitur perfectior códitio contingentia: quia necessitas est perfectio entis in se: ergo in illa differentia entis, quæ est causa, necessitas est perfectior contingentia. prima ergo causa necessarió causat.

Agere necessario est pfectior modus agendi q agere contingenter. Vide Scotũ q 6. q quolt. quãdo solus modus agendi est cõpossibilis.

¶ Respondetur, quòd necessitas est perfectior códitio vbi est possibilis, est autem incompossibilis rationi causæ, vt causa.

§ Contra. In multis diuisionibus entis alterum diuidens est perfectum alterum imperfectum, & extrema illa, quæ sunt perfecta, aut necessarió concomitantur, aut compatiuntur se, vt patet si diuidatur ens per finitú, & infinitú, necessariú, & contingens

potentiam, & actum, infinitas, necessitas & actus se compatiuntur.

¶Secundo arguit doct. sic. Si primum causans necessario caret, tunc daret necessitatem suo causato, patet quia ad necessario causans sequitur causatum necessarium. Sed nulla perfectio tollitur à causato propter modum causandi ipsius causantis æquè per fectiuo, causare autem voluntariè nõ est modus causandi minus perfectus, quàm causare naturaliter, ergo causa causans voluntariè potest dare necessitatem effectui.

¶Confirmatur. Quia si causaret naturaliter posset causare plures differentias entis scilicet possibile, & necessarium, ergo si causans voluntariè non posset causare, nisi tantum ens contingens, videretur causa imperfecta.

¶Tertio arguit sic, aliqua causa necessario causat, ergo prima necessario causat, tenet consequentia, quia secunda eo modo mouet, quo mouetur à prima. & secunda agit simpliciter in virtute primæ.

Hen. lib. 5. q. 4. CONTRA istam conclusionem, in qua communiter concordant philosophi quòd prima causa necessario, & naturaliter causat primum causatum, arguitur sic ab Hen. quia primũ agens nullo modo perficitur aliquo alio à se, agens naturale aliquo modo perficitur sua actione, vel producto, qa agit propter finem. 2. phi. tex. com. 49. sed nihil videtur agere propter finem, quo nullo modo perficiatur.

¶Ibi. Sed ad istud primo respondetur secundum intentionem Auic. 6. meta. c. vlt. Hic Doct. videtur improbare hanc rationem, & litera stat in hoc, quia ratio Hen. quam doct. dicit non esse sufficientem, qa agens naturale. i. agens de necessitate naturæ p pro ductionem suam aliquo modo producat aliud à se, vt perfici possit ex productione est tantum verum in agentibus imperfectis naturalibus, & ideo huiusmo di agentia per productionem suam dicuntur perfici aliquo illorum modorũ, qui ponuntur infra à Doc. hoc autem non concludit de primo agente, quia ipsum agit de necessitate naturæ ex sua perfectione, sicut patet per exemplum Auic. De aqua frigida. Ideo Doct. hanc rationem magis ampliat, & fortificat. Sequentia sunt clara vsque ad secundam rationem.

¶Ibi. Secunda ratio apponitur. Ratio ista consistit in hoc, quòd potentia, quæ respicit aliquod obiectũ primo, & per se id est quæ habet operationẽ primo, & per se circa illud, de necessitate operatur circa illa, quæ ordinantur ad primum obiectum. i. q. nunquam posset (puta voluntas) velle aliquid, nisi de necessitate velit ordinata essentialiter ad habendum illud. Sicut aliquis non vult efficaciter sanitatem, nisi velit illa media, sine quibus sanitas acquiri non potest, secus est de illis, quæ ordinantur tantum accidentaliter, quia non sunt simpliciter necessaria, vt si aliquis vult efficaciter sanitatem, non oportet ipsum velle de necessitate illa, sine quibus sanitas haberi potest.

¶Deinde addit Hen. quòd voluntas diuina vult essentiã de necessitate, & nulla creatura est ordinata essentialiter ad bonitatem essentiæ id est quòd non est ordinata essentialiter ad dilectionem voluntatis diuinæ habendam circa essentiam, quia tunc voluntas diuina non posset diligere essentiam, nec velle ipsam efficaciter, nisi etiam vellet, & diligeret necessario creaturam quod est falsum, et ergo voluntas diuina non potest producere aliquid extra de necessitate.

Doctor facit duas instantias contra Henricum. ¶Doct. facit duas instantias cõtra, quarum prima non est contra rationem illam, sed tantum contra hominem, quia repugnat aliquibus dictis. Hen. Henricus enim ponit, quòd voluntas diuina, vt respicit res in esse quidditatiuo necessario vult quicquid vult, & hoc est verum, loquendo de velle complacentiæ, quia necessario complacet omni quiditati in esse quiditatiuo, & tamen ipsę quiditates non habent magis ordinem ordinem necessarium ad bonitatem diuinam, quàm ipsę in esse existentię, patet quia non est necessitas simpliciter ad hoc, quòd voluntas diuina velit essentiam suam, quòd velit illas quiditates, quod patet, quia prius vult illam absolute, & efficacissime. Immo prius vult illam, quàm creaturæ habeant aliquod esse, siue simpliciter, siue secundum quid, vt patet à Doct. in secundo dist. 1. q. 1. Ista ergo instantia non est contra rationem in se, sed contra rationem factam ab Hen. quia repugnat aliquibus dictis eius scilicet quia ponit in ratione, quòd voluntas ideo non vult creaturas necessario, quia non sunt essentialiter ordinatæ ad volitionem essentiæ diuinæ, & ex alia parte vult, quòd ipsæ res in esse quiditatiuo non sint essentialiter ordinatæ ad volitionem essentiæ diuinæ, & tamen ipse vult, quòd voluntas diuina de necessitate velit illas. Vel ergo contradicit sibimet, vel oportebit dicere ipsam voluntatem diuinam velle ipsas res in esse existentiæ, & hoc de necessitate.

¶Secundam instantiam facit Doct. vt magis fortificet illam, quę sic breuiter fortificatur, quia aliqua voluntas non potest acquirere aliquem finem. (puta sanitatem, quæ est finis acquisibilis) nisi velit ordinata essentialiter ad illum finem, dico ordinata, & conclusa per syllogismum practicum esse simpliciter necessaria ad talem finem acquirendum, sicut medicus vult sanitatem ægrotanti, & imperio voluntatis intellectus discurrit per omnia media, quibus potest acquiri sanitas, & tandem inuento necessario medio, talis cognitio, quæ est cognitio conclusionis syllogismi practici, dictat voluntati, vt si vult sanitatem efficaciter, quòd necesse est ipsam velle tale medium. Hoc idem dico de fine non acquirendo in se, sed de fine, vt diligendo, id est quòd voluntas nunquam potest efficaciter amare aliquem finem, nisi velit ordinata essentialiter ad amorem illius finis, & hoc si sit conclusum per syllogismum practicum talia esse media, vt dixi supra. Sed intellectus diuinus non cognoscit aliquid aliud à Deo esse necessario volendum ad hoc, vt voluntas diuina velit, vel diligat Deum, immo intellectus diuinus respectu eorum, quæ fiunt ad extra nullo modo dirigit voluntatem, immo voluntas prius vult, quàm intellectus ostendat esse volendum, & voluntas prius determinat aliquid velle ad extra, & postea intellectus intelligit illud, vt supra patuit in prolo. q. vlt. & infra patebit. distinct. 38. & melius. distinct. 39. Et sic patet ista littera. *Volũtas nõ potest amare aliquem finem efficaciter nisi no lit ordinata ad illũ.*

ISTIS RATIONIBVS cuiusdam Doct. aliqua liter sic fortificatis addo alias rationes. Et primo arguo sic. Hæc ratio est euidentissima, & in hoc consistit, aliqua supponendo. Primo, quòd illud, quod est necessarium à se, & à nullo dependet sic est necessarium, quòd circunscripto quocunque alio à se, à quo non dependet, nec in essendo, nec in necesse esse impossibile est ipsum non esse, hoc patet supponendo, quòd necesse esse, vt duo, erit impossibile non esse vt duo, quia sicut aliquid est euidens in veritate, ita oppositum erit euidens in falsitate, vt patet primo poste. Sic etiam quanto aliquid est necesse esse in essendo, tanto est impossibile in non essendo. Similiter necessarium, vt vnum erit impossibile non esse, vt vnum, quia tanta est impossibilitas non essendi, quanta est necessitas essendi. Si ergo necesse esse, vt duo posset nõ esse ex hoc, quòd necesse esse, vt vnum potest non esse, tunc impossibile esse, vt duo sequeretur ex impossibili, vt vnum, & sic *Notãda ratio de necesse esse.*

impossibile potest sequi ex possibili, patet quia si remoueatur ab impossibili, vt duo vna ratio impossibilitatis, adhuc remanet impossibile. Similiter si ab impossibili, vt vnum remoueatur vna ratio impossibilitatis, amplius non erit impossibile, ergo possibile, & tu dicis, quòd nunquam impossibile potest sequi ex minus impossibili, ergo impossibile absolutè non potest sequi ex possibili. Hoc idem dico de magis falso, & minus falso. Secundo suppono, quòd primum effectiuum est ex seipso necesse esse, & à nullo alio à se, nec in esse, nec in necesse esse dependet, quia hoc esset contra rationem primi effectiui, vt supra patuit. dist. 2 q. 1. Tertio suppono, quòd si primum effectiuum producit aliquid aliud à se in essentia, quod habeat necessariam habitudinem ad illud, quæ necessaria habitudo non potest separari ab illo cum de necessitate agat, ergo illa habitudo necessaria necessariò terminatur ad productum, & sic ipso producto non existente talis habitudo non erit, & si talis habitudo non erit ipsum primum effectiuum non erit, quia illa habitudo inest necessariò, & inseparabiliter, & sic sequeretur primum posse non esse ex minus impossibili, quod est ens aliud à se, primũ enim est simpliciter magis necesse esse, quia à se habet esse necesse esse, quàm creatura aliqua, quę habet necesse esse ab alio. Et licet filius in diuinis sit necesse esse originatiuè à patre, tamen formaliter non est minus necesse esse, quàm pater, quia habet formaliter eandem rationem, quæ est simpliciter ratio essendi necesse esse scilicet deitatem, creatura vero habet aliam naturam, quæ & in esse, & necesse esse dependet essentialiter à prima natura, vt patuit supra distinct. 2. q 3. partis secundæ in responsione ad argumentum principale.

Primũ effectiuũ est ex seipso.

Filius est necesse esse originatiuè à patre, non formaliter.

¶Ibi. Contra istam rationem. Doct. instat contra istam rationem, vt magis appareat euidentia ipsius. Et arguit sic, quia principium destruitur destructa conclusione, ex primo priorum, & tamen principiũ ex se videtur esse formaliter necessarium, conclusio autem non est necessaria, nisi ex principio, vt supra patuit ex 5. metha. c. de necessario. tex. com. 6.

¶Hæc instantia nulla est. Tota sentẽtia huius literæ consistit in duobus dictis, primum est, quòd quãdo aliquid dependet ab alio, quod impossibile est esse sine alio in quocunque genere, sequitur ipsum posse non esse, (etiam si illud sit magis tale) per non esse alterius. Exemplum totum est magis ens, & per consequens magis necesse esse, quàm esse partium, & tamen ad non esse partium sequitur non esse totius. Similiter numerus quaternarius est magis ens dualitate, & tamen ad non esse dualitatis sequitur ipsum non esse, & hoc est quia totum dependet à suis partibus. Sic est in proposito, quamuis veritas principij sit maior veritate conclusionis, tamen ad non esse veritatis conclusionis sequitur non esse veritatis principij, & hoc est, quia veritas conclusionis suo modo est pars veritatis principij, & sic non est alia simpliciter à veritate principij patet. Nam veritas huius principij. Omne animal rationale est risibile, includit de facto hanc veritatem, quòd omnis homo sit risibilis, & quòd Ioan. sit risibilis, sic quòd totalis veritas principij integratur ex veritatibus omnium conclusionum contentarum in illo. Hoc etiam patet de veritate propositionis vniuersalis, quæ integratur ex veritatibus omnium singularium, sicut ista veritas, omnis homo est risibilis integratur ex istis hic homo est risibilis, & hic homo est risibilis, &c. ergo si hæc esset falsa puta, hic homo est risibilis, sequeretur ipsam veritatẽ propositionis vniuersalis esse falsam, & hoc est quod dicit Doct. in exemplis mathematicalibus, quòd veritas hæc. Lineæ talis trianguli sunt æquales, est pars veritatis huius vniuersalis Omnes lineæ ductæ à centro ad circunferentiam sunt æquales, quòd enim lineæ trianguli æquilateri sint æquales probatur in Euclide per hoc quod dixi supra quòd omnes lineæ &c. Sed exemplum positum prius scilicet quòd omnis homo est risibilis est clarius. Secundum dictum est, quòd quando vna entitas in se perfecta, quæ habet esse à se, & est causa alterius entitatis, nec dependet ab illa, nec in esse, nec in conseruari, sicut totum à partibus, & veritas principij à veritate conclusionis integrantis, &c. non sequitur ipsam posse non esse ad non esse alterius entitatis, à qua non dependet, aliter magis impossibile sequeretur ex minus impossibili, & magis necessarium sequeretur posse non esse ex non esse minus necessariò, à quo non dependet, nec in esse, nec in conseruari, quod est impossibile, & sic patet quomodo instantia nihil contra rationem concludit.

Tota sententia literæ.

Quomodo veritas principij integrãtur ex veritatibus cõclusionum

¶Secundo principaliter arguit Doct. contra opi. philosophorum. Ibi. Secundo arguo sic. Aliquid fit contingenter. Hæc ratio supra patuit. distinct. 2. quæst. 1. & clarius patebit infra distinct. 39. respondendo ad Nouum expositorem sancti Tho. vide ibi multa bona.

¶Tertio arguit ibi Præterea, & redit in idem. Duo sunt in ista litera Primum est de malo naturæ, quod est defectus in entitate naturali, vt supra dist. 2. q. 1. in responsione ad primum argumentum principale. Secundum est de malo culpæ quod est vituperabile, sicut peccatum. Si enim fieret de necessitate à causa secunda non esset vituperabile, ergo si fit contingenter oportet primam causam contingenter concurrere. Et hic nota quòd in malo culpæ sunt duo secundum communiter theologos scilicet ipsum substratum, quod est actus, & deformitas, quę est priuatio rectitudinis, quæ deberet inesse actui, vt patet à doct. in secundo distin. 34. 36. & 37. & in quarto di. 14. Exemplum velle dare eleemosynam, potest esse rectum tale velle, vt velle dare cum omnibus circunstantijs requisitis, & tunc tale velle est primo rectum, quia primo conformè rationi rectæ, vt supra patuit q. vlt. prolo. & infra patebit. distin. 17. & magis in 2. distin 40 & distin. 42 Si verò tale velle caret huiusmodi circunstantijs, talis carentia dicitur deformitas, & tale velle denominatur malum culpæ à tali carentia, siue priuatione rectitudinis. Et nisi illud velle esset in potestate nostra, & per consequens in potestate nostra posse elicere illud cum debitis circunstantijs, vel sine illis, nunquam esset vituperabile. Deus ergo concurrit contingenter ad ipsum velle, & etiam ad rectitudinem illius, sed voluntas nostra dicitur peccare ex hoc, quòd primo deficit à tali rectitudine, quia cum possit dare rectitudinem, & non dat, ideo ipsum non dare est deficere à rectitudine, & talis defectus vocatur deformitas, & ad deformitatem non concurrit Deus, vt patebit in secundo distinct. 37. Si ergo Deus ageret necessario, nullum malum culpæ esset in vniuerso, quia tunc necessario produceret omnem effectum secundum bonitatem suæ capacitatis cuius oppositum experimur, & si hoc posset fortè euadi à philosophis dicendo, quòd tale malum est tantum à causa secunda, non autem à prima, tamen non potest euadi de malo culpæ, quia si illud fit à voluntate nostra, vt necessario mota à Deo, tunc tale malum eueniret necessario, & sic nullo modo esset vituperabile, ergo.

Quid sit malum naturæ, & malum culpæ.

In culpa duo sunt & quo Deus non concurrit ad deformitatem.

Quomodo Deus concurrat ad velle contingenter.

Si Deus ageret necessario nullum malum culpæ esset in vniuerso.

Quia necessario produceret omnẽ effectum secundum bonitatem suæ capacitatis

¶ Quarto arguit ibi. Omnis causa necessario agens, &c.

¶In ista litera quatuor principaliter tangũtur. Primum, quòd ex quo causa prima est perfectissima, & per philosophos agit de necessitate naturæ, & sic agit inquantũ põt, & prius cõcurrit ad effectũ, quàm cã secũda,

ergo

ergo in illo priori præuenit causalitatem omnis causæ secundæ, & sic homo fuit ab æterno, & vltra cum producat de necessitate naturæ, omnis effectus erit necessarius, quia si agit de necessitate naturæ omnia producit immediatè, & quia ab æterno fuit perfectissima, ergo ab æterno produxit omnia producibilia.

¶ Secundum, non valet dicere, quod producit aliquem effectum mediante secūda causa, quia vt dictū est supra dist. 2. q. 1. cum eminenter contineat causalitatem omnis causæ secundæ, & ipsa in aliquo priori concurrat ad omnem effectum, & si de necessitate agat in illo priori producit omne producibile nulla secunda causa concurrente, alias si in illo priori non produceret, non esset perfectissima causa agens de necessitate naturæ.

Obiectio. ¶ Si dicatur, quod si causa prima prius influit in effectum, quàm secunda per propositionem allegatam, ergo & nunc vt contingenter agit præuenit causalitatē causæ secundæ, quia in illo priori in quo influit dicatur. a. & in posteriori, quo causa secunda concurrit dicatur. b. Quæro an voluntas diuina in priori. a. aliquid producit, vel nihil? Si primū: aut totum effectum, aut partem? non partem: quia dicitur prius influere in totum effectum, si totum: ergo causa secunda in instanti. b. nihil producit, vel si produceret idē, tunc idem bis produceretur, quod est impossibile. Non nihil: quia tunc non influeret.

Responsio. ¶ Dico primo quòd hæc propositio, prima causa magis influit, &c. debet intelligi de prioritate perfectionis id est perfectius influit, vt exponit Doct. in secunda distin. 37.

Instantia. ¶ Si dicatur, ergo quando agit de necessitate dicetur prius influere tantum prioritate perfectionis, & sic non præueniret rationem secundæ causæ.

Solutio. ¶ Dico, quod si ageret de necessitate ex quo de necessitate est prior in essendo, & in illo priori, quo est, & vt præcedens omnem causam secūdā sit perfectissima causa, & nullo modo impedita, ergo in illo priori si ageret de necessitate præueniret omnem causalitatem causæ secundæ, & sic stat argumentum Doct. Sed quando agit contingenter licet sit prior in essendo, & possit prius producere effectum nulla causa secunda concurrente, tamen ex libertate sua potest expectare tempus & coagere causæ secundæ in eodem instanti, & tunc dicetur prius, influere. i. perfectius. Sed si ageret de necessitate naturæ diceretur prius influere, & prioritate naturæ perfectionis. De hoc tamen vide infra dist. 41. quæ dixi, respondendo ad rationes Ocham contra Sco. vide etiam quę prolixè exposui in secundo doct. dist. 37.

Hic perpende absurda, quę tunc sequerētur, quando prima causa ageret necessario ad extra. ¶ Tertium dictum. Si causæ secundæ priuarentur suis actionibus, quod accideret si prima causa ageret de necessitate naturæ, tunc immediatè ipsa causaret omnia, & hæc omnia essent tantum vnum, patet, quia ex quo causaret inquantum potest, & sic perfectissimum effectum, quem posset, ergo omnia causabilia essent illud perfectissimum causatum, patet quia simul non potest causare plura perfectissima, ergo si in eodem instanti potest causare omnia causabilia, & in eodem potest causare perfectissimum, ergo omnia illa tantum erunt vnum; cuius cōtrarium experimur.

¶ Quartum, quia si de necessitate causat, ergo cœlum mouebit in non tempore, patet quia potentia finita in tanto gradu mouet; & in tanto tempore, & maior in minori tempore, ergo infinita in non tempore, ergo cœlum mouebitur in instanti, & sic periret omnis generatio, & corruptio, quę fiunt per motum in tempore. Si ergo primum moueret de necessitate naturæ, tunc motus cœli fieret in instanti, cuius oppositum ostensum est supra distin. 2. q. 1. De istis tamen rationibus an contra philosophos concludant vide aliqua infra dist. 39. respondendo ad quasdam obiectiones Noui expositoris San. Th. & in distinctione 42. respondendo ad obiectiones Ocham.

AD Q. RESPONDET Docto. dicens, quòd rationes istæ contra philosophos, licet fortè aliquæ non conuincerent philosophos quin possent respondere, sunt tamen probabiliores illis, quæ adducuntur pro philosophis, & fortè aliquæ necessariæ.

¶ Deinde dicit, quòd nihil aliud à Deo est immutabile, loquendo de mutatione, quæ est versio: quia nihil aliud est formaliter necessarium. Quodlibet etiam aliud est mutabile subiectiuè, nisi propter imperfectionem negatiuam. puta vltimum accidens; quod nullius perfectionis est capax propter sui imperfectionem, vt relatio, quę non videtur mutabilis subiectiuè, quia non est capax alicuius perfectionis. Nam mutari subiectiuè, vel est recipere aliquam entitatem realem, quam prius non habuit, vel transire ab entitate ad carentiam eius, vt patet infra à Doct. dist. 39. & in 4. distin. 11. Et sic relatio non potest fieri subiectum entis realis, ita quòd subiectiuè nō potest transire à priuatione entitatis realis ad talem entitatem, nec econuerso, ab entitate in priuationem. *Mutari subiectiuè quid sit.*

Instantia. ¶ Si dicatur, nonne aliqua relatio realis potest esse subiectum relationis realis, etiam secundum Doct. vt patet supra d. 2. & in 4. d. 12 patet enim quod proportionalitas fundatur in proportionibus.

Responsio. ¶ Dico, quòd mutari propriè potest dupliciter intelligi, vt docet Doct. in quarto d. 10. scilicet ad se & ad aliud. Primo modo dicitur mutari ad absolutū. Secundo modo ad respectum. Relatio non mutatur primo modo, licet fortè possit mutari secundo modo. Dico etiam, quod non potest esse subiectum vltimatum. Et patet littera sequens. *Mutari propriè pōt dupliciter intelligi.*

AD argumenta principalia ibi. Respondeo, quod voluntate antiqua.

¶ Hic nota, quod si voluntas diuina posset mutari posset transire à contradictorio in contradictorium. s. à priuatione realis entitatis, & hoc absolutè, vel relatiuè, ad illam, vel à tali entitate ad priuationem eiusdem. Si ergo volūtas diuina potest mutari, hoc erit, vel recipiendo absolutum nouum, vel relationem nouam ad creaturam. Non primo modo: quia sua volitio est sua essentia, & tantum vna est, vt supra patuit. dist. 2 q. 3. Vel erit secundo modo: & hoc non, quia nullam nouam relationem potest recipere, loquendo de relatione reali, vt infra patebit distin. 30. Nec potest amittere aliquid reale: quia quicquid in Deo est, est simpliciter necesse esse. Et eadem volitione vult quicquid vult. vt patet infra distinct. 39. & ab æterno vult quicquid vult, vt infra patet d. 45. sed non pro æterno, sed pro tempore determinato, & sic non mutatur.

Obiectio. ¶ Si dicatur, non creauit Petrum, & nunc creat. ergo mutatur: quia non potest transiri à contradictorio in cōtradictorium sine mutatione, vt patet à Docto. infra d. 39.

Solutio. ¶ Dico, quod non mutatur: quia nunc creans non habet nouum velle, sed simpliciter idem, quod ab æterno. Sed vel non dicit aliquam relationem, vel si dicit tantum erit relatio rationis. De hoc infra d. 30 Dico etiam, quod non quilibet transitus à contradictorio in contradictorium facit mutationem: vt diffusè infra exposui d. 39. vide ibi. De ista tamen immutabilitate tam voluntatis diuinę, quàm intellectus ipsius clarè expositum est infra d. 39. Sequentia clara sunt ex dictis hic, & dicendis infra d. 39.

¶ Ibi. Per idem apparet ad argumentum principale. Vult dicere in ista littera, quòd mutabile in se, id est

id est contingens potest esse immediate ab immutabili id est ab ente quod in se est necesse esse, & simpliciter immutabile, quia habitudo entis immutabilis ad proximum sibi id est ad effectum immediatè productum est contingens, & si illa habitudo, siue productio est contingens, & extremum illius habitudinis id est causatum, vel productum per talem productionem est contingens, & mutabile in se, licet fundamentum sit immutabile id est quòd licet fundamentum talis habitudinis, quod est primum ens sit immutabile in se, terminus tamen illius habitudinis potest esse mutabilis, & contingens, cum talis habitudo sit cõtingẽs. Et hoc est, qd dicit in litera,

AD ARGVMENTA posita pro philosophis, Ad primum.

¶ In ista litera possunt haberi tria dicta, Primum, quòd necessitas est condictio perfectior in ente, cui non repugnat, & sic melius est simpliciter primum ens esse in se necesse esse, cum sibi non repugnet, quàm esse ens possibile. Et sic debet intelligi quando ens diuiditur per necessarium, & possibile, quòd necessitas potest esse perfectionis in ente, cui non repugnat, & hoc in respectu ad posterius non in essentia, sed tantum in persona, & sic melius est simpliciter patrem habere principium productiuum necessariũ respectu alicuius producti, cui ex perfectione talis principij cõmunicatur tota perfectio patris.

Obiectio. ¶ Si dicatur, si producere filium de necessitate est perfectionis, ergo in patre erit aliqua perfectio, quæ non erit in filio, cum filius nõ producat alium filiũ.

Solutio. *Producere de necessitate nõ est perfectionis, sed habere principium productiuũ necessariũ hoc est perfectionis.* ¶ Dico quòd producere de necessitate non est perfectionis, sed habere principium productiuum necessarium, hoc est perfectionis, & tale principium etiam est in filio, & in Spiritu sancto, licet filius, & Spiritus sanctus tali principio non producant, quia vt in filio, & Spiritu sancto habet terminum adæquatum, iam intensiuè, quàm extensiuè, vt supra patuit. dist. 2. & dist. 7. Et sic potest intelligi ista diuisio entis quod diuiditur in productiuum, & productũ, & in productiuo necessitas est perfectionis, accipiendo pro principio formali productiuo. Et sic potest intelligi, quod dicit Doct. supra distinct. 2. parte. 2. q. 3. in tertia ratione principali. Secundum dictum, necessitas potest accipi, vt fundatur in causa respectu posteriorum essentialiter id est respectu producti, vel causati essentialiter distincti à tali causa, & sic dico, quòd talis necessitas non est perfectionis in causa prima, quia sibi repugnat. Nam quia causa producit aliud, illud aliud erit possibile, & si de necessitate produceret, possibile esset necessarium, talis ergo necessitas non est perfectionis in primo respectu posterioris essentialiter, immo talis necessitas non stat cum perfectissima necessitate primi entis in se, quia si primum ens de necessitate causaret aliud per argumentum factum supra, ipso causato per impossibile non existente primũ ens posset non esse, vt patet.

¶ Ad secundum. Dicit Doct. q si causaret naturaliter, quòd necessario causaret, sicut ex antecedente includente incompossibilia sequitur consequens includens incompossibilia. In antecedẽte enim repugnat, quod est causare modus ille, qui est naturaliter, patet quia. a. inquantum causat contingenter causat, & inquantum naturaliter, necessario causat, & sic. a. simul contingenter, & necessario causaret. b. quod est impossibile. Similiter in consequente includuntur incompossibilia, quia cum dico. b. causatum, dico ipsum esse contingens, & contingenter causatum, cum verò dico naturaliter, dico. b. esse necessarium, & necessario causatum. Et cum additur, quod nulla perfectio tollitur à causato propter modum perfectiorem causandi ipsius causæ. Concedo, nec modus causandi voluntariè tollit aliquam perfectionem à causabili, sed tollit à causabili necessitatem, quæ est in se perfectio, sed incompossibilis causabili, & dat perfectionem causato compossibilem sibi, sicut volũtariè in causatione dicit modũ compossibilẽ causationi.

¶ Per hoc apparet ad cõfirmationem de pluribus entis differentijs producibilibus.

¶ Dicit q ens causabile non potest habere differentias istas, necessarium, & possibile esse, sed omne ens causabile est tantum ens possibile, & ideo non est imperfectionis in causa non posse causare istas differentias, quia ad impossibile nulla est potentia. Similiter si naturaliter causaret, & ideo necessario, non produceret plures differentias entis, quia tantum produceret necessaria, non contingentia. *Ad impossibile nulla est potentia.*

¶ Ad vltimum. Dicit Doct. quòd nulla est connexio causati, & causæ secũdę simpliciter necessaria, nec aliqua causa secunda causat necessario simpliciter, quia tunc stante approximatione passi necessario ageret, sed tantum dicitur necessario agere secundũ quid, prima pars patet, quia quælibet dependet ab habitudine potentiæ causæ ad causatum. Similiter nulla causa secunda causat, nisi prima causa causante causatum eius, & hæc prius naturaliter prima causat contingenter ergo &c.

Distinctio Nona.

Circa distinctionem Nonam quæritur vtrum generatio filij sit æterna in diuinis.

Quæstio prima.

Seraphicus Bonauent. 1 sent. dist. 9. q. 3. art 1.
Alexander Alensis. 1 parte summa. q 42 memb. 5. artic. 1.
Scotus primo sent dist 9. q 1.
D. Thomas. 1 parte summa. q. 42. art. 2.
Durandus primo sent dist 9 q 4
Franciscus de Mayronis. 1 sent. dist. 9 q. 1.



QVÆRIT Doct. circa nonam. q. An generatio in diuinis sit æterna.

AD quæstionem. Dicit Doc. q in diuinis non est generatio sub ratione mutationis, vt supra expositũ est. dist. 2. parte. 2. q. 3. & dist. 5. q. 2. & infra patebit distin. 27. q. 1. Ideo talis generatio nõ habet terminos correspondentes generationi mutationi, qui termini mutationis sunt esse post non esse, ita tamen quod ly non esse præcedat duratione ipsum esse, aliter non esset mutatio, vt patuit in q. immediatè præcedenti, & diffuse infra dist. 39. generatio enim mutatio præsupponit materiam, quæ mutetur à non esse formæ generandæ ad esse ipsius, siue à priuatione ad habitum, & priuatio propriè præcedit duratione habitum, vt exposui infra dist. 39. Et propter hos terminos scilicet esse post non esse generationi mutationi repugnat æternitas, quia esse, & non esse non possunt simul esse sed necessario alterum ante alterum, ergo non æternitas. Sed tantum est ibi generatio productio in esse substantiæ per modum naturæ, vt supra expositum est. *Generatio est sibi similis in substantia.*

¶ Ibi. Ex hoc ostendo, quòd sit æterna. Nunc Doct. ostendit generationem in diuinis esse æternam. Et ratio stat in hoc. Quia pater generat per modum naturæ, & est agens omnino sufficiens, & in nullo dependens, & non producit per motum, ergo generatio filij est æterna, ergo, & filius est æternus. Quia enim producens præcedat duratione productum, hoc non potest esse, nisi quia vel producens agit contingenter, vel quia non est sufficiens, vel quia *Quid sit æternum vide Boetium libro quarto de consolatione prosa vltima*

agit

agit per motum, vel quia est impedimentum, nullum vero istorum est in patre producente filium. Et sic sequitur, quòd generatio filij sit æterna, & filius similiter.

Qd in Deo sit æternitas, & quòd tres personæ sint æternæ non triplici æternitate sed vnica æternitate vide Petrũ de Aquila bic.

¶ Ibi. Per istam rationem tenet illud exemplum Aug. 6. de trinit. c. 1. de igne, & splendore. Et litera stat in hoc, quòd ratio productionis est communior ratione causationis, patet quia omne causans producit, sed non omne producens causat, quia pater in diuinis verè producit filium, quem tamen non causat, producere enim est commune, & ad producere in ordine ad productum alterius naturæ essentialiter, & in ordine ad productum eiusdem naturę. Sed causare tantum respicit aliud in natura. Si ergo causans potest habere effectum sibi coæuum etiam inquantum causans, à fortiori poterit habere coæuum inquantum producens, quia ratio causandi non potest separari à ratione producendi, sed bene ratio producendi potest separari à ratione causandi. Et hoc est quod dicit.

¶ Ista solutio etiam confirmatur. Hic Doct. ostendit per bonum exemplum quomodo generatio filij sit æterna, ita quòd filius semper generetur, & semper sit genitus, accipiendo quod est perfectionis in permanentibus, relinquendo quod est imperfectionis, & similiter accipiendo quod est perfectionis in successiuis, relinquendo quæ sunt imperfectionis.

Prima diffi. OCCVRRVNT hic aliquæ difficultates. Prima quia si filius æternaliter generatur à patre, ita quòd ista sit vera, filius semper generatur, ergo filius generat seipsum, patet quia habens principium formale productiuum. a. in aliquo instanti, in quo non præintelligitur habere terminum productum illo semper potest producere, hoc patet à doct. supra distin. 2. & dist. 7. & per hoc probat infra distinct. 10. quæst. 1. quòd filius producit Spiritum sanctum, quia in generatione filij communicatur filio principium productiuum Spiritus sancti, & hoc in aliquo priori, in quo non præintelligitur habere Spiritum sanctum, vt productum. Si ergo filius in primo instanti æternitatis (in quo possunt imaginari plura instantia nedum originis, & naturæ, sed etiam plura temporis, quia instans æternitatis coexistit omni parti temporis, vt patet in ista q. & infra distin. 39. & 40.) per generationem accipit idem principium formale productiuum, scilicet eandem memoriam fęcundam, quam pater habet, ergo in secundo instanti, pota naturę, vel temporis coexistens instanti æternitatis filius eodem principio producit filium, patet consequentia, quia in illo secundo instanti memoria fęcunda est verè principium generandi patri, aliter in secundo instanti ista non esset vera. Pater in isto instanti generat, & sic generatio non esset æterna, ergo, & filio in isto instanti est principium formale generandi filium, ergo filius nunc generat seipsum, & semper generabit seipsum.

¶ Confirmatur, quia pono casum, quòd calor nũc existens in igne per mensem continuè calefaciat lignum, producendo in illo caliditatem, ita quòd in quolibet instanti illius mensis ista est vera calor calefacit lignum. Si tertio die illius mensis idem calor existens in igne communicaretur ligno, non ne illo calore calefaceret lignum? certum est quòd sic, quia habet idem principium formale calefaciendi, vt pręintelligitur non habere terminum productum pro quarto, vel quinto die.

¶ Confirmatur iterum ex dictis Doct. Ipse enim vult in 2. distin. 2. q. 2. de mensura angelorum, quòd creare, & conseruare sunt idem, & exponẽdo Bona. dicit, quod in alio, & alio instanti ponit ipsum creaturam in esse, sicut etiam sol semper illuminat, ita q̃ conseruare semper est aliquid efficere. Et hoc etiam expressius ponit in quolibet. q. 12. Ex his pono, quòd per possibile, vel impossibile cõmunicet angelo potentiam creandi lapidem, sic intelligendo, q̃ Deus in hoc instanti creet lapidem, & conseruet per annum, & crastina die communicet angelo eandem potẽtia creandi ipsi angelo. ergo videtur, quòd angelus mediãte illa potentia possit creare lapidem pro tempore sequenti: quia in tempore sequenti non præintelligitur lapis habere esse: ergo pro illo tpe poterit creare. Sic erit in proposito: quia pro tpe futuro nõ pręintelligitur filius habere esse: quia pater ꝑ quolibet instãti verè producit illum. ergo filius nunc hñs idẽ principium formale productiuũ, qđ pater habet. ergo filius mediante tali principio poterit ꝑducere seipsum pro tpe futuro: quia pro illo tpe non ꝑintelligitur habere esse. si producitur à patre in tali esse. ergo sicut tale principium est patri rõ producẽdi filiũ, erit filr rõ filio producẽdi seipsum: & sic tunc idẽ filius distingueretur realiter à seipso: quia inter producens, & productum est realis distinctio.

¶ Vltimo confirmatur. Et accipio quoddam dictũ Doc. in secundo d. 1. q. 1. q̃ filius non potest produci de lapide ẽm quid in illo instanti, quo producitur à patre: quia in illo instanti lapis nullum esse habet, vel simpliciter, vel ẽm quid. ĩñ in secundo instãti in quo intelligitur lapis habere esse ẽm quid in memoria diuina: pater producit filium de lapide, nõ simpl̃r, sed ẽm quid: & quia filius habet etiam ipsum lapidem, vt in memoria diuina, non ex natura rei, sed per actũ intellectus diuini: filius producit seipsum de lapide habente tale esse secundum quid. Immo plus dico (vt ibi exposui) quòd idem filius producit seipsum de seipso, vt habente esse in memoria diuina: quia vt sic producit seipsum in esse cognito, & etiam in esse volito, quod est esse secundum quid tantum. ergo à simili in proposito poterit simpliciter producere seipsum in esse simpliciter. patet consequentia: quia eo modo, quo habet principium productiuum, eo modo põt producere. si simpliciter simpl̃r: si secundum quid secundum quid. Ideo enim producit seipsum secundum quid de lapide: quia lapis habet tantum esse secundũ quid in memoria diuina. ergo nũc producit simpliciter: quia memoria diuina est ibi ex natura rei, & in esse simpliciter.

SECVNDA difficultas est: quia videtur q̃ non tantũ pater producat filium: sed et ipsum conseruet: quod videtur inconueniens: conseruare. n. sonat imperfectionem in re conseruata, q̃ sequatur ipsum à patre cõseruari: patet quia ẽm Doc. in secundo d. a. & in quol. q. 12. & alibi. Si consideremr esse creaturæ in primo instanti, vt transit de non esse ad esse, in quo esse in primo instanti dicat ordinẽ immediatẽ ad nõ esse præcedens tunc dr̃ creari, in secundo verò instanti dr̃ conseruari: quia in secundo instanti dicit ordinem ipsius esse, vt accepti in secundo instanti ad seipsum, vt habẽs esse in primo instanti, & dicit etiam ordinem ad non esse non immediatẽ præcedens, sed tantum ad non esse mediatẽ præcedens, & sic in isto secundo instanti verè conseruatur Sicut proposito: licet non esse filij non præcesserit esse ipsius pro aliqua duratione: quia habet esse ab æterno, tamen non esse pro aliquo instanti originis, & fortè naturæ præcedit esse ipsius filij, ita quòd in illo instanti, in quo accipit esse à patre dicit ordinem ad non esse præcedens, saltem origine; cum ergo in secundo instanti verè accipiat esse à patre; in illo secundo instanti dicit ordinem immediatum ad esse acceptum in primo instanti, & dicit ordinem ad non esse præcedens esse in primo instanti acceptum, ordinem dico mediatẽ tantum, & non immediatẽ, & talis ordo videtur suo modo por-

Non esse filij nõ præcedit esse ipsius ꝑ aliquã duratione, sed ꝑ aliquo instã ti originis.

portare conseruationem, & sic filius vt conseruari.

Respondeo ad primam diffi.

RESPONDEO ad has difficultates, præmittendo aliqua. Primo, quòd principium formalè productiuum, si non est de formalitate, siue quiditate producentis non potest esse principium alicui producenti, nisi præsupponat illud in se habere esse, sicut dicimus, quòd calor est principium formalè calefaciendi ipsi igni calefacienti, vel si est constitutiuum, saltem partialiter suppositi producentis, tunc suppositum non potest illo producere, nisi actu existens per ipsum, sicut forma substantialis ignis est ratio formalis generandi ipsi igni. Sic in proposito, memoria fęcunda in diuinis est principium formale generandi filium, & constituit saltem suo modo partialiter personam diuinam, quæ constituitur ex essentia, & proprietate, vt sans infra patet. distin.26. Non posset ergo esse principium formale productiuum alicui personæ, nisi ipsam personam præsupponeret, & hoc si non sit ipsius constitutiua, vel si est constitutiua tunc in eodem instanti, quo est illi principium productiuum, persona per ipsum producens intelligitur habere verum esse. Secundo præmitto, quod principium productiuum, vt huiusmodi in quocunque præintelligitur ipso producto, & prius est producenti ratio formalis producendi, quàm intelligatur habere productum, vt supra patuit. distin 2. parte. 2. quæst. 3. & dist 7. & infra dist. 26. & 27. in quolib. quæst. 4. Et sic memoria fęcunda est prius patri ratio producendi filium, quàm intelligatur filius productus, & sic producens in essendo est prius producto. Tertio præmitto, quòd pater in diuinis producit filium, vt terminum adæquatum, & totalem, & communicat filio memoriam fęcundam, vt terminum formalem, vt supra patuit distinct. 5. quæst. 2. & sic filius totaliter accipit esse à patre, per illam productionem.

Quid sit patrem semper filium producere in esse.

Quarto præmitto, quòd patrem producere semper filium in esse, est ipsum pro quocunque instanti ponere in esse suo personali, ita quòd pater ita ve producit filium in secundo instanti sicut in primo, & sicut in primo instanti dicitur filius perfectè productus à patre, ita similiter in secundo instanti perfectè producitur à patre. Et si per impossibile pater in secundo instanti non produceret filium, filius nullum esse haberet, vt posset ex multis deduci. Et sic ista est vera, filius in diuinis in præsenti instanti.a. est verè productus à patre, & ista est falsa, quòd filius pro instanti futuro sit productus à patre. Sicut etiam tenendo, quòd conseruare.a. sit ipsum productione ponere in esse pro quocunque instanti, in quo conseruat, & hæc est vera.a. pro isto instanti verè creatur, & ista est falsa quod.a. pro instanti futuro sit nunc creatum. Sic pariformiter dico de filio.

Quare filius Dei non potest seipsum generare.

¶Istis præmissis dico, quòd filius in diuinis, nec pro secundo, nec pro tertio, nec pro quocunque instanti potest generare seipsum, quia generans prius est genito. Si ergo in secundo instanti posset generare mediante principio formali productiuo, ipse filius de necessitate esset prior seipso. Cum ergo arguitur. Filius in secundo instanti habet potentiam generandi eandem cum patre, vt potentia illa præintelligitur filio producto. Dico, quòd in illo secũdo instanti habet memoriam fęcundam, quam pater habet, sed non habet potentiam generandi, vt supra patuit distin. 7. ergo in tertio instanti, mediante illa memoria poterit generare vna cum patre? negatur ista consequentia, quia in illo tertio instanti, in quo pater generat filium, filius non est, & loquor de instanti originis, & quòd filius non sit, patet ex præmissis, quia in illo tertio instanti ipsum generat, vt supra patuit, ergo filius in illo instanti accipit esse à patre, & si pater in tertio instanti non produceret filium, filius nullo modo esset. Si ergo argumentum valeret oporteret arguere sic. Filius in instanti.a. accipit esse a patre, & in eodem instanti communicatur sibi eadem memoria, & in instanti.b. quo pater producit filium, siue in quo pater habet memoriam, vt principium producendi inquantum intelligitur prior producto, in eodem instanti.b. filius est, vt habens eandem memoriam, ergo filius potest generare. Posset concedi hoc vltimum consequens, sed negatur, quòd filius in eodem instanti.b. sit huiusmodi, immo si pater non produceret filium, filius nullo modo esset, quia ergo filius in quocunque instanti accipit esse totaliter à patre, & in quocunque potest intelligi posterior patre, quia in quocunque verè producitur à patre, & semper communicatur ei memoria, vt præhabens productum adæquatum, ideo non sequitur, quòd filius generet seipsum, quia quod non est, generare non potest, sed ipse pater producit pro tertio, vel quarto instanti, ergo non intelligitur filius habere esse, quia in illo producitur, vt terminus adæquatus suæ productioni. Ex his apparet, quomodo ratio non concludit.

Filius non habet illam memoriã fęcundam, vt fęcunda est & vt productiua.

¶Ad primam confirmationem de calore. Dico, quòd non est simile, quia calor communicatur ligno non accipienti esse in eodem instanti, quo sibi communicatur, quia ergo lignum, cui communicatur calor in instanti.a. habet verum esse in se, & eundem calorem pro instanti. b. quo ignis producit caliditatem, ideo in illo instanti lignum habens eundem calorem verè producit vna cum igne caliditatem, posito tamen quòd possit lignum calefacere seipsum, sed exempla ponimus &c. primo priorum. Sed si ignis habens calorem in instanti.b. causaret lignum, communicando sibi eundem calorem, lignum mediante illo calore pro instanti.b. non causaret eandem caliditatem, quia in illo instanti quo caliditas producitur ab igne, accipit esse ab ipso igne. Et si iterum in instanti.c. in quo ignis producit caliditatem, verè produceret ipsum lignum communicando eundem calorem, nunquam lignum pro instanti.c. produceret simul cum igne caliditatem. Et sic patet, quòd confirmatio illa non concludit.

¶Ad secundam confirmationem. Dico sicut dixi de calore. Si enim angelus nunc creatus, & existens per mensem acciperet eandem virtutem creandi, quam Deus habet, & continuè haberet illam per totum mensem. Dico, quòd angelus pro quocunque instanti sequenti, in quo Deus crearet, & angelus crearet, quia potentia creandi esset in angelo, vt præintellecta ipsa creatura producta. Sed si angelus pro illo eodem signo, quo Deus creat.b. crearet angelum, ita quòd angelus creatus nullo modo præcederet.b. in quocunque signo, licet tunc acciperet potentiam illam creandi, tamen illa mediante non crearet.b. quia non esset in angelo, vt prior.b. immo simpliciter in illo signo, quo.b. producitur, & sic dico de omni alio instanti.

Semp. filius intelligitur produci à patre.

¶Ad aliam confirmationem patet solutio per superius dicta. Concedo enim absolutè, quòd si filius in diuinis pro quocunque instanti posteriori haberet principiũ productiuum, vt piç intellectum filio producto, quòd illo posset ita verè producere, sicut & pater. Sed quia in quocunque instanti posteriori semper filius intelligitur produci à patre, & sic principium formale productiuum in patre intelligitur non habere pro instanti posteriori productum, ideo patri est principium, & quia in illo signo non intelligitur filius, ideo filius pro illo signo non producit seipsum,

AD secundam difficultatem. Dico, quòd est facilis solutio: quia cõseruare rem propriè respicit rem possibilem, & contingẽtem, & omnis talis quantum est ex se dicit ordinem ipsius ad non esse præcedens duratione, & agens primum non de necessitate producit illam: quia tunc ab æterno produceret illam, vt supra patuit distinct. 8. quæst. vlt. Si enim angelus produceretur de necessitate naturæ esset simpliciter necesse esse, & esset impossibile præcedere duratione non esse ipsum esse. In proposito ergo quia filius de necessitate naturæ producitur a patre, ideo in ipso non potest præcedere non esse ipsum esse filij, immo simpliciter pro quocunq; instanti producitur de necessitate naturæ, & sic nec simpliciter, nec secundum quid potest dici conseruari.

¶ Dico etiam, quòd posito, quòd angelus causaretur necessariò à prima causa, & haberet necesse esse; adhuc posset dici magis conseruari, quàm filius in diuinis: quia in filio non tantum est necessitas productionis, sed etiam esset in eo tota ratio essendi necessariò, scilicet essentia diuina, & eadem, quæ in patre. In angelo verò, & si esset necessitas causationis, non tamen esset necessitas formaliter, quæ esset in causa producente. vt patet à Doct. supra distinct. 2. parte 2. quæst. 3. in responsione ad primum argumentum. Absolute ergo concedendum est, quòd pater pro quocunque instanti perfectè producit filium. Et si per impossibile filium non produceret in secundo instanti, filius nullum esse simpliciter haberet productum pro quocunque instanti de necessitate simpliciter, & absoluta.

AD argumenta principalia. Primo arguit Doct. quòd generatio non sit æterna: quia si sic, tunc pater esset principium durationis: quia quod est principium esse alicuius est principium durationis eius, sed pater est principium esse filij, quia diuinitatis in filio. ergo pater est principium durationis filij.

Principium multiplex. ¶ Respondet Doct. & responsio stat in his dictis. Primum, quòd principium accipitur multipliciter, vt patet 5. meta. c. 1. t. c. 1. Primo pro termino, à quo, puta alicuius durationis, vel alicuius magnitudinis, vel motus. Secundo sicut dicimus, quòd fundamentum est principium domus, & sedile est principium nauis. Tertio pro principio extrinseco, puta pro principio effectiuo, vel productiuo, & multis alijs modis accipitur ibi principium. vide ibi à principio illius capi. Secundum dictum est, quòd quando principiũ construitur cum genitiuo durationis, vt cum dico principium durationis, tunc de vi sermonis nõ accipitur principium durationis pro principio originatiuo: quia de vi sermonis principium durationis dicitur terminus à quo illius durationis, idest à quo incipit duratio talis. Tertium dictum est, quòd cum dico pater est principium durationis filij, de vi sermonis intelligitur, quòd sit terminus à quo durationis filij, & non potest accipi pro principio originatiuo, nisi addatur aliquid, puta sic dicendo, pater est principium originatiuum, siue productiuum durationis filij. & hoc modo accipitur pro principio productiuo. Cum verò dicit in littera de fallacia æquiuocationis formetur sic syllogismus. Quicquid est principium esse filij est principiũ durationis illius, sed pater in diuinis est principium esse filij. ergo pater est principium durationis filij. Si in maiori principium accipitur pro principio productiuo est vera: si in minori accipitur pro principio productiuo est vera, & sic sequitur conclusio de principio productiuo durationis. Si verò in maiori accipitur pro termino à quo est vera: si in minori pro principio à quo est falsa, & tunc non sequitur conclusio. Si verò in minori accipitur pro principio productiuo, & in maiori pro principio à quo: vtraque est vera: sed non sequitur conclusio: quia syllogismus est in quatuor terminis: quia medium variatur, & sic committitur fallacia æquiuocationis. Potest etiam esse fallacia amphibologiæ propter diuersa significata, vt cũ dicimus, seculum scit, potest intelligi, vel quòd seculum habeat scientiam de aliquo, & hoc falsum est, vel quòd aliquis habeat scientiam de seculo, & hoc verũ est. Sic in proposito ista, pater est principium durationis filij, potest habere duplicem sensum. scilicet quòd pater sit terminus à quo, sic est falsum, vel quòd sit principium originatiuum, & sic est verum, & sit tertius modus amphibologiæ, & parum differt ab æquiuocatione quia fallacia æquiuocationis attẽditur penes diuersa significata termini. sed tertius modus amphibologiæ attenditur penes diuersa significata propositionis. Et sic patet ista littera. *Pater ẽ principiũ durationis filij, potest habere duplicem sensum.*

¶ Secundo principaliter arguit Docto. quia per August. 15. de trini. capitu. 15. imperfectionis est in verbo nostro, quod est formabile antequam formetur. ergo imperfectionis videtur in verbo, quod est formari. hoc igitur non competit verbo diuino.

¶ Respondet Doctor, quòd verbum nostrum potest dici dupliciter in fieri. vno modo dicitur in fieri, quod est propria gignitio ipsius, idest verbum fit, scilicet verbum gignitur, siue producitur, & hoc nõ est imperfectionis. Alio modo dicitur in fieri, quod est propria inquisitio illius gignitionis: & hoc modo est imperfectionis: quia ponit nouitatem in verbo, & etiam ex parte intellectus nostri ponit imperfectam causalitatem: si enim intellectus esset perfectus statim gigneret. Primo modo accipitur verbũ gigni in diuinis non secundo modo.

¶ Tertio principaliter arguit. Si generatio filij est æterna. ergo filius semper generatur, & ita nũquam est filius. hæ duæ consequentiæ, scilicet quòd semper generetur, & quòd filius nunquam sit probãtur per August. 83. quæst. 7. Qui semper nascitur, nunquam natus est. ergo si filius semper nascitur. ergo filius nunquam est natus. Et vltra. quod nunquam natus est nunquam est filius. igitur si filius semper nascitur. ergo nunquam est filius.

¶ Respondet Doct. dicens secundum Aug. quòd sermo iste, semper nascitur, non significat generationem ita esse perfectam, sicut sermo iste significat eandem generationem esse perfectam, scilicet semper natus est: ista enim semper est natus, magis exprimit veritatem, quàm ista: semper nascitur: licet vtraque sit vera. Ideo August. magis vtitur ista: semper natus est, quàm ista semper nascitur. Vnde ait. Non possumus inquit dicere semper nascitur, ne imperfectum aliquid videatur, non dicit imperfectio est si dicatur semper nasci, sed videtur significari imperfectio. *Verius tamẽ est dicere filius Dei sp est natus, rõ est quia ly sp dicit æternitatem, ly est natus dicit natiuitatis, et generationis perfectionem.*

¶ Ibi. Ad cuius intellectum. Hic docet Docto. quomodo verba cuiuscunque temporis possunt dici de diuinis. Dicit ergo. Verba cuiuscunque temporis dicuntur de Deo, siue significent actus personales, idest actus pertinentes ad personas, sicut generare, generari: spirare, spirari: siue significent actus essentiales, idest actus communes tribus personis, vt intelligere, scire, velle, creare, gubernare, & huiusmodi: ita enim est vera. Deus pater generauit filium, generat filium, & generabit filium, sicut ista Deus cognouit creaturas, cognoscit, & cognoscet, & sic de alijs.

¶ Ibi. Sed quid significant verba istorum diuersorum temporum cum dicuntur de Deo.

¶ Dicit Doct. quòd cum dico: pater generauit. nõ consignificat tempus præteritum: quia tunc generare mensuraretur tempore, nec similiter quodcunq; aliud verbum dictum de Deo consignificat aliquam *De nunc æternitatis, vt coexistit diuersis temporibus.*

differen-

differentiam temporis. Sed significant potius nunc æternitatis, non tamen absolute: quia in illo nunc, quod est mensura Dei: non est aliqua successio, cum æternitas sit omnino indiuisibilis tota simul, & perfecta possessio: tunc enim non esset variatio diuersorum temporum, & sic de rigore sermonis ista negaretur, pater generauit filium: quia in æternitate nō potest esse præteritio. Significat ergo nunc æternitatis non absolutè, sed inquantum coexistit diuersis temporibus. Et sic cum dico, pater generauit, ly generauit consignificat nunc æternitatis, vt coexistens tempori præterito, & similiter cum dico, Deus generat, significat nunc æternitatis inquantum coexistit tempori nostro præsenti, & generabit, significat idem nunc æternitatis, vt coexistet tempori futuro. Et de huiusmodi significatione. vide etiam infra, quæ dicit Docto. dist. 39. & dist. 40. Et sic finis huius distinctionis.

Distinctio Decima.

Circa istam distinctionem decimam, quæro, vtrum Spiritussanctus producatur per modum voluntatis?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauent. primo sententia. distinct. 10. quæstio. 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa quæst. 43. memb 3. Art. 2.
D. Thomas prima parte summa q 41 Artic. 2. Ad tertium Argumentum.
Scotus primo sententia dist. 10 q 1.
Ricardus primo sent. dist. 10. q 1.
Durandus primo sent. dist 10 q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent dist, 10 q. 1.
Ioannes Bacconitanus primo sentent. dist 11. q. 1.



QVÆRITVR circa distin. 10. Vtrum Spiritussanctus producatur per modū voluntatis, idest an Spiritussanctus producatur liberè, vt distinguitur contra productionem per modum naturæ.

Ad quæstionem dico: quomodo in Deo sit voluntas ex natura rei. vide supra d. 2. q. 1. in illis præambulis ad infinitatem Dei: & d. 8. q. pe. Quomodo voluntas sit ibi sub ratione principij productiui, vide supra distinct. 2. parte secunda, & ibi omnia diffuse exposita supra.

§ Ibi. Ex his vltra probo conclusionem principalem, scilicet quòd Spiritussanctus producatur per modum voluntatis: quia in quocunque est principium aliquod, quod ex ratione sua est principium productiuum, illud erit in eo principium producendi, si est in eo sine imperfectione. Ista propositio. supra distinctione 2 parte secunda. quæstio. 3. exposita est, & soluta etiam obiectio facta ab Alph. Toleta. vide ibi.

§ Et pro intelligentia litteræ sequentis notanda sunt aliqua.

In Deo est duplex notitia, & duplex amor. § Primo, quòd sicut in Deo est duplex notitia, scilicet genita, quæ est filius Dei, & notitia essentialis, quæ est intellectio formaliter infinita communis tribus personis Sic, & amor est duplex, quidam est verè productus, & spiratus, qui dicitur Spiritussanctus, & alius est essentialis, qui est velle, siue volitio, siue dilectio diuina formaliter infinita communis tribus personis, & talis non potest esse Spiritussanctus: quia tunc persona Spiritussancti esset communis tribus personis, & sic pater verè esset Spiritussanctus, similiter & filius. Sequeretur etiam, quòd Spiritussanctus esset antequam produceretur: quia omne essentiale in diuinis dicens perfectionem est prius omni notionali, vt supra patuit distin. 1. quæst. 2. & clarius in quoli. q. 1. & sic esset prior patre, & filio. Similiter nec notitia essentialis in Deo potest dici filius propter easdem rationes, quæ dictæ sunt de amore essentiali.

§ Secundo notandum est, quòd sicut notitia genita, siue filius est quid constitutum ex essentia, & proprietate personali, sic Spiritussanctus, siue amor spiratus est constitutus ex essentia diuina, & proprietate personali puta spiratione passiua. Et sicut filius dicitur formaliter infinitus non absolutè, cum sit relatiuum, sed ratione essentiæ diuinæ, quæ est de esse constitutiuo filij. Sic Spiritussanctus, vel amor spiratus dicitur formaliter infinitus tantum ratione essentiæ, quę est formaliter in illo. Et sic intelligit Docto. cum dicit, quod voluntas diuina est ratio producendi amorem infinitum, &c. *Quo filius dicatur formaliter infinitus.*

§ Tertio notandum est, quòd sicut filius propriè dicitur notitia genita, siue verbum: quia exprimitur per modum intellectus, & dicitur notitia essentialis appropriatè tantum: quia cum ipse producatur per modum intellectus, cuius est notitia tā genita, quàm essentialis, meritò appropriatur sibi notitia essentialis, vt patet infra à Doc. dist. 27. & in secundo dis. 1. & in quol quæst. 8. Sic Spiritussanctus dicitur propriè amor spiratus, & appropriatè amor essentialis: quia est per modum voluntatis, quæ est principium productiuum amoris spirati, & quasi productiuum amoris essentialis. *Spiritussanctus dicitur propriè amor spiratus.*

§ Quarto est notandum, quòd sicut intellectus diuinus, qui est infinitè fœcundus respicit essentiam, vt obiectum infinitum: & sic ipse intellectus vna cū essentia, quasi sunt principium productiuum intellectionis formaliter infinitæ, quæ est communis tribus: & quia ipse intellectus vna cū essentia, propter suam infinitatem natus est se communicare alteri perfectissimè: ideo hoc totum, scilicet intellectus, & essentia est verè principium productiuum, & communicatiuum sumet alicui producto scilicet filio, i. quod pater habet huiusmodi principium, & mediante illo non solum quasi producit intellectionem communem tribus, sed etiam verè producit filium mediante illo, vt principio formali productiuo, cui producto communicat essentiam, & intellectum, & omnem perfectionem, quod communicare nihil aliud est, nisi patrem producere filium, tanquam terminū adæquatum: in quo filio est essentia diuina, vt primus terminus formalis productionis, & omnia attributa, vt quasi concomitantia primum terminum formalem. Ideo hæc conceditur: essentia diuina cōmunicatur, vt terminus formalis, id est habet esse in filio, vt terminus formalis productionis filij, non tamen conceditur, quòd generetur, vel producatur, vt supra patuit distinct. quinta, quæst. prima, pari for miter dico de voluntate, & essentia diuina, quæ sunt principium formale, quasi productiuum amoris essentialis, & verè productiuum amoris spirati, siue producti. *Essentia diuina cōmunicatur, vt terminus formalis.*

§ Nota tamen pro iunioribus multa signa in diuinis, quibus intellectis, satis manifesta erit productio in diuinis. Et licet multi conentur destruere signa naturæ, & originis in diuinis. vt: Ocham Gre. Alph. & Ioan. Angl Bac. tamen opin. Doc. praualet: vt patet infra distinct. 16. & distin. 41. Licet etiam Docto. aliquando nominet tantum duo signa originis, vt in secundo dist. 2. quæst. 1. In primo signo est productio ad intra. in secundo est productio ad extra, non negat tamen, quòd ad intra non sint plura, & originis,

nis,& naturæ sicut,& ad extra Nam intellectus diuinus ad extra prius producit obiecta secundaria in esse cognito,quàm voluntas velit illa,vt patet à Docto,supra quæst.vlt.prolo.& distin.3.q p.& infra distinct.35.36.& 39. Et similiter voluntas diuina prius vult contingentia esse, quàm intellectus diuinus intelligat,vt infra patet dis 39.& in quoli.q.14.Possunt ergo assignari multa signa tam ad intra,quàm ad extra, quæ diuersimodè in diuersis locis à Docto. eliciuntur,

In primo signo.
Multa signa assignantur in diuinis.

¶ In primo ergo signo est essentia diuina sub ratione absolutissima,& vt pelagus,& fundamentum omnis perfectionis,vt patet à Doc.supra d.8.q.3.& in quoli q.1.

In secundo signo.

¶ In secundo signo omnes perfectiones secundæ suo modo quasi pullulant ab essentia diuina, & in essentia diuina ordinatè tamen,sicut est ordo in perfectionibus simpliciter,vt supra patuit. distinctione octaua,q.3.

In tertio signo.

¶ In tertio signo essentia diuina est præsens intellectui diuino in ratione obiecti intelligibilis: & sic intellectus diuinus , & essentia diuina sunt quasi vnum principium totale intellectionis diuinæ , ita quòd ista est vera , quòd Deus intelligit etiam per impossibile circunscripta omni persona : est enim intellectio simpliciter.

In quarto signo.

¶ In quarto signo essentia diuina prius cognita est præsens voluntati diuinæ in ratione obiecti summè diligibilis,& sic voluntas diuina, siue Deus voluntate diuina diligit seipsum amore infinito , & talis amor, cum sit perfectio simpliciter præcedit omne suppositum diuinum,vt supra patuit.d.1. quæst.2.& in quoli.q 1.vbi probat Doct. quòd essentialia absoluta sunt immediatiora notionalibus ipsi essentiæ diuinæ. Ex his apparet error multorum opinantium intellectionem diuinam esse filium , & amorem diuinum esse Spiritumsanctum. Sequitur etiam,quòd Deus in aliquo priori,in quo non intelliguntur personæ diuinæ est perfectissimè beatus in seipso videndo se , & amando , ad quem perfectum , siue infinitum amorem sequitur infinitum gaudium , & sic in tali priori est tota ratio beatitudinis diuinæ,& obiecti fruibilis: vt supra patuit d.1.q.2.

In quinto signo.

¶ In quinto signo est persona patris sic intelligendo,quòd ab essentia diuina , siue à memoria fœcunda io ipsa essentia pullulat proprietas constituens patrem:vt infra patet distinct.28. Ipsa enim memoria fœcunda est principium formale verè productiuum filij : & per illam productionem actiuam constituitur pater in esse personali,vt patet à Doct.infra dist. 28.& in quolib.q.4. generatio ergo actiua primo est à memoria fœcunda,& ipsa constituit patrem:quia pater dicit essentiam cum paternitate, siue generatione actiua . Et nota,quòd sustinendo,quòd personæ constituantur in esse personali per relationes originis:ista nomina in re important idem, ita quòd ex natura rei sunt simpliciter idem,licet fortè differant ratione,scilicet paternitas,generatio actiua, productio actiua filij,gignitio filij,verbatio actiua, & huiusmodi:omnia enim important eandem proprietatem constituentem patrem. Et in isto signo, in quo pater est pater sunt omnes perfectiones diuinæ in patre eo ordine,quo se inuicem respiciunt: ita quòd primo est Deus deitate, secundo infinitus infinitate diuina: tertio bonus bonitate diuina: quarto intelligens essentiam intellectione diuina: quinto volens, siue amans essentiam diuinam amore infinito, & sic perfectè beatus : sexto gaudens gaudio infinito : & sic ordinatè intelligitur habere perfectiones diuinas,& simpliciter eo ordine, quo sunt in essentia diuina. Et hoc est,quod dicit Doct. supra distinctione prima, quæst. secunda , quòd pater prius origine est beatus,quàm generet filium,vt exposui ibi.

In sexto signo.

¶ In sexto est generatio filij. sic intelligendo,quòd generatio illa actiua est prior ipso filio,vt supra exposui.pater ergo in isto signo est principium,quod producit, & memoria fœcunda est principium quo pater producit: non enim memoria sola posset producere: quia tunc realiter distingueretur à producto, quod est impossibile: requiritur ergo memoria illa, vt principium quo,& pater,vt principium quod. Et inter producens,& productum semper est realis distinctio,Sed inter principium formale productiuũ, & ipsum productum non requiritur distinctio realis,aliter non esset eadem essentia in patre,& filio;ratione ergo principij formalis est vnitas naturæ in generãte,& genito,& ratione producentis est realis distinctio producentis,& producti. Et vide supra quæ dixi distin.quarta,& quæst. 2. & distin.7. In sexto ergo signo patet producit filium . In septimo signo filius est verè productus : qui filius duo includit , non vt partes , neque vt quasi partes , scilicet essentiam & filiationem:non enim essentia,& proprietas constituunt filium,vt duæ partes,vel quasi partes,nec essentia,vt materia,vel quasi materia : quæ omnia sonant imperfectionem , sed vt sunt perfectè idem realiter. Hæc exposita sunt,supra distinct.5. quæst.secunda. Et nota,quòd filiatio, generatio passiua , productio filij passiua,verbatio passiua,dictio passiua ex natura rei significant eandem proprietatem filij : tantum enim differunt,vel nomine,vel ratione. & similiter in concreto ista sunt ex parte rei,scilicet filius,verbum, genitus,notitia,genita,&c. Nota etiam, quòd in filio sunt omnes perfectiones diuinæ ordinatæ eo ordine,quo sunt in patre : & eodem ordine communicantur filio à patre quo ordine sunt in patre : & sic filius primo est Deus deitate , & sic deinceps.

Inter principium formale productiuum, & productum non requiritur distinctio realis.
In septimo signo.
Essentia, & proprietas nõ constituunt filium,vt duæ partes , sed sunt perfectè idẽ realiter.

Pater & filius sunt principiũ , quod spirãdi Spiritumsanctũ , & voluntas diuina, vna cum essentia est principiũ quo.

¶ In septimo signo , pater , & filius spirant Spiritumsanctum,ita quòd pater,& filius , sunt principiũ quod,& voluntas diuina vna cum essentia est principium quo, ita quòd ratione principij , quo habetur vnitas naturæ in patre,filio , & Spiritusancto , & ratione producentium , scilicet patris , & filij habetur distinctio realis patris,& filij à Spiritusancto.Et ista Spiritussanctus,amor spiratus,&c. significant idem, & dic pariformiter sicut de filio . Nota etiam, quòd pater,& filius communicant perfectiones , quas habent Spirituisancto eo ordine, quo sunt in ipsis. Et sic Spiritussanctus primo est Deus deitate, & sic deinceps. In isto ergo signo terminatur omnis productio ad intra. Et in nullo istorum signorum, nec pater,nec filius, nec Spiritussanctus intelligunt creaturas:quia adhuc nullum esse habent, nec simpliciter, nec secundum quid. vt patet à Doc. in secundo d.1. q.1.& alibi.

Productio creaturarum cõis tribus personis.

¶ In octauo signo sequitur productio creaturarum primo in esse cognito,secundo in esse volito , quæ productio est communis tribus personis . De qua vide Doc. In secundo.d.1.q.1.

Ocham arguit contra Doct.

OCHAM arguit contra aliqua dicta Doct. in præsent.q. Et primo contra illud argumẽtum, quo probat voluntatem diuinam esse principium formale productiuum Spiritussancti,& dicit sic . Contra istam opin.arguo primo; quia non probatur sufficienter , quòd voluntas sit principium productiuũ Spiritussancti : quia propositio illa accepta , scilicet in quocunque est principium aliquod , quod ex ratione sua est principium productiuum,est in eo principium producendi , &c. videtur esse neganda secundum istum Docto. quia si sic , sequeretur, quòd essent plures personæ in diuinis,quàm tres probatio istius ; quia sicut intellectus est de se principium notitiæ:ita actus amandi est de se principium produ-

ctiuum

Quid sit principium producendi Spiritumsanctum secundum Ochā.

ctiuum amoris habitualis. ergo cum actus amandi Deum sit in Deo sine omni imperfectione, erit in Deo principium producēdi Spiritumsanctum. Sed non potest esse principium producendi Spiritumsanctum: quia secundum istum Doc. voluntas, & nō actus volendi est principium producendi Spiritumsanctum. ergo est aliqua alia persona producta à Spiritu sancto.

¶ Si dicatur, quòd actus amandi non habet ex ratione sua, quòd sit productiuus amoris habitualis, sed tantum in nobis, & non vniuersaliter. Contra, eadem facilitate dicetur, quòd voluntas ex ratione sua non habet, quòd sit productiua, sed tantum in nobis. & ita argumentum illud non plus concludit de voluntate, quam de actu amandi. Eodem modo potest argui de actu intelligēdi respectu sapientiæ: quia actus sciendi, vel actus speculandi est principiū productiuum sapientiæ. Nec valet dicere, quòd nullum istorum est principium productiuum, nisi alicuius imperfecti, & nihil imperfectum est in Deo, & ideo nō potest esse principium productiuum alicuius ad intra. Hoc non valet: quia sicut intelligere est perfectio simpliciter: ita ipsa essentia est perfectio simpliciter. ergo ita poterit aliquis actus intelligendi esse principium productiuum sapientiæ in diuinis, sicut intellectus est principium notitiæ genitæ.

¶Contra istum videtur 1 posito, quòd essent principia productiua alterius rationis, quòd non oportet producta esse alterius rationis: quia principia alterius rationis possunt concurrere ad vnum productum: igitur ex pluralitate talium principiorum nō potest argui pluralitas productorum. Assumptum patet: quia secundum istum Doct. essentia, & intellectus concurrunt tanquam vnum principium totale ad productionem verbi, & tamē sunt alterius rationis. Similiter si repugnet intellectui diuino, & voluntati diuinæ facere vnum totale principium respectu vnius personæ productæ, aut hoc est, quia vnum est naturale, & aliud liberum, aut quia vtrunque est de se perfectum, & infinitum se solo sufficiens in ratione principij productiui respectu sui producti. Primum non impedit: quia secundum eum obiectum, & voluntas in nobis concurrunt tanquam duæ causæ partiales respectu eiusdem volitionis producendæ. Tum: quia secundum eundem, sicut intellectus paternus habens obiectum intelligibile sibi præsens est principium productiuum verbi, ita volūtas habens obiectum volibile, vel amabile sibi præsens est principium productiuum Spiritussancti. ergo sicut secundum eum essentia, & intellectus faciunt vnum totale productiuum principium verbi, ita essentia, quæ est primum obiectum voluntatis, & ipsa voluntas faciēt vnum principium Spiritussancti. ergo nec in Deo, nec in nobis est repugnantia: quia principiū naturale, & liberum faciunt vnum principium totale eiusdem producti. Nec secundum impedit: quia sicut dictum est per eundem essentia diuina, & intellectus (non obstante infinita perfectione tam essentiæ, quàm intellectus) faciunt vnum principium totale respectu verbi. ergo eodem modo nō obstante infinitate intellectus, & voluntatis, poterūt facere vnum principium totale eiusdem producti.

Voluntas inquantū voluntas non est principiū Spiritussancti secundū Ocham.

¶Ex istis patet, quòd rationes probantes, quòd voluntas nō est principium Spiritussancti inquantum voluntas, & quòd pater, & filius non spirant Spiritumsanctum inquantum diligunt se mutuo, per hoc scilicet quod voluntas sit prior actu volendi, etiam vt prior tali actu mutuo se diligendi non sunt sufficientes: quia posito, quòd esset ibi talis prioritas, & distinctio non potest probari aliquod illorum esse principium sufficiens sine alio respectu talis personæ, sicut nec potest probari, quòd natura sit principium sufficiens cuiuscunque personę sine intellectu, & voluntate.

¶ Si dicatur, quòd non est simile: quia nulla persona produci potest in diuinis, nisi per modum intellectus, vel voluntatis: & ideo natura se sola sine intellectu, & voluntate non potest esse principium totale cuiuscunque personæ.

¶ Hoc non satisfacit. de hoc enim est quæstio an scilicet ex quo essentia est principium actiuum perfectum, & infinitum possit esse principium sufficiēs respectu alicuius personæ, non concurrente intellectu, & voluntate in ratione principij productiui, sicut ponis essentiam, & intellectum esse principiū totale personæ secundæ sine voluntate: & posset æque rationabiliter vnum sicut reliquum. Ita enim videtur in nobis, quòd essentia, vel natura est principiū productiuum sine intellectu, & voluntate sicut intellectus sine voluntate.

¶ Confirmatur: quia essentia est prior intellectu secundum istos. ergo in illo priori poterit habere personam productam: & per consequens esset persona aliqua producta ante filium: ita enim arguunt, quòd esset aliqua persona producta ante Spiritumsanctū si produceretur à voluntate inquantum voluntas: quia voluntas habens obiectū diligibile sibi præsens est prior actu volendi.

¶Si dicatur, quòd non est simile: quia volūtas perfecta habens obiectum diligibile præsens in supposito conuenienti est principium productiuū sufficiēs, sed non sic essentia, vt ipsa est prior intellectu. Hoc non sufficit. Primo, quia hoc deberet probari, scilicet quòd essentia non sit sic principium sufficiens, & quòd voluntas est sic sufficiens: quia eadem facilitate, qua tu dicis, quòd essentia non est sufficiens sine intellectu, eadē facilitate diceret aduersarius, quòd voluntas non est sufficiens sine actu volendi. Secūdo non sufficit: quia sicut ex prioritate voluntatis habētis obiectum diligibile sibi præsens non potest probari, quòd prius sit principium spirandi Spiritumsanctum, quam habeat actum volendi: quia cum tali prioritate stat etiam prioritas actus volendi respectu actus spirandi, etiam secundum istos: & ita ex tali prioritate non potest probari, quòd sit principium spirandi, & non actus volendi: immo stat, quòd tam voluntas, quàm actus volendi sit principium spirandi Spiritumsanctum.

¶ Si dicatur, quòd non: quia in nobis videmus, quòd ipsa sola voluntas cum obiecto præsente sufficit, & ideo etiam in Deo sufficiet. Contra, quamuis voluntas creata cum obiecto sufficiat respectu producti primi à voluntate, si tamen essent duo producta à voluntate ordinata necessariò: vel inter voluntatem, & productum esset aliquod medium non productū à voluntate: vel vltimum productum necessariò esset a priori medio in aliquo genere principij. ergo eodem modo in diuinis si actus volēdi sit prior actu spirandi, oportet quòd habeat rationem principij respectu ipsius. Assumptum patet: quia secundū istos omnis effectus sufficienter dependet à suis causis essentialibus. ergo nihil est essentialiter prius aliquo, nisi sit causa illius in aliquo genere causæ. ergo omne prius, siue productum, siue non productum à voluntate respectu actus producti à voluntate est causa ipsius actus in aliquo genere causæ.

¶ Ex prædictis patet contra tertium, quòd ex dualitate principiorum productiuorum (si poneretur) non potest probari dualitas personarum productarum, cum (sicut probatum est) non potest probari quin illa principia productiua possint cōcurrere ad vnum productum.

¶Præterea, non potest probari quin vnum principium productiuum habeat diuersa producta alte-

rius

rius rationis,cum productiuum vnius rationis possit habere producta alterius rationis. Hęc Gulielmus Ocham.

Declaratio positionis. Sco. & improbatio rationũ Och.

RESPONDEO ad rationes Ocham: sed primo præmitto aliqua. Primum: ratio producẽdi non aliquid in se subsistens, sed tãtum alteri inherens; siuè aliud suo modo perficiens, non potest esse ratio producendi illud, nisi habeat potentiam suo modo receptiuam. Nam hoc patet de se, & à Doc. in 4.d.12. Secundum est, quòd actus, siuè operatio aliqua nullo modo est principium productiuum: & præcipuè alicuius per se subsistentis, cum operatio, vt operatio sit finis potentiæ. Et si aliquando ponitur principium productiuum habitus: accidit sibi: quia hoc non est vniuersaliter verum. Tertium habitus ponitur in potentia, vel vt inclinet potentiam ad producendum similes actus illis, ex quibus generatur: vel vt potentia per ipsum perfectius agat: vt infra patebit.d.17. Sed vbi actus ponitur formaliter infinitus, & ęternus quasi productus ab obiecto, & potentia infinitis non apparet quòd tali actu generetur habitus: quia nec vt inclinans: cum potentia infinita sit infinitè inclinata, nec vt partialis causa, vt actus sit perfectior, cum (vt producitur ab obiecto, & potentia infinitis) sit formaliter infinitus. Frustra ergo poneretur talis habitus.

In Deo nullus ponitur habitus.

¶Istis pręmissis. respondeo ad primam rationem. Et negatur, quòd actus amandi, siuè amor essentialis in diuinis sit principium productiuum habitus, siuè amoris habitualis: quia talis amor habitualis est omnino superfluus. Dico secundo, quòd posito, ꝙ talis amor actualis ex se sit principium productiuũ amoris habitualis; adhuc requiritur potentia habituabilis in quam producat talem habitum, sed in proposito voluntas diuina nullo modo est potentia habituabilis: quia hoc est imperfectionis. Tum etiam quia ponitur determinabilis, nec regulabilis ab actu intellectus diuini. vt supra patuit. q. vltim. prolo. & infra patebit. distinc. 38. & in 4. d. 46. Hoc enim sonat imperfectionem: licet enim talis cognitio de se sit regulatiua; non tamen est verè practica: quia nõ respicit potentiã verè regulabilem. vt supra patuit in q. vlti. prolo. sic in proposito; licèt amor actualis ex se sit productiuus amoris habitualis; tamen non nisi in potentia habituabili; cuiusmodi non est voluntas diuina. Dico tertio ꝙ posito, ꝙ amor actualis in diuinis sit quasi productiuus amoris habitualis; tamen nõ sequitur, ꝙ amor habitualis sit alia persona à spiritu sancto. Tum quia persona producta realiter distinguitur à persona producente; sed talis amor habitualis (cum sit perfectio simpliciter) est idem realiter omnibus personis, & communis illis, vt patet. Tum quia talis amor habitualis non erit per se subsistens; quia hoc est contra rationem habitus, ꝙ sit suppositum, siuè subsistens incommunicabile, sed persona, quæ ponitur alia à persona spiritus sancti de necessitate esset per se subsistens. Omnes istę responsiones sunt verę.

Cognitio Dei non est practica licet sit regulatiua.

¶ Et quod dicit contra illam responsionem, quòd actus amãdi nõ habet ex ratione sua, ꝙ sit principiũ productiuum amoris habitualis, sed tantum in nobis, & non vniuersaliter: quia eadẽ facilitate dicetur, quòd voluntas nõ habet ex ratione sua, ꝙ sit productiua, sed tantum in nobis. Dico, ꝙ nõ est simile. Tũ quia voluntas est verè ex sua ratione formali productiua: & per consequens quælibet voluntas est verè productiua, nõ sic est de operatione, vt operatio, cum operatio, vt operatio sit finis potẽtię. Tũ quia potẽtię intellectiuę, vel volitiuę in diuinis correspondet duplex actus scilicet actus productiuus, cui correspondet productum pro termino totali, & actus operatiuus, cui nullum productum correspondet pro termino, nec formali, nec totali, vt supra patuit. dist. 2. parte. 2. Tum, quia operatio, vt operatio non videtur productiua alicuius, quia est id, quo potentia tendit in obiectum, vt patet de intellectione, & volitione, quòd modo operationi correspondeat aliquod productum hoc est per accidens, productio verò, vnde productio est id, quo potẽtia productiua tendit in productum, siue quo habet productum. De ratione autem potentiæ videtur, quòd sit productiua alicuius, non sic est de ratione operationis vnde operatio.

¶Si etiam detur responsio sequens scilicet quòd operatio, puta intellectio, & volitio sint tantum productiua alicuius imperfecti, puta habitus, & in diuinis nihil est imperfectum, ergo &c. Cum dicit contra hoc, quia etiam actus intelligendi in Deo est perfectio simpliciter, sicut essentia, ergo si essentia est principium productiuum perfectè, ergo, & intellectio. Dico, quòd quãuis intellectio sit perfectio simpliciter, quia tamen operatio, ideo non est ratio producendi, nisi fortè habituum, & cũ habitus æquiuocè producatur, vt infra patebit. dist. 17. ideo erit imperfectius respectu intellectionis.

Habitus æquiuocè producitur.

¶Ad aliud contra Doct. de principijs productiuis alterius rationis, &c. Dico primo quòd non dicit Doct. quòd si principaliter productiua sunt alterius rationis, quòd producta sint alterius rationis, immo Doc. expressè vult, quòd talia producta sint eiusdem rationis, puta filius, & Spiritus sanctus, vt supra patuit distin 7. & infra magis patebit dist. 13. dicuntur enim eiusdem rationis, quia terminus formalis in vtroq; producto est eadem essentia diuina. Loquendo tamen de productionibus, siue actiuis, siue passiuis, illæ de necessitate sunt alterius rationis, quia spiratio actiua, & generatio actiua sunt simpliciter alterius rationis, similiter spiratio passiua, & generatio passiua sunt alterius rationis, vt patet à Doct. supra dist 7. & infra magis patebit. dist. 13. & in quoli. q. 2. Loquendo ergo de productionibus. Dico, quòd quia intellectus, & voluntas sunt principia alterius rationis, ideo spiratio, & generatio sunt alterius rationis. Et cum probat contrarium, quia essentia diuina, & intellectus sunt principia alterius rationis, & tamen ab eis est productio vnius rationis, quia scilicet generatio filij. Dico primo, quòd intellectus, & essentia non sunt alterius rationis, accipiendo intellectum pro intellectualitate diuina, non vt est potentia, vt supra dixi dist 8. & infra q. 1. quoli. quia vt inquit Doct. supra dist. 8. q. 3. & in quoli. q. 1. si essentia diffiniretur diffiniretur per quiditatem intellectus, & voluntatis, & sic patet quòd non sunt alterius rationis formalis, quicquid sit de distinctione ex natura rei. Intellectus ergo, & voluntas non distinguuntur ab essentia diuina formaliter, licet inter se formaliter distinguantur, vt supra patuit distin. 8. q. 3. Dico secundo, posito, quòd intellectus, & essentia distinguantur formaliter, adhuc non sequitur quod intendit probare. Vnde præmitto aliqua. Primum, quòd essentia diuina sicut in cognitione, & volitione sui concurrit, vt obiectum intellectus, & voluntatis, ita ꝙ eadem essentia, & sub eadem ratione est ratio intelligibilitatis, & diligibilitatis, & sub eadem ratione est obiectum tam intellectus diuini, quàm voluntatis diuinæ, cum obiectum intellectus, & voluntatis sit idem & sub eadem ratione, vt supra patuit distin 3. q 3. & specialiter in 4. dis. 49. Sic videtur, quòd in productione filij, & Spiritus sancti habeat magis rationem obiecti, quàm potentiæ, immo non videtur habere rationem potentiæ. Vnde verbum producitur, vt expressiuum essentiæ diuinæ, vt supra patuit. dist. 2 parte. 2. q. vlt. contra opi Hen. & infra magis patebit dist. 27. & in 2. dist. 1. q. 1. & in quolib. q. 8.

Quomodo intellectus & voluntas non distinguuntur formaliter ab essentia diuina.

Secun-

Secūdum est qidem obiectum, & sub eadem ratione, vt concurrit cum alia, & alia potentia cognitiua, est causa partialis alterius, & alterius operationis specificæ: patet quia idem color, vt concurrit cum potentia visiua est partialis causa visionis; vt verò concurrit cum intellectu est partialis causa intellectionis, quæ specie distinguitur à visione. Sic etiam eadē potentia numero, vt concurrit cum vno & eodem obiecto est partialis causa actus eiusdem rationis. Vt verò concurrit cum obiecto alterius rationis est partialis causa actus alterius rationis, vt patet de intellectu comparato ad hominem, & lapidem in ratione obiecti. Sicut ergo distinctio actus sumitur principaliter à distinctione obiectorum, quando eadem potentia numero cōcurrit, vt partialis causa cum distinctis obiectis specie. Sic quando idem obiectum numero concurrit, vt causa partialis cum distinctis potētijs formaliter, distinctio actus, videtur principaliter accipi à distinctis potentijs. Et sic erit in proposito: quia essentia diuina, vt concurrit cum intellectu diuino est partialis causa productionis eiusdē rationis: & quando cōcurrit cum voluntate diuina erit partialis causa productionis alterius rationis: & sic generatio, & spiratio dicuntur alterius rationis: quia sunt à potentijs omnino alterius rationis. Tertium est, quòd sicut duo obiecta specie distincta nō integrant vnam causam totalem respectu alicuius intellectionis, vt patet: sic nec duæ potentiæ formaliter distinctæ integrant vnam causam totalem respectu alicuius intellectionis. Ex his patet solutio ad rationem Ocham: licet enim essentia, & intellectus sint alterius rationis: tamen vt vniuntur tantum sunt ratio producendi aliquid eiusdem rationis: quia sunt tales entitates, quæ sunt natæ vniri adinuicem, vt integrantes vnam totalem causam, intellectus verò, & voluntas non sunt tales entitates, vt sint natæ vniri, vt duæ causæ partiales respectu productionis diuinæ. Ex his etiam patet solutio ad rationem sequentem. Cum dicit, si repugnat intellectui diuino, & voluntati diuinæ facere vnum totale principium respectu vnius personæ, &c. Dico, quòd illa diuisio est insufficiens: non enim repugnat, quia vnum agit liberè, & aliud per modum naturæ, nec quia vtrunque est infinitum, sed repugnat eis, quia sunt tales entitates, quæ non sunt natæ facere vnum principium, sicut etiam patet in nobis. Intellectus enim diuinus est talis entitas, quòd sicut respectu actus intelligendi non potest vniri, nisi essentiæ diuinæ in ratione obiecti, & nullo modo voluntati diuinæ, sic respectu actus producendi non potest vniri, vt partialis causa talis actus, nisi essentiæ diuinæ, & nullo modo voluntati diuinæ. Nec potest assignari alia ratio: nisi quia talis entitas. Et sic patet solutio ad omnia alia Ocham: procedunt enim ex malo intellectu dictorum Scoti: vt patet intuenti positionem Doctoris.

Notabilis passus.

HIC tamen sunt tria dubia. primum quomodo volūtas potest esse principium communicandi naturam, cum ita non sit in creaturis. Secundum quomodo voluntas potest esse principium necessariò producendi, & quæ necessitas requiritur in ista productione. Tertium si productio est necessaria quomodo non sit per modum naturæ: sed distinctū contra illam, vt libera.

Hen. in sum. ar. 6. q. 1.

Natura in diuinis sumitur quatuor modis.

¶ Quantum ad primum dubium est: dicitur ab Hen. Et positio Hen. stat in multis dictis. Primum in principio est, quòd natura in diuinis capitur quatuor modis. Primo modo pro essentia diuina nudè, & sic non dicitur principium naturale productiuū, sed fundamentum proprietatum. Secundo pro essentia cum relatione puta paternitate, & sic dicitur principium naturale productiuum. Tertio pro quolibet vi productiua, & sic voluntas dicitur principiū naturale productiuum. Quarto pro modo, vel conditione principij productiui respectu actus eliciti, qui modus nihil aliud est, nisi productio per modū naturæ: quia productio quædam est per modum voluntatis, quædam per modum naturæ. Secundum dictum est ibi. Ex his ad propositum. Dicit Hen. quòd nec intellectus, vt intellectus, nec voluntas, vt voluntas, sunt principia elicitiua actuum notionalium, idest personarum productarum. Non enim est imaginandum, quòd productio illa sit elicita, vel actus notionalis sit elicitus, sed quia persona dicitur persona per actum notionalem, puta per proprietatem, ideo hic nominat actum notionalem pro ipsa persona: quia tūnc in quocunque essent principia productiua actuum similium produceretur simile in forma, quod est falsum in creaturis, idest quòd si intellectus esset principium productiuum alicuius similis in forma: quod nihil aliud esset, nisi creaturam habentem intellectum posse communicare intellectum alteri, quod non conuenit creaturis, quia per intellectum in creaturis nihil producitur, nisi accidens, puta intellectio, quæ non est similis intellectui, cum sit substantia. ergo si intellectus, vt intellectus non est sic principium: quia tunc hoc idem esset in creaturis. ergo nec intellectus, vt in Deo, & hanc cōsequentiam improbat Sco.

¶ Ibi. Præterea, contra opinantem, &c. quasi circa finem illius articuli, qui incipit. Contra dicta primo, &c.

¶ Hic dicit Doct. in summa, quòd aut consequentia illa nulla erit, aut contradicit sibimet. Si enim intellectus diuinus dicat conceptum omnino alium à conceptu intellectus creati: ita quòd non conueniant quidditatiuè in conceptu communi intellectus, consequentia nulla erit. intellectus, vt intellectus nō est principium, &c. quia aut loquitur de intellectu creato, & non sequitur: intellectus creatus non potest. ergo nec diuinus? aut loquitur de diuino, & nō sequitur: si diuinus, ergo & creatus? si ergo loquitur de intellectu, vt intellectus est communis creato, & increato, tunc contradicit sibimet: quia ipse ponit nihil esse cōmune Deo, & creaturæ, & hoc est, quod dicit Doc. contra Hen.

Opinio Henrici.

¶ Tertio dicit Hen. ibi. Sunt enim solūmodo principia elicitiua, &c. quòd intellectus est principium elicitiuum actus naturalis, scilicet intellectionis essentialis communis tribus, & hoc tantum passiuè: quia vt habuimus supra in propositione Hen. dist. 2, parte 2. quæst. 4. intellectus recipit notitiam essentialem essentiæ diuinæ ab ipsa essentia, vt verò est principium elicitiuum actus notionalis, puta alicuius personæ, hoc non est à se: sed quia est in natura diuina, & sic per illam habet in se naturalitatē quandam ad productionem personæ. Similiter voluntas diuina est principium actus naturalis, idest volitionis, vel amoris: & hoc differenter ab intellectu: quia ipsa est principium productiuum talis actus, vt verò est productiuum actus notionalis, puta Spiritussancti hoc habet, vt est in natura diuina, à qua habet hāc naturalitatem.

¶ Quarto dicit, ibi. Ad cuius declarationem sciendum, quòd intellectus habet hanc naturalitatem aliter à voluntate. Nam ipse intellectus ad hoc, vt dicatur principium naturale productiuum filij. hoc habet inquantum coincidit cum essentia sub paternitate iuxta secundum modum naturæ, idest quòd intellectus, vt est ipsa essentia cū paternitate dicitur principium productiuum filij. Et addit, quòd ipse intellectus est quodammodo posterior ipsa essentia cum paternitate, & determinat ipsam hoc modo, quòd essentia diuina habens paternitatem est principium produ-

Nota & bene.

productiuum per modum intellectus. Et ideo melius esset dicere, quod pater generet natura intellectuali, quā naturali intellectu, idest quòd magis proprie est naturam intellectualem idest essentiam diuinā cū paternitate esse principiū pductiuū, quā naturalis intellectus: qa naturalis intellectus non pōt dici principiū productiuū, nisi inquantum coincidit cū natura secundo modo. & ideo addit quidem productum dicitur filius, & dicitur verbum, dicitur filius à prima ratione. idest inquantum consideratur, vt est à patre natura eliciente, idest essentia diuina determinata per paternitatem eliciente: & dicitur verbum per secundam rationem. idest inquantum cōsideratur, vt est à patre naturali intellectu quodammodo determinante naturam secundo modo dictam.

§ Quinto dicit ibi. Voluntas autem habet idest q voluntas est principium formale productiuum spiritus sancti, & hoc non habet à natura primo modo sumpta, quasi ipsa essentia sit principiū productiuū, nec a natura secundo modo dicta, quasi essentia sub proprietate sit principium productiuum spiritus sancti; ita q naturalitas primo, & secundo modo, sit preueniens eius libertatem in producendo: quia tunc spiritus sanctus non libere produceretur; sed ipsa voluntas dicitur principium productiuum spiritus sancti inquantum essentia diuina sibi consistit, idest inquātū essentia diuina cōcitat volūtati hanc facultatē producendi actū notionalem. Et sic essentiā diuinam coassistere voluntati, vt principio productiuo, est ipsam dare voluntati hanc ratiōnē, & hanc entitatem, vt dicatur huiusmodi principium: & sic patet positio Henr. quo ad primum dubium.

Henr. ubi supra.

QVANTVM ad secundum dubium. Ista litera consistit in tribus dictis. Primum, q actio voluntatis circa bonum finitum procedit à voluntate mere libere, & contingenter, vt puta volitio vel amor circa creaturā. Secundum q actio, vt elicitur à voluntate circa bonum infinitum clare visum necessario, siuè necessitate immutabilitatis procedit ab ipsa. Tertiū actio voluntatis, vt procedit a voluntate nō vt volūtas est simpliciter; sed vt sibi annectitur natura tertio modo dicta, vt patet supra quando diximus, q volūtas est principium spiritus sancti, non coincidendo in naturā primo modo idest in essentiam nudè, nec secundo modo scilicet in essentiam cum proprietate, vt ista duo sit principium productiuū, sed tertio modo, vt ipsa essentia annectitur volūtati modo preexposito; sic procedit à voluntate, vt ipsa est natura naturalitate sibi annexa, vt exposuit, & vt sic in solo Deo ipsa voluntas tendit non solum in bonum summum amatum, & visum, sed etiam in ipsum amorē procedentem. s. in spiritum sanctum, quo incentiuè amatur, supple bonum infinitum, quia spiritus sanctus appropriatè tamen dicitur amor essentiæ: licèt diuersimodè tendat in ipsum amatum, & amorem procedentem: & hoc secundum aliam necessitatem annexam ipsi actioni. Nam inquantum actio voluntatis ordinatur in amatum summum ab ipsa sola voluntate, ratione qua libera elicitur necessitas immutabilitatis in actione eius secunda, & in actione eius tertia. In actione secūda, vt quando elicitur spiratio circa essentiam diuinam, in actione eius tertia quando elicitur spiratio circa productum tendentem in amatum (idest essentiam diuinam amatam) terminatiuum voluntatis, & sic necessitas in actione tertia, procedit ab illa naturalitate supra dicta annexa voluntati circa solum actum elicitum notionalem scilicet circa spiritūsctū. Et sensus huius est, q spiratio spiritus sancti est dupliciter necessaria: nā vnam necessitatem habet inquantum est a voluntate diuina absolutè, vt terminatur ad essentiam amatam: aliam habet inquantum procedit a voluntate diuina naturalitate tertio modo dicta sibi annexa, & hoc inquātum talis spiratio terminatur ad actum notionalem idest ad spiritum sanctum.

Ratio Scoti contra Henricum.

IBI. CONTRA dicta. Hæc ratio Docto. stat in hoc. Ex quo per te voluntas est principium formale productiuum spiritus sancti, & est in supposito apto & disposito, & hæc ante productum, puta in patre, & filio. Quæro à te quid facit ista assistentia essentiæ? aut aliquid operatur circa productionem spiritus sancti & sic sola voluntas non est principium productiuum, quod est contra te: aut non operatur: ergo nō est necessaria. Si dicas, quòd dicitur assistere, quia dat tale esse volūtati, puta q sit productiua &c. si sic? ergo ipsa essentia, vt assistit magis est principium spiritus sancti, quam voluntas, patet quia quicquid est cā causę est cā causati. ergo si essentia dat sibi tale esse, vt sit principium, & ipsa non potest esse principiū nisi inquantum sibi assistit: ergo ipsa essentia magis erit principium, & ex hoc patet quomodo intelligitur secundum argumentum.

§ Ibi. Præterea, quando aliqua. Et ibi, Præterea: q ponitur vnica necessitas. Hoc totum clarum est, vt patet intuenti literam.

§ Ibi Præterea videtur. Quia dicit Hen. q necessitas naturalitatis consequitur actum voluntatis, & cōcomitatur. idest q necessitas talis dēfqs est à volūtate inquantum fundatur in essentia, & non ab essentia. Contra hoc: quia magis videtur, q sit ab essentia: patet quia illud quod consequitur rationem essentiæ, vt essentia, vel voluntatem ratione essentiæ, consequitur ipsam essentiā per prius, quàm illud quod consequitur voluntatem, vt voluntas est: quia voluntas, vt voluntas est, est posterior essentia, & sic, cum voluntas dicatur habere hanc naturalitatem idest q producat actum notionalem naturali necessitate inquantū essentia diuina sibi annectitur. ergò ipsa naturalitas erit essentia, vt essentia, & sic pręcedet ipsam voluntatem, & per consequens impediet ipsam libertatē, quod est contra eum.

§ Ibi. Præterea cōtra opinantem. Hoc declaratum est supra in primo dubio Hen.

§ Ibi. Et similiter quæ est necessitas? Quasi dicat Doc. Ex quo per te natura diuina, & voluntas sunt simpliciter idem, & tantum ratione differunt per te, quæ erit necessitas distinguendi illa duo? scilicet vt natura dicatur assistere voluntati, cum sit simpliciter eadem, sicut absurdum est dicere Fran. assistit sibimet. Et nota q Hen. in primo, & secūdo dubio multa falsa dicit: quæ tamen minime non improbantur à Doct. quia alibi improbauit. Primum falsum est, q essentia cum proprietate dicatur principium productiuum, & hoc improbatum est à Doct. d. 7. Secūdū est, quòd intellectus diuinus, vt intellectus non est principium formale productiuum filij, nisi inquantum coincidit cum natura secundo modo dicta: & hoc est improbatum, supra d. 2. & d. 7. quia intellectus est verum principium partiale productiuum. Tertium est, quòd intellectus se habet merè passiuè respectu notitiæ essentialis, & hoc improbatum est. supra d. 2. & d. 6. Quartum est, q intellectus videtur magis determinare naturam diuinā, quàm è conuerso, & hoc improbatum est supra d. 2. & 7. & potest elici. d. 5. q. 2. quia nec intellectus determinat essentiam, vt dicatur principium productiuum, nec ecōuerso. Quintum est, quòd natura diuina non dicatur principium productiuum spiritus sancti, sed sola voluntas, & hoc improbatum est. supra d. 2. & 6. & alibi. Sextum est, quòd voluntas respectu obiecti infiniti clarè visi de necessitate elicit actum circa illud, & hoc improbatū est supra d. 1. & aliqua alia dixit, quæ transeo.

Henricus multa falsa dicit.

ALITER DICO, quòd volūtas potest esse principium

cipium communicandi naturam, & non voluntas, vt communiter sumpta ad creatam, & increatã, sed volũtas vnde infinita est. Est enim infinitas proprius modus voluntatis diuinæ, sicut & cuiuscunque alterius perfectionis essentialis, vt patet supra d. 8. q. 3. quia ergo voluntas est principium amoris sibi adæquati, idest tanti amoris, quanto ipsa nata est amare obiectum. nata est autem amare obiectum infinitũ amore infinito: igitur & est productiua amoris infiniti: quia quicquid est infinitum realiter est essentia diuina. ergo ipsa, vt est voluntas est principium communicandi essentiam diuinam amori producto.

Infinitas est proprius modus volũtatis diuinæ.

¶Hæc littera exponatur sicut expositũ est respondendo ad quæstionem.

¶Ibi. Et si quæras à me de coassistentia naturæ aliquo modo. Naturam diuinam coassistere voluntati in productione Spiritussancti põt dupliciter intelligi Primo, ꝙ sibi assistat, vt principiũ formale, & partiale productiuũ Spiritussancti, sic quòd ipsa sit principium partiale, & voluntas similiter, & integrent vnum principiũ totale, & hoc modo coassistit voluntati, & voluntas naturæ: quia nec voluntas sola, nec natura sola possunt producere. Secundo modo põt intelligi, ꝙ ipsa natura diuina coassistat volũtati dando sibi rationem partialem producendi, quasi quòd voluntas non possit dici principium partiale, nisi inquantum natura coassistit & hoc falsum est: quia ex quo volũtas diuina est formaliter infinita sicut essentia, & tantæ perfectionis, quãtæ essentia, ideo ex sua perfectione habebit, quòd sit principium, & non à tali coassistentia, & hoc est, quod dicit in littera.

Naturã diuinam coassistere volũtati in productione Spiritussancti potest dupliciter intelligi.

¶Ibi. Ad secundum dubium de necessitate, patet per idem quia principium productiuum perfectũ potest dare producto omnem perfectionem, quę sibi non repugnat, voluntas infinita est principiũ producendi perfectum, cum ergo producto non repugnat necessitas essendi. ergo voluntas illam potest dare: immo talis necessitas conuenit Spiritussancto necessariò: quia infinitũ habet esse necessariò, sed si productum habet à voluntate, ꝙ sit necessarium: ergo, & productio erit necessaria, patet cõsequentia: quia productum productione capit esse necessarium: ergo necessariò producitur: ergo productio est necessaria. Istud argumentum videtur concludere necessitatem productionis, quasi à posteriori: quia ex necessitate producti, quod est posterius productione.

Infinitũ habet esse necessariò.

¶Ibi. Sed quæritur ratio à priori, siue causa quid sit illud, per quod voluntas ista dat necessitatem isti productioni. Respondeo, ꝙ voluntas infinita respiciens obiectum infinitum est causa talis necessitans, & patet quia obiectum infinitum est diligibile amore infinito à voluntate infinita: ergo voluntas infinita non esset rectissima si ipsum infinitè nõ diligeret, & vltra si posset ipsum non diligere amore infinito posset deficere à rectitudine, & sic non esset Deus, & hoc intendit Doct.

¶Ibi. Et si respondeas &c. Sententia huius litteræ patet supponendo aliqua. primo ꝙ tantum est vna voluntas in homine, & hoc ab omnibus conceditur. secundo quod agere per modum naturæ, & per modum voluntatis, & liberè sunt modi repugnantes in eadem re omnino indistincta: quia impossibile est vnum, & idem & sub eadem ratione consideratũ posse producere liberè, & per modum naturæ, & sic impossibile est eandem voluntatem velle finem de necessitate naturæ, & velle ea, quæ sunt ad finem liberè, & contingenter.

¶Et si diceretur, quòd respectu finis est vna voluntas, quæ elicit per modum naturæ, & respectu eorũ, quæ sunt ad finem est alia voluntas, quæ elicit liberè, & contingenter.

Nota bene hanc instantiam.

¶ Contra: quia tunc impossibile esset eandem voluntatem velle aliquid propter Deum, patet quia si aliqua voluntas diligit propter Deum. ergo diligit Deum. si ergo vna esset tantum respectu Dei, & alia tantum respectu aliorum à Deo. ergo aliqua vna voluntas non posset diligere creaturam propter Deũ.

¶ Littera sequens clara est.

SED oritur difficultas: quia tu dicis, quòd impossibile est eandem voluntatem velle aliquid cõtingenter, & aliquid necessariò. Contra: quia voluntas diuina vult essentiam diuinam de necessitate, & vult creaturam merè contingenter: ergo.

Difficultas.

¶Dico, ꝙ aliud est de voluntate diuina, & aliud de voluntate creata: quia voluntas diuina, vt fertur in obiectum infinitũ vult ipsum merè liberè, & quod de necessitate velit: hoc non est a voluntate inquantũ voluntas, sed ex hoc, quòd est infinita, & respicit obiectum infinitum, & quia infinita de necessitate erit rectissima, & si de necessitate est rectissima, de necessitate diligit obiectum infinitum quãtum est diligibile, & si posset non diligere, posset deficere à tali rectitudine, & sic posset esse non rectissima & per consequens non perfectissima. & sic posset esse nõ Deus, quod est absurdum. Quòd ergo diligat est à mera libertate ipsius, ꝙ autem necessariò, est quia infinita, & respicit obiectum infinitum, vt autẽ respicit obiectum finitum, & creatum ipsum vult merè contingenter: quia bonum creatum non est ratio mouens voluntatem diuinam, vt ipsum diligat, sicut essentia diuina mouet: immo ideo bonum: quia ipsum diligit, & non ideo diligit, quia bonum. Voluntas autẽ creata, cum sit finita respectu cuiuscunque obiecti est merè libera, & si esset formaliter infinita, & respiceret obiectum infinitum, diligeret illud de necessitate, & hoc quia non posset non esse perfectissima. Quòd ergo non diligat merè liberè, & contingẽter, hoc non est ratione voluntatis, vt voluntas, sed hoc est, quia infinita, & respicit obiectum infinitum, & necessariò est rectissima, & bene nota hãc responsionem: quia ex hac soluuntur aliqua argumenta Gul. Ocham d. 1. primi: quia arguit a simili probando, ꝙ sicut voluntas diuina vult de necessitate Deum, & contingenter creaturas, sic etiam voluntas creata, & per hoc dictum patet tota littera vsque ibi Sed verũ voluntas infinita, &c. Hoc dictum habet solut. dis. 1. q. 1. secundi sententiarum.

Responsio notabilis.

CONTRA aliud dictum Doc. s. ꝙ cum libertate stat necessitas: arguit Ocham in 1. d 10. q. 2 probando, ꝙ sm vsum auctorũ libertas, vt distinguitur contra principium naturale actiuum, est quædam contingentia, vel indifferẽtia, ex quo sequitur, ꝙ libertas non stat cum necessitate. Secundo arguit contra modum ponendi libertatem stare cum necessitate.

Gulie. Ochã arguit contra Sco.

¶Contra primum arguit sic. per philosophum 2. phi. vbi distinguens principia actiua distinguit ea in naturam, & intellectum, tunc quæro, aut intendit distinguere intellectũ respectu cuiuslibet suæ operationis à principio actiuo naturali, aut non? Si sic? ergo intellectus respectu nullius est principiũ actiuũ naturale, quod est manifestè falsum, etiam secũdum istos: si enim hoc esset verum filius in diuinis nõ magis ꝓduceretur naturaliter, quàm Spiritussanctus, quod isti negant. Si non: ergo oportet, quòd hoc sit, quia aliter est principium aliquorũ actiuum, & aliter aliorum, sed non potest dari talis differentia: nisi quia aliquos actus habet in sua potestate, & aliquos non. Et ita intellectus ibi distinguitur a natura respectu operationum respectu quarum contingenter se habet.

¶Præterea 9. met. t. c. 10. distinguit philosophus inter potentias rationales, & irrationales: quia rationales valent ad opposita. Ex hoc arguo sic. Omnis potentia, quæ valet ad opposita contingenter agit, sed

potentia rationalis valet ad oppoſita. ergo cótingenter agit. Sed potentia rationalis, & potentia libera ſecundum iſtos idẽ ſunt. Vnde dicunt ſic. Diuiſio principij actiui diuerſis nominibus exprimitur, nó ſolũ autem apud diuerſos, ſed etiam apud Ariſt. vt patet in 2. phi. vbi præmiſit ſecundum propoſitum, & non ſecundum propoſitum, ſubditq; ab intellectu, & natura. Et in 9. met. rationales, & irrationales potẽtiæ. Per iſta non ſecundum propoſitum, & natura, & potẽtia irrationalis, intelligitur principium quod cõiter dicimus naturam, per alia tria intelligitur aliud principium actiuum, in quo cócurrunt intellectus, & volũtas. Ex iſto patet, ꝗ philoſophus per ſm propoſitum intellectum, & potentiam rationalem intelligit principium liberum, ſeu principium actiuum diſtinctum contra principium actiuum naturale. ergo reſpectu cuiuſcunq; aliquid eſt principium actiuum, & reſpectu eiuſdem non dicitur potentia rõnalis actiua, reſpectu cuius dicetur principium actiuũ naturale ſm ꝗ principium actiuum naturale diſtinguitur contra principium actiuum liberum. Sed oẽ principium actiuum, reſpectu cuius neceſſariò agit reſpectu illius non poteſt dici potentia rõnalis: quia reſpectu illius, non poteſt dici potentia valens ad oppoſita. Ideo reſpectu illius dicet naturale principiũ actiuum, & ita apud philoſophos idem ſunt principium actiuum naturale, & principium actiuum neceſſarium, ſeu neceſſariò. Hoc patet per philoſophũ, & Co. 9. met. c. 9. vbi philoſophus diſtinguens inter potẽtias rationales, & irrationales ſubdit. Tales quidem potentias neceſſe eſt quádo actiuum, & paſſiuũ appropinquant, hoc quidem facere, illud verò pati, illas verò non neceſſe, vbi dicit Com. Potentiæ, quæ ſunt ſine ratione quando agens appropinquat paſſo, & non eſt illic aliquod impediens extrinſecum, neceſſe eſt, quòd agens agat, & patiens patiatur. Et ſubdit. Aliæ verò potẽtiæ, ſcilicet quæ ſunt cum ratione non eſt neceſſe quando appropinquant ſuis paſſiuis, vt agant. Ex iſto patet, quòd philoſophus, & Com. nó ponunt potentiam realem reſpectu alicuius rõnis actionis, niſi quam habet agens in ſua poteſtate, quòd poſſit agere, & non agere. ergo ſi idem ſunt potentia rationalis, & libera reſpectu nullius dicitur potentia rationalis, & libera reſpectu nullius dicitur potentia libera, niſi reſpectu cuius eſt indifferens, & contingenter ſe habet.

Intẽtio Damaſceni. ¶ Prætereà, hæc videtur eſſe intentio Dama. in ſen. ſuis c. 40. vbi dicit, ꝗ illa, q̃ ſunt in poteſtate noſtra, ſi faciamus ea, vel ſi non faciamus ſunt obiecta liberi arbitrij ergo potentia nõ eſt libera reſpectu aliquorum, niſi quæ habet in ſua poteſtate ſi faciat, & non faciat. Vnde dicit Dama. ſic. Eorum quæ fiunt hæc quidem ſunt in nobis, hæc autem non in nobis. In nobis quidem ſunt, quæ nos ſumus liberi arbitrij facere, & nõ facere. Hoc eſt opera, quæ per nos voluntariè aguntur, & ſequitur. Et ſimiliter ſupplè ſunt in nobis, quæ ſequitur laus, vel vituperatio, & lex, principaliter autem in nobis ſunt illa opera, de quibus conſiliamur, conſilium autem eſt eorum, quæ pariter contingunt. Ex iſto patet, quòd illa dicuntur eſſe in nobis, quæ ſunt in noſtra poteſtate. Sed reſpectu talium eſt indifferentia ergo &c.

Quid ſit conſilium, & reſpectu quorum ſit.

Guli. Ochã vbi ſupra. ¶ Prætereà omnem actionem liberam cõſequitur laus, vel vituperium. Sed ſolam operationem elicitã contingenter conſequitur laus, vel vituperium: igitur ſola dicetur liberè elicita.

CONTRA ſecundum, ſcilicet modum ponendi, qui modus ponitur à Sco in quoli. q. 16. qui modus pro maiori intelligẽtia hic ponitur ad literam. Si inquit quæratur vnde eſt, quòd voluntas, licet ſit neceſſariò agens, non tamen naturaliter agit, cũ non poſſit natura magis eſſe determinata ad agendum, quàm ꝗ ſit neceſſitata ad agere. Declarat ſic. Omne (inquit) naturale agens, vel eſt omnino primum, vel ſi eſt poſterius eſt ab aliquo priori naturaliter determinatum ad agendum. Sed voluntas nunquam pót eſſe agens oĩno primum, ſed nec poteſt eſſe determinata naturaliter ab alio agẽte ſuperiori: quia ipſa eſt tale actiuum, ꝗ ſeipſam determinat ad agendum. ſic intelligendo, ꝗ ſi voluntas aliquid neceſſariò velit, puta a. non tamen illud velle naturaliter cauſatur à cauſante voluntatem, etiam ſi naturaliter cauſaret voluntatem. Sed poſito actu primo, quo volũtas eſt voluntas, ſi ipſa ſibi relinqueretur, & ſi poſſet cõtingenter habere, vel non habere hoc velle, tamen ſeipſam determinaret ad hoc velle. Quando igitur dicitur, ꝗ naturale agens non poteſt magis determinari, quàm quòd neceſſitetur. Reſpondeo, ꝗ licet neceſſarium ſit ſummè determinatum, quo ad excluſionẽ indeterminationis ad vtrumlibet, tamẽ aliquod neceſſarium aliquo modo eſt magis determinatum, quàm aliud. ſicut ignem eſſe calidum, vel cœlum eſſe rotundum eſt determinatum à cauſante, vel dante eſſe cœli, & rotunditatem, ſed graue eſt determinatũ ad deſcenſum non habito actu deſcendendi ab ipſo generante, ſed tantum habito ab ipſo principio naturaliter determinato ad deſcendendum. Voluntas autem creata ſi neceſſariò vult aliquid non eſt ſic determinata a creante ad illud velle, ſicut graue ad deſcenſum, ſed tantum à creante habet principium determinatiuum ſui ad velle.

¶ Si dicas ſi deſcenſus grauis cauſatur à grauitate intrinſeca, tunc graue mouet ſe, quale igitur non æque liberè ſicut voluntas mouet ſe ad illud velle, reſpectu cuius ipſa voluntas eſt neceſſaria ratio cauſandi?

¶ Reſpondeo. Illa cauſatio grauitatis reſpectu deſcenſus eſt naturalis, & iſta libera: quia hoc eſt hoc: & illud eſt illud.

¶ Breuiter ergo poſſet dici, quòd eſſe, & modus eſſendi, agere & modus agendi ſunt immediata. ideo ſicut non eſt alia ratio, quare hoc habet talem modum eſſendi, niſi quia eſt tale ens, ſic non eſt aliqua ratio, quare hoc habet talem modum agendi, puta liberè, niſi quia eſt tale principium actiuum ſic liberum. Sic ergo tenetur, quòd Spiritusſanctus neceſſariò producitur, & liberè, & non naturaliter. hæc Scotus.

CONTRA aliqua dicta in iſto modo dicendi arguit ipſe Ocham. Et primo contra illud, ꝗ volũtas non eſt prima ſimpliciter cauſa: quia ſm Aug. voluntas diuina eſt prima cauſa omnium. Similiter probatum eſt prius, ꝗ voluntas diuina, & intellectus, & eſſentia diuina nullo modo diſtinguũtur. ergo ſi Deus eſt agens primum, voluntas erit agens primum. *Item Gulie. Ocham vbi ſupra arguit contra Doc.*

¶ Prætereà, quod dicit, quòd aliter determinatur graue ad deſcenſum, & voluntas aliter ad hoc velle, ſi neceſſariò velit: non eſt verum, quia quandocunque ſunt duo actiua neceſſaria reſpectu actuum ſuorum, quæ omnino vniformiter à ſuis cauſis producuntur, & dependent, & ab eiſdem cauſis, etiam vniformiter dependent actus illorum principiorum neceſſariorum actiuorum, non aliter determinatur vnum illorum principiorum actiuorum ad ſuum actum, quàm reliquum ad ſuum: ſi enim aliter determinaretur vnum, quàm reliquum: æque faciliter diceretur, quòd aliter determinatur calor ad calefaciendum, & ſol ad illuminandum, & ita æque ſaluaretur libertas in ſole reſpectu illuminationis, & non in calore reſpectu calefactionis. ſicut ſaluatur libertas in voluntate reſpectu illius actus neceſſariò eliciti, & non in graui reſpectu deſcenſus neceſſariò eliciti, ſed graue ſi cauſetur à ſolo Deo (ſicut poſſibile eſt)

æqualiter dependet à Deo, sicut voluntas: quia neutrius est causa naturalis, sed libera. Similiter vniformiter dependet descensus grauis à Deo: & talis voluntas: quia Deus neutrius est causa naturalis, sed libera. Similiter non plus oportet, quòd Deus sit causa immediata, & partialis vnius, quàm alterius, nec aliter dependet vnus actus à Deo, quàm alius potest dependere, ergo ex parte actuum in comparatione ad Deum, vel ad aliam causam quancunque non est diuersitas: ergo diuersitas est ex parte illorum principiorum actiuorum immediatorum. Sed diuersitas naturæ non sufficit: quia talis diuersitas naturæ non potest reperiri inter solem, & ignem, ergo requiritur diuersitas ex ea parte: quia vnum habet actum in sua potestate, & aliud non. hæc Guliel. Ocham.

Solutio rationũ Ochã. RESPONDEO ad rationes Ocham præmittendo aliqua. Primum est, quòd diuisio principij actiui diuersis nominibus exprimitur apud Aristo. vt patet secundo physi. t.c.44. vbi præmisit secundũ propositum, & non secundum propositum: & subdit ab intellectu, & à natura. Et in 9. metha. t.com. 10. rationales, & irrationales potentias. Per ista tria modo secundum propositum, & à natura, & potentia irrationalis, intelligit principium actiuum, quod communiter dicimus naturam, per alia tria, scilicet secundum propositum, ab intellectu, & potentia rationalis intelligit illud aliud principium actiuum, in quo concurrunt respectu actus extrinseci, & intellectus, & voluntas. Secundum est, quòd intellectus habet proprium modum principiandi distinctum à modo principiandi voluntatis; intellectus quidem per modum naturæ; licet eius principium productiuum sit memoria, voluntas autem semper habet suum modum causandi, scilicet libere. Et ideo quando concurrit cum intellectu, vt in productione artificialium totum dicitur produci liberè, & à proposito: quia propositum est principale, & immediatum principium illius productionis extrinsecæ. Si autem quandoque concurrat potentia naturaliter actiua cum ipsa voluntate, sicut est de potentijs inferioribus, quibus vtimur ad agẽdum, licet actio propriè, vt est huius principij sit per modum naturæ; tamen quia totum subiacet voluntati, ideò liberè vtimur, & dicimur agere liberè à principali agente. Et hoc modo loquitur philosophus. 9. metha. t. com. 10. vbi vult, quod vltra intellectum sit aliquod determinans, vt appetitus. alioquin simul faceret contraria. Nam ipsa potentia simul contraria ostendit, & ipsa quantum est ex parte sui esset principium per modum naturæ; & necessariò quantum est ex parte sui causaret quodlibet, respectu cuius est potentia, vt exposui. supra distinctione secunda, parte secunda, quæst. tertia. Ille inquit philosophus contrariorum quare simul faciet contraria hoc est impossibile: necessarium igitur alterum adesse, quod propositum est. hoc est determinans ad vltimum oppositorum. Et subdit. Dico autem hoc appetitum, &c. Ad propositum dico, quòd licet aliquod principium posset concurrere in agendo cum voluntate, puta obiectum intellectus secundum aliquos, & illud concurrens, quantum est ex se sit naturaliter actiuum, tamen voluntas (per se loquendo) nunquam est principium per se actiuum naturaliter; quia esse naturaliter actiuum, & esse liberè actiuum sunt primæ differentiæ principij actiui, & voluntas, vnde voluntas est principium actiuum liberè. Non magis igitur potest intellectus esse naturaliter actiuus, vt est principium distinctum contra voluntatem, quàm voluntas potest esse liberè actiua. Tertium est. Quod intellectus, aut comparatur ad suam naturam, & ad suam propriam operationem, cuius est principium electiuum, & productiuum aliquo modo, aut comparatur ad operationes aliarum potentiarum, respectu quarum est potentia directiua, vel regulatiua. Primo modo intellectus est merè natura, & in eliciendo, & in producendo: quemcunque enim actum intelligendi producit cum obiecto præsente, & memoria naturaliter producit, & quamcunque operationem operatur, merè naturaliter operatur. Secundo modo, vt comparatur ad voluntatem, quæ imperat intellectui elicere aliquam operationem, non dicitur tunc esse actiuus merè naturaliter respectu talis operationis, siue determinationis voluntatis determinantis ad alterum oppositorum.

¶ Istis præmissis. Dico, quòd quando philosophus distinguitur principium actiuum in naturam, & intellectum, quòd non accipit ibi intellectum, vt præcisè comparatur ad naturam suam, & ad operationẽ suam: quia vt sic est actiuus merè naturaliter; sed accipit ibi intellectum pro agente à proposito, vt comprehendit, scilicet intellectum, & voluntatem modo præexposito. Non enim intellectus præcisè sumptus, vt distinguitur contra volũtatem aliter est principium actiuum aliquorum, & aliter aliorum: quia respectu cuiuscunque productibilis ab ipso eodem modo se habet, scilicet per modum naturæ. & si respectu aliquorum non se habet per modum naturæ, hoc erit verum, vt determinatur à volũtate ad agendum, aliter non. Nec oportet inferre, agit per modum libertatis, ergo cõtingenter? Non sequitur, vt ostendit Doc. in quoli. q. 16.

¶ Ad secundum cum arguit. Omnis potentia, quæ valet ad opposita contingenter agit. Dico, quòd valere ad opposita potest dupliciter intelligi. Vno modo quantũ est ex natura talis potentiæ absolutè sumptæ. Aliu mõ vt potentia non comparatur ad quodcunque obiectum, & vt est talis potentia. Primo modo omnis voluntas absolutè sumpta valet ad opposita etiã voluntas diuina. Secundo modo non sequitur, præcipue quando voluntas est infinita intensiuè, & respicit obiectum perfectissimum: quia tunc vult illud obiectum necessariò, & non potest non velle: quia tunc posset deficere à perfectione summa. Voluntas enim infinita, quæ respicit obiectũ formaliter infinitum propter infinitatem sui perfectionem: non potest non velle illud. Cõcedo ergo primo, ꝙ omnis voluntas absolutè sumpta potest in opposita cõtradictoria, nego tñ de volũtate infinita comparata ad obiectum formaliter infinitum. Et secundo concedo, ꝙ omnis voluntas finita formaliter respectu cuiuscunque obiecti, valet ad opposita: & omnis voluntas infinita comparata ad obiectum finitum. Immo vult Doct. (vt supra patuit dist. 1. q. 4.) quòd voluntas, vt comparatur ad finem vltimum necessariò velit illum, & media ad finem illum contingenter. Ex his patet responsio ad Dama. & ad alias rationes sequentes: non enim ostenditur, quòd necessitas non possit stare cum summa libertate. *Aliquid valere ad oppositum potest dupliciter intelligi.*

¶ Ad obiectiones contra modum ponendi. Et primo ad illud, quod dicit contra Docto. scilicet quòd voluntas non potest esse agens omnino primum. Dico, ꝙ patet manifestè ipsam non posse esse agens simpliciter primum. Et quod dicit, ꝙ secundum Augu. voluntas diuina est prima causa omnium. Dico, ꝙ accipiendo causam propriè dictam: quæ tantum respicit causabile in esse simpliciter ipsa est prima cã omnium. Accipiendo verò causam, vt comparatur ad causabile s̃m esse tãtum secundum quid, puta s̃m esse cognitum, vel s̃m esse possibile, intellectus diuinus est prima causa: quia ante oẽm actum voluntatis ad extra ꝓducit oĩa obiecta secundaria in esse cognito, siue in esse s̃m quid: vt patet à Doc. 3. d. 2. q. 4. & 7. dist. *Quò voluntas diuina sit prima cã omnium. Causa accipitur dupliciter.*

distin. 35. 36 39. 43. in 2. distin. 1. quæst. 1. in quolib. quæst. 14. & alibi. Dico secundo, quòd Docto. loquitur absolutè, quòd primum productiuum primitate originis est productiuum per modum naturæ. & illud est essentia diuina, & intellectus diuinus. Essentia enim diuina per modum naturæ ante omnẽ actũ voluntatis diuinæ mouet suo modo intellectum diuinum ad sui cognitionem, & hæc est prima simpliciter productio, quæ omni alij productioni: tam ad intra, quàm ad extra præsupponitur, vt subtiliter docet Doc. in quolib. quæst. decimaquarta. Et hoc modo intelligit Docto. de primitate principij actiui. Cum secundo dicit, quòd intellectus diuinus, & voluntas, & essentia nullo modo distinguuntur. ergo si essentia est primum, & voluntas erit primum. Dico, quòd antecedens est manifestè falsum, vt supra ostensum est. distinctione octaua, quæst. tertia, contra ipsum Ocham.

Principium productiuũ primitate originis est productiuũ p modũ naturæ & illud ẽ essentia diuina, & intellectus diuinus.

¶ Ad aliud quod dicit contra modum ponendi, (scilicet contra illud quod Docto. dicit: videlicet, ꝙ aliter determinatur graue ad descensum, & voluntas aliter ad hoc velle, si necessariò velit.) Concedo Maiorem, scilicet quòd quando sunt duo actiua necessaria respectu actuum suorum, quæ omnino vniformiter à suis causis producuntur, & dependent, & ab eisdem causis, etiam vniformiter depẽdent actus illorum principiorum necessariorum actiuorum: non aliter determinatur vnum illorum principiorũ actiuorum ad suum actum, quàm reliquum ad suũ. Sed postea negatur ista minor, videlicet quod voluntas, & grauitas vniformiter se habeant respectu suorum actuum necessariò elicitorum. Grauitas enim est principium descensus simpliciter per modum naturæ, ita quòd graue non determinat seipsum ad descensum: habet enim ab agente superiori, quòd sit sic determinatum ad descensum. Voluntas verò, & si aliquod obiectum necessariò velit, determinat tamen seipsam ad volendum illud, licet necessariò se determinet. vt satis patet à Docto. in quolibe. quæstione 16. vide ibi articu. viii. Et breuiter nulla alia causa potest assignari (scilicet quare causatio grauitatis respectu descensus dicitur naturalis, & productio necessaria voluntatis libera) quàm illa, quæ assignatur à Docto. in quolibe. quæstio. 16. quia voluntas est talis entitas, quòd quicquid producit, siue necessariò, siue contingenter semper liberè producit, & graue est talis entitas, quòd quicquid producit per modum naturæ producit: nõ enim omnium assignandæ sunt rationes. Ex his patet quomodo obiectiones Ocham non concludunt contra positionem Doct.

Grauitas est principiũ descensus simpliciter per modum naturæ.

Non omniũ assignandæ sunt rõnes, quia omniũ quærere causam indisciplinati est.

DICO vltra, ꝙ responsiones, quas facit Ocham ad rationes Doct. quibus probat, quòd cum libertate stat necessitas non soluunt illas. Et pro maiori intelligentia adduco illas rationes Docto. quas facit in quolibe. quæst. 16. Prima fundatur super auctoritate Augustini in Enchi. cap. 8. & 83. quæst. q. 72. Sic (inquit) oportebat prius fieri hominem, vt bene velle posset, & male, nec gratis si bene, nec impunè si male. Postea verò, sic erit, vt male velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio, qppe liberius erit, quod omnino non potest seruire peccato. Et subdit quasi pro probatione. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solum, non velimus, sed nequaquam velle possimus.

Ratio Sco.

¶ Respondet Ocham, quòd à tali voluntate, quæ male agere non potest non est neganda libertas simpliciter libera; quamuis illum actum non eliciat liberè, quem elicit necessariò: & ita eius libertas non minuitur, quamuis talem actũ non eliciat pro tunc. Vnde non intendunt sancti, quòd voluntas respectu illius actus, quem necessariò habet liberè operetur, sed ꝙ simpliciter est libera, & liberior, quàm prius: quia minus potest quantum ad actus multos imperatos impediri à causis extrinsecis per talem confirmationem in bono, quàm ante.

Respondet Ocham.

¶ Sed hæc responsio minimè soluit auctoritatem Augu. & aliorum sanctorum: quia voluntas non dicitur libera, vt in sua natura consideratur, sed simpliciter dicitur libera: quia potest operationẽ producere liberè, vt ly liberè distinguitur contra productionem per modum naturæ, patet. Dicitur enim contingenter agere quando agit: quia habet in potestate sua posse producere oppositum non tantũ successiue, sed etiam pro eodem instanti quo agit, vt patebit infra d. 39. & dicitur necessariò agere propter hoc: quia actum aliquem sic necessariò elicit, quòd eius oppositum, nec pro eodem instanti, quo elicit, nec pro alio instanti elicere potest. Si ergo sancti volunt, quòd quamuis voluntas velit aliquid necessariò, illud idem tamen vult, & liberè: talis libertas accipitur penes productionem actus, ita quòd nullum actum liberè eliciat. Et quòd talis libertas voluntatis dicatur accipi per comparationem voluntatis ad actum elicitum. vide Docto. infra in isto primo distinctione 39. & in secundo distinct. 15. & in quol. q. 16.

Improbatur Ocham.

Quare volũtas dicatur libera, & agere necessariò.

¶ Deinde Ocham pro confirmatione suæ responsionis addit vnam congruentiam, & vnam auctoritatem. Congruentia est: quia eadem voluntas habens primo in sua potestate actus contrarios, scilicet bonum, & malum, si postea firmetur in vno illorum, non magis dicetur liberior respectu illius, quàm diceretur liberior respectu alterius si firmetur in alio contrario. sed voluntas damnati firmatur in aliquo malo, & tamen propter talem firmitatem non est liberior respectu illius actus, quàm ante. ergo quando bonus firmatur in aliquo bono quod necessariò habet, non dicetur liberior respectu illius actus, ergo intelligunt sancti, quòd sit liberior voluntas beati, qua peccare non potest: quia ad actus imperatos indecentes, & non expedientes ei minus cogi potest quàm prius: immo nullò modo potest cogi, ad quos tamen ante saltem ad multos cogi potuit.

¶ Auctoritas est August. 5 de ciui. Dei. cap. 10. vbi vult, quòd sicut nõ minus dicitur Deus omnipotẽs, quamuis non possit mori, nec falli, ita non minus dicitur voluntas libera, quamuis necesse sit eam velle, quod vult. ergo nõ minus potest dici libera, quamuis velit hoc necessariò, dum tamen propter hoc minus possit ad alia cogi, non dico ad actus elicitos, sed ad actus imperatos: bene enim cogitur homo ad actus elicitos, qui actus tunc non sunt imperati.

¶ Respondeo, quòd congruentia illa parum valet. Tum quia non ideo dicitur liberior: quia magis firmetur in bono, quam in malo, sed dicitur libera, quia liberè elicit actum, quamuis necessariò eliciat, & quantum ad hoc, ita voluntas dicitur libera, quæ necessariò vult malum (si tamen potest velle malum) sicut quando necessariò vult bonum: quia tota libertas vtriusque est in eliciendo actum. Sicut ita dicitur libera contingenter quando vult malum contingenter, sicut quando vult bonum contingenter. Potest tamen dici liberior quando vult bonum: quia bonum habet rationem diligibilis, & volibilis, non sic malum. Dicitur etiam liberior quando vult bonum: quia magis inclinatur ad bonum, quàm ad malum. Et ideo quando vult contingenter bonum dicitur magis libera, quàm quando vult contingenter malum. Sic quando necessariò vult bonum, & necessariò firmatur

Respõsio ad Ocham.

in illo dicitur liberior, quam quando necessariò firmatur in malo propter conditiones supradictas, & multas aliàs extrinsecas. Propriè tamen loquendo de libertate illa attenditur penes elitionem actus, ita quòd actu dicitur libera quando actu liberè elicit, licet necessariò, & dicitur potentia libera quando potest liberè elicere actum, Et sic patet, quod congruentia illa non est ad propositum, nec ad mentem sanctorum. Auctoritas Augu. est magis ad propositum, quàm ad oppositum, vt patet intuenti: ad hoc enim vt dicatur omnipotens requiritur respectus ad possibilia. Sicut enim non dicitur actu creator, nisi actu creet, sic non dicitur actu omnipotens nisi actu possit in omne possibile. Omnipotentia enim attenditur ex hoc, quòd potest in omne possibile. vt infra patebit. d. 20. & dist. 42. & in quolibet. q. 7. Sic est de voluntate, quo nullo modo dicitur actu libera, nisi actu eliciat liberè, nec dicitur potentia libera, nisi quia potest libere elicere, & sicut cum tali libertate stat contingentia, ita etiam stat necessitas elitionis; nec plus concludit auctoritas Augustini.

Quid requiratur ad hoc, vt dicatur omnipotens.

Ratio Doct.

SECVNDO principaliter arguit Doct. per Ansel. de libero arbitrio. c. 1. qui sic habet quod decet, & expedit, vt hoc amittere nō queat liberior est quā ille qui sic habet hoc ipsum, vt possunt perdere. Et ex hoc concluditur liberior. est igitur voluntas, quæ à rectitudine declinare nequit.

Respondet Ocham. Quō sit intelligenda auctoritas Anselmi.

¶Respondet Ocham dicens, quòd Ansel. non intelligit, quòd libere velit illud, quod necessariò vult, sed quòd voluntas, quæ à rectitudine declinare nequit est liberior: quia causa non potest seruire peccato, & ita à seruitute, quæ opponitur libertati est liberior. Et ideo eo ipso, quòd à seruitute peccati est liberior, est etiam à coactione quantum ad actus alios ab actibus volendi, & nolendi liberior: & propter hoc posse peccare non est libertas, nec pars libertatis sed magis minuit libertatem, non tamen minuit libertatem a coactione quantum ad actus intrinsecos volendi, & nolendi. ergo minuit aliam libertatem, de qua loquitur Ansel. ibidem.

¶Si dicatur. quòd potestas peccandi, nec minuit, nec auget libertatem. Contra hoc est expressè Ansel. ibidem dicens sic. Potestas peccandi, quæ addita voluntati eius minuit libertatem, & si dematur auget; nec est libertas, nec pars libertatis.

Respōsio ad Ocham.

¶Respondeo, quòd in volendo rectitudinem est libertas voluntatis: quia sicut voluntas liberè vult actum, quantum ad substantiam, & intensionem eius ita vult liberè rectitudinem actus (quod nihil aliud est, nisi velle actum circunstantionatum circunstantijs requisitis ad ipsum actum rectum: vt infra patebit. d. 17. & in secundo d. 7. & d. 40. & in quoli. q. 18.) & sic in volendo rectitudinem est libertas, vel pars libertatis. Respectu verò peccati, siuè deformitatis non potest esse libertas, nec pars libertatis: quia talis deformitas nihil est. Est enim tantum priuatio rectitudinis, quæ deberet inesse actui, vt ostendit Doc. in secundo dist. 34. & d. 37. Libertas enim, vel pars libertatis respicit aliquid positiuum. Peccare enim non est efficere, sed magis deficere: modo in deficiendo non attenditur libertas, nec pars libertatis. De hoc prolixè vide Doc. in secundo distin. 34. 37. & 44. Si verò voluntas comparetur ad substratum peccati illud dicitur librè producere. Ita enim liberè producit substratum deformitatis, sicut & substratum rectitudinis, & quo ad hoc nulla est differentia, & tūc ita est libertas, vel pars libertatis respectu substrati peccati, sicut & respectu substrati rectitudinis. Comparando tamen voluntatem ad rectitudinem absolutè, & ad deformitatē respectu rectitudinis est libertas, vel pars libertatis. Respectu verò deformitatis nulla est libertas nec pars libertatis. Et sic auctoritas Ansel. est ad propositum, & non ad oppositum; vt iste nititur ostendere.

Respectu peccati nulla est libertas. Peccare non est efficere, sed magis deficere.

Ratio Doct.

TERTIO principaliter arguit Docto. cuius ratio est; quia voluntas diuina necessariò vult bonitatem suam, & tamen in volendo eam est libera. ergo. Mi. probatur. quia potentia operans circa vnum obiectum non absolutè, sed tn ordine ad aliud est operatiua circa vtrumque obiectum: (sicut arguit philosophus secundo de anima. t. comm. 146. de sensu communi) sed voluntas diuina refert ad finem omnia alia. ergo operatur circa omnia alia, sed circa illud, quod est ad finem liberè operatur, & contingenter. ergo liberè vult bonitatem suam.

Respondet Ocham.

¶Respondet Ocham, quòd voluntas diuina necessariò vult bonitatem suam, non tamen libere, sed ita naturaliter, sicut naturaliter intelligit bonitatē suā. Ad probationem dicit, quòd innuit imaginationē falsam, s. quòd potentia volitiua operatur circa diuinam essentiam, quasi eliciendo aliquam volitionem quocunq; modo distinctam ex natura rei ab illa voluntate: hoc enim est simpliciter falsum. Hoc tamen posito argumentum non valet: quia non sequitur a eadem potentia, & sub ratione eiusdē potentiæ operatur circa hoc, & circa illud. ergo si liberè operatur circa hoc, libere operatur circa illud? nō sequitur sicut non sequitur, eadem potētia operatur circa hoc & circa illud, & operatur circa hoc necessariò. ergo & circa illud necessariò operatur? Vnde sicut isti negant istam consequentiam, ita nego ego primam.

Respōsio ad Ocham.

¶Dico, quòd consequentia Doc. non intelligitur eo modo, quo sic à Doct. vnde pro intellectione illius rationis præmitto aliqua. Primum, quòd producere, & causare sic se habēt, quòd causare tantum respicit contingens, ita quod nihil potest causare necessariò: repugnat enim causare, & causare necessariò, vt supra patuit d. 8. q. vlt. & patet in secundo distinctio. 1. q. 3. & in quolib producere verò est communius, & stat cum productione contingenti, & productione necessaria, & productio necessaria est duplex, scilicet libera, & per modum naturæ. Similiter dico, quòd libere, & contingenter sic se habent: quòd productio libera stat cum productione contingenti, & necessaria, non tamen stat cum productione per modum naturę. Productio verò contingens tm̄ stat pro possibili, & nullo modo necessariò. Secundum. vna & eadem potentia habet tm̄ vnum modum producendi, s. vel per modum naturæ, vel libere, vt supra ostensum est, & quod eadem potētia velit aliquid necessariò, & aliud contingenter accidit sibi: non enim cōpetit sibi velle necessariò, nisi quia talis potentia est circa tale obiectū, vt dixi supra velle ergo necessariò, vel contingenter accipitur magis à ratione extrinseca, sed velle libere accipitur à ratione intrinseca potentiæ volitiuæ. Sicut ergo bene sequitur. aliqua potentia causat a. ergo producit a. & si causat per modum naturæ. ergo producit per modum naturæ, & similiter si operatur modum naturæ circa ea, quæ sunt ad finem, ergo & circa finem, cum vna potētia vnius rationis habeat tm̄ vnum modū producendi. Si bene sequitur. potentia a. vult ordinatum ad finē libere. ergo vult, & ipsum finem libere: aliter nō esset eadem potentia, si posset velle per modum naturæ: cum isti modi sint omnino incompossibiles, vt ostensum est, supra. Sequitur ergo secundum Doc. quod si voluntas diuina operatur libere, licet contingenter circa creaturas, quod etiam liberè, licet necessariò operatur circa essentiam Dei. Ex his patet quomodo non sequitur. si vult necessariò bonitatem suam, quòd etiam velit necessariò bonitatem creaturarum. Sed bene sequitur. voluntas diuina vult libere, licet necessariò bonitatem suam. ergo liberè vult; licet non necessa-

Repugnat causare, & causare necessariò. Duplex est productio.

Differentia inter velle contingēter, & liberè.

necessariò bonitatem creaturarum. Et similiter sequitur vult bonitatem creaturarum liberé licet contingēter ergo vult liberé, licet necessariò bonitatem essentiæ diuinæ.

Ratio Scoti. ¶ Item arguit Doct. Propter quid actio circa finē vltimum est perfectissima, in tali actione necessitas in agendo est perfectionis ergo necessitas in ea non tollit, sed magis ponit, quod est perfectionis cuiusmodi est libertas.

Respondet Ocham. ¶ Respondet Ocham, quòd necessitas non tollit perfectionem. ideo non tollit libertatem, quamuis repugnet libertati respectu eius, cuius est necessitas.

Responsio ad Ocham. ¶ Sed ista responsio (vt patet ex supra dictis) nihil vel parum valet, nec oportet hic immorari. Et quod dicit, q voluntas diuina non elicit actum distinctum ex natura rei. Supra improbatum est.d.8.q.3. Ex his patet firma positio Doc.& quomodo rōnes Ocham non concludunt contra Docto. nec responsiones ad rationes Doc euacuant.

AD tertium dubium. Quando quæritur tertio. si productio sit necessaria quomodo non est per modum naturæ, sed distincta contra illam,& libera? Dicit Hen. quòd natura agit per impressionem, & sic intellectus diuinus. vt coincidit cum natura modo supradicto agit per impressionem, idest, pducit notitiam genitam, imprimendo illam in intellectu nudo, voluntas vero licet agat de necessitate, non tamē dicitur natura: quia producit Spiritumsanctū non per impressionem illius in aliquo, sed per expressionem quandam, vt supra patuit declarando positionē Hen.d.2.parte 2 q.4 & Doc. non arguit contra hoc: quia supra loco prædallegato improbauit illam opin. Hen. q intellectus ageret per impressionem, &c. Sed respondendo ad dubium, dico, quòd quamuis voluntas agat de necessitate, non tamen per modū naturæ: quia necessitas stat cum perfecta libertate, vt declarauit Doct. supra. & ideo hic non declarat; & hæc est vera, quod agens per modum naturæ agit de necessitate; non tamen econtra.

AD argumenta principalia. Ad primum dico, q licet Spiritussanctus sit æque similis patri in omnibus perfectionibus, sicut & filius, & etiam ex vi productionis producatur, vt similis, & patri, & filio, (vi enim productionis habet simpliciter eandem perfectionem, quam filius. & per consequens videtur produci sicut, & filius) tamen filius specialiter dicitur esse similis ex vi productionis: quia vltra omnia supradicta producitur per modum intellectus, ideo specialiter dicitur imago patris, & verbum expressiuū, & declaratiuum memoriæ fœcundæ patris. Et quantum ad hoc ex vi productionis suæ dicitur produci, vt similis, &c.

¶ Ibi. Ad vltimum, &c. Ista responsio consistit in hoc, quòd voluntas non potest habere actum circa aliquod obiectum, nisi illud obiectum sit præcognitum, & præostensum, & non oportet actu illum eliciendum esse cognitum, immo prius elicitur, & postea cognoscitur. Sic in proposito, pater, & filius non possunt producere Spiritumsanctum mediante voluntate, nisi essentia diuina esset præcognita, & præostensa; non autem Spiritussanctus præcognoscitur, & præostenditur: in primo ergo instanti originis pater, & filius præcognoscunt essentiam, & in secundo Spiritumsanctum, & licet tota trinitas similiter cognoscatur in eodem instanti æternitatis, non tamen simpliciter in eodem originis.

¶ Aliter posset dici, &c. Et quod dicit Doc. quòd pater prius origine, quam producatur Spiritussanctus videt eum intuitiuè in essentia diuina, sicut, & creaturas ante existentiā propriam. hoc non videtur simile: quia essentia diuina ex hoc potest esse ratio formalis videndi omnem creaturam antequam existant: quia eminenter continet omnem creaturam secundum totam suam entitatem, vt patet supra à Doc. Spiritussanctus autem, nec aliquid quod est in diuinis ad intra eminenter continetur in Deo, vt supra patet à Doc. ergo non videtur, q esse ttia diuina sit ratio formalis vidēdi Spiritumsanctum prius origine, quam producatur. Ideo prima responsio videtur melior. Si tamen secunda responsio est vera sic est intelligenda, quòd pater videndo essentiam diuinam, videt Spiritumsanctum.1.q videndo essentiam diuinam videtur illud quod est ratio formalis videndi Spiritumsanctum. nā essentia diuina est ratio formalis videndi omnia tam ad intra quàm ad extra, vt patet in prologo.q.pe.& d.35 primi. & quantum est ex parte sua semp nata est esse ratio formalis cognoscendi quodcunque in eodem, in quo est, & hoc loquendo de intrinsecis, & hoc habet videri à Doc. infra d.39. Tertio potest dici, quòd pater, & filius intuitiuè cognoscunt Spiritumsanctum in illo priori, in quo non intelligitur Spiritussanctus productus: quia essentia diuina est ratio cognoscendi quodcunq; intrinsecum; licet in aliquo signo non sit in se existens. sicut etiam est ratio cognoscēdi oēm creaturam intuitiuè ab æterno. Et sic cognitio intuitiua Spiritussancti in illo priori, quo non intelligitur productus terminatur ad Spiritumsanctum non in se productum, sed ad Spiritumsanctum producendum, vt. relucentem in essentia diuina. Essentia enim diuina est ratio cognoscendi Spiritumsanctum nō tantum in se productum, sed etiā Spiritumsanctum, vt producendum, sicut dictum est supra d. 6. q. pater volēs generat filium. ergo præintelligit illum nō in se productum, sed producendum. Et essentia diuina est ratio cognoscendi intuitiuè tam filium, vt in se productum, quam producendum.

Nota & bene.

Essentia diuina est ratio formalis videndi omnia, tam ad intra, quàm ad extra.

Essentia diuina est ratio cognoscēdi Spiritumsanctum.

Distinctio Vndecima.

Circa distinctionem vndecimam quæro. Vtrum Spiritussanctus procedat à Patre, & Filio?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. prima sententiarum distin. 11. quæst. 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ. quæst. 43. memb. 4. Artic. 4.
Storus 1. senten dist. 11. q. 1.
D. Thomas 1 parte summæ. q. 36. Artic. 2.
Ricardus 1 senten dist. 11 q. 1.
Durandus 1. senten. dist. 11 q. 1.
Franciscus de Mayronis 1 sent. dist 11. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 1 sent. dist. 12 q. 1.


VÆRITVR circa 11. dist. An Spiritussanctus procedat à patre, & filio? Ista quæstio clara est in littera.

IN ista quæstione dicuntur Græci discordare à Latinis, &c. Ista littera clara est vsque ibi. Multipliciter enim dicitur sicut hoc huius &c. Sicut cum dicitur Spiritussanctus est spiritus filij, potest habere multiplicem sensum. Primo, vt dicatur spiritus filij, vt correlatiue, vel spiritus filij, idest, pductꝰ à filio, vel spiritus filij. idest quiescens in filio. Similiter cum dicitur ex illo, vel hoc ab illo, scilicet vel ex principio productiuo formali, vel ex principio, pducente quod, vel ex materia, vel ex quasi materia, vel ex opposito, sicut cum dicimus

primo physi. ex non albo fit album, & sic possunt exprimi multipliciter ista scilicet Spiritussanctus est spiritus filij & Spiritussanctus est à filio, &c.

¶Ibi. Ad hoc est ratio talis. Habens principiũ perfectum productiuum priusquam intelligatur habere productum potest illo principio producere quando scilicet principium est ita perfectum, quòd &c. Et ista ratio est clara in littera, & supra d. 2 parte 2. exposita: & fere omnia supra exposita sunt vsque ibi probant alij istum ordinem.

Ocham arguit contra Doct.

CONTRA rationem Doc. qua probat Spiritumsanctum procedere à filio. Instat Ocham in primo d. 11 q. 1. Et dicit sic. Licet inquit ista ratio subtilis videatur, non tamen videtur sufficienter probare Spiritumsanctum procedere à filio.

¶Primo: quia videtur ex imaginatione falsa procedere. Imaginatur enim, quod in patre sunt duo principia productiua habentia ordinem inter se, quorum vnum, scilicet primum est productiuum filij. & reliquum Spiritussancti, & quod ista prius cõmunicatur filio, quàm Spiritussanctus producatur. Quia autem hoc sit falsum ex prioribus patet: quia prius ostensum est, quòd intellectus, & voluntas in Deo nullo modo distinguuntur ex parte rei, & ita non sunt talia duo principia.

¶Secundo posito, quòd intellectus, & voluntas aliquo modo distinguerentur in Deo ex natura rei, nõ tamen sequeretur, ꝙ haberent talem ordinem prioritatis, vel perfectionis, vel originis, vel durationis, vel naturæ, vel communitatis, vel quia sint aliquo prædictorum modorum ordinati, patet inductiuè. ergo nullum talem ordinem habent.

¶Si dicatur, quòd est ordo naturalis præsuppositionis: quia voluntas naturaliter præsupponit intellectum. Contra. Ordo naturalis præsuppositionis est quando hoc potest esse sine illo, & non econuerso, & ita ordo naturalis pręsuppositionis est ordo naturę. Sed intellectus non est prior natura ipsa voluntate.

¶Ex prædictis patet, ꝙ ex ordine potentiarum, siue principiorum actiuorum in diuinis non potest probari prioritas generationis respectu spirationis. Tum quia non sunt talia distincta principia. Tum quia si essent, non esset inter ea ordo. Et hoc vltimum cõfirmatur: quia intellectus creatus, & voluntas non habent talem ordinem. ergo nec intellectus diuinus, & voluntas. Assumptũ probatur, quia intellectus creatus, & volũtas creata, vel distinguũtur realiter, vel formaliter, vel nullo mõ, sed quæcunq; istarum opi. ponatur; non oportet ponere talem ordinẽ inter intellectum, & voluntatẽ. Nam si ponatur prima opi. non oportet ponere aliquem ordinem inter ea, nisi fortè ordinem perfectionis, scilicet quòd vna potentia sit perfectior alia Nec ponendo secundam opi. nec tertiam. Cuius ratio communis omnib. est: quia talis ordo non poneretur, nisi quia tenetur, ꝙ naturaliter prius intellectus intelligit, quàm voluntas velit. Sed ex hoc non contingit arguere, quòd intellectus ipse sit prior naturaliter voluntate: quia nunquam formaliter, & necessariò ex ordine effectuum contingit arguere consimilem ordinem in causis. Tum quia ab eadem causa possunt esse ordinati effectus; patet quia ab eodem intellectu potest esse notitia principij, & conclusionis; & ab eadem voluntate volitio finis & volitio illius, quòd est ad finem Tum quia à duabus causis, quarum vtraque potest esse indifferenter sine altera possunt produci duo actus, quorum vnus non potest esse sine alio, quamuis econuerso. Tum quia aliquãdo causę sunt inseparabiles per naturam, & tamen effectus sunt separabiles. ergo non est sp similis ordo in causis, & in effectibus causarum, & ita ex ordine effectuũ nõ contingit arguere ordinem causarum, nec è conuerso.

¶Præterea. Falsum accipitur, vel quod accipitur, non est ad propositum, scilicet quod filio prius communicatur fęcunditas voluntatis, quam producatur Spiritussanctus: quia ibi nulla potest esse prioritas, nisi prioritas cõmunitatis, vel originis, vel quia sunt aliquorum habentium ordinem talẽ. Et ita si prius communicatur filio fęcunditas voluntatis oportet, (si hæc propositio sit vera) quòd sic exponatur scilicet, quòd fęcunditas voluntatis existens in filio sit communior Spiritusancto, & tunc ista propositio, vel erit conclusio probanda, vel non erit ad propositũ. Si enim accipiatur, quod voluntas illa, quæ est fęcunda: est communior Spiritusancto, vel productione Spiritussancti, sic est vera, sed tunc non est ad propositum: quia ita secundum talem expositionem extortam concedendum est, quòd fęcunditas intellectus prius est in filio quam producatur filius: quia hæc est vera intellectus, qui est fœcundus existens in filio est communior filio: quia pluribus conuenit. Si autem accipiatur, ꝙ fœcunditas voluntatis, hoc est, ꝙ totum esse productiuum voluntatis pluribus cõuenit, quàm Spiritussanctus: tunc accipitur, quod debet probari. De hoc enim est quæstio vtrum producens, vel esse productiuum Spiritussancti conueniat tãtum vni personæ in diuinis, sicut Spiritussanctus, vel productio passiua Spiritussancti.

¶Si dicatur, quòd quando dicitur, ꝙ filio prius communicatur fœcunditas voluntatis, quàm producatur Spiritussanctus. Intelligendum est de prioritate originis: quia in primo signo originis communicatur filio fœcunditas voluntatis; in quo signo originis non producitur Spiritussanctus.

¶Contra. ostensum est prius, quòd non potest esse ibi aliquod signum, nisi illud signum sit pater, vel essentia; & tunc idem erit dicere. in primo signo originis communicatur filio fœcunditas voluntatis, in quo signo originis non producitur Spiritussanctus. & dicere communicatur filio fœcunditas voluntatis in patre, vel in essentia, antequam producatur Spiritussanctus in patre, vel in essentia, & ita dicere, quòd prius communicatur filio fœcunditas voluntatis, antequam producatur Spiritussanctus: est modus non intelligibilis, vel simpliciter falsus.

DICITVR ergo breuiter ad prædictum argumentum. Primo ad maiorem, quòd maior est falsa, si idem principium productiuum cum diuersis productionibus realiter distinctis concurrat ad constituendum supposita realiter distincta. sicut idem calor, cum distinctis calefactionibus passiuis realiter distinctis inter se, & ab vnica calefactione actiua, ita tamen, quòd nulla calefactio, etiam actiua distincta realiter à quacunque calefactione actiua concurreret ad constituendum diuersa supposita distincta realiter, tunc nullum suppositum habens calefactionem passiuam haberet calefactionem actiuam, & tamen quodlibet illorum haberet illud principium actiuum, & essent hic duo supposita immediate ab eodem, & neutrum ab altero: quia non esset maior ratio quare vnum esset ab altero, quàm econuerso. Ita diceretur in proposito, quòd essentia diuina cum vna productione actiua, & duabus productionibus passiuis concurrit ad constituendum tria supposita distincta realiter. Et ideo quamuis in vno producto sit essentia diuina, quæ est principium productiuum: quia tamen sibi repugnat illa productio actiua, quæ realiter distinguitur à sua productione passiua, ideo non potest producere.

¶Et si dicatur, quòd si sint duæ productiones passiuæ oportet, ꝙ sint duæ actiuæ: quia distinctis

relatio-

relationibus correspondent distinctæ relationes correlatiuæ.

¶ Ad istud dicerent faciliter negantes prædictam conclusionem multipliciter. Primo, quia sicut sic arguentes ponunt, quòd relationibus distinctis realiter non correspondent relationes distinctæ realiter, sed tantum formaliter: quia generatio actio, & spiratio actio non distinguuntur realiter, sed tantum formaliter, ita æque faciliter dicunt ipsi, quòd relationibus distinctis realiter correspondet vnica relatio realis, nec haberent hoc pro inconuenienti. Secundo dicerent, quòd illæ relationes actiones formaliter distinguerentur inter se, & realiter à qualibet productione passiua, sicut dicunt isti, quòd filiatio, & spiratio passio possent distingui realiter, non obstante, quòd spiratio actio, & filiatio distinguerentur realiter. per hoc saluantes, quòd Spiritussanctus posset distingui a filio, quamuis non procederet ab eodem, & ideo quælibet productio passiua distingueretur realiter à qualibet productione actiua, ideo nullum suppositum productum posset esse producens. Ad Minorē dicerent per prædicta quomodo filius prius habet voluntatem, q̃ producatur Spiritussanctus, & quomodo non. Ad probationem dicerent, quòd generatio non est prior spiratione. Ad probationem patet, quòd non est ibi talis ordo potentiarum, nec actus primi habent talem ordinem, sicut isti imaginantur. Ad confirmationem, quòd in Deo intellectus, & voluntas non sunt potentiæ operatiuæ (sicut isti imaginantur) ac si haberent aliquas operationes quocunque modo distinctas inter se, & ab intellectu, & voluntate. Verum tamen in creaturis possunt concedi potentiæ operatiuæ: quia intellectio, & volitio sunt duæ operationes productæ, & sunt aliquo modo productiuę non tantum illarum operationum, sed etiam aliquorum aliorum, sed non est consimilis ordo inter producta illa, & istas operationes: quia istæ operationes distinguuntur realiter, & vna est effectiuè ab alia; sed productum aliquod sub istis est vnum, & idem quòd producitur ab intellectu, & voluntate, siue mediatè, siue immediatè non curo ad præsens.

¶ Ad exemplum posset dici, quòd multipliciter peccat. primo, quia non potest esse talis ordo, quòd siccitas non potest desiccare, nisi prius calor calefaciat, & hoc quando sunt in eodem: quando enim in eodem sunt duo pura actiua sufficientia respectu duorum effectuum, ita quòd neutrum illorum actiuorum est causa efficiens partialis alterius, impossibile est, quòd sit talis ordo, quòd actio vnius principij præsupponat actum alterius: quia illud actiuum ad hoc, vt agat non præsupponit actionem alterius; quod potest agere in passum suum sibi approximatum, & sufficienter dispositum, etiam alio circunscripto, sed circunscripto alio principio actiuo eo hoc ipso, quòd illud actiuum est sufficienter approximatum passo sufficienter disposito sequitur actio secundum istos. igitur illud actiuum non præsupponit actionem alterius Et ideo si in igne calor, & siccitas sunt duæ causæ actiuæ calefactionis, & desiccationis, & nec calor est causa partialis actiua desiccationis, nec siccitas causa partialis actiua calefactionis, impossibile est, quòd siccitas ad hoc, quòd agat præsupponat actionem caloris, nec econuerso.

¶ Si dicatur, quòd actio voluntatis præsupponit actionem intellectus. ergo à simili non est inconueniens siccitatem ad hoc, quòd agat, præsupponere actionem caloris.

¶ Dico, q̃ actio voluntatis non præsupponeret actionē intellectus, nisi operatio intellectus esset causa saltem partialis operationis voluntatis, non sic autē effectus caloris est causa effectus siccitatis, & ideo non potest esse talis præsuppositio: hæc Ocham.

Responsio ad Ocham.

NVNC ostendendum est dicta Ocham non soluere rationem Doc. Et primo cum dicit, quòd intellectus, & voluntas in Deo non sunt principia distincta ex natura rei. patet hoc esse falsum: quia tunc ita Spiritussanctus produceretur per modum naturæ, sicut, & filius. Tum: quia tunc generatio, & spiratio non distinguerentur formaliter. Tum: quia non esset maior ratio, quòd Spiritussanctus prius producat, quàm filius. Et multa alia sequerentur inconuenientia. Sed de huiusmodi dist. vide supra dist 8. q 3. quæ dixi respondendo ad obiectiones Ocham Greg. Alphonsi. Io. Angli. & multorū aliorum. Ibi. n. expressè patet qualiter voluntas, & intellectus in diuinis necessariò distinguuntur pręter oē opus intellectus.

§ Ad aliud cum dicit, q̃ inter intellectum, & voluntatem non est ordo. Dico, q̃ est ibi ordo naturalis p̃suppositionis: quia voluntas necessariò pręsupponit intellectum. Et cum infert, q̃ vbi est talis ordo vnū potest esse sine alio, & non econuerso. Dico primo, q̃ ordo præsuppositionis naturalis non est, q̃ vnum possit esse sine alio; patet quia paternitas in diuinis præsupponit essentiam diuinam, & tamē est impossibile essentiam posse esse sine paternitate. Et similiter inter essentiam, & sapientiam est talis ordo. vt supra patuit d. 8 q. 3. & tamen essentia non potest esse sine attributis. Attributa enim præsupponunt essentiam. vt supra patuit per auctoritates Aug. & Dam. & Ansel. vt exposui. supra d. 8 q. 3.

Attributa p̃supponunt essentiam.

Aliquid posse eē sine alio cōtingit dupliciter.

¶ Dico ergo, q̃ non semper ordo naturalis præsuppositionis est, q̃ prius possit esse sine posteriori, & non econuerso. Sufficit. n. quòd prius possit intelligi posteriori non intellecto, & tunc in tali abstractione non fit mendacium. Potest enim intelligi essentia non intellecta paternitate. vt supra patuit dist. 2. parte 2. q. 3. non tamen potest intelligi essentia sine paternitate: quia tunc in tali abstractione committeretur mendacium. Dico secundo quòd aliquid posse esse sine alio potest intelligi pro nunc dupliciter Primo, quòd ex sua ratione formali non repugnet esse sine alio. Secundo, quòd concomitanter repugnet sibi. Exemplum primi. non repugnat homini ex sua ratione formali, & quiditatiua posse esse sine risibilitate, cum homo nullo modo dependeat, nec præsupponat risibilitatem. Exemplum secundi Homini, vt idem realiter risibilitati repugnat esse sine risibilitate. Sic in proposito. non repugnat formaliter intellectui esse sine voluntate: quia tamen intellectus diuinus propter suam infinitatem identificat sibi realiter voluntatem, ideo repugnat esse sine voluntate.

Potest intelligi essentia non intellecta paternitate, non tñ pōt intelligi essentia sine paternitate

Intellectui diuino repugnat esse sine voluntate, non formaliter, sed quia identificat sibi realiter voluntatem, ideo sibi repugnat esse sine voluntate.

¶ Ex his patet, quòd ex quo est talis ordo inter intellectum, & voluntatem: & quia intellectus sicut prius est operatiuus, quàm volūtas sit operatiua, sic prius est productiuus, quàm voluntas sit productiua, sequitur, quòd generatio filij sit prior spiratione Spiritussancti, & per consequens, quia pater in generatione filij cōmunicat sibi eandem voluntatē non habentem productum adæquatum, filius spirat Spiritumsanctum, sicut & pr̃ hn̄s idē principiū spiratiuū.

¶ Ad illud de intellectu creato, & voluntate creata: patet quomodo inter tales potentias est ordo præsuppositionis naturalis stante aliqua distinctione præter omne opus intellectus. De qua vide Docto. in secundo distin. 16. Et cum probat, quòd non est talis ordo ex hoc solo, quòd intellectus prius intelligit, quàm voluntas velit. Dico primo, quòd ordo inter aliqua multipliciter potest probari. primo à priori ratione entitatis eorum. sicut probamus constitutiuum essentialiter esse prius constituto.

Quòd intellectus sit prior voluntate in diuinis, aliqua multipliciter potest probari.

Secundo probatur a posteriori, puta per effectum. Tertio à signo: & etiam alijs modis potest probari. Ad propositũ entitatem intellectus esse aliquo modo priorem entitate voluntatis potest probari. Primo modo quia si quis intuitiuè videret animam intellectiuam, à qua istæ potentiæ suo modo pullulãt, intuitiuè videret intellectum prius pullulare ab anima, quàm volũtas, sed hoc non cognoscitur pro statu isto. Secundo modo probatur ista prioritas: quia est impossibile voluntatem habere aliquem effectũ, nisi intellectus prius haberet suum effectum, vt patet experimentaliter, & auctoritates tam sanctorum, quam philosophorum. necesse est enim intellectum prius intelligere, quàm voluntas velit. Et ideo arguimus, quòd quando vna causa non potest agere, nisi præsupponat actionem alterius causæ, & non econuerso: quòd illa causa, cuius actio præsupponitur necessariò est prior. Sic est in proposito. A signo etiam patet. Et quando dicit, quòd nunquam formaliter, & necessariò ex ordine effectuum contingit arguere consimilem ordinem in causis. Dico, quòd loquendo absolutè de effectu, & causa, quòd non sequitur semper similis ordo in causis, qualis est in effectibus. Loquendo tamen de tali effectu, & tali causa aliquando sequitur. Sicut est in proposito. Est enim talis ordo istorum effectuum, quòd vnus necessariò præsupponit alium, & non eiusdem causæ, sed alterius causæ. Cõcedo enim absolute, quòd non semper est similis ordo in causis, & effectibus. Nec Doct. hoc intendit probare, sed duntaxat, loquendo de aliquibus effectibus & causis, vt in proposito. Nec oportet multum immorari: quia communiter conceditur tam à Doc. sanctis, quàm à philosophis, quòd inter intellectum, & voluntatẽ in creaturis est ordo præsuppositionis: quia voluntas necessariò præsupponit intellectum.

Scotus in 4. dist 49. q. 4. dicit quòd intellectus Dei ordine naturæ præcedit voluntatem, vt est præsuppositio huius ab hoc tamẽ.

¶ Ad aliud, quod dicit contra Doct. scilicet quod falsum accipit, vel quod accipit non est ad propositum, scilicet quòd filio prius communicatur fecunditas voluntatis, quàm spiritussanctus producatur. Dico primo, quòd Doc. non accipit falsum Et cum dicit, quòd ibi nulla est prioritas. Dico, quòd oppositum non probat vt supra patuit distin 6. respondẽdo ad rationes Ocham & Greg. de prioritate in diuinis. Est enim intellectus sicut in operãdo prior voluntate, sic in ratione principij productiui. Nec dico quòd sit prior prioritate communitatis ipso producto: quia hoc clarũ est, quia intellectus est perfectio communis tribus, nõ sic productum. Ista enim prioritas nõ est modo ad propositum. Sed est prior prioritate originis, accipiendo prius origine: quia saltem secundum rationem prius intelligitur quasi ab essentia originari: si tamen non ponatur esse de formali ratione deitatis, saltem est ibi prioritas præsuppositionis, & quo ad entitatem, & quo ad operationem, & productionem. Si enim intellectus, & voluntas verè distinguerentur realiter ab anima, & essent verè producta ab ipsa, intellectus realiter esset prior voluntate. modo cum talis sit ordo inter aliqua vbi ratione distinguuntur, qualis esset inter illa, si realiter distinguerentur. vt patet à Doct. in pluribus locis, sequitur, quòd in diuinis intellectus est prior voluntate. Ex his patet, quod Doc. nõ accipit falsum. Posito etiam, quòd intellectus non sit prior voluntate in entitate, nec secundum rem, nec secundum rationem, adhuc Doctor. non accipit falsum: quia saltem intellectus est prius productiuus, quàm voluntas sit productiua, ergo in illo priori, quo pater per intellectum producit filium, communicat filio omnem perfectionem, quàm ipse pater habet, & per consequens communicat sibi eandem voluntatem, & quia in illo priori voluntas non habet terminum productum, & communicat sic filio; sequitur quod sicut in patre est principium productiuum spiritussancti, sic & in filio: quia in quocunque supposito est principium formale productiuum non præhabens productum, illud suppositum potest mediante tali principio verè producere. Sic est in proposito. Et cum probat, quòd in Deo non est aliquod signum, nisi illud signum sit pater, vel essentia. Ad hoc argumentum, supra responsum est. d 6. Hoc enim argumentum fit ibi ab isto Doct. & à Greg. & Io. Angl. & ibi solutum est.

In diuinis intellectus est prior voluntate.

§ Ad responsionem, quam dat ad argumentum Sco qui probat filium producere spiritumsanctum. Cum dicit, quòd maior est falsa, si idem principium productiuum cum diuersis productionibus realiter distinctis concurrat ad constituendum supposita realiter distincta &c. Respondeo quòd in ista responsione sunt nonnulla falsa. Primum, quòd essentia diuina sola sit principium productiuum diuersis productionibus, & hoc patet supra improbatum. Secundum posito, quòd ipsa sola sit principium productiuum diuersis productionibus realiter distinctis, adhuc maior argumenti Docto. erit vera posito, quòd essentia diuina sit prius productiua per generationem, quam per spirationem, & posito, quòd essentia diuina. licet sit principium productiuum, non tamen producit: quia tunc realiter distingueretur à producto vt supra patuit distinc. 5. quęst. 1. sed persona habens ipsam, vt principium productiuum producit.

Essentia diuina sola non est principium productiuum.

§ Si dicatur, quòd essentia diuina nõ sit prius productiua filij, quam spiritussancti.

§ Contra. quia tunc non esset maior ratio, quòd spiritussanctus ęque producatur, quam filius: & sic filius nullo modo produceret spiritum sanctum, quod est hæreticum, & multa alia inconuenientia, sequerentur quæ non oportet adducere in præsenti. De hoc vide supra distinct. octaua quæst. 3. & distin. 6. Istis ergo suppositis, tanquam simpliciter veris, & necessarijs: patet veritas maioris propositionis Sco. quia essentia diuina esset principium productiuum filij in aliquo priori, in quo non esset principium productiuum spiritussancti. & per consequẽs in illo priori quo essentia diuina cõmunicaretur filio per gñationem esset ipsi filio principium formale productiuũ respectu Spiritussanti. patet quia ĩ illo priori quo filio communicatur non intelligitur habere productum. ergo filius mediante essentia diuina, vt principio productiuo spiraret spũm sanctũ. Sicut ẽt ponitur de patre: quia enim pr̃ ĩ aliquo priori hẽt essentiã diuinã, in quo nõ intelligitur pręhr̃e filium productum, ideo pater mediante ipsa, vt principio formali generatiuo generat filium. Sic in proposito est de filio. Exẽplũ de calore respectu calefactionum realiter distinctarum. si rectè intelligatur erit magis ad propositum, quam ad oppositum: quia si prius haberet vnam calefactionem, quàm aliã, & per illã communicaretur alicui supposito, vt principio productiuo, illud suppositũ illo calore produceret. Sequentia non oportet aliter improbare: quia non sunt directè contra Docto. Quod tamen dicit de relationibus, certum est, quòd sicut vni relationi correspondet relatio correlatiua, ita pluribus relationibus correspondent plures correlatiuę. De hoc in secundo d. 1. & 3. di. 8. nõ tñ requirit tanta distinctio in vna quanta in alia: quia in eodem supposito possunt esse plures paternitates, & tamen plures filiationes correspondentes non possunt esse in vno, & eodem simpliciter supposito: quia idem non potest pluribus productionibus totalibus dependere. Sed hoc non est multum ad propositum.

Exemplum de calore.

§ Ad aliud, quod dicit, quòd intellectus, & voluntas in diuinis non sunt potentiæ operatiuæ. Dico,

Quomodo intellectus & voluntas sunt quasi potentię operatiuæ.

Dico, quod si intelligit potẽtiam operatiuam illam, quæ habet operationem verè productam, quòd nõ sunt potentiæ operatiuæ, sunt tamen potentiæ quasi operatiuæ, quia saltem secundum rationem tales operationes producuntur, per illam propositionem sæpius allegatam, scilicet quòd qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguntur, &c.

¶Ad instantiam contra exemplum Doct. patet quod nihil concludit, quia Doct. non arguit assertiuè de calore, & siccitate, sed arguit ex præsupposito illo de calore, & siccitate, &c. Et exempla ponimus ex primo priorum.

Henricus quoli. 6. q. 1.

IBI. PROBANT alij istum ordinem. Nam ibi Henri. probat Spiritum sanctum de necessitate procedere à filio, ex hoc, quòd sicut intelligere præcedit velle, ita & dicere, siue generare præcedit spirare, ergo cum filius habeat esse per dici, vel generari, quo erat prior ipso spirare actiuè, & in illo priori quo habet esse, communicatur sibi omnis perfectio, & voluntas, ergo idem principium productiuum Spiritus sancti, quod est in patre erit in filio prius origine, quàm sit spiratio Spiritus sancti, ergo si filius habet simpliciter idem principium spirandi, ergo de necessitate spirat.

Velle de necessitate præsupponit intelligere.

¶Sed Doct. improbat hoc, non quòd hoc non sit verum, quòd dixit Hen. sed ex hoc, quòd non videtur similis necessitas spirare ad dicere, sicut velle ad intelligere, quia velle de necessitate præsupponit intelligere, quia nunquam volũtas posset habere essentiam diuinam sibi præsentem, & vt actu volendam, nisi prius esset intellecta, & quando voluntas in patre habet essentiam diuinam sibi perfectè præsentem actu cognitam, potest esse principium productiuũ Spiritus sanctus, patet quia ad hoc quòd voluntas producat amorem infinitum, de necessitate habet obiectum præsens, cuius est talis amor, & cum non posset esse præsens nisi actu cognitum, iden velle præsupponit de necessitate intellectionem, & similiter spirare. Cum ergo essentia diuina nõ sit præsens per dicere, quia nunc per notitiam genitam, siue per verbum dictum non habetur essentia diuina præsens in ratione obiecti volibilis, quia tunc pater haberet ipsam præsentem per notitiam genitam, & sic prius intelligeret ipsam notitia genita, quod est contra Aug. ergo non est tanta necessitas spirare ad dicere, quanta est spirare, & velle ad intelligere. Et hoc est, quod dicit doct. infra ibi. Concedo, quòd instantia, &c.

¶Argumenta principalia. q. cum suis responsionibus supra satis clara in litera, nec indigent alia expositione.

Quæstio Secunda.

Secundo vtrum. Si spiritus sanctus non procederet à filio, posset stare distinctio realis ipsius à filio?

Scotus primo sent. dist. 11. q. 2.
D. Thomas. 1. parte summa. q. 36. art. 2.
Ricardus 1. sent. dist. 11. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 11. q. 2.
Franciscus de Mayronis. 1. sent. dist. 11. q. 2.
Ioannes Bacconitanus. 1. sent. dist. 13. q. 1.



QVÆRITVR secundo. Vtrum si Spiritus sanctus nõ procederet à filio posset stare distinctio realis ipsius à filio.

Gotf. quoli. 7. q. 4.

HIC dicitur à Gotf. quòd quæstio nulla est. In ista positione sunt aliqua notanda. Primo, quòd dicta potentia quæ includit incompossibilia non debet sustineri, quia statim sustinens posset redargui. Exemplũ. Si quis sustineret istam, quòd homo esset non animal absolutè ab arguente posset redargui, quia sustinens tenetur concedere omne cõsequens, & sic arguens arguit, homo per te est non animal, ergo homo est homo, sequitur ex ista positione, & vltra, homo non est animal, ergo homo non est, à negatione superioris ad negationẽ inferioris, ergo sustinens concederet hominem esse, & non esse, & sic esset redargutus. Secundo, duæ sunt regulæ disputationis pertinentes ad respondentem. Prima est, quòd debet concedere sequens ex sua positione. Secunda, quòd debet negare repugnans suæ positioni. Exemplum. Nam Fran. ponit istam, quòd homo est animal, arguens infert, ergo est corpus, ergo substantia, ergo ens, respondens cõcedit hæc omnia, quia sequuntur ad suam positionem. Si verò arguẽs sic arguat per te, homo est animal, ergo homo est asinus, quia etiam asinus est animal, respondens debet negare, vt repugnans suæ positioni. Tertia ista opi. dicit, quòd positio, qua ponitur. Si Spiritus sanctus non procederet à filio an posset distingui, includit duo incompossibilia scilicet filium esse, & filium non esse, & sic ponens illam posset redargui. Nam arguens posset arguere sic. Si Spiritus sanctus non procederet à filio an distingueretur ab ipso, ergo filius est, patet quia si non esset, non posset distingui, respondens habet cõcedere. Deinde arguens arguat sic, sed filius de necessitate spirat Spiritum sanctum, ergo spirare inest filio de necessitate, ergo si non spiraret, non esset filius, patet quia remouetur ab illo quod sibi de necessitate inest, & sic ponens hanc positionem includentem ista duo incompossibilia posset redargui.

Sustinens tenetur concedere omne consequens regula.

Duæ sunt regulæ disputationis pertinẽtes ad respondẽtem.

Vide hic hunc authorẽ, q valde egregie declarat hanc positionem.

CONTRA istam positionem. Hic sunt duo notanda. Primo, quòd aliud est ponere aliquàm positionem in se, & ex suo intellectu, & absolutè includentem incompossibilia, vt in ista, homo est non animal, & aliud est ponere aliquam positionem, quãuis includentem incompossibilia, non tamen in se absolutè, sed vt inquiratur aliqua veritas sicut si quæreretur sic. Posito, quòd homo non sit animal, an rationale possit esse ratio formalis distinguendi hominem ab asino. Nam hic non ponitur absolutè positio, vt includit incompossibilia, sicut ponendo absolutè, homo non est animal, sed ponitur sic, an ratio distinguendi hominem ab asino sit ipsa animalitas, vel ipsa rationalitas, & tunc ad videndum hoc circunscribamus per impossibile ipsam animalitatẽ an rationalitas distinguat, vel ne, & sic est in proposito, aliud est enim ponere, filius est non spirans Spiritum sanctum, & aliud est ponere, si nõ spiraret Spiritum sanctum, an distingueretur, nam quæritur hic de ratione formali distinguendi filium à Spiritu sancto id est an filiatio distinguat personaliter filiũ à Spiritu sancto, an ipsa spiratio? & sic quæritur circũscripta ipsa spiratione actiua filij, an ipsa filiatio distingueret personaliter filium à Spiritu sancto? & sic est intentio doct.

¶Ibi. Præterea licet positio q̃ statim &c. Tota ista litera dicit duo scilicet quòd aliqua positio ponit duo incompossibilia ex intellectu formali, & quidditatiuo, & formali consequentia, non sumendo formalem consequentiam, quæ accipitur communiter, quæ est, quando quælibet sibi similis in forma est vera, vt ista, homo currit, ergo animal currit, est cõsequentia formalis, quia quælibet sibi consimilis in forma hoc est ab inferiori ad superius eo modo arguitur, sicut hæc erit vera, asinus est albus, ergo animal est album. Sed accipitur hic consequentia formalis quando extrema sic se habent, quòd vnum est de essentia alterius, sicut in ista, homo est, ergo animal est. Dicit ergo doct. quòd positio, quæ ponit in-

com-

compossibilia consequentia formali, siue essentiali non debet admitti, vt ista, homo est non animal, nã statim consequentia formali concluduntur duo incompossibilia, patet nam bene sequitur, homo est, ergo animal est, & ex alia parte tu dicis, quòd non est animal, & sic idem prædicatum essentiale simul veri ficatur de aliquo, & negatur. Similiter hic homo est nõ animal, statim sequitur, ergo homo est, & ex alia parte non est animal, ergo homo non est, patet quia illud quod est de essentia hominis remouetur ab illo. Secundum dictum est, consequentia accidentalis, vel per locum extrinsecum in isto loco dicitur illa quando illud, quod concluditur de aliquo non concluditur per aliquod essentiale illius, nec remouetur per remotionem alicuius essentialis. Exemplum. Homo est non risibilis, sequitur hominem non esse con sequentia accidentali. Nam bene sequitur, homo nõ est risibilis, ergo homo est, & ex alia parte risibile nõ est, ergo homo non est, patet quia sunt idem realiter, destructo vno destruitur, & reliquũ, ergo destructo risibili destruitur homo. Dico, quòd sequitur homi nem non esse tantum consequentia accidentali, siue per locum extrinsecum, quia per remotionem alicu ius, puta risibilis, quod non est de essentia hominis. Tertio dico, quòd in ista positione. Si Spiritus sanctus non esset à filio an distingueretur ab illo, consequentia essentiali sequitur ipsum filium esse, consequentia verò accidentali sequitur ipsum non esse, quia si spiratio filij non esset, quæ est idem realiter ipsi, licet non sit de essentia illius, ergo filius non est, & sic consequentia accidentali id est per remotionẽ alicuius, quod non est de essentia filij, sequit non esse, licet ergo prima positio, quæ ex intellectu suo, & cõsequentia essentiali includat incompossibilia non sit ponenda, tamen ista quæ includit incompossibilita tem consequentia tantum accidentali est ponenda. Et nota, quòd Sco. accipit ibi locum extrinsecum so lum pro eo quod non est de essentia.

Quid sit cõsequẽtia accidentalis.

Pro quo accipiatur locus extrinsecus.

¶Ibi. Item si aliquid essentialiter. Ex dictis supra patet totum vsque ibi. Item philosophus quarto phi. tex. comm. 58. Nam ibi philosophus arguit, posito, quòd aliquod spacium nõ haberet aliquod corpus sensibile, sed sonum, vel colorem, quærit vtrum esset vacuum, &c. & tamen hæc positio includit incompossibilia scilicet quòd color, vel sonus sit in vacuo. Nam sequitur formali consequentia, color, vel sonus est in vacuo, ergo est, sequitur etiam ipsum non esse, quia subiectum non est consequentia non naturali, sed sicut ad impossibile sequitur quodlibet.

Ad impossibile sequitur quodlibet

IDEO admittendo quæstionem est opi. sancti Tho. Et Ægi. quæ dicit, quòd si Spiritus sanctus non procederet à filio nullo modo distingueretur ab eo. Et probat. Primo, quia relatio in diuinis, aut distinguit secundum esse, aut secundum quiditatem? non primo, quia sic transit in essentiam diuinam. Si secundo? ergo distinguit inquantum respicit oppositum, & sic tantum distinguit ab opposito, ergo filiatio non distinguit filium à Spiritu sancto, siue à spiratione passiua, cum illa tantum opponatur paternitati.

Tho. prima parte sum. q. 36 art. 2. & Egi. de Roma quo lib. 4. q. 16.

¶Secundo. Si relationes disperatæ possent sufficienter distinguere personas, ergo cum tales duę sint in patre, scilicet generatio actiua, & spiratio actiua, pater esset duæ personæ.

¶Confirmatur ratio, quia tantam distinctionem videntur habere istæ relationes generatio actiua, & spiratio actiua, quantam habent eorum correlatiua, igitur ita possunt hæc distinguere, sicut illa.

CONTRA istam opi. Arguit Doct. Primo ex medio sumpto ex ratione formalis constitutiui. Secundo ex medio sumpto ex distinctione emanationum.

¶Ex primo arguitur sic, quocunque formaliter aliquid constituitur in esse eodem distinguitur, quia eodem est aliquid ens, & vnum vnitate conueniente tali entitati, & si vnum, igitur & in se indistinctum. Sed filius constituitur in esse personali filiatione, ergo. & ea formaliter distinguitur ab omni alia persona, igitur per impossibile, vel incompossibile circun scripto quocunque alio, & maximè posteriori filiatione, remanebit filius filiatione distinctus personaliter à quacunque persona. Assumptum patet, quia filius non constituitur in esse personali spiratione actiua, quia illa est communis patri, & filio, & non sunt in eo proprietates positiuæ aliæ, quàm generatio passio, & spiratio actiua, ergo &c.

¶Respondetur ab eis. ꝙ formali constitutiuo nõ distinguitur aliquid à quocunque, sed tãtum ab illis cum quibus maximè conuenit, & à quibus nõ distin guitur aliquo alio, nisi illo formali constitutiuo. Exemplum. Homo rationalitate non distinguitur à lapide, sed à speciebus animalis, à lapide. n. distinguitur animalitate, quæ non est formale constitutiuum hominis. Ita dicitur in proposito: ꝙ filius cum patre conuenit cum spiratione actiua; & in hac distinguitur à spiritu sancto: proprio autem suo formali. s. filiatione distinguitur à patre, cum quo maximè cõuenit.

¶Contra. Quia quodlibet habens aliquod esse distinguitur distinctione conueniente illi esse à quocũque alio per aliquod, quod est de ratione eius inquantum habet tale esse: filius igitur personaliter distinguitur per aliquod, quod est de ratione eius inquantum persona est: spiratio actiua non est de ratione eius inquantum persona, sed filio iam posito est quasi proprietas adueniens. Ex his patet quòd exemplum adductum non est ad propositum: quia & si homo distinguitur à lapide non per rationale, primo distinguitur tamen per aliquid, quod est de essentia eius: ita quòd inconueniens esset ipsum per nihil, quod est de essentia sua à lapide distingui, sed tantum per risibilitatem. Ita est in proposito.

QVIDAM nouus expositor primæ partis. S. Th. q. 36 arti. 2. nititur soluere istas rationes quas Doct. facit contra Tho. Et primo præmittit sic dicens. Scito, quòd cum in diuinis non sit formaliter, nisi substantia, & relatio, & substantia, vt poté communis, nec constituat, nec distinguat hypostases, oportet ꝙ vtrunque relationi tribuatur. Relationi autem cum possit aliquid conuenire dupliciter secundum scilicet propria relationis, & secundum communia sibi, & absolutis. Quæcunque attribuuntur diuinis relationibus necesse est conuenire eis inquantum relationes. & sic constituere, ac distinguere relationi diuinæ prout relatiua res est conuenit. Inter rem autẽ absolutam, & relatiuam hoc interest: quia res absoluta constituit rem in se; relatio verò constituit rem ad aliam. Et quoniam vnumquodque sicut est ens ita vnum, & distinctum constitutiuum absolutum, sicut constituit ens in se, ita distinguit illud secundũ se, & consequenter ab vniuersis alijs: constitutiuũ verò in esse relatiuo, quia constituit eos ad aliud vnum correlatiuum, scilicet ita distinguit illud ab illo vno tantum: alioquin diuersitas, siue distinctio non esset proportionata passio entis, plus enim faceret constitutiuum aliquid distinguendo, quàm constituendo, quod non videtur intelligib. le. Si igitur in diuinis sola relatio multiplicat trinitatem, & hoc non conuenit relationi per accidens, sed quatenus res relatiua est. Et res relatiua, vt sic constituit, & distinguit relatiuè tantum. quãcunque enim aliam distinctionem haber non facit inquantum res relatiua, sed haberet eam ex communibus sibi, & absolutis, vt patet de disperatione, hæc enim non est propria relatiuis, & sic

Tho. Gaie. nititur soluere rationes Sco.

& sic non potest causari à relatione secundum rationem relationis. Consequens est, quòd in diuinis nulla sit distinctio realis, nisi relatiua, ita quòd non solũ res distinctæ sunt relatiuæ, sed distinctio ipsa est relatiua. Et cum constet distinctionem relatiua non esse sine oppositione, relatione, & respectu correlatiui tantum manifestè sequitur, quòd sola oppositio relatiua distinguit realiter diuinas personas.

¶Ex his respondet ad obiectiones ex parte constitutiui. Cum enim dicitur, quòd idem est constitutiuum, & distinctiuum alicuius ab omni alio, distinguendũ est de duplici constitutiuo, scilicet absoluto, vel respectiuo, & quòd in absolutis verũ est, in relatiuis verò sub distinguendũ est est duplici distinctione scilicet relatiua, vel quacũque alia, puta disperata, vel contraria, vel cõtradictoria, seu etiam priuatiua. Et dicendum, quòd de distinctione relatiua, loquendo falsum est assumptum, quoniam constitutiuum alicuius in esse relatiuo non est distinctiuum illius distinctione relatiua, nisi à suo correlatiuo propter ipsam relationis naturam, a cęteris autem distinguit quouis alio modo. Duplum enim vt sic, quia non est nisi ad dimidium, non distinguitur etiam relatiuè, nisi à dimidio, a triplo autem, & quadruplo, & reliquis entibus distinguitur quidem dupliciate tanquã tum est hoc ens non relatiue, vt de se patet. Et quia in diuinis persona est formaliter relatio non est distinctio personalis, neque realis nisi sit relatiua. Et propterea de facto ista est falsa, filius distinguitur realiter, siue personaliter à Spiritu sancto filiatione, quia ista est falsa, filius filiatione distinguitur relatiuè à Spiritu sancto, quamuis ista sit vera filius distinguitur filiatione à Spiritu sancto, sed talis distinctio non sufficit ad realem distinctionem, hæc ille.

Contra Th. Caiet.

SED ISTA responsio nec est ad mentem S Th. nec soluit rationes Sco. Et quòd diuertat à S. Tho. patet in litera eius in prima parte. q. 36. art. 2. qui sic dicit. Necesse est (inquit) dicere Spiritum sanctum esse à filio. si enim non esset ab eo nullo modo posset ab eo personaliter distingui. Non enim est possibile dicere, quòd secundum aliquid absolutum diuinæ personæ ab inuicem distinguantur, quia sequeretur, quòd non esset trium vna essentia. Quicquid enim in diuinis absoluté dicitur ad vnitatem essentię pertinet. Relinquitur ergo, quòd solum relationibus diuinæ personæ adinuicem distinguantur, relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quòd sunt oppositę. Quod ex his patet, quia pater habet duas relationes, quarum vna refertur ad filium, & alia ad Spiritum sanctum, quæ tamen, quia non sunt oppositæ, nõ constituunt duas personas, sed ad vnam personam patris tantum pertinent. Si ergo in filio, & Spiritu sancto non esset inuenire, nisi duas relationes, quibus vterque refertur ad patrem, illæ relationes non essent adinuicem oppositæ, sicut neque duæ relationes, quibus pater refertur ad illos, vnde sicut persona patris est vna, ita sequeretur, quòd persona filij, & Spiritus sancti esset vna habens duas relationes oppositas duabus relationibus patris. hoc autem est hęreticum, cum tollat fidem trinitatis, oportet ergo quòd filius, & Spiritu sancti adinuicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in diuinis aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis. Oppositæ autem relationes accipiuntur secundum principium, & secũdum quòd est à principio, hæc sancti Tho.

Quicquid in diuinis absolute dicitur ad vnitatem essentia pertinet.

¶Ex ista litera expresse patet, quod si filius nõ spiraret Spiritum sanctum, nullo modo distingueretur a Spiritu sancto, neque distinctione relatiua, neque alia dist. vbi enim habetur litera clara, & aperta sancti Tho. non oportet ipsam ad alium sensum diuertere.

¶Dico secundo, quòd iste nouus expositor non soluit Scoti rationes. Ad quod intelligendum præmitto aliqua.

Caietanus non soluit Scoti rationes.

¶Primum, quòd quæcunque sunt principia essendi, eo modo quo sunt principia essendi sunt etiam principia distinguendi, hæc propositio supra patuit. q. vlt. prologi. respondẽdo ad argumenta principalia. Si enim sunt principia constituendi essentialiter, siue quiditatiuè, sunt etiam principia distinguendi illud essentialiter, & quiditatiuè à quocunque alio. Similiter si sunt principia constituendi accidentaliter, sunt principia distinguẽdi accidentaliter. Si verò sunt principia constituendi personaliter, sunt principia distinguendi personaliter.

¶Secundum est, quòd eo modo, quo relatio constituit relatiuum, eo modo est ratio distinguendi illud, si essentialiter essentialiter, si suppositaliter suppositaliter, si accidentaliter accidentaliter. Relatio verò vnde relatio non constituit relatiuum inquantum ipsa dicit habitudinem ad correlatiuum, vt correlatiuum, quia non est de ratione relationis habere habitudinem, siue terminari ad correlatiuum, sufficit enim quòd terminetur ad absolutum correlatiui, vt patet infra dist. 30. Quicquid sit in diuinis tenendo personas constitui per relationes. Si enim teneretur ipsas constitui per absoluta, de quo videbitur infra dist. 26. relatio terminaretur ad absolutum correlatiui.

Eo modo, quo relatio cõstituit relatiuum, eo modo est ratio distinguendi illud.

¶Tertium est, quòd quæcunque conueniunt, suis rationibus formalibus conueniunt, loquendo de quacunque conuenientia, siue essentiali, siue formali, siue reali, siue ex natura rei, &c. Similiter quæcunque differunt, suis rationibus formalibus differunt, loquendo de quacunque differentia, siue diuersitate. Ista relatio patet à Doct. in pluribus locis.

Quæcunque conueniunt suis rationibus formalibus conueniunt, ex ijsdem etiã differũt, quæcunque differunt.

¶Quartum est, quòd quando in vno constituto tantum sunt duæ entitates constituentes, quarum vna est ratio conueniendi tantum, & alia ratio distinguendi tantum, illa entitas, quæ est ratio distinguendi erit præcisa ratio distinguẽdi à quocunque, quod non est ipsum. Sicut si ponatur, quòd in homine tantum sint animalitas, & rationalitas, & animalitas sit ratio cõuenientiæ, & rationalitas rõ differentiæ, tunc homo distingueretur à quolibet alio præcise per rationalitatem, in proposito, cum filius præcisè constituatur in esse per essentiam, & filiationem, & essentia est ratio tantum conuenientię personarum adinuicem, vt patet, & filiatio est ratio pręcisè distinguendi vnam personã ab alia. posito ergo, quòd Spiritus sanctus nõ procederet à filio, certum est, quòd filius distingueretur à Spiritu sancto, & nõ per essentiam, ergo per filiationem tãtum, falsum esset ergo dicere, quòd non per filiationem. Ex his patet quòd responsio Noui expositoris non concludit intentum. Cum enim filius præcisè cõstituatur in esse per essentiam, & filiationem, ipsa filiatio, vt filiatio erit ratio distinguendi, non tantum à correlatiuo, sed etiam à disperato. Cum dicit, quòd tantum constituit in habitudine ad correlatiuum. Dico, quòd hoc posito adhuc sequitur, quòd erit ratio distinguendi non tantum à correlatiuo, sed etiã à disperato. Posito enim, quòd pater in creaturis cõstituatur in esse per paternitatem, tunc paternitas nõ tantum erit ratio distinguendi patrem à filio, sed etiam à quolibet alio absoluto qd non est pater. Et sic patet quomodo filiatio tantum vno modo distinguit filium à Spiritu sancto, & non illo duplici modo, quem ipse nititur assignare.

Responsio Caietani nõ cõcludit intentum.

¶Præterea. Si Spiritu sancti nõ procederet à filio, sed tantum à patre, certum est, quòd filius non esset Spiritus sanctus, quo quo tunc distingueret ab illo? non essentia diuina, vt patet, nõ aliquo alio à filiatione per

ne per suppositum, quòd tantum cõstituatur in esse per essentiam, & filiation nem? ergo distingueretur sola filiatione: & per consequens non aliter distingueretur filiatione à patre, quã à spiritusancto, ita enim filiatione realiter distingueretur à spiritusancto, sicut à patre.

¶Præterea. Sicut idem absolutum est ratio distinguendi essentialiter constitutum per ipsum, non tantum ab alio absoluto, sed etiam à quolibet alio respectiuo. Sic relatio erit ratio distinguendi relatiuum (loquendo de relatione constituente) non tantum ab alio correlatiuo, sed etiam à disperato relatiuo, necnon & ab absoluto, vt patet. Sic in proposito filiatio in diuinis erit ratio distinguendi non tantum filium à patre, sed etiam à spiritusancto.

¶Multa alia dicit in litera, quæ non credo esse vera, sed breuitatis causa omitto. Quod enim dicit, ꝙ persona filij sit formaliter ipsa filiatio, falsum est. Tũ quia filius includit formaliter essentiam, & filiationẽ vt supra patuit respondendo ab obiectiones Gre. d. a. parte. a. q. t, Tum quia filiatio non potest prædicari formaliter, & in recto de filio hæc enim est falsa. filius est formaliter filiatio. Item quod dicit assumptum esse falsum, &c. patet quomodo assumptum illud est manifestè verum. Nec oportet hic immorari.

Filiatio nõ potest prædicari formaliter, & in recto de filio.

Expositio literæ Doc.

¶Ex his etiam apparet quid dicendum ad Greg. de Arimino in primo d. 11. quæst. vnica. articu. 1. vide ibi.

SEQVITVR in litera. Ibi. Secundo sic per formale. Hic sunt aliqua dicta. Primum, quòd aliquid distingui ab altero adæquate contingit dupliciter. Primo quando extrema, inter quæ est distinctio cõuertuntur, sic intelligendo quòd si a. vniuersaliter distinguitur a. b. ꝙ b. vniuersaliter distinguit ab a. Exẽplum. rationale, & lapis sic adęquate distinguũtur, vt sunt extrema distinctionis: quia bene sequitur, nullũ rationale est lapis. ergo nullus lapis est rationale. vel omne rationale distinguitur ab omni lapide. ergo omnis lapis distinguitur à rationali, & sic rationale est ratio distinguendi quodlibet, de quo prædicatur ab omni lapide, & similiter differentia vltima lapidis est ratio formalis distinguendi omne illud de quo prædicatur ab omni rationali. Et sic intelligit Doct. cum dicit, quòd formale constitutiuum distinguit constitutum ab omni alio, etiam si per impossibile quodcumque aliud ab illo, supple formali constitutiuo circumscribatur, & per illud, supple constitutiuum ipsum constitutum distinguitur primo id est adęquate ab omni non tale: quod supple non habet illam formam constitutiuam; & sic homo distinguitur essentialiter per rationale ab omni eo, quod non est rationale; & hoc adęquate id est conuertibiliter modo supradicto: quia bene sequitur. omnis homo per rationale distinguit à lapide, ab asino, & huiusmodi, & sic conuertibiliter sequitur. ergo omnis lapis, omnis asinus, &c. distinguitur essentialiter ab homine. Secundo accipitur adęquate id est conuertibiliter, & hec cooperando membrum distinctum non ad aliud membrum distinctum, sed ad ipsum distingui. Exemplum. Nam finitum, & infinitum hoc modo distinguũtur: quia omne finitum distinguitur ab infinito, & omne distinctum ab infinito est finitũ, & econtra: & hoc loquendo de distinctione essentiali: quia sapientia diuina distinguitur à bonitate diuina infinita, & tamen sapientia diuina est infinita, & hoc modo rationale non distinguitur adęquate à lapide vt ipsum rationale habet ipsum esse distinctum pro extremo: quia non sequitur t omne rationale distinguitur à lapide, ergo omne distinctum à lapide est rationale. Similiter hic in genere corporis; corpus animatum, & corpus inanimatum adęquatę distinguũtur: quia bene sequitur: omne corpus animatum distinguit à corpore inanimato. ergo omne corpus distinctum à corpore inanimato est animatum, & sic patet ista ratio. Et cum dicit, quod adæquatè in genere corporis primo distinguitur, supple homo à lapide per animatum. Nõ debet intelligi sic, quòd omnis homo, vt animatus distinguitur à lapide: ergo omne corpus distinctum à lapide erit animatum: nõ sequitur, sed sic intelligitur quòd prima ratio distinguendi hominem in genere corporis à lapide est animatum, non tamen est præcisè: quia per impossibile circumscripto animato, adhuc distingueretur per rationale.

Aliqua distingui adæquate contingit dupliciter.

¶Ex secundo medio scilicet ex distinctione emanationum arguitur sic Generatio, supple passiua distingui à spiratione passiua, & hoc per impossibile circumscripto omni alio à ratione generationis, & spirationis passiuę: aut saltem circumscripto hoc, ꝙ spiratio actiua: esset à filio, dum staret tamen distinctio principiorũ generandi, & spirandi, s. distinctio intellectus, & voluntatis. ergo, & quolibet tali circũscripto, puta spiratione actiua filij, staret distinctio filij, & spiritussancti: patet circumscripta spiratione actiua, gñatio passiua, & spiratio passiua distinguũt. ergo generatio passiua, cum sit cõstitutiua filij distinguit filium à Spiritu sancto constituto per spirationem passiuam, & sic distinguerentur circumscripta spiratione actiua. Probatio consequentiæ scilicet ergo, & quolibet tali circumscripto scilicet spiratione actiua, &c. quia impossibile est vnam personam &c. Vult dicere hic Doct. quòd si etiã spiratio actiua filij distinguat personaliter ipsum filium à Spiritu sancto, ergo erit constitutiua ipsius filij, quia distinctiuum essentiale alicuius est cõstitutiuum eiusdem essentialiter, & sic filius dependeret essentialiter à filiatione, siue generatione passiua, & spiratione passiua, quod est impossibile, vt patet in litera, &c.

AD ARGVMENTA principalia, primo arguitur auctoritate Boe. de trinit. essentia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem, ergo persona non distinguitur ab alia, nisi quæ refertur &c.

¶Ad auctoritatem Boe. scilicet quòd relatio multiplicat trinitatem, concedit, quòd relatio dicitur opponi relationi, vel relatiuè, vel disperatè, relatio, quæ opponitur alteri relatiuè est correlatiua ad illã, sicut paternitas, & filiatio, & illa, cui opponitur disperatè non est correlatiua, vt paternitas opponitur disperatè spirationi passiuæ.

Quomodo relatio dicatur opponi relationi.

¶Si dicatur, nonne omnes species inter se opponuntur disperate?

Obiectio

¶Dico, quòd aliquæ tantum opponuntur disperatè, aliquæ, & disperatè, & relatiuè, & sic paternitas, & filiatio, vt sunt species opponuntur disparatè, & vt sunt correlatiua opponuntur relatiuè. Cætera patent.

Solutio.

¶Ad Aug. Sententia literæ est, quòd in diuinis aliqua persona dicitur habere aliquid dupliciter. Primo, vt correlatiuum, sicut pater habet filium, & econtra. Secundo intrinsecè, & quodammodo essentialiter, vt pater habet deitatem, habet bonitatem, & huiusmodi. Primo habens non est res habita, quia pater non est filius. Secundo modo habens est res habita, quia pater est Deus, & sapiens, prædicatione formali, & pater, & deitas, & sapientia prædicatione identica, accipiendo patrem substantiuè, vt patet supra dist. 5. q. a Spiritussanctus non habet filiũ, neque vt correlatiuum, quia est tantum correlatiuum patris, neque intrinsecè, patet, quia vna persona non est intrinsecè in alia, & sic patet ꝙ si Spiritussanctus non procederet à filio, & sic non haberet filium, vt correlatiuum, non tamen sequitur, quòd sit filius, quia non haberet illum intrinsecè.

Persona dicitur habere aliquid dupliciter.

AD

AD RATIONES pro secunda opi. scilicet sancti Tho.

¶Hic Doct. accipit relationem secũdum esse pro pprio esse relationis, quod est esse ad aliud. quiditas enim relationis est esse ad aliud. Si etiam acciperetur secundum esse realis existentiæ, non esset inconueniens, vt supra exposui. dist. 1. q. 2. & dist. 2. parte. 2. q. 1. Dicit ergo Doct. quòd relatio in diuinis manet & secũdum quiditatem & secundum esse, quia quiditas relationis nõ potest esse sine esse ad aliud, quia aliter esset absolutum secundum Aug. 7. de trini. c. 1. vel 6. Si est ad aliud non est substantia, & si est substantia, siue ad se iam non est relatio. Deinde addit Doct. quòd quocunque modo transit esse, transit, & quiditas, quia sicut esse ad aliud, quod est esse relationis verè est idem essentiæ (scilicet realiter non autem formaliteer, quia tunc essentia esset formaliter ad aliud) ita, & quiditas relationis est idẽ essentiæ, nihil enim est ibi, quod non est idem, videlicet, realiter, & essentialiter. Manet igitur quiditas, & esse, quia relatio non est formaliter essentia, quia secundum Aug 7. de trin. non eo verbum, quo sapientia.

Ricardus q. 3. huius distinc mouet istã quæstionem & docet tenere opinionem Thomæ, & eandẽ opinionem quã insequitur Scotus, nam Scotus accepit modum suũ à Ricardo.

¶ Cum igitur dicit Tho. aut distinguitur secundũ esse, aut secundum quiditatem.

¶Dicit, quòd secũdum esse, & secundum quiditatem, Cum dicis secundum esse transit in essentiam, ergo non sic distinguit. Dicit Doc. quòd transit secũdum identitatem supplè realem, sed manet secundũ formalitatem, vt satis supra patuit. dist. 5. q. 2. & di. 8. q. 3. & dist. 2. parte. 2. q. 1.

Distinctio Duodecima.

Circa istam distinctionem duodecimã quæritur. Vtrum Pater, & filius spirent Spiritum sanctum, inquantum omnino vnum, vel inquantum aliquo modo distincti?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauent. 1. sent. dist. 11. q. 2. art. 1.
Scotus primo sent. dist. 12. q. 1.
D. Thomas. 1. parte summa. q. 36. art. 4.
Ricardus. 1. sent. dist. 11. q. 3.
Durandus primo sent dist. 11. q. 3.
Franciscus de Mayronis. 1 sent. dist. 12 q. 1.
Ioannes Bacconitanus, 1. sent. dist. 12. q. 1.

CIRCA 12. dist. quærit Doct. primo. An pater, & filius spirent Spiritum sanctum inquantum omnino vnum, vel inquantum aliquo modo distincti.

In ISTA. q. planum est, quòd pater, & filius sunt vnum principium Spiritu sancti hoc declaratum est in concilio Lugdunen. sub Greg. X. sicut patet extra de sum. tri. & fide ca. & est hodie in 6. lib. decretalium.

¶Ratio autem huius veritatis est ista, quia (vt dictum est. dist. 2.) pater prius origine habet actum fœcunditatis intellectus, quàm volũtatis, in illo priori communicatur filio fœcunditas eadem, quæ est in patre.

Nota hanc expositionẽ.

¶Hic debet accipi prius origine id est prius natura, quia certum est, quòd pater prius natura intelligitur principiare filium, quàm principiare Spiritũ sanctum, quia sicut intellectus intelligitur prior natura voluntate, ita & prius natura est operatiuus, quã voluntas, & similiter est prius productiuus, quàm voluntas. Si enim acciperet prius origine propriè id est prius origine, vt habet à se, & posterius origine, vt habet ab alio, tunc sequeretur, quòd pater à se haberet actum fœcunditatis intellectus, & ab alio actũ fœcunditatis voluntatis, quod est inconueniens. Accipit ergo hic prius origine pro priori naturæ, potest tamen dici prius origine non referendo habere esse à se, vel ab alio, sed referendo ad originationem, quia originatio intellectus est prior originatione voluntatis, tamen in re illa originatio est prius natura, & tamen dicimus, quòd vna originatio est prior alia, &c.

¶Ibi. Hic dicitur quòd supposita, &c. positio Hen. consistit in aliquibus dictis. Primum ibi in principio quòd supposita producentia, puta pater, & filius sunt verè distincta, & tamen non dicuntur spirare inquantum plura, quia habent vnam vim spiratiuã. Secundum ibi. Sed vlterius. Vult Hen. quòd vis spiratiua non dicatur proximum principium fœcundum, quo pater, & filius spirant inquantum est omnino vna, sed sub ratione concordis, id est quòd ipsa voluntas absolutè sumpta, vel amor absolutè sumptus non est principium proximum productiuum Spiritus sancti, sed inquantum voluntas est concors id est quòd inquantum est sub amore concordi, quia amor concors, licet in se sit vnus, potest tamen diuersificari secundum diuersos respectus, vt puta. Nam quando est id, quo pater amat filium, tunc includit vnum respectum patris amantis ad filium amatum. Et vt est id, quo filius amat patrem includit alium respectum scilicet filij amantis ad patrem amatum. Et hoc modo voluntas sub tali amore, vel amor iste sub illis respectibus dicitur ab Hen. fundamentum proximum productiuum Spiritus sancti, & talis amor, vt sic mutuus. vel volũtas sub tali amore dicitur perfectum principium, quia vt sic est amor perfectissimus. Vt dicit ibidem Ricar.

Henricus in summa artic. 54.

¶Dicit Hen. quòd patris, & filij distinctio dupliciter est consideranda. Primo modo, vt dicuntur elicientes actum spirationis, & sic non sunt dicendi spirare, vt plures, quia licet sint plures in se, non tamen propter pluralitatem illam spirauit, quia vt sic habent vnam vim spiratiuam, sed possunt dici, vt plures spirare solum ex distinctione eorum connotata, quæ distinctio prius dicta est, quia ex quo amor ille, vt est patris ad filium, & ecõtra, dicitur principium formale productiuum, vel voluntas sub tali amore, & quia includit hos respectus patris amantis ad filiũ amatum, & econtra, ideo pater, & filius possunt dici spiratur, vt plures pluralitate non primo modo sumpta, vt dicuntur plures elicientes actum, sed pluralitate connotata (vt dixi) & sic patet tota illa opinio.

Lib. 3. c. 19.

CONTRA istam opi. In ista ratione plura sunt notanda, & supponenda. Primum est, quòd Spiritus sanctus dicit liberè productus à principio formali liberè productiuo, quod est sola voluntas, vt communiter conceditur. Secundum, quòd quando dicit doct. quod voluntas infinita intellecta ante omne velle, &c. hoc potest intelligi dupliciter. Primo, quòd voluntas diuina prius est principium productiuum Spiritus sancti antequam eliciat velle, siue actum amoris, & hoc non potest esse, quia vt dixit Doct. dist. 2. & 6. primi, quando aliqua potentia est operatiua, & productiua prius est operatiua, quàm productiua, & sic voluntas diuina, cum sit operatiua, quæ operatio est ipsum velle, & verè productiua, quæ productio est spiratio, ergo prius vult obiectũ infinitum, quam spiret, vel quàm sit principium spiratiuum. Secundo ante omne velle, &c. potest sic intelligi, quòd ad productionem Spiritus sancti requiritur aliquo modo, ipsum velle vt principium formalè

Voluntas infinita potest intelligi dupliciter.

male productiuũ, vel vt ratio formalis productiua, vel aliquo modo pertinens ad rationem formalem producendi, ſicut poſuit Hen. & hoc modo intelligitur, quòd voluntas ante omne velle, &c. & ſic voluntas eſt principium productiuum, ita quòd per impoſſibile circunſcripto ipſo velle, adhuc verè eſſet principium productiuum. Tertio principaliter ſuppono, q̃ velle quomodocunque accipiatur, ſiue vt eſt amor abſolutè, ſiue vt amor mutuus patris, & filij, nunquam poteſt eſſe principium liberum, vt patet. His declaratis ſequitur intentum, quòd ex quo ſola volũtas eſt principium formale productiuum, & merè liberum, ſequitur, quòd habens illam ante productum in eodem inſtanti producit illa, vt principio formali productiuo, ergo & ſic habebitur Spiritus ſanctus. Et ſi per Hen. pater, & filius producũt Spiritum ſanctum amore concordi, vt formali principio productiuo, ergo habebitur duplex Spiritus ſanctus, & hoc eſt quod intendit Doc. & hæc omnia patent vſq; ibi. Secundo probo conſequentiam principalem ſic, &c.

Aduerte bene ad iſta notanda.

¶In iſta ratione ſunt aliqua valde notanda. Primo, quod ſicut reſpectu intellectus duplex eſt obiectum ſcilicet primarium, & ſecundarium, & primarium dicitur à quo eſſentialiter (vt ita loquar) operatio intellectus dependet, vt ſaltem à principio partiali, & ſecundarium, à quo talis operatio nõ dependet, hoc patet à Doct. ſupra diſt. 1. q. 2. Idem dico de voluntate. Secundo ſuppono, quòd in diuinis eſſentia diuina eſt obiectum primariũ, & relationes ſunt obiecta ſecundaria, & intellectio intellectus diuini ſic ſuo modo dependet ab eſſentia reſpectu cuiuſcunq; intelligibilis, maximè neceſſarij, quòd ipſa circunſcripta eſſet impoſſibile intellectum diuinũ cognoſcere aliquid, circunſcripta vero omni relatione, ſiue perſona in diuinis adhuc poſſet intelligere, q̃a eſſentia diuina eſt primarium obiectum, & motiuum, vt patet à doct. vbi ſupra & q. 1. prolo. & 35. & 39. diſt. primi. Doct. idem dico de voluntate, quia velle ipſius ſic ſuo modo dependet ab eſſentia, vt ab obiecto formaliter infinito, & amore infinito amabili, quòd ipſa circunſcripta non poſſet habere amorem, quia à ſola bonitate infinita mouetur ſaltem partialiter, circũſcripta verò omni alia ꝓprietate hypoſtatica, perfectè eliceretur amor à voluntate, & ab eſſentia. Tertio ſuppono, quòd ſicut intellectus, vt operatiuus quaſi dependet ab eſſentia modo præexpoſito, ita, & intellectus vt productiuus ſic dependet, id eſt quòd ſicut operatio intellectus eſt primo ab eſſentia, & intellectu, ita & productio erit primo ab eſſentia, & intellectu, vt à duobus principijs partialiter productiuis integrantibus vnum totale, ſic & voluntas, vt productiua id eſt quòd ſicut operatio voluntatis eſſentialiter (vt ita loquar) eſt à voluntate, & ab eſſentia, ita & productio Spiritus ſancti erit à voluntate, & ab eſſentia, vt à duobus principijs partialiter productiuis integrantibus vnum totale. Quarto ſequitur ex dictis, quòd ex quo voluntas, vt habens eſſentiam ſibi perfectè præſentem tanquã obiectum primarium erit principium Spiritus ſancti, & non vt habens perſonam, vt obiectum amatum, ergo ſi per Hen. voluntas eſt principium Spiritus ſancti, ſiue amoris, vt habet perſonam amatam, ſequitur, q̃ habebitur duplex Spiritus ſanctus quod eſt hæreticum, quia voluntas, vt habet eſſentiam præſentem, erit etiam principium productiuũ Spiritus ſancti, & vt habens perſonã amatam erit aliud principium, & ſic patet tota iſta litera, cuius expoſitio eſt valde notanda.

Eſſentia diuina eſt obiectum primarium, & relationes sũt obiecta ſecundaria.

Quomodo ꝓductio erit primo ab eſſentia & intellectu.

Volũtas habens eſſentiã eſt principium Spiritus ſancti

¶Si dicatur eſſentiam, id eſt ſi dicatur quòd ipſa eſſentia non eſt primum obiectum voluntatis, ſed ratio formalis illius obiecti, & rõ formalis eſt pſona.

¶Dicit Doct. quòd hoc eſt falſum ſcilicet quòd perſona, vel proprietas perſonalis ſit ratio formalis obiecti primi, & patet quia vnius obiecti eſt tantum vna ratio formalis, quæ ratio formalis (vt alias dixi) eſt entitas perfectiſſima conſtituens intrinſecè illud, quod dicitur obiectum in tali ratione obiectali, & ſic ratio formalis eſſentiæ erit ipſa deitas, vel eſſentia, vt hæc. Tum quia ratio formalis obiecti amati prius amatur, & habetur propoſitum, quia tunc illa ratio formalis erit ratio ſpirandi, eo modo, quo concurrit obiectum primum ad ſpirare, litera ſequens eſt clara ex dictis ſupra diſt. 2. diſt. 6.

Vnius obiecti eſt tantum vna ratio formalis.

¶Ibi. Secundo ſic, principium æquè perfectum, &c. In iſta ratione eſt tantum notandum vnum dictũ, ſcilicet quòd tota perfectio producentis non eſt à ſuppoſito producente, ſed à principio formali producendi, ita quòd ſuppoſitum producens non requiritur in producendo, vt aliqua perfectio addenda principio formali productiuo, ſed tantum requiritur, vt quædam diſpoſitio, id eſt quòd quando illud principium productiuum requirit productum realiter diſtinctum, & quando non diſtinguitur ab ipſo realiter, tunc requirit ſuppoſitum, in quo ſit, quod diſtinguatur realiter ab alio ſuppoſito producto, ſicut memoria fœcunda, quamuis ſit principium formale productiuum, & perfectiſſimum, non tamen eſt in potentia propinqua, quia filius in diuinis non diſtinguitur realiter ab illo. Ad hoc ergo, vt ſit in potentia propinqua oportet, quòd ſit in aliquo ſuppoſito, quod diſtinguatur realiter à producto, quod ſuppoſitum mediante illo principio producit. Si ergo ſuppoſitum requiritur tantum, vt principium productiuum ſit in potentia propinqua, & ſi perfectè reperitur in aliquo ſuppoſito, hoc ſufficit.

Nota & bene.

¶Ibi. Et ſi dicas, quòd illud. Vult dicere, quòd voluntas, vt in patre, ſiue amor mutuus abſolutè, non eſt principium, niſi ipſa etiam volũtas ſit in alia perſona ſcilicet in filio, & quàm primum eſt in filio derelinquitur, quòd vt in patre ſit principium, & ſic ad hoc, vt pater habeat ipſam, vt principium, habet inquãtum prior eſt in filio. Et ideo Doct. ſic arguit, quia pater omnem realitatem, quam poteſt habere, habet à ſemetipſo, etiam per impoſſibile filio non intellecto, & loquor ſemper de realitate propria relatiue, quia relatio ſimilitudinis, & æqualitatis, cum non poſſint eſſe, niſi ſaltem inter duo, vt puta quia pater non eſt ſibi ſimilis ſed filio ſimilis, ideo talis ſimilitudo etiam dependet à filio, vt à termino, dicentia verò perfectionem quamuis communia ſunt in patre à ſemetipſo, poſſumus etiam dicere, quòd omnis relatio, ſiue ad intra, ſiue ad extra ſit in patre à ſemetipſo, quia fundamentum earum eſt in patre à ſemetipſo.

¶Si dicatur, nonne paternitas dependet à filio.

Obiectio cũ bona ſolutione.

¶Dico, quòd non quia prius origine pater eſt, pater, quàm filius ſit, cum talis relatio ſit conſtitutiua patris, ſecus eſt in creaturis vbi relationes non conſtituunt, &c.

¶Item, Si in patre eſt perfecta voluntas hoc clarum eſt.

¶Item aut pater voluntate, &c.

¶Senſus huius literæ eſt, quòd ſi volitio patris, vel voluntas vt habet reſpectum ad filium amatum ſit ſufficiens principium eliciendi, ergo circumſcripto filio, vt amante, poterit eſſe principium, ergo non requiritur amor, vt mutuus. Si dicatur, quod non, ſed requiritur ad hoc, quòd ſit principium in patre, quòd includat reſpectum ad filium, & ſimiliter in filio, vt includat reſpectũ ad patrem, & ſic hoc principium eſſet vnum aggregatum ex duobus imperfectis, quod eſt inconueniens.

Senſus huius literæ.

¶Præterea amor. In hoc quod dicit Doct. quòd

cognitio

cognitio illius amoris videtur esse magis immediata ratio principij.

¶Contra hoc quidam arguit, quia non est immediata ratio producendi, vt patet à Doctore dist 2. & 6 & 7 primi dist 1. q. 1. secundi. Similiter intellectus diuinus prius intelligit essentiã, quàm voluntas velit, vel spiret, & tamen talis intellectio nõ est immediata ratio producendi, vel spirandi.

¶Respondeo ad eum, quòd non bene perpendit verba Doc. vt omnes alij, qui contra ipsum arguunt Nam sensus literæ est talis. Quia Hen. dixit, quòd amor perfectus, qui tunc est perfectus, quia mutuus, & quanto perfectior, & quanto iucundior, tanto est ratio formalis producendi, & quia cognoscere diligenter verè condiligere, talis cognitio necessario requiritur ad hoc, vt amor sit iucundior. Nam per impossibile ipsa cognitione circunscripta, amor non esset iucundior patet. Si ergo per illam, est iucũdior, sequitur, quòd erit ratio magis immediata producendi, non sic est de cognitione respectu filij, quia hoc est ex ordine potẽtiæ operatiuæ, & productiuæ. Nam prius est operatiua, vt patet à doct. supra & si per impossibile non intelligeret, adhuc ipse intellectus esset verè productiuus. Hoc idem dico de voluntate.

¶Ibi. Præterea contra opinantem. Sensus literæ est, quia tenet, quòd Spiritus sanctus distingueretur à filio, dato, quòd non esset à filio. Ex quo sequitur Spiritum sanctum, vel non necessariò requirere filiũ ad sui productionem, nec per consequens amorem mutuum, vel quòd illud dictum suum sit falsum, scilicet quòd distingueretur à filio, quia distingueretur à filio, si non esset à filio, quia distinguitur à filio propter alium modum procedendi.

IVXTA. q. istam. In ista litera sunt aliqua notanda. Primum nomen verbale est tale, quòd significat actum per modum habitus, & quietis. & accipio habitum pro quiete eo modo, quo dicimus, habitibus præsentibus cessat motus, & quòd tale nomen verbale significat principium productiuum, si tale, vt tale principium denominat suppositum, vel aliud singulare. Exemplum. Genitor significat principium generandi, vt tale principium denominat suppositum, quod dicitur genitor. Non enim dicimus principium generandi est genitor. Et similiter lectio significat actum per modum quietis, & lector significat principium legendi, vt denominat suppositũ, quia principium legendi non est lector, sed suppositum. Secundum dictum, quando verbum significat aliquid per modum fluxus, & fieri, sicut generare, legere, & huiusmodi, nomen participium sumptum ab illis, vt legens, generans significat per modum fluxus, & fieri, nomen verò verbale, vt genitor, vel lector tantum significat per modũ quietis, & sic est quando dico spirans, & spirator, nam spirator significat principiũ spirandi per modũ quietis. Tertium, quod omnis numerus ponit suum significatum, quod est numerare circa significatum determinabilis ab ipso, sicut cum dico duo homines. Nam significatum hominis est determinabile per numerum. & sic numerus binarius ponit suum significatum scilicet dualitatem circa hominem, vt verè dicantur duæ naturæ distinctæ, sicut cum dico spiratores, poni suum significatum numerus circa significatum determinabilis, quod est spirator, & significatum spiratoris est principiũ formale productiuũ, & sic sensus esset, quòd si pater, & filius essent duo spiratores non tamen essent duo supposita, sed in eis essent duo principia productiua Spiritus sancti, non sic cum dico duo spirantes.

Habitibus præsentibus cessat motus.

Differentia inter lectionem. & lectorem.

¶Ibi. Sed quę ratio quare terminus &c. Tho. dicit in sententia, quòd adiectiuum quia significat formam adiacentem suppositis, ideo distinguitur ad distinctionem suppositorum. Substantiua verò quia non significant formam per modum adiacentis, sed absolutè, ideo non numerantur ad numerationem suppositorum. Exemplum est de albo, & albedine.

¶Sed Doc. ex hoc arguit contra; quia cum substantiuum, & adiectiuum simpliciter significent idem, licet non eodem modo, non videtur possibile adiectiuum numerari quin & substantiuum. sicut si sunt duo alba. ergo & duę albedines.

¶Sed videtur, quòd opi. Tho. possit stare: quia quãdo eadem forma numero plura denominat, adiectiua numerantur ad numerationem suppositorum, & tamen forma illa non numeratur, sicut non sequitur eadem intellectio est in patre, & filio, & spiritusancto. & denominat illas personas, & per ipsam dicuntur tres intelligentes, ergo & tres intellectiones? non sequitur. Sic est in ꝓposito de virtute spiratiua, quæ denominat patrem, & filium.

Obiectio.

¶Dico, quòd instantia Sco. bene valet contra Th. quia de virtute sermonis, cum dico tres intelligẽtes, sequitur ergo tres intellectores: quia ex quo intellector idem simpliciter significat quod intelligens, sequitur propositum. Secus si diceretur. tres personę intelligentes: quia tunc sensus est. quod vna intellectio in proposito denominat tres personas, sed cum dico absolutè tres intelligentes, videtur importari distinctio in forma.

Solutio.

¶Ibi Assigno alia rationem. In ista litera sunt plura notanda. Primo, quòd omne dependens de necessitate terminatur ad aliquod independens, & hoc accipiendò dependens, & independens eiusdem generis. Nam effectus dependet à sua causa effectiua, ideo terminatur ad illam, & finitum ad finem, & accidens ad subiectum, & hæc vltimo modo accipitur hic in proposito. Secundo quando sunt aliqua duo æque dependentia eodem genere dependentiæ, vnũ non potest terminare dependentiam alterius, & dixi æquali dependentia: quia quantitas quamuis dependeat ad substantiam in ratione subiecti, potest tamen terminare dependentiam albedinis, vt patet in sacramento altaris, & quando æqualiter dependent vtrũque terminatur ad tertium independens. Tertio, cũ dico duo spirantes. ista duo adiectiua æqualiter dependent eodem genere dependentiæ, ideo ly duo, non potest dependere, vel terminari ad spirantes: quia sic terminari est ponere suum significatum circa spirantes, quod non potest esse, cum æqualiter dependeant. ergo ista duo terminantur ad tertium, puta ad personas, & est sensus. duo spirantes idest duæ personæ spirãtes. cum verò adiectiuum terminatur ad substantiuum ponit suũ significatum circa illud, & sic dicendo duo spiratores: ly duo ponit suum significatum circa spiratoris significatum: & sic ponit suum significatum circa vim spiratiuam, & sic essent duæ vires spiratiuæ, quod est falsum. Quarto cum dicit, quòd adiectiuum in diuinis videtur posse substantiuari in masculino genere. Hoc debet intelligi, quòd semp subintelligitur Deus, & similiter spiritus subintelligitur persona, & similiter cum dicitur pater, & filius sunt vnus. ly vnus quamuis sit adiectiuũ dicitur substantiuari: quia statim subintelligitur aliquis idest sunt vnus Deus, & similiter hoc, pater, & filius non sunt vnus idest non sunt vnus aliquis, vel vna persona, &c.

Quando dicimus duo spirantes, tam duo quã spirantes adiectiua sunt id, requirunt aliquod substantiuum subintelligi quòd cernitur sortiri significationem scilicet personæ ut dicatur duo spirantia supposita seu duę personę spirantes & hoc usus quando dico duo spiratores, duo est adiectiuum & sperator est substantiuum, & ita significatur spirationem actiuã in patre, & filio multiplicari.

¶Ibi. Tunc ad illam consequentiam, &c. Quando dicit Doct. quod verum est quando consequens distinguitur in illis non accipitur hoc consequens pro omni eo, quod sequitur ad antecedens, sed accipitur consequens prout accipitur in fallacia consequentis, quod est superius, vel commune ad plura, & antecedens

dens quod est quodammodo inferius, & sic ad numerationem antecedentis, sequitur numerano consequentis, quando ipsum consequens id est commune distingu tur in inferioribus, sicut hic sunt duo homines, ergo duo animalia, quia animal distinguitur in illis. In proposito verò, quia vis spiratiua, quæ est communis patri, & filio non distinguitur in illis, immo est tantum vna, ideo non sequitur ad numerū personarum numerus virtutis spiratiuæ, & ideo nō sequitur, sunt duo spirantes, id est duæ personæ spirantes, ergo duo spiratores? quia in cōsequente significatur vis spiratiua distincta.

AD ARGVMENTA. Omnia vidētur mihi clara præter pauca, quæ ponimus.

¶ Ad secundum dico. Quia licet actio vere sit alicuius singularis existentis, vt ipse met doct. declarauit supra dist 4. q. 2. & in quoli, q. 2. Et hoc non improbat doct. sed q ita dicit quòd spirare est alicuius spiratoris singularis existentis communis patri, & filio, contra hoc arguit, quia spirator dicit relanonē realem ad Spiritum sicut generator ad genitum, & sic aliquid, quod esset commune patri, & filio diceret relationem realem ad Spiritum sanctum, & si spirator prius intelligeretur in se, videretur habere relationem realem ad Spiritum sanctum, hoc autē est inconueniens, quia relatio realis in diuinis est tantū personæ ad personam, vt patet.

Obiectio. ¶ Si dicatur nonne principium productiuum in diuinis, puta memoria fœcunda dicit relationem realem ad productum?

Solutio. ¶ Dico quòd non, vt patet supra dist. 2. & 5. q. 1. in diuinis producētis ad productum est relatio realis, sed principij productiui ad productum non, quia tunc memoria fœcunda realiter distingueretur à producto.

SECVNDAM huius distinctionis quæstionem pertranseo, cum ex se pateat, maximè in scotica via imbutis. Nec iudicio meo ibi aliqua video, quæ maiori nostra expositione egeat, nisi ad responsionem illius confirmationis ibi. Respondeo de istis ordinibus.

¶ Pro cuius dilucidatione nota glosam nostram super di. præsenti in principio responsionis quæ sic incipit. In ista. q planum est, quòd pater, & filius, &c. Vide etiam Doct. in 2. dist. 1. q. 1. & in quoli. q. 4. & in reportatis. q. 1. prolo. & in formalitatibus, & in theorematibus, & alibi. Et sic terminatur ista di. 12.

Distinctio Decimatertia.

Quæritur vtrum Spiritus sanctus sit genitus, vel vtrum productio Spiritus sancti sit generatio, vel distinguatur ab ea?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauent. 1. sent. dist. 13. q. 1. art. 1.
Alexander Alensis. 1. parte summa. q 43. memb 1.
Scotus primo sent dist. 13. q 1.
D. Thomas. 1. parte summa. q. 27. art. 2.
Ricardus 1. sent. dist. 13. q 3.
Durandus primo sent. dist 13. q 2.
Ioannes Bacconitanus in corpore quæstionis 13 q. vnica.



TRVM Spiritus sanctus sit genitus, &c. ¶ Titulus. q. sic intelligitur, cum quæritur an Spiritus sanctus sit genitus, quia persona genita tantum, differt à spirata p. generationem passiuam, & spirata tantum per spirationem passiuam, & ideo si persona spirata esset genita nulla esset differētia, & propriè cum istæ personæ differant inter se per generationem passiuam, & spirationem passiuam, quæritur an generatio passiua differat à spiratione passiua?

HIC SVNT multæ viæ. Prima opi. est Ægi. Et varro. Opi. Ægi est, quod generatio passiua, & spiratio passiua distinguitur per terminos id est per personas productas, ad quas terminantur istæ productiones. Et patet hoc p illud philosophi. 5. phi. t. c. 4. vbi vult, quod motus distinguantur per terminos. Magis (inquit) in quod, quàm ex quo mouetur denominatur mutatio id est mutatio denominatur magis à termino ad quem, quàm à termino à quo. hoc idē patet. tex. com. 5. & tex com. 48. vbi dicit. Et dicitur vnusquisque in quod mutat magis, quàm ex quo vt sanatio in sanitatem, & ęgrotatio in ęgritudine.

Egi. de Roma & Varro.
Primo sententia dist. 12. art. 2.

¶ Contra hoc instat Doct. quia emanationes non habent esse per terminos, igitur nec distinctionem. Hic Sco. supponit vnum scilicet quòd generatio passiua, & spiratio passiua inter se differant, sed dubitatur per quid differant & hoc dupliciter scilicet per quod differant formaliter an per seipsas, an per aliquam differentiā intrinsecam eis? sicut homo differt ab asino per rationale. Secundo per quid quasi principiatiuè, vel causatiuè? id est quæ est causa distinguendi ista duo in ratione principiatiuè? sicut dicimus, quòd aqua principiatiuè est causa distinguendi frigiditatem à calore ignis & econtra, & est sensus, quia sunt tales causæ, ideo producunt sic distinctos effectus, & sic Sco diuersimodè quærit per quid istę productiones differant essentialiter. Et ponitur prima opi. Ægi quòd spiratio passiua, & generatio differant per producta, ideo Doct. arguit contra, quia non formaliter per illa, cum non sint de essentia, nec originaliter, quia non habent esse per producta, immo magis econtra.

Scotus quærit distinctionē à priori, & Aegidius, & D. Thomas reddūt causam a posteriori.

¶ Ad illud. 5. phi est ad oppositum, quia motus nō distinguitur penes terminos, nisi quia formæ fluentes sunt eiusdem rationis cum formis terminantibus, vt patet de calefactione, & frigefactione, quæ ita distinguūtur sicut calor, & frigus. ad quæ terminātur, & non accipitur calefactio pro solo respectu, sed pro ipso calore. qui successiuè acquiritur. Et de hoc satis dictum est in secundo dist. 2. q 9. Sed in proposito non est hic fluxus eiusdem rationis, cum termino. patet quia generatio non est eiusdem rationis cū verbo, qui fluxus dicitur via ad terminum, sicut generatio est via in genitum id est & terminatur ad genitum, nec similiter generatio est via, siue quasi fluxus cum termino formali generationis, quia ille est essentia diuina vt supra patuit dist. 5. q. 2. sed generatio est relatio ergo non est eiusdem rationis.

D. Thomas prima parte summa. q. 36 art 2 soluendo vltimum argumentum.

ALIO MODO ponitur, &c. Tho. dicit, quòd spiratio passiua differt à generatione passiua p hoc, quod ipsa est à patre, & filio, & generatio passiua tm̄ à patre id est quòd ipsam esse à duobus est ratio distinguendi ab illa, quæ tantum est ab vno, & doct. improbat hoc. Et sensus primi argumenti est, quòd quæ sunt ab eodem principio formali possunt esse eiusdem rationis si illud sit in pluribus, siue in vno, vt exemplificat de albedine. Aliquid ergo esse à pluribus suppositis non est ratio distinguendi respectu illius, quod tantum est ab vno supposito ergo oportet quærere aliquid aliud, per quod distinguantur.

¶ Item secundum istam viam. Non saluat Tho. tantum esse duas productiones, quia si vna productio tantum differt ab alia, quia est à duobus, & alia tantum ab vno, ita posset poni, quòd tertia productio per eandem rationem potest distingui, ita quòd tertia distinguatur à secunda, & prima, quia tertia est à tribus, secunda à duobus, prima ab vno, & similiter de quarta, & sic in infinitum eundo, sic non ponit tantum

D. Thomas debebat assignare distinctionē rationem formalem, & intrinsecā, deinde assignādo distinctionem extrinsecam penes principia, debebat assignare rationem extrinsecam essentialē tamen assignauit rationē extrinsecā accidentalem, videlicet ipsa supposita.

tantum duas productiones sub aliqua ratione distingui sic, quòd impossibile est esse plures.

¶ Ibi. Item omnis distinctio. Sensus huius literæ est, quòd omnis distinctio est inter extrema primo diuersa, vel est reducenda ad aliqua primo diuersa, & hoc formaliter. Exemplum distinctio, quæ est inter hominem, & asinum, vel est inter ipsa tanquam inter aliqua primo diuersa? & hoc non, quia conueniunt quiditatiuè in animali. ergo distinctio hominis, & asini reducenda est ad aliqua primo diuersa, & sic distinguuntur per rationale, & irrationale. Et sic debemus accipere primo diuersa, id est non conuenientia quiditatiuè in eodem simpliciter prædicato, quomodo conueniunt homo, & asinus, qui conueniunt in animali quiditatiuè, rationale vero, & irrationale non. Et si vltra quæratur an rationale, & irrationale sint primo diuersa in se? patet quòd non, quia conueniunt in ente quiditatiuè, vt patet supra distinctione 3. quæstione tertia, & sic distinctio rationalis, & irrationalis reducenda est ad aliqua primo diuersa, puta ad vltimas differentias, quæ non conueniunt in aliquo quiditatiuè, vt patet à Doct. vbi supra & est sensus. Si homo, & asinus differunt essentialiter, ex quo non sunt primo diuersa, per quid differunt? Dico, quòd per rationale, & irrationale, rationale, & irrationale differunt, ex quo non sunt primo diuersa absolutè, ergo per aliquid. Dico, quòd per vltimas differentias, quæ non conueniunt in aliquo quiditatiuè, & illa sunt primo diuersa. Et illæ per quid differunt? seipsis tantum, & intelligo sic, quòd quando aliqua differunt, & seipsis differunt, circunscripto quocunque alio per impossibile, adhuc differunt per suas rationes formales, & illæ rationes formales sunt primo diuersa maximè vltimæ, & differunt per quid? dico quòd seipsis, id est quòd circunscripto quocunque alio adhuc seipsis differunt, & sunt rationes formales distinguendi formaliter illa, quorum sunt tales rationes. Sed spirationem passiuam esse à duobus, ita quòd esse à duobus sit ratio formalis distinguendi illam à generatione passiua, quæ tantum est ab vno, tunc circunscripto quocunque alio, adhuc esset ratio distinguendi posito illo solo, & hoc est falsum, quia prius res est in se, quàm intelligatur esse ab alio, sicut habuimus à doct. distinct. 3. quæst. quinta contra Henri. Nam prius intelligo lapidem absolutè, & secundo intelligo relationem fundari in illo; & terminari ad producẽs, in illo ergo priori certum est, quòd distinguitur à generatione passiua, ergo non per se, quia à duobus. Et vltra. Si ipsa tantum esset à patre adhuc distingueretur à generatione passiua, vt patuit supra distinctione 11. quæstione secunda. Et quia doct. addit ibi. Talia non sunt vnitas, vel pluralitas, &c. Argumentum formo aliter. Omnis distinctio est inter aliqua primo diuersa, vel reducenda ad aliqua primo diuersa, id est quòd omnis distinctio est originatiuè, vel ab aliquibus primo diuersis; vel reducenda ad aliqua primo diuersa originatiuè, sed spiratio passiua, & generatio passiua verè distinguuntur, ergo erit ab aliquibus primo diuersis, quibus positis, & omni alio circunscripto, erunt originatiuè talium distinctorum, sed posita pluralitate suppositorum, & vnitate, id est posito, quòd spiratio passiua sit à duobus, & generatio passiua ab vno, certum est, quòd circunscripto intellectu, & voluntate, esse à duobus non est principium distinguendi spirationem passiuam à generatione passiua, sed quia vna est per modum naturæ, & alia per modum voluntatis, modo si spiratio passiua posset esse à patre, & filio circunscripta voluntate non esset libera, & hoc est, quod dicit, non tamen sic intelligo, quòd intellectus, & voluntas sint

Rationes quæ sunt à Scoto tantum concedunt contra eos, qui tenent quod in diuinis intellectus, & volũtas sũt tantum ibi distincta per intellectũ.

primo diuersa absolutè, quia in conceptu entis conueniunt, sed dicuntur primo diuersa, quia non conueniunt in formali realitate, ita quòd dicantur vnum formaliter, vel si non sunt primo diuersa absolutè, possunt tamen reduci ad aliqua primo diuersa, puta ad vltimas differentias distinguentes illa.

ALITER PONITVR. Quia Doct. non tantum quærit an spiratio passiua, quomodo distinguatur à generatione passiua, sed etiam quomodo spiratio actiua distinguatur à generatione passiua, & à generatione actiua. Nam est similis. q. ideo Goff. hic ponit spirationem actiuam distingui à generatione passiua, & actiua, & vult, quòd ratio distinguendi illam ab eis, est quia ipsa stat cum generatione actiua, & passiua, & generatio passiua non stat cum actiua.

Goff. quolib. 3. q. 3.

¶ Et quia hoc nihil est ideo doct. arguit contra, & tota sententia est hæc, quia aliquid esset compossibile cum aliquo, & aliquid esset incompossibile, ista compossibilitas, vel incompossibilitas præsupponit illa compossibilia, & incompossibilia prius esse in se, & in tali priori distingui, patet quia compossibilia suis rationibus formalibus sunt compossibilia, & incompossibilia suis rationibus formalibus sunt incompossibilia, vt patet à Doct. supra distinctione 2. parte prima, quæst. 1. ad hoc ergo vt. a. dicatur compossibile, vel incõpossibile. b. oportet, quòd. a. habeat prius esse, sed in proposito loquimur de prima dist. scilicet de distinctione essentiali proprietatum adinuicem, & sic prius dicuntur quiditatiue distingui, quàm intelligatur compossibilitas, vel incompossibilitas.

Contra opinio Goff.

¶ Deinde instatur, quia ista opi. non assignat quare non possunt esse infinitæ personæ, quia semper posterior relatio posset stare cum oppositis relationibus prioribus, sicut tu dicis, quòd spiratio actiua stat cum generatione actiua, & generatione passiua, & generatio passiua non stat cum actiua, ideo spiratio distinguitur à generatione, ergo si tres personę producerent quartam, tunc productio respectu quartæ personę stat cum tribus oppositis prioribus, & vna illarum pręcedentium non stat cum alia, & sic posset procedi in infinitum in personis. Si enim spiratio actiua tantum distinguitur, quia potest stare cum generatione actiua, & cum opposito generationis actiuę scilicet cum generatione passiua, & passiua non potest stare cum actiua, nec econtra, ex hoc non ponis in diuinis tantum esse duas productiones, scilicet vnam per modum naturę, & aliam per modum voluntatis, patet quia & si ponitur tertia productio, quę fit à patre, filio, & Spiritu sancto tunc illa stabit cum generatione actiua, & passiua, & cum spiratione actiua, & passiua, & generatio actiua non stabit cum passiua, nec spiratio actiua stabit cum spiratione passiua, & sic stat distinctio illius productionis tertię ab alijs, & sic posset esse processus in infinitum, & ista opi. non ponit necessario determinatum numerum productionum, siue rationem determinati numeri. Nam à Sco. ponuntur tãtum duę productiones diuersarum rationum propter diuersitatem principiorum, scilicet intellectus, & voluntatis.

¶ Ibi. Contra istam viam. Hoc argumentum vadit contra Tho. inquantum res prius intelligitur in se, quàm in respectum ad aliud, vt dixi supra, & vadit cõtra Goff. quia res prius intelligitur in se, quàm intelligatur compossibilis, vel incõpossibilis alteri, ita quòd talis entitas est causa compossibilitatis vel incompossibilitatis, & distinctio aliquarum rerum est causa compossibilitatis, vel incompossibilitatis earũ, & non ecõtra. i. quòd compossibilitas, vel incompossibili-

D. Thomas prima parte summa quæstio. 27. art. 4. in solutione argumenti primi.

tas non est causa distinctionis, quia prius in se sunt distincta, quam intelligantur compossibiles, vel incompossibiles, & sicly, non econuerso, positum in litera oportet referri ad hoc scilicet q distinctio talis rei, & rei est causa compossibilitatis, vel incōpossibilitatis, & non econuerso. idest q compossibilitas, vel incompossibilitas talium rerum non est causa distinctionis earum.

¶Ibi. Præterea istæ productiones distinguuntur: quia vna est per modum naturæ, & altera per modū voluntatis. hæc autem distinctio productionum nō tantum est à suppositis producētibus: patet quia suo modo præintelliguntur ipsis suppositis, loquendo de relationibus constitutiuis, nec distinguūtur, quia vna stat cū aliqua, & altera non stat vt supra patet. sed distinguūtur à principijs formalibus distinctiuis originatiuè; quia vnum est productiuum per modum naturæ, & aliud per modum voluntatis.

¶Respondet sic opinans, q productio ibi vna est per modum naturæ, & alia per modum voluntatis, non quia vna persona producatur naturaliter, & alia non, sed quia productio vna est similis productioni naturali, & alia est similis productioni voluntariæ, naturale enim agens producit non supponens aliā productionem, & sic productio filij dicitur per modū naturæ: quia non præsupponit aliam: productio voluntatis præsupponit aliam s. illam, quæ est per modū naturæ, & intellect⁹: & ita ꝓductio spiritussancti dr̄ per modū volūtatis: quia spiritussanctus producitur simili modo illi productioni, quæ propriè dicitur esse productio voluntatis. s. præsupponendo aliā productionem.

¶Doc. instat contra hoc ibi. Ista expositio non videtur esse secundum intentionem sanctorum attribuentium istas productiones propriè intellectui, & voluntati, &c. Nam filius in diuinis dicitur verbum ex vi productionis suæ, vel filius: quia ex vi productionis (vt declaratum est supra) est imago patris spiritussanctus verò non, sed spiritussanctus ex vi productionis suæ dicitur amor, vt declaraui supra in di. 10. in responsione ad primum argumentum principale. Si ergo spiritussanctus diceretur produci liberè ex hoc solo, q præsupponit productionem filij, sequeretur, q ex vi productionis suæ esset filius, quia si idē principium producit vnum per prius, & aliud per posterius, ita quòd necessariò prius præsupponitur. secundum non diceretur alterius rationis ex vi productionis suæ à primo: nec secundum diceretur magis produci liberè ex vi productionis suę, quam primum. Et vltra: quia productio artificialis præsupponit productionem verbi in intellectu. idest cognitionem perfectam illius artificialis, quæ dicitur verbū. ergo spiritussanctus cum præsupponat huiusmodi cognitionem posset dici produci per modum artis.

Filius in diuinis dicitur verbum ex vi productionis.

ALITER dicitur à Tho. quòd generatio passiua, & spiratio passiua per hoc distinguuntur: quia vna est prior, & altera posterior. Sed hoc nihil est: quia res prius intelligitur in se, quam comparetur ad aliā in ratione prioris, vel posterioris, & sic in tali priori distinguitur.

Tho. parte prima q. 27

ALITER dicitur ab Hen. Ipse dicit, quòd spiratio actiua, & passiua distinguuntur penes principia formalia elicitiua: quia vult (vt supra patuit dist. 7. & 10. q ipsa essentia sub relatione est principium determinatum ad productionem, puta filij, & sub alia ad productionem spiritussancti. Sed improbatio huius clara est, vt patuit supra dist. 7. Et vltra. quæ est manifestior distinctio inter spirationem passiuam, & generationem passiuam, cum sint in diuersis suppositis, quam inter relationes existentes in eodem supposito, modo manifestior, & notior distinctio non est per aliquam minus manifestam.

Hen. in sū. art. 37. q. 7.

ALITER ponitur, quòd generatio passiua, & spiratio passiua distinguuntur per naturam, & voluntatem, quæ inter se sola ratione differunt. idest quòd voluntas est principium spirationis passiuæ, & non generationis passiuæ, & sicut sunt principia essendi elicitiua, ita, & distinguendi.

Henr. quol. 5 q. 6.

¶Ibi. Contra istud. quia distinctio realis non præexigit necessario distinctionem rationis. Vide glo. supra dist. 8. q. pen. contra Henr. Maior istius rationis (quæ est distinctio realis non prçexigit necessariò distinctionem rationis) ab aliquibus negatur, & ponitur instantia de ideis, quæ differunt tantum ratione, & creaturæ realiter differunt, & tamen distinctio realis creaturarum necessario præsupponit distinctionem rationis idearum.

¶Contra istud arguitur. Et primo probatur maior. scilicet quòd distinctio rationis non sit ratio, vel causa distinctionis realis. probatio clara est, quæ consistit in hoc. Si enim ens rationis est causa distinguendi aliqua realiter, & per consequens essendi, tunc ens reale dependebit in esse, & in distingui ab ente rationis tanquam à ratione formali producendi, quod est impossibile: quia ratio formalis producendi, vel est nobilior producto, vel æquè nobilis, & ens rationis semper est ignobilius ente reali: & hoc est quod dicit: quia si sic. s. ita. causa vt quod, & diuersæ rationes, sub quibus causat sint, s. b. c. quæ sint rationes formales producendi, vt quo, & sic patet.

Ens rationis semper est ignobilius ente reali.

¶Ibi. Etsi dicas. Dicit Henr. quòd licèt intellectus, & voluntas, quæ sunt diuersæ rationes producendi, & tantum sunt entia rationis, in diuinis tantum vt habent esse cognitum in intellectu participat esse existentiæ intellectus, & inquantum participant tale esse, possunt esse rationes formales producendi ens reale.

¶Contra. Ex hoc sequitur. In ista litera Sco. ponit duo inconuenientia. Primum: quia si voluntas esset principium formale productiuum inquantum participat esse existentiæ intellectus diuini. ergo intellectus ille, cuius est tota existentia, erit magis ratio producendi spiritum sanctum. patet quia si non producit, nisi inquantum participat tale esse existentiæ. ergo à fortiori, vt est existens per essentiam magis producit. Secundum, quòd respectu verbi erit duplex principium productiuum, patet quia intellectus per te, vt habet esse cognitum, & vt est ens rationis causatum ab intellectu est principium productiuum inquantum participat esse realis existentiæ intellectus negociatiuus. ergo à fortiori, & ipse intellectus, cuius est tota existentia erit principium, & sic respectu verbi erit duplex principium. quod est falsum. Et quomodo intelligatur secundum Hen. quòd intellectus sit ibi, vt intellectus, & vt negociatiuus, & vt causatus in esse rationis à seipso patet supra d. 8. q. penul.

Henricus contra Scotum.

¶Ibi. Quia si non attribuas, &c. idest quòd voluntas, vt tantum est ens rationis habens esse cognitum tantum, cum possint habere esse cognitum, etiam ipsis non existentibus, sequitur, quòd actio realis poterit esse ab ente diminutio nullam existentiam habente, quod est impossibile.

¶Ibi. Si dicatur hic. Vult dicere Henr. quòd quamuis cognitio abstractiua possit esse non existentis, non tamen cognitio intuitiua, & cum omne cognitum in diuinis respectu intellectus diuini sit intuitiuè cognitum, sequitur, quòd illud, vel erit in se existens, vel in essentia diuina existens.

¶Ibi. Contra. Illa ratio. Dicit Doc. q illa ratio puta intellectus, & volūtas, q̄ ponit ꝓpria rō principiādi in Deo, ponitur causari ab ipso Henr. per actum in-

intellectus

tellectus in obiecto cognito, & causatum in obiecto cognito, inquantum tale, non dicitur ibi existere, quia obiectum cognitum inquantum tale habet esse diminutum.

Obiectio. ¶ Si dicatur, quòd causatur in essentia inquantum existens, & noo inquanium cognita.

Solutio. ¶ Contra, quia nihil causatur ab intellectu negociāte in aliquo inquantum existente, sed solum inquantum cognito, vt patuit supra in glo. contra Henri. distin. 8. quæst. 3. & quicquid est in essentia, vt est existens, est ibi præter intellectum negociantem, ergo ex natura rei, & sic si intellectus, & voluntas essent ibi hoc modo, tunc non essent entia rationis, quod est contra Hen.

¶ Ibi. Præterea secundo. Hęc ratio includit aliqua. Primo, quòd essentia diuina existens in tribus mouet intellectum patris ad simplicem noutiam sui, ita quòd existens in tribus prius monet ad notitiam simplicem sui, quàm sit ibi aliqua ratio fabricabilis ab intellectu. Nam prius est notitia simplex, & deinde est notitia negociatiua, siue comparatiua, qua comparatur vnum cognitum ad aliud. Secundo si essentia diuina est in filio, & in Spiritu sancto, & vt ibi prius mouet ad notitiam simplicem ante omnem negociationem, certum est, quòd erit in filio, & in Spiritu sancto per productionem. Et quæro quid sit principium productiuum respectu filij, & Spiritus sancti? Non essentia sola: quia tunc vna persona non esset magis per modum voluntatis, quàm alia. Nec per essentiam, & paternitatem, & spirationem actiuam: quia istæ non sunt formales rationes producendi, neque determinandi essentiam ad productionem filij, & Spiritus sancti, vt patuit supra distin. 7. & 10. ergo erit in filio per intellectum, tanquam per principium productiuum, & in Spiritu sancto per voluntatem, ergo intellectus, & voluntas sunt ibi principia ex natura rei, quod patet, quia ipsa essentia, vt est in filio, & Spiritu sancto prius mouet ad notitiam simplicem, quàm ad negociatiuam, & non est in illis, nisi per intellectum, & voluntatem, & præcedunt omnem negociationem. Et hoc quod dicit. Et si intellectus est ibi ens rationis, tunc esset circulus in prioritate naturali, quia idem prius, & posterius, patet nam si essentia est in filio per intellectum, & intellectus ibi est ens rationis, vt præcedit essentiam, vt in filio, & ex alia parte essentia, vt in filio, cum prius moueat ad notitiam simplicem, præcedit omne ens rationis, & sic ipsa, vt in filio esset prior, & posterior, quod est inconueniens.

Essentia simul cum intellectu est principium productiuū.

¶ Ibi. Si autem dicas. Quamuis hoc sit extra textum, tamē solutio huiusmodi patet ex dicto modo, & ex dictis in dist. 8. q. 3. & magis patebit infra di. 30. & in secundo distin. 1 q. 1. quòd omnis relatio rationis, siue omne ens rationis causatur ab intellectu negociatiuo, vt communi tribus, vt quòd omne ens rationis sequitur ipsum intellectum iam in tribus existentem.

¶ Ibi. Præterea tertio. Hæc ratio clara est, & in hoc consistit, quia respectu vnius productionis oportet assignare vnam rationem formalem producendi, illa ergo ratio producēdi, vel erit essentia sola vnà cū intellectu ex natura rei, & habetur propositū, quòd persona habens illam potest producere, vel erit essentia, & intellectus, vt est ens rationis? & sic erunt vnum ens per accidens, & magis ens per accidens, quàm subiectum, & passio, modo nullum aggregatum ex subiecto, & passione potest esse vna ratio formalis producendi aliquid per se, multo minus aggregatum ex ente reali, & ex ente rationis, aut erit sola relatio rationis, puta intellectus, vt est quædam relatio rationis, & patet quòd non, quia relatio realis, cum non sit formaliter infinita, non potest esse principium formale producendi aliquid infinitum, multo minus nec relatio rationis.

Quare relatio non possit esse principium producendi aliquid infinitum, nec essentia diuina sola.

¶ Si dicas, quòd essentia nuda? Hoc improbatum est supra, quia tunc non essent duæ productiones, vna per modum naturæ, & alia per modum voluntatis.

¶ Ibi. Præterea quarto. Hæc ratio in hoc consistit, quia si intellectus, vel voluntas sunt ibi tantum ens rationis, & non idem formaliter essentiæ, nec possunt identificari sibi realiter, quia quod identificatur enti reali, est ex natura rei, & sic essent aliqua plura in Deo non identificata realiter sibi, quod est contra simplicitatem diuinam.

Difficultas. SED ORITVR difficultas contra Sco. quia ipse vult, quòd in Deo sit aliqua relatio rationis ab æterno causata ab intellecto diuino, vt patet infra distin. 30. & in secundo distinct. 1. quæstione prima, & certum est, quòd non est idem formaliter Deo, nec identificatur realiter, ergo erit contra simplicitatem Dei.

Responsio. ¶ Dico, quòd est inconueniens apud Hen. quia ipse ponit illas esse in essentia diuina formaliter, non quòd sint de formalitate ipsius, sed quòd sint ibi fundatæ, & quòd sint rationes producendi, quæ sunt valde inconuenientia, quæ sequeretur sic ponere illas in Deo, & non perfectè idem realiter. Doct. autem si ponit ens rationis, non ponit illud habere aliquam rationem principij, nec dicere aliquam perfectionem, & huiusmodi, & sic non est contra simplicitatem Dei.

Alia responsio. ¶ Dico vltra, quòd non habet ponere illa subiectiuè in Deo, sicut Hen. sed tantum obiectiuè, sicut etiā ideæ sunt in mente diuina non formaliter, & subiectiuè, sed tantum obiectiuè.

Ideæ sunt in mente diuina non formaliter, & subiectiuè, sed tantum obiectiuè.

¶ Ibi. Illam instantiam. Hic doctor dicit non affirmando, quòd si idea ponitur esse rationem formalem in Deo producendi ideatum ipsum, ipsa est perfectior ipso ideato. Nam esse cognitum lapidis in mente diuina, vel ipsum lapidem in esse cognito in mente diuina ponitur habere simpliciter verius, & perfectius esse, quàm in seipso, quia vt intelligit ab intellectione diuina denominatione extrinseca, ab illa dicitur esse cognitum, & quia intellectio diuina est ipse Deus, ideo lapis in tali esse cognito participatiuè potest dici Deus, patet similiter à Doct. in quarta distinctione prima, quæstione prima.

Esse cognitū lapidis in Deo est perfectius ipso lapide.

¶ Ibi. Præterea instantia. Vide glo. supra distinctione 8. quæst. 3. contra Henri. quomodo distinctio realis non præexigit necessario distinctionem rationis, &c.

Doct. arguit contra opin. Adam & ui de Alex. de ales. Adam primo libro sen. distin. 6. q. 1. art. 2.

IBI. CONTRA hoc. In hac ratione Sco. supponit aliqua, Primo, quòd Spiritus sanctus secundum sanctos est productus liberè, & filius naturaliter, siue per modum naturæ. Secundo, quòd si Spiritus sanctus est productus liberè, aut hoc est, quia immediatè ab essentia diuina? & hoc non, quia essentia diuina, vt essentia non est principium productiuum liberum, vt patet. Et vltra, si filius, & Spiritus sanctus sunt immediatè ab essentia diuina, non apparet quomodo vna persona dicatur liberè producta, & alia naturaliter, aut hoc est quia productio, qua producitur Spiritus sanctus est libera, ita quòd talis productio posita in esse dicitur liberè eliciriua, quamuis talis productio sit immediatè ab essentia? & hoc non, quia productio illa posita in esse non est liberè elicitiua, & hoc est, quod probat Doct. in simili de actu voluntatis, quia ille actus, posito etiam, q liberè producatur, tamen vt est positus in

actu, non eſt liberè eliciuus, quod dupliciter probat doct. Primo, quia ſi volitio generat, generat habitum naturaliter. Secundo, quia tunc eſſet in poteſtate voluntatis, poſito actu in eſſe, triſtari, & lętari, quod eſt falſum. Nam voluntas ſi liberè delectatur, hoc eſt, quia liberè producit actum, ad quem naturaliter ſequitur delectatio, ſed ſtante tali actu non eſt in facultate triſtari, & lætari, patet quia poſita volitione circa præſens delectabile, ſtante illa non eſt in facultate voluntatis delectari, vel non, quia ad ipſam volitionem neceſſario ſequitur delectatio, & ſi talis volitio eſſet liberè elicitiua delectationis, ſtante ipſa volitione, adhuc eſſet in poteſtate voluntatis delectari, vel non, quod non videtur. Similiter eſt de nolitione reſpectu noliti. Exemplum de nolitione mutilationis manus. nam ſtante mutilatione manus eſt in poteſtate voluntatis triſtari de illa, vel non, quia eſt in poteſtate eius nolle illam, vel non, ſed ſtante nolitione illius mutilationis nolitæ, ad quam nolitionem ſequitur triſtitia, non eſt in facultate voluntatis triſtari, vel non de mutilatione manus. Et ſi ipſa nolitio eſſet liberè elicitiua triſtitiæ, tunc ſtante tali nolitione eſſet in facultate voluntatis poſſe triſtari, & non triſtari, cuius contrarium experientia docet. Si ergo actus voluntatis liberè productus, & poſitus in eſſe non eſt eliciuus liberè, multominus ſpiratio erit liberè productiua. Nam ipſa, vt eſt ab eſſentia immediatè, eſt naturaliter producta, non liberè. Cætera patent vſque ad argumenta principalia. Et Sco. concludit ad quæſtionem, quòd ipſe productiones ſeipſis diſtinguuntur formaliter, & principiatiuè, ſiue originatiuè diſtinguūtur per intellectum, & voluntatem, quia illæ potentiæ ſic ſe habent, quòd intellectus producit per modum naturæ, & voluntas per modum libertatis.

Pulchrum exemplum.

AD ARGVMENTA principalia ad primum. In iſta litera ſunt tria dicta ſatis ſingularia. Primum, quòd generatio in creaturis, vt eſt mutatio (de qua ſupra diſt. 2. quæſt. 3. & diſt. 5. quæſt. 2.) dicitur naturalis, quia materia, quæ eſt ſubiectum generationis eſt naturaliter incl[illegible]a ad formam ſubſtantialem, & hoc vt recipiat illam. Et merito dicit doct. diſtin. 18. ſecundi, quòd natura dicitur de principio paſſiuo, de quo ibi. Dicitur etiam generatio naturalis, quia principium generatiuum habet naturalem inclinationem ad producendum ſibi ſimile. Secundum eſt, quòd generatio in diuinis dicitur vt tantum eſt à principio productiuo, & terminatur ad productionem, ita quòd non eſt ibi eſſentia, vt materia, quæ quodammodo dicatur ſubiectum generationis, ſiue filiationis, vt ſatis deductum eſt. diſtin. 5. quæſt 2.

Natura dicitur de principio paſſiuo.

¶ Non dicitur ergo generatio naturalis in diuinis ex hoc, quòd eſſentia ſit inclinata ad talem proprietatem, quia cum æqualiter ſit inclinata ad omnes, etiā ſpiratio poſſet dici generatio, ſed dicitur naturalis quia habitudo, quæ idem eſt, quod ipſa generatio dicitur naturalis, & ex hoc dicitur naturalis, quia pater generans naturaliter inclinatur ad generationem filij, & quod naturaliter inclinetur hoc habet à ratione formali producendi, puta à memoria fęcunda, & hæc eſt optima reſponſio. Tertium, quòd generatio vno modo ſumitur, vt terminatur ad ſubſtātiam productā, & eſt à ſubſtantia producente, alio modo, vt terminatur ad viuum, & eſt à viuo, & hoc modo animal generatur, & non propriè ignis dicitur generari, & ibi agens inclinatur, &c. vt ſupra. Et hoc vltimo modo videtur eſſe generatio in diuinis, quia viuentis à viuo, & hoc cum inclinatione naturali, vt ſupra. Tamen prima reſponſio videtur melior, ſcilicet quòd dicatur generatio, vt ſimpliciter eſt à producente ad productum cū naturali inclinatione, &c. & non ſolum vt eſt viuentis à viuo. Modo Spiritus ſanctus non dicitur generari, quia talis productio non eſt per modum naturæ.

Quare dicatur generatio naturalis in diuinis.

Generatio duplex.

Ignis nō propriè dicitur generari.

Spiritus nō dicitur generari, quia talis productio non eſt per modum naturæ.

¶ Ad ſecundum. Et patet reſponſio, quia non ſequitur, aliqua duo dicuntur vniuoca id eſt eiuſdem rationis in tertio, ergo inter ſe ſunt eiuſdem rationis? & ratio eſt, quia illud tertium eſt illimitatum.

¶ Ibi. Contra iſtud argumentum. Hoc argumentum, & ſecundum, & reſponſiones eorum ſunt claræ ex dictis hic, & ſupra diſtinctione 2. quæſt. 3. & alibi.

¶ Ibi. Præterea productum. Vult in iſto argumento, quòd ſi iſtæ productiones non ſint vniuocæ inter ſe, ſed alterius rationis, quòd etiam producta per illas ſint alterius rationis, quod patet quia productū per intellectum ex vi productionis talis dicitur notitia genita, & productum per voluntatem ex vi talis productionis dicitur amor procedens, ergo videtur quòd ſi tales productiones ſint formaliter alterius rationis, quòd etiā notitia genita, & amor ſpiratus, vt huiuſmodi, ſint alterius rationis, quod videtur inconueniens.

¶ Ibi. Ad tertium dico. Hic Doct. reſpondet in ſimili, q; hoc argumentum non concludit ipſa producta eſſe alterius rationis, patet quia ſicut tenentes generationem in diuinis eſſe æquiuocā in ſe, ex hoc tenere habent, quia productum eſt alterius rationis à producente, & ſimiliter tenentes ſpirationem eſſe æquiuocam in ſe, tenere habent ex hoc, quòd ſpiratū eſſet alterius rationis à ſpirante, & tamen non ſequitur, quòd ſi illæ productiones ſint æquiuocæ inter ſe, quòd producta ſint æquiuoca inter ſe, quod patet, quia ſol ſi producit duos vermes eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ inter ſe, productio vnius vermis dicetur æquiuoca, quia vermis ille eſt alterius rationis à ſole, & ſimiliter productio alterius vermis erit æquiuoca, quia ille alius vermis eſt alterius rationis à ſole. Sic in propoſito, non ſequitur. Si productiones iſtæ ſint alterius rationis inter ſe, quòd producta ſint alterius rationis, & ſi quid concluditur, concluditur tantum, quòd ſi productiones ſunt diſtinctæ, ergo & producta ſunt diſtincta, non tamen tanta diſtinctione quanta inter productiones, vel ſequitur, quòd ſi productiones ſunt diſtinctæ, quòd formales termini erunt diſtincti, & accipit hic doct. formales terminos generati, & ſpirati pro ipſis proprietatibus, quæ formaliter conſtituunt perſonas, & non eſſentia diuina, quia eſt eadem ſimpliciter, & hoc eſt quod dicit.

¶ Ibi. Sed contra arguo. Vult hic probare doct. quòd generatio notitiæ genitæ ſit verè æquiuoca, & productio amoris infiniti ſit verè æquiuoca. Nam doct. vult, quòd generatio filij ſit vniuoca, & ſpiratio Spiritus ſancti ſimiliter, vt patet ſupra diſt 8. inter ſe tamen non dicuntur vniuocæ, id eſt non eiuſdem rationis, & probatur ſic, quia notitia actualis eſt alterius rationis a memoria, & ſimiliter amor actualis eſt alterius rationis à voluntate, cum ergo filius dicatur notitia genita, ergo filius eſt alterius rationis à memoria fęcunda, & ſic dico de amore. Reſpondet doct. quòd aliud eſt loqui de primo termino productionis ſcilicet primitate originis, & primitate adæquationis, & tamen in iſta litera ponit plura dicta. Primum, quòd quando dicit doct. quòd genitum ex vi productionis ſuæ ſit notitia actualis; Hoc debet intelligi appropriatè id eſt quòd filius ex quo producitur per modum intellectus eſt notitia actualis appropriatè tamen, & dicitur appropriatè, quia in creaturis, quod producitur ab intellectu dicitur verè notitia, tamen hæc

notitia

notitia est communis tribus, licet approprietur filio ex vi productionis suæ, Secūdū, q filium esse notitiā actualē appropriate pōt dupliciter intelligi, aut primitate originis, aut primitate adequationis, non primo, quia primum absolute, quod est in filio est essentia, quæ est quodammodo fundamentum notitiæ actualis, & aliarum perfectionum, & si notitia illa esset primum origine in filio, & non essentia, tunc essentia non vniformiter esset in tribus, quòd est falsum. Nam vt in patre est fundamentū omnium perfectionum, & vt in filio, & vt in spiritu sancto, & si notitia illa esset primum in filio esset fundamentum essentiæ, & aliarū perfectionū. primū ergo primitate originis in filio, & in spiritu sancto est ipsa essētia, nō q propriè sit origo inter essentiam, & illas perfectiones. Sed sic debet intelligi, q in originatione filij, primum est essentia, secundum aliæ perfectiones, tertiū ꝓprietates: & sic in originatione spiritussācti. Tertium dictum. q notitia illa, nec essentia, nec perfectiones illæ, nec proprietas est primū primitate adęquationis, sed est ipsa persona constituta ex essentia, & ꝓprietate, & alijs perfectionibus. Quartum, quando in productione alicuius ponitur aliquod primum primitate originis contingit dupliciter, primo, vt talis primitas, & posterioritas est inter res, & res, vt si ignis generaret ignem causando materiam, & formam. Tunc materia, quæ est alia res à forma diceretur primum primitate originis, & ignis productus compositus ex tali materia, & forma diceretur primum primitate adæquationis. Aliquando talis primitas, & posterioritas non est propriè inter rem, & rem, sed inter conceptum, & conceptum, vt si homo produceret hominem. primus cōceptus in homine producto esset ens, secundus substantia, & sic descendendo, primum tamen primitate adęquationis esset & ipse homo productus.

Primum primitate originis in filio est essentia diuina.

¶Vult ergo dicere Doc. quòd primum productū primitate adæquationis est simpliciter eiusdem rationis cum producente: quia omnis perfectio, quæ est in producto, est etiam in producente, licet ergo primitate productum primitate originis, cuiusmodi est essentia non sit eiusdem rationis cum producente: quia producens est relatiuum, & essentia non nec etiam notitia actualis cum patre: quia ipsa est absoluta, & formaliter infinita: pater verò non, nec etiam proprietas filij sit eiusdem rationis cum proprietate patris, vt patet, tamen ipsum productum primitate adęquationis dicitur eiusdem rationis, cum idem habeat eandemmet perfectionem cum producente, Et hoc est, quòd intendit Doct. in ista litera.

Primum productum primitate adęquationis est simpliciter eiusdem rationis cum producto. Aduerte hunc passum.

¶Et cum addit ibi. Sed adhuc videtur stare argumentum. Ista instantia, licet sit soluta, tamen Docto. respondet dando eandem solutionem, scilicet quòd vniuocatio attenditur penes productum primum, primitate adæquationis eo modo, quo exposui. Dicit ergo, respondeo, & dico, quòd non est æquiuoca productio, si principium productiuum non est eiusdem rationis cum termino formali producto, loquēdo de termino formali primo producto, qui est persona producta, & principio productiuo, supple, qđ est ratio formalis producendi: quia certū est, q memoria fęcunda, quæ est principium formale producendi filium non est simpliciter eadem cum filio, sed requiritur, quod illud, quod est principium productiuum nō communicetur genito eiusdem rationis, & illud quod est terminus formalis in producto, nō sit eiusdem rationis in producente. exemplum homo producit hominem, natura humana in homine est principium formale producendi Frācìscum, certum est, quod ipsa est alterius rationis à Francisco, & tamen talis generatio non dicitur æquiuoca, immo vniuoca: quia similis ratio producendi, puta natura humana cōicatur Frācisco, vt terminus formalis, & ille terminus formalis est eiusdē rōnis cū principio formali productiuo ideo Franciscus productus est eiusdē rōnis cū homine producēte. Si verò terminus formalis Francisci esset alterius rationis à formali principio productiuo, puta si sol ꝓduceret Frācìscū natura hūana in Frācìsco est alteri⁹ rōnis à natura solis, q̄ ē principiū formale ꝓductiuū, & hoc ē, q dicit.

¶Ibi. Opposita autē istorū sunt in proposito, &c. Supple quia principium formale productiuum in patre est simpliciter idem in filio, & illud idem in filio est terminus formalis, & sic filius est eiusdem rationis cum patre, & cum dicit quia memoria est formaliter in notitia genita actuali, idest quòd eadē memoria fęcunda, quæ est in patre est formaliter in filio genito, qui dicitur notitia actualis, & hoc per attributionem, & talis notitia attributa filio est formaliter in persona generante, & hoc sic debet intelligi. Et in sententia vult dicere, quòd omnis perfectio, quæ est in patre generante est in filio genito, & econtra, licet ordine quodam: quia prius origine essentia, & primo aliæ perfectiones. vt supra exposui.

Distinctio decimaquarta.

Decima Quinta, & Decimasexta. Vtrum. Qualibet persona diuina mittat quamlibet personam, & remittatur.

Quæstio prima.

Seraphycus Bona 1. sent. dist. 1 5. q 3. & 4 Artic. 1.
Alex Alensis. 1 parte summæ. q 77 membro. 1.
Scotus 1. sent. dist. 1 4. 1 5 16.
D Thomas, 1. parte summa q. 43. Artic. 1. 4 5. & 7.
Ricardus 1. sent. dist. 1 5 q 1 & 2.
Durandus. 1. sent. dist 16 q. 1.



Trum qua libet persona diuina mittat quamlibet personam, & mittatur? Titulus hic expositione minime indiget: quia ex se clarus est,

IN ISTA quæstione videtur esse opinio Magistri, quæ stat in vno scilicet q mitti, siuè missione inuisibili, siuè visibili cōpetit tm̄ ꝑsonis ꝓductis, mittere verò tribus personis. Sed Doc. vult probare hic, quòd sicut mitti tantum competit personis productis, ita, & mittere tantum competit personis producentibus, & argumenta videntur clara. Et quando dicit in vltimo mittere, & mitti videntur dicere relationes oppositas, sicut producere, & produci. si. ergo mittere non includit producere. ergo nec correlatiuum includit correlatiuum, idest ergo nec mitti, quod est correlatiuum ad mittere includit produci quod est correlatiuum ad producere.

Opinio. Magistri.

VIDETVR ALITER posse dici. Hæc opin. consistit in isto, quòd sicut mitti tantum competit personis productis, ita, & mittere competit personis producentibus, & sic solus pater mittit filium: pater verò & filius spiritum sanctum. Et, vltra dicit, quòd mittere personam est operari per eam, & ita operari effectum cum illa persona per modum auctoris dantis illi personæ actionem, idest quòd quando pater mittit filium, tunc per ipsum filium operatur aliquem effectum, puta incarnationem, & cum ipso filio ipsam operatur, tamen pater auctoritatiuè, & filius subauctoritatiuè, quia habet à patre vt efficiat illam incarnationem, & sic de alijs missionibus.

Quid sit mittere personam.

¶Et si dicatur, nonne Spiritus sanctus misit filium?

¶Respondet, quòd non, sed tantum Christum incarnatum, non autem verbum incarnandum, id est non efficit cum filio incarnationem quasi auctoritatiuè.

¶Si dicatur, ergo operationes ad extra non sunt communes tribus.

Omne opus ad extra est cōmune tribus.

¶Respondet, quòd omne opus ad extra est commune tribus, & ita Spiritus sanctus effecit incarnationem filij, sicut pater, & filius, sed tamen Spiritus sanctus non misit illum incarnandum, quia mittere personam, est vltra efficere aliquid cum illa persona auctoritatē habere, id est quòd persona mittens operetur auctoritatiuè cum persona missa, & missa subauctoritatiuè, quia hoc est quando habet virtutem operandi à persona, & sic licet Spiritus sanctus effecerit incarnationem filij simul cum filio, quia tamen non dedit hanc virtutem filio, ideo non misit illum, & hoc est, quod dicit in responsione argumenti magistri, & hæc opi est satis probabilis.

Ad Dardanum. *Mittere est cōmune tribus.*

LICET AVTEM hæc via. Hic doct; propter verba Aug. declinat ad opi. Magistri scilicet quòd mittere sit commune tribus, & mitti tantum competat productis, & hanc positionem declarat, & dicit aliqua. Primum, quòd mittere aliquam personam alicui est manifestare illi talem personam procedere, vel produci id est quando pater, filius, & Spiritus sanctus mittunt filium alicui, nihil aliud est, nisi quòd reuelant, vel manifestant ipsum filium produci à patre, vel esse à patre. Similiter quando tres personæ mittunt Spiritum sanctum alicui, nihil aliud est, nisi reuelare illi Spiritum sanctum procedere à patre, & filio, ita quòd mittere tantum significat ipsam manifestationem actiuam, & non connotat personam producentem, quia tunc sola persona producens mitteret. Secundum dictum, personā mitti significat ipsam manifestari, & connotat ipsum produci ab alio, ita quòd de ratione mitti passiuè duo sunt, &c. Et hoc est, quod dicit Doct. quòd mittere est merè essentiale id est commune tribus, nec connotat respectum realem æternum in mittente id est quòd non connotat in mittente relationem realē producentis ad productum, sed mitti vltra significatum, quod est manifestari, connotat respectum supernaturalem in persona missa, scilicet relationem realem producti ad personam producētem. Tertiū ibi Et posset quidem aliud verbum imponi id est ꝙ posset poni aliquod verbum, quod tantum significaret missionem actiuè id est manifestationem, non connotando relationem realem, &c. & missionem passiuam, connotando relationem realem, vt supra sed quia indigemus vocabulis, & verbis, ideo oportet vti sicut possumus.

Quid sit mitti. *Quid sit mittere.*

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum dico, &c. Clara est responsio ex superius dictis, quia mitti significat respectum rationis formaliter ad mittentem, quod est manifestari ad manifestantem, sed connotat respectum æternum scilicet relationem realem (vt dixi) non ad mittentem, quia mittens id est quòd persona missa non dicit relationem realem; puta producti ad mittentem inquantum mittens, quia tunc, cum tres personæ mittant, diceret relationem realem ad seipsam, vt mittentem, quod est falsum, sed connotat relationem realem producti ad aliquam personam producentem inquantum producens non inquantum mittens.

Mittere, & mitti significant simpliciter idem.

¶Ibi. Ad secundum cōcedo. Hic Doct. vult, quòd mittere, & mitti significent simpliciter idem, quia mittere significat missionem actiuam, siue manifestationem, & mitti significat missionem passiuam, siue manifestationem, sed non vult doct. quòd si passiuum vltra principale significatum connotat aliquid, quòd actiuum connotet correlatiuum connotati à passiuo, quia mittere tantum significat missionem, non connotando relationem realem producentis ad ipsum productum, mitti verò significat missionem passiuam, connotando relationem realem producti ad personam producentem.

Distinctio Decimaseptima.

In qua magister agit de immissione inuisibili? Vtrum necesse sit ponere charitatem creatam formaliter inhærentem naturæ beatificabili, vel sic necesse in habitu ponere.

Quæstio Prima, & Secunda.

Seraphicus Bonauent. 1. senten. distinct. 15. quæstione prima Artic. 1.
Scotus primo sent dist. 17. q 1.
Ricardus 1. sent. dist. 17. q 1.
Durandus primo sent. dist 17. q 4
Franciscus de Mayronis 1 sent. dist. 57. q. 1.



TRES quæstiones mouet Doct. In præsenti dist. quarum prima est. An necesse sit ponere charitatem formaliter inhærentem naturæ beatificabili? Secunda. An necesse in habitu ponere rationem principij actiui respectu actus? Tertia est de modo augmenti charitatis. Et doct. primo respondet ad secundam, & primo ponit opi. Hen. quæ stat in duobus dictis. Primum, quòd habitus naturalis id est naturaliter acquisitus ex frequentatis actibus sic se habet ad potentiam, cuius est, quòd ipsa potentia est principium effectiuum actus sequentis habitum, sed habitus est causa expeditionis illius actus. Exemplum. Voluntas, quæ de se est indeterminata ad actus temperantiæ, iustitiæ, & huiusmodi, causat immediatè actum temperantiæ, vel iustitiæ, ita quòd talis actus tantum est à voluntate, vt à totali causa. Sed quòd expeditè, & faciliter eliciatur à voluntate hoc habet ab habitu. Et hoc fortè non est improbabile. Ideo doct. contra hoc non arguit. Et secundum hoc debet intelligi virtus, quæ habentem perficit formaliter, & opus eius bonum reddit id est promptū, & expeditum. *Opi Henri. quolib. 4. q. 10.*

¶Secundum dictum est de habitu supernaturali puta charitate. Vult enim Hen. quòd voluntas nullo modo se habeat effectiuè ad actum meritorium, puta ad dilectionem Dei, vel proximi meritorium puta ad dilectionem Dei, vel proximi meritoriam, sed sola charitas sit principium effectiuum actus meritorij. Et sic de habitu supernaturali intelligitur illa diffinitio virtutis primo cœli tex commen. 116. vbi sic ait. Dicamus ergo, quòd diffinitio potentiæ est vltimum potentiæ rei, & ibi Commen. Manifestum est autem, quòd potentia non est diffinienda, nisi per vltimum actionis, & cum ita sit manifestum est, quòd potentiæ rerū non terminantur, nisi per suos fines, & per eos distinguitur quælibet potentia rerum habentium potentias diuersas. Verbi gratia, vt cum voluerimus diffinire potentiam illius, quod potest mouere per centū leuchas, nō dicemus, ꝙ habeat potentiam mouendi per

minus,

minus, quàm per centum. Potentia igitur non diffinitur, nisi per finem sui actus, non per illud, quod est ante finem. Hæc commen. & sic communiter allegatur, quòd virtus est vltimum de potentia. Et sic charitas dicitur talis virtus, id est quòd est virtus supernaturalis agens secundum vltimum potentiæ.

CONTRA ISTAM opi. Hic Doct. arguit contra secundum dictum. Et primo sic, quia tunc sequeretur, quòd charitas esset simpliciter potentia, patet quia illud est potentia, quo quis potest simpliciter operari, ergo si charitas est totale principium actus meritorij, erit quo voluntas potest simpliciter mereri, & sic charitas dicetur potentia merendi, & non voluntas, quod est falsum. Sicut dicimus, quòd calor in igne est simpliciter potentia calefaciendi, quia est, id quo ignis simpliciter calefacit.

¶Secundo arguit ibi. Præterea ex hoc sequitur vlterius, quòd non plus erit voluntas bona, si operetur per habitum charitatis, quàm lignum perficitur in agendo, si agit per calorem sibi accidentaliter inhærentem &c. Inimo plus sequitur, quòd sicut calor, si esset separatus æquè calefaceret, ita & charitas, si esset separata æquè meritoriè ageret. Propter istas tamen rationes Doct. est notandum quòd actus meritorius potest dupliciter accipi. Primo pro substantia actus. Secundo pro acceptatione passiua, quæ est quædam relatio rationis, vt infra patebit. Exemplum. dilectio Dei super omnia, potest accipi, vt tantum includit illam entitatem absolutam, quæ est dilectio, vel vt vltra includit acceptationem passiuam, qua à voluntate diuina acceptatur, vt condigna vita æterna. Si Hen. intelligit, quòd sola charitas est principium actus meritorij, tam quo ad substantiam actus, quàm quo ad acceptationem illam argumenta Doct. concludunt contra ipsum. Si verò intelligit, quòd sola charitas est principium illius acceptionis passiuæ, principium dico totale, & si hoc sit falsum, vt infra patebit, tamen hæc argumenta non concludunt contra Hen. quia talis acceptatio passiua est tantum à voluntate diuina, quæ determinauit actum procedentem à charitate acceptare ad vitam æternam. Sed quia Henri. intendit de actu meritorio, etiam quantum ad substantiam, quòd sit à sola charitate, ideo argumenta Doct. concludunt contra ipsum. Et quòd sic intelligat patet per tertiam rationem, quam doct. facit contra Hen.

Actus meritorius potest dupliciter accipi.

¶Ibi. Præterea, operatio non elicitur liberè, cuius principium actiuum est merè naturale, & agens per modum naturæ, sed habitus, cum non sit formaliter voluntas, nec per consequens formaliter liber, si est principium actiuum erit merè naturale, ergo operatio eius non erit libera, & ita nullum velle erit liberum, si eliciatur ab habitu, vt à totali principio actiuo.

¶Quarta ratio est ibi. Præterea. Tunc homo habens semel charitatem nũquam posset peccare mortaliter. Quia habens formam aliquam actiuam sibi prædominantem, nunquam potest moueri contra inclinationem formæ prædominantis id est totius actionis producentis, sed charitas si est principium actiuum totale prædominatur ipsi voluntati, quæ non potest in actum illum, ergo voluntas semper sequitur inclinatione charitatis in agendo, & ita nunquam peccabit.

¶Quinto, & vlti. arguit. ibi. Præterea actus non est meus, qui non est in potestate mea, quia ipse si est actiuus non erit liber, sed principium naturale, ergo illud diligere non erit meum, nec potero dici agere ista operatione, & ita actiones meritoriæ non sunt voluntatis, nec suppositi volentis, qđ est incõueniẽs.

ALIA VIA. Hic ponitur opi Gotf quoli. 9. q. 4. Et hæc opi. cõsistit in duobus dictis. Primum, quod potentia est causa tam actus naturalis, quàm meritorij, & hoc quo ad substantiam actus. Exemplum. Supponendo, quòd actus potest considerari dupliciter. Vno modo quo ad essentiam, & substantiam ipsius, vt hæc dilectio tantum includit essentiam dilectionis, & hæcheitatem cum actuali existentia. Alio modo quo ad intensionem, sicut ipsa eadem dilectio vltra essentiam, & hæcheitatem includat aliquam intensionem, qua dicatur intensa, vt duo, vel tria. Dicit ergo ista opi. quòd voluntas bene est causa dilectionis, primo modo: s. quo ad substãtiam dilectionis. Sed non secundo modo. s. quo ad intensionem ipsius. Secundum dictum est, quòd habitus, siue naturalis, siue supernaturalis est tantum causa intensionis actus, & nõ substantiæ actus. & hanc opi. improbat Doct. quia non videtur possibile, quòd vna causa sit causa alicuius actus quo ad substantiam, & non sit causa quo ad intensionem, & hoc probat.

Opin. Gotf.

¶Ibi. Contra istud arguo sic. Et ratio stat in hoc, quia non est possibile recipere naturam ab aliquo, & hanc signatam, quin recipiat eam in certo gradu, vt quòd à calore sit hæc natura caliditatis, & non sit in aliquo gradu perfectionali, hoc patet, quia intensio formaliter est gradus intrinsecus ipsius. Dicere enim aliquam causam, puta. a. causare hãc albedinem actu existentem, & aliam causam causare intensionem ipsius, est dicere repugnantiam, quia quicunque gradus intensionis de necessitate includitur in aliquo indiuiduo, ita quòd non potest causari vnus gradus intensionis albedinis ab aliqua causa, quin ab eadem causetur albedo, cuius est talis gradus. Gradus enim intrinsecus non distinguitur formaliter, nec realiter ab eo, cuius est gradus, vt supra exposui. in distin. 8. quæst. 2. in responsione ad primum argumentum principale.

Gradus intrinsecus nõ distinguitur formaliter, nec realiter ab eo, cuius est gradus.

¶Ibi. Iuxta hoc quasi ex eodem medio Hæc litera infra declaranda est, & supra declarata est in simili. dist. 3. q pen.

¶Ibi. Præterea secundo. Per hanc rationem reducit ad hoc inconueniens, quòd voluntas habituata producens actum secundũ substantiam semper produceret illum intẽsissimè, patet quia ex quo habitus agit secundum vltimum potentiæ, & est causa intensionis actus, sequitur, quòd illi actui tantam intensionem, quantam potest dare, & ita voluntas quantumcunque ex modico conatu operetur, semper esset actus eius æquè intensus. Cuius oppositum experimur.

¶ Ibi. Præterea si habitus det intensionem actui. Ista ratio stat in hoc, quia certum est, quòd habitus ille, qui dat intensionem actui, cum non sit infinitus, dat intensionem in certo gradu, puta si ipse habitus est perfectus vt quatuor, tunc voluntas habituata tali habitu causabit actum intensum, vt quatuor, ita quòd substantia actus erit à voluntate, & tota intensio ab habitu, modo fiat voluntas perfectior, quæ dicatur perfecta, vt quinque, ita quòd excedat in perfectione aliam voluntatem sic habituatam, certum est, quòd talis voluntas poterit producere actũ perfectum sine habitu. sicut voluntas illa habituata, & sic intensio actus poterit esse à sola voluntate, vt patet.

¶ Ibi. Præterea sola voluntas infinita circunscripta omni ratione habitus potest habere actũ infinitum. Vt patet de intellectu diuino, qui habet intellectionẽ formaliter infinitam, & similiter voluntas habet amorem formaliter infinitum, cuius est principiũ, vt supra patuit. d. 2. q. 1. & specialiter de volũtate. di. 10. Ergo volũtas in quocũq; gradu naturæ põt in actum determinati gradus, vt voluntas perfectior in

actum perfectiorem, & imperfectior in actum minus perfectum, & patet ista consequentia: quia sicut summũ ad summũ, ita simpliciter ad simpliciter &c.

TERTIO MODO attribuendo habitui aliquo modo rationem principij actiui, &c.

Opinio Scoti.

¶Doc. vult hic, ꝙ habitus concurrat actiuè, vt causa partialis ad actum, & hanc opi. tenet quamuis ita expressè non dicat, tamẽ vt infra patebit. ad hoc declinare videtur; & hoc idẽ tenere videtur in 3. d. 37. q. vnica in responsione ad argumenta principalia. Et in hac litera videtur tenere, ꝙ habitus, & potentia sint duę causę partiales respectu actus eo modo, quo dicendum est de intellectu, & obiecto, sic intelligendo, quòd voluntas habituata nata est habere perfectiorem actum, quam non habituata agens æquali conatu: ergo habitus est partialiter causa respectu actus perfecti, qui vt sic non posset esse à potentia nõ habituata. Et in hoc istæ duæ causæ differunt ab intellectu, & obiecto: quia intellectus, & obiectũ sic sunt causæ partiales necessariæ respectu intellectionis, ꝙ est impossibile vnam sine altera producere, etiam minimam intellectionem talis obiecti. Et ideo intellectio quantum ad suum esse, etiam perfectissimum necessario dependet ab intellectu, & obiecto, vt supra patuit. d. 3. q. 7. & 8. Hic autem actus, etsi necessario dependeat ab habitu, saltem quantum ad aliquẽ gradum perfectionalem, in quem sola potentia non posset, tamen actus absolutè consideratus, non necessariò dependet ab habitu, vt patet de actibus præcedentibus habitum.

Intellectio quantum ad suum esse, etiam imperfectissimum dependet ab intellectu, & obiecto.

¶Ibi. Sed tunc est dubitatio, cum illa duo non sint causæ eiusdem ordinis, vel rationis, sicut duo trahentes nauem, quod eorum habeat rationem prioris.

¶Arguit Doct. pro vtraque parte: & primo probat, quòd habitus sit prior causa, siuè principalior; quia determinat, & inclinat potentiam ad actum, & non econuerso.

¶Deinde arguit ibi. Sed oppositum huius videtur primum. Hic probat, quòd potentia sit principalior causa actus, & hoc tenet, & probat multis rationibus, vt patet in litera: Primo: quia potentia vtitur habitu, & non econuerso. ergo. Secundo: quia potentia est illimitatior ad agendum, eo quòd ad plura se extendit. Tertio: quia si habitus esset principalior causa, cum agat per modum naturæ: moueret voluntatem per modum naturæ: quia potentia eo modo agit, quo mouetur, & sic omnis potentia habituata esset naturalis, & nullo modo libera. Quarto: quia tunc habitus esset potentia: quia esset illud, quo primo habens potest operari. Quinto: quia potentia est causa habitus non econtra. ergo est causa superior.

¶Ibi. Concedo igitur propter istas rationes, quòd tenendo habitum esse causam partialem respectu actus erit causa secunda, non prima. Sed ipsa potentia erit causa prima, & absolutè non indiget habitu ad operandum, minus tamen perfectè operabitur sine habitu, quàm cum habitu. & hoc posito ęquali conatu ex parte potentiæ, & litera patet.

¶Ibi. Contra istam opi. arguo sic. Hic Doct. arguit quatuor modis probãdo, ꝙ habitus non sit cã actus.

Quomodo habitus non sit causa actus.

¶Primo sic, nulla distincta specie sunt ęquiuocè causæ sibi inuicem agentes. Sed habitus, & actus distinguuntur specie, & actus est necessariò causa ęquiuoca habitus: ergo habitus non erit causa similis actus. Pro intelligentia huius literæ est notandum, ꝙ quando dicit Doc. quòd causæ ęquiuocæ non sunt sibi inuicem causæ, non debet sic intelligi, quòd si. a. est causa ęquiuoca respectu b. quòd b. sit causa æquiuoca respectu a quia ibi nulla est difficultas: quia talis circulus in causis essentialiter ordinatis est impossibilis. Sed sic debet intelligi, quod quando vnũ indiuiduum alicuius speciei est causa æquiuoca indiuidui alterius speciei, nullum indiuiduum alterius speciei poterit esse causa æquiuoca alicuius indiuidui contenti sub specie, cuius aliud indiuiduum ponitur causa. Exemplum. Sol est causa æquiuoca vermis, certum est, quod nullus vermis erit causa solis, & ratio est, quia si vnum indiuiduum alicuius speciei ex sua ratione formali sit causa æquiuoca indiuidui alterius speciei, sequitur ipsum ex sua ratione formali esse perfectius illo, & quolibet indiuiduo illius speciei, & sic nullum indiuiduum speciei imperfectioris poterit esse causa æquiuoca indiuidui speciei perfectioris. Sicut enim aliqua species est essentialiter perfectior alia, ita quodlibet indiuiduũ speciei perfectioris erit essentialiter perfectius quolibet indiuiduo speciei imperfectioris, vt patet à Docto. Cum ergo actus præcedens habitum sit causa ęquiuoca habitus, sequitur, quòd habitus non erit causa æquiuoca actus sequentis habitum; quia tam actus præcedentes habitum, quam sequẽtes sunt eiusdem speciei.

Aliqua species est perfectior alia.

¶Secundo arguit ibi. Præterea, comparando ad eandem causam primam duos effectus, &c. Declaro hanc literam sic. Comparando effectus diuersarum specierum ad eãdem causam: videtur, quòd effectus vnius speciei habeat determinatum ordinem ad causam scilicet mediatam, vel immediatam priorem, vel posteriorem i. si. a. & b. sunt effectus c. specie differentes inter se, tunc a. aut immediatè causabitur. a. c. & sic quodlibet eiusdem speciei. Cum ergo potentia sit causa actus, & habitus, sequitur quòd ex quo aliquis actus est immediate à potentia, quòd etiam quilibet eiusdem speciei, & sic habitus non erit causa actus.

Ratio quare habitus non est causa actus.

¶Tertio arguit ibi. Præterea si habitus sit causa partialis actus, & æquiuoca &c. Hęc ratio stat in hoc quod ex quo actus præcedens habitũ est causa ęquiuoca habitus, & habitus est causa æquiuoca actus sequentis, sequitur, quòd actus pręcedens sit perfectior habitu, & actu sequente; quia quod est causa causæ est nobilius causa, & causato. ergo videtur quòd voluntas mediante actu præcedente possit esse causa actus perfecti sequentis habitum, quod est inconueniens: quia tunc darentur duo actus perfecti simul in voluntate, & si duo perfecti. ergo: & infiniti possent dari, quod est inconueniens, patet consequentia in simili de duabus intellectionibus ęque perfectis, vt supra exposui. d. 2. q. 1. Et præcipuè est inconueniens ponere duos actus perfectos in eadem potentia respectu eiusdem obiecti. Nec etiam videtur, ꝙ actus præcedens sit partialiter causatiuus alterius actus, & tamen si habitus poneretur causa partialis actus sequentis, sequeretur, quòd actus præcedens cũ sit causa habitus, esset partialis causa actus sequentis; quia quod est causa causæ, est, & causa causati.

¶Quarto arguit ibi. Præterea. si habitus sit causa secunda supplendo aliquem gradum causalitatis, qui deest potentiæ, posset igitur fieri habitus ita perfectus, quòd suppleret vicem totius potentiæ, &c.

¶Ibi Præterea si teneretur, &c. Hic probat Doct. quòd tenendo, quòd in intensione formæ: forma præexistens corrumpatur, esset necesse ponere habitum non esse causam actus: quia corrumpitur illo actu, quo intenditur. Sed de hoc patebit in 3. q. præsentis. d. An in intensione & remissione totum pręexistens corrumpatur.

QVI VELLET tenere conclusionem istarum rationum posset negare ab habitu omnem rationem principij actiui. Hic Doc. docet modum, quo teneri posset habitum concurrere ad actum, non tãmẽ esse partialem causam actus, sed quod tantum ponatur, vt inclinans potẽtiã ad operãdum. Et licet ista litera sit satis clara, tamen aliqua dicta ibi declaro.

Habitus concurrit ad actum, non ut partialis causa actus, sed qđ tantum ponatur, ut inclinat potentiam ad operandum.

¶Ibi

¶ Ibi. Sicut grauitas eſt actus prior determinans, & inclinans ad determinatum vbi; licet ſecundum aliquos grauitas non ſit principium reſpectu eſſe in illo vbi, & illud videtur probabile, &c. Hoc quod dicit illud videtur probabile debet referri ad habitum non ad grauitatem, ideſt quòd probabile videtur habitum non eſſe partialem cauſam actus, ſed tantum eſſe quandam qualitatem inclinātem potentiam ad actum, vt patebit, infra. Et quòd non debeat referri ad grauitatem patet: quia tunc ſtatim ſibi contradiceret, cum expreſsè probet grauitatem eſſe cauſam motus, & quietis corporis grauis, vt patet in 2 diſtin. 2 quæſt. 10.

Quōd habitꝰ nō ſit cauſa partialis actus. Quatuor cōditiones ſaluātur in habitu.

¶ Ibi. Aſſumptum patet: quia ille quatuor conditiones, quæ habitui attribuuntur, &c. Hic probat qualiter non apparet neceſſitas ponendi habitum eſſe partialem cauſam actus. Et ſi diceretur, quòd ideo habitus eſt actiuus: quia eſt quo habēs faciliter, & delectabiliter prompte, & expeditè operatur. Dicit Doc. quòd iſtæ quatuor conditiones ſaluantur in habitu propter ſolam inclinationem habitus, quam tribuit potentiæ, vt receptiua eſt operationis: quia inclinat ipſam potentiā ad recipiendum ipſam operationem promptè, & expeditè. Nam delectatio eſt propter conditionem recipientis, cui conuenit operatio recepta, & obiectum circa, quod eſt operatio: nunquam enim delectatio eſt in factione, quæ præcisè eſt factio: non enim voluntas præcisè delectatur in eo, quòd elicit actum circa obiectum delectabile, ſed in eo, quòd recipit illum in ſe, & patet littera.

AD ARGVMENTA, quæ facta ſunt contra ſecundam viam ponētem habitum eſſe principium actiuum intenſionis in actu, videntur eſſe contra iſtam viam pro tanto, quia iſta ponit actum elicitum ab habitu, & potentia agente cum æquali conatu eſſe intenſiorem, quàm elicitum à potentia ſola, & patet littera. Quomodo illa argumenta facta ibi non cōcludunt contra viam ponentem habitum eſſe cauſam.

AD ARGVMENTA, quæ facta ſunt contra tertiam opin. quæ eſt quarta in ordine, quæ opin. dicit, quòd habitus eſt partialis cauſa actus. Ad primū dicit, quòd duo diſtinctarum ſpecierum poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ æquiuocæ partiales, ideſt quòd vnum indiuiduum alicuius ſpeciei, puta a. poteſt eſſe partialis cauſa indiuidui alterius ſpeciei, puta b. & c. quod eſt eiuſdem ſpeciei cum b. poteſt eſſe partialis cauſa d. quod eſt eiuſdem ſpeciei cum a. & patet in exemplo: quia volitio præcedens habitum eſt partialis cauſa habitus, qui eſt alterius ſpeciei, & habitus eſt partialis cauſa actus ſequentis, qui eſt eiuſdem ſpeciei cum actu præcedente. Et cum dicit, q cauſa æquiuoca eſt perfectior effectu, & ideo ſi indiuiduum eiuſdem ſpeciei eſt cauſa æquiuoca indiuidui alterius ſpeciei, & per conſequens quodlibet vnius ſpeciei erit perfectius quolibet alterius. Dicit Doc. q iſta propoſitio: cauſa æquiuoca eſt perfectior effectu: eſt vera de cauſa æquiuoca totali, non autem partiali.

Cauſa æquiuoca eſt perfectior effectu verū eſt de cauſa totali, non aūt partiali.

¶ Ibi ad aliam probationem, &c. Dicit Doc. quòd duo effectus comparati ad vnam cauſam communē eorum poſſunt habere ordinem mutuum ad ſeinuicem in ratione cauſæ partialis, ita quòd actus, & habitus ſunt partialiter cauſati à potētia, & tamē actus erit partialis cauſa habitus, & ſimiliter habitus erit partialis cauſa actus ſequentis. Bene verum eſt, quòd aliqua duo, vt ſpecie diſtincta ſi comparantur ad cauſam communem, ſi indiuiduum vnius ſpeciei eſt totalis cauſa indiuidui alterius ſpeciei, & prima ſpecies dicatur a. ſecunda b. ſequitur, quòd aliud indiuiduum ipſius b. non poterit eſſe totalis cauſa alterius indiuidui ipſius a. ſed non ſequitur de cauſis partialibus. Et quod dicit ibi. Sicut ſpecies intelligibilis, & intelligere comparando ad intellectum agentem, & poſſibilem: quia reſpectu intellectionis partialis cauſa eſt ſpecies, & poſſet poni intellectio eſſe aliqua cauſa ſpeciei pro quanto intendit eam.

¶ Et ex hac littera expreſsè habetur à Docto. q ſpecies intelligibilis eſt partialis cauſa cognitionis abſtractiuæ contra aliquos exponentes Doct. quòd tantum obiectum relucens in ſpecie intelligibili ſit partialis cauſa intellectionis abſtractiuæ. Sed hoc diffuſius expoſui ſupra d. 3. q. 6.

Species intelligibilis, & non obiectū relucens eſt cauſa intellectionis.

¶ Ibi. Ad aliud poteſt dici, quòd non oportet omnem actum generatiuum habitus eſſe rationē agendi quo. Vult Doc. in iſta littera, quòd quamuis actus præcedens habitum ſit partialis ratio formalis agendi habitum, & habitus ſit partialis ratio formalis agendi actum ſequentem, non tamen actus præcedens erit ratio formalis agendi actum ſequentem. Et ex hoc habetur, quòd habitus, & actus præcedens non ſunt cauſæ eſſentialiter ordinatæ reſpectu actus ſequentis: quia ſi ſic: actus ſequens non poſſet eſſe ab habitu actu præcedente non concurrente: poſſunt ergo dici cauſæ accidentaliter ordinatæ. Et quod dicit: quod eſt cauſa cauſæ. Hoc verum eſt de cauſis eſſentialiter ordinatis, quæ ſic ſe habent, quòd ſecunda agit in virtute primæ, & ſecunda agente ad aliquē effectum, prima neceſſariò concurrit, vt ſupra expoſitum eſt. d. 2. q. 1. Sed non ſic ſe habent actus præcedens habitum, & ipſe habitus reſpectu actus ſequentis. Et cum dicit, quòd actus eſt principium quo remotū. Sic debet intelligi: quòd ex quo actus eſt principium habitus, & habitus eſt principium immediatum actus ſequentis, ſequitur q actus præcedens ſit principium quo remotum actus ſequentis, non q actus ſequens depēdeat ab actu præcedente in eſſe, & conſeruari.

Quō actus ſ principiū quo remotū.

¶ Ibi. Ad tertium dico. Dicit Doct. quòd ſi habitus intenderetur etiam in infinitum, nunquam poſſet ſupplere vicem potentiæ: quia cauſalitas potētiæ eſſet ſimpliciter alterius rationis à cauſalitate habitus: quia ex ratione ſui habitus eſt cauſa ſecūda, qua ſcilicet potētia poteſt vti, & ſimiliter patet hoc idem in ſimili. ſupra diſt. 3. q. 8. de obiecto, & potentia. Vide ibi.

¶ Ibi. Ad vltimum. Illud ſuppoſitum negabitur: videlicet, quòd in intēſione, & remiſſione totum exiſtens corrumpatur, vt patebit in materia de augmento charitatis.

HOC tenendo de actu quo ad ſubſtantiā actus, ſiue quo ad gradum intrinſecū, reſtat vlterius quærere de bonitate accidentali actus, qualis eſt bonitas moralis, & de habitu morali. Vtrum habitus moralis inquantum virtus ſit aliquo modo principium actuum reſpectu bonitatis in actu? & arguit Doct. pro vtraque parte: quæ argumenta poſtea exponentur reſpondendo ad illa.

QVANTVM ad iſtum articulum. In iſta littera ſunt aliqua dicta. Primum, quòd actus moralis vltra ſubſtantiam, & intenſionem actus includit aliquam relationem, quę eſt relatio conformitatis ad prudentiam. Exemplum. Velle dare eleemoſinam cū omnibus circunſtantijs requiſitis. ipſum velle quantum ad ſubſtantiam, & intenſionem ipſius dicit entitatē abſolutam, ſed inquantum elicitur à voluntate conformiter dictamini recto dictanti de omni circunſtantia includit relationem conformitatis, quæ conformitas eſt rectitudo actus. Actus moralis quantum ad ſubſtantiam, & intenſionem ipſius cauſatur à voluntate, & ab habitu: ſi eſt habituata. Sed rectitudo actus nullo modo eſt per ſe cauſata, cum ſit quædam conformitas ad dictamen intellectus, & talis

confor-

conformitas est relatio intrinsecus adueniens, quæ de necessitate oritur positis extremis. Nã posita cognitione dictatiua actus, puta abstinentiæ, & posito illo actu, & elicito à voluntate conformiter se habẽti illi cognitioni, de necessitate ex parte actus oritur conformitas passiua, & ex parte cognitionis dictantis oritur conformitas actiua. Secundum dictum est quòd non est necesse actum moralem esse ab habitu morali, nec dictari ab habitu prudentiæ, patet quia primum dictamen, puta cognitio abstinentiæ cum omni circunstantia dictat voluntati, vt eliciat primũ actum sic conformem. Et sicut ex actibus moralibus, puta abstinentiæ generatur in voluntate habitus moralis abstinentiæ, sic ex pluribus dictaminibus, puta pluribus cognitionibus dictantibus ad actum abstinentiæ cum omni circunstantia, generatur in intellectu vnus habitus, qui dicitur prudẽtia. Similiter si cognosco, quòd actus iustitiæ est eligendus cum debitis circunstantijs, talis cognitio dictat voluntati, vt eliciat actum iustitiæ conformiter cognitioni dictanti. Et sicut ex pluribus actibus iustitię generatur habitus iustitiæ in voluntate, sic ex pluribus cognitionibus dictatiuis, siuè regulatiuis ad actũ iustitiæ generatur quidam habitus in intellectu, qui dicitur prudentia alius à priori habitu prudentiæ. Et sicut exemplificaui de his duobus, tam in intellectu, quàm in voluntate, ita potest exemplificari de omnibus alijs. Tertium dictum est, quòd potest generari in aliqua voluntate habitus de genere bonorum quo ad substantiam, & intensionem, qui tamen non erit perfectè moralis, quia non conformis dictamini prudentiæ. Et si idem habitus postea conformetur dicetur moralis formaliter, & ex parte habitus nulla fit mutatio, sed tantummodo habet nouum respectum ad prudentiam, quem prius non habuit. Quartum est. Etsi dictamen intellectus possit dictare de aliquo actu eliciendo à voluntate cum omni circunstantia, siue habitu prudentiæ, vt patet de dictamine præcedente habitum prudentiæ, & causatiuum eiusdem habitus; tamen habitus prudentiæ non potest immediatè dictare ad actum moralẽ eliciendum, nisi mediante dictamine actuali, idest nisi mediante cognitione actuali regulatiua ad huiusmodi actum partialiter causata ab habitu prudentię secundum tertiam viam, quæ ponit habitum esse causam partialem actus, vel causata à voluntate, & obiecto habitu prudentiæ inclinante intellectum ad huiusmodi cognitionem secundum quartam viam, quæ ponit habitum tantum esse inclinatiuum potẽtiæ. Et hoc patet: quia prudentia habitualis non dictat immediate, sed inclinat intellectum ad eliciendum actum consimilem actibus generatiuis ipsius prudentię. Quintum dictum est, quòd si habitus moralis formaliter dicitur causatiuus partialiter actus moralis, hoc sic debet intelligi, quod ille habitus, quo ad substantiam, & intensionem sit causatiuus ipsius actus quo ad substantiam, & intensionem: quia vt sic talis habitus est qualitas absoluta, sed habitus sumptus pro conformitate passiua ad prudentiam non est causatiuus actus sumpti pro conformitate ad prudentiam, patet quia relatio non est causa, nec absoluti, nec alterius relationis. Potest tamen dici ipsum habitum primo modo sumptum esse causam ipsius conformitatis in actu ex hoc, quòd est causa absoluti in actu, scilicet substantiæ & intensionis actus, ad quam de necessitate consequitur talis conformitas, sicut dicimus, quòd Franciscus causando albedinem, ad quã consequitur similitudo ad aliam albedinem, dicitur causa illius similitudinis. Sextum dictum est, quando dicit Docto. quòd habitus moralis dicitur causa secunda actus moralis, & dictamẽ prudẽtię causa prima. Sic debet intelligi. q habitus

Habitus dupliciter potest intelligi, vno modo quoad substantiam, & hoc modo habitus est quedã qualitas absoluta & est causatiuus act⁹ secundo modo sumitur pro conformitate, quã habet ad prudentiã & hoc modo non est causatiuus actus.

moralis sumptus pro substantia (vt supra) est causa actus sumpti pro substantia, &c. Et quantum ad hoc dictamen prudentiæ non dicitur causa, nisi fortè teneatur opinio recitata in 2. distin. 25. quòd cognitio obiecti est partialis causa volitionis. Sed tenendo, quòd voluntas sit causa sui actus non concurrente actu intellectus, tũc posset dici, quòd dictamen prudentię erit causa prima quo ad hoc, quia habitus moralis causat illum actum, vt conformem dictamini recto, & quia talis conformitas est principaliter à tali notitia sic dictante, cum sit regulatiua, & conformatiua actus voluntatis, ideo dicimus dictamen esse causam primam, & hoc extendendo causam respectu illius, quòd verè non est causatum, sed quod sequitur de necessitate naturæ, posito alio causato, vt supra patuit. Et ex his patet sententia istius literæ.

TENENDO tertiam viam, quæ videtur plus attribuere habitui, &c.

¶Hic declarat doct. quomodo habitus potest dici concurrere ad actum, vt partialis causa, & ista litera non indiget expositione.

IBI HANC viam tenendo ad argumenta principalia respondeo.

¶Hic doct. respondet ad argumenta facta contra habitum, quòd non sit causa actiua actus, quæ argumenta ponuntur quasi in principio secundæ quæstionis.

¶Ibi. Contra. Relatio non est principium actiuũ, nec aliquid essentialiter includens relationem, & arguit sic. Nulla relatio est de genere actiuorum. Sed habitus est relatio, vt patet. 7. physicorum tex. com. 17. vbi ait Arist. sic. Virtus aut omnis, & malitia ad aliquid sunt. Et parum infra. Quoniam igitur virtutes, & malitiæ sunt ad aliquid, hæc autem, neque generationes sunt neque ipsorum generatio est, neque omnino alterationes hæc ille.

¶Vult dicere, quòd ex quo habitus est relatio, nec est principium alterandi, nec generandi, nec similiter terminus generationis, vel alterationis.

¶Respondet doc. ibi. Hanc viam tenẽdo, ad argumenta principalia respondeo. Ad primam, quamuis dicatur habitum non esse formam absolutã propter illa verba philosophi.

¶Ista responsio stat in hoc, quòd habitus est in prima specie qualitatis, & per consequens entitas absoluta, posito tamẽ propter verba Arist. quòd habitus includat realiter relationem ad aliud, tamen illa relatio non est ratio formalis agendi ipsi habitui sumpto pro qualitate absoluta. Sed ipsa qualitas erit ratio formalis producendi actum, sicut etiam patet de creatura, quę realiter includit relationem ad Deum eandem sibi, vt patet à doct. in 2. distinct. 1. & tamen entitas absoluta creaturæ, erit ratio formalis agendi, & non relatio. Sufficit enim, quòd relatio formaliter distinguatur. Et quomodo possit stare identitas realis cum distinctione formali, supra patuit. dist. 2. parte. 2. & distin. 8. q. pen. Et in secundo parebit. distinct. 1. & alibi.

Habitus est i prima specie qualitatis & entitas absoluta.

¶Secundo arguitur, ibi. Confirmatur quia non minus requiritur entitas realis absoluta in principio motus, quàm in termino motus. Si ergo habitus caret entitate absoluta, quæ sufficiat ad terminandũ motum, vt patet per philosophum vbi supra, qui vult, quòd habitus non sit terminus alicuius motus, quia nec generationis, nec alterationis, &c. ergo multo magis caret entitate absoluta, quæ requiritur in principio actiuo.

¶Respondet doct. Ibi. Ad confirmationem rationis. Doct. dat duas responsiones. Prima est, quòd maior absolutio requiritur in termino motus, quàm in principio agendi, quia nihil potest terminare motum, quod habet relationem eandem sibi non sic de principio actiuo, & patet quia aliqua creatura, quæ

de

de neceſſitate includit relationem eandem ſibi realiter poteſt cauſare aliquid per motum, & tamen tu tali cauſatione illud cauſatum non includit per idētitatem realem aliquam relationem. Et hoc comparando ipſum cauſatum ad creaturam, non autem ad primam cauſam: quia vt ſic de neceſſitate includit relationem eandem ſibi ad cauſam primã, & de hoc vide Doc. in 3.d.11.q.1.

¶ Aliqui tamen dicunt, quòd ideo requiritur maior abſolutio in termino motus: quia terminus motus eſt partibiliter acquiſibilis. Relatio autem, quæ identificatur realiter alicui eſt indiuiſibilis. ideo non poteſt identificari alicui diuiſibili.

¶ Sed hoc patitur inſtantiam, quia ſimilitudo poteſt intendi ad intenſionem albi. Si dicatur, ꝙ non identificatur realiter. adhuc remanet difficultas: quia ſi Deus partibiliter cauſaret charitatem, certum eſt, quòd talis charitas, quæ eſt terminus motus dicit relationem ad ipſum Deum mouentem eandem ſibi realiter. Secunda reſponſio eſt, quòd habitus dicit entitatem abſolutam, nec de neceſſitate includit relationem realiter eandem ſibi, licet Doc. hic expreſsè non dicat, tamen hoc patere poteſt ex dictis Docto. in quoli. q. 13.

¶ Ibi. Ad ſecundum argumentũ dico. Hæc reſponſio patet hic, & clarius. ſupra d.3.q.7. reſpõdendo ad quæſtionem. Vide ibi.

Quæ ſpecies intelligibilis ſit principium intellectionis receptæ in intellectu poſſibili.

¶ Ibi. Ad aliud dico, quòd accidens bene poteſt eſſe principium alicuius effectus receptibilis in ſuo ſubiecto: ſicut ſpecies intelligibilis eſt principium intellectionis receptæ in intellectu poſſibili.

¶ Ibi. Ad aliud de appetitu ſenſitiuo. Nota in iſta littera. quòd mens Docto. eſt, ꝙ appetitus ſenſitiuus partialiter concurrat effectiuè ad actum ſentiendi. & patet littera.

QVI vult tenere quartam viam, quæ eſt quinta in ordine, poteſt reſpondere ad rationes principales adductas pro prima parte.

¶ Iſtæ rationes ponuntur in principio ſecundæ quæſtionis quibus, probat Doct. quòd habitus concurrat actiuè ad actum. Dicit ergo, quòd qui vult tenere quartam viam, quæ dicit, quòd habitus non ſe habet actiuè ad actum, ſed tantum inclinatiuè. vt patuit in exponendo illam quartam viam.

Quo potentia poſſit vti habitu.

¶ Ad argumentum primum dicit Doc. quòd potentia poteſt vti habitu, vt inclinatiuo ad operationē non autem, vt actiuo.

¶ Ibi. Ad alias conditiones quatuor. Patet reſponſio hic, & ſupra vbi exponitur illa quarta via.

¶ Ibi. Ad aliud de inclinatione. Poſſet dici, ꝙ inclinat ſicut formaliter prior ad ſuſceptionem formæ poſterioris, ſicut grauitas inclinat ad eſſe deorſum, hæc littera clara eſt.

¶ Ad aliud de ſcientia. Dico, quòd ſcientia, per quam anima reducitur de potentia eſſentiali ad accidẽtalem eſt ſpecies intelligibilis ipſius obiecti, &c. Hic declaratum eſt prolixè. ſupra diſtinctione tertia, quæſt. ſexta. reſpondendo ad rationes Hen. Vide ibi.

¶ Ibi. Per hoc apparet ad illud, quod adducitur de eſſe quo. Dico, quòd ſcientia ſtrictè accipiendo pro habitu acquiſito ex ſpeculationibus nõ eſt propriè quo ſpeculamus, ideſt non eſt propria ratio formalis producendi partialiter actum ſpeculandi, ſed ſpecies intelligibilis: quia illa eſt principium partiale producendi actum ſpeculatiuum.

¶ Ibi. Ad aliud dicitur, ꝙ habitus intellectus practicus dici poteſt, quia inclinat ad praxim: non quòd illa praxis ſit eius, vt principij actiui, ſed quaſi terminans inclinationem eius, &c.

AD argumenta alia adducta pro quinta opin. quæ eſt ſexta in ordine, quæ videntur oſtendere, ꝙ habitus moralis, inquantum eſt virtus eſt principiũ actiuum actus, inquantum eſt moralis: illa argumenta poſita ſunt in principio illius articuli, qui incipit.

¶ Hoc tenendo de actu quo ad ſubſtantiam actus, ſiue quo ad gradum intrinſecum. Reſtat inquirere vlterius de bonitate accidentali actus, &c. Prima ratio, quæ probat, quòd virtus moralis eſt principium actiuum actus moralis fundatur ſuper illud Ariſto. 2. ethi. c.5. quòd virtus eſt, quæ habentem perficit, & opus eius reddit bonum, & non reddit bonum, niſi in ratione principij actiui. Secundo virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, ex 7. phiſic. tex. comen. 17.

Quid ſit virtus.

¶ Ibi. Prætereà virtus eſt moderatrix paſſionum.

¶ Vltimo arguitur ex dicto phi. 2. ethi. quòd non habens iuſtitiam, etſi poſſit operari iuſta, non tamen iuſtè. Bonitas autem moralis requirit operari iuſtè, vel fortiter.

¶ Ad omnia iſta reſpondet Doc. vbi ſupra. Et licet iſta littera ſit ſatis clara ex ſuperius dictis de bonitate morali, tamen aliqua dicta hic exponũtur. Quod dicit de dictamine completo rõnis. vide ſupra Doc. in prolo. q. vlti. reſpõdendo ad rationes pro opinione oppoſita, quæ reſponſiones ponuntur circa finē quæſtionis. Dictamen enim completum eſt cognitio propriiſſimè practica, quæ & qualis ſit vide ibi. Et quod dicit ibi, quòd recta electio præcedit habitum moralem: quia per ipſam electionem generatur virtus moralis in primo gradu. Quomodo hoc ſit verum. vide expoſitionem, quam feci ſuper q. vltimam prolog. quæ eſt ibi. Exponendo tertiam viam.

¶ Ibi. Intelligendum autem, quòd illud, quod generatur de virtute morali eſt quædam qualitas de cuius ratione, vt eſt abſolutè talis qualitas nõ eſt conformitas eius ad prudentiam. Poſſet enim eadem qualitas generari ex actibus ſimilibus elicitis ſine prudẽtia, immo cum ratione erronea, ſi ineſſet. Hæc littera poteſt patere ex ſuperius dictis. Sequitur. Sed iſta qualitas, quæ generatur ex iſtis actibus ſecundũ ſpeciem naturæ, vt habitus abſtinendi generatur ex pluribus volitionibus abſtinendi. talis habitus, ſiue qualitas non eſt virtus ex hoc, quòd eſt quædã qualitas abſolutè. Sed ad hoc neceſſariò requiritur conformitas eius ad prudentiam, vel ſaltem ad aliquod dictamen cauſatiuũ prudẽtiæ. Sequitur. Vel quod eſt expreſſius ipſius coexiſtentia cum prudentia in eodem operantè, ideſt quòd ad hoc, quòd talis qualitas derelicta ex actibus dicatur actu moralis eſt neceſſe, quòd coexiſtat prudentiæ in eodem operante, ideſt quòd actu ſit conformis prudentiæ. Et talis actus quantum eſt ex ſe ſemper eſt natus coexiſtere prudentiæ. Sequitur. Sicut habitus abſtinendi generatus ex actibus factis ex ratione erronea ſemper, quantum eſt ex ſe natus eſt eſſe conformis prudentiæ, ſi tamen talis habitus non ſic generatus ex actibus exceſſiuis: quia vt ſic non eſſet natus eſſe conformis. Sequitur. Quando igitur qualitas, quæ nata eſt eſſe conformis prudentiæ, quæ coexiſtit cum ea, tunc non ſolum habet conformitatem aptitudinalem, ſed actualem ad prudẽtiam: quia ad ſimilia inclinat vterque habitus, & actus elicitus ſecundum inclinationem iſtorum duorum habituum eſt bonus moraliter, qui ſi eſſet elicitus ſecundum inclinationem illius ſolius qualitatis, quæ eſt materialiter virtus moralis prudentia non coexiſtente in eodem operante, nec inclinante ad actum illum, non eſſet actus ille bonus moraliter. Et infra tribuere quidem

dem moralem bonitatem est tribuere conformitatē ad rationem rectam, & hoc tribuit qualitas illa, non ex hoc, quòd qualitas solum, sed quia in causando coexistit prudentiæ simul inclinanti. idest quòd illa qualitas, quæ dicitur habitus moralis, dicitur tribuere bonitatem moralem actui, ex hoc solutio, quòd in causando illum coexistit prudentiæ, quod nihil aliud est, nisi conformiter elicere illum prudentiæ. Et ex his concludit Doct. quòd virtus moralis inquantum huiusmodi non habet causalitatem specialem respectu bonitatis moralis in actu, sed tantū ex hoc, quod est virtus habet coexistentiam cum quadā alia causa eiusdem actus, non tamen sic intelligendo, ꝙ habitus prudentiæ sit causa actus moralis quantum ad substantiam, & intensionem actus, sed quantum ad hoc, quòd est conformatiua actus. Et addit Doc. quòd bonitas, vt attribuitur prudentiæ sic inclināti non necessariò conuenit habitui prudentiæ, nec soli, sed illi actui, qui natus est esse actus prudentiæ, qui est dictamen rectum, & si illud dictamen rectū non inesset, & prudentia inesset, secundum quam intellectus posset rectè dictare, adhuc actus elicitus sine dictamine recto nō esset perfectè bonus, supplē moraliter.

AD illas igitur auctoritates adductas pro quinta via, quæ videntur sonare, quòd virtus vnde virtus effectiuè causat bonitatem actus patet responsio.

§ Ibi. Ad aliud de moderari. In ista littera Doct. dicit duo. Primum, quòd actus moralis non moderatur actiuè passionem, quasi eam factam ab obiecto faciat esse minorem. Obiectum enim delectabile præsens naturaliter mouet secundum vltimum sui. Vult dicere, quòd habitus quando obiectum delectabile est præsens potentiæ: & quia obiectum delectabile agens secundum vltimum potentiæ suæ causando passionem, pura delectationem, non moderatur illam, faciendo illam minorem: quia hoc non videtur possibile via naturali. Sed ex hoc dicitur moderari, quia facit obiectum delectabile esse minus conueniens. quia habitus ille, vel effectiuè causat actum contrarium delectationi, vel inclinat potentiam ad illum. Et hoc patet per exemplum in homine habituato habitu honestatis, & castitatis: quia quamuis præsentetur sibi obiectum valde delectabile; tamen quia ille habitus inclinat magis ad oppositū, ideo facit illud obiectum esse minus conueniens. Secundum dictum est, quòd habitus moderatur passionem non iam factam, sed fiendam, pro quanto inclinat potentiam, (& hoc cum prudentia coexistente) vt fugiat immoderatè delectabilia.

Pulchrum exemplum.

AD primam quæstionem dicitur esse opinio magistri, quòd solus Spiritussanctus inexistens sine aliquo habitu medio informante voluntatem, mouet ipsam ad actum meritorium, aliter quàm moueat animam ad credere, & sperare: quia ad credere, & sperare mouet mediantib. habitibus fidei, & spei, & ita dicitur negasse omnem charitatem creatam. Et hoc probatur multis rationibus.

CONTRA istam conclusionem, siue sit secundum intentionem magistri, siue non. Hic Doctor intendit probare necessitatem charitatis creatæ: & quia tangit vnam viam de iustificatione peccatoris, præmitto vnum dictum à Doc. in 4. d. 1. q. 6. qui sic dicit. Item distin. 17. primi libri. probatum est charitatem esse in animam per mutationem illam, quæ fit in iustificatione peccatoris. Si autem peccator posset iustificari, seu reconciliari Deo sine mutatione eius, illa media non concluderent. ergo dicendo consequenter his, quæ dicta sunt ibi, necesse est ponere, ꝙ peccator non possit reconciliari Deo sine mutatione ad formam absolutam. & illa repugnabit termino à quo, & per consequens erit gratia.

Quõ peccator possit reconciliari Deo.

§ Respondet Doct. ad hoc argumentum dicens, quòd in iustificatione peccatoris est vna mutatio priuatiua, qua de inimico fit non inimicus. Est etiam positiua, qua de indigno vita æterna fit dignus vita æterna, & non potente meritoriè agere fit potens meritoriè agere. Licet ex prima mutatione non possit concludi aliqua forma noua in iustificatione: tamen ex secunda potest, & sic argutum est ibi dist. 17 primi. Non enim est verè dignus de nouo vita æterna, neque nunc de nouo potest meritoriè agere, nisi aliquam formam nouam habeat, qua fit dignus, & qua possit agere. hæc ille. Et ex ista littera patet, ꝙ hic Doct. non intendit probare absolutè peccatum non posse deleri sine infusione gratiæ. Et antequam adducam exponam argumenta Doct. præmittendo aliqua. Primum, quòd Deus de potentia absoluta potest saluare hominem sine infusione cuiuscunque gratiæ, & acceptare actum hominis, vt dignum vita æterna sine infusione gratiæ. vt patet à Doctore infra præsenti distin. Et quòd possit delere omnem culpam sine infusione gratiæ, patere potest ex dictis Docto. sparsim in diuersis locis, vt in quarto distinct. 1. q. 1. & 6. & d. 14. & 16. q. 2. & in secundo. Secundum præmittendum est, quòd istæ rationes non concludunt absolutè ad hoc, vt homo sit dignus vita æterna gratiam requiri de necessitate absoluta: quia tunc Deus nō posset aliter acceptare hominem, vt dignū vita æterna. Cuius oppositum expressè tenet in præsenti dist. Tertium, quòd concludimus gratiam formaliter inhærere homini tantum ex aliquibus dictis scripturæ sacræ, & ex dictis sanctorum. Quartū, quòd nec in testamento veteri, nec nono expressè habemus Deum ordinasse hominem ad vitam æternā mediante gratia, vel charitate, vt habitu supernaturaliter infuso, & formaliter inhærente animæ, quo ipsa anima dicatur digna vita æterna, & quo actus eius dicatur meritorius vita æterna: quia hæc omnia saluari possunt ex sola voluntate diuina sic, vel sic acceptante, vel ex Spiritusancto sic, vel sic assistente, puta acceptando animam, & operationes eius. Et licet hoc sit commune toti trinitati, tamen dicitur appropriari Spirituisancto, qui procedit à patre, & filio, vt charitas, & amor. Quintum est, quòd stante diuina ordinatione elicitiuè declarata ex aliquibus dictis scripturæ sacræ possumus dicere charitatem esse necessariam. Et si aliquæ rationes ad probandum huiusmodi necessitatem probabiles inueniantur, inter omnes istæ positæ à Doctore videntur probabiliores, & persuasibiliores, quas, vt intelligantur clarè singillatim pertracto.

Gratia formaliter inhæret homini.

ET prima vida arguitur sic. Peccator ante pœnitentiam iniustus est post pœnitentiam est iustus. Et parum infra. Ex hoc arguitur. Iniustitia cum sit formaliter priuatio.

Quõ peccator sit iniustus, & iustus.

§ Pro intelligentia huius rationis suppono aliqua. Primo, quòd non loquitur hic Doc. de iustitia, quæ est virtus moralis de qua Aristo. 5. ethi. quæ diuiditur in punitiuam, & præmiatiuam de quibus Doct. in quarto distinct. 14. quæst. 2. & sic non accipitur hic iniustitia pro priuatione talis iustitiæ. Secundo suppono secundum Docto. in quarto distinctione 14. quæstione prima quòd duplex est iustitia, quædā habitualis, & illam vocat charitatem, & iniustitia habitualis, quæ opponitur ipsi charitati non est peccatum, vt patet à Docto. in secundo. distinct. 28. & in quarto distinct. 1. quæst. 6. & quæst. 1. distinct. 14. q. 1. distinct. 16. quæst. 2. Sed iustitia habitualis, quæ formaliter opponitur charitati, est solum priuatio ipsius charitatis in subiecto apto nato, Alia est iustitia actualis, & hanc vocat rectitudinem actus, & iniustitia

Duplex est iniustitia.

tia actualis eſt carentia huiuſmodi rectitudinis, quæ deberet ineſſe actui. vt patet à Docto. in ſecundo di. 34 36. & 37. & in quarto diſtinct. 14. quæſt. 1. De hac iuſtitia actuali, & iuſtitia oppoſita non loquitur hic. Docto. quod patet, quia ſicut carentia rectitudinis in actu auſert ab ipſo actu tantum iuſtitiam actualē, ſiue rectitudinem, qua mediante dicitur iniuſtus, ita etiam ſi poſt eliceret actum cum debitis circunſtantijs verè diceretur iuſtus. vt patet à Doctore in pluribus locis, & ſic non requireretur aliqua gratia ſupernaturalis, qua diceretur iuſtus. quia eſſet iuſtus formaliter, rectitudine inhærente actui. Tertio ſuppono, quòd in propoſito aliquem hominē poſt pœnitentiam eſſe iuſtum, idem eſt, quòd eſſe iuſtificatū, vt ſcriptura loquitur de iuſtificatione impij: & iniuſtum idem eſt, quod non eſſe iuſtificatum, nec dignū iuſtificari. Quarto ſuppono, quòd quando aliquod oppoſitum, puta aliqua priuatio ineſt alicui formaliter, non expellitur ab illo, niſi per aliud oppoſitum poſitiuum inexiſtens ſibi formaliter, vt patet de cecitate inexiſtente alicui formaliter, quæ non abijcitur, niſi per viſionem inexiſtentem formaliter. Si ergo in peccatore ante pœnitentiam eſt formaliter iniuſtitia, quæ reddit ipſum indignum iuſtificari: ergo non abijcitur talis iuſtitia, niſi per iuſtitiam ſibi oppoſitam. Per iuſtitiam dico iuſtificantem, ideſt reddentē ipſum iuſtificatum in conſpectu Dei, & talis iuſtitia eſt charitas. Nam charitas ſecundum ſanctos reddit hominem iuſtificatum, & opera elicita à tali charitate reddit verè iuſtificata. Si ergo in peccatore ante pœnitentiam eſt formaliter iniuſtitia, qua verè dicitur iniuſtus, & poſt pœnitentiam formaliter dicitur iuſtus, ideſt iuſtificatus: ergo formaliter eſt ibi aliqua forma iuſtificans ipſum, & illa erit charitas. Hoc tamen concludit de neceſſitate abſoluta: quia ſi Deus ordinaſſet aliquid aliud à charitate eſſe formam iuſtificantem, priuatio illius formæ diceretur iniuſtitia reddens hominem indignum iuſtificari Sed quia ſancti communiter dicunt gratiam, & charitatem iuſtificare hominem. Ideo valde probabile eſt, ſi priuatio habitus charitatis ineſt peccatori, qua formaliter dicitur iniuſtus, quòd poſt pœnitentiam, poſt quā dicitur iuſtus, ſiue iuſtificatus inſit charitas formaliter, qua formaliter dicatur iuſtus, ſiue iuſtificatus. Et ſic patet iſta ratio prima.

Nota bene hæc omnia.

Quid faciat charitas.

¶ Ibi. Præterea peccator ante pœnitentiam. Hæc ratio ſic eſt intelligenda ſupponendo aliqua. Primo, quòd quot modis dicitur dignitas, tot & indignitas, quæ opponitur dignitati. Secundo ſuppono, quòd eſſe dignum vita æterna contingit quadrupliciter. Vno modo, quòd natura intellectualis beatificabilis ex natura ſua, & ex perfectione ſua naturali dicatur digna, & hoc non: quia perfectior natura eſſet magis digna, & ſic magis beata, quod falſum eſt: Nō enim dat Deus beatitudinem ſecundum perfectionē naturalem, vt patet à Doctore in ſecundo diſtinct. 6. quæſt. 2. & in tertio diſtin. 7. & alibi, & eſt communis opin. Secundo modo, quòd dicatur digna ex hoc ſolo, quia accepta ad beatitudinem, & ſic Deus ſine infuſione cuiuſcunque habitus potuiſſet acceptare naturam intellectualem ad beatitudinem. vt infra diſtinct. præſenti. patet à Docto. Tertio modo, vt dicatur digna per aliquod formaliter ſibi inexiſtens, & tunc dico, quòd Deus potuiſſet acceptare naturam intellectualem per aliquem habitum formaliter ſibi inexiſtentem, ſiue ſit naturaliter acquiſitus, vt habitus moralis, ſiue ſupernaturaliter infuſus, vt habitus fidei, & ſpei, & charitatis. Nam omnia iſta ex ordinatione diuina poſſent formaliter reddere naturam intellectualem dignam vita æterna, vt patet à Franciſco decimoſeptimo. primi, & ab Ocham ibi, & elicitur à Docto. quæſtione prima, prolo. & diſtin. 2. primi. & 7. q. vlti. & 17. & 29. & 46. 40. & 41. & alibi. Quarto modo aliquid dicitur dignū vita æterna per aliquod formaliter ſibi inexiſtens, & hoc ſecundum ordinationem diuinæ voluntatis elicitam à diuerſis ſcripturæ ſacræ locis, & à multis ſanctis diuinam ſcripturam gloſantibus: quia eodem ſpiritu ſcriptura ſacra eſt interpretata, quo à diuina voluntate reuelata. vt dicunt Theo & Sco, in quarto. d 15. q. 1. Et ſic illud reddens dignum eſt charitas, & reddens indignum eſt priuatio charitatis, quam charitatem peccatum priuat ſolum demeritoriè, vt habetur à Doctore. d. 1. q. 1. & d. 16 q 2. quarti. Et ſic charitas dicitur formaliter quędam dignitas animę, quæ formaliter reddit animam dignam vita ęterna. Et priuatio charitatis dicitur formaliter indignitas quędam reddens formaliter ipſam animam indignā vita æterna, & peccatum dicitur demeritoriè indignitas, quia per ipſum anima demeretur, vt auferatur ſibi charitas. hoc vltimo modo, in argumento debet accipi dignitas formaliter, & indignitas formaliter.

Quadrupliciter aliquis põt dici dignus vita æterna.

¶ Dicit ergo Doct. ex quo peccator ante pęnitentiam eſt formaliter indignus vita æterna. ideſt quòd formaliter ſibi inhæret indignitas priuatio charitatis reddens ipſum indignum vita æterna: & poſt pœnitentiam eſt formaliter dignus vita æterna. ideſt ꝙ ſibi formaliter inhæret dignitas, ideſt charitas reddens ipſum formaliter dignum vita æterna. Cum ergo priuatio inexiſtens formaliter alicui non tollatur ab illo, niſi per aliquod poſitiuum formaliter inexiſtens ſibi, ſequitur quòd ſi ante pęnitentiam ēſt formaliter indignus, & poſt pęnitentiam formaliter dignus, & charitas eſt talis dignitas (vt dixit) quia talis charitas poſt pęnitentiam inhærebit formaliter.

¶ Ibi. Præterea Deus non acceptat peccatorem. Hoc argumentum ex dictis ſupra ſatis clarum eſt. Dicit tamen primo, ꝙ acceptare ad vitam ęternam: hoc non eſt voluntate beneplaciti velle beatificare pro tunc: quia tunc beatificaret, vt infra patebit. diſtin. 46. Velle ergo acceptare iuſtum eſt ſecundum diſpoſitionem voluntatis ſuæ, ſecundum quam nunc habet eſſe dignum tali præmio, quem prius non voluit eſſe dignum, ideſt quòd voluntas diuina tunc acceptat ad vitam æternam peccatorem poſt pœnitentiā propter dignitatem modo præexpoſito ordinatam à diuina voluntate.

¶ Secundo quærit Doctor, quia ex quo voluntas diuina prius non acceptabat peccatorem ante pœnitentiam, & nunc acceptat poſt pœnitentiam. Certū eſt, quòd in voluntate diuina nulla eſt mutatio: ergo in ipſo peccatore erit aliqua mutatio; quia prius nō erat acceptus, & poſt eſt acceptus. Hoc dictum non concludit abſolutè charitatem eſſe neceſſariā; quia abſolutè non acceptauit peccatorem ad vitam æternam, & poſt acceptat. ergo mutatio in peccatore. Et videtur, quòd poteſt eſſe mutatio ſine infuſione gratiæ: quia prius non pœnitens, & nunc pœnitens: & talis pœnitentia potuit acceptari, vt digna vita æterna ſine gratia. Et ſimiliter prius non acceptauit: quia peccator, ideſt obligatus ad pœnam æternam: quia peccatorem eſſe propriè poſt actum peccati, eſt eſſe obligatum ad pœnam æternam, vt declarat Docto. diſtin. 14 quæſt. 1. diſtinct. 22. quæſt. vnica quarti. Et voluntas diuina ſine infuſione gratiæ poteſt delere illam obligationem, vt patet à Doctore vbi ſupra. Et ſic eſt aliqua mutatio in ipſo peccatore: quia prius obligatus ad pęnam æternam, & vt ſic non fuit acceptus, & poſt liberatus à tali obligatione, & vt ſic acceptus, & ſic non habetur, quòd charitas ſit neceſſaria. Dico ergo, quòd hoc argumentum concludit ex elicitis à diuina ſcriptura, vt dixi ſupra: quia vt peccator eſt obligatus ad pęnam

In voluntate diuina nulla ē mutatio.

æternam

æternam non est acceptus: & post pœnitentiam est acceptus, & hoc per charitatem: quia habetur a scriptura diuina, quòd Deus non acceptat aliquem, nisi in se habeat formaliter charitatem. Sicut ergo in peccatore formaliter erat aliquid quo formaliter non erat acceptus, & illud propriè est priuatio charitatis, & si post pœnitentiam formaliter est acceptus: ergo in ipso formaliter est charitas reddens ipsum acceptum, & formaliter expellens ipsam priuationem, qua formaliter dicebatur non acceptus. Et sic tenet hoc argumentum, confirmatione sequenti.

Deus nõ acceptat aliquẽ sine charitate.

§ Ibi. Vltimo secundum istam viam. Hoc argumentum clarum est, & magis patebit in 4. d. 16. q. 2. Et sic patet ista prima via.

EX SECVNDA VIA ARGVITVR. Nam Doctor in prima via probauit charitatem esse necessariam ratione personæ beatificabilis, vt acceptandæ, in se à diuina voluntate. In ista vero secunda via probat charitatem esse necessariam ratione actus meritorij. In ista prima ratione supponenda sunt aliqua. Primo, quòd aliquam operationem esse meritoriam potest contingere quadrupliciter. primo, quia talis operatio, puta dilectio Dei secundum substantiam, & intensionem, & rectitudinem moralem dicatur meritoria, ita quòd secundum talem entitatem dicatur meritoria vitæ æternæ, & hoc non etiam de potentia Dei absoluta: quia nulla est operatio hominis, quæ sit tantæ entitatis, quòd mereatur de condigno visionem Dei claram, & fruitionẽ eiusdem clare visi. Secũdo, quia dicatur meritoria ex hoc, quòd accepta à diuina voluntate: etiam ipsa elicita ab ipsa sola voluntate creata, & hoc tantum de potentia Dei absoluta posset esse meritoria vitæ æternæ, quia Deus potuit acceptare illam, vt dignam tali præmio. Tertio potest dici meritoria, vt elicita à voluntate regulata à fide infusa, vel à prudentia, vel etiam elicita à voluntate informata spe, vel alio habitu appetitiuo, puta amicitia, & huiusmodi. & vt sic absolutè sumpta non est meritoria vitæ æternæ, etiam de potẽtia Dei absoluta: quia nulla operatio voluntatis creatæ quomodocunque elicita, etiam mille habitibus concurrentibus, non est ex natura talis operationis digna vita æterna. Potest tamen esse digna inquantum accepta, vt dixi supra. Quarto potest dici meritoria: quia elicita à voluntate concurrente charitate formaliter sibi inhærente, & tunc dico, quòd talis operatio quantumcunque intensa quantumcunque à perfectissima charitate elicita, ex ratione sua formali, & natura propria non est meritoria vitæ æternæ, propter rationem superius factam. Sed si est meritoria, ideo est quia accepta, & quia Deus ordinauit operationem elicitam à charitate acceptare, vt dignam vita æterna. Non est ergo digna vita æterna, quia absolutè à charitate, sed quia à diuina voluntate accepta sic ordinante. Addo quintum modum, quòd operatio potest dici meritoria: quia est à voluntate assistente Spiritusancto, sine cõcurrente speciali modo ad huiusmodi operationem (cum opera trinitatis sint indiuisa ad extra.) Sed quia Spirituisancto attribuitur dilectio, charitas, benignitas, misericordia, & huiusmodi. Hoc appropriatè dicitur Spiritui sancto conuenire, & si hoc vltimo modo intelligit magister, quòd ideo voluntas habet actum meritorium, quia Spiritussanctus specialiter sibi assistit, & cõcurrit ad huiusmodi operationem recte dicit. Ideo Doct. in ista prima ratione, & secunda secundæ viæ, vult probare, quòd charitas inhæreat homini: quia ex quo secundum omnes sanctos principium actus meritorij est charitas; licet postea sit diuersitas, quòd aliqui nominant illã charitatem Spiritumsanctum, sibi assistentem speciali modo. Aliqui charitatem creatam à trinitate, vt

Operatio potest intelligi meritoria quadrupliciter.

Charitas, benignitas, misericordia conueniunt S. spiritusancto ap propriatè.

donum supernaturale formaliter inhærens homini. Et hoc secundo modo vult probare Doct. Secundo suppono, quòd hominem mereri per operationem propriam non est ex hoc, quòd recipit, sed ex hoc, quòd producit illam, vt patet. Tertio suppono, quòd aliquod agens non dicitur formaliter habere talem actionem, nisi principium formale productiuum sit formaliter in ipso, sicut ignis non dicitur formaliter calefacere, nisi principium calefaciendi sit formaliter in ipso. Nam si est extra non dicitur formaliter agere. Cum ergo ipse homo formaliter dicatur mereri per operationem meritoriam elicitam à voluntate, & charitate, vt supposui, oportet ipsam charitatem, quæ est principium formale productiuum saltẽ partiale actus meritorij formaliter inexistere ipsi voluntati. Cætera patent.

§ Ibi. Præterea nulla actio est in potestate, &c.

§ Ista ratio ex dictis supra, & pra suppositis declaratis satis clara est. Si enim charitas est principiũ formale productiuum actus meritorij, & illa sit ipse Spiritussanctus tantum assistens; tunc non esset in potestate volũtatis mereri: quia principium formale productiuum merendi non esset in potestate eius: quia esset totaliter extra ipsam. Cum ergo mereri sit in facultate voluntatis: oportet principium merendi esse in illa formaliter, quo liberè possit vti ad operationem meritoriam, & sic charitas cum sit principiũ merẽdi, erit formaliter in voluntate, vt volũtas possit dici liberè mereri.

§ Si dicatur, nonne voluntas posset dici mereri liberè, quia coagit Spiritui sancto?

§ Dico, quòd non: quia nunquam aliquis actus potest merè dici liber, nisi principium formale productiuum insit liberum, & liberè producat, & sit in potestate merentis. Modo Spiritussanctus non est in potestate voluntatis.

§ Si iterum dicatur, nonne charitas est principiũ merendi merè naturale, & agens de necessitate naturæ, vt patet à Doct. infra distinctione ista, & supra, & alibi? Quomodo ergo principium formale productiuum erit liberum?

Obiectio.

¶ Dico aliquem actum produci liberè contingit dupliciter. Vno modo, quòd actus meritorius sit à totali principio liberè agente, & hoc non: quia charitas agit merè naturaliter, & de necessitate. Alio modo, quia talis operatio est à voluntate liberè agente, & liberè vtente charitate, vt principio formali, &c. Et sic talis operatio dicitur verè meritoria, & verè libera.

Solutio.

§ Si dicatur, nonne charitas est causa principalis actus meritorij completiuè sumpti? patet quòd sic à Doctore infra distinctione ista. Cum ergo charitas concurrat de necessitate, vt dixi, & vt causa principalis: talis operatio meritoria non dicitur libera.

Alia obiectio.

¶ Dico, quod ille actus nunquam acceptatur à Deo, quia est magis à charitate, quàm à voluntate cum secundum substãtiam, & intensionem actus sit magis à voluntate, quàm à charitate, sed charitas dicitur principalis causa acceptationis, quia ille actus libere productus, quo ad substantiam, & intensionẽ, quòd modo acceptetur non est in potestate nostra, sed in potestate volũtatis diuinæ, quæ determinauit acceptare talem actum productum à voluntate vtente charitate, ita quòd ista acceptatio est magis à charitate, quàm à voluntate, idest, quòd Deus magis acceptat hunc actum: quia est à charitate, quàm à voluntate, licet voluntas sit principalis causa actus quo ad substantiam, & intensionem.

Solutio notanda.

§ Præterea. S. Spiritussanctus moueat. Ad hoc, vt argumentum concludat præsupponitur vnum, scilicet quòd Spiritussanctus moueat, vt causa totalis nullo

nullo præsuppofito, & sic talis motio esset creatio, & totum, quod sequitur clarum est. Si verò voluntas concurrat, vt causa inferioris, tunc talis motio non esset creatio: quia concurreret aliqua causa secunda. nam propriè dicitur aliquid creari, quando ad eius esse non concurrit aliqua causa intrinseca præsupposita illi, vt pars illius, vt patet à Doctore. distinct. 18. secundi. Et vltra quando cum causa prima effectiuè non concurrit aliqua secunda, & hoc est, quia secunda effectiua semper præsupponit aliquid in quod agat. Et si magister intellexit Spiritumsanctum mouere primo modo, currit argumentum, non secundo modo. Et quòd ipse non intelligat primo modo, patet quia tenentes hoc, quod imponitur magistro, ponunt ipsum Spiritumsanctum esse totalē causam merendi.

¶ Ibi. Præterea quartò.

¶ In ista ratione supponuntur aliqua. Primo, quòd voluntas verè meretur. Secundo, quòd ex hoc dicitur mereri: quia Spiritussanctus vnitur sibi, & ideo verè dicitur voluntatē mereri: quia Spiritussanctus, qui sibi vnitur est principium merendi. Tertio, q̄ talis identitas Spiritussancti ad volūtatem non sit sufficiens, vt voluntas dicatur mereri Spiritusancto. vt principio formali actiuo, patet quia pater est magis idem filio, & econtra, quam Spiritussanctus voluntati, & tamen ista est vera, quòd filius verè operatur ad extra, & pater verè operatur, & similiter Spiritussanctus, & tamen non conceditur, quòd pater operetur filio, supplè vt principio formali productiuo, vt infra patebit. distinct. 27. & in secundo distinct. 1. quæst. 1. & in quolib. quæst. 4. quia nec ipso, vel notitia genita dicitur sapiens. ergo ista identitas non potest esse ratio, quare dicatur voluntatem creatam mereri Spiritusancto, vt principio formali merendi: quia vnitur tali voluntati. & hoc est, quod dicit.

AD SOLVTIONEM huius quæstionis tria sunt videnda.

¶ Ex superius habitis de substantia actus intensione rectitudine, & ipsum esse à potentia, & ab habitu. Omnia clara sunt vsque ibi.

¶ Hoc secundum membrum verius esset, si actus esset, &c. Doc. tangit hoc duo motiua, quibus probat actum non esse meritorium ex actione, siue ex acceptatione diuina. Primum, quia actus dicitur meritorius, quia est in potestate voluntatis, vt supra dixi. Sed actio diuina, siue acceptatio diuina non est in potestate voluntatis. ergo &c. Secundum ibi. quod etiā probatur: quia respectu huius acceptari. In hoc probat, q̄ meritum non est ex acceptatione diuina: quia ante acceptationem aliquis actus est dignus acceptari: & aliquis non: ergo ista dignitas, vel indignitas est ex parte actus, & non ex parte acceptationis, vel actionis diuinæ.

¶ Ibi. Contra ratio meriti, &c. Dicit Doct. quòd actus non est completè meritorius, nisi in ipso habeatur ratio digni, vel dignè ordinabilis ad præmium, idest quòd actus humanus qualiscunque sit, non est ex se dignus beatitudine. Sed, quòd sit dignus est à voluntate diuina dante sibi talem dignitatem, quod nihil aliud est, nisi ex bonitate sua, & non ex ratione actus acceptare ipsum in ordine ad vitam æternam, & sic patet. Et hoc est, quod dicit ibi, quòd ratio meriti in actu est ipsum actum esse dignum, vt supra dixi, & sic meritum in actu est quædam relatio passiua, siue acceptatio passiua in ordine ad voluntatem diuinam sic acceptantem, ita quòd talis acceptatio passiua est de ratione meriti completè accepti, non autem de ratione meriti sumpti pro substantia intensione, & rectitudine morali actus. Sed dicitur de substantia meriti, vt actus vltra prædicta includit illam dignitatem, siue acceptationem passiuam, &c.

¶ Ibi. Per idem dico ad secundum. Hic dicit Doct. quòd quamuis complementum meriti sit ab acceptatione diuinæ voluntatis, nō tamen voluntas diuina meretur. Ratio quia meritum (pro vt hic loquimur) est actus procedens à voluntate informata charitate inclinante, vel partialiter concurrente ad huiusmodi actum, quo actu beatitudo debetur illi voluntati, vt præmium. Sed ista non concurrunt in voluntate diuina. Tum quia voluntas diuina ad extra non vtitur aliquo habitu charitatis concurrente effectiuè, siue inclinante. Cum nullus habitus ponatur ibi, maximè inclinans ad extra. vt patet à Docto. distinctione 46. quæstione prima, quarti. Tum etiā quia voluntati diuinæ non debetur præmium aliquod propter aliquam operationem ad extra, cum sit ex semetipsa beata, nec etiam meretur nobis: quia tunc includeret imperfectionem aliquam, & multa alia, quæ transeo. Cætera patent.

¶ Ibi. Ad illud, quod adducitur pro secundo membro. Dicit Doct. quòd acceptatio passiua ad vitam æternam non est de ratione meriti de congruo. Et est sciendum pro nunc, quòd duplex est meritum, meritum condigni, & meritum congrui. Primum propriè respicit, præmium reddendum, secundum condignitatem, idest q̄ tanto merito condigni tanta gloria debetur. Secūdum propriè respicit gratiam, quæ datur tali merito de congruo, non autem de condigno, quia gratia non esset gratia. *Duplex est meritum.*

SI DICATVR, sunt ne aliqua opera nostra, quæ de congruo mereantur gratiam gratum facientem? Videtur quòd sic. Nam Doct. dicit in 4. dist. 14. quæst. 2. quòd aliquis ex puris naturalibus potest se disponere ad gratiam, puta per actum displicentiæ de peccatis, quæ displicentia si est intensa debitè dicitur attritio, & dispositio ad gratiam: quia dispositione posita, vt merito de congruo, statim Deus impartitur gratiam. *Difficultas.*

¶ Dico, quòd Doct. in isto passu est valde ponderandus: non enim dicit simpliciter, quòd ex puris naturalibus, &c. quia ponit duplicem regulam in intellectu dictantem de displicentia peccati, quarum prima est merè naturalis, quæ est cognitio dictatiua voluntati, vt detestetur peccatum absolutè: quia in se malum. Alia est supernaturalis, & hoc vel sibi immediatè reuelata ab aliquibus sanctis, puta ab Apostolis, & Prophetis, quibus credimus, & talis regula est cognitio dictatiua voluntati, vt detestetur peccatum sub istis circunstantijs, vt est offensiuum Dei, vt est retardatiuum à bono, expulsiuum à vita æterna, inductiuum ad æternam pœnam, & detestetur principaliter propter amorem Dei, & huiusmodi. *Solutio notanda. Hic bene pondera, & diligenter examina mentē Scoti.*

¶ Dicit ergo Doct. quamuis ibi non expressè, q̄ habita ista regula supernaturali potest postea ex puris naturalibus se disponere, puta elicere actum displicentiæ de peccatis cum debitis circunstantijs, &c. & talis displicentia debitè intensa dicitur meritum de congruo.

¶ Sed vt detur difficultas, quia Doct. dicit in quarto vbi supra, quòd posita tali displicentia prævia dispositione ad gratiam in vltimo instanti illius dispositionis infunditur gratia ex ordinatione diuina. Et tamen videtur, quòd talis displicentia, vt huiusmodi, non sit meritum de congruo, nisi inquantum acceptatur, &c. *Alia difficultas.*

¶ Dico, quòd in merito de congruo sunt duo, puta in displicentia peccati est primo substantia, intensio, rectitudo moralis illius actus displicentiæ, & hoc totum dicitur meritum de congruo secundum quid. Secundo est acceptatio passiua, qua acceptatur à voluntate diuina, vt meritum de congruo, & talis acceptatio passiua non potest esse ab homine ex puris *Responsio.*

formaliter inhærente ſpirituſſanctus inhabitat tanquam perfectiſſimo habitui, non ſic poſſunt actus credendi, & ſperandi attribui immediatè illi habitui per quem ſpirituſſanctus inhabitat propter imperfectionem iſtorum actuum, & perfectionem illius habitus, quo ſpirituſſanctus inhabitat mentes. iſte.n. debet eſſe ita perfectus, quòd nec in patria euacuef, quando anima erit templum Dei: tunc enim nõ manebunt credere, & ſperare. Et hoc modo auctoritates Augu. faciunt pro magiſtro, non quòd nullus ſit habitus ſupernaturalis formaliter gratificans animam, ſed quòd non alius ab iſto, per quem ſpirituſſanctus inhabitat animã eo modo, quo habitus credendi, & ſperandi alius eſt ab habitu, quo inhabitat. & hoc patebit ſoluendo rationes, quæ adducuntur pro prima parte quæſtionis. Secundum hoc igitur non videtur magiſter diſcordare ab alijs, niſi quia vel ponat gratiam alium habitum eſſe à charitate, vel ſaltem dicat iſtum habitum, qui realiter eſt gratia formaliter eſſe in voluntate, & non in eſſentia animæ: quia tunc non inhabitaret ſpirituſſanctus per habitum vnum quaſi radicalẽ reſpectu fidei, & ſpei, niſi primo infuerit, ſed in habitaret per habitum formaliter informantem voluntatem, qui quodam ordine naturæ eſſet poſterior fide. & ſpe. Sed tenendo eundem habitum eſſe realiter charitatem: & gratiã: verum ille habitus informet eſſentiam animę primo & ſic à ſpirituſſancto inhabitante eſſentiam animæ fluant virtutes informantes potentias, vel ſit in volũtate formaliter tam præſuppoſitis fide, & ſpe in potẽtijs. de hoc in ſecundo lib. d.26. ſaltem charitas non videtur alius habitus realiter ab iſto, per quem ſpirituſſanctus inhabitat animam, & ita non ſic ſpirituſſanctus per habitum medium alium ab illo, quo inhabitat mouet ad diligere, ſicut mouet ad credere, & ſperare. Dicit Doctor, quòd ſecundum magiſtrum ponitur gratia informans, ſiuè charitas. Secũdo, quia magiſter videtur dicere, quòd ipſa charitas eſt tantum ſpirituſſanctus. Hoc ſic debet intelligi, ꝙ ſpirituſſanctus inhabitat animam per ipſam charitatem informantem, & non per alium habitum, & cũ ponit fidem, & ſpẽ eſſe formaliter in anima, & ſpirituſſanctus non dicitur ipſa fides, & ſpes. Hoc ideo eſt, quia ſpirituſſanctus non dr̃ inhabitare aĩam per fidem & ſpem, ſed tantum per charitatem, ideo nominat ꝑ ſam charitatẽ. Et vltra quia ſpirituſſanctus non tñ inhabitat animam in vita pręſenti, ſed ſpecialiter in vita beata, & quia charitas, & operatio illius perfectè remanet in patria, ideo dicitur inhabitare animam per charitatem, & non per alium habitum: quia nec fides, nec ſpes, nec actus eorum manent in patria. Magiſter ergo non videtur diſcordare ab alijs, niſi quia vel ponat gratiam alium habitum eſſe à charitate, vel ſaltem dicat iſtum habitum, qui realiter eſt gratia formaliter eſſe in voluntate, & non in eſſentia animæ mediatè: quia tunc ſpirituſſanctus non inhabitaret animam per habitum iſtum, ſcilicet charitatem quaſi radicalem reſpectu fidei, & ſpei: niſi primo inſint tales habitus: quia tunc ſpirituſſanctus inhabitaret per habitum, puta charitatem formaliter informantem voluntatem, quæ charitas ordine naturæ eſſet poſterior fide, & ſpe, & ſic propriè ſpirituſſanctus diceretur charitas: quia inclinaret ipſam voluntatem per ipſam charitatem informantẽ ipſam, & nullo modo per alium habitum.

Spirituſſanctū perſonã eſt in nobis, põt duplic. ter intelli. ĩ vno mõ ad inhærendũ Secundo mõ ad fruẽdũ. Primo modo Spiritus ſanctus non eſt qualitas inhærẽs ſed bene poteſt frui.

D. Dionyſi° dicit charitatẽ eſſe Spiritũſanctũ poſſe intelli gi trib. modis. Primo exẽplariter, & ſic verũ eſt dicere, quod Spirituſſanctus ẽ charitas, ſ. exemplũ noſtri amoris, ac natura charitatis. Secũdo cauſaliter verũ eſt eius opinio: quia verum eſt dicere, ꝙ Spirituſſanctus ẽ charitas cauſaliter. [illegible] ſit cauſa effectiua eorum. Tertio ſi intelligat formaliter, ita qđ iſta charitas formaliter ſit gſa

AD argumenta principalia. In hoc primo argumento, vt aliquid concludat intelligitur de dilectione meritoria. Et cum dicit, ꝙ cum dicatur dilectio eſt Deus. Si intelligatur dilectio effectiuè, ideſt quòd efficit illam dilectionem: argumẽtum eſt in quatuor terminis, & ma. non eſt vera, niſi de dilectione formaliter. Vt videatur iſta fallacia. Formetur ſic argumentum. Omne diligens dilectionem ſuam diligit Deum. Sed diligens proximum diligit dilectionem ſuam. ergo diligens proximum diligit Deum. Si maior accipiatur pro dilectione, quæ formaliter eſt Deus, vera eſt. Si minor pro dilectione effecta à Deo variatur medium, & maior non eſt vera, niſi de dilectione, quæ formaliter eſt Deus: quia non ſequitur diligens dilectionem aliam à Deo. ergo diligit Deum? Si etiam in iſta maiori accipiatur dilectio, vt eſt alia à Deo, vel a dilectione, quæ formaliter eſt Deus, erit fallacia conſequentis. Non enim ſequitur. Diligit dilectionem. ergo diligit Deum, vel dilectionem, quæ Deus eſt: quia arguitur à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis.

na Spirituſſancti, hoc modo nõ poteſt eſſe, & iſta magiſter ſententiarum intellexit, errauit.

¶ Doct. reſpondet ad hoc argumentum. Et tota reſponſio cõſiſtit in hoc, quòd diligens dilectionem ſuam, quæ eſt participata, multo magis debet diligere dilectionem per eſſentiam, quæ eſt ipſe Deus, maximè cum ratio diligibilitatis dilectionis participatæ ſit à dilectione per eſſentiam, & ſic patet.

¶ Item de trinitate. 15.c.18 vel 49. Ratio conſiſtit in hoc charitas eſt principaliter donum excellentiſſimum, ſed ſpirituſſanctus eſt charitas. ergo ſpirituſſanctus eſt principaliter donũ excellentiſſimum. Si in minori accipiatur charitas effectiuè, ideſt quòd ſpirituſſanctus efficit charitatem: argumentum eſt in quatuor terminus, quia variatur medium: quia charitas in maiori accipitur, vt eſt formaliter donum excellentiſſimum, quod competit ſolum ſpirituſſancto formaliter, & cætera.

¶ Reſpondet Docto. quòd ex hoc charitas creata dicitur donum excellentiſſimum creatum: quia charitas, licet vt creata includat limitationem, tamen, vt charitas eſt, nullam includit limitationem, & ſic eſt perfectio ſimpliciter, & ex hoc poteſt dici perfectio ſimpliciter. Nihil ergo aliud concluditur in argumento, niſi quia ex quo ipſa charitas eſt perfectio ſimpliciter, & vt in Deo abſque omni limitatione, & in creatura cum aliquali limitatione. Dicimus Deum principaliter eſſe charitatem, & etiam efficere ipſam charitatem participatam. Multa autem alia ſunt effectiue à Deo, & nullo modo aliquid eiuſdem rationis formalis formaliter prædicatur de Deo. Nam Deus efficit charitatem, & efficit humanitatem, & tamen non dicitur humanus: quia ratio humanitatis in ſe abſolutè, vt etiam abſtrahit à productione includit limitationem, & tamen dicitur charitas formaliter: quia charitas ex ſua ratione formali nullam includit limitationem, licèt vt in creatura dicatur limitata, in creatore uero omnino illimitata, & hoc eſt, quod dicit Docto. Sequitur poſt. Sed quid faciunt iſtæ auctoritates pro magiſtro?

¶ Patet reſponſio ex dictis ſupra in exponendo magiſtrum. Deinde mouet duas difficultates.

¶ Prima: quia dicit Doctor quòd omni eo, quod non dicit perfectionem ſimpliciter, illud, quod dicit perfectionem ſimpliciter eſt ſimpliciter perfectius. Contra: quia ſupremus Angelus eſt perfectior qualibet charitate creata. Dico, quòd accipiendo perfectionem ſimpliciter, & in ſe, cui repugnat omnis imperfectio, puta charitatem in ſe, eſt perfectior ſupremo Angelo, quia Angelus ex natura ſua includit limitationem. Secundo dico, quòd charitas creata adhuc poteſt dici perfectior Angelo, ex hoc, quòd formaliter participat charitatem, quæ eſt perfectio ſimpliciter. Angelus, vt Angelus nun-

quam est perfectio simpliciter (etiam posito, quòd nō esset creatus, vt alij voluerunt dicere ad mentem Arist. vt patuit supra dis.8 q 1). quia ratio formalis angeli includit limitationem, non sic ratio formalis charitatis.

¶ Secunda instantia est: quia dicit Doc. quòd illæ auctoritates Augustini faciunt pro magistro, vt Spiritussanctus dicatur charitas, & dilectio, nō sic fides, & spes in anima: quia charitas est simpliciter perfectio, & principium proximum perfectionis simpliciter, puta dilectionis. Ideo Spiritussanctus, quia inhabitat animam per huiusmodi charitatem dicitur charitas, non autem inhabitat per fidem, & spem: quia isti habitus non sunt perfectio simpliciter, nec principium proximum perfectionis simpliciter: quia nec credere, nec sperare sunt perfectio simpliciter. Contra hoc instat Doc. quia vt adducitur ex prima ratione ad intentionem magistri, Spiritussanctus est formaliter dilectio per essentiam, & ex secūda habetur ad intentionem magistri, quòd Spiritussanctus est formaliter charitas per essentiam. Quomodo ex his auctoritatibus infertur, quòd nō est in nobis aliqua dilectio habitualis, siue charitas alia ab isto habitu, per quem dicitur Spiritussanctus inhabitare. Nam iste habitus supernaturalis, quo Spiritussanctus inhabitat, vel non est perfectio simpliciter, sed aliqua limitata (& sic esset contra superius dicta. Quia diximus Spiritumsanctum inhabitare per charitatem, quia perfectio simpliciter. &c.) Vel si est simple. perfectio simpliciter, non sequitur quin alius habitus ab isto possit poni in anima, per quem inhabitaret Spiritussanctus, puta habitus amicitiæ, & huiusmodi, qui quidem habitus posset poni principiū proximum eliciendi actum meum diligendi. Nam iste actus ex quo est illimitatus potest esse à tali principio. Doct. non soluit: sed breuiter solui potest, quòd ideo Spiritussanctus specialiter dicitur inhabitare voluntatem per charitatem; & non per alium habitum: quia etsi per alium habitum posset inhabitare, cum nulla sit repugnantia: quia tamen charitas specialiter, & singulariter appropriatur Spiritui sancto, quæ est perfectio simpliciter, ideo magis dicitur inhabitare voluntatem per charitatem informantem illam participatam à charitate per essentiam specialiter Spiritui sancto attributam. Et hoc fortè (saluo semper iudicio meliori) potest adduci ad propositum magistri, &c.

Spiritussanctus dicitur specialiter inhabitare voluntatem per charitatem informantem, & per essentiam specialiter Spiritui sancto attributam.

¶ Ibi. Præterea per rationem. Omnis creatura, &c. Argumentum stat in hoc. Quando aliquid est tale per essentiam, puta bonum per essentiam, non potest intelligi non bonum, & econtra illud, quod non pōt intelligi non bonum videtur bonum per essentiam. Sed charitas non potest intelligi, non nisi bona. ergo charitas erit bona per essentiam. ergo Deus. Omnis autem creatura potest intelligi non bona ergo charitas creata non debet poni. Dico, quòd verum est, quòd etiam charitas creata, & participata potest intelligi non bona: quia tota bonitas illius est à bonitate per essentiam. Et concedo, quòd talis charitas creata non est Deus.

¶ AD ARGVMENTA pro opinione, quæ imponitur Magistro, quæ videlicet negat habitum supernaturalem gratificantem respondeo, quæ argumenta ex se patent in littera, nec indigent alia formatione. Et primo ad primum dico, quòd iste habitus simpliciter dat acceptabiliter operari, & etiam dat aliquam actiuitatem respectu actus, sicut aliqua causa secunda respectu eius, sed non dat delectabiliter, neque faciliter, quæ conueniunt habitui acquisito inquantum distinguitur ab infuso per hoc, quòd acquiritur ex frequenter agere.

¶ Ad secundum, quamuis aliqui dicant voluntatem in puris naturalibus nullum actum posse habere circa obiectum supernaturale visum, tamen hoc improbatum est distinctione prima quæstione quarta. Concedo igitur, quòd posset habere actum circa tale obiectum ostēsum, siue nude, siue per actum fidei, sed iste actus circa obiectum ostensum à fide non esset meritorius: quia non esset secundum inclinationem illius habitus, secūdum quem solus Deus disponit acceptare actum, nec etiam in primo esset beatitudo: quia non esset ita perfectus, sicut posset haberi à tali potentia, si esset perfecta proportionaliter habitui supernaturali.

¶ Et si obijcias, quòd ille actus circa diuinam essentiā visam posset esse ita perfectus, quòd totaliter quietaret voluntatem: quia eliceretur secundum totum conatum eius, & per consequens esset beatificus.

¶ Quod etiam videtur: quia talis voluntas haberet quicquid vellet, & nihil vellet male, hoc autē est esse beatum secundum Aug. 13. de trini. c. 5. vel 15.

¶ Ibi. Respondeo, quòd non solum illa voluntas non esset beata: quia non haberet quicquid vellet eo mō, quo deberet velle: deberet. n. velle acceptabiliter diligere, & hoc non haberet, sed etiam non esset beata: quia non haberet actum, ita perfectum, sicut competeret sibi in gradu naturæ suæ: nulla enim potentia habitualis potest habere actum, ita perfectum, sine habitu, sicut cum habitu: immo quanto potentia est perfectior, tāto minus potest habere actum proportionabilem suæ perfectioni si careat omni habitu: quia ex quo est similis proportio geometrica duarū potentiarum inæqualium ad habitus proportionaliter perfectiuos erit aliqua proportio arithmetica, & ita simpliciter magis deficiet potentia perfectior, si non perficiatur per habitum, quam potētia imperfectior, &c. Doc. dat duplicem responsionem. Prima quamuis aliqua voluntas summè diligeret Deū clarè visum, non tamen esset beata sine charitate: quia non habet quicquid rectè posset velle: & quia rectè posset diligere Deum meritoriè, quod non posset fieri sine charitate: quia Deus sic ordinauit, ideo si nō haberet charitatem, nō esset beata. Secunda: quia posito, quòd non requiratur talis actus meritorius, adhuc voluntas non esset beata: quia non haberet perfectam dilectionem, quam posset habere cum habitu charitatis: immo potentia perfectior, puta supremi angeli simpliciter magis deficeret ab operatione perfecta, quam nata esset habere cum habitu, si non haberet illum, quàm potentia volitiua infima, quod est valde inconueniens. Et quia responsio Docto. est satis intrincata reduco illā per verba planiora, supponendo mihi aliqua. Primo, quòd duplex est proportio, scilicet geometrica, & arithmetica: geometrica attenditur penes similitudinem proportionis tantū, vt sicut se habent quatuor ad duo, ita octo ad quatuor. ergo sicut quatuor ad duo est proportio dupla, ita octo ad quatuor erit proportio dupla. Arithmetica verò attenditur penes excessum tantum, vt sicut quatuor excedunt duo in duabus vnitatibus, sic octo quatuor in quatuor vnitatibus. Hæc patent. 5. Euclidis. Secundo suppono, quòd voluntas supremi angeli sit perfecta, vt octo, & nata producere dilectionem Dei, vt octo, & sit habituata proportionaliter, idest quòd habeat habitū secundum proportionem perfectionis suæ per quē possit attingere in dilectionem perfectam, vt duodecim. Et sit voluntas infima tantum perfecta, vt quatuor, & nata habere dilectionem Dei, vt quatuor, & sit habituata secūdum proportionem perfectionis suæ, & per talem habitum possit in dilectionē, vt sex. In vtraque operatione pōt esse proportio, & geometrica, & arithmetica. Geometrica sic. Sicut se habet

Duplex proportio.

habet perfectio dilectionis Dei causata à voluntate angeli proportionabiliter habituata ad perfectionẽ eiusdem dilectionis Dei causatam tantum à voluntate angeli non habituata, sic se habet perfectio dilectionis voluntatis infimæ causata ab ipsa voluntate proportionaliter habituata ad perfectionem eiusdem dilectionis, vt tantum causatam à voluntate non habituata. Sed perfectio dilectionis causata à voluntate angeli habituata se habet ad eandem, vt tantum causatam à voluntate in proportione sexquialtera: ergo & illa, quæ est voluntatis infimæ similiter erit proportio sexquialtera: quia sex ad quatuor: sex enim continent quatuor, & medietatem illius, & sic patet proportio geometrica. Sed secundum proportionem arithmetricam sic infertur, sed dilectio causata à voluntate angeli habituata excedit eandem, vt tantum causatam à voluntate non habituata in quatuor gradibus. ergo & illa alia excedit in duobus gradibus. In prima proportione est excessus, vt quatuor, in secunda autem, vt duo. Et sic quando voluntas angeli sola operatur ad dilectionem, vt octo, deficit secundum proportionem geometricam ab operatione, vt causata à voluntate habituata: quia sicut prima se habet ad secundam in proportione sexquialtera, ita hic defectus erit secundum proportionem sexquialteram, & similiter est de voluntate infima. Sicut in alijs proportionibus dicimus; puta in proportione dupla. Sicut se habet quatuor ad octo, ita duo ad quatuor, sed quatuor ad octo est proportio subdupla: ita duo ad quatuor. Arithmeticè verò quatuor deficit ab octo in quatuor vnitatibus, & duo à quatuor in duobus.

Quæ sit proportio geometrica

¶ Sic cum dico voluntas angeli deficit à perfectione dilectionis, vt solum causatæ ab illa voluntate nõ habituata in proportione subsexquialtera à perfectione dilectionis causatæ à voluntate habituata ipsius angeli: Et sic quomodo deficit ista proportione Geometrica, sic deficit alia causata à voluntate infima non habituata, &c. sed in proportione arithmetica voluntas angeli non habituata deficit à perfectione dilectionis causatæ à voluntate habituata in quatuor gradibus, & sic similiter dico de voluntate infima, quòd dilectio causata à tali voluntate non habituata deficit in duobus gradibus à dilectione causata à volũtate habituata. Et hoc est, quod intendit Doc. Et sic sequitur, quòd magis deficit voluntas perfectior angeli, si non perficitur per habitũ proportionaliter, quàm deficiat voluntas creata infima, deficit dico secundum proportionem arithmeticam, nõ secundum proportionem geometricam, cum defectus vtriusque sit tãtum proportio subsexquitertia. vt supra patuit.

¶ Ibi. Cum additur, quòd habet quicquid vult. Respondeo, quòd non tanta dilectione, quanta potest ordinate diligere illud obiectum: patet quia habitu charitatis potest ordinate perfectiori modo diligere.

¶ Contra, quia tunc videtur, quòd nulla voluntas esset beata, quæ non haberet charitatem maximam. Respondeo, quòd non potest ordinatè velle habere obiectum beatificum maiori actu, quàm correspondente meritis suis. talis non est maximus cuius est capax. Semper tamen est maior illo, quem posset habere existens in puris naturalibus. Sequẽtia sunt clara, vt patet intuenti litteram.

AD primum & secundum secundæ viæ. Responsio clara est.

¶ Ibi. Cum igitur dicis, &c. quasi in fine cum dicit. Aut si concedatur, quòd prius cooperetur Spiritussanctus quàm habeat charitatem, non sequitur. ergo æque posset cooperari voluntati non habenti charitatem: quia non ita cooperatur nõ habenti formam ad agendum sicut habenti, idest quòd quando Spiritussanctus cooperatur voluntati habenti charitatem ad actum meritorium cooperatur sibi secundum communem cursum, & communem influentiam, qua coopera ur omni creaturæ Cum verò cooperatur voluntati non habenti charitatem ad actũ meritorium, non cooperatur sibi secundum cõmunem cursum, & communem influentiam, sed quodammodo miraculosè; quia secundum speciale influentiã, & singulare priuilegium, & hoc est. qđ dicit.

¶ Ibi. Ad tertium. Patet responsio: quia si verbum propter communicationem naturæ humanæ dicatur operari opera naturæ humanæ, & verè mereri secundum illa opera, puta ieiunando, vigilando, & huiusmodi. Nam opera ista elicita ab homine vnito verbo dicuntur meritoria, & sic verbũ propter communicationem naturæ dicatur mereri, non tamen dicitur mereri homo assumptus à verbo, ex hoc, ꝙ verbum creauit animas: quia meritum est in potestate merentis, creare autem mundum non est in potestate hominis assumpti. Et licet dicatur hominem creare mundum, hoc est tãtum propter communicationem idiomatum. Et sic est in proposito de Spiritusancto, & voluntate.

Verbum dicitur operari opera naturæ humanæ per cõicatione idiomatum,

¶ Ibi. Ad vltimum. Doc. tangit vnam difficultatẽ: quia si ad visionem requiratur species in intellectu, vt principium formale, & totale visionis: tenenti hãc opi. difficillimè est soluere hoc argumentum, scilicet ꝙ intellectus non indigeat aliqua specie, vel forma, vt principio productiuo totali visionis obiecti, & maximè Dei, & dicit, ꝙ talis difficultas non est, si ponatur obiectum in se, vel in specie intelligibili esse causam partialem, & hoc dictum est bene ponderandum. Nam vt in specie intelligibili tãtum habet esse, non est causa partialis, cum nullam existentiam habeat, sed specie intelligibilis, quæ supplet vicẽ obiecti, vt expresse patuit. supra d. 3. q. 6 7. & 8. & dis 17. in responsione ad argumenta facta contra tertiam viam. Sed quando obiectum est in se præsens, tunc est causa partialis, & non requiritur aliqua species, vel forma, vel lumen, vt principium formale productiuum visionis obiecti: quia potentia, & obiectum perfectè pñs. sufficiunt ad talem visionem, & addit Doc. Videtur. n. ꝙ sicut in voluntate ad habendam perfectam fruitionem Dei requiritur charitas, ita in intellectu ad habẽdam perfectam visionem, cum sit minoris actiuitatis, quàm voluntas. Et respondet Doc. quòd nullus negat in gloria habitum luminis gloriæ in intellectu.

SED contra hoc arguitur ab aliquibus non bene penetrantibus dicta Doct. sic reducendo Doctorem ad contradictionem: Quia Docto. supra in distinctione 3. quæst. :. Contra Tho. negat expresse lumen requiri ad cognitionem substantiarum separatarum. hoc idem in quarto d. 49. Et hic concedit lumen gloriæ. ergo idem negat, & affirmat, & sic contradicit sibi.

Appares cõtradictio.

¶ Dico, quòd Doct. non contradicit sibi: quia qñ negat lumen gloriæ in intellectu, negat ex hoc: quia posuit Tho. intellectum nostrum nullo modo posse cognoscere substantias separatas quantumcunque præsentes, nisi eleuetur per lumen gloriæ, ita quòd impossibile est ipsum habere etiam minimam visionem de illo obiecto, etiam perfectè præsente, nisi per lumen gloriæ. Et Docto. vbi supra improbat hoc, & quia ad huiusmodi visionem, vel cognitionẽ sufficit potentia intellectiua, & obiectum in se præsens. hic autem concedit aliquem habitum in intellectu, qui dicatur lumen gloriæ requiri ad visionẽ Dei in se præsentis. Ad visionem dico perfectam: quia visio, quæ nata est esse à potentia habituabili

Solutio.

Scotus non negat lumẽ gloriæ de facto, sed negat necessitatem talis luminis.

perfectior elicitur ab illa potentia habituata agente æquali conatu, quàm à non habituata. Vult ergo ꝙ requiratur non ad visionem simpliciter, vt voluit Tho. Sed ad visionem perfectissimam, & sic patet quomodo non contradicit sibi.

Quæstio Tertia.

Tertio circa augmentum charitatis supposito, quod charitas possit augeri.

Vtrum tota charitas præexistens corrumpatur cum noua inducitur?

Seraphicus Bonauent. 3. senten. distinct. 17. quæstione prima.
Scotus primo sent. dist. 17. q. 1.
D. Thomas. 2. parte secunda q. 52. art. 2. & 1.
Ricardus. 1. sent. dist. 17. q. 2.
Durandus primo sent dist 17. q 5.
Franciscus de Mayronis dist. 18. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 1. sent. dist. 15 q. 1.

CIRCA augmentum charitas.

¶ Titulus quæstionis licet sit tantū de charitate simpliciter, tamen intelligitur de qualibet forma intensibili, & remissibili. Et sic quæritur per exēplum. Pono, quòd charitas sit intensa, vt quatuor, & quòd intendatur, vt sex, an quando intenditur, vt sex, corrumpatur tota illa, vt quatuor, ita quòd de nouo generetur charitas, vt sex? Et hoc idem dico de qualibet alia forma intellectuali. Similiter est eadem difficultas de remissione, an charitas, vt sex si fiat remissa, vt quatuor? an tota illa, vt sex corrumpatur, & creetur noua charitas, vt quatuor? an tantum duo gradus charitatis, vt sex corrumpantur? & sic de alia forma remissibili dico idem.

Opi. Gotfre. quoli. 9 q. 4. HIC dicitur, quòd nihil &c. Hæc est opi. Gotfre. quolib. 7. quæst. 7. & sequaces eius, qui tenent, quòd in augmento totum præexistens corrumpatur, & similiter in decremento, & nouum generetur, eo modo, quo exposui in titulo quęst. Et probat duobus medijs. Primo: quia quando forma intenditur, tunc forma mouetur à forma minus intensa ad formam magis intensam, ita quòd forma minus intensa est terminus à quo motus, & forma magis intensa est terminus ad quem motus. Sed terminus à quo, & terminus ad quem sunt incompossibiles ex quinto phisi. ergo &c.

Terminus à quo, & terminus ad quē sunt duplices. ¶ Dico, ꝙ terminus à quo, & terminus ad quem motus sunt duplices, scilicet formales, & concomitantes. Primi (si est motus acquisitiuus) sunt priuatio, & habitus, & sic subiectum existens sub charitate, vt quatuor mouetur à priuatione charitatis, vt duo, tāquam à termino à quo ad charitatem, vt duo tanquam ad terminum ad quem, & isti sunt incompossibiles. Si verò est motus deperditiuus, tunc aliquid mouetur, puta à charitate, vt sex ad priuationē illius. Secundi: quando mouetur à charitate, vt quatuor, tanquam à termino à quo, ad charitatem, vt sex tanquam ad terminum ad quem, & sic charitas, vt sex, & charitas, vt quatuor sunt compossibiles. & sic patet solutio argumenti.

¶ Ibi. Confirmatur ista ratio. Hæc confirmatio est clara, & soluitur à Doc in responsione argumenti.

Charitas meritorū nostrorum totales sunt Deus, charitas, & voluntas nostra. Deus efficiē charitas inclinatiuē, & voluntas nostra electiuē. CONTRA istam positionem. Argumentum stat in hoc supponendo. Primo, quòd charitas sit principium actus meritorij. Secundo, quòd per actum meritorium in eodem instanti, quo elicitur augeatur charitas. Et tunc vltra quæro in instanti a. elicitur actus meritorius à charitate, & in eodem instanti augetur charitas. Aut ergo charitas præexistens? & habetur propositum, quòd in augmento nō corrumpatur præexistens, aut generatur noua charitas perfectior præexistens? & tunc sequitur, ꝙ actus meritorius in instanti a. erit à charitate non existente in instanti a. Et sic non ens posset producere ens, quod est falsum. Si dicatur, quòd non augetur in instanti a. quo elicitur actus, sed post non potest effugere de habitibus naturaliter acquisitis, & de istis eo modo fiet argumentum sicut de charitate.

¶ Ibi. Sequitur, quòd actus augmentatiuus habitus nō elicietur ab habitu, sed à sola potentia, quod videtur inconueniens.

¶ Hoc debet sic intelligi. supponendo, ꝙ voluntas habeat habitum iustitiæ intensum, vt nouem, & aliquis actus elicitus post illum habitum intendat illū, vt decem. Si ille actus est causatus à potentia, & ab habitu, tunc in eodem instanti, quo causatur intendit habitum. Aut præexistentem? & habeo intētum. Aut producit nouum habitum iustitiæ intensum, vt decem? & tunc ille actus erit à sola potentia, & non ab habitu: quia in eodem instanti, quo elicitur habitus præexistens non est. Hoc autem est inconueniēs, ꝙ sit à sola voluntate: quia tunc esset imperfectior alio actu, qui esset à voluntate, & ab habitu, & non augmentatiuo illius habitus: quia actus elicitus à potentia habituata agente æquali conatu est perfectior illo, qui est à potentia sola. Et tunc sequitur, ꝙ actus augmētatiuus, vt decem, qui est imperfectior actu non augmentatiuo possit causare habitum iustitiæ intensum, vt decem, & sic imperfectius causabit omnino perfectius. & hoc est, quod innuit Doc. Cætera patent vsque. Ad secundam viam.

SECVNDA VIA. Hæc positio secundæ viæ consistit in hoc, supponendo. Primo, quòd actus volūtatis, puta primum velle iustum, potest esse perfectius decimo velle elicito à voluntate. Secundo suppono, quòd iustitia habitualis sit in voluntate, vt nouem. Certum est, quòd neque per velle primum, neque per secundum potest fieri intensum, vt decē, sed per decimum velle. Aut ergo decimum velle intendit habitum iustitiæ præexistentē? & habeo propositum, aut causat nouum habitum iustitiæ intensum, vt decem? ergo actus imperfectior potest causare habitum perfectum, qui non potest causari ab actu perfecto, quod est incōueniens. & hoc est, quod dicit Doc. in ista ratione.

¶ Ibi. Si dicatur, ꝙ præcedentes actus eliciti à charitate manent in acceptatione diuina, sed non in se, cum transeant, nec in alio impresso à se, puta in alio causato à se, vel ab eis. & si hoc sit verum tamen non potest concludi de habitu naturali, vt patet per rationem nunc factam.

¶ Ibi. Præthereà rō non soluitur. Patet ista ratio per illam nunc superius dictam: quia si sit calidū, vt nouem, & adueniat sibi calidū, vt vnum. quæro aut intendit pexistens? & habeo intentū, aut causat calidū, vt decem? & hoc est impossibile: qa est imperfectius calido, vt nouem, & à fortiori calido, vt decem.

¶ Ibi. Nec potest euadi hoc. Ista euasio stat in hoc, puta, ꝙ lignum si debet fieri album, vt decem, prius fit album, vt vnum, & deinde fit album, vt duo, & corrumpitur album, vt vnum, & causatur nouum album, vt duo, & sic si fit album, vt tria corrūpitur album, vt duo, & causatur nouum, vt tria, & sic deinceps, & non posset causari album, vt tria, nisi prius esset causatum album, vt vnum, vel vt duo, licet non maneant illa quando causatur album, vt tria.

¶ Ibi. Non valet inquam hæc rñsio. Quia si calidū vt octo adueniat calido, vt nouē, ita quòd calidum,

vt

vt octo adueniens calido, vt nouem fiat calidum, vt decem. Aut ergo calidum, vt octo intendit calidum vt nouem praexistẽs, & calidum vt nouem corrumpitur, & calidum, vt octo causat calidum, vt decem: ergo imperfectius causabit perfectius, quod est falsum.

TERTIA via. Hic arguit à simili: quia dicũt isti, quòd eadem est ratio in intensione, & remissione, quòd scilicet semper præexistens corrumpitur. vt dixi in initio quæstionis. Et ratio clara est.

Arist. in accidentib. cõcedit magis & minus.

QVARTA via sumitur. Hæc ratio stat in hoc: quia Arist. concedit in accidentibus magis, & minus eodem modo, quo non est substantia. Si enim diceretur substantiam esse magis: quia recipit nobiliorẽ formam aliam simpliciter à prima, vt si lignum est album, vt quatuor dicitur magis album quando est, vt sex, non quòd illa albedo, vt quatuor fiat intensa, vt sex Sed quia corrumpitur illa albedo, vt quatuor, & causatur vna, vt sex, hoc idem erit in substantijs, quia vna, quæ est sub forma ligni, vt quatuor, & illa corrupta fit sub alia forma, vt sex, & sic eo modo erit magis, & minus. Si ergo vult esse magis, & minus in accidentibus, ex hoc vult, quòd idem accidens potest intendi, & remitti. & hoc est, quod dicit.

¶ Ibi. Quinto arguitur per hoc. Argumentum stat in hoc. Supponendo aliqua. primo, quod detur aliqua natura, vt natura, quæ sit species specialissima, puta albedo, vt albedo. secundo quòd quando aliquid albedini, vt albedo aduenit, puta aliquis gradus: tunc præexistens corrumpitur, & fit albedo, vt duo, & similiter quando aduenit albedini, vt do corrumpitur illa, vt duo, & fit vt tria. Albedo, vt duo est ipsa essentia albedinis: patet quia constitutum ex duobus prædictis est albedo per se, & essentialiter perfectior albedine, vt albedo: quia per te gradus non adueniunt præexistenti. Si ergo albedo, vt duo essentialiter sit perfectior albedine, vt albedo, tunc illa duo prædicabitur de ista albedine, vt duo per se, & de illa vt duo per se. Et sic erit species inferior albedine, vt albedo, quod est inconueniens. Nos autem ponimus albedinem, vt albedo esse speciem specialissimam, & prædicari per se de albedine, vt duo, & albedine, vt quatuor, vt sex, vel vt octo: quia isti gradus adueniunt tantum albedini singulari, & existenti, & fiunt vnum per se, tamen albedo, vt albedo dicit totam essentiam omnium istorum.

Albedo, vt albedo ẽ species specialissima.

¶ Et si dicatur: nonne albedo, vt duo, prædicatur de ista vt duo?

¶ Dico, quòd non secundum rem, vt sequitur ex alia opi. Sed tantum secundum nomen sicut canis.

¶ Ibi. Sexto, & vltimo. Omnia clara sunt vsque in finem quæstionis. vt patet intuenti.

Quæstio Quarta.

Quartò quæritur, an charitas possit augeri?

Scotus 1. sent. distin. 17. q. 4.
D Thom. 1. 2. q. 52 Artic. 1. & 2.

SECVNDO quæro vtrum illud, &c.

¶ Titulus quæstionis licet sit simpliciter de charitate, est etiam de omni forma intensibili, & consistit in hoc. An cum dico Franciscus est albior Ioanne. An dicatur albior propter maiorem albedinem in se. An illa albedo, qua denominatur albior dicat solum eandem entitatem, quam dicit albedo, qua denominatur minus albus? Et est quæstio. An albedo in se possit intendi, & remitti, an intensio, & remissio sit ab aliquo alio. Et hic dicit Tho. quòd maius, & minus in forma dicitur ex maiori, vel minori dispositione subiecti, & non ex maiori, vel minori intensione formæ in se.

Opin. S. Th. Secunda q. 52 artic. 1. & 2.

CONTRA istam opi. Argumentum clarum est, sed est ibi intelligendum vnum, quod cum dicit, quod cõtraria in summo sunt incompossibilia in eodem, in gradibus verò remissis sunt compossibilia. Hoc non debet intelligi in gradibus remissis æqualibus, ita quod in eodem subiecto sint tantum duo gradus caliditatis, & tantum duo frigiditatis. Et sic quatuor, & quatuor, octo, & octo. Sed sic, quod cum octo gradibus caliditatis stant duo, vel tres frigiditatis. De hoc alias, maximè in quarto distin. 12. & vide etiam, quæ exposui in tertio dist. 5. respondendo ad argumenta principalia.

D. Thomas prima secunda duo dicit.
Primum est, quod forma intendatur propriè, & remittatur, tantũ secundum habitudinẽ ad subiectum.

¶ Ibi. Prætereà. Idem non potest bis produci. Hæc ratio stat in hoc. Pono, quòd Franciscus sit calidus, vt quatuor, & fiat magis calidus, puta vt sex, aut caliditati præexistenti addantur duo gradus, & sic habeo propositum, quod scilicet forma intenditur. Aut illud additum nihil aliud est, nisi quiditas caliditatis præcedens, cum ergo de nouo dicatur magis calidum, sequitur, quòd caliditas præexistens de nouo generatur, & sic idem bis generatur. Sed hic fortè diceret Thom. quòd non diceretur magis calidũ propter nouam caliditatem, sed propter nouam dispositionem, vel maiorem dispositionem. Et hoc nõ potest stare: quia idem sequeretur de dispositione, vt prius, vt patebit parum infra.

Secundũ ẽ, quod res illa, quæ ẽ forma quoniã intenditur, & remittitur, nihil sui reale absolutum acquirit, aut perdit, sed solũ aliquid ĩ ordine ad subiectum.

¶ Ibi. Prætereà si forma indiuisibilis. Hic suppono duo. Primum, quòd subiectum potest dici diuisibile, vel indiuisibile absolutè. Secundum, quòd dicatur diuisibile secundum aliud. & hoc dupliciter, vel intensiuè, vel extensiuè. Exemplum primi. vt Margarita dicitur magis diuisibilis secundum albedinem, quàm paries albus. Secundo modo, scilicet extensiuè est ẽ contra, & hoc est. quod dicit Doc. quòd forma tale esse dat subiecto, quale esse habet in se. Si ergo albedo in Margarita est indiuisibilis intensiuè. ergo dat subiecto esse intensiuè, & sic Margarita non posset magis alba dici, quàm paries albus.

Contra hoc arguit Scot. sic cõtraria ĩ summo nõ possunt esse simul in eodem, & ĩ remisso sunt ĩ eodem, ergo aliquod ẽ in summis, quod non est in remissis, nec illa compossibilitas, vel incompossibilitas est ex in esse subiecto, sed ex ratione formali contrariorum, & ex entitate reali eorũ. præterea nihil idem potest bis produci, sed secundũ D. Tho. forma aucta est vna realiter ante, & post, et tamẽ ẽ bis producta, quia ante semel, & nunc iterũ, et totiesque tiens augetur Caietanus dicit quod D. Thoma prima secunda

¶ Fortè hic diceret Tho. quòd est indiuisibilis intensiuè, & subiectum dicitur diuisibile, & magis album propter maiorem dispositionem ad albedinẽ. Et hæc instantia non videtur ad propositum, tũ quia aut dispositio est eiusdem rationis cum albedine? ergo erit diuisibilis in se. Aut alterius speciei specialissimæ? ergo subiectum secundum eam non diceretur magis album, cum nõ sit ibi maior albedo, tum etiã quia non denominatur tale per dispositionem solũ, sed per formam sibi inhærentem, &c.

¶ Ibi. Prætereà, contra istos modos. Tota ratio in hoc consistit a. dicitur magis album: quia magis dispositum: sit illa dispositio b & a. dicitur minus albũ: quia minus dispositum, & sit illa dispositio c. Quæro aut b. & c. sunt eiusdem speciei? ergo ipsa dispositio, quæ est forma intenditur, & remittitur in se: patet quia maior, & minor. Aut b. & c. sunt alterius speciei (vt dicunt?) quia dispõ ad maiorem caliditatem in a. est siccitas, & dispõ ad minorem in a. est humiditas. Contra hoc: quia sicut forma specifica respicit talem dispõnem, ita quælibet forma singularis contenta sub forma specifica respicit dispõnem eiusdẽ rationis, vt patet. Nam caliditas respicit siccitatem pro dispositione. ergo & quælibet caliditas, & si dispositio est eiusdem rationis fiat argumentum, vt prius.

¶ Ibi. Prætereà. Si præcedant tales dispositiones. Hæc ratio sic declaratur supponendo aliqua. Primo

motus intensionis est vnus per se, & similiter motus remissionis. Secundo, quòd motus vnus est ab vnitate subiecti, & termini ad quem, & ex continuatione illius. Tertiò, quòd quando aliquod subiectunt mouetur ad formam, mouetur ad illam inquantum habet dispositionem cõuenientem receptioni illius formæ; patet non enim lignum, vt est sub frigiditate mouetur ad caliditatem tanquam per dispositionem, sed per siccitatem.

¶ Si ergo a. mouetur à minori albo ad magis album, vel econtra, sit dispositio ad minus album b & ad magis album c. quæ sunt diuersarum rationum. Certum est, quòd quãdo a, mouetur a minori albo, quòd in ipso a. est dispositio faciẽs pro minori albo, & sit humiditas, vt verò mouètur ad maius album, tunc a. erit sub dispositione conueniente, puta sub siccitate, & quando mouetur ad illud, non est ibi siccitas; quia tunc tantum sub humiditate. ergo erit impossibile aliquid moueri à minori albo ad magis album, & econtra; & sic non erit vnus motus à minimus intensio, & econtra. Cætera patent vsque ad responsionem argumentorum.

AD primum de numeris. In ista responsione tangit Docto. tria. Primum, quòd quiditas diffinibilis secundum Pla. sunt species, & genera abstractè, & verè existentes, & secundum ipsum indiuisibiles. Secundum quòd Aristo. comparat numeros ad huiusmodi quiditates diffinibiles secundum quatuor. Primò: quia sicut numerus diuiditur in indiuisibilia, puta in vnitates, quæ sunt indiuisibiles, ita, & diffinitiui quiditatiua diuiditur in conceptus indiuisibiles. patet: quia non est processus in infinitum in illis. Secundo, quòd sicut vnitas addita, vel remota à numero variat speciem numeri, ita differentia specifica addita, vel remota variat quiditatem. Exemplum. Nam animal est substantia animata sensibilis, si remoueatur sensibile amplius non est animal, sed tantum animatum. Si vero addatur aĩal risibile contrahitur ad esse specificum. & hoc est, quod dicit Doc. quòd de vna specie facit aliam, vel de non specie facit speciẽ. Tertio; quia sicut numerus, puta ternarius est per se vnũ vnitate specifica, sic quiditas diffinibilis est per se vnum, siue diffinitio. Quarto, quod sicut numerus non intenditur, neque remittitur, ita nec entitas specifica, sed consistit in indiuisibili, vt abstrahit ab inferioribus. In indiuiduis verò potest intendi, & remitti, secundum gradus perfectionales aduenientes indiuiduo, qui nullo modo constituunt aliquid in esse specifico, vel in esse essentiali. Loquitur ergo Aristo. de forma specifica, quæ variat speciem, vt supra dixi, non autem de forma indiuiduali, idest de perfectione adueniente tali naturæ indiuiduatæ.

¶ Ad illud de decimo metaphi. dicit Docto. quòd differentia formalis, siue secundum formam de rigore sermonis est differentia specifica, sicut dicimus, quòd homo, & asinus differũt formaliter, siue secundum formam, scilicet per rationale, & irrationale. Differentia verò formarum potest esse, & specifica, & accidentalis. Nam albedo, & nigredo diferũt inter se, vt sunt duæ formæ specificæ. vt verò comparantur ad subiecta, illa subiecta dicuntur differentiæ accidentaliter. Deinde addit, q̃ etiam logicè non sequitur. Est differentia formarum, ergo differẽtia formalis, siue specifica? Nam prædicatum sequens ly differentiam in vtraq; stat confusè distributiuè mobiliter, propter negationem inclusam in ly differentia. Et ideo committitur fallacia consequentis a negatione inferioris ad negationem superioris. Est differentia formarum, siue differunt in forma. ergo est differentia formalis, siue differunt formaliter? Committitur ergo fallacia consequentis à negatione inferioris ad negationem superioris: quia si forma a. & forma b. sunt eædem formæ, scilicet numero ergo sont idem formaliter, siue specificè? Sicut ergo non sequitur sunt idem specie. ergo sunt idem numero? propter fallaciam consequentis à positione superioris ad positionem inferioris. Ita non sequitur, non sunt idem numero ergo non idem specie? ly differt non tantum distribuit terminum differentię: sed etiã rationem formalem. vt si Franciscus differt ab asino humanitate, tant' asinus, quàm humanitas stãt distributiuè. Licet ergo hoc antecedens sit verum, scilicet hæc natura humana differt ab ista natura humana. ergo hæc natura homana differt ab ista formaliter, siue humanitate simpliciter sumpta. Hoc consequens est falsum: quia statim sequitur, quòd hæc humanitas, puta a. non est eadem isti humanitati, puta b. nec ista humanitate est eadem, nec ista, & sic de alijs, & sic committitur fallacia consequentis à negatione inferioris ad negationem superioris, sic arguendo a. non est idem b. nec ista humanitate, nec ista. ergo nõ est idem b. humanitate in communi? non sequitur. Et hoc est, quod dicit Doc. logicè.

da q. 13 art. 2 Quod secundum ueritatem sequidã dictũ non est D. Tho: me, nec est mirũ, q̃ impugnetur à Scoto, unde sequit nõ oportet rñdere obiectis cõtra illud. Opinio Scoti est, q̃ charitas, siue gratia est augmentabilis, & diminuibilis per gradus, subiectiua verò nõ, nisi per partem post partem. Unde D. August. ad Bonifacium dicit, charitas mouetur augeri, ut et aucta mereatur perfici. Sed etiã dubium an corrumpatur prealitas charitatis praexistentis cum aduenit e. nouo gradu? Respõdeo, q̃ non corrumpitur, sed augmentatur nouo gradu, ipsa intenditur, ut dicit Scotus i. hac dist. 17 q. 3. Sed oppositum tenet Diuus Thomas, q̃ non intenditur essentia rei, sed accidens eius, ut habetur in 3. sen. distin. 41 ar. 1. q 2. Verũ arguitur pro D. Thoma sic. Arist. 8. meta. tex. 10 dicit formas sunt sicut numeri. hoc est sicut numerus variat speciẽ quando additur et unitas, ita si forma addatur aliqua perfectio, variatur species, ut si sanctimo addatur intellectiuũ sit hõ. Respõdeo verum est, q̃ addatur perfectio specifica, si autẽ addatur perfectio indiuidualis, nõ variat spẽ, nõ gradus perfectionis indiuiduales, non autẽ specifica sic et gratia intensa, & gratia remissa sola numero differunt, nullo modo specie.

Distinctio Decimanona.

Quæro vtrum, Tres personæ sint æquales secundum magnitudinem.

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. primo sententiarum distin. 19. quæst. 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa. quæst. 47. memb. 1.
Scotus 1. senten dist. 19 q 1.
D. Thomas 1 parte summa q. 42 Artic. 4.
Ricardus 1. senten dist 19 q 1.
Durandus 1 senten. dist. 19 q 1.
Franciscus de Mayronis 1. sent. dist. 19. q 1.



QVÆRITVR à Doc. circa distinctionem 19 Vtrum personæ sint æquales secundum magnitudinẽ?

DE primo philosophus secundo meta. &c. Sunt aliqua notãda. Primo, quòd quando dicit, quòd relatio similitudinis æqualitatis, & identitatis in creaturis fundatur super vnum, vt album est simile alteri albo. Sic debet intelligi, quòd non fundatur similitudo super albedine communi, sed sic similitudo fundatur in a. albo, & terminatur ad b. album, idest quòd similitudo fundatur in a. quod est simile, & vnum vnitate specifica cum b. Et sicut dixi de similitudine, idem dico de æqualitate, & identitate: & propriè æqualitas similitudo identitas fundantur super vnitate specifica speciei specialissimæ modo præexposito. Hoc tamen magis patebit præsenti quæstione. Respondendo ad quædam argumenta Gregorij, & Ocham, & Alphon. Secundo quanto fundamentum est perfectius in pluribus, & magis vnum in illis, tanto æqualitas fundata in illo erit perfectior, & sic æqualitas in diuinis est perfectissima, quia fundamentum est formaliter infinitum, & simpliciter indiuisum in tribus personis. Est enim ibi perfecta distinctio personarum æqualium, & perfectissima identitas fundamenti secundum quam dicuntur æquales. Cætera sunt clara vsque ad illam difficultatem, quæ habet solum infra distinctione trigesimaprima, huius. Et sic patet tota ista

quæstio

quæstio ex se, nec volumus amplius in his facilibus immorari, sed procedamus ad responsionem argumentorum.

AD ARGVMENTA. ibi. Et sic oomen quantitatis.

¶ Vult dicere Doc. quòd propriè loquendo quantitas accipitur pro qoantitate molis, & non virtutis, appropriatè verò dicitur quantitas virtualis. Magnitudo verò, propriè loqoendo, accipitur pro magnitudine virtutis, appropriatè verò pro magnitudine molis, & hoc est, quod dicit.

¶ Ibi. Ad primum respondeo, quòd magnitudo est æquiuocum, &c. Vult dicere, quòd magnitudo potest accipi dupliciter. Vno modo absolutè, vt distinguitur contra multitudinem, quæ est species quantitatis, & sic talis magnitudo est species quantitatis, & non transcendens. Alio modo respectiuè, scilicet vt comparatur ad paruitatem. In concreto verò dicuntur paruum, & magnum. & hoc modo magnitudo est transcendens, & sic potest applicari ad diuina.

¶ Ibi. Ista distinctio satis habetur à philosopho.

¶ Ab ipso expresè habetur 10. meta. tex. c. 20. vbi Arist. vult, q magnitudo opponatur vnitati, & non paucitati. Et arguit ibi. quòd non paucitas. Quia tûc si opponitur vnitati, & paucitati sequeretur, q vnitas esset paucitas, &c. Nam Arist. accipit multitudinem vno modo absolutè, & sic oppooitur vnitati, & multum opponitur voi. Alio modo respectiuè sicut dicimus, q maius opponitur minori, & sic multitudo est æquiuocum ad vnum, & ad paucum. Cætera patent vsque in finem.

CIRCA istam quæstionem primam distinctionis decimænonæ arguit Ocham contra multa dicta Scoti. Et primo contra hoc, quod dicit Sco. quòd vnitas est proxima ratio fundandi æqualitatem, & non res illius generis.

¶ Primo: quia illud, quo posito cum termino ponitur relatio, etiã & omni alio circunscripto est proxima ratio fundandi illam relationem, sed posita quantitate hac, & quantitate illa omni alio circunscripto ponit æqualitas, vel inæqualitas. ergo quantitas est proxima ratio fundandi æqualitatem, vel inæqualitatem.

¶ Secundo: posita hac albedine, & illa ponitur hæc similitudo. ergo hæc albedo est proxima ratio fundandi.

¶ Tertio: res alicuius generis potest immediatè fuodare relationem similitudinis, vel æqualitatis, vel identitatis sicut relationẽ alterius modi. Sed res alicuius generis potest esse ratio proxima fundandi relationem alterius modi. Maior patet: quia talis relatius immediatius conuenit sibi. Vnde secundũ quantitatem æquale, vel inæquale dici est proprium quantitati. ergo ista immediatione sibi conuenit.

¶ Quarto: quæro de illa vnitate, quæ est ratio fundandi, aut est vnitas realis oumeralis, aut vnitas specifica? non vnitas specifica? Tum: quia vnitas specifica non est aliqua res distincta quocunqoe modo ab indiuiduis, & per consequens oon potest esse ratio fundandi vnam relationem numero. Tum: quia vna relatio, habet vnam rationem fundandi oumero: quia sicut relatio in communi ad rationem fundamenti io communi, ita relatio vna numero ad rationem fundandi vnam numero. Nec potest dici, qoòd illa vnitas sit vnitas oumeralis: quia quæro de illa numerali, aut est idem realiter cum sorte, qui est fundamentum remotum identitatis? aut aliud realiter? aut ens rationis? Si detur primum? ergo res de genere substantiæ est proximum fundamentum, & habetur propositum. Si detur secundum? oportet, quòd sit accidens, sed manifestum est, quòd nullum potest dari: quia nec quantitas, nec qualitas, & sic de alijs. Si detur tertiũ? ergo ens rationis esset proxima ratio fundandi relationem realem, quod est impossibile.

¶ Si dicatur, q illa vnitas est eadem realiter cum sorte, distinguitur tamen formaliter, ideo est in genere substantiæ non per se, sed reductiuè.

¶ Contra: quia nihil in creaturis distinguitur formaliter quin distinguatur realiter. Item illud est proximum fundamentum identitatis, qood est idem identitate, sed indiuiduum per se existens est primo idem, &c.

¶ Secundo principaliter arguit cootra illod Doc. scilicet quòd istæ relationes large sumptæ sunt transcendentes, aut iotelligit, qoòd relatio similitudinis, qua sortes est similis Platoni, & relatio æqualitatis, qua vnus Angelus est æqualis alteri, vel inæqualis, & sic de alijs? aut hoc commune similitudo? aut hoc commune æqualitas est transcendens. Si primo modo? hoc videtur contra principia sua esse: quia alibi probat, quòd similitudo est realiter differens à fundamento per hoc, quòd fundamentum potest esse sine similitudine, & impossibile est idem separari a seipso. Eodem modo arguo in proposito, quando vnum potest esse sine alio illa distinguuntur realiter, sed Angelus potest esse sine similitudine: quia destructo alio Angelo oon est similitudo. ergo illa similitudo differt realiter ab ipso Angelo. Et ex hoc arguo vltra. Ista similitudo si differt ab Angelo oportet, quòd sit accidens, & per consequens est io determinato genere, & non nisi in genere relationis. ergo non plus est ista relatio transcendens, quàm quæcunque alia.

Secundo arguit Ochã.

¶ Confirmatur ratio, quando quodlibet cootentum sub aliquo communi est per se determinati generis, illud commone est per se determinati generis, sed quælibet talis similitudo in creaturis est determinati generis. ergo &c. Ex isto patet, quòd licet ens diuersorum generum possit esse fundamentum istarũ relatiooum nõ seqoitur istas relationes non esse determinati generis. Sicut ex hoc, quòd secundum aliquos qualitas est in rebus diuersorum generũ subiectiuè non potest argui, quòd qualitates illæ non sunt generis determinati. Si intelligit secuodo modo? hoc non potest dici, nisi quia est commune æqualitati diuinarum personarum, & alijs ęqualitatibus creaturarum, sed ita posset poni vnum commune æqualitati fundatæ super quantitatem, & æqualitati diuinarum personarum, & per cõsequens nunc esset transcendens illud cõe sicut ẽs, & hoc quia nulla est rõ ad probandum, q relationes æqualitatis idẽtitatis, & similitudinis strictè sumptæ sint magis in genere relationis, quam ad probandum de alijs relationibus identitatis, æqualitatis, & similitudinis, quæ fundantur in alijs rebus aliorum prædicamentorum.

RESPONDEO breuiter ad omnes rationes Golielmi Ocham. Et primo declaro aliqua, siue primo præmitto aliqua, quibus præmissis patebit responsio ad Ocham. Primo ergo præmitto, quòd respectu similitudiois est duplex fundamentum, vt etiam patet in littera Doctoris, scilicet remotum, & proximum. Exemplum. duo alba sunt realiter similia. fundamentum remotum est albedo in vtroque albo, fundamentum proximum est vnitas albedinis in qua coueniunt ista duo alba. Similitudo ergo fundatur in vnitate reali specifica albedinis, vt in fundamento proximo sic intelligendo; quòd ratio proxima fundandi talem similitudinem est vnitas albedinis specificæ.

Respõsio ad Ocham datur.

¶ Si dicatur, nonne album a. est fundamentum similitudinis terminatæ ad album b. & albũ b. est fun-

damentum alterius similitudinis terminatæ ad albū. a. & sic album. a. nō est simile sibi sed albo. b. & sic nō oportet ponere vnitatem albedinis in communi?

Simili. g lo dupliciter capitur.

¶Dico, quòd hoc nihil est: quia capitur similitudo dupliciter scilicet formaliter, & sic album. a est simile similitudine albo b. & econtra. & fundamentaliter, quæ est ratio proxima fundandi similitudinē, supple, quæ est ratio proxima quare album a. est simile albo b. Et certum est, quod non potest dari alia ratio proxima, nisi vnitas albedinis, in qua ista duo alba conueniunt realiter.

¶Si dicatur, quòd album. a. seipso est simile, & album. b. seipso est simile Hoc non valet: quia tunc esset facilis responsio, & in omnibus possumus dicere, quòd quia talis natura, &c. Sequeretur etiam, quòd similitudo non fundaretur super vno sed super duobus, quod est contra Aristo. 5. meta. ca ad aliquid. t. c. 20. vbi sic ait Arist. Et dicitur etiam alio modo æquale, simile, & idem, sunt igitur eadē. Omnia enim ista dicuntur secundum vnum modum: quia referūtur ad vnum. Sunt quædam igitur eadem, quorum substantia eorum est vna, & similia, quorum qualitas est vna, & vnum est principium numerorum, & mēsura eorum. hæc ibi. Et ibi expresse Commen. vult, q dicantur similia, ęqualia, & eadem, quia cōueniūt in aliquo. vide ibi. Certum est ergo, q ex quo nō cōueniunt realiter in vno numero, quòd conuenire dicuntur in vno specie.

In specie specialissima fit comparatio, sed non in genere.

¶Præterea. Ex quo per Arist. 7. Phy. t. cō. 19. in specie athoma fit comparatio: secundum magis, & minus tantum fiet in specie specialissima, & non in genere, vt diffusè declarat Commem. ibi. Tunc ergo quæritur quare vnum album est magis simile alteri albo, quam aliud: nulla alia causa potest assignari, nisi quia magis participat albedinem communem. vtrique. patet: ergo ex quo duo indiuidua alba sunt similia, sequitur. quòd conueniunt in vnitate specifica albedinis, quæ est simpliciter ratio fundandi similitudinem. Non tamen intelligo, quòd albedo sic in communi, vt abstrahit à singularibus fundet immediatè similitudinem realem: quia hoc est impossibile: quia vt sic habet tantum esse possibile, sed intelligo sic, q ratio formalis, quare vnum potest dici simile alteri est: quia vtrumque conueniunt in vna natura specifica albedinis. Nec intelligo, quòd prius fundetur in tali vnitate communi: & mediante illa in vnitate numerali, sicut albedo immediatè fundatur in superficie, & mediante illa in substantia: quia tūc oporteret albedinem in communi habere existentiam propriā sicut, & superficies, sed similitudo albi. a. fundatur super a. vt in fundamento proximo non absolutè, sed inquantum conuenit cum alio albo, puta. b. in vnitate specifica albedinis. Et si fundamentum proximū esset vnum numero exemplum esset, magis clarum.

Quare inter patrem, & filium est perfectissima similitudo.

Sicut enim dicit Doct. in primo di. 31. & in quol. q. 6. q inter patrem, & filium est perfectissima similitudo: quia tam fundamentum remotum, quam proximum est vnum numero, & illud idem numero est perfectissimè in tribus. Sic dico in proposito, quòd si posset dari vna albedo numero, quæ esset realiter communis duobus albis, in qua realiter conuenirēt, tunc secundum eandem albedinem numero communicabilem essent realiter similia, sic, quòd albedo esset fundamentum remotum, & inquantum vna in illis duobus albis esset fundamentum proximum. ergo nunc si duo alba sunt realiter similia conueniunt in albedinis vnitate in communi modo præexposito, tanquam in ratione proxima fundandi &c. Idem dico de ęqualitate, & idētitate. Et ex his præmissis patet quid sit respondendum ad Ocham.

¶Ad primum de illis quantitatibus. Dico, q si illę quantitates non essent eiusdem speciei specialissimę, quòd non dicerentur formaliter æquales: quia ibi non esset proximum fundamentum ęqualitatis siuè proxima ratio fundandi æqualitatem.

¶Ad aliud de albedine hac, & illa. dico similiter q essent similes inquantum essent vna ratio proxima fundandi similitudinem eo modo quo supra exposui, & si non conuenirent in vnitate species specialissimæ nullo modo dicerentur formaliter similes.

¶Ad aliud patet similiter ex supradictis.

In creaturis est vnitas specifica.

Ad aliud, cum quærit de illa vnitate, an sit vnitas realis numeralis, an specifica. Dico, q in creaturis est vnitas specifica. Et cum dicit, quòd illa non est realis. Dico, quòd hoc habet probare, nec hoc sufficiēter probauit, vt patet videndo rationes, quas facit in primo dist. 2. & magis patebit in dist. 3. q. 1. secundi Doc. Sco. vbi soluit omnes rationes Ocham, & aliorum negantium posse dari præter opus intellectus vnitatem naturæ minorem vnitate numerali. Vide ibi. Sed in diuinis dico, quòd talis vnitas realis, quæ est proxima ratio fundandi similitudinem, & ęqualitatem est vnitas numeralis, vt infra patebit a Doct. dist. 31 & ibi exponam. Et cum vltra dicit, quòd vna relatio numero habet vnam rationem fundandi numero. Dico, quod si intelligit de ratione proxima negatur, vt supra patuit.

¶Ad alia motiua de ęqualitate, & similitudine trāscendenti. Dico, quòd concesso, quòd illa similitudo sit distincta realiter ab ipso Angelo, & concesso ex consequenti, quòd sit accidens reale, negatur tamen quòd illud sit determinati generis (tenendo semper, quòd illud dicitur transcendens, quòd est commune pluribus prædicamentis) huiusmodi erit similitudo, & æqualitas vt fundantur in pluribus rebus diuersorum prædicamentorum, nec oportet hic multum insistere &c.

Alph. respondet ad argumenta Scotistica.

ALPHONSVS in primo. Respondet ad argumenta facta ex fundamentis Sco. quæ talia sunt, probando, quòd proximum fundamentum ęqualitatis in creaturis sit vnitas specifica rerum æqualium. Similitudinis verò vnitas specifica rerum similium. Primò sic. Illud est per se proximum fundamentum similitudinis rerum similium, in quo sibinuicem sunt similia; sed in qualitate in communi tantū sunt similia. ergo. Maior supponitur, & minor probatur: quia quę sunt similia, non sunt similia in eo, quod est proprium similitudinis alteri similium, sed in eo, qđ est commune vtrique: sed hæc albedo numero est propria huic, & illa illi: igitur duo alba non sunt similia in hac, vel in illa albedine, sed in albedine in communi.

Secundo vnitas relationis oritur ex vnitate alicuius absoluti præuij, sed similitudo in duobus similibus est eiusdem rationis in extremis: igitur hæc vnitas similitudinis oritur ex vnitate eiusdem rationis alicuius absoluti præuij, sed illud absolutum præuium non est hæc albedo, vel illa: quia neutra est communis alteri: ergo albedo in communi: & per consequens relationes æquiperantiæ, qualis est similitudo, prætes extrema singularia, requirit aliquid commune, quod sit fundamentum ipsius.

¶Tertio. Si similitudo non fundatur super vnitate specifica, sed super hac albedine, & illa numerali, pari ratione posset super hac albedine, & hac nigredine numeraliter distinctis, quod est falsum. Probatur consequentia: quia non potest assignari ratio quare hæc albedo, & illa sunt similes, & hæc albedo, & nigredo non similes, nisi quia duæ albedines sunt eiusdem speciei, sed hoc non esset, nisi vnitas specifica esset per se fundamentum similitudinis.

¶Ad has rationes respondet Alphonsus ubi supra Ad primam negat minorem, & dicit, quòd sicut duo

alba

alba sunt formaliter similia suis proprijs similitudinibus, & non similitudine communi, sic sunt fundamentaliter similia suis proprijs albedinibus. Et similiter similitudo propriè dicta non est nisi inter distincta, vt distincta sunt, duæ autem albedines in albedine in communi non distinguũtur, igitur non assimilantur in illa. Item albedo in communi est fundamentum identitatis huius albedinis, & illius, igitur non est fundamentum similitudinis, vt condiuiditur identitati.

In quibus ꝓpriè sit similitudo.

Improbatur Alphon.

RESPONSIO patet ex supra declaratis, & concedo, quòd duo alba sunt formaliter similia suis proprijs similitudinibus, & nõ similitudine in communi, vnum tamen album non est fundamentum proximum similitudinis, nisi inquantum conuenit cum alio albo in vnitate specifica albedinis, ita quòd vnitas realis specifica est proxima, & præcisa ratio fundandi similitudinem, vt supra exposui. Et cum addit, quòd est inter distincta. Dico quòd requirit de necessitate, & distinctionem, & vnitatem, vnitatem respectu fundamenti proximi, in quo sunt similia, & distinctionẽ inter relatiua similia, quæ mutuo referuntur, vt patet à Sco. in primo distinct. 31. & in quolib. q. 6. Et quod dicit vltra scilicet quòd albedo in cõmuni est fundamentum identitatis huius albedinis, & illius. Concedo. Et cum infertur, ergo non est fundamentum similitudinis. Dico, quòd sub alia ratione est fundamentum identitatis & sub alia similitudinis, vt infra patebit à Doct. distinctione 31. & in quoli. q. 6.

Respõsio Alphonsi.

¶Ad secundum respondet ipse Alphonsus dicens, quòd ratio soluit seipsam, quia si vnitas relationis venit ex vnitate fundamenti, oportet quòd talis sit vnitas fundamenti, qualis est vnitas relationis, nunc autem ita est quòd inter duo alba non est vna similitudo communis, sed duæ particulares, igitur non oportet quærere vnum fundamentum commune, sed duo particularia.

¶Responsio patet ex his, quæ dixi respondendo ad Ocham. Non enim accipitur vnitas similitudinis, vt sicut fundamentum dicitur commune, quòd ipsa dicatur communis, sed sic accipitur, quòd istæ duæ relationes, siue similitudines non possunt dici tales similitudines, quibus aliqua dicatur adinuicem similia, nisi detur fundamentum vnum vnitate specifica, in quo conueniunt similia.

¶Ad tertium respondet. Idem Alphonsus, & dicit, quòd vt duæ albedines sint similes sufficit, quòd quælibet earum per naturam suam sit vera albedo, & non est alia causa quærenda. Vnde sicut non est quærenda causa quare ab hac albedine, & illa intellectus abstrahit conceptum specificum, & non ab hac albedine, & hac nigredine, nisi quia quælibet particularis albedo per suam naturam particularem vera est albedo, ideo ab eis potest abstrahi conceptus eiusdem rationis, sic in proposito.

¶Respondeo, quòd hoc non est soluere rationem, sed magis ipsam declinare, vt exposui in dist. 3. q. 1. secundi Doct. vide ibi, nec oportet hic pertractare an detur vnitas realis minor vnitate numerali. Ibi enim prolixè exposui Doct. & solui omnes rationes aliorum contra Doct.

ITEM ALPHONSVS vbi supra respondet ad argumenta, quæ facit Landulphus in primo dist. 18. q. 2. art. 1. conclusione quinta pro conclusione Sco. quòd inter personas diuinas est æqualitas propriè dicta, vt ponit ipse Sco. in primo dist. 19. & dist. 31. & in quoli. q. 6. Et primo arguit sic Landulphus ex fundamentis Sco. Vbicunque est perfecta ratio fundamenti, & distinctio extremorum, ibi est vera relatio, sed in personis diuinis est perfecta ratio fundamenti æqualitatis propriè dictæ, ergo, Maior patet quia ex sufficientia causæ infertur effectus, sed fundamentũ, & extrema sunt sufficiens causa relationis, minor patet, quia personæ sunt extrema realiter distincta, & & ibi est magnitudo perfecta, quia infinitas, est etiã vnitas fundamenti, quia vna magnitudo numero est in tribus personis, ergo ibi est perfecta æqualitas, & hæc ratio patet in doct. subtili in primo dist. 31. & in quoli. q. 6.

¶Secundo arguit idem Landulphus. Ad æqualitatem, & similitudinem propriè dictam sufficit vnitas numeralis fundamenti, ergo inter personas diuinas est ponenda æqualitas, & similitudo propriè dicta. Consequentia patet, quia per Alphousum totalis causa quare inter personas diuinas non sit ponenda æqualitas, & similitudo est, quòd earum nõ est alia, & alia quantitas, nec alia, & alia qualitas. Probatur ergo à Landulpho, quòd sufficit vnitas numeralis fundamenti, & probat quadruplici ratione, vt patet in suo primo dist 3. q. 1. art. 1. conclusione secunda. Primo sic. Non minus repugnat vnitas fundamenti relationibus fundatis super vno, sicut est, idem, simile, & æquale, quàm relationibus non fundatis super vno, sed relationes, quæ non fundantur super vno possunt esse verè relationes, & propriè cum vnitate numerali fundamenti, ergo multo plus relationes fundatę super vno. Maior patet, quia relationes fundatæ super vno non distrahuntur per conditionem vnitatis plusquam illæ, quæ non fundantur super vno. Minor probatur, quia relationes producentis, & producti non fundantur super vno ex quinto meta. capitulo ad aliquid, & tamen in diuinis relationes producẽtis, & producti fundantur in eadem essentia numero. Et similiter in creaturis eadem res fundat relationes mouentis, & moti, vt patuit à Sco. in primo dist. 2. parte. 2. q. 3. & in distin. 3. q. 7. & in secundo dist. 25. & in quoli.

¶Secundo sic, habita vna quantitate, & vna qualitate reali nnmero in duobus realiter distinctis illa dicuntur æqualia, & similia realiter, & propriè, ergo cum vna vnitate numerali fundamenti stabit relatio realis fundata. Antecedens probatur, quia demus vnam quantitatem, & vnam albedinem separatam in sacramento vini, & substantiæ panis, ille panis nũc effectus istis accidentibus esset æqualis pani priori realiter, & propriè, & sibi similis.

¶Si dicatur, quòd ista non est æqualitas realis, nec similitudo, quia panis, qui præfuit non est, sed est transubstantiatus.

¶Istud non valet, quia hoc non est propter vnitatem realem fundamenti, sed propter defectum extremi, sed si rediret idem panis transubstantiatus, & maneret, esset æqualis pani affecto illis accidẽtibus, & tunc esset idem fundamentum nnmero.

¶Tertio sic. Vnitas numeralis fundamenti, non plus repugnat relationibus æquiparãtiæ, quàm relationibus superpositionis, sed istis nõ repugnat, ergo nec illis. Maior patet, quia relatiua superpositionis plus recedunt ab vnitate, quàm relatiua æquiparantiæ. Minor probatur, quia totum ad partem se habet secundum rationem excedentis, quia omne totũ maius est sua parte, & tamẽ totius, & partis est vnitas numeralis, ergo relatio superpositionis stat cum vnitate numerali, & per consequens multo plus relatio æquiparantiæ.

¶Quarto sic. In entibus est dare perfectam distinctionem, & inæqualitatem realiter, ergo & perfectã identitatem, & æqualitatem. Ista consequentia patet, quia secundum beatum August. æqualitas perfectior est simpliciter inęqualitate, & identitas distinctione. Si ergo est dare in vniuerso illud, quod est imperfectius scilicet inęqualitatem, & distinctionẽ perfectam, non deficiet illud, quod est perfectius

scilicet

scilicet æqualitas perfecta, & identitas, sed non potest esse perfecta identitas, nec perfecta æqualitas, nisi cum distinctione extremorum reali stet vnitas substantiæ numeralis, sic est in diuinis personis, & sic patet.

Alph. quærit soluere rationes Landulphi.

RESPONDET ALPHONSVS vbi supra. Primo ad primam dicit, quòd licet in diuinis sit magnitudo perfecta, quia tamen non est ibi alia, & alia magnitudo, ideo nõ est ibi æqualitas propriè dicta.

¶Sed hæc responsio non soluit rationem. Tum, quia cum vnitate fundamẽti sufficit realis distinctio extremorum. Tum, quia relatio originis magis requirit distinctionem fundamenti, quàm relatio similitudinis, vel æqualitatis, vt patet quinto metaphi. ca. ad aliquid. tex. com. 20. vbi vult philosophus, quòd relatio secundi modi fundatur super actionẽ, & passionem. Et quomodo hoc intelligatur. Vide Sco. in tertio dist. 8. & in quolib. q. 13. Relatio verò similitudinis, & æqualitatis fundatur super vnum, & tamen in diuinis paternitas, & filiatio, quę sunt relationes secundi modi fundantur super eadem essentia numero, vt patet à communiter theologis, quæ relationes originis ex sua ratione formali non requirunt vnitatem fundamenti, à fortiori ergo relationes æqualitatis in diuinis possunt fundari super vno fundamento numero, quum de ratione sua requirant vnitatẽ fundamenti, vt expresse patet ab Arist. & com. vbi supra.

Nota & bene.

¶Ad secundum respondet. Idem Alphonsus dicẽs primo, quòd non est simile de relationibus originis, quæ non fundatur super vno, & de relationibus, quæ fundantur super vno, quia relationes originis sunt alterius, & alterius rationis in extremis, ideo non supponunt aliquam distinctionem priorem, relationes autem, quæ fundantur super vno sunt eiusdem rationis in extremis, ideo requirunt aliquam distinctionem priorem, vt determinentur ad certum numerum.

¶Dat etiam aliam responsionem negando minorem, scilicet quòd fundentur in eodem fundamento numero, non enim relationes originis fundantur in eadem essentia realiter, cum sint realiter ipsa per exclusionem omnis distinctionis ex natura rei.

¶Ad secundam probationem dicit, quòd in creaturis nulla vna res fundat relationem mouentis, & moti, quia omne, quod mouetur ab alio mouetur, vnde voluntas non secundum illud quod mouet mouetur, sed secundum aliud.

¶ Ista responsio non soluit rationem, vt patet intuenti. Quando dicit, quòd quia relationes similitudinis sunt eiusdem rationis in extremis, ideo requirunt fundamenta distincta, vt determinentur ad certum numerum. Dico primo, quòd sufficit, quòd sint determinate, puta ad dualitatem, vel quaternitatem propter extrema, quia ergo pater, & filius tantum sunt duo extrema, ideo ex natura rei inter patrem, & filium sunt duæ similitudines, & duæ æqualitates, vna in patre, & alia in filio. Et si per impossibile essent in diuinis centum filij, ratione tot extremorum essent tot, & tot similitudines. Nam inter duo extrema tantum non possunt esse, nisi duæ similitudines, vna in vno extremo, & alia in alio extremo. Dico secundo, quòd determinatus numerus relationum eiusdem rationis non accipitur à fundamento, vt patet, quia idem fundamentum numero potest fundare mille similitudines eiusdem rationis, vt subtiliter probat Sco. in tertio dist. 8.

Quomodo paternitas & filiatio sint idem et distinguantur.

¶Ad aliud vbi negat minorẽ. Dico primo, quòd quamuis paternitas, & filiatio sint realiter ipsa essentia diuina, distinguũtur tamen ex natura rei, vel sunt non idem formaliter, vt probat Sco. in primo dist. 2. parte 2. q. 1. & expresse vult, quòd formaliter distinguantur, vt patet dist. 8. primi. q. pen. & sic possunt fundari ex natura rei in eadem essentia numero. Secundo dico, quia si propter identitatem relationis originis cum essentia, ipsa essentia non dicitur fundamentum, & tamen sunt verè origines realiter distinctæ, ita dicetur in proposito, quòd similitudo, & æqualitas quamuis sunt idem cum essentia, tamen cum vera vnitate numerali ipsius stat, quòd erunt reales, & realiter distinctę.

¶ Respondet ipse Alphonsus, quòd si tales essent possibiles non fundarentur in essentia propter identitatem, sed nõ sunt possibiles in diuinis, quia ibi nõ est alia, & alia quantitas. Sed indicio meo hoc dicit ad placitum, cum non appareat maior ratio de relationibus originis, quàm de istis.

¶Ad illud, quod dicit, quòd eadem res non potest fundare relationes mouentis, & moti. Dico, quòd hic non oportet insistere, cum hoc sit quodammodo notum per experientiam, sed quia hoc manifestè apparet à Sco. in primo dist. 2. q. 3. secundæ partis, & dist 3. q. 7. & in sec. dist. 2. q 10 & dist. 25. quæstio vnica. & in quoli. & 26. distinc. primi. Et vide expositiones quæ feci in primo distin. 3. q. 7. & in secundo dist. 2. q. 10. & dist. 25. Concedit tamen ipse Alphonsus, quòd in nobis sunt duę voluntates scilicet agens, & possibilis, quicquid sit etiam posito, quòd tantum esset vna, patet quòd potest mouere se causando aliquem actum in seipsa.

¶Ad secundam probationem illius antecedentis, quòd idem numero potest esse proximum fundamentum æqualitatis. Dicit idem Alphonsus, quòd si eadem quantitas numero esset in diuersis talia nõ essent æqualia, sed eadem. Ad probationem dicit, quòd si rediret idem panis transsubstantiatus, non esset æqualis pani affecto illis accidentibus, sed idem in quantitate, licet diuersus in substantia.

¶Sed ex superius declaratis patet, quòd hæc responsio non euacuat rationem, nec oportet amplius insistere.

¶Respondet ipse Alphonsus. Primo negando maiorem sicut respondit ad primam rationem. Secundo per interemptionem minoris, quia totum realiter distinguitur à qualibet sui parte ratione alterius.

¶Dico quicquid sit de illo exemplo totius, & partis, quòd ratio illa eodem modo tenet sicut prima, vt patet, nec multum curandum est de exemplis, vbi habetur veritas propositionis. Nec est præsentis speculationis quomodo totum dicatur distingui à suis partibus. De hoc patebit dist. 2. tertij Doctoris vbi multa exposui.

Non est multum curandũ de exemplis, vbi habetur veritas propositionis.

¶Ad quartam. Idem Alphonsus concedit, quòd in entibus potest reperiri perfecta ęqualitas, immo si in entibus reperitur æqualitas propriè dicta, necessario est perfecta, quia cõsistit esse punctuali, nec suscipit magis, & minus. Et dicit, quòd nunquam cũ quantitate numerali stat ęqualitas propriè dicta.

¶Hęc responsio nihil valet, quia procedit ex eodẽ fundamento, dicvi sopra.

NOTA ETIAM quòd iste Doct. nititur soluere rationem, quam facit Landulphus in primo dist. 19. q. 2. art. 2. conclusione prima, qua probat ex fundamentis Scoti, quòd in dininis ęqualitas est distincta ab identitate, & similitudine. Et arguit sic. Fundamenta non eadem ex natura rei fundantia relationẽ, necessario fundat relationes distinctas. Sed infinitas, & essentia, similiter infinitas, & sapientia sunt non idem ex natura rei, & fundant relationes adęquantes suam rationem totalem, ergo fundant relationes distinctas, & per consequens ęqualitas, quę fundatur in infinitate, & identitas in essentia, & similitudo in sapientia erunt relationes distinctę. Maior patet,

Idem Alph. soluere nititur aliã rationem Landulphi.

quia

quia ex quo ponitur relatio adæquari fundamento: si fundamentum non sit illud relatio nó erit eadem, si enim esset eadem alteri relationi excederet fundamentum suum: quia fundaretur in altero fundamēto distincto à suo. Minor quantum ad primam partem supponitur, quantum ad secūdam scilicet quòd istæ relationes adęquent totam rationem fundamēti: patet quia pater est filio æqualis secundam totā infinitatem adæquatè, & similiter idem secundum essentiam, & similis secundum sapiētiam adæquatissimè. hæc Landulphus. & hæc ratio potest patere à Sco. in primo. di. 19 & di. 31. in quodli. q. 6.

¶ Respondet Alphonsus vbi supra dicens quòd nulla est distinctio, nec formalis, nec ex natura rei inter infinitatem, & essentiam, & per consequens nō ponuntur fundamenta distincta respectu harum relationum scilicet similitudinis, identitatis & æqualitatis.

DICO quòd supra di. 8. q. 2. in responsione ad principale argumentum patet quomodo inter infinitatem intensiuam (quæ ponitur gradus intrinsecus essentiæ diuinæ) & essentiam diuinam ponitur distinctio, & si non formalis, ponitur tamen distinctio ex natura rei, quæ est minima distinctio inter distinctiones, quæ sunt præter opus intellectus. Dico etiam, quòd saltem sunt non idem formaliter, vel saltem distinguūtur formaliter negatiuè: licet nō positiue, cum gradus intrinsecus non dicat distinctā formalitatem ab eo, cuius est gradus intrinsecus. vt patet à Doc. vbi supra. Ex his ergo patet infallibilis positio doctoris subtilis, & quomodo etiam possunt solui multæ obiectiones contra ipsum. Sed sufficiant quæ dixi, vt euitem tantam prolixitatem relinquendo multa ingeniosis, & intellectus acumine preditis. Et sic terminatur hæc distinct. 19. quam bene libra.

Distinctio ex natura rei est minima distinctio inter distinctiones, quæ sunt præter opus intellectus.

Quæstio Secunda.

Vtrum qualibet persona diuina sit in alia.

Scotus 1. Sent. dist. 19. q. 2.
D. Thomas. 1. parte summa. q. 42. Artic. 5.
Durandus. 1. sent. dist. 19. q. 1.
Ricardus 1. sent. dist. 19. q. 1.
Franciscus de Mayronis. 1. sent. dist. 20 q. 3.
Ioannes Bacconitanus. 1. sent. dist. 19. q. 2.

Henricus in summa art. 1. & duodecimo. 6. Artic. 5.

SECVNDO quæritur. Vtrum qualibet persona diuina sit in alia?

QVAESTIO præsens est tam plana, & facilis in textu, quòd non indiget expositione nostra. In qua quidem ponitur opi. Hen. quod duobus modis potest intelligi aliquid esse in alio. primo scilicet secundum totum, vt vinum in amphora, aut secundum partem &c. Vide in textu vbi hęc opi. clara est ex se.

CONTRA illud Quia dicit Hen. quòd licet persona quæ est in alia sit in illa secundum partem, quia secundum essentiam, tamen illa persona, in qua est alia quasi continet illam secundum se totam. Cōtra hoc arguit Doc. & probat primo, quòd persona secundum se totam continet aliam; quia illa alia est in illa secundum se totam. Et supponit vnum, quòd persona esse in alia, & econtra dicit relationem communem, quæ dicitur communis quia est inter extrema eiusdem rationis, vt similitudo, & æqualitas, præsentialitas, amicitia, & huiusmodi. Cum enim dicimus, quòd una persona est in alia, accipimus in proposito esse perfectè præsentem illi, & econtra. Cum ergo hæc præsentialitas requirat extrema eiusdem rationis, idest quòd requirit fundamētum eiusdem rationis in extremis, quæ sic referuntur. ergo si una dicitur præsens secundum partem, & alia similiter, Et si una secundum se totam. & alia similiter.

¶ Ibi secundo sic. Quando aliquid dicitur esse in alio. &c.

¶ Hæc ratio probat, quòd una persona non dicatur esse in alia secundum partem, & tota ratio clara est, &c. clara sunt usque ibi.

¶ Ad primum dico &c. In quo dicit aliqua. Primo, quòd non sequitur, ut si aliquid alicui primo cōueniat, conueniat parti maxime in etherogeneis. Et sic licet filio conueniat primo esse in patre (accipiēdo esse in, vt est suppositi perfectè præsentis patri) non tamen conuenit patri. Et sic non sequitur, quòd essentia sit in patre, uel filiatio, ut esse in dicit suppositum esse præsens patri, & econtra. Secundo dicit, quod etiam licet aliquid conueniat alicui primo, non autem sequitur, quòd æqualiter cuilibet parti: quia forte potest competere uni parti & non alteri vt intelligere primo competit homini, & tamen non competit corpori: quia corpus non intelligit. Sed forte animæ, licet tamen hæc sit impropria, anima intelligit, ut est coniuncta corpori. vt patet à Docto. in 4 di. 44. Et posito etiam, quòd competat animæ, non tamen competit homini: quia animæ: quia tunc sibi competeret per partem.

¶ Si dicatur. nonne homo intelligit per animam;

¶ Dico quòd licèt anima sit proxima ratio, qua intelligere competit homini, sicut risibile per animam, non tamen sequitur, quòd primo intelligat per animam, quia intelligere primo sequitur totum coniunctum. Tertio dicit, quòd posito, quòd intelligere competat primo homini, & nullo modo corpori, nec animæ: non tamen sequitur, quòd si anima est ratio formalis inhærentię huius prædicati, quòd etiam corpus sit talis ratio. Sic est in proposito: quia licet filius sit in patre secundum se totum non tamē filiatio, & essentia sunt in patre, & si essentia sit ratio formalis quare filius sit in patre, nō tamen sequitur, quòd sit filiatio. Cætera patent.

Homo primo non intelligit per animam, quia intelligere primo sequitur totum coniunctum.

QVANTVM ad secundum art. dico In isto articulo habetur, quòd nec sola essentia est ratio talis præsentialitatis, nec sola proprietas, sed utraque quia perfecta pręsentialitas aliquorum requirit distinctionem realem illorum inter se, & perfectam vnionem personę ergo per proprietates sunt realiter distinctę, & per essentiam diuinam perfectissimè unitę, & sic sunt sibi adinuicem perfectissimè pręsentes.

QVANTVM ad tertium arti. Quia iste modus essendi in: non est aliquis istorum modorum formaliter, quos ponit philosophus 4 physi. formaliter dico: quia omnes illi modi sunt per hoc, quòd contentum est aliquid continentis, & non econtra ut patet: quia genus continetur in specie, vt pars essentialis: & non ècōuerso, & pars integralis continetur in toto integrali, ut pars, & non econuerso. Et breuiter vult dicere, quòd in illis modis non est mutua continentia eiusdem rationis, sicut est in modo essendi in pręsentiali: quia eo modo, quo pater est perfectè pręsens filio, & filius patri. Cętera patent.

Quid enim est patrē esse in filio nisi filium esse cōsubstantialē patri, et idē de spiritu sācto idē dicendū que de fruitione & de visione.

AD primum argumentum. Dico, quòd confusio esset. Si quodlibet esset in quolib. secundum opi. Anaxa. quia sic quodlibet esset in alio, sicut pars eius sicut videtur philosophus imponere sibi, persona autem non est in persona, sicut pars eius. ut supra patuit artic. 3. ideo non sequitur confusio.

¶ Cum confirmatur ratio per illud phil. 6. phi. de indiuisibilibus, quòd sicut indiuisibile non distinguitur ab indiuisibili, nisi sit extra illud; quia duo indiuisibilia simul posita non faciunt maius, immo nec infinita. Cum ergo personę in diuinis sint indiuisibiles,

uisibiles, si sunt simul non sunt distinctæ. Hæc ratio non concludit. Tum: quia non est simile de indiuisibili in quantitate, & de indiuisibili in substantia. Tum etiam: quia non sequitur, quòd si essent duo indiuisibilia simul, quòd non essent distincta inter se, tantum enim sequitur, quòd non essent distincta situ: per se autem non habent situm. ut patet.

¶ Ibi. Ad secundum argumentum. Responsio stat in hoc. Primo, quòd si plura concurrunt in aliquo realiter, quòd non est intelligibile ipsum non componi ex illis. Et sic essentia diuina cum proprietate componeret ipsam personam, si proprietas illa esset formaliter in essentia diuina, & realiter distincta ab illa. Secundo cum dicimus, quòd persona est, in alia persona, non dicimus quòd sit illa formaliter: nec pars illius, & distincta realiter: sed sic dicimus quòd est unum suppositum realiter distinctum ab alio, quòd perfecte est in alio idest, quod perfectissimè est præsens illi.

¶ Ibi. Ad tertium. Dico quòd quando abstractũ dicitur esse in aliquo: aut de uirtute sermonis denotatur esse in: sicut forma in informato: sicut cum dicitur color est in lapide, denotatur quòd color sit in lapide: sicut forma informans, & non sicut pars in toto: & tunc ista propositio est neganda, filiatio est in patre: & tunc prima consequentia non valet Arguendo sic, in patre est filius: ergo in patre est filiatio: quia in antecedente accipitur esse in consequente per perfectam præsentialitatem in consequẽte autem per informationem: & sic patet responsio Et cum dicit circa finem, accipiendo esse in, pro inexistentia intima: non sequitur: ergo pater est filius? sed est fallacia æquiuocationis: quia cum dico paternitas intime inexistit patri, idest quòd perfectissime, & intime est præsens patri. Et cum infertur, quòd si paternitas perfectissime inexistit patri, modo præ exposito: ergo pater est filius: infertur de inexistentia formali, ac si paternitas formaliter inexisteret patri: & sic patet.

¶ Ibi. Ad quartum. Hic notantur plura. Primum: quòd quando. a. habet habitudinem aliquam ad. b. & b. habet similem habitudinem ad. c. & hoc est verum in relatiuis superpositionis, & suppositionis: licet non in omnibus: & hoc tenet secundum rationem prioris, & posterioris, vt patet infra. Vt sicut se habet abauus ad auum: ita auus ad patrem meum: ergo sicut pater, meus est prior me: ita auus est prior patre meo: & abauus auo meo: & sic semper procedendo: & per consequens prior me: non ualet autem conuertendo idest, quòd sicut se habet auus meus ad patrem meum: ita pater meus ad auum. ergo sicut auus erit prior patre meo. ergo & pater meus erit prior auo meo? quia tunc sequeretur quòd idem esset prior seipso. Secundum est: quòd propositio prius dicta, non est vera in relatiuis æquiparantiæ: quia sequeretur quòd idem esset, sibi simile: & si debet esse uera, oportet addere istam specificationem scilicet omni alio à se. sic dicendo. Quicquid est simile sorti, est simile omni alij à sorte simili sorti: ut patet in textu. Tertio addit: quòd medium ad quod cõparantur extrema sit limitatum: vt patet in textu. Quarto addit: quòd sic arguendo tenet de priori, & posteriori in essentialiter ordinatis, in ratione prioris, & posterioris: non autem in alijs conditionibus consequentibus prius, & posterius, vt mediate, vel immediatè: quia non sequitur: pater meus est immediate prior me: & auus est immediatè prior patre meo. ergo auus meus est immediatè prior me? & sic patet responsio ista. Et argumẽtum non est ad propositum: quia cum dico filius est in patre: & pater in filio: tantum dico perfectam præsentialitatẽ adinuicem: & non dico aliquem ordinem essentialem inter patrem, & filium in ratione præsentialitatis: vt supra dixi.

¶ Ibi. Ad aliud: quòd Deus est in Deo. Et cum infertur. ergo Deus distinguitur à Deo. Negatur consequentia propter fallaciam consequentis: quia in prima ly, Deus, qui sequitur præpositionem in, non confunditur: & ideo potest stare pro aliquo supposito indeterminato indeterminatè. In consequentẽ vero ly, Deus, qui sequitur ad distingui, confunditur propter negationem inclusam in distingui: & sic est fallacia consequentis arguendo à termino non distributo, ad eundem distributum: ut patet quia non sequitur. Animal est genus. ergo omne animal est genus?

¶ Ad ultimum dico, quòd exitus filij à patre, est processus producti à producente: talis autem exitus in se, nihil prohibet, quin exiens maneat in eo, a quo exijt &c. *Quod sit exitus filij à patre.*

Distinctio Vigesima.

Circa istam distinctionem Vigesimam quæro unum: utrum tres personæ sint æquales in potentia.

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauent. 1 sent. dist. 24. q. 1 artic. 1.
Alexander Alensis. 1. parte summa. q. 45 memb. 1.
Scotus primo sent. dist. 24 q. 1.
D Thomas. 1. parte summa. q. 30. art. 3.
Ricardus 1. sent. dist. 23. q. 1.
Durandus. 1. sent. dist. 24. q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 24. & 25.



IRCA vigesimam distinctionem quærit doct. Vtrum tres personæ sint æquales in potentia. *Potentia logica nihil aliud est quã respectus quidam, causatus à ratione ex nõ repugnãtia terminorum, in quantũ non repugnant.*

RESPONDEO omittendo potentiam logicam quæ dicit modũ compositionis ab intellectu factæ &c. Quia alias declaraui, quid sit potentia logica: ideo non aliter extendo me in præsenti declarare. Et cætera clara sunt.

¶ Incidit tamen in hac. q. una difficultas: cum omnipotentia dicat vere potentiam actiuam: quæritur an pater respectu generationis filij dicatur omnipotens: siue posse generare filium in diuinis pertineat ad omnipotentiam? Egidius expresse dicit: quòd sic, & rationes suæ patent: excepto quòd quando dicit de actione immanente, & transeunte: vult dicere, quòd actio transiens ad extra, quę non denominat agens, dicitur possibilis: vel ex sua ratione formali: vel quia terminatur ad terminum possibilem: puta generare ignem, ut transit in materiam extrinsecã dicitur esse possibile: & ex ratione sua formali: & quia terminus eius scilicet ignis generatus est possibilis. Actio vero immanens, ex hoc quòd est in agente. & ultra prędicta, requiritur quòd non repugnet agenti. Et sic generare simpliciter in diuinis. Primo modo est simpliciter possibile: ut patet. Secũdo modo est possibile tantum respectu patris: quia tantum denominat patrem, & non filium: & hoc est quod dicit. *Egidius de Roma primo sen præsenti distinctione.*

CONTRA istud non comparando &c. Doc. intẽdit improbare, quòd generare in diuinis pertineat ad omnipotentiam, vt omnipotentia dicit potentiã mere actiuam. Et supponit unum ab omnibus cõcessum. s. quòd tres personę sint ęquales in omnipotentia,

& in potentia: vt patet in symbolo. Et ideo quærit accipiendo generare in diuinis, non comparando ad aliquod suppositum: an ipsum respectu termini producendi, puta filij dicat potentiam actiuam, an non? Si primo: filius non erit æque omnipotens, cum patre: quia non potest generare. Si non? ergo generare non pertinet ad omnipotētiam, quod est intuentum.

Vide secūdū q. quolibet & hic, q obiectum omnipotentię est ens causabile. idest creatura, non ens producibile tantū cuiusmodi est filius Dei sine necessitate generali. Si enim pater posset creare aliquam creaturam et filius nō posset, pater esset omnipotentior filio, sed vnica est causalitas in tribus

QVANTVM ergo ad istum artic. dico aliter: q potentiæ actiuæ primum correlatiuum est possibile: non communiter sumptum, vt opponitur impossibili: quia hoc modo possibile est Deum esse: & tamen illud possibile, non est terminus alicuius potentiæ actiuæ. ergo oportet, q possibile, vt est potentiæ actiuæ correlatiuum sumatur determinatiuus: hoc autem non videtur, nisi secundum q Auicen. accipit possibile 6. meta. & alibi frequenter, prout opponitur ei quod est necessarium ex se: & tunc, cum quodlibet intrinsecum Deo sit in se formaliter necessarium, vel per identitatem cum essentia, quæ est formaliter ex se necessaria, nihil intrinsecum Deo erit terminus potentiæ proprie dictæ: & si hoc est, cum ad omnia alia ab essentia diuina eandem rationem principij habeant tres personæ; quia prius intelligitur principium illud producendi creaturas, communicatum tribus, quam possit habere actum producendi ista alia: sequitur quòd æqualis erit potentia trium personarum, quantum ad numerum possibilium. Assumptum autem declaratur in q. illa de ordine productionum extrinsecarum ad intrinsecas secundo lib. q. prima &c. vide textum Doc. Sententia huius est. quod cum potentiæ actiuæ correlatiuum sit ens possibile contingens scilicet quod potest esse, & non esse: & possibile obiectiuè, non autem subiectiuè: quia possibile subiectiuè quod est materia, vel se habens loco materiæ. est correlatiuum potentiæ actiuæ transmutatiue: quia transmutat materiam ab vna forma in aliam: vt patet de igne: & sic omnis potentia creata dicitur transmutatiua, quia de necessitate præsupponit subiectum in quod agat: potentia verò diuina est simpliciter actiua, & respicit primo ens possibile obiectiuè. Et licèt aliquando transmutet materiam de vna forma in aliam: non tamen est necesse: quia posset producere omne possibile, nulla præsupposita materia. Et sic omnipotētia dicitur potentia actiua vt respicit omne possibile: siue omne causabile: & quòd talis potentia actiua respiciat aliud, inquantum aliud probat infra per duas auctoritates philosophi.

Dubitatio.
Responsio.

¶ Ibi. Sed tunc restat dubitatio scilicet ex quo in patre est potentia generandi: & talis potentia respicit possibiles: & filius non est possibilis. Respondet quòd possibile potest accipi. primo vt opponitur impossibili: vt patet: supra d. 2. & sic filius est possibilis. secūdo vt opponitur necessario ex se formaliter: & sic filius non est possibilis, cum sit necesse ex se formaliter: vt patet supra. d. 2. & 8. q. vlti. & hoc modo omne ens aliud à Deo dicitur possibile: vt patet supra d. 8 q. vltima. tertio vt opponitur necessario à se originaliter, idest quòd nō est necesse esse à se originaliter: quia hoc habet à patre: & hoc modo potest dici possibilis. Sed possibile primo & tertio modo non respiciunt proprie potentiam actiuam. & sic non est correlatiuum potentiæ sed solum secundo modo.

¶ Ibi. Sed nec sic vtuntur Sancti. Nam philosophi, & Sancti cum loquūtur de possibili, quod est terminus potentiæ productiuæ vel actiuæ: loquuntur de possibili secundo modo. Et Docto. dicit quòd licèt possibile primo, & tertio modo verè sit in diuinis: quia tamen hoc nomen possibile sonat in voce, licèt non in re, aliquam imperfectionem: ideo dicit q non debet propriè concedi, quòd filius sit possibilis, sed q sit productus, vel originatus, & huiusmodi: & patet quod sequitur.

¶ Ibi. Hoc modo loquendo ad quæstionem. Sensus huius literæ est, quòd etiam posito, quòd in patre sit verè potentia generandi: tamen filius est ei æqualis in potentiā. Et hic intendit Doc. q filius habet simpliciter eandem memoriā fęcūdam quam pater habet: licet in patre habeat terminum adęquatum, vt productum à patre: & in filio habeat eūdem terminum, sed non productum à filio: sed solum à patre. Cętera patent:

AD argumenta principalia. Ad primum. Ibi. Argumentum Augu. Et argumentum tale est. Si non potest generare filium sibi æqualem. ergo nō est omnipotens. Si ergo potest generare filium sibi æqualē. erit omnipotens. ergo & posse generare pertinet ad omnipotentiam: Dicit Doc. q hoc non tenet per locum intrinsecum (qui est quando terminus inferens continetur in termino illato: sicut superius in inferiori, vel totum in quantitate, quò est vniuersale vniuersaliter sumptum, respectu partium substātiuarū) quasi sic arguendo. Pater est omnipotēs, idest potest omnia possibilia: ergo posse generare ptinet ad omnipotentiā? non sequitur: quia omnipotentia dicit potentiam actiuam, quæ respicit possibile obiectiuè secundo modo dictum: posse verò generare, non est posse potentiæ actiuæ, quæ respicit aliud: sed est posse potentiæ productiuę, vel originatiuè: quod in diuinis non respicit aliud distinctum essentialiter: sed respicit tantum productum distinctum tantum personaliter. Cętera patent, vsque in finem.

Quæstio Vnica.

Circa vigesimamprimam Distinctionem. Quæritur. Vtrum. Hæc sit vera. solus Pater est Deus.

Serabhytus Bona 1. sent. dist. 21. q 1. Artic. 1.
Alex. Alensis 1. parte summa. q 6 0. membro. 3. Arti. 1. & 2.
Scotus 1. sent. dist. 21. q. 1.
D. Thomas. 1 parte summa q. 3 1. Artic 4.
Ricardus. 1. sent. dist 21 q. 3.
Durandus 1 sent. dist 21. q. 1.
Fran. de Mayronis primo sen. dist 21. q. 1.



IRCA vigesimam primam distinctionem quærit Doctor Vtrum hæc sit vera: solus pater est Deus. PROBAT Doct. in præsenti dis. per multas rationes q hæc propositio sit vera, solus pater est Deus. Prima clara est: & etiam probatio antecedentis.

¶ Ibi. Item solus Deus est pater. Hoc antecedens patet per exponentes; nam exponentes exclusiuę affirmatiuæ & primi ordinis sunt istæ. Solus Deus est pater: exponitur sic. Deus est pater: & non alius à Deo est pater: vel nullus alius à Deo est pater. Et istæ sunt veræ.

¶ Ibi. Item solus Deus est Deus. ergo solus pater est Deus. Hanc consequentiam probat: quia semper illa consequentia est bona, quando antecedens infert exponentes consequentis. Exemplum: tantum animal rationale est risibile. ergo tantum homo est risibilis. exponentes huius consequentis sunt istę: homo est risibilis: & nullus non homo, vel nihil non homo est risibile: si istæ inferuntur ab antecedente, consequentia erit vera: & patet quòd inferuntur: quia bene sequitur: tātum animal rationale est risibile. ergo

omne

omne risibile est animal rationale : patet ab exclusiua vt supra ad uniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis valet consequentia. Tunc vltra, omne risibile est animal rationale. ergo homo est risibilis: patet, quia est animal rationale: & sic habetur prima exponens. Secunda habetur sic. Tantum animal rationale est risibile. ergo nihil non animal rationale est risibile: & animal rationale est diffinitio hominis. ergo sequitur. nihil non homo est risibile. Sic doc arguit in proposito. Solus Deus est Deus: hæc est vera: ergo solus pater est Deus Negat consequentia. Probatur: antecedens infert vtranque exponentē consequentis, scilicet istas pater est Deus & non alius à patre est Deus. Negatur, quòd inferat istas; bene inferi primam, scilicet istā pater est Deus vt patet ibi. Sed non infert secundam. Cum probatur sic. Solus Deus est Deus. Concedo, ergo non alius a Deo est Deus. Cōcedo: quia hæc est secunda exponens huius solus Deus est Deus. Et ultra non alius à Deo est Deus. ergo non alius à patre est Deus? Negatur ista vltima consequentia. Cum probatur: quia hic videtur fallacia consequentis. Alius à Deo; ergo alius à patre, sic est fallacia consequentis. ergo arguendo negatiue eodem ordine erit bonum argumētum. Dicit doc, quòd non est fallacia consequentis: immo hæc simpliciter est vera Alius à Deo: ergo alius a patre: sicut in ista, aliud ab animali; ergo aliud ab homine: quia animal stat ibi confuse, distributiue, pro omni animali: & probatur quòd alius à Deo non inferat aliud à patre: quia si inferet, ex hoc inferretur Deus stat ibi distributiue: quia alius à Deo. ergo alius ab isto Deo. Et quòd non stet distributiue: probat: quia tunc esset omnis propositio falsa, vbi prædicaretur relatiuum diuersitatis de aliquo: puta diuersum: differens &c & sic dicendo, homo est aliud: ly, aliud, distribueretur: & sic si homo est aliud, erit aliud ab isto, aliud ab isto, aliud ab isto &c. et. & sic aliud à seipso. Et tota vis huius argumenti stat circa hoc. An relatiuum diuersitatis distribuatur in se, an terminus sequens: & in responsione videbitur, quòd tantum terminus sequens: & sic patent istæ rationes.

Quomodo Deus accipiatur. AD.q Hic sunt aliqua notanda. Primum: quòd solus aliquando accipitur categorematice, & idē est quòd solitarium. Aliquando sincategorematice: & tunc est exclusio: & negat associationem cū alio. Secundum. Solus potest determinare aliquid in se absolutē: ut cum dico solus homo, uel solus pater est in diuinis & huiusmodi. Aut determinat aliquid non in se absolute: sed respectu alicuius prædicati, vt cum dico. Solus homo est risibilis. ly, solus, determinat hominem in comparatione ad risibile: & est sensus quòd risibile excluditur, uel negatur à quolibet, quod non est homo. Tertium. Solus primo modo siue solitarie, uel ut determinat aliquid in se absolute, non est in diuinis: quia nihil est ibi solitariū. Si uero accipiatur secundo modo. & tunc aut comparatur ad essentiale: & unco hic essentiale commune tribus: & sic hæc est falsa: solus pater est Deus: solus pater creat: gubernat: intelligit: est bonus, est sapiens: & huiusmodi. Si uero comparatur ad prædicatum tantum notionale, quod competit uni personæ: sic istæ sunt veræ: solus pater generat: solus pater est innascibilis: accipiendo innascibile pro improducibili, vt patet infra. d 28. solus filius est genitus: solus spiritus sanctus est spiratus: & huiusmodi. Quartum ibi. Probatur etiam falsitas. Probat hic Doct. hanc propositionem esse simpliciter falsam scilicet solus pater est Deus E: prima probatio clara est & secunda: licet enim ista tantum homo est risibilis, habeat duas exponentes scilicet homo est risibilis, & nullus nō homo est risibilis: tamen per istā secundam exprimitur totus intellectus huius: tantum homo est risibilis.

¶ Ibi. Et ultra. Nullum risibile est non homo: ergo nullum risibile non est homo per illud secundi perihyermenias, ex negatiua de prædicato infinito sequitur affirmatiua de prædicato finito: unde bene sequitur. Nullum risibile est non homo ergo omne risibile est homo. Sequitur etiam propositio negatiua de prædicato negato scilicet ista nullum risibile est tantum homo. ergo nullum risibile non est homo: quod probatur per primum principium scilicet quod ex negatiua de prædicato infinito sequatur negatiua de prædicato negato: aliter de eodem diceretur affirmatio & negatio. Si enim ista: nullum risibile est non homo non ualeret istam: nullum risibile non est homo: tunc homo affirmaretur de risibile & negaretur. Et sic patet ista probatio.

IBI. Hinc aliqui instant. Aliqui volunt concedere quòd ista est uera: solus pater est Deus: quia non excluditur filius: quia nunquam exclusiua comparata ad extremū prædicatum excludit aliquid, quod sit de per se conceptu subiecti: sicut in ista. Tantum homo est risibilis: non excludit quin animal sit risibile, & quin rationale sit risibile: cum sit de conceptu hominis Sic in proposito. Cum enim correlatiuum sit de conceptu correlatiui, non intelligitur excludi.

¶Doctor dicit, quòd correlatiuum non est sic de conceptu correlatiui, quòd sit pars eius essentialis, uel integralis: nec quòd pertineat ad diffinitionem illius quiditatiuam: immo tanta est diuersitas inter illa, quòd unū verè excluditur ab alio: & homo patet expressè à philosopho primo phi: arguente contra Parme. & Mel. ponentes tātum esse unum principium: & tantum esse unum ens: & arguit sic. Si tantum est unum principium, ergo principiatum non est: & sic vult, quòd talis exclusio, vere excludat correlatiuum: aliter argumentum philosophi non concluderet contra illos.

AD argumenta ibi. Ad primum argumentum antecedens distinguitur secundum compositionē, & diuisionem sicut ista: omnis homo qui est albus currit: sensus cōpositionis falsus est: quia ibi Deus determinatur ad standum pro patre per istam implicationem qui est pater: sicut determinatur homo ad standum pro homine albo in sensu compositionis, ibi homo, qui est albus: & tunc consequentia tenet &c.

¶ Vult dicere Doct. quòd ista. Solus Deus, qui est pater est Deus: in sensu compositionis est falsa. Nā sensus est propriè, quòd solus pater est Deus: quia in sensu compositionis, ly, Deus in subiecto determinatur ad standum pro patre tantum. In sensu uero diuisionis est vera: & est sensus: solus Deus est Deus, & solus Deus est pater: & sic sunt duæ propositiones. quarum una enunciat Deum de Deo: & alia patrem de Deo: & neutra specificat aliam. Cū enim dico solus Deus est Deus: non facit stare Deū pro solo patre. Et homo est quod dicit. Et cum infertur sic arguendo solus Deus est Deus: & hæc est uera: solus Deus est pater. Similiter hæc est vera. ergo solus pater est Deus. Negatur consequentia: quia non ualet à superiori ad suum inferius cum exclusione: quod sic debet intelligi cum exclusione addita inferiori: ut hoc. Solum animal est sensibile: ergo solus homo est sensibilis: Non sequitur. Tamen sine exclusione inferioris bene sequitur. Solū animal est sensibile: ergo inferius ad animal erit sensibile Sic in proposito Solus Deus est: ergo pater est Deus: non tamen sequitur: ergo solus pater est Deus; & homo est quod dicit.

¶Ibi.

¶ Ibi. Et si obijcitur. Qoia in creaturis hæc videtur vera: vel saltem potest esse vera: tam in sensu cō posito, quàm diuiso scilicet ista. Solū animal quod est rationale est sensibile in sensu composito: hæc est vera vel potest esse uera. Solum rationale est sensibile. Et similiter ista, si accipiatur in sensu diuisionis: quia sensus est: solum animal est sensibile: solū animal est rationale: & sic potest sequi vltra, quòd solum rationale est sensibile.

Singularis responsio.

¶ Doctor dat vnam singularem responsionem: quare in creaturis possit esse vera tam in sensu composito, quàm diuiso: quæ est hæc: quia illud cui additur dictio exclusiua diuiditur & numeratur in illis: pro quibus stat. Nam cum dico solum animal quod est rationale est sensibile: potest stare pro ipso rationali: siue in sensu composito, siue diuiso: quia ex quo numeratur in illis: potest stare pro vno numerato. Nam cum dico solum animal, quod est rationale est sensibile: in sensu composito, accipio tantum ipsum animal non absolutè, vt est commune omni animali: sed pro ipso numerato & diuiso in rationali. Et similiter in sensu diuiso: quia cum dico solum animal est sensibile & solum animal est rationale: accipio in vtraque ipsum animal diuisum in rationali: & sic semper idem animal accipitur tā in sensu composito, quàm diuiso. Secundò dico: q in ista: solus Deus, qui est pater est Deus in sensu cō posito est manifeste falsa: & tunc tantū stat pro patre: & sic hæc est falsa: quia ipse Deus, est simpliciter idem, & indiuisibilis in tribus. In sensu vero diuiso est uera: quia non tantum stat pro una persona: sed etiam stat pro tribus. Nam cum dico in sensu diuiso: solus Deus est Deus. ly, Deus in subiecto potest supponere pro tribus. Et sic patet responsio: qoia non est simile in creatura, & in Deo.

Varro lib. 3. d. 2 q. vnica et Bonauentura. libr 1. d. 4. dubio. 3 literali.

IBI. Aliqui etiam distingunt principalem propositionem: qua si ista, solus pater est Deus possit habere sensum compositionis falsum & sensum diuisionis uerum: adducentes illod Prisciani secundo constructionum, inter exigens & exactum, cadit aliquid medium. Dicunt quod hæc: solus pater est Deus: potest distingui in sensu composito & diuiso. primo modo est falsa: & accipitur in sensu composito, vt iacet. In sensu vero diuiso, est vera: & est sensus: solus Deus, qui est pater est Deus.

¶ Contra hoc arguit Docto. ibi. Sed istud non est logicè dicendum, nec grammaticè. Logice non: quia tunc non posset aliquid contrahi, vel determinari per aliquam contractionem, vel determinationem: quantumcumque enim immediatè adderetur alicui determinatio cathegorica, vel syncathegorica: ut homo albus currit, vel omnis homo albus currit: adhuc restaret distinguere, sicut hic in sensu compositionis & diuisionis: & in vtroque sensu restaret vlterius distinguere: & sic in infinitum; nec posset aliquis sensus determinatè exprimi; nec docuit philosophus in talibus multiplicitatem secundum compositionem, & diuisionem: sed tantum in illis, vbi eadem materialia composita, & diuisa diuersum sensum faciunt. ista autem materialia: omnis homo currit: vel omnis homo albus currit, cōposita & diuisa nullum alium sensum faciunt: secus est hic: iste videt nunc me currere: componendo nunc aduerbium cum verbo præcedente, vel sequente.

¶ Nec etiam est dicēdū grammaticè: quia exigēs & exactum dicuntur constructibilia: quorum alterum dicitur à pueris regere alterum, ex vi aliqua: non est autem syncathegorematicum constructibile respectu cathegorematici quasi vnum regat aliud ex aliqua ui. Et ideo licet hic cadat mediū, vel implicatio media cappa sor. idest cappa quæ est sor.

non tamen hic homo albus: & omnis homo albus.

¶ Ibi. Ad secūdum dico &c. Hæc responsio ex habitis superius est clara. Et cum dicit, quòd licet superius sequatur ad inferius distributum: non tamen sequitur cum distributione superioris: vt patet in exemplo posito. Et addit, quòd nunquam sequitur distributio superioris ad distributionem inferioris respectu inferioris ad inferius, nisi sequatur distributio ipsius superioris ad inferius: quod est superius, ad aliud inferius. Exemplum. Omnis homo est animal: non sequitur. ergo omne animal est homo: vel sic omnis homo currit. ergo omne animal currit. ergo Franci. currit? non sequitur. Si enim distributio animalis non sequitur ad hominem; multo minus non sequitur ad inferius ad hominem.

¶ Ibi. Sed cum probatur ista ma Cum dicit, quòd aliqua illatio in terminis transpositis &c. Vult dicere, quòd aliquando maior identitas notatur in conuersa, quàm in conuertente: vt patet de uniuersali negatiua in particularem negatiuam: qoia cum dico nullum animal currit, tam homo, quàm animal stat cōfuse distributiuè mobiliter. ergo aliquod currens non est animal. ibi currens supponit tantum determinatè: & ideò maior identitas est extremorū in prima quàm in secunda. De rigore ergo sermonis, vniuersalis negatiua, non conuertitur in particularem negatiuam, licet inferat eam. Secundo notatur in vniuersali affirmatiua de terminis transpositis: tanta identitas extremorum, quanta haberi potest in exclusiua: quia cum dico: tantum homo est risibilis. ly, homo stat confusè tantum: & ly risibile stat confusè distributiuè mobiliter; quia bene sequitur; & hæc sunt sunt omnia risibilia. ergo tantum homo est hoc risibile & hoc risibile &c. Et similiter omne risibile est homo, quæ est vniuersalis affirmatiua correspondens exclusiuæ &c. Nam ly, risibile stat confusè distributiuè mobiliter: & ly, homo, confusè tantum: & ideo exclusiua affirmatiua conuertitur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis. & econtra.

Quare vniuersalis negatiua non conuertit in particularē negatiuam.

¶ Et si obijcias. Ari. male docuit &c.

¶ Patet responsio: quia ipse Ari. tantum docuit cō uersiones quib. syllogismi imperfecti (cuiusmodi sunt omnes secundæ & tertiæ figuræ: & etiam particulares primæ: vt patet primo priorum) possent reduci ad syllogismos perfectos: & exclusiua non teneret alium locum in perficiendo syllogismum perfectū quàm aliqua indiffinita non exclusiua: vt patet discurrenti per omnes syllogismos imperfectos: vt diffuse tractatur primo priorum.

¶ Ibi. Ad tertium dico. Negat Doct. quòd ex negatiua exponente antecedens, scilicet nō alius à Deo est Deus: non sequitur negatiua expōnens consequens, s. ergo non alius à patre est Deus Sequitur Cum probatur, quia non sequitur. Alius à Deo: ergo alius à patre, negatur. Nam hæc consequentia est bona, ut dixi supra.

¶ Ibi. Et cum vlterius probatur. Dicit Docto. hic quod relatiuus diuersitatis in se, non potest distribui: & ratio sua est: quia sicut relatiuum æquiparantiæ acceptum in communi, non refertur: ut patet. Nam simile in communi non refertur sed refertur in suis inferioribus, vbi vnum inferius distinguitur ab altero. Et sic hoc simile secundum similitudinē refertur ad aliud simile: qoia oportet relatiuū semper referri ad aliud. Sic in proposito. Nam differēs in communi acceptum: siue diuersum, est relatiuū æquiperantiæ: & certum est, quòd non refertur. Sed si refertur in suis inferioribus. puta homo est differens ab isto. Sicut homo est differens ab asino, vel diuersus ab asino. Terminos ergo huius differentiæ vel diuersitatis bene distribuitur. Sed ipsa differētia

Relatiuum in cōmuni non refertur.

vel

vel diuersitas: vt est relatio, siue relatiuum modo præexposito, nō distribuitur. Et tota ratio est: quia semper relatiuum, quod refertur requirit distinctionem ab illo, à quo refertur: & relatiuum æquiperantiæ in communi acceptum nō habet aliquod distinctum à quo referatur, vt dicatur simile alicui simili simile. Et exemplum positum à Doct. de igne satis clarum est.

¶Ibi. Ad aliam probationem cum dicitur solus Deus. ergo solus pater, vel solus filius. Quasi velit inferre: sicut sequitur solus deus: ergo solus pater: patet à superiore distributo ad inferius: sic similiter solus Deus est Deus. ergo solus pater est Deus.

Opinio alicuius doctoris.

¶Vnus Doctor distinguit istam. solus Deus: quia ly Deus, aut comparatur ad prædicatum: puta sic dicendo solus Deus est Deus: & sic, ly, Deus in subiecto supponit personaliter. Et sequitur. ergo solus pater est Deus. Sed sicut antecedens est falsum; ita & consequens. Aut comparatur ad exclusionem tantum: & sic habet suppositionem simplicem, vt dicendo solus Deus est: & tunc non sequitur. ergo solus pater? quia ly, Deus in antecedente tantum supponit pro Deo.

Scotus arguit cōtra.

¶Ibi. Contra istud. Dicit Doc. quòd vnum extremum: puta subiectum in vno actu componendi, & diuidendi, puta in propositione affirmatiua, & negatiua, habet rationem vnam, secundum quam accipitur respectu alterius extremi idest, quòd respectu talis extremi: puta prædicati habet vnam rationem supponendi. Et addit quòd diuersæ rationes accipiendi idem extremum respectu eiusdem termini: puta subiectum respectu prædicati, non videtur stare cum vnitate actus componendi idest, quòd si idem subiectum comparetur ad idem prędicatum in vno actu componendi: puta in vna propositione affirmatiua, non videtur habere diuersas rationes supponendi: & si haberet, hoc non posset esse eodem actu componendi, vt patet, cum dico omne animal est substantia: stante tali compositione: certum est quòd animal stat confuse distributiuè mobiliter: & non potest stare confusè tantum, vel simpliciter, nisi variato prædicato, seu variata compositione: vt patet. Et Doct. hic intendit dicere: quòd ratio vna supponendi puta confuse distributiuè &c. vel simpliciter, vel materialiter, est ex hoc quòd comparatur ad prædicatum. Et ideo non valet illud quod sequitur quòd ly, Deus sub exclusione habet aliam rationem &c. quia subiectum non supponit respectu suę dispositionis: sed tantū respectu prædicati: quia talia sunt subiecta quo ad suppositionem simplicem, vel materialem. seu personalem: qualia permittunt eorum prædicata.

¶Ibi. Ideo dico aliter. Cum dicitur solus Deus est Deus. conceditur. ergo solus pater est Deus? negat consequentiam. Subiectum enim huius exclusiuę stat tantum confuse: ideo non licet descendere sub eo. ergo solus pater &c. Sicut in ista. Solus homo est risibilis: ergo solus Fran. est risibilis: non valet & sic patet responsio. Dat etiam aliam responsionem, quod cum dico solus Deus: subiectum tantum stat pro ipso Deo: vt patuit supra dist. 4. quęst. 2. Et sic patet expositio huius quæstionis.

Quæstio Prima.

Circa Vigesimamsecundam Dist. quæritur. Vtrum Deus sit nominabilis à nobis viatoribus aliquo nomine significante essentiam diuinam.

Seraphycus Bonauent. 1 sent dist. 22. q. 1. artic. 1.
Alexander Alensis 1. parte summæ. q 48 memb. 1.
Scotus primo sent. dist. 22. q. 1.
D Thomas. 1. parte summæ q. 13. art. 3.
Ricardus 1. sent dist 22 q 1.
Durandus. 1. sent. dist. 22 q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 22. q. 1.



Irca Vigesimamsecundam distinctionem quęrit Doct. Vtrū Deus sit nominabilis à nobis viatoribus aliquo nomine significante essentiam diuinam, vt hæc? Titulus huius. q. potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd nominetur à viatore imponente nomen. Alio modo quòd nominetur à viatore vtente nomine imposito ab aliquo puta ab angelo: dubium ergo est, si Deus primo modo sit nominabilis à viatore & hanc. q. clare vide in Doc. in reportatis cum opi. Hen. & eius impugnationibus.

Titulus huius qōnis potest dupliciter intelligi.

HIC dicitur quòd sicut Deus intelligitur à nobis: ita pōt & à nobis nominari. Hæc est opi. Hen. quæ nunc prætermittatur à nobis propter suam facilitatem, & similiter eius impugnatio. Et veniam ad solutionem quæstionis nostri Doctoris subtilis cætera prætereundo.

IBI. Potest dici breuiter ad q. quòd ista propositio cōmunis multis opin. scilicet quòd sicut aliquid intelligitur ita & nominatur: falsa est si intelligatur præcisè: quia distinctius potest aliquid significari, quàm intelligi. Et hoc persuadet Doct. multipliciter. Tum: quia substantia potest distinctius significari, per nomen, quàm in se intelligi. Patet quia pro statu isto tantum cognoscitur in conceptu communi: vt supra patuit. dist. 3. quæst. 3. & tamen potest imponi aliquod nomen quod significet mihi distincte substātiam aliquam, aliter enim nullum nomen impositum à viatore significaret aliquam rem de genere substātiæ: sed tantum aliquam proprietatem accidentalem, quæ intelligebatur ab imponente: & sic per hoc nomen lapis non significaretur aliquid de genere substantiæ, sed tantum aliquid de genere actionis: puta læsio pedis, quam exprimit ethymologia huius nominis: & fuit ratio à qua imponebatur nomen.

¶Deinde probat Doct. qualiter sit possibile. videlicet aliquid distinctius significari, quàm intelligi: quia videmus diuersa accidentia succedere in eodē: & tamen vtrunque illorum manet sine altero. vt patet. Et probatur vtrique illorum esse aliquod subiectum commune: quia vtrumlibet illorum potest destrui non destructo altero. ergo concluditur aliquid esse subiectum vtriusque, vt quantitati & qualitati: & illud quod subest non concipitur in conceptu quidditatiuo, nisi entis, vel huius entis. Ex quo etiam diuersimode ista accidentia coniunguntur in diuersis, concluditur substratum istis esse diuersum à substrato illis. Et ex hoc concluditur tertium illud esse aliud ab alio tertio &c.

¶Ad propositum. ergo nō accidentibus illis: sed isti alij sic distincto quicquid sit, quod est cum istis coniunctis quæ intelliguntur, imponitur nomen aliquod: illud videtur esse proprium signum huius sub ratione qua hoc: ita quòd imponens nomen

intendat

intendat illam essentiam de genere substantiæ significare: & sic intendit significare, & sicut intēdit significare, ita nomen quod imponit est signum: & tamē ipse non intelligit distincte, q distincte intēdit significare per hoc nomē, uel per hoc signum. Et exemplum positum: patet in litera &c.

Quomodo Deus sit nominabilis à Viatore. ¶Vltimo dicit Doc. q Deus est nominabilis à uiatore nomine significante propriam essentiam, vt est hæc essentia quia uiator potest uti illo signo, & intendere exprimere significatum illius signi: siue ipse imposuerit illud signum, siue alius quicunque qui cognouit significatum: & tali etiam signo potest viator vti tanquam nomine: licet non potuerit illud imponere tanquam signum: unde aliud est imponere nomen, & aliud est vti nomine imposito. Et addit Doc. q si ista propositio esset vera, q nullum nomen potest alicui imponi distinctius, quàm intelligatur: hæc tamen est falsa, q nullus potest vti nomine distinctius significante rem, quàm ipse possit intelligere. Et ideo simpliciter concedēdū est, q multis nominibus potest vti viator exprimentibus essentiā diuinam sub ratione essentiæ diuinæ: licèt nec via naturali nec supernaturali loquendo de lege communi, non possit eam distincte cognoscere.

Tho. Gaie. AD hæc tamen. Quidam nouus expositor primæ partis S. Tho. q. 13. arti. primo. Respondet dicēs ista non esse consona veritati. Ad illud de substantia dicit, quòd non est imaginabile imponi nomen distinctius significans, quàm concipiatur: quia voces significant res, non nisi media conceptione intellectus: igitur significatio causatur conceptione. ergo distincta generatio suppositi, distinctam conceptionem: & confusa confusam: & maior maiorem: & minor minorem: quare ab hanc vniuersalissima regula de causa & causatu hæc excipienda sunt. Probatio autē sua nihil valet. Tum quia antecedens pro prima parte est falsum. Tum quia pro secūda parte male probatur D co. n. & ita esse experimur, q cognitis accidētibus, cognoscimus rem quandam sublatere, & sm se esse & subsistere &c. & huiusmodi res nunquam magis significabitur, q̄ cognoscetur. Si n. cognoscit confusè, vt in exemplo dato, nunq̄ significabitur nisi confusè. Ex tali siquidē noīe nunq̄ aliquis plus intelligeret, q perfectus impositor apprehēderit: q̄uis ex meliori ingenio proprio cognito alicuius nominis significato in re, discurrēdo alia cognoscat: sicut ex principijs conclusiones deducimus: sed hoc non est ex ui significationis nominis. Vn̄ & ipsemet Scō. ibidem sub dubio primum dictum dubium relinquere videtur.

¶De secūdo uero bn̄ dicit Sco. Experimur enim q multis noībus utimur cōfusè notis, anteq̄ ad notitiam distinctam illorum terminorum ueniamus.

¶De tertio aūt q̄a expiētia teste, nullū tale nomē diuinū hēmus Et rursus, q̄a frustra hoībus darēt talia noīa: qm̄ nos nō possum⁹ Deū sm se cognoscere. Et q̄a sine sufficiēti auctoritate nouitas hæc dr̄. Et quia Dio. in primo cele. hyer. dicit. Impossibile est nobis aliter lucere diuinū radiū, nisi uarietate sacrorū uelaminū occultatum. Vr̄ mihi simpl'r falsum dictum Sco. Et dicēdū q De⁹ ī hac uita nō ē à nobis noīabilis, nisi ex creaturis: & hoc tā quo ad impositionē q̄ usum: hæc expositor ille.

Resp̄osio ad Tho. Gaie. RESPONDEO ad hūc expositorē. Et primo dico cū Doc. q possumus iponere aliqd nomē distinct⁹ significare aliqd, q̄ illud in se cognoscam⁹. Et cū dicit, q uoces significāt res admitto. Et cū ultra dicit, q significatio uocis cāsatur à conceptione intellectus. Hoc indiget pbatione: aliud est. n. cāri, & aliud est psupponere: hoc. n. nomē lapis, siue significatio huius nominis, non causatur à conceptione lapidis, nec à conceptione forte alterius, nisi fortè occasionaliter: imponitur enim talis significatiu à uolūtate instituentis: præsupposita tamen aliquali cognitione, saltem in communi: & sic imponit quòd hoc nomen lapis significet mihi quiditatiuè substantiam lapidis, quam instituens distincte non cognoscit. Non enim conceptio rei, & significatiu eiusdem sic adinuicem adæquantur, quòd quanta sit cognitio rei, tanta sit præcisè significatio nominis illius rei. Posito etiam quòd conceptio aliqua sit causa significationis nominis: adhuc habet probare quòd ab aliqua conceptione non possit causari nomen distinctius significans aliquid, quam sit talis conceptio. Sed hoc requirit prolixiorem tractatum: uidelicet à quo causetur nomen significans: de hoc habet uideri in primo perhyer.

¶Et quod dicit quod Sco. sub dubio loquitur &c. Hoc non est uerum: quia expresse in principio quæstionis, dicit quòd credit esse falsum: ut patet in litera. Et quod vltimo dicit q quantū ad vsum non possumus habere aliquod nomen distinctè significans essentiam: falsum dicit. Sæpe enim vtimur nominibus distinctè nobis significantibus essentiam diuinam, vt patet in litera Doc. licet non ista distinctè cognoscamus illam. Multa etiam alia dicit iste expositor minus vera, quæ transeo pro nunc.

Distinctio Vigesimatertia.

Quæritur. Vtrum persona secundum quod dicit Aliquid commune patri filio, & Spiritui sancto dicat præcisè aliquid secundæ intentionis?

Quæstio Vnica.

Scotus 1. sent. dist. 23. q. 1.
Fran. de Mayrones primo sen. dist. 24. q. 2.
Ioannes Bacconitanus. 1. sent. dist. 24. q. 1.

CIRCA Vigesimamtertiā distinctionem quærit Doc. Vtrum persona secūdum q dicit aliquod cōe patri filio & Spiritui sancto dicat pcisè aliqd secūdæ intētionis.

HIC dicitur q persona tantum dicit intentionem secundam: quia sicut indiuiduū in omni natura, ita suppositum in natura substantiali, & persona in natura intellectuali &c.

¶Ista opi. dicit, q persona quæ est cōis tribus personis diuinis est tantum intentio secunda: sicut indiuiduum quod est commune pluribus indiuiduis: & talis persona quæ est intentio secunda, accipitur in concreto: & sic supponit pro tribus personis. Cætera patent quo ad istam opi. *Opin. Egi. et Varro distinctione præsente.*

CONTRA opi. in se. Hæc ratio similiter clara est. Cum tamen dicit q intentio secunda est relatio pertinens ad extremum, vel ad actum intellectus cōponentis, vel diuidentis &c. i. q secunda intētio vel per se pertinet ad extremum intellectus cōponētis, vel diuidentis. s. quod est prædicatū vel subiectum propositionis affirmatiuæ, vel negatiuæ: & sic accipitur secunda intentio sm quod ponitur in lib. prædicabilium: quia omne subiectum, vel prædicatum pertinet ad terminos simplices, qui sunt vniuersale, singulare, proprium, vel accidens &c. ptinet ad actū intellectus componentis, vel diuidentis. i. q accipit vel pro relatione fabricata in propositione affirmatiua, uel negatiua: vel ad actum intell's comparantis vnū obiectū ad alterū: & hoc ultimo mō est ad intētionē Doc. vt patet in suis vl'bus. Et cum dicit, q intell's negocians non pōt causare circa rē primæ intētionis: puta circa obiectū inquantū cognitū, nisi relationem rōnis. Hoc declaratum fuit supra. dis. 8. q. pe. Tertio dicit q si ipsa persona esset relatio ratio-

nis; tunc necessario esset ad aliud, tanquam ad correlatiuum: hoc patet diffuse in suis vniuersalibus: & quod persona non sit ad aliud: accipiendo ipsam in communi: patet infra. dist. 25.

¶Ibi. Præterea. Contra rationem. Quia si tres personæ sunt tres res: supple subsistentes: & res non dicit secundam intentionem: & tamen res significata per personam est cõis tribus: patet, quia quando aliqua numerantur: numerantur propter aliquod cõmune diuisum in illa: sicut dicimus tria animalia, quia animal est diuisum in illa: & per eandem rationem tenet illud quod dicit magister. d. 25. ca. 8.

¶Ibi. Præterea. Contra additum arguo sic. Quia dixit quòd persona quæ est communis tribus est adiectiuum. Arguit Doct. quomodo tale adiectiuum potest terminare dependentiam relationis adiectiui cuiusmodi est tres. Et hoc patet clare, supra. d. 12.

AD quæstionem &c. Omnia ista clara sunt ex dictis hic, & singulariter ex dictis. d. 2. art. 2. q. 1. & habetur bona glo. ibi.

¶Contra istud potest obijci. Istæ obiectiones claræ sunt.

¶Ibi. Ad primum istorum dico. Hæc rñsio valde notanda est: & dicit in sententia, quod abstractum ab vltimis distinctiuis (quæ vltima distinctiua sunt primo diuersa: ut patuit. supra. d. 3. q. 3.) est tantũ vel conceptus negatiuus, uel conceptus positiuus dict⁹ tantum denominatiue: accipiendo denominatiue, pro non prædicari essentialiter: vt satis patuit. supra d. præallegata. Et sic cõceptus abstractus ab vltimis differentijs non erit aliquo modo in quid.

Apparens cõtradictio. ¶Ibi. Tamen dubitatur. Nota hanc responsionẽ, quia singularis est.

¶Si dicatur, nonne Doc. supra d. 3 q. 1. cõtra Th. & alibi arguit, quod negatio non potest inesse alicui, nisi per aliquam affirmationem? & tamen hic dicit; quòd negatio potest esse cõis pluribus: & negatio eiusdem rationis; & tamen non inest illis pluribus per aliquam affirmationem communem illis; siue per aliquod positiuum commune illis.

Solutio. ¶Respondeo & dico, facilis est responsio: quia ibi dicit quod negatio non prædicatur de aliquo, nisi præsupponat aliquam affirmationem in illo: sicut non lapis non conuenit homini, nisi pp aliquam affirmationem; siue pp aliquam realitatem positiuam existentem in homine, cui repugnat affirmatio lapidis. Et sic dicit in proposito: quod illa negatio cõis non potest competere inferiori, nisi per aliquod positiuũ, vel affirmationem in illo: & non est necesse quod competat sibi per aliquod positiuum commune inferioribus &c. Secundo dicit quod negatio dicitur eiusdem rationis quæ repugnat affirmationi vnius rationis. Exemplum. Nam affirmatio lapidis repugnat animali. ergo negatio opposita illi competit animali. Et dicitur vnius rationis, quia opponitur affirmationi vnius rationis &c.

Quid sit negatio in genere & extra genus. ¶Ibi. Cum secundo obijcitur. Hic distinguit quod negatio est duplex. s. extra genus, & in genere. prima dicitur illa quæ non determinat sibi aliquod subiectum, sicut non ens: similiter non chymera: & huiusmodi. Secunda est illa quæ determinat sibi aliquod subiectum: sicut non lapis: determinat sibi aliquod subiectum, puta illud subiectum cui repugnat affirmatio lapidis. Et sic in proposito: esse incommunicabile vt quo, & vt quod: dicit negationem in genere, quia determinat aliquod subiectum: puta suppositum cui repugnat affirmatio cõicabilitatis. Secundo dicit quod duplex est priuatio. s. fm se, & fm genus,

Duplex priuatio.

de qua patet, & dr priuatio fm se negatio in subiecto apto nato: quod fm se formaliter est aptum natum hřc habitum oppositum tali priuationi. Et fm genus est illa quæ negatio in subiecto apto nato: nõ fm se sed fm genus. Et sic talpa, licet inquantũ talpa non sit apta nata videre; tñ inquantum animal est apta nata videre. Tertio dicit quod esse incõicabile modo prædicto est negatio in genere: & etiam est negatio sic in genere, quod talis negatio opponitur priuationi, quia non est negatio in subiecto apto nato, quia cum dico suppositum est incõicabile: non intelligo quod illud sit aptum natum cõicari: & hoc loquendo de priuatione fm se: quia forte fm genus non repugnat sibi; quia licèt Fran. secundum se non sit aptus natus communicari: tamen inquantum homo, vel animal, non repugnat sibi.

¶Ibi. Est dubitatio vlterior. Dubitat Docto. An à suppositis diuinis abstrahatur tantum cõceptus negatiuus, vel positiuus; & videtur declinare ad fm: vt patet expresse ab ipso in tertio. d. 1. q. 1. Et cum dicit, quod ab indiuiduis non tantum potest abstrahi species: puta à Francisco Ioan. Pau. &c. potest abstrahi homo, qui dicit totam quiditatem indiuiduorum. Sed etiam aliquid, quasi proprium: puta ratio indiuidualis, quæ prædicatur de ista & de ista: vel etiam indiuidui, quod prędicatur de isto indiuiduo, & de isto, & dicitur quasi proprium: quia nullo modo dicit quiditatem: vt patet supra. Et sic patet ista distinctio. *Dubitat Doctor.*

Distinctio Vigesimaquarta.

Quæritur Vtrum in diuinis sit propriè numerus.

Quæstio Vnica.

Seraphicus Bona. 1. lib sent. dist. 24 q. 1 art. 1.
Alex. Alensis. 1 parte summa. q. 45. membro 1.
Scotus 1 Sent. dist. 14 q. 1.
D. Thomas. 1. parte summæ. q. 30 Artic. 3.
Ricardus. 1. sent. dist 23. q 1.
Durandus. 1 sent dist. 24. q. 1.
Franciscus de Mayronis. 1 sent. dist 24 & 25.



CIRCA Vigesimamquartam distinctionem quærit Doct. Vtrum numerus sit propriè in diuinis.

ISTA q. ponitur propter trinitatem personarum an. s. personæ in diuinis possint propriè numerari: sicut etiam dicimus tres homines, vel tria animalia: sic simpliciter propriè possumus dicere tres personæ? Respõdet Doct. primo distinguendo de numero: videlicet quod numerus aut ponitur quod habeat vnitatem formalem respectu cuius formalitatis vnitates sunt materiales, & sic materia illius formæ: hęc unitas formalis potest dupliciter intelligi. Vel quòd tantum sit vnitas aggregationis: ita quod numerus nihil aliud sit, nisi aggregatio vnitatum, quæ vnitates sunt modi rerum essentialiter, & realiter distinctarum: ita quòd non sit alia vnitas in numero nisi aggregationis: ita quòd numerus ternarius solum diceretur tria simul aggregata. Vel potest intelligi vnitas formalis pro alia vnitate distincta ab vnitatibus materialibus resultans ex illis: ut ternarius dicat vnitatem formalem, & specificam resultantem ex illis tribus vnitatibus materialibus, quæ dicatur vnitas specifica, qua numerus ternarius specie distinguitur à numero senario, vel ab alijs numeris. Quicquid sit, non videtur esse præsentis speculationis nunc tractare de numero in se: habet enim hoc alibi videri. Dico tamen quòd vnitas formalis numeri debet magis accipi secundo modo quàm primo modo. *Not. aliqua de numero.*

¶Deinde Doct. dicit quod accipiendo numerũ pro

vnitate

An in diuinis sit numer⁹.

vnitate formali specifica, & non pro vnitate aggregationis in diuinis non est numerus: quia vna persona non potest esse ibi pars: quia quælibet persona est infinita, & quælibet proprietas personalis est eadem.s. realiter infinito: licet non formaliter: vt supra patuit: & tale infinitum nullius potest esse pars: vt supra patuit d.8.q.2. Et sic tenendo istam positionem de numero, numerus non erit in diuinis. Si vero accipiatur numerus, vt tantum dicit aggregationem vnitatum: cum aggregata sint simpliciter diuersa, nec faciant per se vnum, nec sunt aliquid per se vnum: immo sunt minus vnum, quàm illa q̃ sunt vnum per accidens: vt supra patuit. d.2. parte.2.q.1. & quæ sunt in diuinis sunt vere idem alicui, vere vni quod est essentia: sequitur quòd ibi nulla est aggregatio rei ad rem: & ita nullus est numerus secundũ istam positionem numeri.

¶Deinde dicit Doct. q̃ si numerus habeat esse in intellectu tm̃ s.in nl concipiente plura vna, vel plures vnitates: hoc modo posset poni numerus in diuinis: & sic talis numerus esset tantum vnus conceptus: & sic trinitas esset tantum vnus conceptus totalis trium personarum. De hoc numero in intellectu respectu diuinarum personarum. clarius dixi supra.d.3.q.3. de vestigio trinitatis.

¶Vltimo dixit, q̃ loquendo de numero in re, in diuinis non est simpliciter numerus. Conceditur tamen ibi numerus s̃m quid, cum hac determinatione personarum: quia trinitas personarum dicit distinctionem realem trium personarum: ibi enim fit abstractio a numero, quod non dicit imperfectionem. s. distinctionẽ ab eo quod notat imperfectionem aut in vtroque numeratorum aut saltem in altero. s. à potentialitate, si numerus est vnus secundum formam: vel à diuersitate si numerus est vnus per aggregationem vnitatum plurium: bene tamẽ ibi conceditur distinctio sine diuersitate, vel potentialitate, vel etiam aggregatione, quæ dicunt imperfectionem aliquam in vnitate. Et vult dicere, q̃ absolute in re non debemus concedere numerum in diuinis: quia numerus sic in re simpliciter sumptus de necessitate includit potentialitatem numeratorum, vel vnitatum, si accipiatur numerus pro vnitate formali, & specifica: vel de necessitate dicit diuersitatem realem, & essentialem plurium, si accipitur numerus pro aggregatione vnitatum, vt supra patuit. Cum tamen dicitur numerus personarum, vel tres personæ ibi tantum notatur distinctio realiter personarum, & nulla potentialitas, nec diuersitas ibi notatur. Et sic patet ista quæstio.

Q̃o in diuinis sit numerus secundũ quid.

Absolutè in re in diuinis non est numerus.

Distinctio Vigesimaquinta.

Quæritur. Vtrum. Persona in diuinis dicat substantiam, uel relationem.

Quæstio Vnica.

Seraphycus Bonauent 1 sent dist 25 q 1 artic 1.
Alexander Alensis .1 parte summæ q 56.memb.1.
Scotus primo sent dist.25 q.1.
D Thomas.1.parte summæ q 29 ar: 4.
Ricardus 1 sent dist 25 q 1.
Durandus.1.sent.dist.22.q 1.
Franciscus de Mayronis primo sent dist.24. q 4.



VÆRIT Doct. circa vigesimãquintam distinctionem. Vtrum personæ in diuinis dicant substantiam, vel relationem.i. an persona puta patris, sit vere substantia, an tantũ dicat relationẽ. HÆC q. stat in pluribus dictis.

¶Primum, persona non dicit relationem propriã quia hoc nomen persona est commune tribus s̃m Aug.7. de tri. Si tres personæ sunt, cõe est eis hoc, qđ est persona, & hoc communitate vniuocationis: quia in æquiuocis, æquiuocata nõ numerantur: vt patet, modo personæ numerantur, cum sint tres ergo.

¶Secundum: persona non dicit relationẽ cõem. Probatur: quia qñ inferius refertur ad aliud, & superius refertur ad illud, pater, quia si duplum refertur ad dimidium, etiam multiplex refertur ad dimidium: immo vsq; ad genus generalissimum: sed in proposito pater per se refertur ad filium: quia hæc est vera: pater filij pater: & tamen persona, quæ est superius ad patrem, nõ refertur ad filium: quia hæc est falsa: pater est persona filij: sicut hæc est vera: duplum refertur primo ad dimidium: ergo & multiplex refertur ad dimidium: licet non primo: quia hæc est vera: duplum est multiplex ad dimidium: & ideo conceditur duplum esse multiplex dimidij. Et nota q̃ superius non refertur primo ad correlatiuũ inferioris.i. non adæquate, & conuertibiliter. Non enim sequitur. omne dimidium est dimidium multiplicis. ergo oẽ multiplex est dimidij multiplex, vt patet: non sequitur: quia multa sunt multiplicata, quæ nõ ad adæquate referuntur ad dimidium: multiplex uero adæquate refertur ad submultiplex: quia omne multiplex est submultiplicis multiplex: & econuerso: omne submultiplex est multiplicis submultiplex. Si ergo persona esset relatiuum cõe patri & filio: sicut hæc est vera: pater primo est filij pater: ergo hæc esset vera, pater est filij persona per se, licet nõ primo. Et similiter sicut hæc est vera filius est primo patris filius: ergo hæc esset vera: filius est persona patris per se, & si non primo: patet ergo ex his quomodo persona non dicitur relatio propria: nec similiter potest dici relatio communis.

¶Tertium dictum. persona non potest dici substãtia secunda.i. quiditas quia illa non numeratur in tribus personis: persona autem numeratur: vt patet: quia concedimus tres esse personas in diuinis & non autem tres substantias: quia tantum est vna numero in tribus scilicet natura diuina.

Q̃o persona non dicatur relatio propria.

¶Quartum dictum. si accipiatur persona pro negatione in genere, supple q̃ persona sit incõicabilis existentia, quæ est negatio in genere cõis tribus personis, sic non significat substantiam nec relationem: patet quia nulla negatio de suo significato importat aliquid positiuum, cuiusmodi est cõis substantia, & omnis relatio: potest tñ aliquid connotare, & cõnotat: persona hoc modo est accepta. s. pro negatione in genere: primo ergo cõnotat illud de quo primo prædicatur. s. patrem, & filium, & Spiritum sanctũ quæ sunt positiua: non tamen connotat quasi ex primo intellectu suo: sed sicut cõe connotat inferius pro quo supponit secundo talis negatio connotat relationem quæ. s. patri conuenit talis negatio, & similiter filio. Omnis.n. negatio in genere præsupponit aliquã affirmationem: quia si quæratur quare pater non est cõicabilis, nec vt quo, nec vt quod Rñ detur, quia pr̃ includit aliquam proprietatem, per quam sibi repugnat sic cõicari, & ideo hæc negatio cõis in genere, non inest alicui nisi propter positiuũ in illo, non enim inest talis negatio albedini, ut patet quia tunc albedo esset simpliciter incommunicabilis vt quod, & vt quo. Et sic negatio in genere determinat sibi aliquod positiuum in aliquo subiecto; per quod talis negatio sibi conuenit: non sic est de negatione extra genus: & differentia istarum negationum patuit. supra.d.23. & magis infra patebit.d.28. Sic ergo ista negatio, quam significat psona, importat secundo relationem, siue proprietatem patris, per quam proprietatem talis negatio conuenit

Q̃o pater non sit cõicabilis, nec ut quo, nec ut quod.

patri.& similiter dico de filio, & Spiritu sancto.tertio connotat essentiam que licèt sit in primo connotati s.in patre & filio,& Spiritu sancto.non tamen est ibi ratio istius negationis: patet,quia sola ꝓprietas est ratio, quare talis negatio conueniat patri & filio & Spiritui sancto: quia per illam repugnat eis ista affirmatio.s.esse cōicabile alteri.ergo per illam proprietatem conuenit negatio talis communicabilitatis: & hoc est quod dicit.

¶Quintum dictum est.Si teneatur ꝙ persona qui dnatiuę sit, siue significet aliquid positiuum cōe tribus: ita ꝙ tale cōe sit abstractum à tribus personis, non tamen abstractum vt species,sed magis vt proprium.sicut.supra.d.13.Expositum est: tunc potest concedi,ꝙ persona cōis patri & filio & Spiritui sancto, significet immediatè aliquod positiuum cōe illis tribus. Sed illud cōe positiuum,nec est substātia, nec relatio,sed est aliquod positiuum indifferens ad vtrunque,s.substantiam & relationem. Ratio.n.subsistentis indifferens est ad absolutum,& respectiuū: & hoc sustinendo, ꝙ relatio possit constituere aliquid in ratione suppositi,siue subsistentis.hoc.n.tātum habet veritatem in diuinis, vbi cōiter tenetur, ꝙ personæ constituantur in esse personali & per aliquam relationem. Persona tamen hoc modo accepta ex consequenti dat intelligere sicut superius suū inferius illud, pro quo accipitur, puta patrem filiū. & Spiritum sanctū. & secundo dat intelligere ipsas relationes,quę sunt rationes formales incommunicabiliter existenti.tertio ipsam essentiam, quæ est in primo connotato siue in primo intellecto, scilicet patre & filio & Spiritu sancto.

¶Deinde Doct.sic epilogat quæ dixit. Vtraq; opinio posita.d.23.concordat in hoc, ꝙ persona de prima ratione sua,non dicit nec relationem,nec substātiam:& hoc nec primam,nec secundam: sed ꝯm vnā opi.dicit conceptum negationis in genere cōis trib⁹ qui distinguitur in eis:ꝯm aliam opi.dicit conceptū positiui cōis distincti in eis. Et ꝯm vtranque opi. tale,siue positiuum, siue negatiuum cōnotat sicut suū inferius illud de quo formaliter dicitur: puta patrē filium & Spiritum sanctum: & quasi secundo connotat formalia distinctiua in eis. & tertio essentiam communem eis &c.

Quid dicat persona.

DEINDE Doc.arguit probando, ꝙ persona significet substantiam secundam,siue quiditatem per hoc,quod dicit Aug.7.de tri.cap.4.vel 7.per hoc ꝙ est tres personæ.

¶Respondetur ad q illam, qua quæritur in diuinis quid tres: quid autem quærit essentiam.

¶Secundo.7.de tri.c.5.vel 9. ꝙ non est aliud Deū esse,& personā esse.ergo ꝑsona est mere essentiale.

¶Respondet Doc.ad primum, ꝙ quid quandoq; quærit diffinitionem. vt patet. 1.topi.c.4.Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei.Quandoq; quærit illud, de quo aliquid dicitur. vt patet per philos. 10 Metha.t.c.7.vbi quærit quid vnum quemadmodum,& quid ens tanquā non sufficiens: quia hoc ipsum istius naturæ. Intendit dicere ꝙ non sufficit dicere ipsum vnum esse principium, sicut aliqui philosophi,vt platonici: sed aliquid de quo dr̄ vnum,& hunc textum prolixe exposui. supra.d.8.q.2. Et ꝯm hoc quæstio ista, quid est elementum,duplicem habet responsionem,vnam assignando elementi diffinitionem: aliam assignando illud de quo dicitur elementum. Nunc autem catholicis confitentibus tres quæsierunt hæretici, quid tres, non interrogantes huius nominis diffinitionē. sed quid esset illud substantiuum,quod determinaretur per illud adiectiuum tres: siue de quo diceret: & ad hoc bene respondetur,per hoc quòd est persona.

¶Ad secundum de Aug.patebit.d.26.quòd persona est ad se tam in se, quam in suis inferioribus, licet non sit ita ad se sicut essentia est ad se: & hoc ibi expositum est exponendo opi. Ioannis de Ripis.tenendo tantum,quòd personæ constituantur in esse, non per relationes,sed per absoluta. Et videtur Doct. tenere quòd constituantur in esse per absoluta, vt infra patebit: & etiam vt patet ex intentione: quia dicit. Si non ponatur diuinas personas constitui in esse personali per proprietates absolutas, difficile videtur posse exponere auctoritatem beati Augustini.

Quomodo persona cōstituantur per absoluta.

¶Nota tamen quòd Doctor videtur magis declinare quòd personæ diuinæ constituantur in esse personali per aliquid positiuum: ita quòd persona diuina de suo formali significato importat aliquid positiuum, quicquid sit de persona creata: Et hoc expresse vult in tertio distinctione prima quæstione prima. Et hoc magis patebit distinctione 28. & ibi vide omnino prolixam expositionem de ratione formali constituendi personam.

QVIDAM arguit contra Docto. non contra hoc quod dicit Docto. quòd à tribus personis potest abstrahi persona in communi, siue persona significet positiuum, siue negationem in genere. in hoc enim non videtur Ocham contradicere. Sed arguit,quia dicit quòd Docto. videtur contradicere dictis suis in hoc, quòd vult quòd à paternitate & filiatione potest abstrahi relatio communis vniuoca. licet hoc non pertineat ad principalem intentionem,huius quæstionis,quia hic tantum loquitur de persona,quæ non significat,nec substantiam, nec relationem: tamen pro nunc adducitur ista positio de relatione communi paternitati & filiationi: quia vult Docto. distinctione sequenti: quòd relatio sit communis paternitati: & filiationi in diuinis. Et licèt Ocham videatur hoc concedere: arguit tamen quòd contradicat dictis Doctoris.

Quomodo possit abstrahi relatio communis vniuoca à paternitate, & filiatione.

¶Et arguit sic.Primo secundum Sco.alibi. Quandocunque aliquibus distinctis est aliquod commune vniuocum necessario in vtroque illorum est aliquid quo conuenit cum alio, & aliquid quo differt ab eodem, ergo si paternitati & filiationi sit relatio communis vniuoca,paternitas aliquo conuenit cum filiatione,& aliquo differt ab eadem, quod est impossibile quia tunc paternitas non esset vltimum constitutiuum,sed esset aliud magis vltimate constitutiuum.

¶Si dicatur quòd non est aliquid reale commune diuinis relationibus, sed tantum aliquis conceptus.

¶Contra.ergo eadem ratione vltimis differentijs posset esse aliquis conceptus communis: quamuis ipsæ differētiæ seipsis differrēt,& nō per differentias.

¶Præterea. ex istis sequeretur, quòd potest esse conceptus communis sinè omni communitate à parte rei.ergo ponendo commune vniuocum differentijs vltimis in creaturis,non erit processus in infinitum.

¶Præterea ex isto sequeretur quòd aliquod vniuocum potest descēdere in sua inferiora sine omnibus conceptibus contrahentibus: ita quòd non oportet ponere conceptum determinantem & determinabilem præter conceptum includētem vtrumque: quæ omnia sunt contra istum Doc. alibi.

¶Si dicatur. quòd in paternitate includitur relatio, & etiam aliquid præter relationem sed illud nō est vltimum constitutiuum personæ.

¶Contra. quicquid est constitutiuum constitutiui,est etiam cōstitutiuum cōstituti.ergo quicquid est differentia differentiæ,est etiam differentia differentis,sed illud in paternitatè præter relationem est cōstitutiuū paternitatis. ergo est ēt cōstitutiuū patris.

¶Con-

¶Cõfirmatur. quia ſm iſtum ab anima intellectiua non ſumitur vltima dria hois, quia ipſa differt differentia. ergo ſimiliter à paternitate non accipitur vltima dria qua pater diſtinguitur, à filio, ſi ipſa paternitas non ſe tota diſtinguitur à filiatione, ſed p aliquid ſui. Ex iſto poteſt inferri, ꝙ dicere ꝙ ab vltimis conſtitutiuis naturæ creatæ non poteſt abſtrahi conceptus quiditatiuus, quia ſunt eiuſdem generis: & ab vltimis conſtitutiuis naturæ creatæ poteſt abſtrahi conceptus quiditatiuus, eſt non cauſa vt cauſa, ſed ſiue ſint eiuſdem generis, ſiue non, ex hoc ipſo ꝙ poteſt abſtrahi cõe contractum per aliqđ contrahens, illa ſic conſtituta ex contrahente & contracto, non ſunt vltima conſtitutiua.

¶Præterea. ſi ab omni habente vnitatem quiditatiuam poteſt abſtrahi conceptus quiditatiuus. ergo ab vltimis differentijs poteſt abſtrahi cõceptus quiditatiuus: quia accipio vltimam driam generis, & quæro de ea, an habeat vnitatem quiditatiuam: an eam quam vocat hic vnitatem indiuiduationis, & ſingularitatis? Si detur primum? habeo propoſitum. Si detur ſm? Contra. Oĩs differentia eſt eiuſdem ambitus cum illo qđ per ipſam conſtituitur. ergo vltima differentia generis eſt eiuſdem communitatis cum genere. & per conſequens non habet ex ſe vnitatem ſingularitatis.

¶Ideo dico, quòd ſi à perſonis diuinis poteſt abſtrahi aliquis conceptus communis quiditatiuus p̄dicabilis in quid de eis. Similiter poteſt à relationibus, & vltimis conſtitutiuis abſtrahi talis conceptus & non tantum hoc eſt poſſibile in Deo ſed etiam à creaturis: quia à quibuſcunque realitatibus conſtitutiuis poteſt abſtrahi aliquod cõmune vniuocum prædicabile in quid de eis. hæc Ocham.

Rñſio ad rões ocham. RESPONDEO præmittendo vnum quod dicit Doct. Natura creata eſt determinabilis per aliqđ determinatiuum eiuſdẽ generis reſpectu cuius eſt in potentia & comparatur ad illud, vt potentiale ad actuale. Illud autem determinatiuum naturæ creatæ non habet vnitatem quiditatis: quia tunc nõ determinaret quiditatem ad rationem ſingularitatis. Et ideo ab huiuſmodi determinationibus non poteſt abſtrahi aliquis conceptus communis quiditatiuus, ſed tantum à natura, & quiditate abſtrahitur. Sed per omnia oppoſito modo eſt in diuinis. Nam ibi natura eſt determinatiſſima, & ſingulariſſima. vt ſupra patuit. d. 5. q. 2. & quolibe. q. 1. Et ideo non eſt determinabilis per aliquid eiuſdem generis. ſ. de genere ſubſtantiæ nec eſt potentiale ad tale determinatiuum. Vnde per nihil pertinens ad genus ſubſtãtiæ determinatur. Et ideo ſi ſint aliqua determinantia pertinent ad aliud genus. ſ. relationis eo modo, quo ponitur ibi genus. Et ideo huiuſmodi determinantia habent rationem quiditatis, ac ſi naturam non determinarent: quia non habent naturam aliã à natura in eodẽ genere, ſed in alio genere propter quod retinent vnitatem quiditatiuam alterius generis. Et ideo ab huiuſmodi determinari no poteſt abſtrahi conceptus communis quiditatiuus. Vnde relationes, quia ſunt determinatiuæ alterius generis, non tribuunt ſingularitatem eſſentiæ, ſed determinant ad certum ſuppoſitum, & retinent ſuas rationes quiditatiuas. Et ideo ab illis poteſt abſtrahi conceptus communis.

¶Hoc præmiſſo reſpondeo ad primum argumentum. Primo, quòd illa maior. ſ. quando aliquibus diſtinctis eſſe aliquod cõe &c. vera eſt vbi tale cõe eſt cõe ex natura rei: ita ꝙ tantum conceptus non ſit cõis: ibi contentum ſub tali cõi habet aliquid quo differt, modo paternitati, & filiationi in diuinis relatio non eſt tale cõe. ergo. Et cum infertur, ꝙ eodẽ modo poſſet eſſe de vltimis differẽtijs in creaturis. Patet reſponſio, ꝙ non eſt ſimile cum ſint eiuſdem rationis cum contrahibili. Et cum infertur, ꝙ tunc poſſet eſſe conceptus cõis ſine communitate a parte rei. Hoc non hẽ pro inconuenienti. Et cum vltra infert, quòd aliquod cõe vniuocum tunc poſſet deſcendere ad ſua inferiora ſine conceptibus contrahentibus. Dico ꝙ non eſſet inconueniens loquendo de conceptu tantum: non de contrahibili à parte rei, quia illud deſcendit ad inferiora per contractiua. Et quod dicit ꝙ hæc ſunt contra Scotum. Verũ eſt loquendo de cõi à parte rei, & non de cõi conceptu tantum. Cum etiam infertur, ꝙ non eſt maior ratio de vltimis conſtitutiuis in creaturis, quàm in diuinis. ergo ſi ab vltimis conſtitutiuis in diuinis poteſt abſtrahi talis conceptus: quare etiam non ab vltimis conſtitutiuis in creaturis? Dico ꝙ conceptus cõis dictus in quid, tantum eſt abſtrahibilis ab illis quæ ex ſua ratione dicunt quiditatem. modo vltima conſtitutiua in creaturis (vt ſupra patuit) nullo modo dicunt quiditatem. Vltima autem conſtitutiua in diuinis ex ſua ratione formali dicunt quiditatem: non tamen quiditatem importantem aliquam perfectionem, vel imperfectionem: ſed dicunt quiditatem nec perfectam nec imperfectam. ut patet à Doctore in pluribus locis. Et cum dicit de vltima differentia generis: aut dicit vnitatem ſingularitatis aut vnitatem quiditatis? Dico, quòd nec hoc, nec illud. ſicut etiam de vltima differentia animæ intellectiuæ, qua ipſa anima differt ab alia: illa differentia vltima non dicit vnitatem quiditatiuam, cũ ſit eiuſdem generis vt patet à Doc. ſupra. d. 3. nec dicit vnitatem ſingularitatis: quia poteſt eſſe communis. Sic vltima differentia animalis, quæcunque ſit, illa non dicit ex ſe vnitatem ſingularitatis: cum ſit idem cũ animali: nec vnitatem quiditatis. vt patet.

¶Et nota pro iſta materia illa quæ dixi. ſupra. d. 2. q. 1. parte prima in exponendo illud argumentum quo non poſſunt eſſe plura neceſſe eſſe. Et quæ expoſui. ſupra. d. 8. q. 2. Illa enim quæ proprie conueniunt in aliqua realitate cõi quiditatiua, & differunt adinuicem habent aliquid ex natura rei, quo conueniunt, & aliquid quo differunt ſicut Fran. & Ioannes conueniunt ex natura rei quiditatiue in humanitate, & non tantum in conceptu cõi: & differunt per ſuas proprias hecheitates contractiuas humanitatis ad eſſe ſingulare: & ſic realiter conueniũt in humanitate, & realiter differunt per hecheitates. Illa vero quæ dicunt quiditatem, & tantum conueniunt in conceptu aliquo & non in realitate quiditatiua, non habent aliquid ex natura rei, quo conueniant, & aliquid quo differant; ſed tantum ſeipſis ex natura rei ſunt primo diuerſa. Sic in propoſito. paternitas in diuinis ſeipſa diſtinguitur: nec habet aliquid quo conueniat cum filiatione quiditatiue. pater vero ex natura rei habet aliquid, quo quiditatiue conuenit cum filio, & Spiritu ſancto: & ſimiliter filius quo conuenit cum patre. ſ. eſſentiam diuinam quæ eſt ex natura rei in tribus perſonis. habent etiã aliquid quo realiter differunt abinuicem, ſcilicet ſuas proprietates.

¶Si dicatur. nonne paternitas & filiatio in creaturis, vel duæ paternitates ex natura rei conueniunt in aliqua realitate putã relationis & per aliquid ex natura rei differunt? *Obiectio bona.*

¶Dico ꝙ ſic. Quare etiam hoc nõ erit in diuinis? *Solutio.* Dico ꝙ non eſt ſimile hic, & ibi quia in diuinis paternitas vt paternitas eſt in vltima actualitate nec. n. ibi eſt aliqua relatio q̃ ex natura rei ſit cõtrahibilis: ideo ab illis tñ poteſt abſtrahi cõceptus cõis dictus in quid, non ꝙ ex natura rei detur aliqđ cõe in quid: ſed dr ille conceptus in quid ex hoc; quia eſt abſtractus à realitatibus quiditatiuis. vt dixi. ſupra.

In creaturis autem datur relatio vere potentialis ex natura rei ad hecheitatem contractiuam ad eſſe indiuiduale: & ſic patet quõo non eſt ſimile. Et hoc eſt quod ẽt dicit Doc. vbi ſupra. d. 8. q. 2 ꝙ Deus & creatura ſunt primo diuerſa in realitatibus, non in conceptu cõi. Non. n. eſt aliqua realitas ex natura rei q̃ ſit cõis Deo, & creaturæ quæ ſit potentialis ad aliquid in Deo: cum ipſe Deus ſm omnem realitatẽ ſit ſic in vltima actualitate, ꝙ ſeipſo diſtinguitur à creaturis, conuenit tamen cum creatura in cóceptu quiditatiuo abſtracto per intellectum: quia tã Deus quàm creatura dicunt quiditatem: & ſic conceptus abſtractus ab eis poteſt dici q̃ditatiuus qđ bñ nota.

Aliqua eſſe primo diuerſa poteſt dupliciter intelligi.

¶ Nota. etia. n ꝙ aliqua eſſe primo diuerſa poteſt dupliciter ĩtelligi. Primo ꝙ ſunt primo diuerſa, hoc eſt non conuenientia in aliquo quiditatiue ex natura rei. i. in aliqua realitate cõi quiditatiue. Similiter nec in aliquo cóceptu, quiditatiuo. hoc modo dñæ vltimæ dñr primo diuerſa: quia nec in aliqua realitate cõi, nec in conceptu cõi conueniunt quiditatiue. Secundo aliqua dñr primo diuerſa quia non cóueniunt in aliqua realitate cõi in quid: poſſunt tamẽ conuenire in conceptu cõi in quid: & hoc modo Deus, & creatura: dicuntur primo diuerſa. Similiter paternitas, & filiatio in diuinis: & ſic de multis alijs. Ita. n. ſic ſe habent, ꝙ quæ conueniunt quiditatiue in realitate, pñt cõuenire quiditatiue i cóceptu cõi. ſed non econtra. Similiter ſequitur. ꝙ quæ ſunt primo diuerſa in conceptu quiditatiuo, ſunt etiam primo diuerſa in realitate quiditatiua. Sed non ſequitur, ꝙ quæ ſunt primo diuerſa in realitate communi, ſint primo diuerſa in conceptu communi. Quæ omnia bene nota. Et ex his apparet quomodo rationes Ocham non concludunt contra Doct. Et ſic patet iſta diſtin. 25.

Quæſtio Vnica,

Diſtinctio Vigeſimoſexta. Quæritur. Vtrum. Perſonæ diuinæ conſtituantur in eſſe perſonali per relationes originis?

Seraphycus Bona 1. ſent, diſt. 26. q 3.
Scotus. 1 ſent diſt, 26 q 1.
D Thomas. 1 parte ſummæ q. 40, Artic 2.
Ricardus. 1. ſent. diſt 26. q 1.
Durandus 1 ſent. diſt 26 q 1.
Fran. de Mayronis primo ſen. diſt 26. q 1.



QVAERITVR circa diſtinctionem. 26. Vtrum perſonę conſtituãtur in eſſe perſonali per relationes originis Titulus qõnis ſic exponitur ſupponendo aliqua. Primo, ꝙ perſona dicat aliquod conſtitutũ ex eſſentia diuina, & proprietate perſonali: ſic ꝙ perſona patris ad ſuum eſſe perſonale includit eſſentiam diuinam, & aliquã proprietatem: ita ꝙ illa proprietas eſt ratio vltimate conſtitutiua perſonę patris: & ratio formalis diſtinguẽdi perſonam patris à qualibet alia perſona. Titulus ergo quæſtionis ſic intelligitur. An proprietas conſtitutiua perſonæ in eſſe perſonali, ſit relatio originis; vt paternitas reſpectu patris; & filiatio reſpectu filij, ſiue generatio actiua patris, quæ eſt idem quod paternitas: vel generatio paſſiua, quę eſt idem quod filiatio. An illa proprietas conſtitutiua ſit aliqua entitas abſoluta?

Opinio præpoſitiui primo ſen. d 26

RESPONDEO Opi. quorundam eſt ſicut prępoſitiui ꝙ perſonæ ſeipſis diſtinguntur. Et ita non eſt quęrere quo formaliter diſtinguntur, vel quibus conſtituuntur: quia non habent conſtitutiuum.

¶ Confirmatur poſitio iſta: quia perſona diuina eſt ęq, ſimplex, ſicut eſſentia eſſẽtia aũt pp ſui ſimplicitatem ſeipſa diſtinguit à quocũq;: igitur & pſona.

¶ Item abſtractum, & concretum idẽ ſignificant. ergo paternitas. & pater. ergo dicere patrem diſtingui paternitatem, eſt dicere ipſum ſeipſo diſtingui. Vult ergo iſta opi. ꝙ perſona tantum includat proprietatem perſonalem: ita ꝙ non eſt quoddam conſtitutum ex proprietate & eſſentia. Et probatur duabus rationibus quæ ſunt claræ in litera.

CONTRA iſtud arguitur ſic. Quæcunque nõ ſunt primo diuerſa, aliquo ſui diſtinguntur: quia quæ ſe totis diſtinguntur, ſunt primo diuerſa. Si. n. non ſunt primo diuerſa ſed aliquid idem entia: tũc non eo diſtinguntur quo ſunt idem: ſed aliquo ſui, quo non ſunt idem. Sed perſonæ diuinæ non ſunt primo diuerſæ: quia ſunt eiuſdem eſſentię. ergo adhuc eſt quærere, quo diſtinguntur.

¶ Hic Doc. improbat hanc opi. oſtendendo ꝙ pſonæ ſunt vere conſtitutæ ex aliquo, in quo conueniunt, & ex aliquibus, quibus differunt: & per conſequens non ſeipſis diſtingũtur. Et arguitur ſic Quę ſe totis diſtingũtur ſunt primo diuerſa. i. in nullo q̃ditatiue conuenientia. Sed perſonæ diuinæ nõ ſunt primo diuerſæ patet quia cõueniunt quiditatiue in deitatem: patet, quia hæc eſt quiditatiue vera, pater eſt Deus, filius eſt Deus. & p̄ ꝓprietates diſtinguñt.

¶ Ibi. Item plures proprietates ſunt in eadem perſona, ſicut in patre innaſcibilitas: & generatio actiua. Et diſtinguntur hæc ſm Aug. 5. de trin. c. 6. vel 13. vbi vult ꝙ ſi pater non eſſet ingenitus: poſſet tamen eſſe pater: & ecõuerſo. ergo etſi per impoſſibile vna non diſtingueret patrẽ ab aliquo: poſſet alia diſtinguere. & econuerſo. ergo ſemper eſt aliquid, quo diſtinguitur pater à filio; ita ꝙ non primo ſe toto. Vnde arguit ſic Doc. in ſententia probando ꝙ pater nõ ſeipſo primo diſtinguitur à filio, & ꝙ perſona patris non ſic ſit ſimplex, vt non includat plura: quia includit innaſcibilitatem, & generationem actiuam. Poſito ergo ꝙ non diſtinguatur à filio generatione actiua; poterit tamen diſtingui innaſcibilitate. Tunc ſic. quod includit aliquid quo diſtinguitur ab alio: vel quod includit aliquid, quod eſt ratio diſtinguẽdi, & aliquid quod non eſt ratio diſtinguendi: non diſtinguitur ſeipſo primo. vt patet: ſed pater includit innaſcibilitatem, & generationem actiuam. Poſito ergo ꝙ generatio non ſit ratio diſtinguendi: innaſcibilitas erit ratio diſtinguendi: vel ſi innaſcibilitas non eſt ratio diſtinguendi, generatio actiua erit ratio diſtinguendi. ergo includeret aliquid quo diſtingueretur: & aliquid quo non diſtingueretur. & ſic non ſeipſo primo diſtingueretur. Vel ſic formetur ratio. Nihil includẽs plures proprietates ſeipſo primo diſtinguitur ab alio: ſed perſona patris includit plures proprietates: quia innaſcibilitatem, & generationem actiuam; per Aug. 5. de tri.

Perſona patris includit plura.

¶ Ibi. Item in patre eſt generatio actiua, & ſpiratio actiua. Et ſpiratione actiua non diſtinguitur à filio: quia illa eſt in filio: ergo pater non ſeipſo. toto ęque primo diſtinguitur: ſed aliquo qđ eſt in eo.

¶ Tertio arguit Doct. cõtra præpoſitiuum ſic. Nihil primo ſe toto diſtinguitur ab alio, quod habet aliquid quo conuenit cum alio: & aliquid quo differt: ſed pater conuenit cum filio in ſpiratione actiua, & differt a filio paternitate. ergo pr̄ non ſeipſo toto, ęque primo diſtinguit: ſed aliquo qđ eſt i eo.

¶ Ibi. Item in præfatione de trinitate dicitur: in perſonis proprietas, non autem perſona eſt in ſeipſa, hoc modo ſicut proprietas intelligitur eſſe in pſona. ſi ergo perſona eſſet ſola ꝓprietas: ſequeretur ꝙ pſona eſſet in ſeipſa: & ſic patet improbatio huius opi.

opi.q̃ opi. non tenetur à sequentib. doctrinā Scoti.

ARGVITVR etiam ab alijs aliter contra ipsum. Hic Doct. recitat vnam rationem quam facit Herueus Brito contra positionē Præpositiui. Et arguit sic. quia si pater se toto distinguitur a filio. ergo & à Spiritu sancto. ergo eandem habitudinem habet ad vtrunq;: pater, quia eodem distinguitur ab vtroque ergo filius & Spiritus sanctus habebunt habitudinē eiusdem rationis ad patrem: sicut si Paulus est simi lis Petro & lino. ergo Petrus & linus habent similitudinem eiusdem rationis ad Paulum: & tunc filius videtur distingui à patre relatione eiusdem rationis cum ea, qua distinguitur Spiritus sanctus à patre.

Herueus Brito sequitur hanc viam.

¶Ibi. Sed forte istud argumentum nō concludit: quia quocunque pater constituitur in esse personali: eo distinguitur primo personaliter a filio. & Spiritus sanctus non tamen sequitur econuerso. q̃ fili⁹ & Spiritus sanctus distinguerentur aliquo eiusdem rationis à patre.

¶Dicit Doc. q̃ hoc argumentum non concludit: quia eodem quo pater constituitur in esse distinguitur à filio & Spiritu sancto non tamen sequitur q̃ filius & Spiritus sanctus distinguantur à patre aliquibus eiusdem rationis: quia filius filiatione distinguitur & Spiritus sanctus spiratione passiua.

Th. 1. parte summa. q. 40 art. 2.

ALIA est opi. communis quæ dicit personas cōstitui per relationes: & conclusio probatur multis auctoritatibus sanctorum: & etiam multis rationibus. Et vt magis ordinate procedam adducam auctoritates, & rationes soluendo illas: & post adducā rationes, quibus probatur personas constitui in esse per absoluta. Probatur ergo primo q̃ constituātur in esse per relationes. Prima auctoritas est Boetij de trinitate, qui multa videtur tangere de hoc. & Aug. similiter. 5. de trin. Quapropter illud præcipuè teneamus, quicquid ad se dr̃ præstantissima illa & diuina sublimitas substantialiter dici. i. q̃ omne absolutum in diuinis pertinet ad substantiam diuinā. Et paulopost. Quicquid ad seipsum de singulis dicitur: nō pluraliter in summa: sed singulariter accipiatur idest q̃ omne absolutum in diuinis dictum de personis non plurificatur: sed tantum singulariter accipitur. Nec est ratio distinguendi: cum omne tale dicatur de tribus. Et ibidem. 23. de paruis. Et breuiter istę auctoritates concludunt q̃ omne absolutū in Deo est commune tribus: & tale non constituit aliquid in esse personali.

Cōis opinio quā ferè omnes Doctores eam tenent, exceptis Gregorio Arimi nense, & D Bona. dist. 25. 1. son. 91

RESPONDET Doct. ad istas auctoritates Aug. ibi. Ad illa quæ secundo modo videntur esse cōtra eam. Responderet discurrendo per ordinē supple Bona. & Ioan. de Ripa. qui tenent personas constitui per absoluta: & dicerent q̃ Aug. loquitur de his quæ sunt ad se: ita q̃ nec sunt relatiua, nec referibilia. i. q̃ illa absoluta quæ nullo modo sunt referibilia: sunt communia tribus, & pertinent ad substantiam: & talia non sunt proprietates personales: sed illa absoluta, quæ non sunt essentialiter relatiua. tamen sunt supposita referibilia, & non sunt communia tribus. Et de istis absolutis non intendit Augu. q̃ sint communia &c. sicut patet per exempla sua. Vt enim dicere ipsemet ibi, q̃ aliquid est ad se: licèt sit referibile ad aliud. sicut expresse vult Aug 7. de tri. c. 4 vbi tractans quō Græci dicunt tres esse substantias: vult q̃ subsistere secundum q̃ competit substātiæ illo modo sumptę sit ad se. Subdit. n. ibi. Si aliud est Deo esse, & aliud subsistere: sicut aliud est Deum esse: & aliud patrē esse: relatione igitur subsistit, sicut relatione gignit. Et ex hoc infert. Itaque substantia iam non erit substantia, quia relatiuum. Et infra. Absurdum est aūt vt substantia relatio dicatur. Oīs enim substantia ad se subsistit: quanto magis Deus: quid expressius, quam substantia s̃m q̃ Græci accipiunt eam. s. pro persona. s. q̃ substantia prima non secunda sit ad se: & ad se subsistat illo subsistere, q̃d competit substantiæ sic dictæ. Vult ergo Aug. q̃ personæ dicantur substantia prima: accipiendo substātiā primā vt exponitur in expositione Bona. & Ioā. de Ripa. vt post declarabitur.

¶Nota tamen q̃ Doct. exponit hanc auctoritatē aliter in quoli. Oīs substantia ad se subsistit, quanto magis Deus: accipit ibi subsistere pro existentia. i. si quælibet substantia est per se existens: quanto magis Deus erit per se existens. Si vero exponatur de persona debet sic accipi. Oīs substantia ad se subsistit. i. incommunicabiliter existit quanto magis Deus idest persona diuina incommunicabiliter existet.

¶Ibi Et si obijciatur, q̃ ista verba August. de substantia & persona non debent magis accipi de personali quam de essentiali: quia dicit quòd eodem dicitur Deus, & persona.

¶Dicit Doc. q̃ eodem. i. aliquo dicto ad se dicit Deus, & persona. Illud tamen ad se potest accipi dupliciter. Vno modo illud dr̃ ad se vt distinguitur cōtra illud quod est ad aliud. eo modo quo pr̃ non est persona filij, sicut nec est Deus filij: & sic eodem dr̃ Deus, & persona: quia persona vt persona non est correlatiuum. Alio modo accipitur ad se oīno absolute: & sic non eodē dr̃ Deus, & psona: & patet lra.

Dici ad se accipitur dupliciter.

¶Ibi. Ad Aug 11. de Ciui. Dei. Hic respondet ad dictum Aug. quod erat tale. Deus est quicquid habet excepto, q̃ vna persona dr̃ ad aliam & non est ipsa. nam pr̃ habet filium: nec tamen est ipse filius. Et ex hoc vr̃ concludere q̃ si persona filij esset quid absolutum: tunc pr̃ esset filius. Dicit Doc. concedo q̃ pater est quicquid habet, excepto relatiuo, quod habet, & non est ipsum. Et sic concedit q̃ prima persona est quicquid habet, ad quod non refertur. Posito ergo quò sua persona sit quid absolutum: pater habet illam vt correlatiuum, ad quod refertur. Et sic patet, quòd non est illa.

¶Ibi. Ad Boetium qn̄ dicit, q̃ relatio multiplicat trinitatē &c. Dico q̃ Doc. ille accipit relatiouē pro origine: & sic intelligendo accipitur multiplicare non pro formaliter distinguere: sed quasi principatiue correspondenter principio effectiuo: & hoc quidē non est extorquere verba. multiplicare. n. est multa facere, sicut Christus vere multiplicauit panes euangelicos: & tamen ipse non fuit forma illa qua formaliter multiplicabant panes illi: & Deus creās multiplicat animas: non tamen est ipse forma, qua formaliter animæ ipsæ distinguuntur.

Multiplicare trinitatē quō intelligitur.

¶Hic Doc. dat singularem rn̄sionem, q̃ multiplicare trinitatem siue distinguere personas potest contingere dupliciter: Vnomodo originatiue, siue principiatiue. Alio modo formaliter. Primo modo relationes originis multiplicant trinitatem. i. q̃ generatio actiua per quam hr̃ filius, & spiratio actiua per quam hr̃ Spiritus sanctus: dn̄r principia, per quę persona filij & persona Spiritus sancti originantur. Et hoc modo tales relationes dn̄r principiatiue distinguere: sicut etiam expositum est in q. viii. prologi. Sed secundo modo personæ formaliter distinguūtur per suas proprietates absolutas.

¶Ibi Ad Io. Dam. qui dicebat q̃ pater & filius & Spiritus sanctus secundum omnia vnum sunt: præter ingenerationem, & generationem, & processionem. Sed ista tria non sunt absoluta. ergo. Dicit Do. q̃ vna eius auctoritas soluit altam: quia c. 1. præcisè ponit ingenerationē. Et in lib. 3. c. 5. ponit paternalem proprietatem: & sic patet q̃ per ingenerationē intelligit omne personale patris: & tunc est sensus. quòd pater & filius & Spiritus sanctus secundum omnia sunt vnum præter ingenerationem, & generationem, & processionem, i. præter proprietates

personales Ex hoc modo etiam exponit in quoli. q. 4 & hoc idem, infra di 28.

¶Ibi. Ad Ricar. dico. Quando Ricar. dicit quòd personæ non distinguitur in diuinis, nisi per alium & alium modum habendi eandem materiam. ergo filius distinguitur à patre: quia habet naturam per generationem: & à Spiritu sancto: quia habet eandem per spirationem.

¶Dicit Doct. quòd modus existentiæ alius est: & hoc pertinet ad originem: quia natura diuina existit in filio per generationem, & in Spiritu sancto per spirationem: sed non sequitur quod originatũ non sit aliquid subsistẽs ad se distinctum aliqua realitate personali absoluta alia ab originante.

¶Ibi. Ad Ansel. Patet responsio sicut responsum est ad Boetium. Omnia enim sunt vnum, & eadem: vbi non obuiat relationis oppositio, vel formaliter, sicut relatio obuiat alicui relatiuo: vel sicut natum referri relatione opposita: & isto modo personæ si essent absolutę distinguerentur: quia in eis sunt relationes principiantes &c.

Rationes pro opi. cõmuni. ITEM per rationem. Deinde Doct. adducit rationes quòd scilicet non constituantur per absoluta. Et prima stat in hoc. Quia ex quo persona constituitur ex essentia, & proprietate: si talis proprietas esset absoluta tunc persona esset composita: quia absolutum additum absoluto facit compositionem.

Prima rõ. Sed hoc non sequitur de relatione: quia nihil addit supra suum fundamentum: & per consequens non facit compositionem.

Secunda. ¶Ibi. Aliter confirmatur ista ratio: quia relatio vt comparatur ad essentiam transit in essentiam: & vt comparatur ad oppositum manet. Sed absolutũ semper manet, etiam quando comparatur ad essentiam: & per consequens relatio non facit compositionem: quia nihil facit compositionem cum aliquo nisi comparetur ad illud: sed relatio vt comparatur ad essentiam nihil addit cum transeat in illã: absolutum vero vt comparatum ad essentiam, vere manet, & additur illi. ideo facit compositionem.

¶Respondet Doct. ibi.

Ad rões. Tho. & opi. communis. ad primã. AD rationes pro secunda opi. respondet. Dicit Doct. ad hanc rationem quòd realitas propriæ subsistentiæ in creatura non facit compositionem cum natura creata: relatio autem in creaturis facit compositionem cum fundamento. Ergo si relatio in diuinis non facit compositionem cum fundamento: multo minus realitas subsistentiæ, siue realitas suppositi.

Dubium. ¶Hic tamen occurrit dubium: quia Doc. supra. d. 5. q. 2. vult q naturã dicat potẽtialitatem respectu singularitatis: & singularitas est actus ipsius naturæ contrahens illam ad esse indiuiduale. ergo facit cõpositionẽ. Si dicatur q verum est de realitate singulariter, sed non de realitate substantię siue suppositi. Cõtra. quia quæro an ratio suppositi dicat aliquid positiuum additum naturæ? & sic idem videtur. Si vero dicat tantum negationem? vt videtur ipse tenere infra di. 28. & in 3. d. 1. q. 1. & in quoli. q. 19. tunc licet non faciat compositionem in creaturis: tamẽ non ostendit quin talis entitas suppositalis nõ faciat compositionem in Deo: quia ibi dicit entitatem positiuam vt videtur ipse tenere in isto 1. dist. 23. & 28. & expresse in 3. di. 1. q. 1.

Responsio. ¶Dico breuiter q entitas indiuidualis, & si sit cõtractiua naturæ: quia tamen identificatur realiter cum natura. vt patet à Doct. in 2. di. 3. ideo non facit compositionem cum natura. Et posito q impropriè faciat quasi compositionem propter diuisibilitatem naturæ in plura indiuidua: in diuinis tamen non sequitur: quia natura diuina ex sua entitate formali est in vltima actualitate.

Alia rñsio. ¶Dico secundo posito q in creaturis actus indiuidualis faciat aliquam compositionem cum natura: actus tamen suppositalis etiam positiuus, si poneretur nullam penitus facit compositionem cum natura singulari, cuius est talis actus. vt clare in præsenti disti. patebit.

Quid sit relatio transire in essentiam. ¶Ibi. Et cum confirmatur ratio. Dicit Doc. q relatio: licèt transeat secundum identitatem realẽ in essentiam: manet tamen secundum realitatem formalem cum non sit eadem formaliter cum essentia diuina: & etiam vt comparata ad essentiam manet secundum realitatem formalem. Idem diceretur de absoluto constituente personam, q transiret in essentiam realiter: maneret tamen secundum entitatem formalem. Hoc idem patet de attributis vt cõparantur ad essentiam. Quomodo autem relatio vt comparata ad essentiam dicatur transire, & manere vide prolixius in quoli. q. 3.

Secunda rõ. ¶Secũdo principaliter arguitur pro ista opi. Ibi. Item eadem natura non potest esse in diuersis suppositis absolutis, nisi distinguantur in eis. Si enim sũt duo supposita absoluta, videtur q quicquid est in vno, sit aliud à quocunque, quod est in alio. Si dicatur q idẽ videtur de natura quæ est in pluribus suppositis relatiuis. Dico q non est simile: quia eadem natura omnino illimitata potest esse fundamentum plurium relationum originis: & sic potest eadem esse in pluribus suppositis relatiuis.

Ad secũdã. ¶Respondetur ibi. Ad secundum argumentum dico: q ponendo personas relatiuas: oportet ponere eas vere subsistentes: & in eis esse eandem naturã indiuisa: hoc non potest poni propter aliquam imperfectionem personarum in subsistendo: quia ponuntur ita subsistentes, sicut si essent absolutę. ergo oportet quòd ponatur propter infinitatem essentię quæ est in subsistentibus: sed eadem est infinitas, si personę essent absolutę. ergo.

Tertia rõ. ¶Tertio principaliter arguitur. ibi. Item secundũ omnes relationes sunt in personis diuinis. ergo si non constituunt, videtur sequi primo: q sint ibi accidentales, & aduenientes personis secũdo q sint entia rationis: quia relatio Dei ad creaturam, ideo est rationis, quia præsupponit personam in esse perfecto: nec dependentem ad creatura: nec in necessario coexigentem eam ad suum esse personale. ergo.

¶Respondet Doc. ibi. Ad tertium instando dicitur q patri & filio spiratio actiua est aduentitia: & tamen non accidentalis secundum eos: nec etiam relatio rationis. Et quod dicitur de relatione ad creaturã non est simile: quia relatio ad creaturam non oritur ex natura rei, & ex necessitate fundamenti sicut relatio originis: vt patet.

¶Quarto arguitur. Si proprietas absoluta constitueret esset formaliter in Deo. ergo dans esse. ergo tria esse.

¶Respondet Doctor ibi, quòd ista ratio innititur huic propositioni, scilicet q omne absolutum est actus: & per consequens dans esse: & hoc improbatur multipliciter. Primo: quia in creaturis actus Hypostaticus non dat esse: quia tũc natura humana in Christo non haberet idem esse, quod haberet dimissa: patet, quia actus personalis non est assumptibilis: quia sibi repugnat: vt patet à Docto. in 1. d. 2. par. 2. & in 3. di 1. & d. 2. & in quoli. q 9. & 19. Sed de hoc an dicat esse positiuum: vide gl. quam feci. 1. d. 1. q. 1. tertij. vide ibi. Secundo quia actus dans esse dat operationem. hoc verum est de esse dicente quiditatem: quia ratio formalis agendi alicui est entitas quiditatiua: vt patet à Docto. supra. d. 1. & vide glo: in d. 3. q. 6. Sed proprietas Hypostatica in creaturis non dat operationem: vt patet per Dam. lib. 3. cap. 15. Naturales & non Hypostaticas animus: &

volun-

voluntas, & operationes, &c. Ex hoc enim quod personæ diuinæ nō habent tres operationes, concludit quòd operatio non est Hypostatica.

¶ Si dicatur, posito quòd pater sit constitutus per proprietatem absolutam: nonne dicimus, quòd pater verè generat filium. Dico, quòd operatio ista tantum competit patri ratione memoriæ fœcundæ, non ratione proprietatis, vt patuit supra distinctione septima.

¶ Item arguit: & ratio stat in hoc, quod illud quod est ratio recipiendi esse, non dat esse illi recepto: vt patet, sed proprietas Hypostatica est ratio recipiendi esse ipsi supposito: patet, quia cum suppositū habeat esse, & natura det illi esse, proprietas suppositalis erit ratio recipiendi esse naturæ. ergo non dat esse ipsi, & per consequens non facit aliquam compositionem.

¶ Ibi. Ad argumentum tunc potest dici, &c. Et dicit, quòd sicut dupliciter est entitas, scilicet quiditatiua, & Hypostatica. ita duplex est esse, scilicet quiditatiuum. & Hypostaticum: & sic concedit quod proprietas Hypostatica dat esse Hypostaticum: siue personale, siue suppositale, siue incommunicabile: quæ idem sunt: non autem dat aliquo modo esse quiditatiuum. Expono tamen istam litteram, si cū dicit. sicut quiditatiuè est dare esse: quia sicut talis entitas est de se communicabilis: ita & entitas Hypostatica est, vt non sit actus dans esse: quia de se est incommunicabilis, vt quo. Quomodo dicatur incommunicabilis, vt quo supra exposui in dist. 2. parte 2. quæst. 1. illius partis, & prolixe exposui in di. 1. q. 1. tertij. vide ibi vbi multa singularia dixi. Sequitur. Et licet in creaturis proprietas indiuidualis det esse: quia est alicuius gradus entitatis positiuæ vltra entitatem quiditatiuam naturæ. De hoc vide Doct. in 2. dist. 3. quæst. 6. Sequitur. Tamen vltra entitatem singularē proprietas suppositi nullam entitatem dat: immo nullum positiuum addit ex q. 1. d. 1. tertij libri. vbi dicit Doctor. quòd proprietas personalis dicit tantum negationem duplicis dependentiæ, scilicet actualis, & aptitudinalis. vide ibi, & expositionem quam feci. Sequitur. Et licet illud adderet, tamen nō esset ratio dandi esse, idest posito, quòd proprietas Hypostatica addat aliquod positiuum naturæ: tamen illud positiuum non est ratio dandi esse, nisi tantum Hypostaticum. Sequitur. Quia hæc natura existens in qua includentur natura, & entitas singularitatis: est ratio totalis dandi esse, idest quòd sola natura actu existente cum sua singularitate: quæ dicit entitatem positiuam eandem realiter cum tali natura existente, est tota ratio dandi esse: vt patet discurrēdo per omnia illa, quæ dant esse alteri. Sequitur. Et ita quicquid intelligitur aduenire, siue positiuum, siue priuatiuū, siue absolutum, siue respectiuum non dabit esse: quia per illud, quod iam præintelligitur datur esse, idest quòd nihil dat esse Fran. intrinsecè: nisi natura, & singularitas existens in illo, quia hoc totum est totum esse verè communicabile intrinsecè ipsi Franc. licet ergo proprietas Hypostatica; vt ens positiuum adueniat naturæ singulari Francisci nullum tamen esse dat tali naturæ: quia si daret aliquod esse: illud esset verè communicabile: modo proprietas Hypostatica dat tantum esse incommunicabile. Sequitur. Licet igitur in diuinis non sit proprietas personalis tantum negatio: sed aliqua entitas positiua: tamen quia natura diuina est de se: Hæc, vt supra exposui distin. 5. quæst. 2. & est per se existens. immo est quiditatiuè sua existentia, vt supra patuit. distinctione 2. q. 2. & patet in 1. q. quolib. ipsa natura diuina habebit totam rationem dandi esse: quod esse est verè communicabile.

Actus dupliciter accipitur.

¶ Ibi. Ad argumentum igitur cum probatur, quod sit actus: quia est ibi actualiter. Dico, quòd est fallacia æquiuocationis. Actus potest accipi dupliciter. Vno modo, vt est differentia entis opposita potētiæ, sicut dicimus, quòd ens diuiditur per actum, & potentiam, & sic omne illud, quod habet esse extra suā causam, potest dici actus. Alio mō accipitur actus pro actu constituente cum aliquo aliquod totum. & sic forma est actus materiæ: quia ipsa forma cū materia constituunt aliquod totum. Arguēdo ergo sic, actus dat esse, proprietas absoluta est actus: ergo proprietas dat esse. Si maior accipitur pro actu qui distinguitur contra potentiam est falsa: & minor vera. Si verò accipitur pro actu secundo modo: maior est vera, & minor falsa. Si verò in maiori accipitur actus pro actu secundo modo: & in minori pro actu primo modo, argumētum est in quatuor terminis, & peccat per fallaciam æquiuocationis.

¶ Ibi. Secunda ratio videtur deficere: quia istud non habet se ad essentiam, vt perfectio ad perfectibile: & de hoc vide supra d. 5. q. 2. & expositionē quam ego feci.

¶ Ibi. Secundo dato, quòd aliquo modo se haberet ad essentiam, vt informans ipsam. Dicit Doctor quòd etiam posito, quòd proprietas absoluta informaret essentiam: non tamen sequitur, quòd sit perfectio essentiæ patet, quia si esset aliqua perfectio esset perfectio simpliciter: quia in diuinis non ponitur aliqua perfectio limitata, & quòd non sit perfectio simpliciter, patet: quia quod est incommunicabile, nullo modo est perfectio simpliciter, vt diffusè exposui in prima q. partis 2. dis. 2. vide ibi multa de perfectione simpliciter.

¶ Ibi. Tertio dato, quòd haberetur hoc, quod informat: non sequitur, quòd sit perfectio simpliciter: nec illa, quæ inferuntur vlterius, scilicet quòd essentia diuina non sit simpliciter perfecta: vel quòd vna persona non sit simpliciter perfecta in se.

¶ Ibi. Præterea. Ista ratio melius concluderet contrarium de relatione. Hic Doct. dicit quòd si sequatur hoc absolutum incommunicabile est actus essentiæ, ergo est perfectio essentiæ: magis sequitur de relatione in diuinis: quia certum est, quòd paternitas est actus. si ergo est actus essentiæ, ergo sequitur, quod magis erit perfectio essentiæ, quàm proprietas Hypostatica absoluta: patet quia nulla proprietas Hypostatica dicit aliquam perfectionem: quia si sic, maximè proprietas Hypostatica in diuinis diceret perfectionem: & sic aliqua perfectio esset in vna persona, quæ non esset in alia: relationi tamen vnde relatio non repugnat perfectio: immo aliquā includit perfectionem: vt patet per Augu. de quantitate animæ. cap. 7. dicentem. Inæqualitati æqualitatem iure præponimus, nec quisquam omnino est, vt opinor humano sensu præditus, cui nō id videatur: hoc autem non est tantum à fundamento: potest enim inæqualitas fundare in fundamentis perfectioribus, quàm æqualitas.

¶ Ibi. Si dicatur, quòd dictum August. verum est ratione fundamentorum proximorum, non remotorum. proximum autem fundamentum æqualitatis est paritas. Dicit Doct. hoc esse falsum. Et hęc littera clara est.

¶ Item arguitur pro ista opin. probando, quòd personæ non sint constitutæ per absoluta: quia multiplicato aliquo absoluto multiplicatur omne aliud absolutum circunstans illud. patet, quia multiplicata quantitate, multiplicari dicitur albedo inhærens, & econuerso. ergo essentia diuina distingueretur ad distinctionem talium absolutorum.

¶ Ibi. Et confirmatur maior, scilicet quòd multiplicato aliquo absoluiè, &c. quia plura eiusdem

speciei

speciei non possunt esse in eodem: sed istæ proprietates si ponuntur absoluta erunt eiusdem speciei: quia si essent alterius speciei oporteret quærere per quid altera istarum sit incommunicabilis: sicut enim ponitur paternitatem, quæ differt spē à filiatione non posse esse de se incommunicabilem, ita erit de illa proprietate absoluta.

¶ Ibi. Confirmatur ista ratio: quia sicut non sunt plura eiusdem rationis in eodem perfecto, sic non sunt plura verba in essentia diuina.

¶ Respondet Doct. ibi. Tertia ratio habet maiorem falsam, in omnibus ordinariis essentialiter ex formali: licet gratia materiæ quandoque sit vera: quia ad multiplicationem posterioris formaliter non sequitur multiplicatio prioris. Et hoc patet per exempla posita in littera. Non enim sequitur ad multiplicationem potentiarum animæ, q ipsa anima multiplicetur. Et quod dicit q plura eiusdem speciei non possunt esse in eodem. Hoc est improbatum. d.8. tertij vbi ostensum est, q plures paternitates possunt esse in eodem.

Dicimus quod pater constituitur per essentiã tanquã per principium conuenientię & p paternitatem tanquam per principium differendi patris à quolibet alio.

¶ Ibi. Cum autem maior declaratur per inductionem, fit fallacia consequentis. Et patet littera. Et quando dicit q sunt eiusdem speciei. Hoc potest negari: sicut etiam patet de proprietatibus indiuidualibus, quæ sunt primo diuersa. Nam quæ sunt eiusdem speciei, non possunt esse primo diuersa: cum sint in aliquo quidditatiuè conuenientia. Et cum infert, ergo sunt alterius speciei. Negatur ista consequentia: quia nec duæ proprietates indiuiduales dicuntur alterius speciei. Et si quæratur, quid ergo sunt? aut sunt eiusdem speciei: aut alterius? Dico, q loquēdo de specie propriè: nec sunt eiusdem: nec alterius: sed sunt primo diuersæ: & hoc satis patuit supra d.13. vbi ostenditur q productiones seipsis distinguuntur.

¶ Item arguitur pro ista opin. ibi. quarto. Si proprietas absoluta, quæ dicatur a. exprimatur, vel pullulat ab essentia. Et similiter b. & expressum est in eodem supposito cum eo, a quo exprimitur. ergo a. & b. erunt in vna persona: quod est impossibile.

¶ Respondet Doc. ibi quarta. ratio ei procedit ex falsa imaginatione: q istæ proprietates exprimantur ab essentia, quasi per originē: quod nō fuit dicendū sed sicut aliqui concedunt, quòd relationes pullulāt in essentia: sic posset concedi contra eos: q istę proprietates absolute pullulent in essentia. Et cum dicit, q tunc erunt in eadem persona: patet, quia si pullulant in essentia. ergo erunt in eadem persona, in qua est essentia. Hoc concedit Doc. non tamen ex hoc sequitur, q aliqua sit in eadem persona cum illa à qua habetur per veram originem: nec repugnat vera originatio personæ habenti vnam à persona habente aliam: sicut etiam isti habent dicere, qui dicunt suppositum constitui per relationem scilicet, q filius pullulet à patre per originem: & tamen filiatio aliquo modo pullulat in essentia: siue ab essentia diuina. Sed de ista pullulatione proprietatum habet videri, infra d.28 q. vlt.

¶ Vltimo arguit pro ista opin. ibi. quinto. sequit q non sit ibi origo: quia persona originata per originem capit essentiā: sed persona si est absoluta præcedit ipsam relationem originis. Et sic secunda persona præcederet in essendo ipsam originem passiuam.

¶ Respondet Doc. ibi quinta ratio: videtur deficere, quia difficilius videtur sustinere originem ponēdo extrema tantum relatiua formaliter, quàm ponēdo ea esse absoluta. Nam si tantum sint relatiua nihil aliud erit personam originare personam, quàm relatiuum habere correlatiuum: sed relatiuum positum sine omni alia actione videtur habere correlatiuum. Si vero ponantur absoluta, non videtur tanta difficultas: quomodo vnum suppositum gignatur ab alio: cum in creaturis secundum eos sint supposita absoluta: & tamen nō negatur originatio hominis ab alio. Et cum dicitur, q absolutum præcederet originationem. Dicit Doc. q originatio pertinet ad generans causæ efficientis, nō formaliter: nec videtur maior difficultas de prioritate absoluti. & respectiui in creaturis, quam hic.

¶ Sustinendo tamen opi. quòd personæ constituātur tantum per relationes, potest hoc declarari: & expono literam in qua Doc. declarat intentum, quē ponit.

IBI. DE modo igitur ponendi qualiter possit relatio constituere personas. & eas distinguere: declaratur per hoc, q producens necessario distinguitur à suo opposito realiter: quia idem non producit seipsum. ergo erit aliqua relatio realis, & distinctio realis aliquorum, quæ sunt in essentia diuina. Sed quomodo intelligatur distinctio realis proprietatum existentium in essentia diuina supra exposui. d.2 q.1. parte a. Sequitur. Non autē possunt ibi esse aliquo modo per informationem propter simplicitatem diuinam. hoc expositum est supra d.5. q.2 ergo erūt personæ per se subsistentes in illa natura. Hoc non debet intelligi, q huiusmodi relationes personales sint personæ subsistente: cum tantum sint rationes subsistendi: sed debet intelligi, q erunt ibi personæ subsistentes per huiusmodi relationes, tanquam per relationes formales subsistendi. Nam personam patris nihil aliud includit nisi essentiam: & proprietatē. Et quia huiusmodi relationes realiter distinguūtur tanquam tres rationes subsistendi: ideo per eas personæ constitutæ, realiter distinguūtur. Sequitur. Qualiter autē ex hoc non sequatur distinctio essentiæ in qua subsistunt declaratur: quia idem illimitatum potest esse fundamentum relationum oppositarum: hoc prolixè expositum est supra d. 2. q.3. vide ibi. Sequitur. Et tunc illa relatio dicitur vno modo manere: & alio modo transire hoc supra declaratū est. Innuit etiam hic: quòd ipsa relatio nō est formaliter essentia: sed hoc supra prolixe expositum est d. 2. q.1. partis. 2. Sequitur in litera. ipsa etiam ex hoc, quòd est relatio est oppositi necessario, vt termini: ita q comparare eam ad essentiam, non includendo habitudinem ad oppositum, est non comparare relationem ad essentiam: patet quia essentia nō potest esse terminus relationis originis: quia tunc essentia verè posset referri relatione originis: quod est improbatum. supra d.5. q.1. Cum ergo essentia nō possit esse terminus talis relationis: sequitur, q comparare relationem ad essentiam est ipsam non comparare ad essentiam. Sequitur. Et ex hoc quòd est oppositi necessario, distinguitur realiter ab illo: & tamen non oportet essentiam realiter distingui: quia essentia non formaliter est relatio, licèt realiter. vide tamen quæ dixi supra d.2. par. 2. q 1. Sequitur. Nec oportet ibi esse compositionem. Hæc litera clara est & prolixius declarata est supra d.5. q.2. quomodo persona constituta ex essentia, & proprietate non sit composita, nec quasi composita. Sequitur. In speciali autem ponitur vlterius, quòd tantum relationes originis constituunt personas, & distinguunt eas: quia illæ primo pullulant in essentia diuina: quia primo in essentia diuina est duplex fęcunditas inquantum est intellectus infinitus, & voluntas infinita: & mediantibus istis statim pullulant relationes originis: & post pullulant relationes communes, vt ęqualitas, & similitudo: de quibus supra patuit d.19. q.1. & infra patebit. d.31. & in quol. q.6.

Quatuor vijs probat q personæ diuinæ constituantur in esse personali per absoluta.

CONTRA istam conclusionem Hic Doc. intendit probare quòd personæ diuinæ constituantur in esse personali per absoluta: siue per proprietates personales absolutas: & probat quatuor vijs, primo cōparando

rando relationem ad relatum. secundo comparãdo relationem ad originem. tertio modo ex propria ratione ipsius constitutiui. quarto per auctoritates. Et credo quòd hæc via sit magis sustentabilis, & clarior, & facilior, & quòd Doc. magis declinet ad hanc viam per argumenta, quæ quodammodo videntur insolubilia, quamuis ea nitatur soluere: & credendum est, quòd nisi opi. communis esset in contrarium Doct. asseruisse hanc opi. licet nunc vtranque viam sustinere videatur. Et vt facilius exponantur ista argumenta cũ suis responsionibus, ordinate exponam argumenta: sic quòd exposito vno argumento: immediatè expo nam responsionem illius: & sic deinceps.

EX PRIMA via arguitur sic. Omne relatiuum siue omnis relatio, secundum quam aliquid dicitur esse relatiuum. præsupponitur aliquid quod tali relatione vere refertur: hoc patet per August. 7. de tri. quia omne relatiuum est aliquid excepta relatione. Sed paternitas in diuinis est relatio, qua aliquid dicitur verè relatiuum: & qua refertur ad aliud. ergo paternitas de necessitate præsupponit aliquod prius quod secundum eam referatur. Si sic. illud præsuppositum non potest esse essentia diuina: patet, quia essentia diuina non refertur: vt supra expositum est. d. 5. q. 1. ergo erit aliquod suppositum realiter distinctum à termino ad quem refertur: & illud erit persona patris. ergo prima erit prius constituta per aliquod absolutum, & non per aliquam relationem: cum illa sit posterior: & posterius non est constitutiuum prioris. Ex isto etiam medio arguitur sic. Omne constitutum præexigit partes constituentes, & vnionem earum hoc patet tam in constituto per se, quàm per accidens: sed relatiuum est constitutum ex aliquo absoluto, & relatione. ergo præsupponit relationem prius vniri tali absoluto: siue informare tale absolutum. Sed informatũ aliqua forma statim denominatur ab illa. ergo absolutum in patre prius includens paternitatem, qua dicatur pater: denominatur a paternitate: illud ante quod denominatur à paternitate, non est essentia: quia tunc essentia posset referri paternitate. ergo erit aliquod absolutum, quod non est essentia: & illud tale quòd denominatur à paternitate non videtur esse, nisi persona patris.

¶Cõfirmatur ista ratio ex simili: quia sicut homo non esset animatus primo, nisi corpus esset, quasi prius informatum anima. Sic in proposito, nihil erit relatum primo, nisi aliquid prius relatum quasi denominatiuè per denominationem realem, sit relatũ tali relatione.

¶Secundo principaliter arguit eadem via. Nihil præexigens realem distinctionem aliquorum est cõstitutiuum illorum: sed relatio realis præexigit realem distinctionem extremorum. ergo non cõstituit illam. Maior est nota: quia nullum posterius est constitutiuum prioris. Minor patet per philosophum. 5. met. ca. de eodem. text. non habente commem. & incipit tex. Eadem uero dicuntur, & quidem secundum accidens, vt album. & patet in illo tex. quomodo identitas non est relatio realis: quia non præexigit realem distinctionem extremorum. Et sic patet ista minor quomodo relatio realis est inter extrema realia, realiter distincta.

¶Si dicatur, quòd illa relatio, non est realis; quæ nec præexigit extrema realiter distincta, nec facit distinctionem extremorum, siue non constituit extrema realiter distincta. Sed in proposito, quamuis paternitas, & filiatio in diuinis non dicantur relationes reales ex hoc, quòd præexigant extrema realiter distincta: dicuntur tamen reales quia constituunt extrema realiter distincta, & hoc sufficit.

¶Contra ergo istud argumentum extrema non sunt realiter distincta, ergo non est relatio realis non valeret. Et tamen hoc argumentum tenet: quia si extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio non est realis. Et quòd teneat, patet per Arist. vbi supra. Arguit enim Doc. quòd si relatio diceretur realis ex hoc, quòd constituit extrema realiter distincta: statim sequeretur, quòd hoc argumẽtum non valeret, extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio inter illa nõ videtur realis: & quòd non valeat, probat: quia in antecedente, aut accipitur, quòd extrema nõ sunt distincta realiter distinctione præcedente relationem, & tunc non sequitur. ergo relatio non est realis. Quare autẽ non sequatur, patet: quia sic posset accipi in proposito: quia per te extrema paternitatis in diuinis sunt realiter distincta, & non sunt realiter distincta distinctione præcedente paternitatẽ, & sic sequèretur, quòd paternitas in diuinis nõ esset relatio realis: aut accipitur in antecedente sic. extrema non sunt realiter distincta distinctione facta hac relatione. Si sic accipis, ideo non est facta distinctio realis extremorum per illam: quia illa non est relatio realis. ergo inferre ex antecedente sic sumpto relationem non esse realem; est inferre: quia non est realis: ideo non est realis, idest si extrema a. & b. non sunt realiter distincta, relatione c. quia c. non est relatio realis: statim sequitur. ideo c. nõ est relatio realis: quia non est relatio realis.

¶Aliter dicitur, quòd maior est vera de accidentali relatione, quæ non constituit: sed tantum aduenit alicui post suum esse completum. Et sic ista est vera, relatio realis aduenieus alicui post suum esse completum, præexigit extrema realiter distincta: sed paternitas in diuinis non aduenit supposito post suum esse completum: sed constituit illud, ergo.

¶Contra istud: quia relationi vnde relatio est: conuenit, quòd sit aliud, idest quòd relatio inquantum relatio est ad aliud. ergo paternitas de necessitate est ad aliud. aut ergo ad aliud distinctum sola filiatione? aut ad aliud distinctum distinctione priori, quàm illa, quæ esset à filiatione. Si secundo modo, habetur propositũ, scilicet quòd relatio realis præexigit extrema realiter distincta. Si primo modo. ergo arguendo, paternitas non est ad distinctum realiter, ergo non est realis, est arguere sic: huic relationi nõ est relatio realis opposita, ergo non est realis: sed hæc videtur petitio principij, quia antecedens non videtur manifestius consequente, vt patet.

¶Tertio arguitur ex ista via sic. Omnis relatio primo terminatur ad absolutum. hæc probabitur infra distinctione 30. Sed paternitas in diuinis est relatio. ergo terminatur ad aliquod absolutum. sed non terminatur nisi ad personam filij, ergo persona filij erit absoluta.

TENENDO opin. secundam quę est magis communis, scilicet quòd personæ constituantur per relationes. Respondetur ad rationes contra eam.

¶Ad primam primæ viæ. Hic concedit Docto. quòd in diuinis est aliquid, quod refertur relatione, & illud est suppositum. Et cum dicitur, quòd tale præexigitur relationi. Respondet, quòd non sequitur de relatione constituente. Nam suppositum, quod refertur in diuinis refertur relatione non adueniente, sed relatione ipsum constituente. Ad illud de composito, siue constituto dat duas responsiones. vnam pro opi. illorum, qui dicunt, quòd relatio est in essentia, quasi actus in susceptiuo: dicens, quòd oportet eis dicere, quòd in ipsa persona quæ est quasi constituta: non oportet præintelligere informationem, quasi partis à quasi parte per denominationem, antequam intelligatur totum constitutum, idest quòd relatio non prius denominat essentiam, quam ipsam personam; sed tantum denominat personam. Et quamuis præintelligatur quasi informatio ipsi

personæ

personæ constitutæ: non tamen prius intelligitur talis vnio, vel quasi informatio per modum formæ denominantis: quia talis relatio non est nata denominare essentiam, sed tantum personam.

Relatio non est quasi forma, vel actus respectu essentiæ.

¶Ibi. Sed melius videtur dicendum. Hic Doc. dat aliam rõsiunẽ, quæ stat in hoc: q relatio non est quasi forma, vel actus respectu essentiæ: vt supra patuit. d.5.q.2. Sed magis videtur essentia esse, quasi forma, & actus: qua relatio subsistens est Deus: & hoc videtur probare ex hoc: quia quantumcunque fundamẽtum est potentiale ad relationem: prius naturaliter informatur fundamentum relatione, quam suppositum. Et conceditur etiam ibi relatio esse aliquid formaliter secundum ipsum fundamentum: sicut conceditur sor. esse similem secundum albedinem: neutrum videtur esse dandum in proposito: nec q paternitas prius insit essentiæ, quam patri: nec q pater secundum deitatem sit formaliter pater &c.

Difficultas valde singularis.

IN HAC littera occurrit aliqualis difficultas in hoc quod dicit: quòd paternitas non inest prius essentiæ quàm patri. Hoc non videtur esse verum. Tũ quia paternitas immediate pullulat ab essentia: vt infra patebit. d.28.q.vlt. Et in illo priori, quo pullulat non est pater: probatur, quia constitutum est posterius constituentibus. Tum etiam: quia paternitas siuẻ generatio actiua, quod idem est non præsupponit suppositum patris: vt patet à Doc. in quol. q.4. nec simul est cum patre: patet, quia aliquid dicitur prius esse tale in se, quam ad aliud comparetur ergo paternitas, siue generatio actiua erit prius in se talis, quã alteri comparetur. Et præsertim in ratione constituendi. Tum tertio: quia quando sunt duo constituẽtia intrinsece, prius est habitudo ad inuicem, quam ad constitutum. Cum ergo paternitas, & essentia vere constituant personam patris. ergo paternitas suo modo prius habebit respectum ad essentiam, quam ad personam constitutam: & sic paternitas prius est in essentia, quam intelligatur persona patris.

Responsio.

¶Respondeo supponendo aliqua. Primo quòd differentia est inter constitutum à natura, & ratione suppositali: & inter constitutum ab actibus essentialibus: quia constitutum secundo mõ dicit aliq̃ tertiam entitatem realiter distinctam à partibus: quod probat Doc. in 3.d.2. Constitutum vero primo modo, non dicit aliquam tertiam entitatem aliam à natura & a ratione suppositali: quia tale constitutum nihil aliud est nisi natura, & proprietas suppositalis: & sic persona patris tantum dicit essentiam, & proprietatem: quæ est ratio subsistendi: ita quòd hoc totum essentia vt habens paternitatem est pater. Et ex hoc patet, quomodo paternitas non prius insit essentiæ, quam patri: quia in eodem instanti quo paternitas est in essentia, pater est.

¶Sustinendo etiam, q pater dicat entitatem aliquam præter essentiam & paternitatẽ: adhuc paternitas non inest prius essentiæ quàm patri (nisi forte secundum rationem) quia essentia, & paternitas nõ dicuntur intrinsece causare aliquid distinctum: sicut materia, & forma causant compositum realiter distinctum, & ideo prius inest forma materiæ quàm composito. Et cum dicitur, quòd constituens est prius constituto, verum est de constituente aliud distinctum à se.

¶Ad secundum. Dico quòd in eodem instãti quo generatio actiua dicitur operatio naturæ diuinæ: non præsupponit suppositum: in eodem tamen instanti, quo est talis productio, est primum suppositũ diuinum. Et similiter patet responsio ad tertium.

Alia responsio singularis.

¶Dico tamen ad omnes istas instantias, vnica responsione, quòd aliquid prius inesse alteri contingit dupliciter. Vno modo vt actus informans, siue vt perficiens. Alio modo vt ratio subsistendi in natura in qua subsistit. Primo modo paternitas non inest prius essentiæ: quia non est actus perficiens essentiã. Secundo modo inest prius essentiæ quã patri: quia proprietas personalis prius præintelligitur in natura cuius est, quàm intelligatur suppositum constitutum ex natura & tali proprietate. Si dicatur: Si paternitas prius inest essentiæ isto modo. ergo paternitas denominat essentiam. Negatur consequentia: & ratio negationis. supra posita est. d.5.q.2.

¶In proposito intelligit Doc. q paternitas non insit prius essentiæ, vt actus perficiens: siue vt actus inhærens: siue vt actus determinans: non autem intelligit, quando prius insit essentiæ eo modo, quo proprietas Hypostatica inest naturæ: & sic patet litera.

¶Cum confirmatur ratio per hoc quod nihil est quantum primo, & per se, nisi aliquod sit quantum per se denominatiuè. Doct. dicit, quòd si quantitas posset esse eadem alicui, ita quòd non informaret illud aliquid esset quantum primo. Et tamen nihil esset quantum per informationem: sicut est in proposito de essentia & proprietate.

¶Ad secundum principale. Dicit Doc. quòd relatio in diuinis loquendo de relatione originis: seipsa est formaliter realis: ita quòd non dicitur realis: ex hoc præcisè, quòd præexigat extrema realia realiter distincta: nec ex hoc, quod constituat extrema realia realiter distincta: sed si per impossibile daretur paternitas diuina separata: adhuc esset vere realis. Et hæc est sententia literæ. Quia tamen hæc litera est aliqualiter obscura: ideo ipsam sic declaro. Cum dicit. Quælibet forma, si ipsa est talis forma, nec est alia ratio intrinseca: quare est talis forma: ly seipsa intelligitur formaliter, & non originatiuè: sicut dicimus quòd humanitas est seipsa formaliter talis forma: licèt originatiuè possit esse ab alio. Sequitur. Ita etiam relatio aliqua seipsa est formaliter realis: & aliqua seipsa formaliter est tantum relatio rationis. Nam paternitas, siue creata, siue increata seipsa formaliter est talis generatio realis & secunda intentio seipsa formaliter est relatio rationis: originatiuè tamen, siue à causa extrinseca. huiusmodi relationes possunt dici talis, vel talis. Et hoc est quod sequitur. Tamen huius vel illius aliquando sunt causæ extrinsecę effectiuę vel materiales: aliquando etiam aliqua causata, vel aliqua signa posteriora sunt, ex quibus inferuntur tales relationes esse reales, vel rationis. Sequitur. Dico tunc, quòd identitas &c. id est si quęratur quare identitas, inquantum identitas, sit formaliter, siuè quiditatiuè relatio rationis: & paternitas inquantum paternitas sit quiditatiuè relatio realis: non est assignanda alia causa intrinseca: nisi quia talis entitas Sicut etiam dicimus de humanitate inquantum humanitas, est entitas realis: quare? quia talis entitas: & hoc est quod dicit: Sequitur. Tum quia relatio realis nata est habere causas extrinsecas causantes eam, communiter loquendo in creaturis. Sequitur. Ibi. supple in creaturis: quòd relatio quæ non habet tales causas: super extrema realia causantia huiusmodi relationem non est realis. Et tenet cõsequentia à negatione causæ ad negationem causati: puta extrema. a. & b. nõ causant relationem ex natura rei. ergo talis relatio inter extrema non est ex natura rei: vel sic: extrema non sunt ex natura rei realiter distincta. ergo relatio inter illa non erit realis. Sequitur. Similiter relatio aliqua realis, si non habet talem distinctionem causarum priorem: saltem causat distinctionem: vt paternitas in diuinis, quæ & si non dicatur realis ex hoc q oritur ab extremis realibus, & realiter distinctis: dicitur tamen realis quia causat extrema realia: vt puta paternitas in diuinis realiter constituit personã patris, & filiatio realiter constituit personam filij: quæ dicuntur extrema talium

Explanatio litteræ.

re-

relationum. Sequitur. Et tūc ex remotione tam causæ quàm causati: quorum alterum correspondet relationi reali: potest concludi aliquam relationem non esse realem, vt ista identitas numeralis, non præexigit extrema realia realiter distincta, nec realiter constituit extrema realia realiter distincta. ergo identitas numeralis non est relatio realis. Ibi enim est negatio tam causæ quàm causati. Est negatio causæ in hoc, quod dico non præexigit extrema, &c. Est negatio causati in hoc, quod dico: nec constituit extrema, &c. Sequitur. Sed, consequentia bona est sicut ex remotione causæ sequitur remotio causati: & ex remotione causati sequitur remotio causæ demonstratione quia: arguimus enim multotiens talem causam non esse talis conditionis: quia talis effectus non sequitur. Sequitur. Cum dicitur vlterius: ergo inferre relationem non esse realem: quia non est inter extrema realiter distincta: est inferre non est realis: quia non est realis. Dico quòd non: licet non sequatur. ideo non distinguit extrema: quia non est relatio realis: quasi arguendo à causa ad causatum: tamen sequitur, non distinguit, ergo non est realis: sicut à causato ad causam. Et hoc addito, quòd nec præexigit distinctè extrema: quia tunc concurrunt ibi, & negatio causæ relationis realis: & negatio signi. Ex quibus concurrentibus perfectè infertur negatio relationis realis. hæc littera clara est. Sequitur. Sed quandoque distinctione præcedente relationes reales. Ista littera vsque ibi. Ad tertium dici potest: non est littera Doct. Et quia in ista littera tangitur vnum, scilicet quòd eadem voluntas realiter refertur ad ipsam, vt mobilis ad mouentem & ecōtra, quomodo ponitur talis relatio realis: quæ tamen non est inter extrema realiter distincta? De hoc vide expositionem quam feci in distinctione 25. secundi Doc.

Absolutum semper terminat relationem.

¶ Ad tertium argumentum huius primæ viæ. Dicit Doct. hic, quòd absolutum semper terminat relationem: quæ est mensurati ad mensuram, vt infra patebit. distin. 30. Et addit, quòd vniuersaliter loquendo, non oportet concedere terminum relationis esse absolutum, nisi in relationibus diffinibilibus, vt infra patebit distinct. 30. quales non sunt relationes diuinæ. Addit quòd etiam relatio terminatur ad absolutum: loquendo de termino formali, scilicet ratione cuius primus terminus, idest totalis, siue adæquatus terminat. Et sensus est. Relatio realis, vel per se terminatur ad terminum totalem absolutum: vel saltem terminatur ad aliquid: quod licet in se non sit totaliter absolutum: includit tamen aliquod absolutum in ratione termini formalis. Et hoc secundo modo relatio originis in diuinis potest dici terminari ad absolutum. & patet littera.

EX secunda via. Arguitur primo ex ordine quē necessariò requirit originatio. Et arguitur primo sic. Originans est prius originato, relatiuum nullo modo est prius suo correlatiuo.

¶ Confirmatur ratio quasi ex opposito conclusionis sic. Si personæ non sunt absolutæ: sed primo relatiuæ: tunc non erit aliud patrem originare filium, quàm patrem habere filium, vt correlatiuum: sed pater inquantum pater habet filium, vt correlatiuū, ergo non originat illum: quod est falsum.

¶ Hoc manifestius sic arguitur. Illud non originatur, quod posito innascibili: puta prima persona, & circunscripta omni actione habet suum totum esse: tale est correlatiuum innascibilis: patet quia ex sola natura relationis, quæ est actus primus circunscripta omni actione, siue actu secundo: correlatiuum innascibilis est innascibili existente: patet quia patre existente, qui est innascibilis, filius est. ergo circunscripta omni originatione, filius erit: sequentia argumenta clara sunt.

Quid sit patrem originare filiū.

AD primum & secundum. Hic Docto. respondet ad argumenta facta pro prima via: & dicit, q patrem originare filium non est tantum patrem habere filium pro correlatiuo: sed est patrem habere filium, vt tale correlatiuum: & quia talis correlatio est relatio originis: ideo vnum extremum potest esse prius origine altero: licet sint simul natura. Sed hoc magis patebit. infra dist. 28. Potest etiam dici conformiter ad ea, quæ dixi supra dist. 1. quæst. 2. exponendo illud: quomodo pater prius origine sit beatus, quàm genere filium.

¶ Ad tertium. Primo Doct. negat istam, quòd relatio non possit esse terminus formalis generationis: patet enim quòd vnio naturæ humanæ ad verbum, est verè causata à trinitate. vide Docto. in 3. distinctione prima, quæst. prima. Et expositionem quam ibi feci.

Apparens cōtradictio.

¶ Sed hæc responsio non videtur ad propositum: quia Docto. ibi se exponit de relatione extrinsecus adueniente, quòd illa potest esse terminus alicuius productionis: & simpliciter negat de relatione intrinsecus adueniente: in proposito autem filiatio est relatio intrinsecus aduenìens. Dico, quòd Doct. sibi non contradicit: quia ibi in tertio loquitur tantum de relatione, quæ de necessitate oritur positis fundamento, & termino: vt ibi prolixius exposui: filiatio autem in diuinis non oritur ex natura extremorum: patet quia ipsa constituit filium. Si enim filiatio creata esset aliqua forma constituens aliquid, ipsa per se terminaret aliquam productionem. Vult ergo dicere Docto. quòd relationi vnde relatio non repugnat sibi esse terminum formalem alicuius productionis: licet alicui in particulari repugnet: & patet littera.

Solutio.

¶ Ad quartum, quod erat tale. Nulla productio in diuinis est generatio: quia generatio est ad primā substantiam, & ad productum. Hic autem ponitur relatio, vel relatiuum primum productum. Et dicitur, quòd ista productio est generatio: quia ista relatio habet vim constituendi secundam personam, vel primam substantiam in natura diuina, vel saltem oportet dicere tenendo istam viam: q relatio constituat personam in esse personali: & ista relatio potest esse proprietas personalis subsistentis in natura diuina: sicut si esset aliqua proprietas personalis absoluta.

¶ Ad quintum. Nunc respondet ad argumentum factum pro secunda via: quod est tertium in ordine: & ponitur ibi. Præterea, ad tertium. Omne relatiuum æque naturaliter respicit suum correlatiuum, &c. Dicit Doct. q est facile eis respondere, qui dicunt personas esse relatiuas: & cum hoc relationes esse principia agendi: quia tunc nec ex parte agētis, nec ex parte principij agendi potest esse libertas, & hoc supra patuit, distinct. 7. Ideo tenendo, quòd relationes constituant personam. & quòd non sint rationes principiandi patet responsio: q de necessitate prior est relatio generantis ad genitum, quàm spirantis ad spiratum, vt supra patuit dist. 2. parte 2. & d. 7. & 13.

¶ Deinde ex eadem via arguit: quia suppositum aliquo modo præintelligitur actioni, &c. Ad ista argumenta sequentia. Doct. non respondet: sed facilis est responsio ex his quæ supra exposui. dist. 1. quomodo generatio non præsupponit suppositum: & facilis est responsio ex his, quę ponit Docto. 1. quæstione quarta, quolib. respondendo ad argumenta principalia.

QVANTVM ad tertiam viam arguitur. Primo sic: quæ via sumitur ex propria ratione ipsius constitutiui: & arguit quatuor medijs. Quorum primum,

Quicquid

Quicquid constituit formaliter in aliquo primo esse, & in vnitate correspondente tali esse, se toto repugnat distinctioni oppositæ illi vnitati, & esse. Exemplum. Si rationale primo constituit hominem in entitate, & vnitate specifica, se toto primo repugnat distinctio specifice: patet, quia rõnali, vt rationale repugnat sibi diuidi in plura species: & similiter homini constituto. Sed per te paternitas constituit patrem in esse personali, & incommunicabili: ergo paternitati ex sua ratione primo repugnat communicabilitas: sed hoc videtur falsum. Tum quia secundum illos, qui tenent hanc opin. nulla quiditas de se est incommunicabilis: ergo nec paternitas. Tum secũdo: quia paternitas non erit de se hæc: circumscripto omni eo, quod non est de ratione formali paternitatis, & sic circumscripta deitate, patet quòd non est de se hæc, & si non est de se hæc, nec multo magis erit de se incommunicabilis, & probat: quia paternitas non est de se formaliter infinita, & per consequens nõ est de se hæc. probatur consequentia, continens p identitatem aliquid quod est extra eius rationem propriam est quodammodo illimitatum: ergo continẽs formaliter tale est simpliciter illimitatum, siue infinitum: continentia enim formalis requirit maiorẽ perfectionem continentis.

¶ Hec littera declaratur sic. Ista est consequentia: paternitas non est de se formaliter infinita. ergo nõ est de se hæc. probat hanc consequentiam, ibi. Continens per identitatem aliquid, quod est extra eius rationem propriam, vel primam, idest cõtinens per identitatem hæcheitatem est quodammodo illimitatum: sed continens illam formaliter est simpliciter illimitatum, & infinitum. Cum ergo paternitas non sit formaliter infinita: sequitur, quòd non erit de se formaliter hæc, & infert: continentia enim formalis requirit maiorem perfectionem continentis.

Apparẽs contradictio. ¶ Sed hoc videtur repugnare dictis Docto. supra d. 2. vbi vult, quòd prima causa ex hoc, quod continet virtualiter causalitatem secundarum causarum, dicatur perfectior, quàm si formaliter contineret. hoc idem ex intentione. distinctione octaua, quæstione vlt.

Responsio. ¶ Dico, quòd aliqua est continentia virtualis, quæ est perfectior formali, sicut causa æquiuoca dicitur perfectior ex hoc, quòd continet effectum virtualiter, quàm si contineret formaliter, vt patet. Et similiter dicitur causa prima perfectior: ex hoc, quod virtualiter continet caliditatem solis, quàm si illam haberet formaliter. *Multiplex continentia formalis.* Aliqua verò est continentia formalis: quæ dicitur perfectior continentia virtuali: vt patet de perfectionibus simpliciter. Nam perfectius est in Deo habere formaliter sapiẽtiam, quàm virtualiter, & similiter perfectius est in se habere formaliter, & ex sua ratione formali hæcheitatem, qua dicitur hic Deus, quàm habere illam virtualiter: & hoc modo loquitur Doct. & sic non est contradictio. Multa alia possent dici de continentia virtuali, & formali: quæ breuitatis causa transeo. Tum tertio: quia quælibet relatio diuina originis est æque eadem essentiæ diuinæ. ergo si paternitas est incommunicabilis, etiam spiratio erit incommunicabilis: quod est falsum. Et ex hoc sequitur, quarto: quia cum opposita relatiua videantur vniformiter se habere ad incommunicabilitatẽ. ergo si spiratio passiua sit incõicabilis, & spiratio actiua erit incommunicabilis. Tũ quinto: quia positis positionibus quibuscunque impossibilibus: vel incompossibilibus, stante intellectu rationalitatis repugnaret sibi diuidi in plures naturas specificas: puta si ponatur, quòd rationale esset differentia specifica coloris: & quòd ille color possit causare substantias de nihilo: vel quæcunque talia. posita autem hac positione impossibili, quòd prior esset productio voluntatis, quàm intellectus saluata ratione generationis, & spirationis: spiratio actiua esset in vno supposito: & generatio actiua tunc esset in duobus. ergo modo generationi actiuæ in se non repugnat in se formaliter incommunicabilitas.

Quomodo paternitas sit incõmunicabilis. ¶ Ibi. Ad istud argumentum de primo incommunicabili. Respondetur dupliciter. Vno modo quod paternitas: licet non sit incommunicabilis: vnde paternitas: tamen paternitas vnde diuina, est incommunicabilis. Alio modo dicitur quòd paternitas subsistens qualis est ista: quæ est in Deo est incommunicabilis: sed non paternitas inhærens.

¶ Contra primam responsionem. Hæc litera patet vsque ibi. Præterea. Essentia non dat incommunicabilitatem patri, vt mere essentia est: quia est communicabilis. ergo vt ipsa intelligitur habere virtualiter paternitatem in se: & est sensus: quòd essentia non dat incommunicabilitatem patri, vt essentia est: quia tunc ipsa esset ratio formalis incommunicabilitatis patri: quod est impossibile: quia quod est ex sua ratione formali communicabile, non potest esse ratio formalis incommunicabilitatis. ergo erit ratio vt virtualiter. idest quòd ipsa essentia habet in virtute sua: vel habet virtutem aliquam tribuendi incommunicabilitatem patri: & hoc est falsum: vt patet ex hoc, quod sequitur &c.

AD primum tertiæ viæ dico, quòd paternitas est de se formaliter incommunicabilis. Hæc responsio ad argumentum est singularis, tenendo personã constitui per relationem: licét sit valde dubium: quomodo paternitas pullulet ab essentia diuina vt hæc: cum relatio realis, vt huiusmodi sit quiditas: & sic communicabilis: tamen sustinendo ipsam paternitatem constituere personam in esse incommunicabili. hæc responsio solennis est. Alia clara sunt vsque ibi. Et per hoc patet ad omnes alias probationes.

¶ Nota bene illud, quòd dicit Doc. quòd à paternitate creata, & increata potest abstrahi conceptus cõmmunis, qui tamen non dicitur contrahi per aliquid, ad quod sit in potentia: quia (vt vidimus. supra d. 8. q. 2.) ille conceptus est in potentia ad alium: qui accipitur ab vna realitate: quæ est in potentia ad aliã realitatem à qua accipitur alius conceptus ad quẽ est in potentia: & ibi vide pulchras glossas.

¶ Ibi. Nec illa propositio est vera: quod omnis quiditas est communicabilis, patet ibi.

¶ Dicerem tamen vnum, quòd omnis quiditas vt quiditas est communicabilis: licet aliqua quiditas quæ de se est hæc: ita quòd non est contrahibilis ad hecheitatem: cum sit de natura sua hæc: & ratio subsistendi sit incommunicabilis: & hoc modo accipitur quiditas paternitatis in diuinis: cætera patent. Et nota bene dicta in ista litera.

SECVNDO principaliter arguitur sic quantum ad istam viam scilicet tertiam. Hoc argumentum clarum est.

¶ Ibi. Respondetur negando minorem. Vult dicere Doc quod ex quo fiunt multa problemata de generatione: siue de productione in cõmuni: puta an productio sit actio transiens: an mutatio: an sit causa & huiusmodi: & ista problemata soluuntur per media generalia antequam deueniatur, & quæratur de productionibus in speciali. cum ergo problemata ista de productione non fiant tantum de voce, sed de conceptu: sequitur quòd intellectus certus de isto conceptu, puta quòd productio filij in diuinis sit productio: & dubius sit an sit generatio, vel spiratio: an per modum naturæ: vel per modum libertatis. ergo habet illum conceptum de productione in communi alium ab illis conceptibus

dubijs:

dubijs: & hoc est quod dicit.

¶ Ad aliud dico: quòd licèt aliquis conceptus cõmunis posset haberi qui dicatur in quid de generatione diuina &c. Nota hanc responsionem: quia ex hac habetur expressè, quòd datur aliquis conceptus dictus in quid de Deo: vel de aliquo vt Deo: qui tamen est verè posterior: cum non accipiatur ab aliqua realitate priori: qua sit in potentia ad aliam, vt dixi supra distin. 8. quæst. 2. & hæc responsio multum valet ad intelligendum glo. quam feci distinct. 2. q. 1. *Nota bene de conceptu dicto in qd de Deo.*

¶ Ibi. Quod primum effectiuum sit simpliciter necesse esse. vide ibi. Et quia Doctor dicit hic: quòd à generatione, & spiratione potest abstrahi conceptus communis realis dictus in quid.

Difficultas. CONTRA hoc arguitur sic. Sco. dixit supra distinct. 23. quòd ab vltimis distinctiuis non potest abstrahi conceptus realis dictus in quid. hoc idem d. 3. & alibi. Sed generatio, siue actiua, siue passiua, & spiratio passiua sunt vltima distinctiua: vt patet à Docto. hic, & supra distinct. 23. & tantum seipsis distinguuntur, vt patet à Doct. supra d. 13. ergo videtur, quòd sibi contradicat.

Solutio trimembris. ¶ Responsio primo, quòd Docto. non asserit hic ab vltimis distinctiuis, scilicet à generatione, & spiratione passiua posse abstrahi huiusmodi conceptus: quia non declarat ad hanc partem: quòd huiusmodi relationes sint vltimo distinctiuæ, & constitutiuæ.

Obiectio. ¶ Si dicatur. Nonne Doct. communiter nominat personas esse cõstitutas à relationibus: vt patet supra d. 2. & 5. q. 2. & 7. & 11. & 13 & in quol. q. 2. & infra d. 28. ergo, &c.

¶ Dico, quòd non asserit hoc ex intentione propria: sed ex intentione communi aliorum.

¶ Secundo dico, quòd licet à generatione, & spiratione: siue à paternitate, & filiatione: siue à paternitate increata, & creata possit abstrahi huiusmodi conceptus dictus in quid: quia dicunt quiditatem, vt patet d. ista: licet non communicabilem. Nam sola illa quiditas est cõmunicabilis, vel quæ dicit perfectionem simpliciter, vel quæ est diuisibilis, siue numerabilis, vt patebit infra à Docto. & ista non sunt huiusmodi, & sic fortè paternitas, & spiratio passiua, siue generatio non dicuntur vltimo constitutiua personæ; quia vel persona dicit negationem duplicis communicabilitatis: vel si dicit aliquod positiuum: sicut patet supra d. 23. & 26. fortè illud aliquo modo differt à relatione: puta paternitate. hoc tamen firmiter non assero.

¶ Dico tertio, quòd Docto. quando vult quòd ab vltimis differentijs non potest abstrahi conceptus dictus in quid. Non intelligit hoc absolute, scilicet quòd non possit abstrahi conceptus communis dictus in quid: qui tamen non sit potentialis ad conceptum contractiuum: & sic est in proposito. Nam Doct. dicit hic. & supra dist. 23. quòd ista dicuntur primo diuersa, idest non idem realiter includentia, scilicet quòd in re ante omnem abstractionem sit aliquid reale in quo verè conueniant, & aliquid in quo verè differant: modo vltimo constitutiua, siue vltimæ differentiæ sic se habent inter se, quòd non habent aliquid verè reale in quo conueniant: & aliquid in quo differant, quod quidem reale in quo conueniunt est in potentia perfectibile ab illo in quo differunt, & sic ab ipsis non potest abstrahi conceptus verè dictus in quid, qui sit in potentia, &c. Et hoc est, quod Doctor dicit hic, quòd licet ista vltimo distinctiua non sint primo diuersa in conceptu dicto in quid: sunt tamē primo diuersa in realitate propria, idest quòd paternitas, siue realitas paternitatis se sola est diuersa a realitate spirationis passiuæ, vel filiationis. Nam *Nota & bene.*

in paternitate & filiatione diuina non est aliqua realitas in qua realiter conueniant: quæ sit perfectibilis à realitate in qua differunt. Hnc idem dico de vltimis differentijs.

SED contra. Nam Doc. supra d. 3. & 8. vult quòd ens prædicetur in quid de Deo, & decem prædicamentis: & ibi negat expressè ipsum prædicari in quid de vltimis differentijs. Nec potes euadere dicēdo, quòd vt prædicatur in quid de Deo, & creatura, est in potentia: vt supra quia expressè Doc. d. 2 & 8. vult quòd non sit aliqua realitas in Deo, à qua abstrahatur conceptus entis quæ sit perfectibilis ab alia realitate: vt glo. supra d. 8. Immo expressè Doct. d 8 vult quòd licèt Deus, & creatura nō sint primo diuersa in conceptu entis: dicuntur tamen primo diuersa in realitatibus proprijs, modo præexposito. Si ergo vult Doct. quòd ens dicatur in quid de Deo, & creatura: & hoc negat ab vltimis differentijs. ergo eo modo quo concedit ibi prædicari: eo modo negat de vltimis differentijs. *Apparens contradictio.*

¶ Dico saluo super melior indicio: quòd eo modo prædicatur in quid de Deo, & de vltimis differētijs: licèt de decem prædicamentis alio modo prædicetur in quid. nam de Deo & vltimis differentijs prædicatur in quid, vt dici. conceptum non acceptū a realitate perfectibili ab alio: sed vt prædicatur de decem prædicamentis: sic prædicatum dicit conceptum abstractum à realitate verè perfectibili ab alia realitate. Aliter iudicio meo Doctor non potest saluari: nec habeo pro inconuenienti, quòd ab vltimis distinctiuis possit abstrahi conceptus dictus in quid de illis modo præexposito. *Responsio.*

¶ Sed adhuc remanet difficultas: quia hic dicit, quòd ab huiusmodi distinctiuis potest abstrahi conceptus dictus in quid: & tamen hoc expressè negat supra d. st. 2. *Diff.*

¶ Respondeo. Nam dixit Doct. d 23. quòd ab vltimis distinctiuis non potest abstrahi conceptus dictus in quid: quia sunt primo diuersa idest nihil idem realiter includentia: ideo intelligit quòd non potest abstrahi conceptus dictus in quid acceptus à realitate perfectibili. *Solutio.*

¶ Sed adhuc restat difficultas: quia Doctor vult expressè. supra d. 23 & 25. quòd persona quæ prædicatur de tribus personis in diuinis dicat conceptum positiuum non speciei: sed magis alicuius proprij. & 23 d. vult quòd huiusmodi conceptus abstractus ab vltimis distinctiuis: vel erit conceptus simpliciter negatiuus, vel positiuus denominatiuus non dictus in quid. *Alia difficultas.*

¶ Dico, quòd accipiendo in quid: vt est propriè superioris de inferiori quòd superius sit in potentia ad inferius: ita quòd sit acceptum à realitate perfectibili: vt supra dixi: sic non dicit conceptū in quid: si autem accipiatur alio modo, vt dixi: dicit conceptum in quid improprie tamen. *Solutio.*

¶ Si iterum dicatur. ergo conceptus entis dictus de Deo non propriè accipitur ibi in quid: & tunc videtur inconueniens apud Doc qui supra d 3 q. 1. & 3. & d. 8 vult ostendere quòd via naturali possumus cognoscere de Deo aliquid reale dictum in quid de ipso: & ibi subtiliter disputat hanc materiam cōtra Hen. & Tho præcipue. d. 3. q. 1. *Obiectio.*

¶ Dico breuiter: quòd in omnibus operibus Doc. non reperitur: quòd expressè dicat ens prædicari in quid de Deo: accipiendo in quid propriè: vt supra d. 1. Et iudicio meo quando Fran. de may. d. 3. primi dicit quòd ens prædicatur denominatiuè de Deo: vult quòd non prædicetur in quid propriè: licèt tamen impropriè: & talis prædicatio in quid improprie potest dici quodammodo denominatiua. De huiusmodi tamen prædicatione entis in quid, vide *Responsio.*

de quæ dixi supra in d.2.parte 1..quæst 1.exponendo illud argumentum Doc.quo probat: q primum esse ctiuum sit simpliciter necesse esse, ita q sit impossibile esse plura necesse esse.

¶ Ibi. Tertio principaliter sic. Primum constitutiuum suppositi in aliqua natura, videtur facere per se vnum cum illa natura. Hic Docto. ex eadem tertia via tertio arguit, & intendit deducere ad inconueniens, scilicet quòd si persona diuina esset constituta per relationem,& per essentiam: non esset vnum ens per se: sed magis esset vnum per accidens: quia non videtur esse vnus conceptus per se cõstitutus ex absoluto, & relatione, sicut etiam in nobis patet, q res diuersorum prædicamentorum non possunt facere vnum per se, etiam si illę res sint absolutè, vt patet de substantia, quantitate, & qualitate: multo minus quando constituentium vnum est absolutum, & reliquum relatiuum. cum ergo persona diuina sit vnum ens per se: videtur quòd cõstituatur per aliquid aliud quam per relationem.

¶ Ibi. Confirmatur ratio sic. Prima identitas videtur esse primæ naturæ ad proprium suppositum: ergo erit omnino per se. si sic? ergo suppositum nõ includit aliquid quasi alterius generis à natura: patet in nobis.

¶ Confirmatur secundo: quia si suppositum diuinum includat naturam, & relationem, suppositum verò creatum tantum includat substantiá. ergo maior erit identitas naturæ creatæ ad suppositum proprium quàm naturæ diuinæ ad suppositum diuinũ.

¶ Confirmatur tertio: quia secunda substantia dicit totum, quod quid est primæ substantiæ. ergo in prima substantia nõ concurrit aliqua quiditas distincta à quiditate secũdum substantiam. Nec valet hæc responsio dicendo, q quia hæc quiditas est illa per idẽtitatem, & ideo idem per se vnum potest esse per se suppositum vtriusque quiditatis: hoc enim nõ saluat per se vnitatem suppositi: quia suppositum ponitur per se suppositum quiditatis acceptæ secundum formalem rationem: non autem propter identitatẽ realem: tunc enim per se suppositum entis esset per se suppositum vnius propter verã identitatem vnius ad eas.

¶ Ad istam tertiam rationem, quæ procedit ex per se vnitate suppositi naturæ diuinæ respondetur ab aliquibus, quòd relatio constituit, vt transit in essentiam: & ita non, vt est alterius generis, nec propter hoc sequitur, q constitutum sit absolutum: quia relatio seruat illud, quòd est proprium sibi.

¶ Contra istam responsionem arguitur. Aut enim relatio constituit, vt est idem formaliter essentiæ? & sic sequitur, quòd relatio nõ erit relatio, vt patet per Aug 7. de trini. & similiter sequitur, q constitutum erit absolutum, vt patet in littera Doc. Aut cõstituit inquantum est idem realiter, & nõ formaliter? & sic ipsa relatio, vt formliter distincta constitueret. ergo constituentia erunt alterius generis.

¶ Ibi. Ad aliud de supposito per accidens.

¶ Hic Doct. respondet ad tertium argumentum factum pro tertia via. Et primo distinguit de per accidens, vt consideratur à logico, & vt consideratur à metaphysico. Et nota in littera, quòd logicus dicit aliquid esse per accidens. Primo, quando subiectum non includit rationem inhærentiæ prædicati in se: sicut in ista rationale est animal, & econtra. Secundo dicitur per accidens multipliciter, quando conceptus includit duo, quorum vnum est per accidens determinatiuum alterius, vt homo albus: vel quorũ vnum est per se terminatiuum alterius. tamen vnum non est de quiditate alterius, nec econtra, vt animal rationale, vel per accidens. Quarto modo, quando includit duo quorum vnum, nec per se, nec per accidens est determinatiuum alterius. Et hoc quarto modo propriè reperitur in diuinis. Nam cum dico. Deus pater, nec deitas determinat paternitatem, nec econtra, vt patet supra dist. quinta, quæst. vndecima. Et hoc est, quod dicit Doct. quòd per accidens hoc quarto modo logicè loquendo, non reperitur in creaturis, cui in re metaphysicaliter loquendo correspondeat aliquid sic per accidens, quorum vnum non sit determinatiuum, nec per se, nec per accidens alterius, & sic patet quid intelligatur per accidens logicè. Quid autem sit per accidens metaphysicaliter, dicit quòd illud est ens per accidens metaphysicaliter, quod includit in se res duorum generum, vt patet 5. metaphysice. c. de ente, & vno tex. com. decimotertio. Ad propositum. hæc potest concedi per accidens. paternitas est deitas: quia subiectũ vt subijcitur, non includit rationem inhærentiæ prædicati, vt prædicati: quia subiectum non est formaliter prædicatum: iungendo etiam conceptum subiecti conceptui prædicati, sic dicendo: Deus pater. vnus conceptus non per se determinat alterum: quia secundum Dama proprietas determinat hypostases non naturam, vt supra exposui hanc auctoritatem. distinctione sexta. Iste igitur conceptus non est in se, & per se vnus, & ita non dicit conceptum per se suppositi respectu alicuius: quod enim non est in se, & per se vnum non est alicuius per se suppositum. hoc patet supra in simili distinctione secunda, parte prima, quæstione secunda. Sic igitur logicè loquendo concedi posset, quòd pater non est per se supposi tum Dei.

Logicus dicit aliquid esse per accidens.

Quid autẽ sit per accidens metaphysicaliter.

¶ Sed contra hoc arguo: quia prima identitas non potest esse per accidens: sed prima identitas in prædicatione est per se natura ad suum suppositum.

¶ Dicit Docto. quòd prima identitas prædicationis est cuiuscunque ad se, vt homo est homo, Deus est Deus. Sed comparando hunc Deum ad suppositum: dico, quòd realiter loquendo secundum metaphysicum, cum ibi non sint genera, nec aliquid alicuius generis: nihil erit ens per accidẽs, nec sequitur. est suppositum per accidens logicè, ergo est suppositum per accidens metaphysice? quia esse suppositum logicè dicit habitudinem alicuius, vt subiecti ad aliquid, vt prædicati, & ita potest dici suppositum per accidens propter accidentalitatem ex parte inhærentiæ non extremorum, vt supra patuit de per accidens quarto modo.

¶ Si obijciatur contra primum membrum, cum in creaturis possit esse per se suppositũ naturæ: quare non hic.

¶ Hic Docto. dat singularem responsionem, dicens, quòd absolutum imperfectum potest esse incommunicabile, & vniuersaliter aliquid contrahens per se in aliquo genere potest esse incommunicabile, sicut aliquid communicabile: & ita in quocunque creato, quod pertinet ad genus aliquod potest esse aliquid illius generis constituens incommunicabile, vt diffusè exposui in distinctione prima tertij: simpliciter autem perfectum non potest esse incommunicabile, neque aliquid eiusdem rationis quale secundum istam viam, est omne absolutum in diuinis. Et ideo nihil quasi eiusdem generis cum essentia potest constituere suppositum ibi: sed tantum aliquid, quod sit quasi alterius generis: & exemplum ponit in littera satis clarum. Hæc omnia de ista prædicatione naturæ ad supposit dicta sunt de rigore logicè, put vnitas suppositi per se dicitur tm̃ includere pertinentia ad idem genus: tñ realiter loquendo tenendo, quòd persona dicat aliquam entitatem aliquo modo ex natura rei distinctã ab essentia, & relatione: poterit dici per se suppositũ naturæ diuinę. Non. n. natura humana per se prędicatur, nisi

Singularis responsio.

nisi de supposito, vt constituto ex natura, & ratione suppositali, & nullo modo per se prædicatur de illa ratione suppositali quæ omnia exposui in d.1.3. Docto. Sic in proposito. Forte non videtur inconueniens concedere hanc esse per se, pater est Deus: & ipse Doct. supra dist.4.q.2. concedit, quòd hæc est magis formalis, pater est Deus, quàm econtra: quia est quasi superioris de inferiori.

Pi est Deus est p se prædicatur.

QVARTO principaliter secundum istam tertiã viam arguitur sic. Quia prima substantia est maximè substãtia: cum ergo persona in diuinis maximè subsistat, siue maximè sit per se: videtur ꝙ relatio nõ possit formaliter constituere aliquid per se subsistens.

¶ Confirmatur, sicut secũda substantia nihil includit, nisi quod est substantia: ita de prima substantia. cum ergo persona diuina dicatur prima substantia. ergo &c.

¶ Confirmatur, quia in substantia creata, licet imperfectionis sit limitari ad vnam substantiam: tamẽ quòd natura ipsa sine aliquo alterius generis possit habere vltimum esse, quod nõ est natum aliquo alio contrahi: hoc non est imperfectionis, patet ergo videtur quòd natura diuina, vt est ad se: habebit vltimum esse actuale, & vltimam vnitatem absque limitatione ad esse subsistentiæ vnius.

¶ Respondetur ad hanc rationem quartam, quòd relatio habet vim proprietatis incommunicabilis primæ substantiæ.

¶ Contra istud arguitur sic: quia quæro aut habet vim causæ efficientis, aut formalis? Si primo? quasi causabit ibi quandam realitatem absolutã, quæ formaliter constituet primam substantiam: & ita conceditur propositum, quòd substantia prima constituitur aliqua realitate absoluta: & cũ hoc additur aliud impossibile, ꝙ relatio posset causare illam realitatẽ absolutam. Si enim per se habet vim cõstituendi primam substantiam: & prima substantia dicit entitatẽ realiter absolutam, si ergo effectiuè habet vim cõstituendi: sequitur ꝙ relatio habet vim efficiendi realitatem absolutam. Si secundo modo. s. formaliter: cũ nulla forma habeat vim cõstituendi aliquid formaliter, nisi tale quale natum est esse tali forma. sicut albedo non hẽt vim constituendi aliquid, nisi albũ, &c.

¶ Respondetur ibi. Ad quartum dicitur, ꝙ prima substantia in creaturis habet aliquid perfectionis. s. vltimam vnitatem. ideo est indiuisibilis, & hoc consequitur vltimam actualitatem, propter quam cõpetit sibi per se esse: & duo opposita his cõueniunt substantiæ secundæ. Istas conditiones primæ substantiæ habet essentia diuina ex se: est enim de se hæc. vt exposui. supra d.5.q.2. & ex se subsistit, idest est per se existens: probatum est.n. supra d.2.par.1.q 2. ꝙ existentia prædicatur per se primo modo de essentia: & sic dicitur per se subsistere, idest per se existere in vltima actualitate, non tamen incommunicabili, licet indiuiduali. Et ex hoc, ꝙ prima substantia in diuinis quo ad hoc, quod est de se hoc, & perfectissimè per se existens, est maximè substantia, & non constituitur in tali esse relatione, sed deitate: persona autem posset dici prima substantia quantum adhoc, ꝙ est simpliciter incommunicabilis & etiam quantum adhoc, ꝙ est esse per se existens. Sed quod sit incommunicabilis: hoc habet a relatione. Sed ꝙ per se sit existens, hoc habet ab essentia: & sic patet tota ista littera.

Existentia pdicatur p se primo mõ de essentia.

EX quarta via arguitur etiam per auctoritates, Et primo per Augu 7. de trini. Omne relatiuum est aliquid excepta relatione. Item in eodem. c.4. Omnis res ad se subsistit, quanto magis Deus: & loquitur de subsistere, quod conuenit substantiæ prout græci accipiunt substantiam: accipiunt autem ipsi secundũ eum substantiam sicut nos personam. ergo subsistere quod conuenit personæ inquantum persona, numeratur in tribus, prout scilicet dicuntur tres subsistentes: illud est ad se secundum eum.

¶ Ad auctoritates Aug. Aliqui respondent, quòd loquitur de formali significato huius nominis persona: quod est significare aliquid indistinctum à se, & ab alio distinctum in natura intellectuali: non autem loquitur de materiali significato: hoc est de ipso constitutiuo personæ.

¶ Contra hanc responsionem arguo. Aut Aug intelligit in illo significato formali personæ indistinctum à se, & distinctum ab alio secundum essentiã? & tunc non magis haberet concedere, quòd sint tres personæ, quàm tres essentiæ, siue tria distincta secundum essentiam: quod est inconueniens, & contra intentionem suam: vbi vult quòd aliter vtimur nos nomine substantiæ quàm græci: igitur ipsi vtuntur pro prima substantia, & concedunt tres substantias, eo modo, quo nos tres personas. ergo nos propriè secundum eum concedimus tres personas. Aut intelligit indistinctum in se secundum substantiam incommunicabilem: & sic distinctum ab alio, & tunc si illud secundum formale significatum est ad se, habetur propositum.

Nos aliter vtimur hoc nomine substantia quã Græci.

¶ Ad illa de quarta via. Ad primum responsum est supra. Ad secundum patet responsio in littera, vide ibi.

TERTIA opi. concordans rationibus, & auctoritatibus adductis contra secundam opi ponit diuinas personas esse absolutas. & ista est opin. Bona. & Io. de Ripis, & hanc viam (vt credo) sequitur Doctor; vt dixi supra, & in sententia hæc via dicit, quòd substantia, aut dicit quid, & perfectionem quiditatiuam: & sic essentia diuina, & omnis perfectio diuina potest dici substantia. Nam talis est perfectio simpliciter, & communicabilis tribus suppositis. Aut substantia non dicit quid, siue quiditatem perfectionalem, sed tantum aliquid, idest suppositum, vel personam? siue vt est id quo pater in diuinis dicitur suppositum, siue persona, siue incõmunicabile, vt quo, & vt quod: & hoc modo substantia est quædam proprietas absoluta constituens personã in esse suppositali, siue personali. Et hæc littera clara est, vsque ibi. Ad illa, quæ secundo modo videntur esse cõtra eum responderet discurrendo per ordinem, quæ omnia prius soluta sunt.

D Bona. di. 25. q.1. & 26.

A D argumenta principalia. Ista argumenta clara sunt, & similiter responsiones: excepto, quòd respondendo mouet vnam difficultatem: quia dicit, quòd relationes originis, ideo constituunt personas, quia prius pullulant, quàm relationes communes, vt æqualitas, & similitudo, &c. Et arguit Docto. ꝙ istæ relationes communes prius pullulant, quia consequuntur essentiam.

¶ Respondet, ꝙ essentia diuina potest tripliciter considerari. Primo, vt quiditas, siue essentia. Secundo, vt quanta virtualiter. Tertiò vt qualis essentialiter. Et sicut identitas immediatè fundatur super quiditatem, siue immediate consequitur illam. Nam pater & filius dicũtur simpliciter idẽ propter essentiam quiditatiue sumptam: sic actio, siue productio immediatè consequitur quiditatem: quia actio propriè est a quiditate, vt à principio formali productiuo. vt supra patuit. dist. prima. quæst. secunda. Et quod talis quiditas dicatur tantæ perfectionis, vel tantæ: quodammodo accidit, scilicet quòd actio consequitur quiditatem in tali, vel tali quantitate virtuali.

Essentia diuina potest tripliciter considerari.

¶ Si dicatur. Nonne productio in diuinis ex hoc, est, quia essentia diuina eadem cõicatur filio, & Spũi sancto. vt supra patuit. d.2. parte. 2. Et tamen ꝙ ipsa sit communicabilis hoc est ratione suæ infinitatis. vt patet infra à Doc. d. vigesimaoctaua. ergo videtur

Instantia.

quòd talis productio immediatè consequatur quantitatem virtualem.

1 ¶ Dico, q prior est quiditas essentiæ non in re, sed tantum in conceptu: & quiditas, vt quiditas est simpliciter ratio agendi, & si illa quiditas sit perfectior erit in re perfectior ratio agendi: & illa quiditas dicitur perfectior in re cui competit gradus intrinsecus perfectionalis perfectior. Et quia quiditas essentiæ diuinæ sic se habet, q infinitas intensiua est eius gradus intrinsecus: & sic ipsa vt talis quiditas erit prior ratio agendi: licet in re ipsa essentia diuina, vt infinita sit principium formale productiuum, &c.

Difficultas. 2. ¶ Hic dubitatur: quia si illæ relationes, quæ prius intelliguntur pullulare sunt constitutiuæ: identitas, quæ immediate fundatur super quiditate essentiæ, tunc erit constitutiua.

Responsio. ¶ Dico, q non est simile, quia licet relatio identitatis fundetur super quiditate essentiæ: tamen non intelligitur fundari nisi prius essentia sit communicata: identitas enim requirit distinctionem extremorũ, & similiter possum de æqualitate dicere, q licet fundamentum æqualitatis sit magnitudo intensiua essentiæ, vt supra patuit d. 13. non tamen intelligitur esse fundamentum actu æqualitatis, nisi ipsa essentia, & magnitudine prius sit communicata: quia æqualitas requirit distinctionem extremorum æqualium, vt supra patuit d. 19. & clarius patet in quol. q. 6.

¶ Ibi. Contra, hæc responsio videtur supponere essentiam merè, vt est quid esse rationem communicandi in diuinis, &c.

Nota & bene. ¶ In hac responsione. Nota aliqua dicta. Primum, q essentia intelligitur prius ratio communicandi se, quàm intelligatur quanta, vel qualis: & rõ quia quiditas, vt quiditas est communicabilis, vt supra patuit d. 2. parte 2. q. 1. Secundum, q sicut ipsa præintelligitur ratio communicandi se, ita præintelligitur ratio producendi, & similiter ratio operandi. Tertium, q ipsa essentia, vt intellectus, idest vna cum intellectu, est principium operatiuum intellectionis, & productiuum notitiæ genitæ: & similiter, vt voluntas, idest vna cum voluntate est principium operatiuum amoris essentialis, & productiuum Spiritussancti: & hoc priusquam intelligatur quanta, modo prius præexposito. Sequentia clara sunt. Et sic finis huius distin.

Distinctio Vigesimaseptima.

Circa istam distinctionem vigesimamseptimam quæritur de verbo. Vtrum verbum creatum sit intellectio actualis?

Quæstio Prima.

Scotus 1. senten. dist. 27. q. 1.
D. Thomas 1 parte summæ. q. 34 Artic. 1.
Durandus 1. senten. dist. 26. q. 2.
Franciscus de Mayronis 1. sent. dist. 27. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 1. sent. dist. 27 q. 2.



TRVM verbum creatum sit intellectio actualis?

¶ Secundo, an verbum in diuinis dicatur proprium personæ genitæ?

¶ Tertio, an verbum diuinum dicat respectum ad creaturam? Et sic in ista distinctione ponuntur tres q. principales.

Opin. Henr. quol. 6. q. 1. AD primam q. Hic ponitur primo opin. Hen. & positio Hen. stat in hoc, q verbum creatum est notitia actualis non quæcunque: sed solum illa, quæ est declaratiua: & hæc causatur à notitia simplici: & vult quòd talis notitia declaratiua præsupponat ipsam notitiam simplicem: & conuersionem actualem super illam: ita quòd, primo ponit intellectum informatũ simplici notitia obiecti. Secundo ponit ipsum intellectum conuerti super notitiam simplicẽ, & habita huiusmôi conuersione gignitur notitia declaratiua ab ipso intellectu informato notitia simplici: ita q talis notitia declaratiua est actus conuersiuus, siue intellectio conuersiua: qua mediante ipse intellectus conuertitur super notitiam simplicem: & obiectũ cognitũ cognitione simplici: & super seipsum cognoscentem cognitione simplici: & sic tali cognitione cõuersiua propriè intellectus scit se cognoscere: & ideo ipsa est declaratiua notitiæ simplicis: & obiecti cogniti cognitione simplici: & ipsius intellectus informati tali notitia simplici, & hoc est, qđ dicit in sñia, quæ ẽt litera plixius. s. exposita est. d. 2. parte 2. q. vlti. vide ibi.

¶ Ibi. Huic conformiter respondetur ad secundã q. &c. Hic ponitur opi. Hen. vbi supra qui vult, quòd intellectus patris primo informetur quasi notitia simplici essentiæ. Sed hoc vide supra d. 2.

CONTRA istam opi. quantum ad primam q. Hic Doc. Arguit contra Hen. ex hoc, q Hen. vult, q intellectus sit mere passiuus respectu notitiæ simplicis: & mere actiuus respectu notitiæ conuersiuæ, & argumẽtum clarum est: quia non videtur, q eadem potentia sit actiua respectu vnius actus sci., & passiua respectu actus alterius. Quare enim potẽtia visiua dicatur tantum passiua respectu vnius visionis, & actiua respectu alterius: videtur impossibile, nisi supponatur duplex potentia.

¶ Ibi. Videtur ẽt inconueniens, q non possit habere aliquam actiuitatem respectu actus imperfectioris: & possit esse totale actiuum respectu actus perfectioris. Modo actus conuersiuus, secundum illos est actus perfectior intellectione simplici.

¶ Ibi. Quod postea additur, quòd intellectio actualis est ratio gignendi notitiam declaratiuam. Hæc argumenta patent in litera, & exposita sunt supra distinctione tertia, quæstione septima. vide ibi. Hæc etiam opin. clare improbata est supra distin. 2. parte secunda, quæst. vlti. Et sic patet improbatio positionis Hen. quo ad ea, quæ dicit respondendo ad primam quæst.

CONTRA etiam illud, quod dicit ad secundam q. videtur posse obijci.

¶ Hic Doc. improbat positionem Hen. quo ad secundam q. quæ etiam positio clare improbata est supra d. 2. parte 2. q. vlti.

¶ Ibi. Præterea. Aliqui dicunt conuersionem istã intellectus paterni esse quasi dispositionem materię, quod videtur incõueniens: quia materiæ dispositio non est perfectior, neque æque perfecta cum forma actiua agentis. Hæc autem conuersio est actus æque perfectus cum notitia simplici, vel perfectior.

¶ Item. Ista opin. quantum adhoc, quòd ponit intellectionem patris esse rationem gignendi verbũ improbata est supra distin. 2. quæst. vlti. Et quantum adhoc, quòd ponit intellectum patris esse illud de quo gignitur verbum improbata est vbi supra dis. 5. d. 12. & repeto vnum argumentum ibi tactum, quia intellectus, vt conuersus est alicuius suppositi, &c. Hoc argumentum factum est supra d. 2. q. vlti. Et ibi diffusè exposui hoc argumẽtum; ideo hic aliter non expono.

¶ Ibi. Respondetur, quòd sicut in generatione in creaturis est distinguere tria signa naturæ. Hic ponitur responsio Henrici, qui ad euitandum argumentum Doct. de intellectu patris, vt conuerso &c. dicit, quòd intellectus, siue essentia diuina potest tripliciter considerari, scilicet primo, vt est patris. secundo nude. tertio vt notitia genita: & exemplificat *Responsio Henrici.*

de

de generatione naturali. Et quòd verbum est de intellectu nude considerato; vt de principio quo, siue quasi materiali per impressionem. Et sic non sequitur quòd ipsum verbum sit formaliter in patre: & littera clara est.

¶ Et si contra hoc obijcitur, quòd non magis generatur de intellectu: vt est patris, quàm de intellectu, vt est filij, & Spiritussancti: negatur consequentia: quia est ibi duplex vt, vnum &c. Vult dicere Hen. quòd adhoc quòd intellectus, siue essentia diuina dicatur respectu verbi requiritur duplex vt, vt scilicet primo ipsa essentia sit sub proprietate patris, secundo consideretur nuda: ita quòd ipsa nude considerata non esset id de quo verbum generaretur per impressionem: nisi prius consideretur, vt sit sub proprietate patris: sicut materia aceti, non potest esse id de quo acetum generatur, nisi prius fuerit sub forma vini: & deinde consideratur: vt nuda: & tunc de ipsa generatur acetum. Non enim acetum potest immediatè generari ex quabbet materia prius existente sub alia, & alia forma, puta sub forma lapidis, vel ligni: nisi fierent multæ transmutationes. sic est in proposito, quòd filius in diuinis non potest immediatè generari de essentia diuina, siue de intellectu diuino, tanquam de principio quo per impressionem: nisi ipsa essentia diuina prius fuerit sub proprietate patris: & hoc est, quod dicit, &c.

¶ Additur autē, quòd decipiuntur aliqui arguentes contra istam opin. de quo quasi de materia, quasi imaginantes ibi esse distinctionem, quasi potentiæ passiuæ ab actu: quod non est verum sicut tenetur generaliter à quibusdam de attributis. Sed tantum sicut est ibi sapientia formaliter, & bonitas formaliter sine distinctione: ita ponitur ibi, quòd est vere impressio, & verè imprimens sine distinctione: distinctio enim ista est tantum per actus intellectus negociantis circa idem vnum, quod est in re.

Scotus contra Henricum. ¶ Ibi. Contra, ista generatio in creaturis videtur esse formaliter generatio. Hic Doct. arguit contra responsionem Hen. Et deducit ad aliqua inconuenientia. Primo, quòd si notitia genita est de essentia nude, vt de quasi materia: sequitur quòd ibi erit mutatio saltem secundum rationem. Per hoc enim ponitur in creaturis generatio mutatio: quia materia, vt nullius prius postea intelligitur sub forma geniti: & tunc in diuinis erit mutatio saltem in intellectu negociante, patet: quia si essentia consideratur prius, vt nuda: & vt quasi materia, & postea consideratur, vt est sub notitia genita per impressionem notitiæ genitæ, erit quasi mutatio. Si verò dicatur, quòd ista conuersio, & gignitio verbi est tantum per actum intellectus negociantis: sequitur, quòd verbum non erit persona realis, patet: quia productum reale non potest esse nisi mediante productione reali.

Pulchrum exemplum. ¶ Confirmatur ratio in eorum exemplo, & patet littera: posito enim quòd vinum non corrumperetur in generatione aceti, & quòd generetur acetum ex tali vino: adhuc erit vera mutatio: quia à priuatione aceti ad formam aceti: licet non concurrat ibi alia mutatio, scilicet à forma vini ad priuationem eiusdem formæ. ergo ita erit in proposito: quod illud inquantum est prius nullius: & ita sub priuatione termini ad quem: & post sub illo termino mutatur.

¶ Præterea. Si primo est patris. Secundo nullius. Tertio est filij: per hoc, quòd recipit notitiam illam impressam. ergo essentia diuina per hoc, quòd est filij est quasi potentiale recipiens formale filij, & est filij, vt est terminus formalis communicatus filio per generationem. sicut ostensum est prius. supra distinctione quinta, quæst. 2. ergo filius quasi dupli-ci modo habendi habebit essentiam: & sic filius erit bis Deus. vt supra expositum est. distinctione quinta, quæstione secunda. probando, quòd si essentia diuina est terminus formalis generationis, quod non possit esse materia, nec quasi materia respectu generationis vide ibi.

¶ Et quod additur de duplici vt: ex parte materiæ quasi ad illud vt quod, est ratio proximi susceptiui necessariò præexigitur illud, vt quod est eiusdem, vt sub forma ordinata ad formam generandam: videtur non esse per se in creaturis, patet: quia si poneretur materia illa, quæ est sub forma vini absque omni forma: & agens creatum posset agere in illud, sic à forma denudatum, ipsum esset proximum susceptiuum cuiuscunque formæ natæ imprimi in materiā puram: & per consequens secundum vt, sufficit præcisè in creaturis ad potentiam proximam: licet frequenter modo concomitetur ille ordo illud vt: quia nunquam materia est sine forma, & vt est sub forma non transmutatur indifferenter à quacunq; forma ad quamcunque formam per agēs creatum. Sed à determinata forma in determinatam formā. Sic in proposito videtur esse de essentia diuina: & patet littera.

¶ Ibi. Quod autem additur ad excludendum deceptionem, videtur esse dictum decepti: quia illud dictum videtur in se absurdum, & seipsum interimere: patet littera.

AD quæstiones istas igitur aliter respondeo. Hic Doct. Primo respondet ad primam q. de verbo creato. Et primo describit quid sit verbum creatum dicens, quòd verbum est actus intelligentiæ productus à memoria perfecta: non habens esse sine actuali intellectione: repræsentans verbum diuinum, propter illud enim Augustin. inquisiuit de verbo nostro.

¶ Hoc sic debet intelligi per constructionē intransitiuam, idest quod verbum in nobis est actualis intellectio producta à memoria perfecta repræsentans verbum diuinum, non quo ad omnia: sed quo ad aliqua scilicet quo ad hæc. Primo, quòd sicut verbum diuinum est productum à memoria fœcunda patris, vt à principio formali productiuo, & ab ipso patre, vt à principio quod, producente. sic verbum nostrum producitur à supposito: vt à principio quod: & à memoria perfecta existente in tali supposito: vt à principio quo formali productiuo. Secundo quod sicut verbum diuinum est declaratiuum memoriæ perfectę, vt supra exposui. d. a parte 2. q. vlti. sic, & verbum nostrum est declaratiuum obiecti relucentis in intellectu, quod est pars memoriæ. *In quib. conueniunt. & in quib. differunt verbum diuinū & humanū.* Est autem dissimile. primo, quia verbum diuinum est in se subsistens: nrm verò est tantum qualitas inhærens, quia actualis intellectio. Secundo, quia verbum diuinum non est intellectio actualis. Nam illa est cōis tribus suppositis: nostrum aūt est intellectio actualis. Tertio, quia verbum diuinum est perfectissime simile, & æquale patri producenti secundū omnem perfectionem: verbum autem nostrum non, patet.

¶ Ibi. Ex his apparet, quod verbum nihil est pertinens ad voluntatem, nec ad memoriam, &c. Hic Doc. ponit quinque opiniones de verbo nostro. Prima, quod verbum nostrū est actualis intellectio obiecti, & hæc est opi. Doc. Secunda quòd obiectum intellectum dr̄ verbum: & hæc est opin. Petri Aureoli, & Nicolai Boneti. Tertia, quod est species intelligibilis genita in intelligentia, idest in intellectu, siue recepta in intellectu: species dico intelligibilis genita de alia specie intelligibili in memoria, idest pertinet ad memoriam. Et hæc est opin. Egi. qui Egidius ponit duplicē speciem intelligibilem. Prima pertinet ad memoriam, idest quod ipsa vna cum intellectu dicitur me-

moria. Secunda est causata à specie intelligibili, quæ est pars memoriæ, vt supra patuit. distinct. .quæst.7. & hæc secunda est in intelligentia, siue recipitur in intellectu, & hoc vocatur verbum. Quarta est, quòd verbum est aliquid formatum; siue causatū ab actu intelligēdi, siue ab intellectione. & hæc est opi. S. Th. Quinta est, quòd ipsa eadem intellectio, vt passio dicitur verbum: quæ causatur à seipsa, vt actio, quæ opi. est Thom. vbi supra & vult dicere Thom. quòd intellectio, vt est ab agente dicitur actio: & sic non est verbum, vt autem recipitur in intellectu dicitur passio: & sic est verbum.

Opi. D. Thomæ vbi supra.

Opi. Egidij.

¶ Ibi. Non est autem verbum species. Hic Docto. improbat opin. Egi. quia dicit Egi. quòd verbum est species in intelligentia prior actu intelligendi. Dicit Doctor quòd est superfluum ponere talem speciem: quia ipsa non repræsentat perfectius obiectū, quàm species in memoria: & sufficit habere vnum perfectè repræsentans obiectum per actum intelligēdi. Quia autem non perfectius: probatur per Aug. 15. de trin. nihil plus in prole, quàm in parente, idest ꝙ parens, quæ est memoria: non plus repræsentat obiectum, quàm proles. Si accipiatur proles pro specie intelligibili secunda: & parens pro specie intelligibili prima: quæ est pars memoriæ: argumentum concludit contra Egi. quia vna illarum superfluit. Si verò accipiatur proles pro intellectione obiecti: & parēs pro specie repræsentante obiectum: tunc vadit contra Doc. qui suprà dixit. d.3.q.2. ꝙ actus intelligēdi perfectius repræsentat, quàm species intelligibilis: hoc autem non. Dico, ꝙ hæc auctoritas bene concludit contra. Egi. sed non contra Doc. quia Doc. posuit. supra d.3.q.6. speciem intelligibilem requiri ante actū intelligendi, vt per ipsam habeatur præsentia obiecti in ratione obiecti intelligibilis: licet intellectio actualis sit perfectior in repræsentando: non tamen per ipsam habetur obiectum in ratione obiecti intelligibilis: sed magis in ratione cogniti.

Cōtra Egidium.

¶ Ibi. Tunc etiam duæ essent species intelligibiles. Hoc est contra Egi. quia secundum ipsum duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto. modo istę species solum numero differunt, & sunt in eadem potentia: quia est idē intellectus, vt memoria, idest vt habens speciem intelligibilem, vt partem memoriæ, & vt in intelligētia, idest vt habens speciem intelligibilem causatam à priori, quæ species intelligibilis causata pertinet ad intelligentiam, vt patet supra secundū opi. Egidij. d.3.q.7.

¶ Ibi. Tum etiam habitus. Si ponitur habitus causatus ex frequentatis actibus esse principium immediatum actus sequentis est expressè contra. Egi. quia tunc actus intelligendi non posset tunc secundum ipsum esse ab habitu, sed à specie intelligibili: & tunc certum est, ꝙ actus intelligendi sequens habitum est perfectior, & sic perfectius verbum, vt patet. supra dist.17.

¶ Ibi. Nec habens habitum. Nam certum est, ꝙ potentia habituata est magis in potentia accidentali, siue propinqua ad agendum, etsi potentia habens habitum non posset in actum per illum habitum: non diceretur magis in potentia propinqua, quàm prius. Si ergo secundum Egi. requiritur forma prior ipsa operatione: puta species intelligibilis alia ab habitu: tunc per habitum potentia non esset in potentia accidentali, siue propinqua ad agendum, qđ est falsum.

¶ Ibi. Nec ista species in intelligentia. Quia Egi. alibi ponit, quòd actualis intellectio nihil aliud est, nisi species intelligibilis, vel causata ab obiecto præsente intellectui, vel ab alia specie intelligibili repræsentante obiectum, vt patet supra distinctione 3.q.7. in sexta opin. sequitur, quòd cum actualis intellectio saltem secunda subsit imperio voluntatis, quòd talis species intelligibilis non posset poni gigni naturaliter, nec etiam libere, patet: quia si hic Egidius ponit formam priorem ipsa operatione: patet quòd illud quod subest imperio voluntatis est tantum actualis intellectio.

Tria hic tanguntur.

¶ Ibi. Nec ipsum obiectum. Hic tanguntur tria. Primum, quòd obiectum in se; non est aliquid productum virtute memoriæ. Secundum, quòd etiam nec ipsum obiectum, vt habet esse in memoria, idest vt relucet in specie intelligibili, non producitur virtute memoriæ, hoc est virtute intellectus, & speciei intelligibilis: vt patet. Tertium, nec etiam obiectum, vt habet esse in intelligentia, idest vt actu intelligitur. non gignitur in se, & si dicatur gigni in esse cognito, siue in esse secūdum quid, hoc erit per aliquid prius genitum vere, & realiter in quo habet esse tale. hoc est si obiectum dicitur gigni in esse cognito: hoc erit per cognitionem actualem vere genitam, à qua denominatur denominatione extrinseca habere esse cognitum. Cum ergo de ratione verbi sit, ꝙ sit vere genitum virtute memoriæ obiectum non erit verbum, sed magis intellectio actualis.

¶ Ibi. Nec etiam est terminus aliquis productus per intellectionem. Doc. dicit hic, ꝙ intellectio non est actio productiua alicuius termini: tunc enim impossibile esset, &c.

Apparēs contradictio.

¶ Pondera dictum Doct. Nam supra dixit d.3.q. vlt. in solutione vlti. argumenti. & d.17. quòd intellectio potest esse principium formale productiuum habitus. Hic autem dicit, ꝙ non potest esse productiua alicuius termini.

Solutio.

¶ Dico non est contradictio: quia Docto. hic dicit, quòd intellectio non est actio de genere actionis productiui, &c. & hoc verum est, vt supra patuit. distinctione 3.q. præallegata, & tunc sequitur, quod dicit. Non autem negat, quin ista sit principium formale productiuum habitus.

Obiectio.

¶ Si dicatur, saltem vna intellectio potest producere aliam, & alia producta dicitur verbum.

Solutio.

¶ Hoc nihil est: quia tunc non esset maior ratio de vna, quàm de alia, vt diceretur verbum. Et vltra, aut produceret intellectionem eiusdem rationis, aut alterius. Sed nec hoc, nec illud, vt alias videbitur.

¶ Ibi. Improbatur etiam hæc via. Istæ improbationes claræ sunt. Nam quinta, & quarta via concordant, ꝙ verbum est productum per intellectionem: contra quas arguit Doct. quia tunc intelligentia gigneret verbum, & non memoria: accipitur hic intelligentia pro intellectione actuali.

Hen. quolib. 2.q.6.

¶ Ibi. Sed restat dubitatio vlterius vtrum quælibet intellectio actualis sit verbum. Ad hoc dicitur, quòd non, &c. Hic dicit Hen. quòd intellectio illa actualis (vt declarat) dicitur verbum: vt patuit. supra quia voluit ipse, quòd intellectio conuersiua super intellectionem simplicem: super obiectum intellectum intellectione simplici: & super intellectum intelligentem notitia simplici, & sic ista notitia, vt declaratiua notitiæ simplicis: & obiecti, & intellectus, dicatur verbum.

Improbatur Hen.

¶ Ibi contra hoc arguitur. Dando instantiam contra ipsum: quia intellectio patris in diuinis est declaratiua obiecti, & potentiæ, & tamen non dicitur propriè verbum: patet, quia ipsa est cōis tribus. Verbum aūt in diuinis ꝓpriè sumptū est propriū scdæ psonę.

¶ Ibi. Similiter verbum declarat se. Hic Doctor supponit, quòd verbum diuinum non tantum dicat relationem rationis: puta declarantis ad declaratum. Sed dicit relationem realem ipsius geniti, siue verbati ad ipsum generantem, siue verbantem, siue exprimentem, vt patebit. quæstione secunda, & tamen relatio declarantis ad rem declaratam, in

diuinis est relatio rationis: maximè quando illud declarat seipsum: Cum ergo verbum in diuinis per Augu. sit declaratiuum sui: ergo si talis notitia, vt declaratiua diceretur verbum: tunc verbum non diceret relationem realem ad personam exprimentem, quod est inconueniens. Et vltra. Si ad rationem verbi sufficeret hoc, quòd esset notitia declaratiua: cum talis notitia sit formaliter in patre: tunc verbum propriè esset formaliter in patre: quod est falsum.

IBI. Aliter dicitur quantum ad istum articulum. Ista opinio dicit, quòd verbum est notitia actualis non quæcunque, sed illa, quæ est terminus inquisitionis notitiæ inquisitiuæ: ita quòd est necesse primo intellectum habere notitiam inquisitiuam qui quodammodo sit causa notitiæ inquisitiuæ: & illa inquisita dicitur verbum. Et probat August. Sed ista probatio nulla est. vt patet infra quia etsi Aug. ad habendum verbum perfectum, idest notitiam quiditatiuam rei ponat prius intellectum inquisitiuum, vt scilicet prius cognoscat communiora: deinde diuidendo vltimate cognoscat sub ratione propria: hoc ponit propter imperfectionem intellectus, & vult ipse, quòd quot sunt cognitiones, tot sint verba: si imperfectæ imperfecta verba: si perfectæ perfecta verba, & non vult, quòd inquisitio sit de ratione verbi.

¶ Ibi. Contra istud arguitur sic. Ista quatuor argumenta contra istam opinionem sunt clara, & probant, quòd potest fieri perfectum verbum actualiter absque hoc, quòd præcedat talis inquisitio. vt patet intuenti.

IDEO istis opin. omissis. Hic Docto. dicit tria. Primum, quòd non quælibet intellectio actualis est verbum: hoc tantum est verum in diuinis: loquendo de verbo propriè sumpto, prout scilicet dicit relationem realem ad personam exprimentem per intellectum. In creaturis verò omnis intellectio actualis est verbum: quia omnis talis est genita à memoria. Secundum, quòd notitia actualis genita in creatura, quæ est cognitio imperfecta seu confusa obiecti, dicitur verbum imperfectum. Tertium, quòd notitia actualis obiecti perfecta, & distincta dicitur verbum perfectum.

¶ Et cum dicit Doct. infra ibi. Primum istorum, quod primo declarat: debet referri ad secundum dictum: & secūdum, quod secundo declarat: debet referri ad tertium dictum ibi. Imperfecta autem de imperfecta:

Duplex memoria. ¶ Nota hoc, quòd memoria est duplex prima est intellectus, & obiectum præsens in propria existentia: vel eminenter contentū in alio obiecto perfectè præsente in propria existentia, vt patuit supra d. 8. q pen. Et quanto obiectum est perfectius præsens, modo præexposito: tanto memoria perfectior, & à tali memoria in creaturis paritur notitia intuitiua: quæ dicitur verbum perfectum. Secunda est intellectus, & præsentia obiecti non in se, sed in specie intelligibili, & ex tali memoria paritur notitia abstractiua, quæ dicitur verbum, & hæc memoria habet gradus. Aut enim species intelligibilis repræsentat obiectum distinctum, & sub ratione propria: & tunc est memoria perfecta: & ab illa paritur notitia perfecta, quæ dicitur verbum perfectum. Aut repræsentat obiectū confusè, & quāto magis confusè tāto imperfectior: & quanto minus confusè tanto perfectior: & sic secundum perfectionem memoriæ causatur verbum perfectum, vel minus perfectum. Et hoc est, quod dicit hic.

¶ Probat ergo Doc. ꝙ notitia genita à memoria imperfecta, dicitur verbum ibi. Omne, quod notū est verbum dicitur, i. omnis notitia obiecti dr̄ verbū impressum animo, sequitur. Quamdiu de memoria diffiniri. Hoc debet referri ad notitiam distinctam, vt patet infra Ibi. Igitur nec interest quando illud dedicerit, i. nō interest an intellectus sciat aliquid inquisitiue, aut non inquisitiue: quod patet sequitur. Aliquando enim statim, vt discit hoc dicit, idest ꝙ intellectus aliquando exprimit illud, quod cognoscit de obiecto, & hoc statim, siue cognoscat confusè, siue distinctè.

¶ Ibi. Et breuiter quæcunq; differentia. Dicit Docto. ꝙ quamuis vna notitia sit imperfectior: puta cōfusa, quæ statim habetur sine inquisitione, & alia sit perfectior: puta distincta, quę habetur communiter per inquisitionem, vt exponit infra non tamen inter istas cognitiones est differentia formalis: sic ꝙ vna dicatur verbum, & non alia. Immo vtraque est verbum. Sed vna dicitur perfectius verbum.

¶ Ibi. Et tunc si obijciatur. Hic Doc. notat aliqua. Primum, quòd motus est necessarius adhoc, vt inducatur forma imperfecta, & tamen non erit causa formæ perfectæ, vt patet de se: & simpliciter adhoc, vt ignis inducat formam substātialem ignis in materia ligni, oportet prius inducere dispositiones contrarias dispositionibus ligni: puta inducere caliditatē, siccitatem, & huiusmodi & tamen istæ formæ inductæ non sunt causa productiua formæ ignis in materia ligni. vt patet in 4. dis. 11. vel 12. Sic est de inquisitione. Secundum ibi. Et sic secundum hoc ponitur iste ordo. Et hic ordo satis clarus est: maximè ex præhabitis supra distinctione tertia, quæstione 1. 2. 6. & 7.

¶ Ibi. Vltimum dubium istius quæstionis. Dicit Doc. hic quærendo: an ad hoc, ꝙ aliqua notitia dicatur verbum, requiratur necessariò, ꝙ sit imperata à voluntate, vel requiratur, ꝙ voluntas complaceat in illa: puta detinendo intellectum in cognitione talis obiecti: & hoc est, quod dicit. vel voluntate agente, idest imperante, vel copulante eam: supple notitiā memoriæ, idest detinente intellectum in cognitione obiecti relucentis in memoria: & hoc est voluntate complacere in tali notitia. *Vltimum dubium.*

¶ Ibi. Et respondet: non omnia, quæ quoquomodo tangunt, idest quòd non omnia, quæ quoquomodo tangunt, idest mouent intellectum cōcipiuntur, idest dicuntur concepta, siue verba. Sequitur. Sed aliqua vt tantum nota sint. Supple mouent non tamen verba dicuntur, sicut illa de quibus nūc agimus: supple verba. & probat, quòd non omnia, quæ mouent dicantur verba, de quibus hic agit. Sequitur: aliter enim dicuntur verba, quæ spatia temporum sillabis tenent, vt verba grammaticalia, &c.

¶ Ibi. Veruntamen cum illa, quæ odimus. Hoc totum clarum est: & vult Doct. quòd nō est de ratione notitiæ adhoc, vt dicatur verbum, ꝙ sit imperata à voluntate, vel quòd voluntas complaceat in illa detinendo intellectum in cognitione talis obiecti. Immo si intellectus cognosceret aliquid voluntate non imperante, nec copulante (vt supra dixi) talis cognitio diceretur verbum. Veruntamen quia intellectus noster est imperfectus pro statu isto: & diuersa phantasmata diuersimodè excitant species intelligibiles: vel causando illas partialiter. vt patuit supra distinctione tertia, quæstione penulti. vel quodammodo excitando, & sic illæ species diuersimodè mouent, modo vna, modo alia: secundum quòd phantasmata magis, vel minus excitant, vel imprimuntur, vt satis diximus. supra distinctione tertia, quæstione sexta, & septima. Ideo requiritur voluntas, quæ imperet intellectui, vt inquirat perfectam cognitionem obiecti, detinendo illum intellectum in tali inquisitione: & habita cognitione perfecta requiritur voluntas, quæ complaceat cognitioni tali, & *Intellectus noster est imperfectus pro statu isto, ideo requiritur voluntas, vt imperet intellectui.*

obiecto cognito: requiritur dico, vt detineat intellectũ in tali cognitione: & hoc est, quod dicit Paulus. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritusancto, idest ex amore

AD argumenta huius quæstionis. Ad primum. Cum dicit, quod species carthaginis est verbum. Si accipit speciem intelligibilem, quæ est pars memoriæ esse verbum: tunc debet intelligi causaliter, idest ꝙ talis species vna cum intellectu est causa productiua ipsius verbi. vt satis patuit. supra d. ,.q.6 7.& 8.& d. 17 Si verò accipitur species carthaginis pro similitudine carthaginis: quę similitudo potest esse actualis intellectio: tunc cum dicit species carthaginis est verbũ, idest intellectio carthaginis, quæ est perfecta similitudo carth g nis dicitur verbum. Nam actus intelligẽdi est similitudo obiecti, vt patet supra d.3. q.vlt & alibi.

¶ Ibi. Ad secundum argumentum factum clarum est. Et vult inferre, quòd licet conceptus vox, & scriptura significent eandem rem ordine quodã: tamen ipsa vox licet nõ significet conceptum, siue verbum: tamen primo repræsentat ipsum conceptum, quàm significet rem, & sic debet intelligi Aug.

¶ Ibi. Ad tertium, patet ex superioribus, & ex glo. facta. d.3.q.vlt. in solu. vlti. argu.

AD secundam quæstionem dico. Vult dicere in sententia, ꝙ verbũ in diuinis propriè sumptum significat relationem ipsius terminatam ad patrem terminantem ipsum verbum per modum intellectus: quia principium formale productiuũ verbi est memoria fęcunda: & hoc modo verbum est proprium filij. Et quod dicit, quòd si filius accipiatur denominatiuè; significat filiationem per modum denominantis suppositum relatiuum; & tunc adiectiuè filius idem erit, quòd genitus: sicut pater adiectiuè accipitur pro generante. Si verò accipiatur subiectiuè, vt puta pro persona illa: tũc significat relationem cum tali subsistente, & non per modum denominantis: vt satis pa e supra distin.5. quæst.1. Hoc idem dico de verbo, & in re simpliciter idem sunt verbatio passiua, siue expressio passiua per modum intellectus: generatio passiua, & filiatio, & sic verbum filius, & genitum sunt idem, sed differunt quo ad connotata. Nam ista tria significant simpliciter idem, scilicet relationem realem ad personam producentem. Sed filius connotat naturam viuentem: quia propriè filius est viuentis à viuente. Verbum connotat notitiam actualem cuius est talis expressio. cætera patent ex superius habitis. distinctione secunda, & quinta.

Filius potest accipi denominatiuè, & subiectiuè.

Quid sit propriè filius.

AD argumenta. Cum primo, &c. Bene concludit in nobis, quòd verbum est notitia cum amore, quia communiter, vt in nobis nõ potest haberi perfecta notitia, & distincta obiecti, nisi voluntas imperet intellectui, vt inquirat huiusmodi notitiam, & vt vltimate eliciat: & hoc est imperfectionis intellectui nostro, quòd statim non possit haberi notitia genita, vt glosaui supra voluntas autem diuina non habet notitiam genitam, vt imperatam, vt patet. supra distinct.6.

¶ Ibi. Ad aliud de 15. de tri Hic Docto. dicit duo. Primum, quòd ex quo verbum perfectum est notitia genita: intellectio patris, quæ est formaliter in ipso, non est verbum: cum non sit notitia genita. Secundum, ꝙ accipiẽdo verbum impropriè, vt est notitia declaratiua, & quasi genita: sic notitia, quæ est formaliter in patre, & in filio, & in spiritusancto, potest dici verbum.

IBI. Ad tertiam q. quasi in principio. Dicit Hen. in sententia, ꝙ verbum diuinum non tantum includit relationem regularem ad patrem, sed ẽt includit relationem ad creaturas: quia dicit respectum declarantis ad creaturam declaratam.

Henricus quodlib.6.q.1.

¶ Ibi. Declaratur istud. Cum dicit de dono. Vult dicere, quòd Spiritussanctus ex quo dicitur donum, relatio ipsius aptitudinalis pertinet ad proprietatem Spiritussancti, non actualis, sic pariformiter de verbo.

¶ Ibi. Contra istud. Hic intendit probare Doct. ꝙ nulla persona includit aliquem respectum ad creaturam, vt sibi propriam, & quod dicit de dono vide infra in additionibus. d.18.

¶ Ibi. Tamen propter auctoritatem Aug. est sciendum, ꝙ donum potest multipliciter accipi. Similiter ibidem. Respondeo primo ad rem in se. secundo ad intentionẽ Aug. & ibi clarum est, qđ hoc dicit Doc.

Donum potest multipliciter accipi.

¶ Non est ergo difficultas de re an, scilicet verbum dicat aliquam relationem propriam ad creaturas: quia in re omnis respectus Dei ad creaturam est cõis tribus, & singulariter Doc. hoc probat in d.1.q.1. est e go vis de hoc nomine, verbum. An supple formaliter significet respectum ad creaturam. & hoc dicit multa. Primũ, ꝙ relatio verbi expressi ad exprimentem est alia à relatione verbi declarantis ad rem declaratam. prima est realis, secunda tantum rationis. Siue verbum dicit respectum declarantis ad creaturam declaratam, siue ad exprimentem declaratum, siue ad seipsum, vt declarantis ad declaratum, & semper est relatio rationis. Secundum ex quo relatio rationis, & realis non faciunt vnum conceptum per se verbum, vt dicit hanc duplicem relationem non significat vnum conceptum per se. Tertium verbum diuinum propriè significat relationem realem expressi ad exprimentem: & cõnotat notitiam, & quia talis notitia est communis tribus: & ipsa est declaratiua omnium obiectorum, quæ cognoscuntur per illam: verbum ex cõsequenti connotat huiusmodi relationem rationis. Et sicut connotat illam notitiam essentialem, non vt proprium, sed vt appropriatum, sic etiam connotat illam relationem rationis, non vt proprium, sed vt appropriatum. & hoc est, quod intendit hoc Doc.

¶ Ibi. Ad illud pro opinione.

¶ Vult Doc. ꝙ melius interpretatur, logos, græce per verbum latinæ, quàm per rationem: quia verbũ ꝓpriè diuinum (vt dixi) significat relationẽ expressi ad exprimentẽ: & connotat relationẽ rationis ad declaratum: rõ autem nõ: & ideo melius interpretatur logos per verbum, q̃ per rationem, & sic tm̃ habetur ꝙ verbum significat, & connotat mõ præexposito. Et ꝙ non dicat relationẽ rõnis ad creaturã sibi proprium, vt dixit Hen. & hæc est intentio Aug. cum dicit, ꝙ per verbum nõ solum significatur respectus ad patrem, sed ad illa ẽt, q̃ per verbũ facta sunt operatiua potentia. i. mediante potentia operatiua, vt principio formali productiuo. Et cum dicitur hoc, ꝙ ẽ significatur respectus ad illa, &c. Debet intelligi sic, ꝙ verbum significat respectum ad p̃rem, & cõnotat respectum ad illa, &c Et potẽtia operatiua patris nõ dicitur propriè verbũ, ita ꝙ pater ipso verbô, vt potẽtia operatiua, dicatur operari; quia sic pater est potentia operatiua, sicut & verbum: sed debet intelligi, ꝙ verbum sit potentia operatiua patris appropriate tantum: & de hoc in secundo. d.1.q.1.

Verbum diuinum, significat relationem.

¶ Ibi. Si autem aliter. s. intendat, &c. Vult dicere, ꝙ si etiam Aug. intẽdat, quòd verbum significet istum duplicem respectum: dicit Doc. ꝙ etiam hoc admittendo: verbum significabit primum respectum. s. relationem, vt proprietatem filij: & alium respectum tantum significabit, vt appropriatum.

¶ Ibi. Cum additur postea. Hæc littera patet hic, & supra in glo. de dono, quæ remittit, &c.

CONTRA aliqua dicta Doc. in q.1.d. præsentis. Videlicet contra hoc, quòd verbum nostrum sit actualis intellectio obiecti, Et arguit sic Ioannes

Ioannes Anglicus lib.1.d.27.

Anglicus

Anglicus Bacchonis. Verbum secundum omnes, est terminus actus dicendi: sed intelligere, vel actus intelligendi non est huiusmodi: quia actionis terminus non est actio. vt patet à philosopho quiorо phy. co. tex. commen. 10.

¶Item. Quicumque intelligit actu intelligendi intelligit. Si ergo intelligere esset verbum: pater in diuinis intelligeret verbo: & ita esset verbo vt deducit Augu. 7. tri. c. 9 de patre.

Responsio ad angli. ¶Responde ur ad Ioannem & conceditur quòd verbum est terminus actus dicendi: & negatur quòd intelligere in nobis non sit huiusmodi immo verbum quod est actualis intellectio dictione dicitur. Nam ipsum præcedit productio, quæ vt terminatur ad intelligere dr dictio: & hoc patuit supra à Sco. d. 3. q. vlti. respondendo ad vltimum argumentum principale: & hoc idem patet in qnoli. q. 13.

¶Ad secundum concedo q actu intelligendi intelligimus, & per consequens verbo. Cum infertur, ergo pater in diuinis intelligit verbo. Dico q si accipiatur verbum pro intelligere illo intelligit formaliter, vt supra patuit. Si vero accipiatur pro persona producta, quæ dicitur verbum: pater tali verbo non intelligit & sic debet intelligi Augu.

Idem angl. ITEM Idem Ioã. Vbi supra arguit probando q intelligere non sit qualitas absoluta. vt dicit Scotus in primo d. 3 q 9. & in quolibetis. q. 13.

¶Primo arguit ex dictis Sco. quia suprà d. 3. q. vlti. dicit Doct. q intelligere non est proprie actio de genere actionis: quia deficit sibi ista conditio scilicet habere terminum productum, cum sit finis: eadem ratione dicetur quòd non est qualitas: quia habet vnam conditionem quæ non conuenit qualitati scilicet habere obiectum circa quod.

¶Secundo si ex hoc non est actio, quia non habet terminum productum. ergo philosophus nono metha. tex. com. 16. male diuidit actionem in actionem cuius est aliquid operatum, & in actionem cuius nõ est aliquid operatum. sed ipsa est finis. Probatur consequentia: quia vtrumque diuidentium includitur in natura diuisi.

¶Tertio philosophus. 10. ethi. c. 3. dicit q non sequitur si delectatio non est qualitas, propter hoc nõ est bonum, vt quidam inferebant: quia nec operationes virtutis sunt qualitates nec felicitates, & tamẽ sunt bona. Vnde Com. ibidem com. 3. Quædam bona non entia qualitates induxit sed nõ virtutẽ: operationes autẽ bonæ quidẽ sunt qualitates autẽ nõ sunt.

¶Specialiter arguit q non sit in prima specie qualitatis (vt tenet Sco. in quolĩ. q. 13) Quia in prima specie ponuntur tantum actus primi patet quia si ibi essent actus secundi: superflue philosophus. 7. phi. tex. com. 17. probaret specialiter processum q ad ea quæ sunt in prima specie qualitatis non est motus sicut specialiter processum in 5 phi. tex. com. 10. probauit q ad actum secundum scilicet actionem non est motus. sed vna esset probatio vtriusque.

Responsio ad argu. Ioan angli. ¶Respondeo ad primum. quòd intelligere nõ includit formaliter, & quiditatiue relationem ad obiectum, vt ad terminum, licet concomitanter: & ideo intellectio absolute sumpta erit verũ ens absolutum actio verò formaliter & quiditatiue includit hæc q est esse ad terminum productum: & sic non est simile. Et q intellectio non includat formaliter talem relationem ad obiectum: patet à Sco. in quolibetis. quæst 13.

¶Ad secũdum Dico quòd Arist. nõ diuidit actionem proprie dictam in actionem cuius est aliquid operatum, & in actionem cuius non est aliquid operatum: tanquam superius in inferiora: sed magis æquiuoci in æquiuocata. Accipit ergo actionem cuius est aliquid operatum pro factione proprie dicta & non pro actione proprie dicta: vt patet ibi in textu, & in commento Aedificatoria inquit est in illo quod ædificatur: & textoria in illo quod texitur. oia vero quæ non habent aliam operationem præter actionem: actus est in eis, vt consideratio in considerante &c. Et Commentator idem exprese.

¶Ad illud de 10. ethic. dico quòd intendit ibi tantum de qualitatibus in esse quieto. Cum dicit neque virtutis operationes qualitates sunt. vt glossat Sco. in q. 3. quolib. vide ibi circa finem tertij articuli: vbi ostendit quòd philosophus tãtum intelligat de qualitatibus permanentibus in esse quieto.

Primo. ¶Datur alia responsio, q operationes virtutis dicuntur actiones electiuæ operationum propriè dictarum: & illæ actiones bonæ sunt: quia generatio boni est bona: illæ autẽ operationes actiones non sunt qualitates. sed proprie sunt de genere actionis: & hoc patet à Commentatore sic dicente. Siquidem operatio motionis motio autem non est qualitas. hæc ille. Hæc responsio ponitur à Scoto ubi supra.

¶Ad illud quo probat, quòd non sit in prima specie qualitatis. Dico quod ista est falsa: quòd actus secundus non sit ibi, quamuis sit immanens. Et quomodo tales actus dicuntur in prima specie qualitatis. vide Sco. ubi supra expositionem textus philosophi & omnia ibi erunt clara, & aperta &c.

Distinctio Vigesimaoctaua.

In qua Magister agit de Proprietatibus constitutiuis. Quæritur. Vtrum. Ingenitum sit proprietas Patris.

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauentura primo sententiarum distinctione 28. q. 3.
Alexander Alensis prima parte summæ quæstione 69. membro 3.
Scotus primo sent dist 28 q 1.
D. Thomas. 1. parte summæ q. 33 art 4.
Ricardus 1. sent. dist. 28 q 2.
Durandus primo sent dist 28. q 2.
Franciscus de Mayronis in 1 sent. 28 q. 1.



CIRCA vigesimam octauam distinctionem quærit Doct. Vtrum ingenitum sit proprietas ipsius patris?

IBI Quantum ad primũ dico, quòd Arist. 5. meth. tex. cõ. 17. assignat multiplicitatem potentiæ. Primo in abstracto. Secundo in concreto. Nam potentia primo accipitur pro potentia actiua, siue transmutatiua Secundo pro potentia passiua, qua aliquid natum est trãsmutari Tertio pro potentia benefaciendi, siue bene agendi Nã differunt agere, & bene agere. Quarto pro potentia, qua aliquid est potens resistere: sicut patet de corpore forti, quod est potens resistere infirmitatibus. In concreto applica tu: & sicut potẽtia, siue potens his quatuor modis accipitur i ita impotens, vt est priuatio potentiæ potest accipi his quatuor modis

¶Dicit ergo Docto. quòd dictio composita ex aliquo multiplici, & particula priuatiua: sicut impotentia, quæ componitur ex potentia, & priuatione, est dupliciter multiplex: patet quia potentia accipitur quadrupliciter: & similiter impotentia, siue priuatio illa quadrupliciter. & tunc applica ad inge-

Negatio de se nõ est absoluta.

¶Ad secundum concedo. Hic nota tãtum vnum, scilicet quòd negatio de se non est absoluta, neque respectiua, cum nihil sit. posset tamen dici absoluta quando opponitur affirmationi absolutè: vt cum dico homo non est asinus, quæ opponitur affirmationi: puta asino: aliquando respectiua, quando opponitur affirmationi respectiuę, sicut ingenitum opponitur genito. Cætera patent.

Quæstio Secunda.

Queritur secundo, Vtrum innascibilitas sit proprietas constitutiua personæ in diuinis?

Seraphycus Bona. lib. 1. dist. 27. q. 2. & 28. q. 1. Scot. 1 sent. dist. 28. q. 2.

D. Bon. lib. 1. sent. dist. 27. q. 2. & dist. 28 q. 1 dist 13. q. 1



ECVNDO quæritur. Vtrum innascibilitas sit proprietas constitutiua personæ in diuinis.

AD quæstionem secundam videtur posse dici. Ista opi. quæ non est Doct. dicit in sententia, quòd ingenitum vt dicit negationem vere producti constituit primam personam in esse personali: & probat supponendo. Primo quòd essentia sit alicui actu communicata: nam actu communicatur filio per generationem & spiritui sancto per spirationem: non filio præexistenti: sed sic dicitur communicari, vt filius habet esse perfectionale per istam: vt declaratum fuit supra. d. 5. q. 2. dubio quarto. Secundo supponit quòd ipsa essentia est in aliquo actu non communicata: hoc est non est in illo per aliquam productionem, & sic est in patre ex semetipsa. Tertio supponit quòd generatio actiua, & paternitas sunt idẽ, & sunt in persona patris per respectum ad filium: & sic paternitas & generatio actiua præsupponunt ipsam personam primam: & sic non constituunt ipsam in esse personali. ergo aliquid prius illis constituet personam patris, & illud tale videtur esse ingenitum. Et sic cõstitutum ex essentia diuina & negatione huius quod est esse productum cõstituitur prima persona. & hoc est quod dicit ista opi. in sententia. Et confirmatur per Aug. quia si pater non genuisset, adhuc esset ingenitus: & sic ingenitum, prius in est, quàm generatio actiua, siue paternitas.

¶Ibi. Præterea. in omni ordine essentiali. Dicit ꝙ si. a. sit productum a. b. & ipsum. a. producat. c. a prius habet respectum ad b. quàm ad ipsum. c. patet quia ipsum. a. prius intelligitur habere esse a. b. quã itelligatur producere. c. sicut ergo affirmatio respectus. a. ad b. est prior affirmatione respectus. a. ad c. sic si. a. non esset productum prior esset respectus, siue negatio ad non producens, quàm respectus ipsi. a ad productum. ergo cum pater non sit productus, siue persona patris non sit producta: prius habet negationem ad non producens, quàm habeat respectum ad filium productum. ergo in tali priori. erit persona patris prior respectu ad filium: & sic erit vere constituta ex essentia & tali negatione, quæ est non esse producta.

CONTRA istam viam. Quia hæc via dicit ꝙ vltimum constitutiuum primi suppositi in diuinis est negatio modo exposito. Doct. contra hoc arguit. Primo quia constituens aliquid in esse personali est simpliciter incommunicabile, vt conceditur ab omnibus. Sed negatio aliqua ex sua ratione non est incommunicabilis: quia nec de se est vna, vel plures. & si aliqua dicatur incommunicabilis hoc erit propter aliquod positiuum in illa. Exemplum. Non finitum est negatio finitatis, vt soli Deo competit: & etsi sic dicitur incommunicabilis creaturæ: hoc nõ erit ratione negationis quòd scilicet competat soli Deo: sed propter aliquod positiuum, quòd tantũ competit Deo, puta infinita perfectio. Similiter dicimus, quòd indiuiduum signatum puta hæc albedo est incommunicabilis vt quod. Hæc negatio puta nõ communicari vt quod, dicitur hoc modo incommunicabilis: non ratione sui, sed ratione hecheitatis: quę est ratio formalis, vt hæc albedo sit incommunicabilis, vt quod. Si ergo negatio aliqua non potest dici incommunicabilis vt quo, & vt qd, nisi propter aliquod positiuum, quod est ratio incommunicabilitatis vt quo, & vt quod. Cum ergo ingenitum dicat negationem geniti: illa negatio si est incommunicabilis: erit propter aliquod positiuum. detur illud. Si essentia? hoc non: quia essentia de se est communicabilis tribus. si aliqua proprietas incommunicabilis, siue sit absoluta, siue respectiua? habetur propositum, quòd negatio illa non cõstituet personam: quia non inest, nisi personæ constitutæ. Alia argumenta sequentia clara sunt.

Negatio nõ constituit personam.

SED oritur mihi difficultas. Ex quo enim negatio non est ex sua ratione formali incommunicabilis, nec vt quo nec vt quod, & sic non est ratio constituendi aliquid in esse suppositi, vel personali: quo modo persona creata constituitur in esse personali, vel suppositali per negationem? Ideo quidam vult deducere Doct. ad contradictionem dicens Doct. supra. d. 3. d. 23. dicit quòd suppositum creatum dicit tantum negationem duplicis communicabilitatis vt quo & quod: & in tertio expresse. d. 1. q. 1. dicit quòd suppositum dicit negationem duplicis dependentię actualis & aptitudinalis. in quolibetis in quæstione, qua quæritur, an angelus possit informare materiam, in quarto & in secundo & alibi. Et hic dicit quod negatio ex se nõ est incommunicabilis, nisi propter aliquod positiuum. ergo si ista duplex negatio inerit supposito & non sit à se incommunicabilis. ergo inerit sibi propter aliquod incommunicabile positiuum, quod erit ratio communicabilitatis vt quo & vt quod: ergo suppositum creatum constituitur in esse per aliquod positiuum. ergo contradicit sibi.

¶Præterea. Hic dicit in secundo argumento ꝙ negatio non potest esse propria alicui, nisi propter aliquod positiuum proprium in illo: sicut negatio finitatis non potest esse propria Deo, nisi per aliquod positiuum in ipso proprium sibi. Hoc idem Doct. in d. 3. q. 1. & ex intentione. d. 23. primi. hoc idem & in tertio. d. 1. q. 1. Et expresse in quolibetis. ergo si negatio duplicis communicabilitatis, vel duplicis dependentiæ actualis, & aptitudinalis erit propria alicui supposito: hoc erit propter aliquod positiuum in illo, non propter naturam: cum illa sit communis, non propter hecheitatem: cum illa sit communicabilis vt quo. vt patet à Doct. d. 2. d. 26. primi. in tertio. d. 1. q. 1. & in quolibetis & q. præallegata & alibi. ergo erit propria propter aliquod aliud positiuũ quod erit proprium illi, quod erit ratio incommunicabilitatis, vt quo & vt quod.

¶RESPONDEO quòd si Doctor determinatè, & assertiue diceret personam creatam constitui in esse personali per solam negationem, & ex alia parte diceret quòd negatio quælibet ex sua ratione est incommunicabilis, esset difficile soluere, quin sibi contradiceret. Potest tamen dici quòd negatio est duplex. Quædam extra genus, & quædam in genere, quæ determinat sibi aliquod subiectum, & illa posset constituere. Sic intelligendo quòd negatio duplicis communicabilitatis tantum competat indiuiduo

Negatio duplex.

diuiduo de genere substantiæ: & sic in eodem instāti, quo ponitur tale indiuiduum de necessitate oritur negatio duplicis communicabilis, & hoc semper sibi inest, nisi præueniatur ab alio supposito. vt patet de indiuiduo naturæ humanæ personato in verbo diuino de quo. in 3. d.1.q.1. Et sic talis negatio posset dici ibi propria ex se: quia consequitur talem naturam sic indiuiduatam. hæc autem negatio non competit albedini singulari: quia ipsa posita non sequitur huiusmodi negatio.

¶ Dicerē ergo quòd talis negatio inest propter aliquod positiuum: & illud positiuum est singulare non quodlibet, sed singulare prædicamenti substantiæ. Cum dicis. illud singulare est ex se communicabile. Concedo. Cum infers. ergo non est ratio quare insit sibi talis negatio. Negatur: quia dico quòd est talis naturæ sic quòd ipso posito, & non præuēto ab alio statim inest talis negatio, quæ non inerit alteri singulari. vt patet de albedine singulari.

¶ Secundo dico quòd secundum Doct. forte non esset inconueniens dicere negationem aliquam esse ex se incommunicabilē: & posset elici ab ipso supra. d. 23 & alibi.

¶ Tertio dico (sustinendo quæ supra dixi in argumentando: quòd persona creata constituatur in esse personali per aliquod positiuum) quòd erit ratio incommunicabilitatis vt quo & vt quod: & sic talis negatio diceretur incommunicabilis propter huiusmodi positiuum: nec habeo pro inconuenienti.

¶ Si dicatur Doct. dicit contrarium. Dico quòd hoc non inuenio à Doct. assertiuè: tantum enim dicit. vt supra. d. 2. d. 23. quòd suppositum dicit negationem duplicis communicabilitatis &c. & in 3. dicit. d. 1. q. 1. quòd suppositum dicit negationem duplicis dependentiæ vt supra dixi.

Obligatio. ¶ Si dicatur contra. Nam Doct. in 3. vbi supra facit differentiam inter personam diuinam, & creatam: quia diuina dicit aliquod positiuum: creata vero non: & in 1. d. 26. dicit expresè quòd suppositū, vel ratio suppositalis non dicitur actus in creatura: cum dicat negationem.

Responsio. ¶ Respondeo quòd licèt Doct. vbi supra asserat personam diuinam constitui per positiuum, & creatam non: hæc fortè dicit non ad intentionem propriam. Nam ipse Doct. in 1. d. 26. dicit quòd ratio suppositalis, siue sit ratio negatiua, siue positiua adhuc non erit actus dans esse &c. Posset autem dici, quòd aliud est de persona diuina, & aliud de creata propter maximas difficultates. Videtur enim valde difficile quòd persona diuina sit tantum essentia, & aliqua negatio. Ideo ad fugiendum hanc difficultatem asserit ipsam constitui per positiuum: non negando tamen expresè personam creatam non constitui per positiuum.

Alia obligatio. ¶ Si dicatur. si ratio suppositalis dicit aliquod positiuum. ergo potuit assumi à verbo. vt patet à Doc. in 3. hoc autem est falsum: quia suppositum expresè dicit negationem duplicis communicabilitatis.

¶ Si dicatur quòd non assumpsit illud positiuum: licet hoc Doct. neget: vltra hoc sequitur quòd non assumpsit totam naturam humanam, & omnem perfectionem humanam. & ultra si nunc naturam humanam assumptam dimitteret. quæro in quo suppositaretur? aut in positiuo quod prius habuit? aut in alio? Si primo modo? videtur inconueniens. Nā tunc oporteret illud conseruare. Etiam esset dubiū in quo possit constitui: quod esset difficile soluere. Si in alio? ergo primum non pertinebit ad esse naturæ.

Solutio. ¶ Dico sine assertione, & saluo semper meliori iudicio: sustinendo quòd ratio suppositalis dicat aliquod positiuum, quòd illud non fuit assumptum: quia in eodem instanti quo natura singularis fuit assumpta verbo: si non fuisset assumpta esset supposita in illo positiuo: quia tūc ex natura rei ortum fuisset tale positiuum in tali natura. Cum dicitur, quòd tunc non assumpsisset omnem perfectionem naturæ humanæ. Negatur, & dico tunc, quòd huiusmodi positiuum esset tantum actus personalis, & nullo modo perficiens naturam. vt patet à Doc. in primo d. 5. q. 2. d. 20. Et cum dicitur. Si verbum nunc dimitteret naturam humanam, in quo suppositaretur? Dico quòd in eodem instanti quo natura fuisset dimissa: statim oriretur in ipsa huiusmodi positiuum & hoc ex natura rei: nec oporteret dicere, quòd de nouo crearetur illud positiuum: quia etiam posita nunc albedine statim ex natura rei oritur relatio. Hæc quæ dixi magis disputatiuè, quàm assertiue dixi: licèt nullam contradictionem inueniam nec ex se, nec in Doct. sustinendo tamen ea quæ dixi: & multa alia essent hic dicenda: sed breuitatis causa transeo. Et sic oportet te publice confiteri. Sco. ibi non contradicere: immo fateri, vel teipsum ignorare, vel proteruire: quod non est signum docti viri &c. *Nota & bene.*

¶ Ad argumentum in oppositum. Solutio ista patet hic ex glo. superiori. in 26 d. in soluendo auctoritate Dama. quam videas ibi.

¶ AD argumenta pro opi. Nota hoc vnum dictū scilicet, quòd aliud est priuationem connotare aliquod subiectum. & aliud est ipsam præexigere aliquod positiuum in subiecto: quo positiuo in subiecto non existente talis priuatio non inerit: vt patet. Nam cæcitas connotat oculum, quod est subiectum visionis, & cæcitatis: non tamen potest inesse oculo nisi propter aliquod positiuum repugnans visioni. vtputa dispositio præuia visioni. Sic in proposito: licèt ingenitum connotet aliquam personam: non tamen potest inesse alicui personæ, nisi propter aliquod positiuum, quod repugnet genito, siue generari. Et nota hanc solutionem quia singularis est. Cætera patent. *Solutio singularis.*

Quæstio Tertia.

Quæritur. Vtrum prima persona constituatur in esse personali, aliqua relatione positiua ad secundam personam?

Seraphycus Bona. dist 28 & 29 q. 1.
Scotus. 1 sent dist 29. q. 3.



ERTIO quæritur. Vtrum prima prima constituatur in esse personali aliqua relatione positiua ad secundam personam?

In præsenti quæstione ponuntur plures ac varię doctorum opiniones. vt diui Thomæ. Sancti Seraphici Docto. Bonauenturæ. Cardi. Item Henrici & Ioannis de Ripa: tamen quia & illę opi. hic recitatæ satis claræ sunt; & earum improbationes: paruo & hebeti meo iudicio apertiori nō indigent interpretatione. Et sic me confero ad opin. Ioannis de Ripa declarandam: quæ est ibi.

¶ Aliter ponitur tenendo conclusionem oppositam istis tribus opi. Hic nota ista duo argumenta, quæ iudicio meo satis manifestè ostendunt personas constitui per absoluta. Primum est clarum. Secundum etiam, secundum magis patebit infra. dist. 30: quomodo relatiuum nō primo refertur ad correlatiuum.

¶ Ibi.

¶ Ibi. Contra istam opi. arguitur quòd esset hæretica. Hoc non dicit ex intentione cum magis declinet ad istam opi. Sed ex intentione aliorum qui tenent personas necessario constitui per relationes &c. Nec amplius hic tempus contero quia alibi supra tacta sunt ea quę dicenda erant in presenti opi.

A D quæstionem istam. Hic Doct. sustinendo q pater cōstituatur in esse per paternitatem: dat modum sustinendi quomodo est possibile patrem posse generare filium: cum in eodem instanti quo pater est, filius sit: & tamen generans debet esse prius generato. Dicit ergo Doct. quòd sufficit ad hoc vt sit generans, quòd sit prius origine ipso generato: licet non sit prius natura. Et probationes eius claræ sunt.

Generās est prius origine generato.

¶ Ibi. Ad hoc etiam adducitur Aui. cum dicit, q causa inquantum causa est prior natura causato inquantum causato. Non debet hic accipi prius natura. vt supra dixit: quia vt sic non repugnaret causæ inquantum causa, posse esse sine causato. Sed debet accipi prius natura idest prius origine &c.

¶ Ibi. Sed tunc est aliud dubium. Totum clarum est vsque ad argumenta, & sunt valde notabilia, quæ hic dicit.

¶ Ibi. Ad argumenta solutio patet hic, & ex supra habitis in distin. 26.

Distinctio Vigesimanona.

Quæritur. Vtrum principium vno modo dicatur de principio sumpto personaliter, & notionaliter, & sumpto etiam essentialiter?

Quæstio vnica.

Seraphycus Bonauent 1 sent dist 29 q.1. artic.1.
Alexander Alensis. 1. parte summa q 70 memb. 1 art. 1.
Scotus primo sent dist. 29. q. 1.
D Thomas. 1. parte summa. q 33. art. 1.
Ricardus 1. sent dist 21 q. 1.
Durandus. 1. sent. dist. 29. q 1.



IRCA distinctionem. 29. Vtrum principium vno modo dicatur de principio sumpto personaliter, & no ionaliter &c.

Qūo accipiatur principium.

A D istam. q dico. Suppono vnū quòd hic accipitur principium pro principio productiuo: & hoc pro significato tantum: sicut satis supra patet. dis. 7. principium enim pro significato dicit relationem connotando subiectum. Secundo suppono, quòd principium personale hic dicitur generans, siue spirans: principium notionale dicitur generatio actiua, & spiratio actiua quæ reducuntur ad genus principij. vt supra. d. 36. in exponendo opi. Io. de Ripa. Principium essentiale accipitur pro respectu ad extra dicens principiationem, sicut creatio &c. Tertio suppono, quòd principium essentiale (quod in proposito dicitur esseotiale: quia commune tribus: nō quòd sit de essentia alicuius, nec quòd dicat essentiā, nec perfectionem aliquam: sed quia tantum commune: vt patet à Doct. 1. q. quol.) est tantum relatio rationis: quia omnis relatio Dei ad creaturam est tantum rationis: vt patet infra. d. 30. q. 1. & 2. & supra d. 2, & 8. & alibi. Principium uero notionale est relatio naturæ realis, scilicet generatio actiua, & spiratio actiua: & personale est ipsa relatio realis sumpta in concreto. Quarto sequitur ex dictis quòd principium in communi tantum potest se habere vno modo idest non potest esse vniuocum ad huiusmodi prius: quia enti rationis, & enti reali non est commune vniuocum, vt patet hic à Doc. & in quol. q. 3. Quinto nota quòd principium ad intra prædicatur vniuoce de personali, & notionali. Sexto nota q primum argumentum factum in principio quæstionis tantum vadit de principio, vt est commune personali, & notionali: non autem essentiali: & sic Doc. respondet q tale principiū potest esse vniuocū notionali, & personali.

Principium ad intra quomodo prædicetur vniuoce de persona li, & notionali.

¶ Ibi. Ad argumentum ad oppositum patet responsio. Creans ergo principians &c. Nam cum dico: Deus est creans. ergo priocipians. Nam sicut creans dicit respectum rationis: ita & principians: & cum dicit: pater est generans. ergo principians. Hic generans dicit relationem realem: & similiter pricipians. Et sic patet ista distinctio.

Distinctio trigesima.

Circa trigesimam Distinctionem. Quæritur. Vtrum. Aliqua relatio dicatur de Deo ex tempore, SECVNDO quæro. Vtrum. Dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis?

Quæstio Vnica.

Seraphycus Bona. 1. lib. sent. dist. 30. q. 3.
Alex. Alensis. 1. parte summa. q. 13 membro. 4. Artic. 2.
Scotus 1 Sent. dist 30. q. 2.
D. Thomas. 1. parte summa. q. 13 Artic 7.
Ricardus 1. sent dist 30 q 4.
Durandus. 1. sent dist. 30. q. 3.
Franciscus de Mayronis. 1. sent, dist 30 q. 2.
Ioannes Baconitanus. 1. sent. dist. 29. q 1.



IRCA trigesimam distinctionem quæruntur duo. Primo. Vtrum de Deo dicatur aliqua relatio ex tempore? Secūdo. An Dei ad creaturā possit esse aliqua relatio realis?

Henricus quolib. 7. q. 1. & quolib. 9. q. 1.

AD primam. q. Hen. vult q non sit aliqua relatio in Deo noua in se? sed tātum noua appellatio. Nam relatio Dei vt creatiui, vt potentis creare, vt creantis est simpliciter eadem, sed diuersimode nominata: & sic negat in Deo omnem relationem nouam, siue realem, siue rationis.

¶ Ibi. Ad secundam. q. Hic vult Hen. q in Deo nulla sit relatio realis ad creaturam etiam ab eterno, & in hoc verum dicit. Sed probatio sua in multis deficit, vt patebit infra.

CONTRA istam opin. Doc. in ista ratione probat, quòd relatio aptitudinalis in Deo, & actualis nō sunt simpliciter eadem. Tum quia sicut relationi aptitudinali in Deo: puta relationi creatiui correspondet in creatura relatio aptitudinalis ab eterno: puta relatio creabilis. ergo cum creamra habeat esse de nouo, & temporaliter: tunc dicet relationem actualem creati de nouo ad Deum creantem de nouo. Si ergo relatio creantis, & creatiui est simpliciter eadē in Deo: sic & in creatura relatio creabilis, & creati erit eadem. Et cum relatio creatiui in deo sit ab eterno, & similiter creantis (cum sit eadem) erit ab eterno, ergo & relatio creati actualiter & ex tempore (cū sit eadem cum relatione creabilis) erit ab eterno: & sic nulla creatura dicit relationem ex tempore determinatam ad Deum creantem: quod est inconueniens. Tum quia si relatio illa non est noua creatura,

ergo

ergo nec ipsa creatura erit noua: patet quia impossibile est fundamentum relationis esse posterius relatione. Tum quia sequitur ipsam creaturam esse de necessitate ab eterno, si relatio ipsius est ab eterno: patet quia secundum Hen. totum esse creaturæ, siue esse ratum est ipsa relatio creaturæ exemplatæ ad Deum, vel participatiuè ad ipsum Deum, vt patuit. supra di.3 q.5. in positione illa de ratitudine.

¶Ibi. Specialiter etiam videtur consequens inconueniens secundum istos. Hoc consequens est illud. supra ergo pari ratione non est aliqua relatio noua creaturæ ad Deum, & quòd sit inconueniens probat supponendo q Hen. dicit scilicet q esse existentię dicit tantum respectum ad causam efficiétem inquantum effectus est, idest q existentia creaturæ nō aliud est nisi respectus terminatus ad causam efficientem. Tunc vltra: aut ille respectus erit nouus? & habetur propositum: aut non erit nouus? ergo nihil creatur de nouo: & sic nihil simpliciter creatur: quia creari propriè est aliquid fieri de nihilo: ita q ly nihil præcedat in aliqua duratione ipsum esse, vt patuit supra di.2.q.1.& di.8.q vlti.& in 2.di.1 & in quoli.q.1. ergo cum aliquid creetur secundum fidem, & de nouo. ergo respectus ipsius creaturæ erit nouus: & paritformiter in Deo creante de nouo erit aliquis respectus nouus.

¶Ibi Præterea. Non potest esse relatio. Ista ratione probat Doc. quòd relatio aptitudinalis in Deo quæ terminatur ad esse possibile in creatura: & relatio actualis quæ terminatur ad esse existentiæ creaturæ non sunt simpliciter eadem relatio: quia termini earum sunt diuersi: quia esse possibile, & esse existens simpliciter differunt: notat Doc. in confirmatione. Si ergo intellectus diuinus comparat eundem actum intelligendi ad creaturam intellectam in esse possibili. derelinquitur ibi aliqua relatio rationis q terminatur ad creaturam, vt cogni um in esse possibili. Et vltra si comparat eundem actum ad creaturā intellectam in esse existentiæ, pro tali, vel tali tempore: derelinquitur vna relatio rationis quæ terminatur ad creaturam intellectam in esse existentiæ pro tali tempore: & sic istæ duæ relationes rationis inter se differunt: quia termini earum inter se differunt. Cætera patent.

¶Contra illud quod dicitur ad secundam. q. Istæ improbationes claræ sunt: quia hic dicit q necessario perfecta similitudo, & æqualitas est in personis diuinis: & parum infra Et si ibi per impossibile essent duo fundamenta. esset similitudo realis: & parum infra. Quia modo non ponitur esse rationis, nisi per intellectum comparantem illam magnitudinem vnam.

Apparens contradictio.

¶Hoc videtur contra ipsum: quia expresè distin. 19 q.1. & infra dist. 1. primi. & in quoli. q 6. ponit illam similitudinem in diuinis, & æqualitatem esse reales.

¶Dico q sibi non contradicit: quia hic vult exemplum ponere, q si per impossibile essent ibi duæ magnitudines realiter distinctæ, vna non ordinaretur ad aliam realiter: & non negat, q ibi non sit similitudo realis.

Solutio.

¶Secundo dico, q ibi potest esse similitudo rationis comparando illam magnitudinem tantum ad seipsam: & hoc per actum intellectus negociantis: quia omnis comparatio eiusdem ad se, siue relatio est tantum rationis. Doc. autem in locis præallegatis ponit extrema æqualia, & similia inter se realiter distincta, habentia eādem magnitudinem, quæ est fundamentum ęqualitatis: & positis talibus extremis ex natura rei oritur æqualitas eorum: vel si hoc dicit hic quod est tantum similitudo, & æqualitas relatio rationis: quia fundamentum est vnum: fortè loquitur secundum opi. Hen. qui expresè negat in Deo, vel in personis diuinis similitudinem, & æqualitatē, & identitatem esse relationes reales. vt infra patebit. di.31. & contrarium probat Doc.

¶Ibi. Nec sequitur ad inuicem ordinantur. ergo dependent ad inuicem. patet, quia cum causa dicat relationem realem ad causatum, secundum opi. istam ordinabitur ad illud. & tamen non dependebit ab illo. Et probat q non dependeat.

ALITER dicitur. Ad primam. q. Ista opi. concordat cum præcedente. Sed modus ponendi est diuersus: vult enim q si Deus dicatur creator de nouo: non denominatur creator per aliquam relationem de nouo existentem in illo Sed per relationem existentem in creatura qua refertur ad Deum creantem &c.

¶Ibi. Ad secundam. q. Ista opi. concordat cum præcedente. Sed modus ponendi est alius: vt patet in litera.

CONRRA primum &c. Quia illa opinio dicit q actio est in patiente: & sic creatio actiua est in creatura. Contra hoc arguit: quia impossibile est aliquā relationem esse in aliquo subiecto, vbi non est fundamentum illius relationis. Sed voluntas Dei, siue velle Dei est fundamentum creationis actiuæ: & tale fundamentum non est in creatura: ergo falsum est dicere quòd creatio actio sit formaliter in creatura.

Verro in præsenti distinc. D. Thomas prima parte summæ q 13 Artic. 7. in solutione prin. 3pali.

¶Ibi. Præterea oppositæ relationes &c. quomodo istæ relationes repugnant patet supra d. 2. Sed per istam opi. in creatura est creatio passio, & est creatio actio: quæ magis repugnant, quam relatio producentis, & producti: patet quia istę possunt esse in eadem natura: quia essentia diuina. vt patet supra d. 2. Istæ autem non possunt esse in eadem natura. vt patet supra. Ergo multo minus nec in eodem supposito ergo falsum est dicere q creatio actio sit in supposito creato: quia ibi etiam est creatio passio: & hoc est quod dicit.

¶Ibi. Ratio quæ ponitur ad secundam q. primo petit principium: cum dicit quòd relatio realis non est sine ordine. Hoc deberet probare.

¶Ibi. Et Deus non habet ordinem: hoc deberet probare Secundo committit fallaciam consequentis arguendo a negatione inferioris ad negationem superioris. Nam bene sequitur. Omnis ordo est relatiò, & non econtra: non tamen sequitur in aliquo: quoniam in deo non est ordo ad creaturam. ergo nō est relatio non sequitur. sicut si argueretur in Francisco non est albedo: ergo non est color? Et sic patet improbatio harum opi. &c.

Omnis ordo est relatio sed non econtra.

IBI: Respondeo igitur ad primam. q. Hic Doctor intendit probare q non est necesse relationem alicuius relatiui habere de necessitate relationem oppositam correspondentem sibi: quia potest terminari ad aliquod absolutum: & quod in tali absoluto sit relatio correspondens magis accidit sibi: & probat singularibus rationibus. Prima ratio est clara.

¶Ibi. Et istud etiam probatur ex intentione philosophi. Vult ibi Arist q potentia diffiniatur per actum vt patet: quia visibile diffinitur per hoc, quòd est aptum natum videri: & similiter ædificatiuum per hunc actum, quod potest ædificare: & sic si potētia diffinitur per actum: quia terminatur ad ipsum: actus erit prior potentia. Si ergo actus esset correlatiuus potentiæ diffineretur per potentiam: & sic potentia esset prior actu. ergo circulus: quia idem esset prius, & posterius essentialiter respectu eiusdem, qd est impossibile & contra Arist in pluribus locis.

9. meth. com. tex. 13.

¶Ibi. Hoc etiam probatur generalius per omnia relatiua. Hic dicit in sententia, quòd ex quo relatiuū non refertur primo ad correlatiuum, sicut pater ad filium, & sic non terminatur primo ad filium: quia si pa-

si paternitas terminaretur ad filium, inquantum filius diffiniretur per ipsum: & omne diffiniens siue essentialiter, siue per additamentum est prius diffinito: & ꝙ diffiniens per additamentum sit prius patet per Arist. in 7. met. comparando accidens ad substantiam. Nam substantia est prior accidente diffinitione &c. Relatiuum autem diffinitur per fundamentũ & terminum ad quem primo refertur, siue primo terminatur: & sic terminus erit prior: & sic paternitas diffinitur per fundamentum patris: & per absolutum filij ad quod terminatur. Si ergo relatio terminatur primo ad absolutum: non requiritur in tali absoluto ꝙ terminet inquantum habet relationem oppositam: immo accidit sibi econuerso referri relatione sibi inhærente. ergo non est impossibile creaturam referri realiter & terminari ad Deum sub ratione absoluta: & sic in Deo non erit relatio opposita relatione creaturæ.

7. met. com. 4. & in de.

¶Ibi. Præterea. licet intellectus possit negotiari. Dicit Doc. ꝙ etiam posito ꝙ intellectus causaret aliquam relationem rationis in essentia diuina: puta relationem rationis creantis ad creaturam: non tamen sequitur, ꝙ ipse Deus terminet ipsam relationẽ creaturæ sub ratione illius relationis rationis: quia si illa non esset; adhuc posset terminare relationem creaturæ: terminat ergo sub ratione absoluta: & sic non est necesse ponere in Deo aliquam relationem, siue realem, siue rationis ex hoc ꝙ creatura realiter, & ex tempore refertur ad ipsum. & hoc est quod dicit.

Quomodo in Deo possit poni aliqua relatio rationis.

¶Ibi. Absolute igitur dico. Doc. hic tangit duo. Primum ꝙ in Deo potest poni aliqua relatio rationis, & de nouo: & hoc causata per intellectum creatum, puta si intellectus angeli comparat essentiam diuinam cognitam ad creaturam cognitam: puta in ratione creantis: vel in ratione gubernantis: vel in ratione amantis: & huiusmodi causat in Deo relationem rationis nouam: & talis relatio non facit compositionem nec nouitatem, nec mutationem in Deo vt patet. Secundum ꝙ omnis relatio rationis causata ab intellectu diuino in essentia diuina est ab eterno causata. Tertium ꝙ intellectus diuinus nõ potest causare relationem nouam rationis in essentia diuina: & hoc probat, & patet probatio ipsius. Quia tamen doctor dicit ꝙ si intellectus diuinus causaret relationem rationis nouam in essentia diuina: de necessitate esset ibi aliqua mutatio: quia causare nouã relationem fit ex noua comparatione. Exemplum: intellectus diuinus ab eterno comparauit voluntatẽ diuinam cognitam, & volentem antichristum pro instanti. a. esse album ad ipsum antichristum cognitũ in tali esse albo: tunc derelinquitur relatio rationis in voluntate diuina sic cognita terminata ad antichristum sic cognitum. Si ergo intellectus diuinus posset causare relationem nouam: hoc esset quia de nouo compararet ipsam voluntatem sub alio modo cognitam: vt puta volentem antichristum fore tantum nigrum: & sic aliter cognosceretur voluntas diuina, & aliter antichristus: quia prima cognita fuit sub illa ratione qua voluit antichristum fore album, & post sub illa ratione qua voluit ipsum fore nigrũ: ergo aliter & aliter intellecta. ergo mutatio non in antichristo: quia non est: ergo in intellectu diuino aliter & aliter cognoscente: & sic esset transitus à cõtradictorio in contradictorium: & per consequens mutatio.

Lychetus modeste se habet.

¶Dico tñ (saluo semper meliori iudicio) non intendendo aliquo modo contradicere dictis Docto. immo in omnibus sibi inhærendo: ꝙ non haberem pro impossibili relationem rationis causari de nouo ab intellectu diuino. Et si ponitur aliqua mutatio: erit tantum rationis: quia esse cognitum, vt sic non esse cognitum vt sic, sunt tantum respectu rationis.

¶Si dicatur. intellectus diuinus si cognoscit antichristum fore album, & post non cognoscit fore album. ergo mutatur? nego consequentiam: quia simpliciter eadem cognitione cognoscit vtrumque. Illa ergo cognitio non dicitur variari in se: sed variari secundum diuersos respectus, qui non faciunt mutationem aliquam. vt patet à Doc. supra d. 2. & infra d. 39. & in quol. q. 14. & alibi.

¶Dico secundo, ꝙ si intellectus diuinus nunc causat aliquam relationem rationis. ergo de nouo? non sequitur: quia semper illam causat in instanti æternitatis, quod non transit in præteritum, neque in futurum. Hic multa essent dicenda: sed reseruo ad materiam de prædistinatione &cæt. Cætera patent.

AD argumenta. Ad primum patet & similiter ad secundum, & ad tertium.

In Deo non est relatio realis.

¶Ibi. Ad secundam q. respondeo. Doct. probat ꝙ in Deo nõ sit aliqua relatio realis terminata ad creaturam: & probatio sua est clara supponẽdo ꝙ Deus sit summe simplex: & per consequens quicquid est ibi realiter & essentialiter est perfectè idem sibi, & idem ꝙ Deus. vt patet supra d. 2. & 8. & 5. q. 2. & 26. & alibi, & est simpliciter necesse esse: & quicquid est ibi realiter est simpliciter necesse esse, vt supra patuit d. 2. Secundo supponendo quod declaratum est. supra. di. 8. q. vlti. ꝙ illud quod est ex necesse esse perfectissime non potest non esse: posito quocunque alio ab ipso: vel destructo quocunque alio ab ipso: siue quacunque positione impossibili ratione alterius ab ipso: quia tunc si ex destructione alicuius, quod est impossibile non esse, sequeretur destructio ipsius Dei: quod est simpliciter impossibile ipsum nõ esse: tunc maius impossibile sequeretur ex minus impossibili, vt patet supra dist. 8. Tertio supponendo, quòd qualibet creatura quantumcunque perfecta quo ad suum esse existentiæ simpliciter potest non esse: vt patuit. supra. d. 8. q. vlti. Quarto supponendo ꝙ relatio realis actualis de necessitate exigit terminum realem actu existentem, vt patet: & ipso destructo statim destruitur relatio ad ipsum. Si ergo Deus haberet relationem realem terminatam ad creaturam. ergo destructa creatura destrueretur talis relatio: & per cõsequẽs destrueretur Deus cũ ipsa sit realiter & essentialiter id quod Deus. Hoc autẽ est impossibile ergo est impossibile Deum realiter referri ad creaturam: & hoc est quod infert hic Doc.

¶Ibi. Contra istam rationem instatur primo. Hic Doc. per ista argumenta intendit probare, ꝙ possit esse relatio realis ad creaturam. Et primo ex hoc: ꝙ si relatio realis in Deo (vt dicis) est idem quod Deus & sic necesse esse: & sic de necessitate requirit terminum puta creaturam: & sic talis terminus erit necesse esse, aliter ipsa non erit necesse esse: & per te creatura non est necesse esse &c. Potest tamen saluari ꝙ licet non sit necesse esse in esse existentiæ: est tamen necesse esse in esse possibili. Cum ergo producat ipsam in esse possibili, vt patet à Docto. supra. distin. 3. q. 4. & infra. di. 35. & 36. & 43. ergo erit relatio ad ipsam in tali esse possibili. Secũda ratio clara est ex ista nunc dicta, & istæ duæ soluuntur dupliciter. Primo quia si est aliqua relatio ad illa in esse possibili: erit tãtum rationis: quia in tali esse nihil reale dicit. Sed tãtum esse cognitum: vt patet supra in locis præhabitis. Secundo quòd etiam posito ꝙ sit necesse esse, tamen illud necesse esse esset participatum, & per consequens minus necesse esse, quam ipse Deus. Si ergo est relatio realis ad illud: destructo tali esse creaturæ per impossibile: sequeretur destructio Dei: & sic maius impossibile sequeretur ad minus impossibile, vt patuit supra.

¶Alia

¶Alia duo argumenta patent, & responsiones eorum maximè responsio ad vltimum argumentum. Nam non est simile de sole & de Deo, quia posito quòd sol sit necesse esse: non est simpliciter simplex: & per consequens si haberet relationem realem ad aliquod causatum possibile, & contingens: illa tamē relatio non esset idem realiter, & essentialiter cum sole, in Deo autem (cum sit simpliciter simplex) quicquid est ibi realiter, est perfectè idem sibi: & ex alia parte, si esset relatio ad creaturam, destructa creatura destrueretur Deus.

Sol non est simpliciter simplex.

AD ARGVMENTA secundæ. q. ibi. Ad aliud de actione, & passione. Sed quæres. Durandus dicit quòd relationes primi & secundi modi: ideo dicuntur reales, & mutuæ propter naturalem inclinationē fundamenti vnius ad fundamentum alterius. Et hoc improbat Doc multiplici ratione, quæ sunt manifestæ &c. Et nota ibi singulare dictum, quare causæ creatæ ad causatum sit relatio mutua, & realis: non autem Dei ad creaturam.

CONTRA HOC quod dicit Sco. scilicet quòd ratio formalis terminandi relationem est absolutum relatiui. arguit Nouus interpres philosophi dicēs, ꝙ hæc positio non est peripatetica.

Augu. Suessanus cōtra Sco.

¶Primo, quia si relatio non esset ratio terminandi: tunc omnes relationes essent tertij modi & deducitur, quia relatiua tertij modi sunt, quæ non per relationes eorum referuntur, sed quia alia ad ipsa: modo apud istum virum omnia relatiua referūtur, quia alia ad ipsa referuntur. igitur omnia essent relatiua tertij modi: vel saltem non posset assignari differentia inter relatiua tertij modi & aliorum generum.

¶Secundo, si ita esset, non quicunq; diffinite sciret alterum relatiuum, diffinite sciret & alterum. deducitur, quia non quicunque diffinite sciret vnum relatiuum, diffinite sciret absolutum alterius: non enim vnum relatiuum conuertitur cū absoluto alterius: consequens est contra Arist. in prædicamentis. igitur & antecedens.

¶ Tertio. Ea ratione alterum correlatiuum terminat relationem alterius, qua ratione refertur ad ipsum, vt patet in prædicamentis: sed non refertur per absolutum. igitur nec per absolutum terminat relationem.

¶Quarto Aristo. in prædicamentis habet pro impossibili, ꝙ substantia sit ad aliquid, igitur secundum ipsum ratio terminandi non potest esse absolutum: tenet argumentum: quia vbi est absolutum ratio terminandi: substantia potest esse ad aliquid: saltē quia aliud est ad ipsam.

¶ Et respondet ad rationes Sco. quas succinctè sic recitat, & forte non ad intentionem Sco. Prima ratio Sco. patet de relatiuis tertij generis: quia vt dicitur in textu hæc dicuntur relatiua: quia alia referuntur ad ipsa. igitur terminant, vt absoluta, & non vt relatiua.

¶Secundo de actu & potētia: quia habetur in hac conclusione, ꝙ potentia per actum diffinitur, & non econtra. igitur actus vt prior potentia diffinit potentiam: sed vt relatiuum non est prius. igitur vt absolutum diffinit potentiam: & per consequens, vt sic terminat potentiæ relationem.

¶ Tertio, omnis relatio diffinitur per terminum ad quem. igitur terminus ad quem est prior relatione diffinita secundum diffinitionem. igitur non sub ratione relatiui terminat: quia vt sic non est prius.

¶ Quarto, tunc in diffinitionibus esset circulus: quia relatio alterius esset ratio diffiniendi alterum: & illius relatio esset ratio etiam diffiniendi alterum: & sic in diffinitionibus esset circulus.

¶ Respondet ad ista primo ad primum, & secundum, & dicit, quòd concludunt de relatiuis tertij generis. Illa enim solum referuntur: quia alia referuntur ad ipsa: secus est de relatiuis reciprocis, de quib. rationes non cogunt.

¶ Ad tertium dicit, quòd vnum relatiuum diffinitur per alterum: & negatur quòd illud, quod est de diffinitione sit prius: quia solum in relatiuis habetur, ꝙ diffiniens, & diffinitū sint simul natura, vt dicit Arist. Immo nec per notius, sed per æque notum: quia vt dicit Boe. Magis condiffiniuntur, quàm vnum per alterum diffiniatur. Sunt enim diffinitione & intelligentia simul natura.

¶ Ad quartum concedit circulū in relatiuis: quia magis condiffiniuntur ambo quàm alterum altero diffiniatur. secus est in alijs aliorum prædicamentorum. Hæc expositor nouus.

RESPONDEO primo ad rationes istius interpretis. Deinde ostendam, quòd solutiones quas facit ad rationes Scoti non soluunt rationes.

Respōsio ad Augu. Suess.

¶ Ad primam dico negando istam consequentiā, quòd omnes relationes essent tertij modi. Ad probationem cum dicit, quòd secundum Sco. omnia relatiua referuntur: quia alia ad ipsa referuntur. Dico, quòd hoc non reperitur dictum à Sco. nisi tantum de relatiuis tertij modi. Et cum dicit, quòd non potest assignari differentia inter relatiua tertij modi, & aliorum modorum. Dico, quòd differentia est satis clara ab Arist. 5. met. c. de ad aliquid. & est cap. 14. t. c. 20. vide ibi. vbi Arist. & Com. assignant differentiā tertij modi relatiuorum ab alijs modis: nec oportet hic insistere: cum differentia sit clara: non enim assignatur ibi ratio: quia relatio tertij modi terminatur ad absolutum: sed quia absolutum ad quod terminatur talis relatio: vt puta mensurati ad mensuram, nō refertur realiter relatione reali sibi inhęrente ad correlatiuum.

¶ Ad secundum licet parum valeat ad propositū: tamen dico, quòd nihil concludit: quia si quis diffinite sciret paternitatem, vel patrem: diffinite etiam sciret, & filium. Et cum dicit, quòd diffinite sciens vnū relatiuum, non sequitur, quòd diffinite sciat absolutum alterius. Dico, quòd cognitio relationis dependet à fundamento, & termino. ergo non præcognitis fundamento, & termino relatio nō potest cognosci. vt satis patet à Sco. in quolib. q. 14 & sic cognitio paternitatis dependet à cognitione fundamenti in patre, & à cognitione absoluti in filio: & per consequens cognoscens diffinite patrem diffinite cognoscit rem, quæ est pater, & rem quæ est filius: cum cognitio patris dependeat à cognitione vtriusque extremi, scilicet fundamenti, & termini: & quia fundamentum, & terminus sunt causæ mere naturales: sequitur quòd res, quæ est filius, causant necessariò cognitionem relationum: ita quòd fundamentum filiationis, & terminus eiusdem causant cognitionem filiationis: & similiter fundamentum paternitatis, & terminus eiusdem causant cognitionem paternitatis. ergo si quis diffinite cognosceret paternitatem, etiam cognosceret terminum absolutum paternitatis. Nunquam enim potest distinctè cognosci aliqua relatio, nisi distinctè cognoscatur terminus talis relationis, vt dixi supra secundum Sco. in quolib. & in q. 1. prologi, & alibi. Immo dico plus, quòd magis sequitur, quòd si quis distinctè cognoscit paternitatē distinctè cognoscat terminum absolutum paternitatis quàm ipsam filiationem. Non enim filiatio est causa cognitionis paternitatis: quia nulla relatio potest esse causa alicuius cognitionis, vt supra exposui. d 3. q. 3.

¶ Ad tertiam negatur ista, scilicet quòd ea ratione

terminat

terminat relationem correlatiui quàm refertur ad ipsum: quia aliud est referri, & aliud est terminari. Pater enim refertur ad filium, quia dicimus pater filij pater. semper enim refertur sub habitudine alicuius casus: vt pater refertur ad filium sub habitudine casus genitiui: vt pater filij pater. aliquando sub habitudine casus datiui: vt simile simili simile &c. Terminatur vero ad aliquod absolutum: quia paternitas non terminatur ad filium: sed ad absolutum filij: & sic aliud est relatiuum referri: quia referri est propriè referri sub habitudine alicuius casus, non sic terminari. Et miror quòd ista ignoret qui profitetur se esse perfectissimum Aristotelicum & habere prę manibus omnia Arist. & aliorum.

¶Ad quartam concedo, quòd substantia non est ad aliquid formaliter, & quiditatiuè: licèt esse ad aliquid realiter, & denominatiuè. Cum infertur, ergo secundum Arist. non est ratio terminandi relationem. Negatur. Cum probatur; quia tunc ipsa posset esse ad aliquid. Nego. Cum dicis, saltem posset esse ad aliquid: quia aliud est ad ipsam. Dico quòd hoc nihil est ad propositum. Tum: quia hoc non est inconueniens, cum etiam possit esse ad aliquid denominatiuè, & relatione reali fundata in ipsa. Tum: quia Arist. non habet pro inconuenienti substantiã posse esse ad aliquid: quia aliud ad ipsam: quia & scibilis est mensura scientiæ: & sic refertur ad scientiam: quia scientia ad ipsam. Et sic patet solutio istarum rationum. Ex his, & dicendis ad Ocham, patet quòd Tho. Gaie. non euacuat rationes Scoti, & minus intelligit eas: vide ipsum in prima parte. q. 13. art. 7. nec oportet hic adducere dicta sua: cum dicta antiquorum Doct. sint euidentiora: & sic patet solutio ad illa.

¶Ad solutiones rationum Sco. Ad primam, & secundam ipse concedit quod Sco. etiam concedit.

¶Ad tertiam, patet quomodo vnum relatiuum non est diffinitio alterius. Tum: quia diffinitio datur causa innotescendi. Non enim paternitas potest esse ratio cognoscendi filiationem: quia tunc ipsam contineret, aut essentialiter, aut virtualiter, vt supra exposui dist. 3. q. 3. & tunc si contineret virtualiter, aut essentialiter. ergo & filiatio similiter contineret paternitatem: quod est manifestum inconueniens. Tum etiam, quia sicut vna relatio non est ratio cognoscendi seipsam: multominus nec relationem sibi oppositam. Et ex his patet, quomodo non est circulus in relatiuis: & multa alia essent dicenda. Sed quia responsiones, vt patet intuenti, nihil valent contra rationes Sco. & multo minus rationes suæ, transeo.

Augu. suess. arguit contra Sco.

DEINDE arguit quòd Sco. non bene intellexit ponendo actum non referri ad potentiam per se: sed quia potentia refertur ad actum. Vnde actus est quid per se absolutum: verum quia potentia refertur ad ipsum, actus dicitur relatiuè ad potentiam relatione potentiæ ad actum: hoc pacto scientia refertur ad scibile, & scibile ad scientiam. Scientia enim per se ad scibile dicitur, & scibile refertur ad scientiam, relatione scientiæ ad scibile. Vnde scibile potius terminat relationem scientiæ, quàm ad scientiam referatur: & hoc pacto potius relationem potentiæ terminat, quàm ad potentiam referatur.

¶Secundo dicunt quòd ea quæ non sic mutuo referuntur, non oportet esse simul ratione. Erit enim alterum altero ratione prius, quia extremum absolutum prius ratione est extremo relatiuo, vt scibile prius ratione scientia. Ex his dicunt, quòd actus est ratione prior potentia: quia non refertur ad potentiam: sed magis econtra. Potius enim relationem potentiæ terminat: aut si refertur: non per se: sed per accidens refertur relatione potentiæ: ad actum & propterea actus cadit in ratione potentiæ: & non potentia ratione actus. Hæc secundum Sco. vt ipse recitat: & dicit quòd Sco. ista dicit in primo. dis. 30.

¶Contra hâc positionem adducit Auerroim. ix. Met. Commen. 11. qui sic ait. quòd actus & potentia sunt relatiua contraria: & vtrunque relatiuorum accipitur in diffinitione alterius. & non accidit inde malum: Hæc Auerrois. Ecce quomodo vult illa mutuo referri, mutuoque alterum in alterius diffinitione collocari.

¶Præterea quòd relatio non possit referri, aut terminari ad absolutum bonis rationibus est persuasum. 5. Met.

¶Et addit quòd actus & potentia possunt accipi dupliciter, scilicet formaliter, & materialiter. Primo modo pro relationibus accipiuntur, quibus aliquid dicitur esse formaliter in potentia, & formaliter aliquid dicitur esse in actu. Secundo modo pro his quæ denominantur. verbi gratia. potentia moueri deorsum pro graui: actus vero pro descensu. potentia moueri sursum pro leui: actus autem pro ascensu. Tunc dicit (saluo meliori iudicio) si actus & potẽtia sumantur formaliter sunt simul ratione: quia vt sic sunt relatiua vt rectè Auerrois sensit in dicto. 21. Commento. At si sumuntur materialiter: sic actus est prior ipsa potentia. vnde Arist. per moueri ad medium: diffinit graue: & per moueri à medio diffinit leue: & per moueri circa medium diffinit neutrum.

¶Secundo dicit quòd licet actus sit potentia ratione prior: tamen nec omnis actus omni potentia est ratione prior, nec aliquis actus omni potentia: sed omnis actus omni potentia sibi correspondentè est prior: vt moueri ad medium est ratione prius ipso graui quatenus in illius ratione cadit, & non econtra.

Respõsio ad Augu. sue.

RESPONDEO ad nouum expositorem. Et primo dico quòd istæ rationes quas dicit esse Scoti in primo dist. 30. non bene vidit Sco. Ibi enim tantum facit vnum argumentum de potentia, & actu quo probat relationem potentiæ terminari ad absolutum. vide ibi.

¶Dico secundo, quòd posito quòd Sco. hoc asserat, verum dicit, & rationes positæ veræ sunt, licèt ab isto interprete non soluantur. Deinde concedo, actus est simpliciter prior potentia. Vnde Arist. 9. Meth. t. c. 13. Omni itaque tali prior est actus ratione idest diffinitione, & substantia idest perfectione. tempore vero est quidem vt sic: est autem vt non. vt vt patet infra in textu: sed pro nunc non est præsentis speculationis terminare: an actus sit prior tempore potentia. De hoc vide expositionem Sco. super. 9. Meth. t. Com. 14. & in quol. Sed sufficit quòd actus sit prior potentia diffinitione. Nam potentia dicit ordinem ad actum: & ille ordo essentialiter est respectus ad actum, & non econuerso: quia ratio actus est absoluta: & sic diffinitur per actum. Et sic potentia formaliter sumpta diffinitur per actum ad quem terminatur: & non tantum potentia fundamentaliter sumpta: & forte talis non diffinitur per actum. sed de hoc alias.

¶Deinde iste interpres contradicit sibimet: quia prius. 5. Meth. suæ concessit quòd relatio potentiæ terminatur ad absolutum. Hic vero negat, vt patet intuenti. Et quod adducit de Commentatore, soluat ipse, qui soluendo contradicit his quæ dixit in 5. Meth. Nec Commentator intendit quòd actus propriè diffiniatur per potentiam: sed forte quia actus terminat relationem potentiæ aliqualiter cognoscitur per potentiam. Non enim est intentio Arist. quòd actus propriè diffiniatur per potentiã, vt patet per ipsum. 9. Meth. t. Com. 13. vbi simplici-

ter

ter vult quòd potentia diffiniatur per actum : non autem dicit econuerso : vt patet intuenti textum illum.

Grego. de Ari. in 1. d. 28 q. 2. NOTA quòd Grego. de Arimino in primo probat duas conclusiones. Prima quòd Deus referebatur eternaliter ad creaturam quæ non erat: & hoc relatione reali. Secũda quòd Deus refertur realiter ad creaturam ex tempore.

¶Primam probat sic. Deus ab eterno fuit realiter causatiuus, & præscius. ergo ab eterno realiter referebatur ad causabile & ad præscita: consequentia patet: quia causatiuus, & præscius hæc ipsa quæ sunt ad aliquid sunt. Antecedens patet: quoniam secundum fidem constat quòd fuit causatiuus, & præscius: quòd autem realiter etiam non est dubium: cum nulla anima fuerit quæ ab eterno cognouerit Deum. Nec valet dicere, quòd Deus ab æterno cognouit se causatiuum, & præscium: quia istud nõ tollit, quin fuerit realiter causatiuus, & præscius, non ad se, sed ad creaturam causabilem, & præscitam: alioquin æque faciliter diceretur, quòd Deus pater non referebatur realiter ad filium. Nam & semper nouit se patrem. Etsi dicatur, quòd licèt nouerit se patrem non tamen per huiusmodi notitiam fecit se patrem: nec ideo fuit pater quia nouit se patrem & ideo non secundum rationem sed realiter referebatur ad filium. Sic in proposito dicetur: quòd nec per illam notitiam qua nouit se causatiuum: nec ideo fuit causatiuus vel præscius: quia nouit se causatiuum, & præscium quapropter simpliciter sequitur quòd realiter referrebatur ad causabile, & præscitum.

¶Probat tamen prius duas alias conclusiones, ex quibus videtur dependere ista. Prima, quòd aliquid potest referri realiter ad non ens. Secunda, quòd non ens potest realiter referri ad ens. Primam probat sic. Possibile est aliquid dum non apprehendit ab anima esse veram imaginem alicuius non existẽtis. ergo aliquid potest realiter referri ad non existẽs. Antecedens patet. nam imago Herculis existẽs in pariete, vel in vi memoratiua: ita est imago eius dum illud non est: sicut dum est. consequentia patet: quia imago vt imago, est ad aliquid secundum Augu. 7. de tri. cap. primo. Quid autem absurdius, quàm imaginem ad se dici?

¶Secundo, aliquid est realiter memoria non existentis. ergo aliquid refertur realiter ad non existens consequentia patet. Nam constat quòd memoria dicitur memoria relatiue: & idem ponit expressè Augu. 10. de Trini. Antecedens etiam satis est notum. Nam memoria est respectu præteritorum secundum philosophum in de me. & remi. etiam secundum Aug 9. de tri. c. 11.

¶Tertiò, secundum philosophum, 5. Metha. cap. de ad aliquid. t. Commen. 20. Quædam dicuntur ad aliquid secundum potentiam & passiuam, vt calefactiuum ad calefactibile, quia potest. Et post dicit quòd aliqua dicuntur secundum tempora. vt q fecit ad factum: & facturum ad faciendum. Ex his arguitur. Aliquid est realiter productiuum, seu perfectiuum, & realiter facturum. ergo aliquid realiter refertur ad non ens. Antecedens est certum. nam q sol, vel ignis sit productiuus caloris, aut alterius ignis: aut sit producturus, vel facturus non plus *Ignis, siue sol est productiuus caloris.* dependet ab anima, quàm quòd sit sol, vel ignis. cõsequentia patet quia productiuum dicitur ad producibile, & facturum ad faciẽdum, & constat quòd nec producibile nec factabile est ens.

¶Secundam conclusionem probat sic. Omnia relatiua dicuntur ad conuertentiã. ergo non ens realiter refertur ad ens. Antecedens patet per August. 7. de tri. cap. primo. qui dicit quòd omnia quæ relatiue dicuntur adinuicem dicũtur: & per hoc probat, quòd pater non dicitur relatiue ad essentiam: cum essentia non dicatur relatiue ad patrem. Patet etiam per philosophum in prædicamentis consequentia probatur. Nam productiuum dicitur ad producibile, & facturum ad faciendum, & imago ad imaginatum, & memoria ad memoriam. ergo econuerso producibile refertur ad productiuum, & tale non est. ergo.

¶Nec valet dicere, quòd talia etsi referantur non tamen realiter: sed secundum rationem tantum. Nam siue talia considerentur ab anima: siue non: nihil minus producibile est producibile à productiuo, ergo.

¶SECVNDA conclusio principalis: videlicet quòd Deus refertur realiter ad creaturam ex tempore probatur sic à Gregorio. Nam constat quòd ex tempore, seu de nouo Deus est creans seu Dominus creaturarum: & vt sic refertur ad creaturam ex tempore. vt dicit Aug. 5. de tri. & hoc non est per operationem animæ: quia siue anima Deum intelligat siue non: non minus ipse est creans, & Dominus. *Secunda cõclusio Gre. contra Sco.*

¶Confirmatur, quia si solum secundum rationẽ refertur: aut ideo est quia ipse non est Dominus, vel creator, nisi per operationem animæ: quod nullus catholicus diceret: aut quia etsi absque operatione animæ sit Dominus, & creator: non tamen absque operatione animæ est relatiue Dominus; & creator? Et illud implicat manifestam contradictionem, quoniam contradictio est dicere, quòd aliquis sit Dominus, & non sit Dominus alterius: & per consequens quòd non sit relatiue Dominus. Si enim non sine operatione animæ est Dominus relatiue? non sine operatione animæ est Dominus; & sic sine operatione animæ est Dominus, & non sine operatione animæ est Dominus: quæ manifestè cõtradicunt. Eodem modo potest probari quòd ab eterno realiter referebatur: supposito secundum fidem, quòd æternaliter fuerit præscius: quia sine operatione animæ fuit præscius: & non potuit esse præscius, nisi relatiue. Scientia enim: præscientia: dispositio, prouidentia: & prædestinatio: sunt ad aliquid: sicut dicit Aug. de sacra. lib. 1. par. 2. cap. 5. & vbi non diceret, de se patet.

¶Secundo arguitur sic iuxta modum communẽ loquendi. Quæcunque relatio cõsequitur extrema ex natura rei sine consideratione intellectus est realis: hoc patet per Sco. in primo dist. 30. vbi ponit eã in propria forma. Omnes etiam communiter ponẽtes relationes rationis dicunt eas cõsequi actum intellectus, & realiter non habere esse: & quando nõ dicerent, propositio patet de se: alias quælibet relatio realis posset dici rationis. Sed aliqua relatio Dei ad creaturam consequitur sua extrema scilicet Deũ & creaturam ex natura rei sine consideratione intellectus. ergo. Minor declaratur: nam posito Deo & lapide, & nulla consideratione intellectus existente: Deus est distinctus à lapide & causa & Dominus eius: ac per hoc iuxta illum modum loquendi consequitur distinctio Dei à lapide, & causalitas ad Dominum, & certè non minus quàm consequatur distinctio lapidis à Deo & seruitus. Et si diceretur q Deus esset distinctus & Dominus absque distinctione & dominio. Eadem facilitate posset dici q lapis esset distinctus, & causatus, & seruus sine distinctione, & alijs relationibus.

¶Tertiò, exclusa omni consideratione animæ, natura humana est vnita verbo in Christo. ergo exclusa omni consideratione animæ uerbum est vnitum naturæ humanæ. Et patet consequentia: quia impossibile est aliquid esse vnitum non vnito. Vnitũ enim

vnito

vnito vnitum est. cum ergo omne vnitum referatur ad vnitum: sequitur quòd verbum exclusa omni consideratione animæ est vnitum: & per consequens realiter refertur ad vnitam sibi naturam.

¶ Quarto. Spiritus sanctus temporaliter est datus & donatus creaturæ. nec in hoc est necessaria consideratio animæ nostræ: cum etiam pueris detur in baptismo, & datum & donatum relatiue dicuntur: sicut patet per Aug. 5. de tri. c. 15. vel 16. Si hoc deberet negari: aut hoc esset propter auctoritatem ecclesiæ, vel scripturæ sacræ? aut alicuius sancti, vel famosi philosophi? vel ppter cogentem rationem ad oppositum? Sed nec ecclesia alicubi dicit oppositũ, nec in tota scriptura sacra: aut doctrina cuiuscunque sancti, nec aliqua auctoritas reperitur ad oppositum, quam vnquam viderim vel audierim. Inuenitur autem frequenter in scriptura & in dictis sanctorum ꝙ Deus est omnipotens creator & Dñs: & plura alia quæ denotant eum ad creaturam referri: & nullibi dr ꝙ tantum sm rationem sit Dominus, vel omnipotens, vel creator. Similiter nec philosophus, nec Commentator, vnquam hoc dixerunt: cum tamen dixerint Deum esse principium, & motorem, & causam finalem aliorum.

¶ Et si arguatur contra hanc conclusionem per rationes Sco. sic dicentis. Deus est perfecte simplex. ergo non refertur realiter ad creaturam. Probatur consequentia. quia si est perfecte simplex, nihil est in eo, quod non sit ipsum: secundum Aug. 11. de ciuit. Dei. c. 10 Deus inquit simplex est: & quia est id qđ habet. Item perfecta necessitas eius est talis, quòd nõ variabitur esse eius quacunque hypothesi possibili, siue impossibili ponatur circa aliud à se: quia alia non sunt necessaria nisi secundaria. Ex his autem sequitur, ꝙ nulla est in eo realitas, quæ necessario coexigat aliud à se. Tale enim necessario exigens aliud à Deo non esset illo exacto non existente, & per cõsequens aliquid quod esset perfecte idem Deo non esset aliquo alio quod non est necessarium ex se non existente. relatio autem realis necessario coexigit ad suum esse terminum relationis. ergo in Deo non est relatio realis ad aliud à se.

Quo Deus dicatur simplex.

¶ Ad hoc etiam vr esse auctoritas Magistri. in 30. d. qui dicit sic. Appellatio qua creatura dicitur ad creatorem relatiue relatiua est: & relationem notat: q̄ est in ipsa creatura. Appellatio vero illa qua creator relatiue dicitur ad creaturam relatiua quidem est: sed nullam vocat relationem, quæ sit in creatore.

¶ Item potest argui contra fundamentum probationis prædictarum conclusionum. Ex hoc enim ꝙ Deus omni animæ consideratione exclusa est vere præscius, & Dominus: & sic de alijs quæ relatiue dicuntur de eo, arguebatur quòd esset realiter præscius & Dominus.

¶ Contra hoc quidem: quia similiter probaretur ꝙ identitas eiusdem ad seipsum esset relatio realis: nam exclusa omni consideratione animæ quodlibet est sibijpsi idem. vt Sor. est idem Sorti. ergo illa identitas esset realis quod est contra philosophum. 5. metha. c. de eodem. t. c. 16. Palam quia identitas, vnitas quædam est, aut plurium essendi. i. eorum quæ sunt plura in esse: aut quando vtitur pluribus veluti qñ dixerit ipsum ipsi idem. nam vt duobus vtitur eodem. Ex quibus innuit quòd relatio talis non fit, nisi quando intellectus vtitur eodem tanquam duobus idem sibi referendo.

¶ Respondet ipse Greg. dicens quòd non omnis relatio exigit necessario ad suum esse quòd eius terminus sit in rerum natura. sicut supra patuit.

¶ Ad auctoritatem Magistri dicit ꝙ non est contra: cum ipse non dicat ꝙ Deus nõ refertur ad creaturam

Interpretatio authoritatis Magistri.

realiter dicit oppositum. Intendit tamen quòd cum de nouo dicitur ad creaturam, nulla nouitas vel mutatio est in Deo sed tantum in creatura: quã mutationem in creatura propter quam, & ipsa ad Deum, & Deus ad ipsam referuntur vocat relationem iuxta modum suum, quo talia complexe significabilia quibus dicitur aliquid referri vocare consueuit relationes.

¶ Ad aliud de identitate, concedit quòd identitas eiusdem ad se sit realis: si illud quod dicitur idẽ, sit res. Nec philosophus dicit oppositum: nec aliquis alius deberet hoc negare: cum nullus sanæ mentis negaret, quòd Sortes est sibiipsi idẽ realiter, & multo plus quàm sit Platoni, cui tamen conceditur esse realiter idem secundum speciem.

¶ Præterea constat quòd aliqua res vna numero est vna realiter: cum ergo identitas numeralis non sit aliud, quàm entitas numeralis: sequitur ꝙ identitas numeralis est identitas realis. Dico ergo ꝙ talis identitas est realis: & si ipsa sit relatio, est relatio realis. Nec philosophus oppositum sensit: sed solũ vult ꝙ quibus modis dicitur vnum dr idem: & ꝙ sicut vnitas, sic & identitas est duplex. quædam eorũ quæ sunt plura, sicut identitas generis, & specifica. quædam vnius, sicut identitas numeralis, quæ est illa quam significamus cum eodem vtimur, vt duobus. idest sicut vtimur duobus hoc autem est quando dicimus ipsum ipsi idem. verbi gratia. Petrus est idem Petro: sic enim vtimur tunc Petro pro eo quod refertur, & eo cui refertur: sicut in significando identitate aliam, quæ est plurium vtimur duobus. verbi gratia. cum dicimus Petrus est idem Paulo.

¶ Et si dicatur ꝙ qualibet relatio realiter requiritur duo extrema realiter distincta. Dicẽdum hoc esse falsum, quod patet, quia inter mouẽs, & motũ, vel agens, & patiens est relatio realis etiam sm communem doctrinam: & tamen uolũtas agit in se causando suum actum: ita ꝙ ipsa est agens, & patiens, & mouens, & mota. Vnde non plus requiritur ad relationem realem, nisi ꝙ præter operationem animæ ipsum quod refertur sit tale, quale denotatur per prædicationem relatiuam de ipso. Et ideo si identitas inquantum identitas sit relatio, non requiritur ad hoc quod sit relatio: nisi quòd illud quod dicitur idem sit idem præter operationem animæ. hæc Gregorius.

Pace tamen vestra ista solutio est fa[l]sa nã Scot. 6. q. quolib. declarat æqualitatem in diuinis esse relationem realem quæ habet extrema realia, & realiter distincta. Aliter soluit Franciscus de May. in 1. dis. 3. q. 8. nam relatio realis est duplex, quædã est realis formalis, & hæc requirit extrema realia. Alia ẽ realis fundamentalis & hæc non requirit extrema realiter distincta.

RESPONDEO ad omnes rationes Greg. quia sunt directe contra Sco. Ad illam qua probat quòd Deus relatione reali referatur ab æterno ad creaturam non existentem. Cum arguitur quòd Deus realiter est causatiuus, & præscius. Concedo: ergo realiter refertur ad non existens? Negatur consequentia. Tum: quia esse tantum causatiuum non dicit relationem, nisi aptitudinalem: quia esse realiter causatiuum est ipsum habere aptitudinem ad causandum: sed super tali natura sic apta non potest fundari relatio actualis realis: sed tm aptitudinalis (si tamen posset dari aliqua aptitudinalis in Deo ad creaturam.) Tum etiam quia si realiter refertur hac relatione reali. ergo creatura fuit ab æterno in esse realis existentiæ: patet quia relationes secundi modi sunt mutuæ. ergo si Deus actu refertur ad creaturã relatione reali secundi modi. ergo & creatura ab æterno refertur relatione reali: quæ fundatur super potentia passiua. ergo ipsa fuit ab æterno: patet quia aut ponis relationem realem creaturæ esse aliam realiter ab ipsa? & tunc sequitur quòd est impossibile ipsam esse nisi in fundamento realiter existente: quia nullum accidens reale potest fundari in non existẽte realiter vt patet: si vero ponis ipsam relationem nullo modo distingui ab ipsa creatura: sed tantum esse ipsam creaturam q̄ refertur (vt tibi

videntur dicere) adhoc sequitur ꝙ sit de necessitate ab æterno: patet quia nihil realiter refertur nisi sit ens reale: sed non potest dici ens reale non includendo existentiam, ergo creatura ab æterno existit, & sic si Deus refertur ab æterno relatione reali ad creaturam: oportet ipsam creaturam ab æterno existere. Non enim diceretur album esse realiter simile. s. similitudine reali, nisi album vere esset. Nam qd non est: nulli realiter erit simile. Sic in proposito. Item cum de ratione relationis sit ad aliud terminari: vt patet in prædicamento relationis & in quinto Meta. c. ad aliquid. t. c. 20. ergo terminans relationem realem actu est.

¶Dico ergo ad argumentum, ꝙ Deus ab æterno est realiter causatiuus, sed non relatione reali: quia vt sic nihil aliud est nisi ab æterno hēre realiter potentiam quæ possit causare: & ex hoc nulla ponitur relatio in Deo. Cum dr̃ causatiuum realiter refertur ad causabile. Dico ꝙ tm̃ dicit aptitudinem ad causandum, quæ aptitudo est ipsa voluntas diuina realiter. Et quando dicit ꝙ refertur ad causabile. Dico ꝙ nullo modo refertur, nisi forte relatione rationis: quando. s. intellectus diuinus comparat voluntatem diuinam ad ipsum causabile in ratione causatiui. Et ideo non valet dicere ꝙ anima non cōsideraret quia sufficit ꝙ intellectus diuinus actu suo sic comparet. vt patet à Sco præsenti distin. Hoc idem dico de præscientia ꝙ Deus est ab æterno realiter p̄scius. Si intelligatur ꝙ ab æterno habuit actum realem quo præscit? Concedo, quia actum intelligendi. Si vero ꝙ talis actus ab æterno terminetur ad p̄scitum, & hoc terminatione vel transitione reali? Negatur, quia actum illum sic terminari ad creaturam, non est aliquod reale in Deo. vt patet à Scot. infra dis. 39. Si etiam intelligat ꝙ actus intellectus diuini, quo præscit ab æterno includat relationem realem ad præscitum? hoc habet probare: quia si huiusmodi relationem includeret: creatura præscita necessario ab æterno existeret: vt supra patuit de causatiuo.

Nam licet relatio intrinsecus adueniens nō acquiratur immediate primo aliquo motu, tñ relatio extrinsecus adueniēs potest de nouo produci sine productione alicui⁹ fundamenti.

¶Ad illa argumenta quibus probat ꝙ aliquid realiter potest referri ad non ens. Dico præmittendo aliqua. Primo quòd relatio realis, & maxime intrinsecus adueniens, necessario dependet in esse a termino, & fundamento, immo sic depēdet, ꝙ nullo modo potest causari. ut patet 5. Phi. tex. c. 10. quia in ad aliquid, nō est motus, nec mutatio: quia posito fundamento, & termino necessario oritur ex natura rei, & sic ab illis dependet in esse, & conseruari. Secundo præmitto, quòd nihil ab eo quod non est potest dependere in esse, & conseruari rerum eius reale: hoc patet. Istis præsuppositis dico ad primū de imagine ad imaginatum: ꝙ si imaginatum non est actu, nec relatio imaginis realis est inter imaginem, & imaginatum. Cum arguit ꝙ imago non est ad se. Dico ꝙ imago potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad suum fundamentum reale: puta pro illa imagine erea Herculis. Alio modo formaliter: vltra fundamentum includit relationē ad imaginatum. Dico quòd imago potest esse primo modo sine imaginato: non tamen secundo modo potest esse. Nec valet dicere per imaginem cognoscit imaginatum non existens. ergo refertur ad illud realiter? Negatur consequentia: quia cognito prius Hercule: post cognita imagine illa erea: statim ducor in cognitionem Herculis: & tamen non sequitur quòd relatione reali referatur talis imago. Et si refertur aliqua relatione actuali ad ipsum imaginatum: hoc erit tantum relatione rationis, quæ fit per actum collatiuum intellectus comparantis imaginem eream vt cognitam ad ipsum Herculem prius cognitum. Nec enim est imaginabile aliquid referri relatione reali ad aliquid quod nullo modo est ens: cum talis relatio in esse & conseruari dependeat à termino, & diffiniatur per ipsum. Et per istā responsionem, patet responsio ad omnes alias rationes. s. de memoria, & potentia actiua, & passiua, & huiusmodi. Nisi enim dentur extrema. s. fundamentum & terminus, est impossibile dari relationem realem. Nisi iste velit dicere, ꝙ relatio imaginis est tantum ipsa imago, & nulla relatio differt realiter ab eo cuius est relatio (quāuis sit manifeste falsum. vt subtiliter probat Sco. in 3. d. 1. & ibi vide expositionem, quam feci, & resolutiones argumentorum contrarium probantium.) Dico ꝙ adhuc requiritur existentia correlatiui pater. Si enim pater actu realiter refertur ad filium. ergo filius actu est: patet quia si filius non est actu, nec pater erit actu. relatiua enim posita se ponunt, & perempta se perimunt. ergo si imago realiter actu refertur ad imaginatū: sequitur quòd imaginatum erit actu existens. Et patet, quomodo illæ rationes non concludunt propositum suum.

AD argumēta alterius conclusionis quibus probat Grego. ꝙ actu non existens potest realiter referri ad ens, siue ad id quod existit. Antequam respondeam præmitto ꝙ accidens dependens à termino, & fundamento includit maiorem necessitatem fundamenti, quàm termini. Tum quia accidentis esse est inesse. vt patet. 7. met. Tum quia substantia est prior accidente, cognitione, diffinitione &c. 7. Met. t. c. 4. Secundo præmitto ꝙ relatio realis necessario requirit fundamentum existere. Non enim est imaginabile aliquod accidens reale posse fundari in non existente.

¶Si dicatur quòd relatio realis non est res distincta à fundamento.

¶Adhuc dico, quòd si accipiatur relatio realis p̄ re quæ refertur: adhuc patet, quomodo nihil non realiter ens, potest realiter, & actu referri. Si enim realiter referri est ipsum esse ens reale: quō nō ens poterit realiter referri? Nec valet dicere, ꝙ ideo realiter dr̃ referri: quia non refertur per operationem intellectus. Hoc nihil est: quia præsupponit falsum, s. ꝙ non ens possit referri. Bene enim sequeretur nō ens refertur relatione actuali, & non per operationem intellectus. ergo non ens realiter refertur. Sed constat antecedens esse falsum.

¶Ad probationem, concedo, quòd correlatiua, dicuntur ad conuertentiam: & eo modo quo sunt correlatiua dicuntur ad conuertentiā s. si actu, actu: si potentia, potentia: si aptitudine, aptitudine: ut patet in omnibus correlatiuis. Sed postea negatur, ꝙ non ens sit correlatiuum realiter. Cum probatur: quia causatiuum realiter refertur ad causabile. Negatur immo dico quòd actualiter nullo modo refertur: & si actu refertur ad causabile non existens: hoc erit tantum per operationem intellectus comparantis vnum ad aliud vt supra dixi. Hoc idem dico de productiuo, & producibili. Dico etiam posito ꝙ productiuum referatur realiter ad producibile non existens: adhuc non sequitur quòd producibile non existens referatur realiter ad productiuū: quia licet dicantur ad conuertentiam non tamen sequitur quòd si vnum realiter refertur: quòd reliquum realiter referatur. vt exposui supra respondēdo ad obiectiones Ocham contra Sco. præsenti distin. vide ibi. Et patet ad istam opi. quid dicendum.

Relatiua dicuntur ad conuertentiā loquēdo de relatiuis si actu, actu, si potentia, potentia. & hæc relatio vocatur relatio mutua.

AD rationes quibus probat Grego. quòd Deus referatur realiter ex tempore ad creaturam. Ad primam, cum dicitur quòd Deus de nouo est realiter creans. Si intelligis, quòd sit realiter creans relatione reali de nouo sibi adueniēte. Negatur, sic ēt etiam ipse negat. Si vero intelligis, ꝙ de nouo sit

Alia rōnes Grego. soluuntur.

realiter

realiter creans: quia noua actione reali in ipso existente: similiter hæc negatur etiam à te. Si autem intelligis, quòd ipse Deus de nouo dicitur creator: quia aliqua creatura accipit esse de nouo per creationem. i. q Deus dr realiter referri ad creaturam: quia creatura relatione reali refertur ad ipsum: & sic denominatione extrinseca, dr de nouo realiter referri? & hoc etiam Magister concedit, & hoc non habet difficultatem: vt patuit supra respondendo ad obiectiones Ocham: Si vero intelligitur, de nouo referri realiter ad creaturam, & non per relationem creaturæ terminatam ad ipsum: sed de sola. i. entitate sua? Hoc non vr intelligibile, q dicatur realiter referri, & non per aliquid de nouo sibi adueniens: nec per hoc q aliud: puta creatura referatur ad ipsum. Si vero dicatur quòd de nouo realiter referatur. i. relatione actuali. Detur illa. non potest dari, nisi quia de nouo creat, & tunc ista nouitas tm est in creatura vt patet, & sic pp nouum effectum dicitur realiter referri: non quòd adueniat sibi nouum aliquid. Sed hoc non est proprie realiter referri de nouo, nisi habeat vel relationem realem nouã, vel saltem, quia relatio realis creaturæ terminatur ad ipsum. vt docet Arist. 5. Meth. c de ad aliquid. & c. 20 Omne enim quod ad aliud refertur, vel refertur relatione, quam habet, vel ideo refertur quia aliud refertur ad ipsum. vt supra patuit cõtra Ochã. Non enim datur alius modus, nisi prauus sensus detur philosopho vbi supra sicut etiam ipse Greg. vult exponere philosophum, & simili modo exponit Ocham. vide supra, quia certè non est exponere textum: sed magis extorquere.

¶ Ad aliud de confirmatione. Dico q si Deus intelligitur creator de nouo: potest dici creator, quia noua creatura refertur ad ipsum relatione reali: & sic quia talis relatio terminatur ad ipsum ex tempore, ita conceditur creator ex tempore. Si vero intelligatur creator de nouo aliqua relatione noua existente in Deo. Dico tũc, q nulla relatio inest Deo, nisi tm rationis, & talis relatio rationis est tm causata ab intellectu creato: nõ ab intellectu diuino, qui nullũ ens rationis potest de nouo causare. vt supra patuit à Doc. Et cum dicit, q est inconueniens esse creatorem, vel Dñm tm per operationem animæ. Verum esset si operatio animæ concurreret ad creare. Solo enim actu voluntatis suæ creat, & non aliquo respectu rationis: immo si nullus intellectus creatus esset: adhuc crearet lapidem: licet tunc non diceretur creator aliqua relatione sibi inhærente. vt patuit.

Nulla est relatio in deo nisi rationis.

¶ Ad aliud, quando dicit fm Sco. quæcunque relatio consequitur extrema ex natura rei sine consideratione intellectus est realis. Concedo Istã. Sed negatur ista. s. quòd inter Deum, & creaturam oriatur relatio ex natura rei sine consideratione intellectus, & hoc loquendo de relatione Dei ad creaturã quia bene certum est, q oritur relatio realis in creatura. Ad probationem, cum dr q posito Deo, & lapide, nulla consideratione intellectus existẽte, Deus est distinctus à lapide. ergo realiter refertur, vt distinctus realiter ad ipsum lapidem distinctum. Dico q distingui realiter ab aliquo contingere potest dupliciter. s. fundamentaliter, & formaliter. sicut etiam simile dr fundamentaliter, vt albedo, & sic sortes est similis albedine vt fundamento similitudinis alteri albo. Formaliter vero dr similis similitudine relatione, sic Deus dr deitate realiter distinctus à lapide: deitate dico vt ratione fundamentali distinguendi. Et dr distinctus formaliter distinctione sed tũc negat, q talis distinctio, qua Deus dr formaliter distingui, sit relatio realis. Est enim tm relatio rationis, & æterna, vt qñ intellectus diuinus comparat Deum cognitum in ratione distincti, ad creaturam cognitam, & pnieit. sic temporalis, vt qñ intellectus creatus comparat ex tempore. Et cum dr, q posito Deo, & lapide nullo intellectu creato existente, Deus realiter distinguitur à lapide. Cõcedo. Cũ infertur. ergo realiter refertur. Negatur consequentia, quia ipsum sic realiter referri est realiter habere relationem realem.

Duplex est distinctio realis.

¶ Si dicatur distinctio qua distinguitur ante omne opus intellectus est relatio. Negatur. Quid ergo est? Dico quòd nihil quia vt sic tantum intelligitur Deus in se. Si inferatur. Deus non est lapis. ergo distinguitur à lapide. Dico quòd ista comparatio nõ fit sine actu intellectus. Sicut dicimus nullo intellectu considerante, homo non est asinus: non est ibi ista negatio, nisi tantum fundamentaliter. Sic in proposito.

EX supradictis patet quomodo ille nouus expositor S. Tho. male intellexit Sco. cum ipse attribuat Scoto sic dicens. Hinc habes defectum Scoti credentis, quod Deus dicitur Dominus ex sola relatione, quę est in creatura. Ponit enim effectum formalem scilicet Dominum absque causa formali scilicet relatione dominij: quod non est intelligibile. Hæc ille. Hic habes multiplicem responsionem ex superius dilucidatis.

Improbatur Thõ. Gaiet.

¶ Ad aliud de vnione naturæ humanæ ad verbũ. Concedo. q natura humana realiter, & relatione reali refertur ad verbum: & q talis vnio qua natura humana dr vniri verbo est relatio vere realis extrinsecus tamen aduenienis. vt patet à Doct. in 3. d. 1. q. 1. Sed negatur q verbum realiter. s. relatione reali referatur ad naturam humanam. Cum dicitur verbum realiter est vnitum. Si intelligis q vnione reali sibi de nouo inhærente? Negatur. Si vero vnione reali naturæ humanæ terminata ad ipsum? Concedo. Si vero aliqua vnione sibi inhærente? nulla potest dari nisi tantum rationis. vt patet à Doct. in 3. dist. 1. quæst 1.

¶ Ad alia duo, patet responsio ex supradictis. Ad solutiones, quas facit ad rationes Scoti. patet ex his quæ dixi, quod nihil valent, nec quouis modo soluunt rationes.

OCHAM arguit contra multa dicta Scoti. primo contra hoc quod dicit, quòd aliquę relationes sunt mutuæ, & aliquę non: & propter hoc distinguitur tertius modus à duobus primis: arguit sic primo. Quia fm intentionem philosophi omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam Et si dicatur quòd non intelligit de tertio modo. Cõtra. de isto modo exemplificat specialiter. Vnde subdit post. Similiter & in alijs, sed aliquotiens differunt fm locutionem vt scientia scibilis scientia, dicitur, & sensus sensati sensus, & sensatum sensu sensatũ. Vult dicere quòd omne relatiuum, si conuenienter assignetur, assignatur ad vnum quod similiter refertur ad ipsum: quamuis non referatur ad ipsum sub eodem casu, quo ipsum refertur ad illud.

Ocham arguit contra Sco.

¶ Item ibidem philosophus. At vero aliqualiter non vr conuerti, nisi conuenienter illud ad quod dr assignetur. ergo semper quando conuenienter assignatur illud, ad quod dicitur conuertitur: & per cõsequens relatio mutua. Item postea concludit. Omnia ergo quæ ad aliquid dñr, si conuenienter assignentur, ad conuertentiam dñr. Ex quibus auctoritatibus patet, quòd inter omnia relatiua conuenienter assignata, est conuertentia hoc est relatio mutua quia scilicet sicut vnum refertur ad aliud: ita econuerso aliud refertur ad ipsum.

¶ Et si dicatur, quòd quamuis in tertio modo possit assignari aliquod nomen, qđ relatiue dicatur ad aliud: tñ in alio extremo non est rełõ ex natura

rei: sed in primis duobus modis est relatio ex natura rei. Illud non sufficit. Tum quia ex natura rei sensibile est sensibile; ita quòd calidum non est calidum, nec sensibile per actum intellectus, plusquam sol sit calefactiuus per actum intellectus. Tum quia eadem facilitate dicam, quòd in agente non est relatio ex natura rei, sed tantum in passo: & ita in secundo modo non est relatio mutua.

Nota & bene,

¶Item philosophus in prædicamentis ostendens ꝙ aliqua relatiua sunt simul natura: specialiter excipit illa relatiua, quæ sunt de tertio modo vbi autem dicit quòd omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, illa non excipit; sed etiam de illis dicit, ꝙ dicuntur ad conuertentiam, sicut alia. ergo tertius modus magis distinguitur ab illis per hoc, quòd in tertio modo relatiua non sunt simul natura, quàm per hoc, quòd in illis non est relatio mutua; in alijs autem est.

Item Ochã arguit contra Sco.

SECVNDO principaliter arguit contra aliud dictum Scot. videlicet ꝙ omnes relationes Dei ad creaturam sunt relationes communes. Et arguit primo sic. Quandocunque aliquid importat per aliquod nomen, quod non potest alicui competere nisi aliqua causa causante: si illa causa non causat illud; nullo modo nomen tale dicetur de aliquo: sed per te istud nomen creator Dominus, & huiusmodi: importat relationem rationis, quæ nullo modo potest esse nisi intellectu nostro causante. ergo si intellectus creatus non causet talem relationem rationis, non dicetur vere creator, vel creans. ergo nec existente intellectu, Deus non posset creare vnum lapidem.

¶Secundo. quando aliquid est tale, siue intellectus sit, siue non sit: per nullum extremum importatur aliquid causatum ab intellectu. sicut si homo realiter sit albus, siue intellectus sit, siue non sit: nec per hominem nec per album importatur aliquid causatum ab intellectu: sed siue intellectus sit, siue non sit, Deus est realiter creãs. sicut sensibile est realiter sensatum. ergo nec per Deum, nec per creantem importatur aliquod causatum ab intellectu.

¶Tertio per istos. sicut intellectus causat respectũ rationis: ita etiam voluntas potest causare respectum rationis: sed ad hoc quòd Deus creet lapidẽ, nihil penitus plus facit intellectus noster, quàm voluntas creata. ergo vel vtrunque causabit illum respectum: vel neutrum: & per consequens vel nullũ respectum importabit: & habetur propositum, vel importabit duos respectus rationis, vnum causatũ per actum intellectus, alium per actum voluntatis, quod videtur satis inuole.

¶Quarto. Sicut propositio est in voce, ita etiam in scripto: secundum hoc. ergo sicut aliqua vox est relatiua, ita & nomen scriptum. ergo posito quòd nullus intellectus esset, & tamen quòd hæc scriberetur. Deus creat, vel Deus est creans. adhuc esset hoc nomen relatiuum, & certum est quòd non importaret respectum rationis, quia tunc esset falsa. talia enim nomina creator, redemptor, & huiusmodi, non important aliquos respectus rationis.

Iterũ Ochã arguit contra.

CONTRA aliud quod dicit Scot. scilicet quòd relatio Dei ad creaturam non potest dici realis illo modo, quo relatio solis ad corpora patientia inferiora dicitur realis. Et instat: quia ita potest dici relatio realis Dei ad creaturam, sicut solis ad effectus suos: quia sicut per hoc quòd sol efficit effectus suos nihil reale nouum ponitur in sole; ita per hoc quòd Deus creat creaturas, nihil reale nouum ponitur in Deo.

Occhã contra Scotum arguit.

¶Ideo ipse Ocham probat quòd creans, conseruans, & huiusmodi non important respectus rationis. Primo sic, secũdum istos respectus rationis causatur ex operatione intellectus comparantis vnam rem ad aliam, vel ad seipsam: tunc sic. Quandocunque ex comparatione alicuius ad alterum, causatur aliquid ex simili comparatione ad aliud causatur simile, quia quando aliquid potest eodem modo cõparari ad diuersa, non maior ratio quòd causetur ex vna comparatione, quàm ex alia. ergo si ad comparationem, qua Deum comparat ad creaturam consequitur respectus rationis, per quem dicatur Deus creator creaturæ: eadem ratione ad comparationem, qua intellectus comparat creaturam ad aliam creaturam, sequitur respectus rationis per quem dicetur vna creatura creatrix alterius creaturæ, quod est manifeste falsum.

¶Si dicatur quòd vna comparatio est vera, & alia erit falsa, & ideo vnam consequitur respectus rationis, qui aliam non consequitur.

¶Hoc non sufficit: quia respectus rationis, ita cõsequitur comparationem falsam, sicut veram.

¶Item sicut nihil vere est album, nisi albedo sit in esse sibi conuenienti: ita nihil est vere creans, nisi creatio sit in esse sibi conuenienti. ergo si creatio est quidam respectus rationis: nunquam realiter, nec vere Deus crearet, nisi talis respectus communis poneretur vere per talem comparationem intellectus quod est manifeste falsum: quia non plus comparatio intellectus requiritur ad hoc, quòd Deus creet, quàm ad hoc quòd sol illuminet medium.

¶Item, si intellectus potest comparare causam nõ habentem respectum realem ad effectum suum: ita secundum istos & realiter vere potest comparare causam habentem respectum realem ad effectum suum: ex qua ratione ex prima comparatione consequeretur talis respectus rationis: eadem ratione ex secunda comparatione consequeretur consimilis respectus rationis: & per consequens talis causa haberet duos respectus ad effectum suum. i. vnum realem, & vnum rationis: quod est superfluũ. Ideo dico ꝙ per tales terminos creans, creatiuus, conseruans, conseruatiuus, Dominus, secundum quòd cõpetunt Deo: & per huiusmodi nomina quæ competunt Deo ex tempore, nullus respectus rationis importatur: nec comparatio intellectus ibi aliquid operatur plusquam in alijs relatiuis quibuscunque quia ita vere, & ita realiter est Deus creans, & similiter ita realiter conseruat, sicut sol calefacit.

¶Secundo dico, quòd potest aliquo modo dici talis relatio realis: non quòd aliqua res Deo adueniat. sicut nec res imaginabilis aduenit Sorti albo, secundum hoc quòd sit similis Platoni de nouo existenti albo. Sed sicut similitudo dicitur relatio realis propter hoc, quòd vnum album ex natura rei est simile alteri albo, & ad hoc quòd vnum sit simile alteri, non plus facit intellectus, quàm facit ad hoc, quòd Sortes sit albus, vel Pla. sit albus. Ita in proposito, intellectus creatus nihil facit ad hoc, hoc, quòd Deus sit creans: immo potest realiter Deus creare lapidem, si intellectus non sit; ideo potest illa relatio dici aliquo modo realis, non quidem, quòd ista relatio sit aliqua res; sed quòd importat veras res, quæ non requirunt operationem intellectus ad hoc, quòd vna sit creans, & alia creata. sicut similitudo dicitur relatio realis, non quòd sit una res alia ab absolutis; sed quia importat veras res, circa quas nihil facit intellectus ad hoc, quòd vna sit similis alteri, & econuerso. hæc Ocham.

Ocham respondet ad rõnes Sco.

VLTIMO respondet ad rationes Sco. Ad primam dicit, quòd hæc non est differentia inter relatiua de tertio modo, & relatiua aliorum modorum quòd in illo non est relatio mutua: & in alijs est relatio mutua: immo semper in omnibus

nibus relatiuis est mutua relatio. si conuenienter assignentur. nam ita est relatio scibilis ad scientiam: sicut dupli ad dimidium & cætera. Nec aliter replico eius responsiones: quia respondendo ad dicta supra patebunt omnia alia hic dicta ab Ocham.

Responsio ad rõnes Ochã.

RESPONDEO ad rationes Ocham quibus probatur quòd omnes relationes sunt mutuæ. Ad primum, dico quòd omnia correlatiua dicuntur ad cõuertentiam, tam tertij modi, quàm aliorum modorum: licèt sub alia, & alia habitudine casuum. Sed postea, nego quòd huiusmodi correlatiua includãt relationes oppositãs, vel mutuas. Licèt enim scientia reali relatione referatur ad scibile: non tamen scibile refertur relatione reali sibi inhærente formaliter: sed si refertur ideo tantum refertur: quia relatio scientiæ terminatur ad ipsum: Et cum dicit de sensibili quòd ex natura rei est sensibile. Concedo ergo realiter refertur? Dico quòd realiter referri relatione potest dupliciter intelligi aut denominatione intrinseca: aut extrinseca: primo modo non refertur ad visionem, quæ est mensurata à visibili. Tunc enim sibi realiter, & formaliter inesset relatio realis mensuræ ad visionem mensuratam. Sed secũdo modo realiter refertur: quia relatione reali mẽsurati ad mensuram. Et cum vltra dicit: quòd eadẽ facilitate diceretur, quod in agente nõ est relatio ex natura rei. Dico primo quòd communiter Doct. hoc non concederent. Sed quomodo scibilis, siue mensura referatur ad mensuratum: vide prolixe Scot. in quolibe. quæst. 13. Et aliqualiter potest in litera Sco. præsenti distin. assignari ratio: vbi docet quare inter aliqua oritur relatio ex natura rei. vide ibi.

Referri relatione dupliciter contingit.

¶ Dico secundo, quòd vbi habemus expressum textum philosophi, illum debemus sequi, & maxime cum non appareat ita manifesta differentia. Vnde expresè philosophus. 5. Meth. cap. de ad aliquid. Omnia inquit relatiua quæ dicuntur, modo numeri, & potentiæ sunt relatiua: quia essentia eorum dicunt ad aliquid: & non quia illud aliud dicitur ad illa. Mensurabile autem & scibile, & intellectuale, eo quòd aliud ad ipsum dicitur, ad aliquid dicuntur. nam intellectuale aliquid significant, quòd ipsius intellectus est idest, quòd intellectuale obiectũ significat, quòd intellectio ipsius est Similiter est de sensibili respectu sensus: hæc enim quantum est de se, non referuntur, nisi quatenus alia referuntur ad ipsa. puta sensus ad sensibile, & intellectus ad intelligibile. Constat ergo quòd in tertio modo relatiuorum non est mutua relatio. Hoc idem Commentator expresè ibi Commento. 20 nec oportet hic amplius insistere.

In tertio modo relatiuorum non est mutua relatio.

Ad aliud Ocham vbi arguit quòd creator, & conseruator non dicant relationem rationis. Dico præmittẽdo aliqua. Primo quòd nulla relatio rationis noua potest inesse Deo per actum intellectus diuini. vt patet hic à Doc. & sic cum esse creatorem actu dicat aliquid ex tempore, si illud sit respectus rationis, non erit ab intellectu diuino, qui vt dixi: nihil de nouo potest comparare. Esse tamen creatiuum, vel conseruatiuum, siue potens creare, vel potens conseruare potest dicere aliquem respectum rationis, & hoc ab æterno: quia intellectus diuinus potuit ab æterno comparare voluntatem diuinam, vt potentem creare ad creaturam vt possibilem creari: & sic ex tali comparatione potest oriri in Deo aliquis respectus rationis. vt patet hic in litera Doc. Secundo præmitto quòd Deum esse creatorem potest dupliciter intelligi, vel fundamentaliter, vel formaliter. Primo modo est quid reale, quia actus realis voluntatis diuinæ. Ista est enim vera Deus creat actu voluntatis suæ: & sic creare importat aliquid reale, scilicet illum actum æternum: & idem realiter quòd Deus & hoc modo nulla est difficultas. Secũdo modo, scilicet formaliter vt cum. Dico Deus creat creatione, siue creatione est creator. Sicut cũ dicimus agens actione respectus agit. Et hoc modo potest dupliciter intelligi scilicet vel Deus dicitur creator creatione respectus: creatione, scilicet sibi formaliter inhærente: vel creatione non sibi formaliter inhærente, sed creatione ad ipsum terminante. Secundo modo nulla est difficultas: vt patuit supra loquendo de denominatione extrinsecus aduenien te. sicut etiam dicimus quòd paries est visus, non tamen visione sibi inhærente, sed visione ad ipsum terminante, primo modo, scilicet loquendo de relatione formaliter inhærente: patet quòd creatio actiua nullam relationem realẽ dicit: vt probat Doct. in litera. Sed an dicat relationẽ rationis distinguo. Aut intelligitur quòd creare de necessitate dicit relationem rationis, quasi impossibile sit lapidem creari nisi in creante sit talis relatio rationis? hoc modo non ponitur: quia si nullus intellectus creatus esset adhuc posset Deus creare lapidem: aut intelligitur quòd intellectus creatus potest comparare ipsum Deum in ratione creatoris ad ipsam creaturam? & sic ex tali comparatione posset esse in Deo nouus respectus rationis, quo formaliter diceretur ex tempore creator: non tamen est necessarius: quia si intellectus creatus nullo modo compararet: adhuc vere diceretur creator lapidis: sed non relatione sibi formaliter inhærente, nec reali, nec rationis. Non enim Sco. intelligit quòd huiusmodi relatio rationis sit necessaria respectu create. vt patet intuenti literam Doctoris. Nec ponitur talis relatio, vt ratio formalis creandi: quia sola voluntas diuina, vel eius actus est ratio formalis creandi. vt patet à Doct. in secundo. distinct. 1. quæst. 1. & in quolibe. quæst. 8.

Deum esse creatorẽ potest intelligi dupliciter.

Relatio rationis nõ est necessaria respectu creare.

¶ Et ex his patet quid dicendum ad argumenta Ocham. Procedunt enim ex falso intellectu positionis Scoti quasi quòd Sco. velit dicere, quòd creare sic necessario dicat respectum rationis nouum causatum per actum intellectus creati: quòd si talis respectus rationis non inesset: non posset Deus aliquid creare: vel non posset dici quouis modo creator quod tamen ipse Sco. non dicit. Immo dicit quòd nullus respectus est necessarius in Deo: quia relatio creaturæ potest terminari ad absolutum in Deo: immo & de facto terminatur. vt patet hic in litera, & in quolibe. q. 8.

¶ Ad aliud vbi dicit quòd sicut sol dicit relationem realem, quando est agens: ita & Deus vt creans, videtur dicere relationem realem. Patet responsio ex his quæ dicit Sco. in soluendo argumenta principalia. Vide ibi. Multa etiam falsa dicit hic Ocham quæ breuitatis causa, omitto ingenio sioribus &c.

Ocham ingratus discipulus Scoti.

Distinctio Trigesimaprima.

Quæritur. Vtrum, Identitas, similitudo, & æqualitas sint relationes reales in Deo?

Quæstio vnica.

Bonauentura Bonauent. 1 sent. dist. 31. q. 1.
Alexander Alensis. 1. parte summæ q. 54. memb. 1. art. 1.
Scotus primo sent. dist. 31. q. 1.
D Thomas. 1. parte summæ q. 42. art. 1.
Ricardus. 1. sent. dist. 31. q. 2.
Durandus. 1. sent. dist. 31. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 31. q. 1.
Ioannes Baccontorius. 1. sent. dist. 31. q. 1.



VÆRITVR circa trigesimam primam dist. Vtrum identitas, similitudo, & æqualitas sint relationes reales in Deo.

AD quæstionem videtur dicendum &c. Ex istis patet expressè, quod ad relationem realem requiritur necessario distinctio realis extremorum: & hoc notа propter illud quod habetur supra dist. 28. quod alias notаui quòd sit extra textum.

¶Ibi. Quantum ad primam cōtradictionem &c. Opi. Hen. est: quòd æqualitas similitudo &c. non sit relatio nisi rationis in diuinis: quia magnitudo quæ est fundamentum æqualitatis: non est ibi ex natura rei: sed transit totaliter in essentiam diuinam: ita quòd ex natura rei non est, nisi essentia diuina.

SED contra istud. Hoc argumentum clarum est. vt patet supra dist. 8 quæst pen.

¶Ibi. Item intellectus. Hic nota quod supponit Doct. quòd essentia diuina sit formaliter infinita: quod probauit supra d. 2. q. 1. Secundo, quòd actus comprehensiuus alicuius obiecti commensuratur ipsi obiecto in perfectione: ita quòd si essentia diuina est formaliter infinita: intellectio comprehensiua erit formaliter infinita. & hoc patet à Doc. q. 1 q. quolibe. Tertio, quòd actus comprehensiuus essentiæ præcedit omnem actum negociatiuum intellectus. Immo habito actu comprehensiuo potest circa essentiam reducere omnes relationes in actu id est quòd potest efficere omnes relationes rationis, quæ natæ sunt fieri circa essentiam. Quarto, sequitur ex dictis quod illa intellectio, & intellectus erūt ibi formaliter infinita, & ex natura rei. ergo erit ibi magnitudo infinita ex natura rei.

¶Ibi. Præterea ratio illorum non valet. Hic nota aliqua. Primo quòd quantitas accidentalis est aliqd simpliciter additum naturæ subiecti: & sic repugnat sibi, quòd possit transire in identitatem realem subiecti: & manere sub ratione formali quantitatis molis. quod patet. Secundo magnitudo virtutis, siue quantitatis virtualis est simpliciter idem realiter cum ente cuius est: & tamen potest manere sub sua ratione formali.

¶Sed videtur difficultas contra hoc. Nam Doct. supra d. 8. dicit quòd gradus intrinsecus cuiusmodi est quantitas virtualis: non dicit distinctam formalitatem à re cuius est: ita quòd res illa sit quodammodo in potentia perfectibili ad illum: vt patet supra. Et vltra: non dicit distinctam formalitatem: accipiendo formalitatem proprie, vt sit obiectum formale distinctum formaliter à re cuius est. vt patet supra dis. 8. Ipsa tamen aliquo modo secundum suam rationem distinguitur à re, cuius est. Et sic Doc. cum dicit hic quòd manet secundum propriā rationem distinctam à re cuius est: non debet intelligi: secundum distinctam formalitatē, modo præexposito. Tertio Doc. ex isto argumento vult inferre quòd sit quantitas virtualis est eadem res realiter quod essentia diuina: licet sit non idem formaliter, vt patet supra dist. 8. sequitur quòd cum essentia diuina sit ibi ex natura rei; quòd sic etiam talis quantitas virtualis, quæ est infinitas intensiua sit ibi ex natura rei: & sic fundamentum æqualitatis erit ibi ex natura rei.

SECVNDVM principale. Hæc ratio clara est. Cum dicit quòd in filio est æqualitas: sic debet intelligi. quòd cum nihil possit esse realiter sibi æquale. & sic pater non potest esse sibi æqualis realiter. Sequitur quòd filio producto qui distinguitur realiter a patre: cui communicatur omnis perfectio: statim erit æqualis patri secundum illam perfectionē & econtra. Et sic intelligitur quòd in filio est prima æqualitas scilicet quòd producto filio: statim sequitur prima æqualitas. *Quō in filio sit æqualitas.*

¶Ibi. Quantum ad tertiam conditionem infra. Sed de æqualitate &c. Primo videtur quòd æqualitas nullo modo distinguatur à similitudine, & identitate in diuinis. & suppono quòd essentia, vt vna, est fundamentum identitatis: & magnitudo vt vna, est fundamentum æqualitatis in diuinis. Similiter qualitas essentialis vt vita, est fundamentum similitudinis. vt patet supra dist. 19. q. 1. Secundo suppono, quòd ipsa magnitudo sit perfectè eadem cum essentia diuina: & similiter cum omnibus attributis. cum ergo pater dicatur idem filio propter vnitatem essentiæ: & si est perfectè idem: erit idem, quia habet eandem simpliciter essentiam secundū omnem perfectionem. ergo æqualitas patris, & filij non videtur differre ab identitate. Nam ex quo dicuntur perfectè idem essentialiter, quia est eadem essentia perfectissime in vtroque, & non potest esse perfectissime in vtroque, nisi sit ibi cum omni perfectione: quia est impossibile quòd detur essentia actu existens sine gradu intrinseco: vt patet supra d. 8. ergo secundum eandem essentiam sic perfectam dicuntur æquales. Et sic æqualitas, & identitas sunt idem in Deo. hoc idem dico de similitudine.

AD primum potest concedi. Hic nota singularem responsionem quæ stat in hoc. Ex quo enim æqualitas dicit proprium modum fundamenti similitudinis, & identitatis, & etiam proprium modum vtriusque relationis. sequitur quod sit alia à qualibet illarum, & quòd dicat proprium modum fundamēti, patet enim si essentia esset in patre, vt infinita: hæc eadem esset in filio, vt centum gradus: pater esset idem filio secundum essentiam: & tamen non esset æqualis secundum essentiam, quia perfectior esset in patre. Verum tamen non esset ibi perfectissima identitas. Si ergo esset essentia formaliter infinita in patre, & in filio: tunc pater secundum essentiam esset perfectissime idem filio, quia e. et sibi æqualis secundum omnem perfectionem essentiæ. Et sic æqualitas dicit proprium modum fundamēti perfectissimæ identitatis. Nam illud est perfectissime idem alicui secundum aliquam perfectionem, quod est sibi æquale secundum eandem perfectionem. Hoc idem dico de similitudine: nam si pater haberet sapientiā formaliter infinitam, & filius eandem, sed finitam: pater secundum sapientiam esset similis filio: nō tñ æqualis sm sapientiam, quia perfectior in patre. Si ergo pater, & filius haberet eandem sapientiam sm omnem perfectionem: tunc pater esset similis perfectissime filio sm sapientiam, quia esset æqualis sibi sm sapientiam. Et sic æqualis *Singularis responsio.*

dicit

ducit proprium modum fundamenti similitudinis perfectissime.

¶Ibi. Ad 2m potest concedi. Doc. dicit hæc duo, Primũ. q in patre pñt esse tot æqualitates formaliter distinctæ, quot magnitudines sunt ibi formaliter distinctæ. Et qa quodlibet attributũ distinguit formaliter, & à se inuicem, & quodlibet est formaliter infinitum vt patet supra distinct. 8. quæst. penul. ergo quodlibet habet propriam infinitatem: & sic propriam magnitudinem perfectionalem: & per consequens secundum omnes istas magnitudines potest esse æqualis filio: & econtra. Secundum, quia essentia, & omnia attributa, & magnitudo omnium istorum sunt simpliciter vna res realiter: ideo in patre secundum omnia ista erit vna æqualitas ad filium realiter; licet sint plures distinctæ formaliter. Et hoc est quod dicit.

IBI. Ad primum argumentum. Hæc responsio clara est. Nam pater secundum essentiam, infinitam est æqualis filio fundamentaliter, & secundum æqualitatem est æqualis filio formaliter. Et similiter secundum sapientiam est similis filio fundamentaliter: quia est fundamentum similitudinis: & secundum similitudinem est similis formaliter.

Obiectio. ¶Ibi. Et si obijcias; tunc pater posset dici secundum essentiam. Quod tamen negatum est supra distinct. 5. quæst. 1. in responsione illius argumenti. Pater & filius est essentia. Vltra responsionem hic datam, à Doct. posset dici; quòd aliud est dicere patrem secundum essentiam: & patrem esse idem secundum essentiam vel æqualem: quia licet paternitas fundetur in essentia, non tamen habet vim quodammodo denominandi illam: vel quòd quasi formaliter sit in illa. Est enim sicut subsistens in natura in qua subsistit. vt patet supra dist. 5. quæst. 2. & 26. identitas, siue æqualitas non sont in essentia sicut sobsistens; sed magis formaliter denominatiuè: licèt non per informationem vt

Responsio. patet supra dist. 5. quæst. 3. & dist. 26. Responsio tamen Doct. clara est. quia essentia, vt est fundamentum similitudinis &cæt. accipitur sub illa ratione qua est perfectissima vna in tribus. vt patet supra. distin. 19. quæst. 1. Et sic potest dici quòd pater secundum essentiam est similis filio. Cum vero dicitur pater secundum essentiam: de virtute sermonis non habetur, quòd essentia vt vna sub ratione perfectissima vnitatis sit in tribus. Immo magis ex hoc quod dico pater qui producit distinctum rea liter à se: ex virtute sermonis, videtur quodammodo distincta vt pater. Nam vt in patre est simpliciter consideratus vt est principium formale productiuum: & vt in filio vt terminus formalis generationis: licet tamen in re sit simpliciter indiuisa in tribus. Si ergo diceretur pater secundum essentiam: & similiter filius secundum essentiam: ita quòd pater dicatur pater filij secundum essentiam: & filius dicatur filius patris secundum essentiam: sequeretur q de virtute sermonis essentia sub ratione perfectissima vnitatis esset fundamentum harum relationum.

¶Ad quartum. Ex hac responsione videtur declinare Doct. ad hanc opinionem, quòd personæ sint constitutæ per absoluta: quia dicit Aristo. difficile est &cæt. Et sic finis istius distinctionis.

Distinctio Trigesimasecunda.

Circa Distinctionem Trigesimamsecundam. Quæritur. Vtrum. Pater & filius diligant se Spiritu sancto? Secundo an pater sit sapientia genita?

Quæstio Prima & Secunda.

Seraphycus Bona. 1 lib sent. dist. 32. q1 art 1.
Alex. Alensis. 1 parte summæ. q 67 membro. 3 Artic. 3.
Scotus, 1 Sent. dist 32. q. 1.
D. Thomas. 1. parte summæ. q. 37 Artic. 2.
Ricardus. 1. sent. dist. 32. q 1.
Durandus. 1. sent. dist. 32. q. 1.
Franciscus de Mayronis. 1. sent. dist. 32 q 3.



IRCA istam distinctionem duo quæruntur. Primo an pater, & filius diligant se Spiritu sancto; Secundo, an pater sit sapiens sapientia genita.

PRIMAM quæstionem Magister reputat difficilem, & dimittit eam insolutam. Aliqui negauerunt istam propositionem, pater, & filius diligunt se Spiritu sancto, & dixerunt eam ab Augu. retractatam in simili primo Retra. c 26. vbi retractat istam pater est sapiens sapientia genita; cui ista videtur assimilari. *Magister dimittit hanc conclusionẽ insolutam.*

¶Contra. Non solum diuersas materias retractidas seorsum Aug. retractat: sed etiam eandem materiam quæ in diuersis libris ponitur: quæ tamen est retractanda; Aug. pluries retractat: quando sci licet facit mentionem de illis diuersis libris: ergo multo magis retractaret istam seorsum, si esset retractanda. Item Augu. non retractat dicta aliorum sanctorum, qui istam videntur concedere.

ALII dixerunt quòd debet sic exponi, Spiritu sancto se diligunt, vt signo dilectionis communis. *Simon de Tornaco.*

¶Contra. Ita potest dici, quòd diligunt se creatura: quia ipsa est signum dilectionis eorum.

ALII dicunt quòd diligunt se amore appropriato Spiritui sancto. *Alexan. de Ales.*

¶Contra. Igitur ita essent boni Spiritu sancto; quia bonitas appropriatur Spiritui sancto.

ALITER dicitur quod ablatiuus iste cõstruitur in ratione effectus causæ formalis: quia licèt non omnis res sit forma: tamen omne illud à quo aliquid denominatur quantum ad hoc habet habitudinem formæ: vt si dicatur iste est indutus indumẽto: construitur in habitudine causæ formalis; licèt non sit forma hominis. Cõtingit autem aliquid denominari per illud quod ab ipso procedit: non solum sicut agens ab actione: sed etiam sicut terminus actionis, qui est effectus eius, quando ipse effectus in intellectu actionis includitur: dicimus enim de igne, quòd est calefaciens calefactione: quamuis calefactio non sit calor qui est forma ignis: sed actio quæ ab igne procedit, & dicimus quòd arbor est florens floribus; quamuis flores non sint forma arboris: sed quidam effectus ab ipsa procedentes. Secundum hoc igitur dicendum, quòd cum diligere in diuinis dupliciter sumatur scilicet essentialiter & notionaliter. Primo modo pater & filius non diligunt se Spiritu sancto, sed essentia sua. Secũdo modo sic diligere, nihil aliud est, quam spirare amorem: sicut dicere est verbum producere, & florere flores producere. Sicut igitur arbor dicitur florens floribus; ita pater dicitur dicens verbo *Tho. 1. par. q. 37. ar. tit. 2.* *Diligere in diuinis dupliciter sumitur.* *Quod sit d. cere.*

vel filio se & creaturam: & pater & filius: dicuntur diligentes se & nos Spiritu sancto vel amore produ cente hæc Tho.

CONTRA hanc positionem arguit Doct. Primo quia ædificare distinctè importat ædificium: & tamen non conceditur, quòd ædificator ædificet ædificio. cum spirare distinctius importet Spiritum sanctum quàm diligere: & tamen non conceditur quòd spirent Spiritu sancto. Secundo etsi talis prædicatio concederetur: non tamen vt est conuersiua super agens, id est dato quòd concederetur talis modus prædicandi, non tamen cum pronomine reciproco, quod est conuersiue prædicari, vt est in proposito. cum dico pater & filius diligunt de Spiritu sancto: quia etiam non concederetur de igne dici aliquid quod terminaretur ad ipsum ignem vt aliquid producto à se.

¶ Item in constructione transitiua nunquam effectus ex vi effectus construitur cum ablatiuo. diligere est verbum transitiuum vt patet. Nec exemplum Sancti Tho. est ad propositum sed ad oppositum.

Exemplum S. Tho. non facit ad rē. Florere est verbum neutrum non actiuum. Omne autem verbum neutrum significat idem cum nomine adiectiuo si esset nomen impositum nisi quòd nomen significat per modum habitus & quietis. Verbum autem quasi significat in fieri: vt idem est ignis calet calorem: & est calidus calore, & vtrunque est in ratione formæ, à qua est ista denominatio, per modum quietis in vno, & per modum fieri in alio. Ista autem forma in aliquo inhærens, vt qualitas aliquando se hēt per modum formę ab extra denominantis. sicut est de genere habitus & viro que modo potest fieri denominatio. Et sic sicut potest dici iste est ornatus vestimento à quo extrinsece denominatur: ita potest dici iste nitet vestimento, vel aliquo alio verbo neutro. Ita est in proposito: quia arborem florere non significat formaliter arborem producere florem. Si enim ponatur verbū actiuum, quod sic significet puta florificare si esset in vsu: hæc esset falsa. arbor florificat floribus. hæc autem vera. arbor floret floribus: quia per istud verbum neutrum significatur aliquid denominās subiectum, quasi per modum habitus: licet non sit proprie habitus in inanimatis: quia propriè habitus est: tamen in animatis possunt tamen denominari ab aliquo adiacente, quod inquantum est aliquo modo ornamentum, vel tegimentum eorum potest reduci ad genus habitus. Exemplum igitur est ad oppositum loquendo, de verbo actiuo: & nihil ad propositum vt verum est de verbo neutro.

Tho. Gair. SED quidam nouus expositor. San. Thom. in prima parte. quæst. 37. ar. 2. nititur soluere has rationes Sco contra Tho. Et primo præmittit aliqua. Primo quòd in intellectu actus sic significati claudi effectū contingit dupliciter. Vno modo vt significantem, seu; vt determinantem qualitatem actionis: sicut in dealbare clauditur albedo: & in calefacere clauditur calor. Vt enim ostendatur quòd non quodcunque facere sed tale significetur calefacere, & dealbare, & ædificare. Secundo modò clauditur effectus, vt coniunctus illi actioni, vt productum suæ productioni & hoc modo sumitur in proposito: ita quòd sensus illius fundamenti est quandocunque in intellectu actionis tali termino significante clauditur effectus vt effectus coniunctus suę productioni: tunc producens denoīari potest ab illo effectu ī ablatiuo.

¶ Tunc ad primum argumentum respondet negando assumptum: quoniam ædificare, spirare, & huiusmodi non important effectum, nisi specificatiue.

¶ Ad secundum dicit quòd potest fieri constructio conuersiua super se: quando obiectum actus potest esse ipsum agens, vt accidit in proposito, & in similibus. Potest enim sortes dicere se ipsum non minus, quàm Troiæ hystoriam.

¶ Ad tertium negatur assumptum in verbis claudentibus in se effectum. & transeuntibus super obiectum: qualia sunt diligere, dicere &c. vt sortes dicit verbo hystoriam.

¶ Ad aliud de exemplo, dici potest, quòd exempla ponimus non vt ita sint &c. Tamen sustinendo exēplum dicimus quòd flore vere significat flores emittere: vt ex vsu loquentium. nec huic repugnat neutralitas verbi: quoniam hæc ad modum significandi non ad significatum. Si autem Deus flores imprimeret, quàm vere diceretur arbor florida, non tamen quòd floruit. Esset enim ista vera. arbor, quæ non floruit est florida. hæc ille expositor.

DICO primo quòd iste exponit, & non ad mentem Thomę. vt patet in litera vbi sicait in prima parte quęst. 37. ar. 2. Contingit aliquid denominari per id quod ab ipso procedit: non solum sicut agens actione: sed etiam sicut ipso termino actionis: qui est effectus quando ipse effectus clauditur in intellectu actionis. Dicimus enim ꝙ ignis est calefaciens calefactionem: quamuis calefactio non sit calor, qui est forma ignis: sed actio ab igne procedens. Et dicimus quòd arbor est florens floribus: quamuis flores non sint forma arboris, sed quidam effectus ab ipsa procedentes. hæc iste ad literam. Si ergo Th. intelligit vt iste exponit in secundo membro: cum omnis effectus sit coniunctus suæ productioni: sequitur quòd producens possit à tali effectu denominari: quod est falsum: quia sic est ista vera. ædificans ædificat ædificio. Et quod dicit ad primum argumētum cum dicit, quòd ædificare, & spirare non important effectum, nisi primo modo scilicet specificatiue: & non secundo modo, vt includitur, siue vt coniunctus suæ actioni. Dico, quòd hoc est dictum ad placitum. quare enim magis calor includitur in calefactione, vt coniunctus illi quam ædificantium in ædificatione? nulla apparet differentia, nisi volūtaria. Similiter, quare Spiritussanctus magis est coniunctus dilectioni notionaliter sumptæ, quàm spirationi? cum ex vi vocabuli apparet manifestè quòd Spiritussanctus magis est coniunctus suæ productioni per hoc quod dico spirare quàm per diligere notionaliter: cum spirare dicat tantum productionem; & spiratione passiua dicitur Spiritussanctus. Et ideo responsio ista est tantum voluntaria.

Solutiones Tho. Gaie. q̄uo sunt nulla.

¶ Ad secundam responsionem: cum dicit quòd potest fieri constructio conuersiua super se: vt Ioānes dicit se scilicet verbo: patet quòd ista responsio de virtute sermonis est manifeste falsa: nec conceditur quòd aliquis dicat se verbo, vt ly, dicere importat actionem: sicut nec concedimus quòd ignis calet se calore. Et cum dicit, quòd vera est, quādo obiectum actus potest esse ipsum agens, vt accidit in proposito. quæro quid intelligis per obiectum actus? si ipsum producens puta quòd talis actus terminetur ad ipsum: vt cum dico me verbo: quia ipsum dicere terminatur ad me, vt obiectum circa quod. hoc modo non est vera: quando dicimus pater diligit se Spiritu sancto. non enim diligere notionaliter terminatur ad patrem producentē: sed tantum terminatur ad Spiritum sanctum. Et si tamen detur aliquod obiectum circa quod: nō potest dari nisi essentia diuina: sed illa non est producens, nec spirans, nec diligens notionaliter. vt patuit supra dist. 5. q. 1. Si vero accipitur obiectum ipsum agens alio modo: detur ille modus, & non poterit dari.

¶ Per hoc patet responsionem ad tertium argumentum Sco. nihil valere.

¶ Ad

¶ Ad aliam de florere; quod dicit exempla ponimus, &c. Patet, quòd S. Tho. accipit illud pro verò exemplo. vt patet ex littera sua. Et cum quærit sustinere illam, quòd hæc est vera. arbor floret floribus, prout florere est florem actiue emittere: patet hoc esse contra verbum neutrum, vt neutrum, quod nullo modo dicit actionem. Et cum dicit, quòd naturalitas spectat tantum ad modum significandi, & nõ ad significatum. Concedatur, & tamen ex hoc sequitur, quòd quo ad modum significandi dicat actionẽ per te. Si enim dicis arbor floret floribus, idest emittit flores. ergo florere per modum significandi importat actionem, & non neutralitatem. Cum addit, quòd si Deus imprimeret flores, hæc esset vera. arbor est florida floribus: & hæc falsa arbor floret floribus. Dico, quòd si Deus imprimeret flores per modũ fieri, siue in fieri: hæc esset optima. arbor floret floribus. vt patet ex superius dictis.

Caietanus male ea hec exponit. D. Thomam.

¶ Ex his patet quomodo iste nouus expositor, & male exponit Sanctum Thomam, & peius ipsum defendit, &c.

IBI ad istam quæstionem soluendam. Primo respondendum est ad secundam quæstionem. Et antequam respondeat ad quæstionem præmittit vnum, scilicet quòd memoria gignit notitiam actualem: quæ ad memoriam habet duplicem relationem, scilicet geniti ad gignens: & hæc relatio est de secundo modo relatiuorum, & mutua: & alia est declarantis ad declaratum: & hæc tertij modi, & non mutua: sicut autem notitia genita declarat obiectum latẽs in memoria: ita illud quod producit notitiam actualẽ, & dat illi istam vim declarandi potest dici declarare ista notitia, quasi effectiue.

¶ Nota cum dicit, quòd memoria gignit; non debet accipi simpliciter pro ipsa memoria: sed pro supposito habente memoriam: quia suppositum tali mediante memoria, vt principio formali gignendi, gignit. Et similiter, cum dicit, quòd notitia genita dicit relationem secundi modi ad memoriam. Debet intelligi ad suppositum habens memoriam: aliter in diuinis relatio realis notitiæ genitæ terminaretur ad memoriam, vt memoria est: & sic realiter distingueretur notitia genita à memoria, etiã in creaturis, quãuis notitia genita realiter distinguatur à memoria: non tamen relatio notitiæ genitæ terminatur ad memoriam: quia tunc de virtute sermonis ipsa memoria gigneret: sed tantum terminatur ad suppositum gignens. De relatione declarantis in diuinis, talis potest terminari ad memoriam, vel ad obiectum relucens in memoria. idest vt est pręsens intellectui, quia vt sic, tunc est pars memorię, quia talis declaratio (vt supra patuit. d. 27.) est tantum relatio rationis. Et quod dicit declarare formaliter, & effectiue: patet in litera: & per exemplum ibi positum.

¶ Ibi. Ad propositum verbum diuinum à patre exprimitur siue producitur & hæc expressio est relatio originis quia est; idem quod originatio actiua siue productio actiua. Huic enim expresso scilicet verbo diuino communicatur ex vi productionis suæ notitia infinita, quæ ex hoc est declaratiua omnis declarabilis scilicet omnis obiecti per ipsam intelligibilis. Intellectio enim semper est declaratiua formaliter obiecti ad quod terminatur. Sequitur. Habet igitur relationem realem (scilicet ipsum verbum siue notitia genita) ab exprimente à quo gignitur, & accipitur hic notitia genita, quæ in re est ipse filius Dei: & non pro notitia essentiali formaliter infinita, quæ filio communicatur: quia illa est communis tribus: nec est genita: sed tantum communicata per generationem filij: & ideo non dicit relationem aliquam realem. Sequitur. Sed aliam relationem scilicet declarantis habet scilicet notitia genita non tantum ad ipsum scilicet exprimentem, sed quia est infinitum, scilicet ipsum verbũ habet respectum declaratiui ad se, & ad ipsum & ad omnia alia: & ista est tantum relatio rationis quia non tantum est ad creaturam, sed ad seipsum. Sed istud declarare competit formaliter verbo: producenti autem competit principiatiuè: & tunc verbum declarat formaliter omne declarabile pater autẽ verbo declarat, non formaliter, sed principiatiuè inquantum verbo communicat notitiam actualem infinitam, quam verbum formaliter declarat, & actualiter.

Dicere accipitur multipliciter.

¶ Applicando igitur hanc realitatem ad illud vocabulum quod est dicere. Dico quòd dicere vno modo accipitur essentialiter, vt patet per Anselm. mono. 2. c. 64. & sic non loquitur Aug. quia secundum ipsum, pater, & filius, & spiritussanctus sunt vnum dicens: & quælibet persona dicit formaliter, & nulla dicit alia ablatiue. nam quælibet persona formaliter intelligit omne intelligibile: & quælibet suo modo dicit illam intellectionem essentialem. Alio modo accipitur dicere personaliter: & sic denotat illam relationem originis quæ est gignentis ad genitum: & hoc modo solus pater dicit: quia solus gignit verbum: & sic solus pater dicit non quidẽ verbo, sed ipsum verbum. Tertio modo dicere potest significare illam relationem rationis, quæ est declarare, & hoc formaliter: & sic verbum dicit formaliter omne declarabile & seipsum seipso formaliter: & sic loquitur Au. 7. de tri. c. 3. vel 16. & sic dicere est essentiale: appropriatur tamẽ filio. nam quælibet persona declaratur sua intelligentia, quæ in ipsa est: appropriatur tamen filio. Quarto potest significare istam relationem declaratiui, non formaliter sed principiatiuè: & hoc modo conuenit patri, qui sic dicit verbo, & hoc modo loquitur Aug. 7. de tri. c. 1. vel 2. pater dicit verbo hoc etiam modo loquitur. Aug. 15. de tri. c. 14 quòd pater seipsum dicens genuit filium sibi æqualem per omnia: vbi accipitur dicere pro principiatiuè declarare licet non addat ibi illud principiatiuum, quo pater dicit. Et sic principale significatum eius est essentiale: connotat tamen notionale, vt supra dictum est de dono.

¶ Sed tunc ibi est vnum dubium, vtrum declarare omne declarabile sit proprium verbi.

¶ Dicit Hen. quòd sic: quia ex vi productionis suę hoc sibi competit. Sed hoc improbatum est d. 37. q. 3. huius primi. vide ibi. Sequentia sunt clara vsque ad secundam quæstionem.

Pater nõ est sapiens sapientia genita.

AD secundam quæstionem. Doct. concedit partẽ negatiuam q. s. quòd pater non est sapiens sapientia genita propter rationem Aug 7. de tri. c. 4. cuius declaratio est ista. Actus essentialis non potest esse alicuius suppositi mediante aliquo principio, vt quo: nisi illud sit tali personæ principium essendi formale. Actus essentialis non accipitur pro actu, qui sit de essentia alicuius: sed dicitur essentialis, quia communis tribus suppositis sicut sapere, vel intelligere. Similiter quando dicit principium essendi formale, non semp accipitur pro principio dante esse essentiale: sed eo modo quo est principium alicui formaliter, eo modo dat esse illi. Dicit ergo Docto. quòd hic actus essentialis scilicet sapere, non potest inesse formaliter alicui supposito mediante aliquo principio vt quo nisi tale principium sit formaliter in tali supposito. sicut dicimus ignis calet formaliter calore, vt quo sibi formaliter inexistente. Et hoc modo non est sapiens sapientia genita: quia tunc sapientia genita esset formaliter in patre vt principium quo &c. Sequitur. Vel sit principium sibi essendi principiatiuum, sicut dicimus quòd filius est sapiens sapientia ingenita à qua filius habet quòd sit sapiens. scilicet ab ipso patre qui est sapientia ingenita. Nec hoc modo pater

dicitur

dicit sapiens sapientia genita: quia tunc hoc haberet à filio originatiuè, &c. Sequitur. Vel sit principium subauctoritatiuum talis actus, quomodo côceditur, quòd pater creat verbo, scilicet vt principio subauctoritatiuo: & hoc modo pater non dicitur sapiens sapientia genita: quia verbum non producit istum actum in se, sed communicatur sibi à patre. Et sic patet ad secundam quæstionem.

Quo conceditur pater creat verbo.

¶ Ad argumenta principalia huius quæstionis. Patent omnia illa cum suis responsionibus ex declaratis in littera.

Tho. Gaie. de vio.

NOTA tamen quòd quidam Nouus expositor S. Tho. imponit Doc. quòd hic in præsenti. d. q. 1. tenet quòd verbum sic procedit de scientia solius essentiæ, quòd non procedit, vt verbum personæ, nisi concomitanter. Ita quòd imaginatur patrem ex hoc, q intelligit diuinam essentiam verbum producere, et quod quidem ex vi productionis suæ exprimit essentiam: personas autem diuinas concomitanter tanq res necessariò iunctas essentiæ: creaturas verò habet, quòd repræsentet completa iam productione ipsius verbi. Est autem fundamentum positionis suæ: quia ponit in 35. d. primi creaturas produci à Deo in esse cognito: & propterea imaginatur, quòd essentia diuina primo quasi mouet intellectum paternum ad productionem termini infiniti, idest verbi, & deinde ad terminum finitum, idest creaturam in esse cognito: & sic verbum non potest produci de scientia creaturarum, quæ est in secundo instanti naturæ. Arguit quoque ad hoc in secundo distinctione prima. q. 1.

¶ Primo si verbum procederet, vt verbum diuinę essentiæ, & omnis intelligibilis: pari ratione Spiritussanctus spiraretur, vt amor diuinæ essentiæ, & omnis amabilis intellecti: & tunc sequeretur, quòd vel necessario amaret creaturas: vel quòd Spiritussanctus non necessariò produceretur: quæ sunt impossibilia.

¶ Secundo. Si verbum procederet ex omnibus &c. ergo procederet ex seipso verbo, vt noto patri: quod est inconueniens.

Nulla relatio realis est alicuius persona diuinæ ad creaturas.

¶ Tertio. Nulla relatio realis alicuius personæ diuinæ est ad creaturas: sed geniti ad id de quo gignitur (si est distinctum realiter) est relatio realis: ergo verbum non est genitum de lapide, vt noto patri. Si verò Tho tenet, quòd verbum est genitum ex omnibus, quæ sunt in scientia patris, scilicet essentia: personis, & omni alio intelligibili simplici: quod dico propter scita à Deo scientia visionis.

¶ Ad imaginationes autem Scoticas facile est respondere. Primarium enim fundamentum nihil valere ex eo, patet quòd productio illa creaturarum chimerica est: & periculosam ingerens doctrinam. Sequitur enim Deum gloriosum non posse esse absque hoc sint creaturæ in esse diminuto, quod in philosophia ridiculum: in fide autem scandalum videtur. Nos enim essentiam diuinam, & formaliter, & obiectiue omne intelligibile comprehendere tenemus: & sic verbum procedit ex notitia omniũ, quæ sciuntur.

¶ Ad primam obiectionem Sco. dicitur quòd vniformiter loquendo, scilicet de creatura intellecta in Deo: & similiter amata in Deo, par ratio est de verbo, & Spiritusancto: nec aliud sequitur inconueniẽs. Posset tamen simpliciter negari sequela, & paritas rationis: quia amor respicit res amabiles in seipsis: verbum autem in intellectu.

¶ Ad secundã dicitur, quòd nullum inconueniens est verbum procedere ex seipso, & Spiritusancto, vt notis patri, idest ex notitia, quam habet pater de eis. immo hoc est necessarium propter illam rationem: quin potius, & ipse Scot. in primo distinctione 6. expresse teneat, quòd pater prius intelligit filiũ, quàm producat ipsum voluntariè, reputatur hoc inconueniens.

¶ Tertia autem obiectio, responsione non est digna: quoniam verbum non distinguitur realiter ab his à quibus procedit, vt cognitis: sed à quo procedit, vt dicente, vt de se patet. hæc ille.

Dicta Tho. Gaie. improbantur.

AD istum expositorem. Dico q male intelligit Sco. cum imponat sibi q ideo pater non producit filium de creaturis cognitis: quia in secundo instanti, & post productionem filij producit eas in esse cognito. Hæc enim non est ratio fundamentalis Sco. vt patet ab ipso Sco. in secundo. d. 1. q. 1. vbi sic ait. Non igitur verbum prima productione producitur de lapide, vt est in memoria patris: quia vel lapis non est in memoria patris, vt memoria est principium productiuum verbi: vel si habet esse in memoria: nõ tamen prius naturaliter, quàm ipsa intelligatur in tribus. hæc ille. Et magis fundamentum Sco. est, q lapis nullo modo est in memoria patris, vt memoria est principium producendi: quia tunc oportet lapidem esse rationem formalem producendi filium. Posito ergo, quòd ante productionem filij lapis esset verè intellectus à patre: adhuc pater non produceret filium de lapide, vt de memoria vel parte memoriæ, vt propriè memoria est. Nam ideo ponitur, vt memoria inquantum est principium productiuũ, vt patet à Doct. in isto primo distinctione 2. parte 2. q. .. d. 5. q. 2 d. 6 q. vnica. d. 7. q. vnica. d. 13. 27. & in secundo d. 1. q. 1. in quolib & alibi sæpe. Si enim lapis posset pertinere ad memoriam ex natura rei, vt memoria est: ipse lapis posset mouere intellectum diuinum: quod est impossibile, quòd autẽ posset sic mouere: patet ex multis dictis Sco. in primo dist. 2. d. 3. q. 7. q. 8 q. 9. & alibi. Et vltra posset esse principium formale producendi filium, & communicandi ei essentiam diuinam: quæ omnia sunt absurda. Et ideo patet, quomodo pater non produceret filium de lapide, vt pertinente ad memoriam patris, vt memoria est. Et sic hæc est principalis ratio fundamẽtalis, & non illa quam ponit ille expositor, non percipiẽs, nec mentem, nec verba Sco.

An lapis possit mouere intellectum diuinum.

¶ Ad responsiones ipsius. Ad primam cum primo dicit, q par est ratio de spiritusancto, & de verbo. Dicit verum: & ideo vtrumque inconueniens est de spiritusancto, quia tunc certè pater vellet necessario ipsas creaturas. Sicut enim sequitur, pater producit filium de essentia sua, ergo necessario intelligit illam cum intellectio necessario præsupponatur generationi filij, vt supra patuit. d. 2. parte 2 q. 3. & d. 6. & 7. sic si produceret spiritumsanctum de lapide cognito, ipse lapis necessario esset prius dilectus a patre & filio: cum talis dilectio necessario præsupponatur productioni spiritussancti, vt patet à Docto. distinc. vbi supra.

¶ Ad secundam eius respõsionem, patet quòd nõ intelligit Sco. loquitur enim (vt dixi) de productione filij simpliciter. Si ergo posset ipsum producere de filio, & spiritusancto vt pertinentibus ad memoriam patris: vt memoria est principium producendi: sequeretur necessariò alterum duorum. Vel q filius, & spiritussanctus intelligerentur prius habere esse in memoria patris, quam producerentur: & sic idem esset ratio producendi seipsum, vel saltem filius bis produceretur: & similiter spiritussanctus: quæ omnia sunt absurda. Et quod dicit iste, q etiam Sco. concedit. d. 6. primi. q pater prius intelligit filiũ quam producat eum. Hoc concesso, & similiter q prius pater & filius intelligit spiritum sanctum, vt patet à Sco. in primo d. 10. non tamen ex hoc sequitur q producat de ipso filio vt pertinente ad memoriã: quia filiatio nullo modo pertinet ad memoriam: cũ

quicquid

quicquid pertinet ad memoriam patris, vt memoria est sit perfectio simpliciter, vt patet: à Sco filiatio enim nullam perfectionẽ dicit vt supra patuit; ideo non ponitur pertinere ad memoriam patris, vt memoria est, Bene enim concedit Doc. in secundo. d. 1. q. 1. q filius producit seipsum de seipso: loquendo tantum de productione secundum quid. vide ibi q expositionem quam feci: sed quod possit producere de seipso secundum esse simpliciter, est omnino impossibile, Bene etiam pater prius intelligit paternitatem, quam producat filium: & tamen non conceditur quod producat filium in esse simpliciter; licet forte secundum quid, vt puta in esse cognito, Doleo tamen quòd iste nouus expositor tantum laboret in vacuum, & circa ea quæ non percipit.

¶ Ad tertium cum dicit quòd ratio Sco. non est digna responsione. Verum dicit, quia non potest solui. Tum etiam quia non est digna responsione talis noui expositoris, & male interpretatis. Recurrere enim ad iniurias est declinare argumenta, & non soluere ea, quod proprium est prauorum nec sane intelligentium. Stat enim ratio Doct. solida & firmata supra durissimam veritatis petram. Sicut enim in nobis dicimus, quòd verbum nostrum realiter distinguitur ab eo cuius est verbum: & per consequens habet relationem realem ad illud obiectum (quis enim dubitat quòd intellectio distincta lapidis, & intuitiua necessario includat relationem realem ad ipsum lapidem, vt partem memoriæ? & hoc ideo quia talis intellectio distinguitur realiter à lapide) Sic, si filius realiter distingueretur ab essentia, haberet necessario relationem realem ad ipsam; cum ipsa essentia sit principium formale productiuum, Cum ergo verbum in diuinis sit omnino aliud à creaturis: sequitur quòd necessario diceret relationem realem ad ipsas: quòd est impossibile, vt probatū est supra d. 30. Et cum dicit, quod non distinguitur realiter &c. Posito, q non distinguatur realiter: quia res, vt ibi non habent esse realis existentiæ; si tamen haberent tale esse sequeretur interim, Et vltra certum est, quòd verbum est simpliciter aliud ab illis: cum in quocunque esse creaturarum sit semper aliud ab illis.

¶ Et quando dicit de esse cognito creaturarum, quòd si in tali esse essent productæ ab intellectu diuino: tunc Deus non esset gloriosus absque illis. O mirabilis ratio. Nec etiam pater est beatus in paternitate, nec in filiatione, nec in æqualitate, & huiusmodi quæ tamen necessario cognoscũtur. Est enim beatus in obiecto fruibili, siue in obiecto vere beatificatiuo: quod est sola essentia diuina, & perfectiones simpliciter. principaliter tamen essentia diuina, est ergo, & fundamentum omnis perfectionis. vt patet à Sco. in primo, distinctione prima. in quarto, distinctione 49. Oportet ergo inuenire alias rationes meliores. Et cum dicit ponere huiusmodi in esse cognito ridiculum est philosophis. Verum est non intelligentibus philosophum, vt supra patuit distinctione secunda, quæstione prima, & distin. 36. & 35. Et quòd est scandalum in fide, Verum est deuiantibus a vera fide catholica & parum intelligentibus ea, quæ sunt fidei. Fides enim non docet sic calumniosè loqui contra verum Doct. ab omnibus sane mentis commendatum: cuius nec minimum eius dictum constat ab vniuersali studio Parisiensi esse reprobatum. Nec mirum, quòd iste Nouus expositor talis dicat: quia in hoc ostendit se vere esse Nouum expositorem: quia recedit à vestigijs patrum antiquorum.

[margin: ater ? bea... in obie... ctio fruibili.]

[margin: Nota & bene.]

¶ Ex his patet improbatio huius expositoris.

AD aliam quæstionem de Spiritusancto procedendum est eodem modo, quo in præcedenti q. processum est. Dicit ergo primo, quòd amor in nobis productus habet ad voluntatem, vt producentem relationem secundi modi: & illa forte est mutua. habet etiam aliam relationem ad obiectum pertinentem ad tertium modum relatiuorum: & illa non est mutua; quia sicut scientia refertur ad scibile: & non econuerso: ita amor ad amabile, & non econuerso. Et sicut habet amor formaliter habitudinem aliquam ad obiectum: ita illud quod producit amorem posset denominari ab illa habitudine, si esset verbum impositum hoc significans actiue. Ita in diuinis Spiritussanctus ex vi productionis suæ non quidem proprie, sed appropriate est amor omnis amati necessario: & ideo habet aliquam relationem rationis formaliter ad sic amatum. Producens autem ipsum potest denominari ab eadem habitudine quasi principiatiue: & ista habitudo, vt principiatiuè denominans importatur per hoc verbum diligere: quando dicuntur pater, & filius diligere se Spiritusancto. hoc quippe est patrem, & filium producere amorem, qui est patris, & filij: sicut patrem dicere se verbo est producere ipsum verbum, quod est declarans ipsum patrem, &c.

[margin: Q. Spiritussanctus sit amor.]

AD ARGVMENTA principalia clara sunt.

¶ Nota tamen pro responsione ad tertium argumentum cum dicitur. ergo pater diligit se Spiritusancto, ly, se, potest construi transitiue, vt sit sensus, pater diligit filium, & filius patrem, vel reciprocè, vt sit sensus, pater diligit se: & filius se, & vtroque modo propositio est vera.

¶ Ad improbationem, respondet Docto. quòd prius origine pater diligit se formaliter dilectione essentiali: sed Spiritusancto diligit se principiatiue, eo modo quo supra expositum est. licet Hen. velit, q propositio sit concedenda capiendo ly, se, transitiue: quasi pater, & filius voluntate inquantum concors est spirent. Sed hoc improbatum est supra di. 12.

¶ Ibi. Ad vltimum dico, q non oportet. Cum vltimo arguitur sic eodem diligunt pater, & filius se, & creaturam, sed non diligunt creaturam Spiritusancto. ergo nec se. Respondet Doct. in sententia, quòd maior est falsa proprie loquendo: & minor vera: quia dilectio essentialis non est communicata creaturæ sicut Spiritusancto: nec Spiritussanctus necessario, vel ex vi productionis est amor creaturæ; quia ipsa contingenter amatur à Deo. Completa enim productione personarum est pure contingentia ad amandum creaturam, vt clare patebit in secundo distin. 1. q. 1. Et sic finis huius distin.

[margin: Dilectio essentialis nõ est communicata creaturæ.]

Distinctio Trigesimatertia, & Trigesimaquarta.

An proprietas sit idem cum persona.

Secundo an proprietas sit idem cum essentia.
Tertio an persona sit idem cum essentia.

Quæstio Prima.

Scotus primo sent. dist. 33. q. 1.
D. Thomas, 1. parte summæ q. 39. art. 1.



HIC tria quæruntur. Primo an proprietas sit idem cum persona? Patet quòd non in d. 26. contra Præpositiuum; & patuit improbando opinionem Grego. qui dicit, quòd in persona non erat proprietas inclusa, vt supra

supra patuit distinct.2.parte 2.quæst.1.

¶ Secundo an proprietas sit idem cum essentia? Patet quòd distinguitur, vt supra patuit dis.2. vbi supra & d.8.q pe.

¶ Tertio an persona sit idem cum essentia? Patet, q distinguitur ex habitis. supra distin. 2. loco prælegato. distinct.8.q.pen. d.13.d.23.d.25.d.26.& alibi. Et ideo non oportet modo istas quæstiones aliter pertractare,&c.

Distinctio Trigesimaquinta.

Quæritur. Vtrum in Deo sint relationes æternæ ad omnia scibilia, vt quiditatiue cognita?

Quæstio Prima.

Scotus 1. senten.dist 35 q.1.
D.Thomas 1.parte summa.q.15 Artic.2.

Ad intelligendum aliquid tria requiruntur. *ma parte.q.*

IRCA distinctionem trigesimâquintam quæritur. An in Deo sint relationes æternæ ad omnia scibilia,&c.

CIRCA istam q. Notandum est, quòd ad intellectionem alicuius tria requiruntur. Primo obiectum cognoscibile: quod maximè requiritur in ratione termini: & quòd actiue concurrat ad intellectionem, hoc non est principaliter ex rône obiecti: sed quasi accidit sibi. Secundo requiritur intellectus, vt recipiens talem intellectionem qua formaliter intelligit vt patet supra d.3. q 7. Et q intellectus, vt intelligens concurrat actiuè ad intellectionem: hoc nô est ex ratione intellectus: patet, quia si Deus infunderet intellectionem lapidis in intellectu: intellectus tunc diceretur intelligere, & tamen non concurreret actiue. Tertio requiritur ratio cognoscendi. Et hæc ratio dupliciter intelligi potest. Aut quòd sit simpliciter ratio repræsentandi obiectum in ratione intelligibilis, sicut species intelligibilis in cognitione abstractiua. vt patet supra distinct.3.q 6.& pen. Aut quòd sit ratio repræsentandi in cognitione intuitiua: & sic quiditas actu existês potest esse ratio repræsentandi se in ratione intelligibilis intuitiue: quod tunc dicitur perfecte præsens, quando est in potentia perfecta ad causandum partialiter cognitionem intuitiuam, & hoc dupliciter: quia aut est ratio repræsentandi se sub ratione propriæ essentiæ, & sub propria præsentialitate: aut sit ratio repræsentandi non tantum se: sed etiam aliud eminenter contentum in illo. Primo modo quælibet creatura actu existens in propria existentia: & maximè loquendo de creatura absoluta poterit esse ratio repræsentandi se cuilibet intellectui creato. Secundo modo, essentia diuina est ratio repræsentandi se perfectissime: & quodlibet aliud distinctum ab ipsa. vt patet à Doc. supra quæst. penul. prolo. dist.2. & 8. & infra 39.& alibi Nam aliud ab essentia diuina ex sua ratione non sit præsens intellectui diuino. vt patet à Doct. Secundo principaliter: ratio intelligendi potest intelligi requiri: aut vt ratio mouendi, idest producendi partialiter ipsam intellectionem: & hoc modo in cognitione abstractiua species intelligibilis dicitur ratio cognoscendi obiectum: quia ipsa est causa partialis intellectionis abstractiuæ. vt patet supra dist. 3.q 6.& pe. & d.18 Et hoc loquendo de cognitione naturaliter acquisita: quia Deus posset infundere cognitionem abstractiuam alicuius obiecti. vt patet à Doc. in secundo. d.3. aut in cognitione intuitiua requiritur ratio cognoscendi in ratione motiui: & sic quælibet creatura habens propriam existentiam distinctam ab alia (maximè si est absoluta) potest esse ratio cognoscendi in ratione motiui, idest quòd partialiter potest concurrere ad productionem intellectionis sui. Et hoc modo nulla creatura potest esse ratio cognoscendi se: respectu intellectus diuini. vt patet à Doc. supra q. penul. prolog. d.1.& 2.& hic infra & 39.& alibi. Potest etiã aliquid esse ratio cognoscendi aliquid in ratione motiui, nô tantum se, sed & quodlibet eminenter côtentum in illo, & quodlibet identificatum realiter illi: & sic essentia diuina est ratio cognoscêdi se in ratione quasi motiui, & proprietates hypostaticas, & relationes communes in ipsa, vt æqualitas similitudo: idêtitas, & omnem aliam creaturam. vt patet à Doc. sparsim in diuersis locis: maximè in prolo.q.1.& pen.d.3.& 35.39. 14 q. quolib. & alibi. Ex hoc vltimo modo probabit Doct. quòd essentia diuina est ratio cognoscendi respectu intellectus diuini omne aliud ab ipsa, non tantum in ratione motiui, vel quasi motiui: sed etiam in ratione repræsentatiui. nam ipsa sola sufficit ad habendam cognitionem cuiuscunque.

¶ Si dicatur nonne intellectus diuinus concurrit ad huiusmodi cognitionem respectu aliorum?

¶ Dico, quòd sic, tamen obiectum dicitur concurrere respectu cognitionis sui, & omnium contentorum in illo: quia talis cognitio principaliter specificatur ab obiecto: ideo magis appropriate dicitur essentiam esse rationem cognoscendi se: & omnia alia à se: & sic patet titulus huius quæstionis: quomodo debeat intelligi.

¶ Ibi. Ponuntur igitur relationes esse æternas.

¶ Dicit Tho. quòd essentia diuina non est ratio cognoscendi omnia alia ab ipsa. Sed tot relationes rationis requiruntur in ipsa quot sunt obiecta cognoscibilia inter se distincta alia ab ipsa: ita q essentia sub relatione rationis repræsentatiua lapidis, est ratio cognoscendi ipsum lapidem. Et similiter sub alia relatione rationis repræsentatiua hominis, est ratio cognoscendi hominem. Et sic de alijs. *S.Thom. pri 15.art.2.*

IBI aliter ponitur,&c. Hen. vult quòd essentia nude sumpta non sit ratio cognoscendi alia obiecta à se, sed essentia sub ista relatione rationis, qua comparatur ad creaturam in ratione imitabilis: & sic illa relatio erit ratio cognoscendi omnem creaturã. & hæc opi. differt à prima in hoc: quòd hæc vult, q ipsa essentia diuina, vt cognita sub ista relatione rationis sit simpliciter ratio cognoscendi alia. Alia dicit, quòd ipsa essentia sub distinctis relationibus rationis est ratio cognoscendi alia: ita quòd quodlibet obiectum cognoscibile requirit in essentia diuina propriam relationem rationis, quæ sit propria ratio cognoscendi illud. Et sic patent istæ duæ opiniones. *Hen. quol.5. q.3.*

CONTRA conclusionem in qua concordant istæ opi. Concordant enim in hoc, quòd essentia diuina non est ratio cognoscendi distincta obiecta: sed est ratio cognoscendi inquantum habet relationem rationis ad ipsa. Contra hoc arguit Doct. Cuius ratio stat in hoc. Quia cum illæ rationes cognoscendi sint distincta obiecta inter se: sunt ita cognoscibiles ab intellectu diuino sicut obiecta distincta repræsentata per illas. ergo si essentia diuina non potest esse ratio cognoscendi distincta obiecta nisi sub alia, & alia ratione. Si est ratio cognoscendi per illas rationes distincta obiecta: sequitur q erit ratio cognoscendi sub alia, & alia ratione repræsentante illas alias rationes. Et sic in infinitum ergo si essentia, vt nude accepta est ratio cognoscendi illas distinctas rationes cum sint distincta obiecta cognoscibilia: erit etiam *Quò essentia diuina sit ratio cognoscêdi obiecta.*

ratio

ratio cognoscendi, vt nude accepta obiecta repræsentata per illas rationes &c. Et cum dicit q essentia sit ratio cognoscendi, vel vt obiectum cognitũ, vel vt ratio. Sic intelligitur, q cognitio essentiæ est ratio cognoscendi alia obiecta: & hoc est quod dicit, vel obiectum cognitum: vel ipsa sit ratio cognoscendi in repræsentando, vel in mouendo, vt dixi supra. Et similiter secundum illos qui ponunt rationem communis &c. vel illa ratio communis est ratio cognoscendi, vt obiectum idest q cognitio illius rationis sit ratio cognoscendi obiectum repræsentatum: vel q ipsa sit ratio repræsentandi, vel mouendi. Et sic patet ista ratio.

¶Ibi. Sed dices, quòd istæ rationes &c. Hoc patet.

¶Ibi. Præterea. Secundo cuiuscunque obiecti ratio. Tota ista ratio stat in hoc. Si enim aliquod obiectum puta a. sit ratio cognoscendi se perfecte idest quòd ipsum a. sub ratione sua absoluta: & vt nude acceptũ est ratio limitata: puta cognoscẽdi se tm̃. Sed si aliquod obiectum sit ratio illimitata cognoscendi se, & alia sequitur quòd sicut nude acceptum est ratio cognoscendi se: ita vt nude acceptum, est ratio cognoscendi alia. Nam illa alia secundum suam entitatem absolutam eminenter continet, & patet, quòd sub ratione absoluta est ratio cognoscendi alia: quia illimitatio obiecti non aufert ab aliquo aliquam perfectionem, immo magis addit, vt patet. Nam si ignis sub ratione absoluta ignis est ratio limitata producendi ignem in alia materia: sol qui est illimitatus ad producendum plura specie distincta: etiam sub ratione sua absoluta, & essentiali erit ratio producendi illa absoluta. Cum enim essentia diuina sit simpliciter ratio illimitata respectu omnium cognoscibilium: & respectu cognitionis suæ est ratio, vt nude accepta. ergo vt nude accepta erit ratio cognoscendi omnia alia, &c.

¶Et tangit Doc. hic vnum de determinato ad plura positiua: & de indeterminato ad plura contradictoria: hoc vide supra d. 28. q. vltima. Hic in proposito essentia diuina sub ratione sua absoluta est indeterminata ad omnia obiecta cognoscibilia, tanquam ad plura positiua: quia ipsa est ratio cognoscendi omnia, non est autem indeterminata cõtradictorie: ita quòd sit indeterminata ratio cognoscendi a. vel non cognoscendi a. immo est determinata ratio sic simpliciter cognoscendi a. quòd contradictorium huius simpliciter repugnat sibi, scilicet esse rationẽ non cognoscendi a.

¶Ibi. Præterea tertio. Hic nota aliqua. Primum, quòd vna operatio maximè intellectiua, & perfecta debet habere vnum principium per se, quod sit ratio formalis principiandi illam operationem, & vnum per se obiectum, ad quod terminetur illa operatio per se: vt patet. Secundum, essentia diuina, & relatio rationis sunt vnum per accidens. vt patet hic & supra d. 8. q. penul. Cum ergo intellectio puta lapidis in intellectu diuino sit vna per se operatio: & lapis sit vnum obiectum per se respectu huius operationis: oportet assignare aliquod principium quo per se vnum: illud non potest esse constitutum ex essentia diuina & illa relatione: cum, sit vnum per accidens: ergo vel ista relatio erit principium per se? aut essentia sola? Non primum, patet: quia relatio rationis non potest esse ratio cognoscendi lapidem: nec vt obiectum cognitum nec vt ratio cognoscendi quia cognitio lapidis in Deo est perfectio simpliciter. Nec potest dici quòd sit ratio recipiendi cognitionẽ lapidis in intellectu diuino: sicut dicimus, q rationale est ratio recipiendi risibile in homine. Nam si sic esset ratio; tunc ens rationis esset ratio recipiendi perfectionem simpliciter: & sic ens rationis præexigeretur de necessitate ad entitatem perfectionis simpliciter: quod est falsum, & supra improbatum est distinct. 8. q. penul. Relinquitur ergo q ipsa essentia diuina: vel vt proprium obiectum cognitũ vel vt ratio cognoscendi: sit ratio cognoscendi lapidem, & omnia alia.

Essentia diuina, & relatio rationis sunt vnum per accidens.

Prima difficultas.

SED oritur difficultas, primo quia dicit q essentia cum tali relatione, non potest esse principiũ &c. Nam supra. d. 3. q. pe. d. 27. Intellectus & species intelligibilis faciunt vnum per accidens: & tamen sunt vnum principium quo cognoscendi. ergo similiter erit hæc.

¶Dico quòd supra dixit Doctor q accidit intellectui, quòd informetur tali specie. Immo intellectus vt intellectus, est causa partialis: & similiter species intelligibilis vt huiusmodi. Hic autẽ non est sic: quia isti ponunt illam relationem rationis esse totalẽ rationem cognoscendi, vel ipsam essentiam sub tali relatione, quod est falsum.

Obiectio.

¶Si dicatur q sicut species intelligibilis concurrit partialiter, ita & hæc relatio.

Solutio.

¶Dico quòd non sequitur: quia ibi species intelligibilis est vnum ens reale habens propriam existentiam, vt supra pa. d. 3. q. 6. 7. & 8. distinct. 17. & in 2. d. 3. & alibi. Hæc autẽ relatio est ens rationis. cognitio autem lapidis est ens absolutum, & perfectio simpliciter.

Secũda difficultas.

¶Secundo dubitatur. Ibi quãdo dicit q cognitio lapidis est perfectio simpliciter. Aut intelligit q ipsa cognitio absolute sumpta, est perfectio simpliciter? aut vt est lapidis, tanquam termini cogniti. Primo modo, verum dicit, sed nihil ad rem. Secundo modo talis respectus non est perfectio simpliciter, vt patet à Doc. q. 1 quoli.

Nota hanc distinctionẽ.

¶Dico quòd ipsa intellectio potest tripliciter intelligi perfectio simpliciter. Primo in se, & absolute sumpta. Secundo, vt est ratio proxima producendi omnia entia in esse cognito. vt patet supra d. 3. q. 4. d. 36. Tertio modo, vt terminatur ad esse cognitum. Primo, & secundo modis, est simpliciter perfectio simpliciter. Tertio modo: licet in se formaliter, vt dicit talem respectum non sit perfectio simpliciter: est tamen talis perfectio, quòd de necessitate præexigit perfectionem simpliciter. Aliquam enim intellectionem terminari ad omnia obiecta perfectissimè præexigit ipsam esse formaliter infinitam: vt ex intentione Doc. patere potest supra dist. 2. & in quoli. quæst. 1. Potest etiam dici, quòd intellectio lapidis in Deo est perfectio simpliciter completiue: hoc scilicet modo, quòd licet in se sit formaliter infinita, vt patet supra distinct. 8 quæst. pen. tamen quodammodo dicitur cõpleri ex hoc, quòd terminatur ad omnia cognoscibilia: non quòd talis terminatio addat sibi aliquam nouam perfectionem: quia si per impossibile talis intellectio nõn terminaretur ad aliquod obiectum extra adhuc esset formaliter infinita: sed quo ad hoc, q illa intellectio non videtur ita manifesta sapientia, nisi terminetur ad omne cognoscibile: & hoc patet supra respondendo ad Aug.

Dubium.

TERTIO est dubium in hoc, quod dicit Doct. in principio, quòd intellectionis per se, debet esse vnum obiectum, & vnum principium quo. Nam ipse expressè vult, q principium formale quo productiuum, est obiectum, & intellectus, vt patet supra distinctione 2. & distinctione 3. quæstione 7. 8. & 9. & distin. 7. quæst. 5. quolib. & alibi. Quomodo ergo si obiectum sit principium quo: sit etiam obiectum requisitum, vt terminus?

¶Dico, quòd tenendo, quòd essentia diuina, & intellectus diuinus sit principium quo respectu cognitionis lapidis: clara est responsio: quia obiectum

puta

puta lapis tantum requiritur in ratione termini, & nullo modo, vt principium quo: vt patet a Doct. in pluribus locis: & sic est de quolibet obiecto, quod virtualiter continet aliud, vel essentialiter: si illud obiectum si est causa cognitionis alterius continens essentialiter, vel virtualiter erit principium quo: & illud aliud contentum erit obiectum tantum terminatiuum. vt patet supra à Doc. d. 3.

Alia difficultas. ¶ Sed est difficultas de obiecto, quod est principium suæ cognitionis: quomodo requiratur, & vt quo, & vt terminatiuum.

Solutio. ¶ Dico, quòd obiectum vt est perfectè præsens intellectui in ratione obiecti, est simpliciter principiũ quo producendi cognitionem sui: & quia talis cognitio erit alicuius termini: vt patet supra à Docto. dis. 3. q. vlt. in responsione vltimi argumenti: illa cognitio non poterit esse alterius termini, nisi obiecti cogniti: & sic idem potest esse principium quo producendi cognitionem, & obiectum terminans. Nam terminare cognitionem, non dicit relationẽ realem in ipso termino. vt patet infra d. 36.

Alia dubitatio. ¶ VLTIMO dubitatur. Quia dicit Doc. ꝙ cognitio lapidis in Deo est vna operatio per se. Hoc videtur contra ipsum: quia ipse vult expresse, quod ens absolutum, & ens rationis dicantur tantum vnum per accidens. vt patet hic, & supra d. 2. q. pen. & d. 27. q. vlt. & vult ꝙ ois respectus ad extra sit tantũ ens rationis. vt patet ab ipso d. 27. q. 3. & d. 18. in reportationibus. d. 1. q. 1. secundi. q. 1. quol. d. 1. tertij. dis. 30. primi. & alibi. Cum ergo cognitio lapidis dicat respectum ad ipsum lapidem. vt patet quia ipse dixit supra distinctione 2. & infra distin. 39. quòd talis intellectio in se non diuersificatur: sed tantum secundum diuersos respectus rationis. ergo cognitio lapidis, vt lapidis includit aliquem respectum rationis. ergo talis cognitio lapidis non erit vna operatio per se.

Solutio. ¶ Dico breuiter, quòd ipsa cognitio diuina est vna operatio per se: & quòd terminetur ad lapidem. Dico, quòd terminari ad lapidem non dicit aliquem respectum rationis. vt patet infra d. 36. & patet supra dist. 30. Immo prior est intellectio lapidis, quàm sit respectus rationis. vt patet infra illa distinct. Et cum dicitur, quod ipsa diuersificatur non in se, sed secundum diuersos respectus prout terminatur ad aliud, & aliud obiectum. Dico, quòd hoc non debet intelligi, quòd diuersificetur quo ad respectus diuersos formaliter existentes: sed tantum secundum diuersas terminationes, quæ attenduntur penes diuersos terminos: hoc est, quod terminatur ad aliũ, & ad aliud terminum, & talis diuersitas in illa est ibi secundum denominationem extrinsecam terminorũ. Sicut etiam dicitur, quòd volitio diuina diuersificatur secundum diuersa producta, vel creata, non ꝙ sit ibi alia, & alia relatio ad creaturas: sed denominatione extrinseca: quia alia, & alia creatura secundum aliam, & aliam relationem terminatur ad ipsam. vt patet supra distinctione 30. & hic, & infra distin. 36. & alibi.

¶ Ibi. Ex hoc vltra ostenditur. Quia dicit ista opi. quòd essentia sub ista relatione est, ita formaliter infinita, & illimitata sicut in se: & per consequens si potest esse sub ista relatione: ita & sub alia, & alia, & sub quacunque ponatur semper erit illimitata respectu omnis cognoscibilis. ergo falsum est dicere, ꝙ talis relatio terminet illam, &c.

Contra opi. primam. CONTRA opi. primam. Hic Doc. reducit Tho. ad hoc inconueniens, ꝙ si in essentia diuina requiritur relatio rationis respectu lapidis: & alia respectu hominis, erunt ibi reales, quod probat: quia relatio rationis est fabricata per intellectionem negociatiuam: ista relatio rationis non erit causata per intellectionem lapidis, vt lapidis. patet quia ratio cognoscendi lapidem præcedit cognitionem lapidis, vt lapis est, nec erit causata per intellectionem terminatam ad Deum. Et hoc ipsi concedunt. ergo si ponuntur huiusmodi relationes erunt ibi reales: quod falsum est. Et quod dicit ibi. quòd conceditur ab eis vbi minus videtur Nam ipsi concedunt, quòd perfectiones diuinæ, siue proprietates relatiuæ non sunt ibi causatæ per intellectionem Dei, nec principia producendi illas proprietates sunt ibi per huiusmodi cognitionem. Si ille non sunt ibi per cognitionem Dei, multo minus, nec istæ relationes rationis.

Status reducit D. Tho. ad inconueniens.

¶ Ibi. Præterea. Secundum aliquos ifturum. Hæc est opi. Hen. quæ patet. Si ergo relatio rationis lapidis, & relatio rationis albedinis inquiruntur de necessitate: eum sint illæ tantum distinctæ ratione, & dicuntur ideo erunt sufficientes ad distinctionem realem ipsius: puta a. & b. Nam ideata producuntur ad extra secundum rationes ideales. & hoc videtur inconueniens.

¶ Ibi. Præterea res extra. Hic supponitur vnum ꝙ quicquid Deus intelligit est intra se. i. ꝙ talis intellectio terminatur ad obiectum vt relucet in Deo, & non in se. Cum ergo isti maxime Hen. velit ꝙ omnis distinctio quæ ponitur intra, præcedat intellectionẽ. ergo nihil intra terminat intellectionẽ, quàm obiectum secundarium.

CONTRA secundã positionem Hic Doct. reducit Hen. ad hoc inconueniens, quòd essentia diuina sub tali relatione si necessario requiritur ita esset ratio cognoscendi lapidem si in se non existeret supple essentia: sicut si in se existeret: quod est valde inconueniens. Et hæc ratio est satis clara: hic & supra d. 8. quæst pe.

¶ Aliæ duæ rationes sequentes sunt claræ. Quarũ prima stat in hoc: quia essentia est prius immutabilis a creatura, quam compareretur ad creaturam, vt immutabilis: aliter non posset verè comparari sub tali ratione. ergo ante istam comparationem est in essentia immutabilitas: sed secundum aliquos istius viæ relatio aptitudinalis est eadem cum actuali propter quam identitatem in Deo dicunt non esse aliam relationem nouam, & antiquam: nec etiam aliã creatiui, & creantis. ergo istæ relationes in essentia, vt in obiecto comparato non erunt primæ ad extra: sed erunt aliæ priores & reales: vt videtur. Secunda stat in hoc. Posito quòd essentia vt cognita sit ratio deueniendi in notitiam lapidis: tamen videtur postea ꝙ intellectus diuinus possit cognoscere lapidem in se, & non præcise per hoc, quòd comparat essentiam suam ad lapidem: quia sic sine tali comparatione alterius ad ipsum possumus nos intelligere lapidem. In ista intellectione lapidis, quæro in quo est relatio ad lapidem, non in essentia, vt in obiecto comparato: quia in isto obiecto vt sic: non est intelligere vt obiectum comparatum, ergo oportet quærere eam in intellectione, vel in ratione intelligẽdi: & redibit ad aliquam illarum opinionum.

Apparēs contradictio. ¶ Sed in hoc, quod dicit Doc. quòd intellectus diuinus poterit postea cognoscere lapidem in se videtur sibi contradicere: quia in quol. q. 15. arti. vlti. sic dicit ad litteram. Illud quod cognoscitur per aliud bene potest immediatè cognosci: sed non sic illud, quod præcisè cognoscitur in illo, sicut intellectus diuinus præcisè cognoscit creaturam in essentia diuina: & non per illam creaturam, vt obiectum immediatum: quia tunc intellectio eius vilesceret. hæc ibi.

Concordantia notãda. ¶ Respondeo. Primo, ꝙ posito, quòd intellectus diuinus non cognoscat lapidem, nisi præcisè in essentia sua, adhuc non contradicit sibi: quia hæc accipit lapidem posse in se cognosci, vt præcisè distinguitur contra

contra hoc, quod est cognosci præcisè per essentiã, vt actu comparatam ad ipsum lapidem: quasi talis comparatio sit ratio cognoscendi ipsum lapidem. In quolib. verò accipit prout ipse lapis cognoscitur absolutè in essentia cognita: & non præcisè in essentia inquantum comparatur ad ipsum lapidem.

¶ Dico secundo, quòd lapidem cognosci in se potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt in se præsens intellectui diuino. Alio modo, vt tantum præsens in essentia diuina. Primo modo non potest in se cognosci: quia tunc intellectus diuinus vilesceret: quia tũc ex natura sua non haberet, vnde posset habere præsentiam cuiuscunque obiecti: & per consequens nõ haberet a se vnde posset quodcunque intelligibile intelligere. Secundo modo potest intelligere lapidẽ in se, vt supra patuit distinct. 2. quęst. 1. modo in quolib. vult, ꝙ creatura nõ cognoscatur in se primo modo, licet bene secundo modo. Forte etiam potest intelligi, ꝙ non cognoscit lapidem in se, idest per motionem ipsius lapidis, &c.

. POTEST DICI ad q. Nunc Doc. respondendo ad q. ponit plura dicta.

¶ Primum, quòd relatio præcipuè realis terminatur ad absolutũ, vt absolutum, vt supra patuit dis. 30. & ibi improbatæ sunt multæ opin. Et si diceretur, ꝙ aliqua relatio terminatur etiam ad aliquod relatiuũ. patet in relationibus quarum vna fundatur in alia, vt patet de proportionalitate, & proportione de quibus supra patuit. Dico primo, quòd relatio realis vltimate terminatur ad absolutum. Dico secundo, ꝙ quamuis aliqua relatio terminetur ad relatiuum aliquod: non tamen terminatur ad illud sub ratione relatiua, sed magis sub ratione absoluti, idest quòd non terminatur, vt ad correlatiuum; licet enim relatiuum terminet non tamen sub ratione qua sit correlatiuum.

¶ Secundum dictum, quòd obiectum intellectionis nostræ terminat relationem ipsius inquantum merè absolutum, & sic ipsa intellectio est mensurata per ipsum. Hoc debet sane intelligi de ista mensura: quia fortè non quodcunque obiectum terminatiuũ est mensura intellectionis: quia intellectio aliquãdo terminatur ad ens rationis, & fortè ens rationis non erit mensura entis absoluti, cuiusmodi est intellectio ipsius. Et ideo de huiusmodi mensura. vide Doct. in quoli. q 13.

¶ Tertium dictum est, quòd intellectio diuina est mensura omnium aliorum à se intelligibilium, & sic sequitur ꝙ omnia alia præcisè referuntur ad intellectionem diuinam: & ipsa terminabit relationem istam sub ratione mere absoluti.

Doct. videtur sibi contradicere.

HIC videtur aliqualis contradictio. Tum: quia Doc. vult in 4. d. 10. q. 5. quòd non requiratur pręsentia obiecti propter terminationem intellectionis: licet requiratur propter causationem: & sic licet creatura etiam ab æterno nullum esse habeat: tamen poterit terminare actum intellectus diuini: & per consequens obiectum tale non terminatur ad ipsum actum. Tum: quia alibi Doct. vult quòd de ratione obiecti sit terminare actum intellectus, & non mouere ipsum intellectum. ergo respectu intellectus diuini obiectum terminabit actum intelligendi diuinum. Tum: quia ipse infra distinct. 39 vult ꝙ idem actus intellectus diuini possit diuersificari secũdum diuersos respectus inquantum, scilicet terminatur ad aliud, & aliud obiectum. Tum: quia hic præsenti distinctione dicit, quòd obiectum: quia terminat intellectionem est mensura ipsius. ergo vt hic terminat habebit rationem mensuræ, & non ipsa intellectio diuina.

Solutio.

¶ Dico q̃d intellectio diuina, ideo dicitur mensura omnis obiecti alterius à seipsa: quia omnia tali actu intelligendi producuntur in esse cognito. Tum quia huiusmodi obiecta non sunt in memoria diuina ex natura rei; sed tantum per actum intellectus diuini, vt patet a Doc. in 2. d. 1 q 1. & in quoli. q. 15. Tum quia totum eorum esse possibile est ab actu intellectus diuini. vt infra patebit, d. 36. & dist. 43. Et sic dicimus, quòd huiusmodi obiecta terminantur ad actum intellectus diuini. Et per consequens est mensura omnium illorum. Non negamus tamen quin intellectus diuinus cognoscat illa: & per consequens quin talis intellectio terminetur ad huiusmodi obiecta habentia esse per actum intellectus diuini: sed non terminatur ad illa t vt habentia esse ex natura rei idest vt inquantum sunt in memoria diuina ex natura rei; quia tunc intellectus diuinus vilesceret. Ex his patet ad obiectiones.

Quomodo obiecta sunt in memoria diuina.

¶ Quartum dictum. Prima intellectio diuina quæ beatifica est est essentiæ vt essentia sine omni respectu rei vel rationis: & hoc propter identitatem realẽ perfectam intellectus ad essentiam absolutam. De hoc clarius vide in quolib. q. 13. vbi Doc. vult quòd non est necesse intellectionem includere relationem ad obiectum etiam vt actu existens: & patet de intellectione diuina. vide ibi. Et quòd non sit relatio realis inter primam intellectionem beatificam, & essentiam diuinam, patet quia relatio realis est inter extrema realiter distincta. Et si etiam extrema non sunt realiter distincta: & sit relatio realis: cuiusmodi est relatio mouentis, & mobilis in eadem re puta volũtate: tamen talis relatio non erit realis, nisi ipsa voluntas vt mouẽs, & vt mota comparetur ad aliquid realiter distinctum, cuius ipsa sit principium productiuum & eiusdem principium receptiuum: puta quando comparatur ad velle productum. De hoc vide in 2. d. 25. expositionem quam ibi feci. In proposito autem intellectus diuinus & essentia diuina nec realiter distinguuntur nec comparantur ad aliqđ tertium, sic, ꝙ possit realiter recipi, vt distinctum realiter. Sic ergo patet, quomodo ibi non est relatio realis: nec etiam rationis: quia relatio rationis est per actum comparatiuum intellectus: & talis actus pręsupponit actum rectum Et ideo dixit Doct. ꝙ intellectio diuina omnino prima non includit &c.

¶ Quintum dictum: quod est conclusio principalis illata ex alijs dictis est: quod non oportet propter intellectionem alicuius obiecti præcisè quærere relationem, nec in vtroque extremo scilicet intellectione & obiecto: nec in altero. ergo oportet aliquid aliud addere propter quod sit relatio in vtroque extremorum, vel in altero. Illud autem non videtur esse nisi vel mutua coexigentia si est relatio mutua: vel dependentia in altero extremo, si non est mutua. Hic autem quando Deus intelligit aliquid aliud à se, non potest poni mutua coexigentia in vtroque extremo. ergo præcisè sufficit ponere relationem in altero extremo vbi est dependentia: illud est obiectum, vt cognitum. Aduerte tamen quòd obiecti cogniti ad actum cognoscendi diuinum non est dependentia aliqua realis, nec essentialis: quia talis propriè fundatur in aliquo reali actu existente. & patebit. infra d. 36. & supra patuit d. 3. q. 4. Sed eo modo quo obiectum cognitum habet esse, eodem modo dicitur dependere: & quia habet esse tantum secundum quid: ideo est ibi dependentia tantum secundum quid.

¶ Ibi. Præterea voluntas fruens fine non producit aliud ab ipso fine in esse volito; sed tãtum producit ipsum finem in esse tali: puta volito, vel amato: & hoc comparando ipsum finem ad aliud idest quòd quando voluntas amat finem vltimum comparãdo ipsum puta ad Ioannem; nihil producit in ipso fine præter ipsum esse volitum, siue amatum idest quòd nullum

Notabilis declaratio.

nullum respectum vltra respectũ quod est esse amatum producit in ipso fine: sed magis econtra scilicet amando a. propter finem comparando ipsum a. producit in ipso a. respectum aliquem rationis. ergo à simili in intellectu cognoscente primum obiectum, & ex illius cognitione cognoscente obiectum secundarium nulla relatio videtur produci in ipso primo obiecto ad secundum obiectũ sed econtra. Aduerte tamen quòd non negat Doct. quin possit causari aliqua relatio rationis in ipso fine: quia intellectus potest ipsum comparare in ratione amabilis &c. Sed vult, quòd voluntas ex hoc solo quod diligit vltimum finem puta vt summum bonum mihi non causat in ipso summo bono aliquem respectum prę ter hoc quòd est esse amatum, vt summum bonum. Sed si tamen per huiusmodi cognitionem debet causari aliquis respectus: magis erit amãdo aliquid propter finem. & hoc est, quod dicit.

¶ Ibi. Concedi potest, &c. Hic declarat intentum principale de huiusmodi relationibus æternis. Dicit ergo ꝙ potest concedi, ꝙ in Deo sunt relationes æternæ ad obiecta cognita: sed non priores naturaliter ipsis cognitis in ratione obiectorum. Et declarat per exemplum. Deus in primo instanti intelligit essentiá suam sub ratione mere absoluta. In secundo instanti producit lapidem in esse intelligibili, & intelligit lapidem: ita quòd est ibi relatio in lapide intellecto ad intellectionem diuinam: sed nulla adhuc in intellectione diuina ad lapidem: sed intellectio diuina terminat relationem lapidis intellecti ad ipsam. In tertio instanti forte intellectus diuinus potest cumparare suam intellectionem ad quodcunque intelligibile, ad quod nos possumus comparare, & tunc comparando se ad lapidem intellectum potest causare in se relationem rationis. Et in quarto instanti potest quasi reflecti super ipsam relationem causatam in tertio instanti, & tunc illa relatio rationis cognita erit.

De istis instantibus habes supra sæpe.

¶ Aduerte tamen quòd quando Doc. dicit quòd in primo instanti cognoscit essentiam sub ratione absoluta: accipitur illud instans pro instanti vt complectitur omnia instantia quæ respiciunt omnia illa quæ sunt ad intra. Sunt enim ibi plura instantia quã vnum. vt patet à Doc. supra d. 2. d. 1. d. 26. & alibi sæpe, & sic antequam comparetur ad extra prius intelligit omnia quæ sunt ad intra. s. essentiam: attributa: proprietates personales: personas: relationes communes. Et post comparatur ad extra, & sic debet intelligi illud secundum instans in quo scilicet intellectus diuinus comparatur ad extra.

¶ Item nota quod dicit, quòd in illo secundo instãti producit omnia in esse intelligibili: debet sic intelligi. quòd antequam actus intellectus diuini comparetur ad extra: creaturæ nullum esse habent: nec etiã sm quid: sed actu suo facit illa in esse obiectali, idest ꝙ producit illa in esse cognito: sic quòd ante illud esse cognitum nullum penitus esse habent: sed hoc magis patet infra d. 36. & d. 43. & in 2. d. 1. q. 1.

Dubium.

¶ Deinde cũ dicit, ꝙ forte intellectus diuinus &c. Dubitatur quo talis relatio rationis dicatur cognosci ab intellectu diuino, cum sit primum ens rationis & per consequens non sit ibi ex natura rei & proprie non contineatur nec virtualiter, nec eminenter in Deo: nec intellectus diuinus possit aliquo modo cognoscere abstractiue sed tantum intuitiue. Vide prolixam expositionem quam prius feci vbi singularia dubia sũt soluta &c. Patet ergo ex his ꝙ si relationes eternæ ponantur in essentia diuina ad oẽs creaturas: ꝙ tales relationes non sunt priores ipsis obiectis cognitis: quia fiunt in tertio instanti. Et sic patet quo relatio rationis non est necessaria ad intelligendum lapidem, tanquam prior lapide, vt obiectum. Immo

Responsio.

ipsa, vt causata est posterior: quia in tertio instanti, & adhuc erit posterior vt cognita, quia in quarto instanti.

¶ Vltimo dicit, quòd ista via vř tenere istam propositionem quæ videtur probabilis, ꝙ relatio non naturaliter cognoscitur, nisi cognito termino hoc magis, supra patuit in prologo. q. 1. & patet diffuse in quol. q. 14. Et quomodo cognitio relationis dependeat à termino exposui supra dist. q. 3.

SED hic occurrit dubium, quia dicit ꝙ relatio non potest cognosci, nisi termino præcognito & expresse dicit in prologo. q. pen. ꝙ cognitio relationis dependet à cognitione terminorũ: hoc idem in isto. 1. q. 2. d. 8. Hoc idem in quoli. q. 14. ergo ex his sequitur ꝙ cognitio relationis quã cognoscit intellectus diuinus ex quo terminatur ad creaturam non poterit cognosci sine creatura; & sic dependebit à creatura, quod est falsum & contra ipsum in prologo. q. pe. & in quoli. q. 15.

Apparẽs contradictio.

¶ Respondeo quòd licet relationis cognitio depẽdeat à fundamento, & termino, sicut in esse, ita & in cognosci: talis tamen cognitio poterit causari ab aliquo virtualiter continente terminum, & fundamentum secundum totam suam entitatem: ipsa tñ cognitio non poterit haberi, nisi præcognitis fundamento, & termino: quamuis enim Intellectus diuinus possit vere causare cognitionem paternitatis: nõ tamen poterit cognoscere distinctè paternitatem, nisi præcognoscat terminum, & fundamẽtum: quia cognoscere paternitatem in se, & non cognoscere esse ad aliquid: est non cognoscere paternitatem Sic dico In proposito, quamuis cognitio illius relationis fit tantum à Deo: ipsum non potest distinctè cognoscere, nisi præcognita ipsa creatura ad quam terminatur: continet enim virtualiter secundum totam entitatem omnem creaturam in quocunque esse, siue reali, siue secundum quid: & sic patet quomodo Doc. non contradicit sibi in aliquo.

Responsio.

CONTRA istud arguitur. Hic Doc. arguit probando, ꝙ ideæ sint relationes: & ꝙ sint in Deo antequam intelligãtur obiecta secundaria. Et probat primo Aug. 83. q. q. 46. Si quidem in ideis tanta vis constituitur, vt nisi eis intellectis sapiens esse nemo possit: secundum autem istam positionem sapiẽtia perfecta Dei ad creaturas erit in secundo instanti: & præcedit naturaliter tam esse idearum, quàm cognitionem earum. ergo talia obiecta non sequuntur intellectionem Dei. Item ibidem: ꝙ istarum visione fiet anima beatissima: quod non esset verum de visione prima, quæ est in creatore, nec de visione, quæ est in creaturis.

Quo ideæ sint in Deo.

¶ Item, quæ sunt diuisa in inferioribus, quæ sunt alterius rationis non reducuntur ad aliquid vnum in superiori: ad vnum dico formaliter, & eiusdem rationis: vt patet de intellectu, & voluntate in nobis, & in Deo. ergo sicut intellectus in nobis secundum suam formalem rationẽ est passiuus: ita erit in Deo, & per consequens oportet sibi dare aliquam formã antequam operetur actu: & sic, vt habeat distinctam operationem, oportet sibi dare distinctam formã: non autem potest hoc dari si ideæ ponuntur consequi creaturarum intellectionem.

¶ Ibi. Præterea. Si propter illimitationem essentiæ diuinæ ponatur ipsa essentia, vt omnino absoluta esse ratio cognoscendi omnes creaturas: cum ita sit illimitata, inquantum intellecta, sicut inquantum ratio: sequitur ꝙ ipsa sola cognoscetur sub ratione obiecti. Aut si ponatur pluralitas ex parte obiectorum, non obstante infinitate vnius obiecti: pari ratione videtur posse poni ex parte rationis intelligendi.

AD ista. Sentẽtia Aug &c. Hic Doc. exponit mentem propriam quid sit idea ipsum declarando per

Idea quid sit.

dicta Aug. Idea est ratio æterna in mente diuina secundum quam aliquid est formabile extra, vt secundum propriam rationẽ eius, & exponit omnes particulas. Probatio primę particulæ. s. ꝙ idea sit rõ æterna in mẽte diuina: & probat sic. Deus omnia potest causare rationabiliter. i. intelligendo & videndo. vt supra patuit. d. 2. q. 1. quia est impossibile Deum aliquid causare ad extra, nisi præintelligat illud, & voluntas velit, vt infra etiam patebit. d. 39. & 45. Igitur habet rationem secundũ quam format, idest si Deus causat a. intelligendo illud, & volendo, oportet quòd prius habeat obiectũ creabile præsens non in se, nec in memoria ex natura rei, sed tãtum in esse cognito: & illud esse cognitum vocat rationem, sm quam format. vt patet in 2. d. 1. q. 1. Sequitur. Non autem eandem. s. rationem omnium supple causabiliũ: sed singula causabilia proprijs rationibus format. i. ꝙ omne causabile à volũtate diuina habet prius esse cognitum, & tale esse cognitum (vt dixi) vocatur ratio: & quia non potest distincta causabilia causare, nisi præcognoscat illa: ideo singulum causabile à voluntate diuina est prius cognitum ab intellectu diuino. ergo quodlibet causabile habet in mente diuina propriá rationem, idest proprium esse cognitum. Sequitur. Non autem rationibus extra se: quia non eget in efficiendo aliquo alio à se, idest ꝙ istæ rationes sic necessariæ ad causandum non sunt extra intellectum diuinum supple in esse reali: quia tunc in causando dependeret ab aliquo ente reali extra se, quod est impossibile: sed sunt in intellectu diuino tantum in esse obiectiuo, & non ex natura rei: quia tunc intellectus diuinus vilesceret: sed tantum sunt ibi per actũ intellectus diuini necessario causantis talia causabilia in esse cognito, vt supra patuit. & sic huiusmodi esse cognita dicuntur rationes in mente diuina: non quòd sint idem realiter: cum illa sint tantum ibi, sicut cognitum in cognoscente obiectiue. Sequitur. Nihil autem est in mente diuina nisi incommutabile, idest ꝙ tale esse cognitum, vt est in mente diuina, est incommutabile. Hoc prolixe expositum est supra d. 3. q. 4. de sinceris veritatibus. Sequitur, ergo omne formabile. i. omne causabile potest formare. i. secundum proprium esse cognitum æternum in mente diuina. Nam omnia obiecta secundaria prius omni actu voluntatis ad extra producuntur ab intellectu diuino de necessitate naturæ, vt supra patuit. dist. 3. q. de sinceris veritatibus. & sic patet.

D. Augu. nomen ideæ à Platone accepit. ¶ Ibi. Istud videtur consonare cum dicto Platonis, à quo accepit Aug. nomen ideæ. Ipse enim posuit ideas quiditates rerum per se quidem existentes sm Arist. & male secundum Aug in mente diuina, & bene. Vnde aliquando loquitur de mundo intelligibili secundum eum. Sicut igitur ponerentur ideæ secundum illam impositionem Arist. quiditates rerũ, ita ponuntur secũdum Pla. vt videtur quiditates habentes esse cognitum in intellectu diuino.

Prima diff. SED in ista litera occurrunt aliquę difficultates. Prima in hoc, quod dicit, quod esse cognitum lapidis, vt causabilis, est ratio æterna in mente diuina, idest quòd tale esse cognitũ necessario præcedit quid sit illud esse cognitum an sit esse quiditatiuum rei: & tunc tale esse erit vnum per accidens: & sic de illo nihil per se potest prædicari, vt patet à Doct. supra d. 2. q. 2. & in 3. di. 7. & sic omnes propositiones de quiditatibus erunt per accidens, & nullæ erunt in primo modo dicendi per se: aut huiusmodi quiditates dicunt esse possibile rei præcedens esse cognitum? Et hoc, non vt infra patebit. d. 36. & 43.

Secunda. ¶ Secundo dubitatur in hoc, quod dicit, ꝙ respectu omnis causabilis præcedit ratio sm quam illud est causabile: & talis ratio dr idea. ergo vr sibi cõtradicere; quia vult expresse: vt patebit. infra d. 39. cõtra Bona. ꝙ idea est tantum respectu necessariorum, & non respectu contingentium. modo causabile est cõtingens cum illud sit producibile in actuali existẽtia. ergo lapis, vt existens habet ideam in mente diuina.

¶ Tum etiam vr sibi contradicere in hoc, quod dicit, ꝙ tale causabile habet rationem in mente diuina sm quam voluntas diuina potest illud causare: & sic tale esse cognitum necessario præcedit hoc, quod est causabile à voluntate diuina. Et contradicit his quæ supra dixit in q. vlt. prolo vbi vult ꝙ volũtas diuina prius determinet aliquid fore, quam intellectus diuinus intelligat fore. Hoc idem patet infra di. 39. Et sic videtur sibi contradicere.

¶ Item dubitatur, quia ponit ipsum esse cognitũ, *Tertia.*
siue ideas esse in mente diuina: & ꝙ vt ibi habet relationem dependentiæ ad actum intellectus diuini, vt supra patuit. Tunc quæro quam relationem habet. Si rationis? ergo & lapis, vt sic fundans huiusmodi relationem erit tantum ens rationis: patet quia talis relatio non poneretur distingui ab ipso lapide cognito, sicut nec dependentia creaturæ in esse reali ponitur distingui realiter ab ipsa, vt patet à Doc. in 2 d. 1. Tum etiam quia talis relatio esset causata ab aliquo: & hoc tantum ab intellectu diuino. ergo per actum tantum collatiuũ. ergo prius creatura habet esse cognitum, quàm comparetur, & in tali esse cognito vere dependet ab actu intellectus diuini. ergo. Si ponitur relatio realis? ergo creatura fundans illam ab æterno habet esse reale: & sic existit ab æterno, quod est impossibile: non enim ens reale potest fundari in ente, non reali, vt patet. Tum etiam quia essentia, & existentia sunt idem realiter, vt patet à Doct. in d 1. ergo nec habuit esse realis essentiæ, & tũc quæro esse cognitum, quod esse habet? si esse tm̃ rationis? ergo non fundat relationem realem. si esse reale p̃cedens existentiam? & hoc non, vt patebit infra à Doc. d. 36.

¶ Tum etiam, quia si tale esse cognitum habet tm̃ *Quarta.*
esse secundum quid, & non esse reale: sequitur quòd non erit differentia inter lapidem cognitum, & intentionem secundam. Et multa alia possent adduci, quæ transeo pro nunc.

RESPONDEO ad primum dubium. vt exposui *Respõsio ad*
in secundo Doc. d. 1. quomodo esse, & essentia distin *primam.*
guuntur: vide ibi. Dico secundo, ꝙ tale esse, quod dicitur ab æterno esse quiditatiuum, est esse possibile: quod esse possibile fundatur in esse cognito, vt infra patebit: d. 36. Intellectus enim diuinus prius producit rem in esse cognito, & post in esse possibili. Vnde Doc infra d. 43. probat, ꝙ possibilitas rerum est primo ab actu intellectus diuini.

¶ Ad secundum dubium dico pręmittẽdo aliqua. *Ad secundam.*
Primum, ꝙ idea proprie respicit terminos: ita ꝙ termini in esse cognito dicuntur ideæ & non sunt propriæ respectu propositionum nisi fortè necessariarum. vt infra patebit. d. 39. Secundum, ꝙ esse existentiæ puta lapidis habet ideam: ita ꝙ in mente diuina non tm̃ fuit ab æterno esse cognitum lapidis, inquantum lapidis: sed etiam ab æterno fuit esse cognitum esse existentiæ aptitudinalis: & ab æterno ante oẽm actum voluntatis diuinæ ista fuit cognita. lapis est aptus natus existere. Sed quòd lapis actu existat tantum fuit cognitum post determinationem diuinæ voluntatis, quæ determinauit producere lapidem in esse actualis existentiæ. Et sic præcessit tantum cognitio terminorum. Et similiter ab æterno ante oẽm actum volũtatis diuinæ ad extra intellectus diuinus cognouit Ioannem: & etiam distinctè cognouit albedinem & isti termini, vt sic dicuntur propriè ideati. Sed quòd Ioannes erit albus in tali, vel tali tẽpore, cognouit post determinationem diuinæ voluntatis. Volũtas enim diuina necessario præsupponit cognitionem terminorum propõnis contingentis: sed nõ

præsupponit cognitionem propositionis contingentis; illa.n.sequitur determinationem voluntatis diuinæ, vt patebit infra dis.38.& 39. Et Doc.loquitur de causabili, &c. Et hoc modo intelligendus est Sco. in q.vlt.prolo. Ex his patet responsio ad aliud dubiū videlicet quomodo idea dicatur prior determinatione voluntatis diuinæ: quia respectu contingentium tātum esse cognitum terminorum vocatur proprie idea: & tale esse præcedit simpliciter actum voluntatis diuinæ, vt comparatur ad extra.

Ad tertiū. Relatio rationis ē multiplex. ¶ Ad aliud dubium de relatione. Dico, q relatio rationis potest multipliciter intelligi. Vno modo, q tm̄ fiat ex comparatione duorum obiectorū cognitorum, vt cōiter fiunt secundæ intentiones. Aliqn nō fit ex tali comparatione: sed quia sic denominatur tale, quia aliud terminatur ad ipsum: sicut dicimus, q lapis est visus. Aliquando ēt dicitur relatio realis: qa actu est inter extrema realia, & realiter distincta, & hæc ex natura rei. Aliquando quia est inter extrema non actu existentia, sed apta nata existere. Aliquando quia est inter extrema quorum vnum actu existit, qd est tm̄ terminus talis relationis: & aliud est tm̄ aptū natum existere, vt in proposito. relatio lapidis æternaliter cogniti terminata ad actum intellectus diuini. Et hoc vltimo modo ponitur relatio inter ideā, & actum intellectus diuini: & sic partim potest dici realis. Tum: quia terminatur ad actum intellis diuini: & hoc sub ratione absoluta. Tum: quia fundatur in aliquo quod licet non sit actu existens: tñ est aptū natum existere, & hæc ēt, quia oritur ex natura extremorum. Tñ nō dr̄ proprie realis: quia ex natura rei non consequitur fundm̄ reale actu existens. Et sic, qa magis recedit ab esse existentiæ fundamenti, & accedit ad non esse existentiæ ideo quo ad hoc pōt dici rōnis per illud argm̄, quod facit Doc. supra in prol. q.vlt. de scientia vere practica, q quanto aliquid recedit ab vno extremo, & appropinquat ad aliud, &c.

Ad quartū. ¶ Ad vltimum dico, q est magna dr̄ia inter lapidē cognitum, & secundam intentionem: quia lapidi cognito non repugnat esse realis existentiæ immo per diffinitionem lapidis pōt demonstrari de lapide, q non repugnat lapidi actualis existentia. vt patet à Docto. in secundo d.1.q.3. Sed secundæ intentioni repugnat sibi realiter posse existere. Nam ratio formalis secundæ intentionis est rationaliter repugnās actuali existentiæ ipsius. Et sic patet dr̄ia lapidis cogniti, vt cogniti, & secundæ intentionis, vt alias exposui. Et sic patet responsio ad ista dubia.

Differentia inter eē cognitum, & intētionē secundam.

¶ Ibi. Hoc posito non oportet laborare circa relationes aliquas formaliter, &c. Nunc Doct. respōdet ad argumenta prius facta. Et primo ad Augu. Responsio stat in hoc, q nemo est plenæ sapiens, nisi etiam cognoscat ideas: licet enim principalis sapientia sit in essentia: non tamen potest dici plena: nisi etiam ideæ cognoscantur. Et addit, quòd ponitur Deus perfecte sapiens in primo instanti. videlicet in quo cognoscit essentiam diuinam, & omnia intrinseca: & si per possibile, vel impossibile nihil aliud cognosceret, adhuc diceretur perfectissime sapiens; nō tamen diceretur plene sapiens, & hoc extensiue nisi etiam cognosceret in secundo instanti (in quo comparatur ad extra) omnes ideas: si tamen non cognosceret ens, nihil minus intensiue esset perfectissime sapiens: quia tota perfectio intensiua cognitionis Dei est ab essentia diuina, & nullo modo à creaturis, vt patet.

¶ Ibi. Similiter alia auctoritas: harum visione anima sit beatissima. Si ideæ ponuntur esse quiditates, vt cognitæ, tunc exponenda est de beatitudine, quæ potest haberi in creaturis, vt in obiectis: quia certū est, q non est perfectissima beatitudo in creatura absolute sm̄ ipsum quinto confe. Beatus est qui te, & illa nouit, nec propter illa beatior: sed intelligendū est beatissima: hoc est totali beatitudine possibili beato: nō quidem in eis formaliter, sed in obiecto cuius cognitio præsupponitur istis: & quasi concomitanter in istis in quibus aliqua beatitudo est: licet non prima.

¶ Ibi. Et si aliquando Aug. loquatur, q ideæ sint rationes cognoscendi: cum tamen hic non dicat ipsas nisi esse rationes secūdum quas formantur, quæ formantur: pōt exponi, &c. Vult dicere, q etsi nominet ideas esse rationes cognoscendi, non debet intelligi q maneant in intellectu diuino sic, q moueant intellectū, diuinum, vel q sint causæ intellectionis earū: sed q tm̄ sint obiecta, quæ intelliguntur, & non mouent: sed diuina essentia mouet ad notitiam earum: vt exposui supra. & sic dicuntur tantum obiecta secundaria non mouentia intellectum diuinum ad earum cognitionem: sed quòd tantum sint terminantia cognitionem diuinam.

¶ Ad secundum de intellectu passiuo: quomodo dicatur passiuus in nobis aliqualiter dictum est, supra in q.1.prolo.& d.3.q.7. Et prolixius vide in quolib.quæst 15. Est enim vere passiuus quātum ad hoc, quia receptiuus speciei intelligibilis: & etiam intellectionis, vt supra patuit. distin.3.quæst.6. & 7. De intellectu autem diuino patet, quòd non dicitur proprie passiuus. Nullius enim est receptiuus: quia recipere proprie est respectu recepti realiter distincti. & hoc non contingit in intellectu diuino: vt patet, potest tamen impropriissime dici quasi passiuus, idest quasi receptiuus intellectionis. Declarat tamen litteram sequētem. Cum dicit, q essentia diuina est quasi forma, qua intellectus diuinus operatur: quia ipsa est ratio cognoscendi non tantum ipsammet: sed ēt est ratio cognoscendi omne aliud sub quacunque ratione cognoscibili, & hoc isto modo intelligendo.

Intellectus diuinus nō est passiuus, sed quasi passiuus.

Distinctio Trigesimasexta.

Quæritur, Vtrum creatura inquantum est fundamentum relationis æternæ ad Deum, vt cognoscentem habeat verè esse essentiæ ex hoc, quod est sub tali respectu?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. primo sententiarum distin.36. quæst.1. Artic.1.
Scotus 1. senten. dist. 36.q.1.
Ricardus 1 senten. dist. 35.q.4.
Durandus 1 senten. dist. 36.q.2.



VÆRITVR circa dist. 36. Vtrum creatura inquantum est fundamētum relationis æternæ ad Deum, vt cognoscentē habeat vere esse essentiæ ex hoc, quòd est sub tali respectu?

Henricus in summa Artic. 2. q.21. & 25. & quoli.8.q.9 & quolib.9 q.1.& 2.& quolib. 11. q.3.

¶ Quidam titulum q. sic exponunt: quia creatura, vt cognita habet relationē ad Deum, vt cognoscentem: illa relatio dicitur cognosci: & illa similitudo creaturæ cognitæ dicitur. fundamentum illius relationis, & non ipsa creatura: quia nulla creatura fuit ab æterno. Mens ergo q. est vtrum illa similitudo cuiuslibet rei quam Deus apud se habet: sit vera essentia illius cuius est similitudo?

¶ Sed iudicio meo titulus huius q non debet sic intelligi. vt patet ex dictis. infra à Doc. Vnde præmitto aliqua pro notitia huius tituli q. Primo præmitto, quod dicit Doc. ī. d.35. q in primo instāti intellectus est in actu per essentiā sub rōne mere absoluta,

& hoc in actu primo sufficienti ad producendum quodlibet in actu intelligibili. In secundo instanti producit lapidem in esse intellecto: ita quòd terminus iste habet respectum ad diuinam intellectionē: nullus autem est respectus econuerso in intellectu diuino. Et hoc apparet, quòd lapis habeat prius esse cognitum, quàm fundet relationem ad Deum, vt cognoscentem: vt etiam patet ex littera superiore. d. 35. Secundo præmitto, quod dicit Doc. in præsenti. d. de Cęsare si esset annihilatus, &c. vide exemplum.

¶ Titulus ergo q. potest intelligi, quòd fundamentum talis relationis est tantum esse vel cognitum, vel possibile: sic intelligendo, quòd lapis habet prius esse cognitum quam fundet relationem ad Deum, vt cognoscentem, & tale esse cognitum non dicitur propriè similitudo creaturę. puta lapis, vt habens esse cognitum ab intellectu diuino: non dicitur similitudo lapidis, vt existentis. Et tunc quæritur an tale esse cognitum, quod lapis habuit ab æterno fuerit verum esse essentiæ reale ipsius lapidis? Vel si exponatur de fundamento talis relationis, quòd esse possibile ipsius lapidis, quod esse possibile funditur in esse cognito: an tale esse possibile fuerit verum esse essentiæ? Et sic (vt credo) debet siue potest intelligi titulus q. licet Sco. magis videatur declinare ad primum modum, scilicet quòd fundamentum talis relationis, vt ad Deum cognoscentem sit ipsum esse cognitum, vt satis patet in littera eius.

Hiricus vbi supra. b HIC quidam dicunt, quòd sic. Hic Docto. recitat opi. Henrici, qui vult quòd creatura fuerit ab æterno secundum esse essentiæ: ita quòd fundamentū ipsius relationis, vt ad Deum cognoscentem, fuit verum esse essentiæ. Et hanc opi. probat multis medijs: quæ post adducentur soluendo illa media. Prius ergo Doc. improbat subtiliter hanc opin. Deinde soluet, &c.

CONTRA hanc positionem arguit Docto. Primo sic. Si lapis habuit verum esse reale. ergo non creatur. Hic Doct. supponit, quòd illud dicitur vere creari, cuius nihil reale pertinens ad esse pręcessit: quia creari est de nihilo sui aliquid fieri: ita quòd non esse aliquòd ipsius præcedat: licet enim præcedat esse cognitum ipsius: illud tamen non dicitur ens reale, & realiter dans esse. ergo si lapis fuit ab æterno secundum aliquod esse reale: lapis non dicitur creari de nouo: quia eius esse vere præcessit.

¶ Secundo arguit ex dictis Henri. qui dicit, quòd aliquid ex hoc dicitur vere de nouo creari, non q accipiat esse post non esse: quia suum esse reale præcessit: sed quia accipit nouum respectum ad efficiens, ita quòd creatio lapidis non dicitur terminari ad esse absolutum in lapide: sed tantum ad ipsum lapidem, vt sub nouo respectu ad primum efficiens terminato. Ex hoc arguit Doc. Creatio est productio ad esse simpliciter: præsertim quando est creatio substantiæ: sed lapis vt sub tali respectu non habet esse simpliciter, sicut nec homo, vt sub albedine dicitur habere esse simpliciter secundum quòd cōsideratur sub illa. Albedo enim & si sit esse simpliciter in se: non tamen erit esse simpliciter hominis. *Creatio est ꝓductio ad esse simpliciter.*

¶ Tertio arguit ex dictis Hen. probando, q si lapis diceretūr creari secundum respectum actualem ad Deum: tunc lapis diceretur creari: & tamen nihil de nouo acciperet: quod est impossibile: quia omnis productio est de non esse ad esse, quòd autem in lapide secundum talem respectum de nouo nihil acquireretur. patet secundum ipsum Henri. qui vult, quòd relatio aptitudinalis in Deo qua est aptus creare: vel qua dicitur creatiuus nullo modo differat a relatione actuali qua dicitur actu creans. ergo simpliciter hoc erit increabili: quia relatio qua lapis dicitur creabilis, & relatio qua dicitur actu creari nullo modo differunt. ergo si lapis dicitur creari secundum hanc relationem actualem: tunc lapis nihil accipit de nouo, quod non habuerit ab æterno: & sic nullo modo creatur.

¶ Quarto ex eodem fundamento arguit, & probat quòd est impossibile ipsum lapidem creari secūdum nouum respectum: ita q talis respectus est impossibile, quòd sit nouus.

¶ Hoc patet: quia non potest esse relatio noua, nisi propter nouitatem, vel fundamēti, vel termini: quia aliter in ad aliquid posset esse motus, & mutatio: quod est contra Aristo. 5. phy. t. c. 10. & patet ibi per Com. & subtiliter est expositum in tertio Doct. d. 1. q. 1. Et sic sequitur, quòd nulla facta mutatione, nec in termino, nec in fundamento, nulla relatio poterit esse noua. Cum ergo esse essentiæ per Hen. sit fundamentum talis relationis: & illud fuit ab æterno, & nullo modo mutatur, nec variatur: & talis relatio terminetur ad Deum, vt ad primum efficiens, qui omnino est immutabilis. ergo talis respectus non poterit esse nouus: & sic lapis non poterit creari.

¶ Quinto ex eodem fundamēto arguitur. Hic Docto. intendit deducere ad hoc inconueniens, scilicet quòd lapis dicatur creari ab æterno, & per consequens non erit creatus: quia in creatione non esse semper præcedit duratione ipsum esse, vt supra patuit d. 2. q. 1. & d. 8. q. vlt. & in 2. d. 1. q. 2. Tunc arguo sic. Productio de nouo esse absolute ad esse dicitur creatio, vt patet. sed per te esse lapidis fuit productum ab æterno. ergo lapis fuit creatus ab æterno: quod est implicatio contradictionis, scilicet quòd sit creatus ab æterno: cum creatio necessario importet nouitatem: & tamen ipse Hen. nititur ostendere, quòd creatio fuerit ab æterno.

¶ Nec valet hæc responsio Francisci de Mayronis in suo conflatu: vbi nititur sustentare, q esse essentiæ fuit ab æterno: sed tale esse non fuit productum, nec non productum, sed abstrahit. Nec. n. est manifesta implicatio contradictionis. si q tale esse sit verū esse reale et distinctum ab existētia. Quamuis hoc sit impossibile, vltra est impossibile non sit productū. cum oē aliud à Deo eo modo quo est aliud, est ēt productum, ita q si habet esse secundum quid, est productum sm quid: immo si habet esse tm possibile sm illud esse, est productum. vt infra patebit à Doc. d. 43. à fortiori, quando habet esse essentiæ, quod est esse simpliciter erit productum: & sic non oportet fugere, q tale esse non erit productum, nec improductū. *Cōtra Franciscum de Mayronis.*

¶ Sexto ex eadē via de annihilatione: statim sequitur q nihil potest anihilari. Tum: quia anihilatio est ab esse in non esse simpl'r: sed per te tale esse fuit ab æterno. ergo anihilatio potest fuisse ab æterno: quòd est impossibile. Tum etiam quia tale esse per te est necessarium. Tum etiam si ponatur creari secundum illum respectum: & per consequēs annihilari sm talem respectum: contra hæc possunt fieri argumenta prius facta: & pręcipuè illud videlicet, q talis relatio non poterit non esse: quia sicut in ad aliquid non est generatio: ita nec corruptio. vt patet vbi supra modo fundamento manente immutabili, & similiter termino, relatio inter illa non poterit destrui.

¶ Præterea. Secundo principaliter contra hāc opi. possunt fieri rōnes factæ contra Aui. q nihil aliud à Deo sit formaliter necessarium. vide d. 8. q. vlt.

¶ Item tertio principaliter arguit ex dictis Hen. & intendit reducere ad hoc inconueniens: q aliquid in Deo per actum intellectus diuini existens poterit mutari: cuius oppositum probatum est d. 30. Adducendo hoc argm expono illud. Cum dicit. Res secundū esse essentiæ, aut est terminus relationis ideę, quam ipsi ponunt in Deo? aut non? (Supra dist. 35.

patuit quomodo Hen. ponit ideam esse quandam relationem in mente diuina, quæ est ratio cognoscendi rem, sed secundum aliud esse cognitum, idest quod ipsa res non est terminus talis relationis secundũ suum esse essentiæ: sed tantum secundum esse cognitum.) Si secundo? tunc sequitur, quòd ipsæ res secundum esse essentiæ frustra ponuntur: quia secundũ eos non videntur aliter poni, nisi inquantum sunt termini relationum idealium: quæ æternaliter sunt in Deo. Si primo modo? scilicet quòd terminant secũdum esse essentiæ. ergo aliquid est in Deo per actũ intellectus diuini secundum quod Deus potest aliter se habere: patet quia per Hen. omne aliud à Deo nõ est formaliter necessarium ex se ponatur igitur (licet per impossibile) istud ens quidditatiue aliter se habere: sequitur quod illa entitas in Deo, siue rei, siue rationis. i. illa relatio, quæ vocatur idea, quæ habet istud esse pro termino aliter se habebit: & sic ex positione alicuius circa aliud à Deo mutari poterit aliquid, quod est in Deo per actum intellectus sui: quod est impossibile. Ponunt enim isti, quòd istę relationes, quæ dicuntur ideæ sunt in ipso Deo per actum intellectus diuini: & sic illud tale poterit non esse per non esse talium terminorum in esse quidditatiuo.

Singularis difficultas. HIC tamen oritur difficultas contra Doc. quia ipse ponit, quòd intellectus diuinus per actum suum potest causare relationem rationis comparando se, vt intelligentem ad rem, vt intellectam, vt patuit. supra dist. 30. & 35. & alibi. sed talis relatio rationis necessariò est ad aliquem terminum, puta ad esse cognitum creaturæ. ergo ex quo tale esse cognitum nõ fit ex se necessarium si ponatur (licet per impossibile) ipsum non esse: sequitur quòd aliquid quod est in Deo per actum intellectus diuini poterit non esse: & sic aliter se habere. Si ergo contra Hen. est impossibile de illis ideis: non minus hoc erit impossibile apud Docto.

¶ Item ipse expressè ponit, quod intellectus diuinus ab æterno non tantum potest comparare voluntatẽ diuinam, vt potentem creare: sed etiam potest comparare, vt actu volẽtem creare ad ipsam creaturam, vt sic volitam: & ex tali comparatione causat in voluntate diuina, vt sic comparata aliquam relationẽ rationis: quę necessariò terminatur ad creaturam ad quam comparatur voluntas diuina, vt volens creare. ergo posito (licet per impossibile) quòd talis creatura in tali esse nõ sit: sequitur quòd talis relatio causata per actum intellectus diuini poterit non esse: quod est impossibile. Si ergo argumẽtum Scoti concludit contra Hen. non minus ista videntur concludere contra Sco.

Responsio val. de singularis. ¶ Respondeo primo, quòd non est simile: quia Henri. posuit illud esse, non esse ex se necesse esse formaliter: posuit enim illud posse non esse, & per consequens sequitur quod Sco. arguit cõtra ipsum. Sed esse cognitum, quod Doct. posuit: licet non dicatur necessarium simpliciter: quia tantum habet esse diminutum: est tamen sic necessarium, quod est simpliciter impossibile ipsum non esse: cum producatur ab actu intellectus diuini ante omnem actum voluntatis ad extra comparatum. Per idem dico, quod intellectus diuinus necessariò cognoscit voluntatem diuinam ab æterno, vt volentem creare pro a. & similiter cognoscit creaturam ad quam vt cognitam fit comparatio: & sic stat talis relatio rationis: licet voluntas diuina contingẽter determinet creare pro a. tamen facta determinatione ab æterno intellectus diuinus cognoscit illã: & sic potest comparare.

Obiectio notanda. ¶ Si dicatur, quod istæ rationes factæ possent esse contra aliqua prius determinata à Doc. d. 8. q. vlt. vbi probauit, quod si Deus causaret creaturam de necessitate: tunc haberet relationem realem ad illam: & talis relatio esset idem quod Deus, vt probatum est. dist. 8. quia nihil est ibi formaliter quin sit idem realiter ipsi Deo: & per consequens cum relatio necessariò dependeat à termino. ergo termino non existente, talis relatio non existet. ergo nec Deus: & sic magis necesse esse poterit non esse per aliquid minus necesse esse. Sic arguo in proposito. talis relatio causata in tertio instanti, aut est idem, quod Deus, aut aliud? Si aliud? Contra: quia intellectus diuinus causat illam de necessitate in essentia sua. ergo ibi habet esse necessarium, & omne tale in Deo est idem, quod ipse Deus. Si ponitur idem? ergo ipso destructo destruitur Deus: patet quia quæ sunt idem destructo vno, destruitur & reliquum. Sed talis relatio necessario terminatur ad aliquid aliud à Deo: & sic per possibile, vel impossibile destructo tali termino alio ab ipso Deo, destruitur & relatio: & per consequens ipse Deus: & sic magis impossibile poterit sequi ex minus impossibili: & magis necessarium poterit non esse ex non esse minus necessarij.

¶ Respondeo præmittendo vnum quod dicit Doctor in 2. dis. 1. q. aliquid non posse esse sine alio, nec è contra: potest dupliciter intelligi. Primo ex rationibus suis entitatiuis ita quod simpliciter repugnet a. esse sine b. & econtra ratione entitatis a. & b. quia a. est talis entitas: ideo a. non põt esse sine b. similiter quia b. est talis entitas ideo repugnat sibi posse esse sine a. ita quòd talis repugnantia non essendi vnum sine altero, est ab intrinseca entitate eorum. Secũdo, quòd talis inseparabilitas sit tantum à causa extrinseca necessario causante aliquid in alio sicut ponitur, quòd cœlum non potest esse sine motu: & hoc non est ratione entitatis cœli: sed tantum ab agente extrinseco necessario mouente cœlum, & causante motum in cœlo. Sic dico in proposito, quod talis relatio rationis dicitur inseparabile ab essentia diuina: & hęc tamen est ab intellectu diuino necessario causante talem relationem rationis: & per consequens non est idem realiter cum essentia diuina: & sic non sequitur, quod ipsa destructa destruatur essentia, sicut nec corrupto motu, corrumpitur cœlum. *Solutio.*

¶ Dico vltra, quòd esse cognitum lapidis non est minus necesse esse, quàm talis relatio: immo magis erit necesse esse. Tum: quia prius necessario causatur ab intellectu diuino. Tum: quia tale esse præsupponitur relationi illi, vt terminus: & sic talis relatio dependet ab illo, &c.

¶ Quarto principaliter arguit ducens ad hoc inconueniẽs, scilicet quòd ideę habeant perfectius esse ipsis rebus ideatis, quod est inconueniens. Et arguit sic. Ex quo sunt prius productæ ab intellectu diuino per modum naturæ: & secundum totam virtutem ipsius intellectus, videntur ex hoc habere perfectius esse: quia causa perfecta, & independens naturaliter in causando: & agens per modum naturæ videtur producere immediatiora sibi perfectiora: hęc etiam patuit supra d. 3. q. 2.

¶ Quinto arguit sic. Istas ideas producit in esse aut vt cognoscens, aut vt non? Si sic? ergo sunt cognita antequam sint in isto esse: & ita frustra ponuntur istæ entitates propter cognitionem diuinam æternam. Si non? igitur producit eas mere naturaliter: quod videtur inconueniens de quocunq; producto alio a se in natura: immo ẽt producit filiũ, vt intellectus: licet non vt intelligens formaliter: sicut expositum est. supra d. 2. par. 2. q. 3. in simili: & hæc expresse patet supra d. 6. q. vnica. & in simili d. 10 de productione Spiritussancti, vide quæ ibi notaui: pater enim producit filium, vt filius est prius intellectus: licet intellectio qua ipsum intelligit, non sit ratio formalis producendi filium, vt patuit supra d. 2. 6. & 13. & alibi. ergo multum erit absurdũ dicere, quod intellectus

diuinus

diuinus producat aliquid non intelligens illud: ſed quòd producat eo modo, quo ignis producit.

Apparēs cōtradictio, et vnāda impugnatio.

HIC tamen occurrit difficultas ex dictis Sco. Videtur enim in hoc ſibi cōtradicere. Tum: quia quando producit rem in eſſe cognito, aut prius intelligit illam, aut non? ſiue aut producit intelligens, aut nō? Si ſic? ergo prius præintelligūtur, quàm producantur. non ergo producit mere naturaliter, ſicut ignis producit lignum calidum. Tum: quia per Docto. intellectus diuinus in tertio inſtanti producit relationem rationis. vt ſupra patuit diſtinct. 30. & 35. aut producit intelligens, aut non? Si ſic? ergo talis relatio fuit præcognita: & tunc certum erit, quòd non actu reflexo ſicut ipſe ponit ipſam cognoſci, aut nō intelligēs, & tunc producit mere naturaliter. Tum: quia ipſe concedit, quòd intellectio diuina eſt quaſi producta. Tunc ſic: aut producit eam, vt intelligēs, aut non? Si primo? ergo prius præintelligebatur: & tunc alia intellectione: & ſic proceſſus in infinitū. Si ſecundo? ergo mere naturaliter producitur, ſicut ignis producit ignem. Tum: quia voluntas diuina vult Ioannem eſſe album: aut hoc, quod eſt Ioānem eſſe album eſt præintellectum, aut non? Si ſic? contra ipſum qui vult, quòd contingens inquantum huiuſmodi non ſit præcognitum, antequam voluntas determinet: immo ipſa prius determinat, & poſt intelligitur. vt patuit ſupra diſtinctione 39. & in prolo. q. vlt. in materia an theo. ſit ſcientia practica. vide ibi.

Reſponſio.

RESPONDEO, ꝙ nulla eſt contradictio. Et præmitto aliqua, ꝙ aliud eſt producere aliquid tantum ſecundum eſſe ſecundum quid: & aliud eſt producere ſecundū eſſe ſimpliciter. Eſſet enim inconueniens intellectum diuinum omnino independentem, & in eſſendo, & in cauſando producere aliquid ſecūdum verum eſſe ſimpliciter, & reale, & non præintelligere illud. Et poſuit Doc. independens in agendo: quia hoc non eſt inconueniens de agente omnino dependente, vt de ſole, quòd producat non intelligendo, vt ſupra patuit. diſtin. 2. parte 1. quæſt. 1. in illis præambulis: tunc enim dirigeretur ad finem ab alio cognoſcēte, & amante finem, vt ibi patuit. Eſſet ergo inconueniens in intellectu diuino producere aliquid in eſſe ſimpliciter, non cognoſcendo illud. Loquendo vero de eſſe ſecundum quid: nullum eſt inconueniens. Modo Hen. poſuit res ab æterno habere verum eſſe eſſentiæ, quod eſt eſſe ſimpliciter. Et ſic patet ad argumenta.

Alia rñſio.

¶ Poteſt etiam aliter reſponderi ad omnia argumenta ſingillatim. Ad primum dico, ꝙ producit intelligendo: ſic tamen ꝙ actu illo quo producit etiam intelligit ita ꝙ ante illam intellectionem, nihil creaturæ fuit in quocunque eſſe, & ſufficit, ꝙ producat in eſſe intellecto, ſiue in eſſe cognito. Et ſic producere aliquid, vt intelligens poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd intellectio prius terminetur ad ipſum producibile, quàm producatur in eſſe. Secūdo, ꝙ ipſa intellectio tantum terminetur ad eſſe cognitum in eodem inſtanti, quo producit illud in tali eſſe: & ſic intellectus diuinus iſto ſecundo modo producit intelligens.

Producere, vt īntelligēs capitur dupliciter.

¶ Ad aliud de relatione rationis: dico quòd non eſt producta, ſed tantum derelinquitur ex tali comparatione: & quòd entia rationis non dicantur proprie produci, ſupra expoſui ad mētem Doc. d. 3. q. 7. Poſito etiā ꝙ ſit producta non eſt inconueniens producere ipſam non intelligens: non enim eſt aliquod producibile, vt in vltimum finem ordinabile. Et forte nullum etiam eſſet inconueniens intellectum diuinum producere illam, vt intelligens: ſic intelligendo, quòd producit illam, vt prius terminum, & fundamentum intelligens: & hoc modo ipſe concedit, vt ſupra patuit diſtinctione 35.

De productione relationis rationis.

¶ Ad aliud de diuina intellectione, patet reſpōſio: quia non eſt producta, cum ſit idem realiter, & eſſentialiter. Et vltra intellectus nō comparatur ad ipſam operationem qua intelligit: ipſa enim præſupponitur omni productioni: aliter oporteret procedere in infinitum in intellectionibus.

¶ Ad vltimum de voluntate. Dico, vt infra patebit d. 39. ꝙ voluntas de neceſſitate fertur in præcognitū. Et hoc debet intelligi de terminis: nunquam. n. poſſet velle Ioannem fore album, niſi intellectus diuinus præintelligeret Ioannem, & albedinem: & non oportet ipſum præintelligere, vt album: & ſic patet quomodo Doc. ſubtilis ſibi non contradicit, & quō argm̄ concludit contra Hen. & non contra ſeipſum.

¶ Item 6. arguit Doc. dicens, ꝙ non videtur probabile, quod dicit Hen. ſcilicet ꝙ reſpectu cauſæ exemplaris ſit vnus effectus alius ab effectu cauſæ efficientis. Dicit enim Henri. quòd res in eſſe cognito cauſantur à Deo, vt à cauſa exemplari: quia Deus, vt habens illas relationes ideales producit diuerſas res in eſſe cognito, & producuntur ab ipſo Deo in eſſe exiſtentiæ, vt a cauſa efficiente. Contra hoc arguit: quia cauſa efficiens, & exemplaris nō videntur diſtingui: cauſa enim exemplaris videtur efficiens: efficiens enim diuiditur in efficiens per intellectum, ſiue à propoſito, & efficiens per naturam. vt patet 2. phyſi. t. c. 49. Sed de iſta diſtinctione, ſupra patuit d. 2. parte 2. q. 3. Et de hoc vide prolixius in quoli. q. 16. Sicut igitur naturaliter producens non eſt alia cauſa ab efficiente: ita nec exemplaris, nec exemplariter producens: & ita idem eſt effectum, & exemplariter productum alicuius intelligentis inquantum eſt intelligēs, & inquantum exemplans. Et proprie loquendo cauſa exemplaris eſt cauſa libera: quæ ideo dicitur exemplaris: quia in mente ſemper habet ſimilitudinem rei cauſabilis, vt exemplar dirigens in opere. Nam vt in prolo. q. de praxi expoſui: omnis actus elicitus, vel imperatus à voluntate non poteſt dici rectus, niſi pro quanto elicitur, vel imperatur conformiter rationi rectæ: præcedit enim in intellectu ratio recta, ſiue cognitio practica qua puta artifex cognoſcit tale opus ſic debere fieri: & talis cognitio dicitur exēplar: & pro tanto voluntas dicitur cauſa efficiens exemplaris, pro quanto vult illud opus fieri conformiter tali cognitioni. Vtrum modo tale exēplar concurrat effectiue ad actum voluntatis patuit, ſupra quid dicendum in q. de praxi. & magis patet in 2. d. 25.

Quid ſit cā exemplaris.

¶ Ibi. Quod etiam addit compoſitionem eſſe in creaturis per iſtam potentialitatem ad actum, non videtur rationabile. Henri. poſuit, quòd ex ipſo eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ ipſius creaturæ componitur ipſa creatura. Doc. contra hoc arguit: quia ſecundum iſtos eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ ſunt ſimpliciter idem. ergo non faciunt compoſitionem rei, & rei: patet per eos qui volunt, quòd relatio non facit compoſitionem cum fundamento: quia ipſa non eſt aliud à fundamēto. ergo. Et in hoc Doc. non ſibi cōtradicit qui ſupra d. 8. q. de ſimplicitate an. ſ. creatura ſit ſimplex: vult ꝙ omnis creatura ſit cōpoſita ex actu, & potentia obiectiua: quia hic loquitur, ꝙ ex actu, & potentia obiectiua, non componitur tanq̃ ex duabus rebus: quia ens tm̄ in potentia obiectiua non poteſt dici res realis: cū tm̄ habeat eſſe ſm̄ quid. Et ſic patet quantum ad improbationem opinionis.

Solutio contradictionis tacita.

CONCEDO concluſionem iſtarum rōnum. ſ. ꝙ creatura, inquantum fundm̄ relationis æternæ ad Deum, vt cognoſcentem habeat vere eſſe eſſentiæ ex hoc, quòd eſt ſub tali reſpectu. Et hoc ſpecialiter probatur: quia non tantum eſſe eſſentiæ fundat relationem talem ad Deum: ſed etiam eſſe exiſtentiæ:

quia secundum August 5.super Gen.c.7. Non aliter nouit facta,quàm fienda præcognouit: igitur esse existentiæ,sicut esse essentiæ: & tamen propter istam relationem fundatam non concedit aliquis esse existentiæ fuisse verum reale esse ab æterno, ergo pari ratione non est concedendum de esse essentiæ, idest ꝙ Deus ab æterno sicut produxit Ioannem in esse cognito quo ad esse essentiæ; ita produxit ab æterno quo ad esse existentiæ: quia producendo Ioannem in esse cognito,quantum ad esse essentiæ:& quia sibi non repugnat esse existentiæ, ideo ab æterno produxit in esse cognito quantum ad esse existentiæ, & tamen non est necesse,ꝙ vt cognoscatur,siue vt habeat esse cognitum secundum esse existentiæ: quòd talis existentia fuerit in vero esse reali: sufficit enim quòd fuerit in esse cognito in quo esse fortè fundatur existentia in esse possibili. hoc idem videtur dicendum de esse essentiæ.

¶ Ibi. Omnia etiam motiua,quæ adducuntur de intellectu diuino, videtur etiam posse adduci de intellectu nostro:quia si aliquid non sit: potest tamen à nobis intelligi:& hoc siue essentia eius, siue existentia eius: & tamen non propter intellectionem nostram ponitur,ꝙ illud habeat verum esse existentiæ, vel essentiæ Nec est differentia quo ad hoc: nisi ꝙ intellectus diuinus producit illa intelligibilia in esse intelligibili primo:ita quòd ante illum actum nullum esse habet,nec reale,nec intelligibile,nec simpliciter,nec secundum quid: sed intellectus noster non producit primo:quia omnia per se intelligibilia ab ęterno fuerunt de necessitate naturæ producta ab actu intellectus diuini in esse intelligibili.Et sic patet quid dicẽdum ad q.principalem.

CONTRA istud &c. Hic Doc.per ista duo argumenta intendit probare, quòd esse essentiæ vere fuerit ab æterno. Et probat sic primo:quia omne fundamentum relationis secundum ꝙ fundat relationẽ sic est:patet quia si album secundum esse albi fundat similitudinem,secundum tale esse erit. Sed lapis secundum verum esse essentiæ fundat istam relationẽ ad Deum,vt scientem: & hoc ab æterno. ergo lapis secundum illud esse erit in æternitate.ergo esse essentiæ lapidis fuit ab æterno. Probatur minor: quia lapis secundum illud esse fundat relationem ſm quod esse eius, vt obiectum cognoscitur ab intellectu diuino:cognoscitur autem vere ſm esse essentiæ.ergo.

¶,Præterea. Prima productio,non est tantum alicuius relationis:quia relatio non est nisi in absoluto. ergo cum concessum sit in præcedenti q.Deum producere res in esse intelligibili,secũdum quòd res cognita dicitur esse idea: sequitur quòd in illo instanti secundo,oportet ponere aliquam entitatem absolutam rei productæ: ita ꝙ in ente absoluto habente talem entitatem fundetur relatio ad producens, ergo &c.

AD primum dico. Doc.respondet ad ista duo argumenta.Et licet respõsio ad primum sit facilis,Nota tamen aliqua dicta ibi.Primum. Distractum non est respectu distrahentis distractum: sed respectu tertij ad quod comparatur sub ratione distrahentis, vt patet 2.peryermenias.c.2. Distrahere ꝓpriè est propriam termini significationem mutare, & oppositũ inducere: vt homo mortuus: ly,mortuus distrahit, ly,homo:quia tollit rem significatam per ly, homo, & oppositum inducit. s.priuationem hominis, siue humanitatis.Et sic,ly,homo nõ distrahitur respectu, ly,mortuus: sed respectu cadaueris de quo prædicatur homo mortuus: est enim contradictio hõ mortuus puta dicendo:cadauer est homo mortuus.Similiter diminutum respectu diminuentis, non diminuitur:sed respectu tertij: vt,homo albus ſm dentes, respectu ethyopis de quo dicitur. Et dicit diminui,

Notabile de determinatione distrahẽte, vel diminuente.

quando non tollitur significatũ diminuti, sed aliqua pars,& pars maior:vt album secundum dentes dicitur diminutum album: quia si secundum dentes nõ adderetur:significaret.ꝙ principalior pars esset alba: sed cum additur.significatur oppositum,idest quod non principalior pars sit alba.

¶Secundum dictum,hæc determinatio esse in opinione est determinatio diminuens ſm philosophum vbi supra, & similiter esse in intellectione: siue esse exemplatum: siue esse cognitum: siue esse repræsentatum, quæ omnia æquiualẽt. Esse.n.Homeri simpliciter,& non diminutum est obiectum opinionis.sed istud esse simpl'r, vt in opinione est esse ſm quid: & ideo nõ sequitur.Home.est in opin. ideo Home. est? est enim fallacia ſm quid.Sic in proposito.lapis simpliciter comparatur ad intellectionem diuinam, & non tantum ſm esse essentiæ lapidis: sed etiam ſm esse existentię: tñ illud vt acceptum sub ista cõparatione ad scientiam Dei diminuitur: non quidẽ distrahitur,quasi nõ staret ens simpliciter cum tali respectu: sed diminuitur: ita ꝙ talis respectus nõ ponit necessario suum determinabile esse ens simpliciter.

¶Ex hoc apparet, ꝙ quidam exponentes Scotum non ipsum intelligũt. Dicunt.n.sic. Esse in opinione, vel intellectu tm̃ est determinatio diminuens immo distrahens:quia est esse similitudinem rei cognitę, & cognosci, quæ est relatio tantum fundata in similitudine rei. In hoc enim contradicit Doc.qui expresse vult,ꝙ non sit determinatio distrahens, sed tantum diminuens: quia cum determinatione distrahente nullo modo potest stare oppositum, &c. Nam cum dico homo mortuus:est impossibile, ꝙ cum,ly,mortuo stet significatum hominis:vt patet. sed non in opinione: stat enim quòd Franciscus habeat esse in opinione:& quòd etiam habeat verum esse.

Improbatio quorundam exponẽtium Sco.

¶ Ibi. Tunc ad formam argumenti, &c. Dicit,ꝙ quando dicitur fundm̃ relationis est ſm illud esse secundum quod fundat relationem. Verum est qñ relatio illa fundata non est simpliciter diminuens esse fundamenti.Sic est in proposito.lapis ab æterno habet tantum esse cognitum:& sic tantum est in cognoscente,sicut cognitum dicitur esse in cognoscente:& sic patet,ꝙ talis relatio diminuit. Cum enim dicitur lapis est in intellectu: ibi lapis verus accipitur in subiecto: quia verus lapis cognoscitur,ideo respectu cognitionis non diminuitur: tamen comparãdo ad cognosci, quod habet in cognitione: tunc diminuitur, & ideo non sequitur,lapis habet esse cognitum.ergo lapis existit, vel lapis est verum ens? sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. Et Doc.assignat rationem realem huius scilicet: secundum quid, & simpliciter: quia prima distinctio videtur esse in ens extra animam,& in ens in anima. Et ens extra animam potest distingui in actum,& potentiam essentiæ, & existentiæ:& quodcumque istorum potest habere esse in aia, & illud esse in anima aliud est ab omni esse extra animam Et ideo de nullo ente sequitur: si habet esse diminutum in anima,ꝙ propter hoc habeat esse simpliciter: quia illud esse est ſm quid absolute: quod tn̄ accipitur simpliciter inquantum comparatur ad animam,vt fundamẽtum illius esse in anima.

· ¶Nota tamen secundum aliquos,ꝙ quando Doc. accipit actum,& potentiam esse extra aiam, accipit ibi materiã,& formã: & nõ accipit pro esse in potentia obiectiua: quia tale ens in potentia nihil est. Sed hoc non videtur ad mentem Doc.quia actus, & potentia pertinent ad idem genus,loquendo de potentia obiectiua, vt ipse exponit in secundo distinct. 12. & 16.eadem enim est albedo numero, quæ est in potentia obiectiua,& quæ existit Et ideo non vr̃ accipere ens in potentia obiectiua pro ente rationis. Enti enim propriè rõnis repugnat esse existentię: non aũt

lapidi

lapidi in potentia obiectiua. Ideo etiam non sequitur, habet esse cognitum. ergo est ens possibile existere: chimera enim habet esse cognitum, & similiter secundæ intentiones: & tamen non sunt possibiles existere: non ergo videtur accipere ens in potentia, pro materia prima.

¶ Ad secundum argumentum. Dicit Doc. q productio in esse cognito est alterius rationis ab omni productione secundum esse simpliciter: & talis productio in esse cognito non est relationis tantum, scilicet cognosci, idest q non est tantum ipsum cognosci passiue: sed etiam est fundamenti absoluti: non secundum esse essentiæ, vel existentiæ, quod est verum esse: sed secundum esse diminutum, quod est esse secundum quid, etiam entis absoluti: quod tamen ens absolutum secundum istud esse diminutum concomitatur esse relationis. Ex ista littera (vt videtur) non rectè exponunt hic Doctorem sic dicentes. Productio rei in esse cognito, non est tantum productio illius relationis, quod est cognosci passiue: sed etiam fundamenti absoluti, idest similitudinis rei cognitæ: quam similitudinem concomitatur illa relatio rationis quæ est cognosci. Hæc enim non videtur intētio Doct. quia non video, quòd ab æterno producatur similitudo lapidis, in qua fundetur illa relatio rōnis: quia oporteret quærere, quod esse habet illa similitudo. Si rationis tantum? ergo relatio rationis, scilicet cognosci passiue fundaretur in alia relatione rationis: & vltra non cognosceretur tūc lapis, nec propriè diceretur lapis cognitus. Ideo melius videtur dicendum, q ipse lapis secundum esse diminutum est fundamētum talis relationis. Ex hoc etiam patet per exemplum sequens in littera de Cæsare, &c.

¶ Ibi. Et si velis quærere aliquod esse verum huius obiecti, &c.

¶ Dicit Doc. q lapis ab æterno cognitus, nullum esse verum habet, sed tantum habet esse secundum quid, quod scilicet esse verum formaliter prædicet de lapide cognito. Si tamē loquamur de aliquo esse terminatiue: hoc modo lapis habet verū esse reale: quia terminatur, vt sic cognitus ad intellectionē diuinam sub ratione absoluta. & sic participatiue, & denominatione extrinseca, lapis ab æterno cognitus potest dici habere verum esse simpliciter. Et quod addit de regulis æternis, &c. Vide quę exposui. supra di 3. quæst. 4. Nunc restat soluere argumenta principalia.

AD argumenta principalia. Primo arguebatur sic. Homo non est ex se ens ratum: quia tunc esset Deus, & tamē est ens ratum per respectum ad Deū, vt efficientem: quia tunc haberet verum esse existentiæ, & vt sic non posset diffiniri. ergo erit ens ratum per respectum ad exemplar in Deo: & sic erit ens ratum per talem respectum, quo ad esse essentiæ ergo.

Quō homo non sit ens ratum. ¶ Respondet Docto. dicens, q homo non est ex se ens ratum, accipiendo ens ratum pro ente firmo, siue essentiæ, siue existentiæ: quia ista non separantur qualitercunque distinguantur: sed ab efficiente hoc modo est ens ratum: est tamen ens ratum accipiēdo ens ratum pro omni eo, cui non repugnat verum esse essentiæ, & existentiæ: & sic chimera hoc modo non potest dici ens ratum. Et cum infertur, q non est ens ratum, nisi effectum. Conceditur de ente rato primo modo, & tale sic effectum est existens. Et cum vltra infertur. ergo non est eius diffinitio, nisi vt existens. Negatur ista consequentia: quia diffinitio est distincta rei cognitio secundum omnes partes essentiales. distincta autem cognitio potest esse alicuius non existentis. De qua diffinitione supra expositum est. Sufficit enim quòd homo sit ens ratū secundo modo: quia ex se non repugnat sibi esse tam essentiæ, quàm existentiæ: & vt sic potest distinctæ cognosci secundum omnes eius partes essentiales: quæ distincta cognitio dicitur diffinitio. Et non sequitur vltra. homo isto secundo modo est ex se ens ratum, ergo est Deus? quia Deus non est tantum cui non repugnat esse, sed est ex se ipsum esse, vt supra patuit distinctione secunda. Quod etiam infertur, q homo est formaliter ens ratum aliqua relatione. Hoc patet esse diffusè improbatum. supra distinctione tertia, quęstione quinta. de illa ratitudine contra Hen.

¶ Secundo arguitur sic. Intellectio realis, & metaphysica est ad terminum realem, sed cognitio qua Deus cognouit lapidem ab æterno est realis, & metaphysica, patet. ergo lapis habuit esse reale ab æterno.

¶ Respondet Docto. quòd cognouit lapidem ab æterno, & quòd talis cognitio fuit realis, & metaphysica, scilicet qua cognoscitur res, & non logica qua scilicet tantum cognoscitur ens rationis: & sic sequitur. ergo res semper fuit cognita. ergo quando fuit cognita fuit vera res existens, siue secundum esse essentiæ: non sequitur. Dicitur ergo realis, quia terminatur ad rem; quæ licet ab æterno habeat esse diminutum: tamen sibi non repugnat, quòd sit vera res, & quantum ad essentiam, & quantum ad existentiam. Cognitio verò logica propriè terminatur ad ens rationis, cui repugnat formaliter esse ens reale. Ex his ergo patet responsio ad argumenta principalia.

PER idem ad illud, quod adducitur pro opinione. Nunc Doc. soluit argumenta adducta pro opin. Hen. quorum primum fuit. Obiecti ad potentiam est proportio aliqua, vt patet. sed lapis ab æterno fuit obiectum intellectus diuini. ergo ab æterno habuit proportionem ad intellectum diuinum. ergo ab æterno habuit esse reale. patet, quia proportio est passio entis. non ens enim non potest proportionari enti.

¶ Respondet Doc. q hæc proportio est relatio cogniti ad cognoscentem: & hæc relatio est diminuens *Quid sit proportio.* ens, in quo fundatur, vt supra patuit. modo relatio diminuens ens, non oportet, q requirat secum entitatem simpliciter illius entis, quod determinat. Et cū dicis, non est talis proportio alicuius impossibilis ad intellectum diuinum. Dico, q bene potest esse, q omnino niger non sit albus: nec tamen propter hæc albus secundum dentes est simpliciter albus: ita potest esse, q omnimoda improportio sit impossibilis ad intellēm diuinum, & aliqualis proportio sit possibilis ad intellectum eius: non tamen ad esse simpliciter. Et sensus est. q licet impossibile esse simpliciter nullam proportionem habeat ad Deum: tamen ens possibile existens, licet actu non existat poterit habere aliqualem proportionem: & sic est in proposito.

¶ Secundo, Arguit à commutata proportione sic. sicut ens ad non ens: ita possibile ad impossibile. ergo per mutatam proportionem. sicut ens ad possibile: sic non ens ad impossibile: sed oē ens est possibile. ergo purum non ens est simpliciter impossibile.

¶ Respondet Doc. Et nota primo, q iste modus arguendi à permutata proportione est sumptus ab Euclide li. 5. conclusione 16. Si inquit quatuor quantitates proportionales fuerint, permutatim proportionales erūt: quæ probatur per 15. conclusionē præcedentem: eadem est proportio multipliciū, & submultiplicium. Exemplum proportionis 16. conclusionis. sicut se habent 8. ad 4. ita 6. ad 3. nam sicut 8. ad 4. est proportio dupla: sic 6. ad tria. permutemus ergo comparando primum ad tertium: & secūdum ad quartū, siue comparando primum extremū proportionis ad tertiū: & ita s̄m ad quartū permutatur

ergo sic. ergo sicut se habent 8. ad 6. ita 4. ad duo. Sed 8. ad 6. est proportio sexquitertia patet, quia 8. continet 6. & tertiam partem. s. duo. ergo 4. ad 3. erit similiter proportio sexquitertia: quia 4. continet 3. & tertiam partem trium. s. vnum. Exemplum secundi de multiplici. Multiplex. n. est quantitas, quę aliquoties continet aliam; sed sub multiplex est quantitas, quæ aliquotiens continetur ab alia ponitur ergo tale. Exemplum, sicut se habent 24. ad 8. ita 12. ad 4. ergo permutando sicut se habent 24. ad 12. ita 8. ad 4. quia in prima est proportio tripla. in secunda est proportio dupla. Dicit ergo Doc. q ista proportione certa in quantitatibus vtuntur aliqui in argumentis, & philosophus vsus est in duabus regulis in secundo priorum. Si a. & b. conuertuntur, & c. & d. conuertuntur, & a. & c. contradicunt b. & d. contradicunt, & econuerso cōsequentia est necessaria: patet quia si homo, & risibile conuertantur, & similiter nō homo, & nō risibile conuertantur: sequitur permutatim, q si homo, & non homo contradicant: q etiam risibile, & non risibile contradicunt. Et addit, q vbicunque potest haberi aliqua proportio correspondens illi conclusioni 15. Euclidis per quam tenet ista permutatio correspōdens 16. tunc permutatio est bona: & quando, non. non.

Multiplex quantitas.

¶ Deinde notat, q talis permutatio communiter tenet in terminis conuertibilibus: & nunquam tenet in terminis, vbi vnus est superior, & alius inferior: quia ibi committitur fallacia consequentis: quia extrema duarum contradictionum adinuicem cōparata habent proportionem conuersam in inferēdo, & non eadem, idest quando in affirmatiuis arguitur ab antecedente ad consequens: quia aliter nō tenet: vt homo est. ergo animal est. in negatiuis debet argui econuerso, vt non animal est. ergo homo non est: & non debet argui sicut primum ad tertium, & secundum ad quartum; sed debet dici. ergo sicut primum ad tertium, ita quartum ad secundum: quia debet negatiue econuerso argui vbi in tertio loco ponit quartum, & secūdum in quarto loco; vt sicut se habet homo ad non hominem sic animal ad nō animal. ergo sicut se habet homo ad animal: sic non animal ad nō homo: sed sic arguendo. si brunellus est homo. brunellus est animal: sed non est homo. ergo non est animal: non valet consequentia: sed debet quartum ad secundum comparari: quia nō animal est quartum, & non homo est secundum: & debet sic argui. ergo si brunellus non est animal, brunellus non est homo. Sic in proposito debet argui, si omne ens est possibile. ergo omne impossibile est non ens, & non ecōuerso. ergo omne non ens est impossibile.

¶ Et quod additur, q vnum nihil est magis nihil, quam aliud nihil: Respondet q tripliciter inest negatio alicui. Primo non propter repugnātiam alicuius positiui ad affirmationem illius negationis: sed propter negationem causæ non ponentis illum effectū: vt lignum non est calidum, quia ignis non calefacit illud. Secundo inest negatio positiui propter repugnantiam eius ad affirmationem oppositam: illi negationi. & hæc dupliciter: aliquādo enim præcise est talis repugnātia pp aliquid vnū de intellectu vtriusque, sicut speciebus eiusdem generis proximi, negationes earum mutuę dñr de se pp repugnantiam earum: quæ est pp solum vnum inclusum in intellectu vtriusque. s. dr̄iam vltimam completiuam. Quandoque verò pp plura inclusa in intellectu alterius, vel vtriusque. Sicut si accipiantur duæ species specialissimæ duorum generum generalissimorū, repugnant sibinuicem affirmationes pp multa inclusa in eis, q tot sunt. quot sunt prædicata dicta in quid de vtroq; in suo genere. vt Ioannes nō est albedo, quia homo, substantia, animal corpus: & hmōi. Sic in proposito, Primo modo homo in æternitate est non ens: quia, homini non repugnat affirmatio entis, chimeræ autem repugnat esse ens: & ideo non dicimus, q chimera sit nō ens primo modo: sed bene chimera tertio modo est nō ens: quia repugnat sibi simpliciter entitas. Sed quare homini non repugnat sibi, & chimeræ repugnat, quia hoc est hoc, & illud est illud: & hoc in quocunque intellectu concipiente: quia (sicut sępe dictū est). quæcunque repugnant suis formalibus rōnibus repugnant: & hæc magis infra patebit. d. 43.

Nota hanc responsionē.

¶ Ad Aug. de capacitate. Dico, q accipit capacitatem formæ pro materia, quæ dicitur capacitas formæ: quæ materia habet aliquam veram entitatem, & non tantum qualem habet anima antichristi antequam creetur. De hoc in 2. d. 12. q. 1. & 2. Vbi probat, q materia hēt verū esse existentiæ extra suā cām.

¶ Ibi. Ad ipsum sup Io. Dicit Do. q qñ manus litteras format actu, ēt cor dirigit, & simul, & non prius causat, & plus facit cor quàm manus: tamen qñ manus nō causat, sed solum cor, producit lrās in esse cognito; tunc litterę illæ non habent aliquod esse verū.

Pulchrum exemplum.

¶ Ad Aui. Dico, q duplex est fluxus rerū à Deo, vnus in esse cognito alius in esse reali: & ille in esse cognito est primus; quia intellectus diuinus prius producit non ens in esse cognito, q voluntas habeat actū circa illud. Sed talis fluxus in esse cognito in nobis non est primus: immo res prius realiter existunt, q producantur in nobis in esse cognito. Nec Auic. dicit fluxum rerum in esse cognito esse rerum in esse quiditatiuo. Nam esse quiditatiuum est esse reale. Et sic finis huius distinctionis.

Duplex est fluxus rerū à Deo.

Distinctio Trigesimaseptima.

Quæritur. Vtrum Deum esse præsentem vbique secundum potentiam inferat ipsum esse vbique secundum essentiam. Hoc est vtrum omnipotentia inferat immensitatem?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. primo sententiarum distin. 37. quæst. 2. Artic 1.
Alexander Alensis prima parte summæ. quæstione 9. membro 2 & 3.
Scotus 1. senten dist 37 q 1.
D. Thomas 1. parte summæ q. 8. Artic 3.
Ricardus 1. senten dist 37. q. 1.
Durandus 1. senten. dist. 37. q. 2.
Franciscus de Mayrones. 1 sent. dist. 37. q. 1.



CIRCA distinctionem trigesimamseptimam quæritur. Vtrum Deum esse vbique per potentiam, inferat eū esse vbiq; per præsentiam, idest an illa consequentia sit bona: Deus operatur, vel potest operari vbiq;. ergo Deus est essentialiter vbique secundum propriam, & realem præsentiam suæ essentiæ: & sic intelligitur titulus q.

RESPONDEO, agens creatum potest agere vbi non est, tamen oportet communiter, q sit immediatum cuilibet suo proximo passo, in quod agat: licet quandoque non agat in illud actione eiusdem rōnis actioni, qua agit in remotum. vt piscis mortificans manum piscatoris non mortificat rethe, exemplum. Soi in visceribus terræ aliquid agit, vt metalla, & calefacit superficiem terræ, & aerem, & illuminat cœlum sibi contiguum: & ideo non agit actione eiusdem rationis in passa omnia. vt patet in exemplo. Addit Doc. q non semper agit eadem potentia

Pulchrum exemplum.

rentia in remotum, & propinquum. patet quia corpus celeste generans mineram in visceribus terræ, vel aliquod mixtum in his inferioribus, generat mediante sua forma substantiali; quia non substantia non potest generare substantiam. vt probat Doct. in 4. dist. 12. & tamen calefacit propinquum mediante lumine, & similiter mediante luce sua illuminat cœlum. Et dicit quòd hoc accidit scilicet quòd secundum vnam potentiam agat in remotum, & secū dum aliam in propinquum vel scilicet propter coniunctionem istarum potentiarum, quarum vna habet pro passo proportionato propinquum, & alia remotum. Vel accidit propter imperfectionem agentis, in quo est defectus virtutis actiuæ propter quem defectum prius agit secundum formam imperfectiorem, quàm perfectiorem; sicut generans corruptibile prius alterat, quàm generat &c.

¶ Concludit Doct. quòd si tollamus ab agente creato talem concursum duarum potentiarum, & secundo tollamus ab eo istam imperfectionem, nō oportebit eum prius producere imperfectius, quia non videtur aliqua ratio quare non erit præsens remoto secundum potentiam, secundum quod est modo præsens sibi secundum potentiam actiuam. Et maxime si illa potentia secundum quam agit in remotum sit simpliciter potentia actiua perfecta: quanto enim est perfectior forma in creaturis, tanto videtur ratio agendi in remotum.

¶ Ex his respondet ad q. dicens quòd cum omnipotentia quæ est simpliciter perfecta potentia actiua, non requirat actionem in vnum passum prius, quàm in aliud: nec propter diuersas potentias concurrentes in agente, nec propter priorem generationem imperfectioris; quòd talis omnipotentia sit ratio agendi in quodcumque, & producendi quodcunque possibile: licet per impossibile ipsum cuius est omnipotentia non esset vbique: & secundum hoc videtur esse tenenda pars negatiua quæstionis.

¶ Confirmatur. Si enim omnipotentia est voluntas ad cuius velle sequitur rem esse: cum voluntas possit æque velle distans, sicut propinquum. videtur quòd si omnipotens esset per impossibile in aliquo loco determinato, & non vbique: posset velle aliquid esse in alio loco, cui non repugnaret esse: & per consequens suo velle illud haberet esse in illo loco, & per consequens illud fieret ab omnipotente absque hoc, quòd omnipotens esset præsens sibi secundum essentiam.

¶ Confirmatur etiam: quia ante mundi creationē non est imaginandum vacuum infinitum: quasi ibi prius fuerit Deus præsens secundum essentiam, antequam produceret mundum: immo non vt alicubi præsens Deus secundum essentiam, fuit potēs facere mundum. Sicut igitur ibi præsentia immensitatis non præexigebatur præsentiæ potentiæ suæ, vt potentia est: immo potentia prius habuit terminū suum, quàm esset præsentia secundum essentiam, ita videtur modo quòd non oporteat præintelligere Deum in aliqua parte vniuersi, vt ibi aliquid causet: sed magis econuerso primus sit ibi secundum potentiam, vbi prius causet aliquid, & tunc licet per impossibile non esset ibi præsens secundum essentiam, posset tamen ibi causare.

Quomodo agens sit præsens passo. ¶ Ad illud philosophi 7. phi. t. c. quòd omne agēs est præsens passo. Dicit quòd verum est de agentibus naturalibus, quæ agunt per qualitates naturales vel formas actiuas, quæ non sunt principia agendi in remotum: nisi sint aliæ formæ concurrentes, quæ sunt principia agendi in propinquum: ita autem non est de voluntate, qua omnipotens agit. Cōcluditur ergo esse vbique ratione suæ immensitatis. vt alibi patebit.

SED quidam nouus expositor San. Tho. respondet in prima parte. quæst. 8. art. 1. Primo dicens. q *Tho. Gaiet. contra Scot.* hæc est falsa, quòd sol agat immediate in distans: & similiter quòd forma substantialis sit principium elicitiuum mineræ est falsum, quoniam substantia nullius operationis est proximum elicitiuum. Nec inconuenit accidens esse principium instrumentale generationis substantiæ: instrumentum enim non est causa, sed causæ organum. Deinde dicit quòd propter neutram illarum causarum conuenit agentibus naturalibus non posse agere in distans, nisi in propinquum præagat: sed est propter imperfectionem negatiue pertinentem ad virtutem actiuam inquantum limitata est, & ideo reseruatur hoc soli Deo. Hanc rationem à sensibus accepimus. Illas vero Sco. finxit. Vnde Aris. septimo phisicorum inductiuè ex sensibilibus probat mouens etiam intentionale, & motum oportere esse simul. vt patet ibi de obiectis sensuum. Et si quæratur quæ vniuersalis ratio sit, quòd agens & immediatum patiens oportet esse simul, seu coniungi. Respondetur quòd cū esse simul, seu coniungi & immediate attingere nōn vniformiter se habeant: non potest eis vniformis ratio assignari: præsentia enim substantiæ, & præsentia potentiæ immediate in quibusdam sunt diuersæ omnino, in quibusdam vero coincidunt. & propterea dicendum est, quòd vbi hæc præsentiæ sunt omnino diuersæ: præsentia operationis infert præsentiam potētiæ ex limitatione agentis. Vbi autem sunt quasi idem illatio tenet ex identitate illarum, & propterea propositio illa omne agens &c. est vniuersaliter vera in omnibus agentibus.

SED istæ responsiones non infringunt rationes *Responsio ad Tho. Gaiet.* Sco. Nec pro nunc intendo instare contra, cum nō sit præsentis speculationis. Et quod dicit quod Sco. has rationes finxit. Loquitur more eorum qui palpitando sunt super terram reptantes. & vere loquitur, vt nouus expositor &c. Et quòd sol possit immediate agere in remotum: patet de minerabilibus, quæ virtute solis generantur in visceribus terræ, & certū est, vt dicit Sco. & veritas. quòd hujusmodi mineralia non generantur ab aliquo accidente; quia generans est nobilius genito, si est æquiuocum. Omnis autem substātia est prior omni accidente perfectione. vt patet. 7. meth. t. c. 4. Nec valet dicere quòd accidentia generant in virtute substantiæ. Vt patebit à Doct. in 4. in materia de Eucharistia. dist. 12. Vbi subtiliter probat Doct. quòd est simpliciter impossibile, aliquod accidens attingere aliquam substantiam, vt productam nec in virtute propria, nec in virtute alterius, vt diffuse ibi patet. Et de hoc etiā vide Doct. in 2. dist. 18. de rationibus seminalibus: quæ si ponuntur qualitates quædam non possunt immediate attingere aliquam substantiam: sed tantum aliquam dispositionem ad substantiam. Probatis ergo quòd sola substantia producit substantiam. & quòd nullum accidens potest producere substantiam; statim patebit quomodo sol potest immediate attingere effectum producens formam substantialem in passiuum, & remotum: & lumen si requiritur, siue calor non requiritur vt attingens substantiam numeralium, sed tantum vt dispositiue. Et sic patet quomodo Sco. non finxit &c.

Distin-

Distinctio Trigesimaoctaua.

Quæritur. Vtrum. Scientia Dei respectu factibilium sit practica.

Quæstio vnica.

Scotus primo sent dist, 38 q. 1.



IRCA distinctionem trigesimãoctauam quæritur. Vtrum scientia Dei respectu factibilium sit practica idest. An cognitio qua Deus cognoscit factibilia à voluntate diuina sit practica?

SVPRA in quæstione de theo. Vtrum sit practica vel speculatiua multum dictum est de cognitione practica:

¶Hæc litera clara est vsque ibi. Et ex hoc sciendũ vlterius, quòd licet cognitio practica actualissima, & proxima praxi sit aliqua scientia de praxi eliciendai puta iudicium de conclusione syllogismi practici. Iudicium enim de conclusione est cognitio qua intellectus assentit illi conclusioni: quæ cognitio dicitur proprijssime practica. Exemplum. Cum per discursum syllogisticum concludo, quòd talis herba est medium ordinatum ad sanitatem acquirendam: talis cognitio de illo medio dicitur propriè practica, & iudicium de conclusione. Iudicium enim proprie est de particularibus vt patebit infra. dist. 44. Sequitur. Quæ conclusio finis est motus intelligentiæ sed ab ea incipit operatio idest quòd cõclusio est proprie finis discursus syllogistici, & sic motus intelligentiæ dicitur discursus. habita ergo conclusione, vt fine discursus ab ea incipit operari: quia cum talis cognitio conclusionis dictet voluntati, hoc esse eligendum: tunc voluntas potest incipere rectè operari. De qua cognitione proprijssime practica in q. de praxi respondendo ad argumenta pro opi. Hen. prolixe patet. Sequitur. Sed etiam cognitio principiorum practicorum, quæ virtualiter continet istam idest quòd cognitio talium principiorum, quæ cognitio continet virtualiter cognitionem conclusionis dicitur practica cognitio licet tamen non ita propriè Sequitur. Et etiam cognitio quiditatiua terminorum idest qua cognosco quiditatiue terminus principiorum practicorum: quæ cognitio terminorum continet virtualiter cognitionem principiorum talis cognitio terminorum adhuc dicitur practica, & minus propriè, quàm cognitio principiorum: quia talis cognitio plus recedit à vera cognitione practica quæ est cognitio conclusionis. vt potest patere à Doct. vbi supra in q. de praxi Sequitur. Quicunque intellectus non potest habere aliquam cognitionem dictatiuam de operãdo naturaliter, priorem dictantem illam praxim, quam respicit talis cognitio: nec potest habere cognitionem principiorum quibus inferat talem cognitionem dictatiuam operandorum. Nec potest habere cognitionem quiditatiuam terminorum, in quibus includuntur talia principia: talis intellectus non videtur posse habere cognitionem practicam proprijssime sumptam secundum duas conditiones prædictas scilicet conformitatem ad obiectũ & prioritatem. Sed intellectus diuinus comparando cognitionem eius ad actum voluntatis eius, non præhabet cognitionem dictatiuam aliquam de aliquo faciendo. Nec cognitionem alicuius principij.

Quid sit in dictum.

Nec quiditatiuam terminorum. ergo non habet aliquam cognitionem conformem, & priorem praxi. Probatio minoris: quia si intellectus diuinus ante actum voluntatis diuinę posset habere aliquam talem cognitionem, haberet esse mere naturaliter, & necessario, & sic de necessitate cognosceret hoc esse faciendum, & tunc voluntas cui offert, non posset non velle illud: quia tunc posset esse non recta.

¶Hic instatur primo: quia per istam rationem intellectus diuinus non haberet aliquam cognitionem nisi speculatiuam. aut enim voluntas necessario vellet illum intellectum speculari? & tunc non esset libertas prima ex parte voluntatis: aut posset non velle intellectum speculari? & tunc posset esse non recta: quia si imperaret intellectui, ne specularetur facienda, & regulanda, tunc esset non recta, sicut voluntas mea, si imperaret intellectui non speculari ordinata ad vltimum finem.

¶Respondet. Et primo dicit quòd intellectus diuinus necessario est speculatiuus, & non est ad hoc libertas: quia præsente obiecto necessario intelligit illud, licet non sit sine voluntate complacente: complacet enim voluntati, vt intellectus speculetur: sed talis complacentia non fit proprie per actum voluntatis libere elicitum, sicut communiter dicimus, quod ipsa complacet quiditatibus rerum. Cum arguitur, ergo si voluntas non potest non velle intellectum speculari. ergo non est summe libera. non sequitur: quia libertas eius est tantum ad factibilia. & hic loquitur de libertate, qua potest ad vtrumlibet, quæ proprie respicit contingentia, & non de libertate absolutè sumpta: quia illa etiam perfectissime est ad intra. vt patet à Doct. supra. dis. 10. & in quolib. q. 16. Et ideo est necesse ponere primam determinationẽ in voluntate respectu factibilium: non sic autem esset si intellectus prædeterminaret. immo nec proprie libertas posset saluari respectu factibilium, nec contingentia aliqua quia intellectus necessario prædeterminaret eam mera necessitate naturali, & voluntas necessario conformaret se intellectui.

Intellectus diuinus necessario est speculatiuus.

Sed occurrit dubium. Primo quia Doct. supra in q. de praxi dixit, quòd cognitio practica dicitur practica ab obiecto a quo sumuntur principia practica &c. Cum ergo ante actum voluntatis diuinæ intellectus diuinus cognoscat omnes terminos quorumcumque factibilium. ergo ex illis potest formare factibilia, & sic cognoscere illa, & tandem conclusiones deducendas. ex quo enim cognitio contingẽtis dependet à cognitione terminorum. ergo præhabens cognitionem terminorum potest præhabere cognitionem contingentium, & sic habere cognitionem practicam.

Dubitatio singularis.

¶Dico quòd cognitio practica, quæ virtualiter includitur in obiecto, est tantum respectu necessariorum. vt supra in q. de praxi plane dixi. & ideo cognitio tam principiorum, quàm conclusionum necessariarum virtualiter includitur in fine, vt obiecto non vt causa finali. Sed non sic est de cognitione contingentium, vt ibi patuit. Et cum dicitur, quòd habens cognitionem terminorum alicuius contingentis, potest cognoscere illud esse contingens. Dico quòd notitia propositionis contingentis non tãtum dependet à notitia terminorum: sed etiam dependet ab actuali vnione eorum vt supra expositũ est in q. de subiecto theo. Et quia vnio talium terminorum primo est à voluntate diuina sic vel sic determinante: ideo cognitio huius, antichristus est futurus. dependet à determinatione diuinæ voluntatis determinantis ab æterno antichristum fore. Et sic patet quomodo nulla est hic contradictio.

Responsio.

¶Secundo dubitatur in hoc quod dicit. quod si intellectus prædeterminaret: tunc voluntas necessa-

Alia contradictio apparens.

rio conformaretur illi. Hoc videtur esse contra illa quæ supra dixit in q. de Theo. an sit practica. vbi dicit quòd adhoc quòd cognitio necessariorum dicatur practica, tria requiruntur. Primo, quòd sit prior praxi eliciendæ. Secundo, quòd sit conformis, siue confirmatiua, siue directiua. Tertio, quòd respiciat voluntatem regulabilem, & determinabilé. & hoc vltimum videtur negare: quia videtur importare imperfectionem, quòd sit determinabilis aliunde. Et hoc dicit quòd de necessitate conformaretur, & sic contradictio.

Solutio ex membris. ¶Dico. Primo quòd Sco. non asserit expressè quòd voluntas non sit aliquomodo regulabilis ab intellectu diuino, vt patet ibi.

¶Dico Secundo quòd posito quòd hoc assereret adhuc sibi non contradicit: quia ibi loquitur tantum de his quæ sunt ad intra, & quæ sunt simpliciter necessaria. hic autem loquitur de factibilibus, & tunc esset inconueniens quòd diuina volútas determinaretur necessario ab intellectu diuino respectu factibilium, quia tunc necessitaretur producere illa.

¶Et Tertio posset dici quòd posito quòd voluntas diuina esset potentia vere regulabilis: tunc vere determinaretur de necessitate, & sic produceret omnia factibilia de necessitate. immo ab æterno cum talis determinatio fuisset ab æterno.

¶Ibi præterea si primo offerat &cæt. secundo arguit Doct. sic. Si primo offeratur intellectui diuino aliqua lex vniuersalis. puta omne glorificandum esse gratificandum, & istam acceptat voluntas diuina, & ex hoc statuitur aliqua lex sapientiæ. & secundo offeratur intellectus diuini Petrum esse beatificandum. Si voluntas istam acceptet: videtur ex hoc intellectum cognoscere Petrum esse gratificandum: & hoc cognitione dictatiua, non accepta in se formaliter à voluntate: licet voluntas ex se verificauerit præmissas ex quibus intellectus istam habet.

¶Respondet Doct. quòd intellectus diuinus, non cognoscit aliqua sic discurrendo vt argumentum procedit. Sed distinguendo de instanti naturæ, primo apprehendit quodcumque operabile, ita vniuersalia principia operabilium sicut particularia operabilia. Et in secundo offert ista voluntati, quorum omnium aliqua acceptat, tam principiorum practicabilium, quàm particularium operabilium. Et tunc in tertio signo intellectus scit æque immediate illa particularia, sicut illa vniuersalia, & ita non acquirit cognitionem particularium: ex principijs prædeterminatis per voluntatem: & hoc magis patebit. d. immediate sequenti.

Tho. Caiet. instat cōtra Sco. ¶Ad argumenta principalia: patet litera hæc, & ex his quæ supra exposita sunt. quæst. vltim. prolo. & cætera.

HIC quidam expositor nouus S. Tho. in prima. parte. quæst. 14. art. vlt. Respondet primo ad aliqua dicta à Sco. in prolo. dicens sic Sco. in prolo. dicit. scientiam Dei de seipso esse practicam. aut nihil sibi deest, quin sit practica, nisi quia voluntas Dei nó est bona ex regula, sed naturaliter ex seipsa. Et in 38. d. primi tenet quòd Deus non habet scientiam practicam de alijs à se, sed speculatiuam. Ratio primi est quia scientia Dei de essentia, est prior naturaliter amore illius scientiæ & rectificatiua illius, ergo. Ratio secundi. nulla notitia de rebus ante determinationem diuinæ voluntatis dictat res esse agendas, ergo.

¶Ad has rationes respondet sic. Ad primam negatur consequentia: quia plus exigitur ad notitiam practicam, & tunc valeret, si Deus aut operatio qua à se amatur fieret, vel etiam regularetur scientia practica. Oportet namque omnem causam esse causam vel operationis, vel effectus. Scientia autem practica causam sonat. vt patet ex nomine & 9. me. Et respectu quidem creaturarum factibilium causa in Deo ponitur in ordine ad effectum non in ordine ad factionem: quia illa est substantia Dei. Respectu auté ipsius Dei quo ad neutrum poni potest: quia nec ipse, aut operatio sit aut pendet. Ridiculum ergo est audire Deum esse operabilem, scientia sua practica.

¶Ad obiectionem aliam, negatur consequentia: quia falsum est, quòd notitia practica debeat esse dictatiua ad operandum: satis enim est quòd sit regulatiua. Ars enim domificatiua non dictat domificandum esse: immo est indifferens ad opposita vt patet. 9. metha. Et per hoc patet responsio ad obiectionem secundo loco adductam. Falsum quippe est assumptum: quoniam vt dicitur. 9. me. potentia rationalis quam constat esse notitiam practicam determinatur ab appetitu, & non econuerso: Et ideo præsupponitur ab appetitu, vt indifferens. Vnde mirum est de isto homine: quomodo præclarum eius ingenium non aduertit, quòd quemadmodum ars domificatiua absolute præuenit actum voluntatis: & præuenitur à voluntate, vt determinatiua ipsius ad operandum, & præuenit executionem scilicet ipsam domificationem: ita rationes omnium factibilium à Deo naturaliter in essentia diuina relucent præueniendo omnem voluntatis actum, & præueniri eas oportet à volúntate diuina vt determinentur ad operandum. Vnde quædam rationes sunt determinatæ ad operandum, & quædam non. Et illæ etiam quæ determinatæ sunt à diuina voluntate, præueniunt executionem scilicet factionem ad extra. hæc ille nouus expositor.

Soluuntur opiniones Tho. Caiet. contra Sco. RESPONDEO. Et quando primo dicit quòd non sufficit ad scientiam practicam, quia ipsa sit prior praxi, & conformatiua eiusdem, & si respiciat voluntatem regulabilem. hoc non sané dicit: quia scientia practica propriè dicitur practica, quia directiua in veram praxim: & de hoc satis dictum est. supra in q. de praxi. Et quod addit, quòd oportet scientiam practicam esse causam operationis, vel effectus. Hoc minus vere dicit: sufficit enim quòd sit directiua opationis, vel effectus, licet operationis primo: quia actus eliciti primo, & imperati non primo. Et quando dicitur, quòd scientia practica est actiua, siue causatiua operationis, vel effectus loquédo proprie de scientia practica. Negatur, quòd philosophus hoc dicat. 9. meth. nec alibi: licet distinguat practicam in actiuam, & factiuam: sed hoc expositum est supra in prologo quomodo intelligatur. Et quando dicit de domificatiua arte idest de cognitione domificandi, non dictat &c. Falsum dicit, quia talis cognitio est apta nata dictare domum sic esse fiendam à domificatore: nec accipiendo hoc modo dictare est ad opposita, cum dictet naturaliter: sicut cognitio sanitatis est dictatiua, siue directiua (quod habeo pro eodem) actus voluntatis quo voluntas velit sanitatem. Hoc idem dico de medijs ad sanitatem: nec hoc modo. Arist. 9 Methaphi. dicit artem esse ad opposita. Et quod infert de potentia rationali. 9. me. quæ est ad opposita. Quomodo hoc intelligatur vide Sco. supra dist. 2. & in quoli. q. 6. Nec est verum, quòd potentia rationalis, vt huiusmodi, proprie dicatur practica: quia intellectus vt intellectus qui proprie dicitur potentia rationalis est practica poietia: vt supra exposui in q. de praxi. Et quod admiratur quòd Sco. non viderit. Ego mirror quæ dicit non probando, sed ad placitum: quido ergo dicit quòd ars domificatiua præuenitur à voluntate, vt determinatiua ipsius ad operandum.

Si

Si intelligit quòd ars sit vere operatiua ex determinatione voluntatis. Hnc patet esse falsum: quia principium artificialium est agens a proposito. vt patet. 2. phy. & tale agens est proprie voluntas, quæ in agendo præsupponit in intellectu notitiam practicam, directiuam ad opus: nullo enim modo est effectiua operis extrinseci: sed volnntas est primo elicitiua, & deinde imperat potentijs exequtiuis. vt patet per experientiam. Et multo magis falsum est scilicet quòd rationes omnium factibilium à Deo naturaliter in essentia diuina relnceant vt infra patebit. dis. 39. cognitio enim contingentis vt huiusmodi necessario est posterior actu volnntatis diuinæ, quo vult aliquid esse ad extra. Et ideo, licet in nobis præcedat notitia factibilium actum voluntatis nnstræ: quia prima contingentia non est a voluntate creata, in Deo tamen est manifeste falsum. vt supra patuit in q. de praxi. & infra patebit. d. 9.

Nota & bene. ¶ Item. Iste nouus expnsitor nõ bene studuit Doctrinæ Scoticæ: non enim Sco. asserit (vt ipse fatetur) cognitionem Dei de seipso esse simpliciter practicam, & ideo parum curandum est de dictis istius expositoris: qui fere in omnibus, dum disceptare studet in quinternis suis de Doctrina Scoti, aut sensum retorquet: aut quid dicturus sit non intelligit. aut totaliter, & à via suorum, communique deuiare videtur.

Distinctio Trigesimanona.

Quæritur. Vtrum, Deus habeat determinatam notitiam omnium, quantum ad omnes conditiones rerum necessarias, & contingentes?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauent. 1. sent. dist. 35. & 39 quæst finali Artic. 1.

Alexander Alensis. 1. parte summa. quæst. 23. memb. 3 Articul 4

Scotus 1 sent dist. 38 & 39.

D Thomas. 1. parte summa. q. 14. art. 9. & 13. & 1. Contra gentiles. cap. 66.

Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 38. & 39.

CIRCA istam distinctionem quæruntur quinque.

¶ Primo. Vtrum Deus habeat notitiam determinatam omnium quantum ad omnes conditiones existentiæ?.

¶ Secundo. Vtrum habeat certam notitiam, & infallibilem omnium quãtum ad omnes conditiones existentiæ. Et hæc quæstio differt à prima in hoc, quod addit infallibilem idest quamuis habeat certam notitiam omnium, an possit decipi.

¶ Tertio. An habeat immutabilem notitiam de omnibus quantum ad omnem conditionem existẽtiæ? Et hæc similiter differt à secunda & prima. Stat enim aliquem habere certam, & infallibilem notitiam huius antichristus erit: sed non sequitur ex hoc, quòd talis notitia sit immutabilis.

¶ Quarto. An necessario sciat omnem conditionem existentiæ respectu omnium? & hæc quæstio addit necessitatem.

¶ Quinto. Vtrum cum determinatione, & certitudine scientiæ suæ possint stare aliqua contingentia ex parte rerum in existentia.

Opi. S. Bona. CIRCA istas. q. ponitur à Bo. in 1. d. 35. certitudo diuinæ scientiæ respectu omnium quantum ad omnes conditiones existentiæ propter ideas quæ ponuntur in intellectu diuino, quia repræsentant illa, quorum sunt non solum sm se totum: sed etiam secundum conditionem, & habitudinem extremorum.

¶ Contra hoc arguit Doct. primo quia rationes cognoscendi terminos non causant notitiam complexionis eorum, nisi illa nata sit cognosci ex terminis. vt patuit supra dist. a parte. 1. quæst 2. sed complexio contingens non est nata cognosci per cognitionem terminorum. vt supra expositum est in quæst. 1. prolo. ergo ideæ quæ per te ponuntur rationes cognoscendi terminos: non possunt causare cognitionem complexionis contingentis, & sic causarent talis complexio esset necessaria. vt patet ex dictis supra distinct. 3. quæst. 4. & in quoli. quæst. 14.

¶ Item ideæ mere naturaliter repræsentant illud quod repræsentant, & sub ratione sub qua aliquid repræsentant, quia ideæ sunt in intellectu diuino ante omnem actum voluntatis ad extra comparatum & sic necessario repræsentant: vt supra patuit. dis. 3. q. 4. 35. & 36. & in quoli. Tunc accipio duas ideas, puta hominis, & albi. aut repręsentant compositionem extremorum, aut diuisionem, aut vtrumque? si primo? ergo naturaliter cognoscit illam, ergo necessario necessitate absoluta. ergo nullo modo potest cognoscere diuisionem. Eodem modo arguatur, si tantum repræsentant diuisionem. Si vtrumq;? ergo per istas Deus nihil nouit: quia scire contradictoria esse, vel esse vera nihil est scire.

¶ Tertio. eodem modo sunt ideæ possibilium nõ futurorum, sicut futurorum, quia differentia ista possibilium futurorum, & non futurorum est tantum per actum diuinæ uoluntatis. ergo idea futuri possibilis non magis repræsentat ipsum futurum esse, quàm idea possibilis non futuri. ergo vel nulla repræsentat futuram existentiã, vel vtraque, & sic semper vna falsè repræsentat.

¶ Quarto. Non magis repræsentabit idea futuri ipsum ponendum in hoc nunc, quàm in alio: & per consequens non repræsentat certum nunc, in quo existet. Et sic patet improbatio huius opinionis de certitudine notitiæ Dei.

ALITER ponitur. Hic ponitur opi. Thom. qui dicit quòd Deus habet certam notitiam de futuris contingentibus per hoc, quòd totus fluxus temporis præsens est æternitati & omnia quæ sunt in tempore. Et probatur primo, quia sicut Deus propter immensitatem suam est simul necessario præsens omni loco. sic propter æternitatem simul præsens est omni tempori, & existenti in tempore. sicut, si baculus figatur in fluuio, & successiue totus fluuius ipsum prætereat: tunc baculus non est immensus respectu fluui, eo quòd non est simul toti fluuio. Opi S. Tho. 1. par. summa. q. 14 ar. 9 & 13.

¶ Secundo nunc æternitas, vt est cum nunc temporis, non æquatur ei, sed est simul cum alio nunc. Esset etiam bonum exemplum de centro circuli, cuius circunferentia ponatur totum tempus, & centrum æternitas: tunc totum tempus esset semper pręsens æternitati, sicut tota circunferentia centro. Et sic patet positio Tho. in sententia.

CONTRA hunc modum ponendi arguit Doc. Primo reducendo contra eos quod ibi adducunt de immensitate. Et supponit vnum. quòd coexistentia dicit relationem realem: sed relatio non est realis, cuius fundamentum non est reale. Et nota quòd est tantum realis ex vno extremo scilicet creaturæ existentis non alio. quãdo illud aliud est Deus: quia non potest referri relatione reali ad creaturam. Tũc sic. pono quod locus continue crescat in infinitum;

ita

itaquòd hodie non sit pars futura cras: tunc immẽsitas non erit ratio coexistendi loco futuro: cum talis locus non sit præsens in se: & per consequens non potest fundare relationem realem coexistendi Deo immenso. Eodem modo arguitur de æternitate: quia non erit ratio coexistendi tempori futuro.

¶Secundo arguit sic. Si effectus habet esse in seipso respectu causæ primæ simpliciter est in se: quia respectu nullius habet verius esse. Si ergo aliquod futurum sit in actu respectu Dei, ergo simpliciter est in actu ergo impossibile est, postea ipsum poni in actu, nisi bis ponatur, quod est impossibile.

¶Tertio arguit. Si sessio mea pro crastina die, non tantum habet esse cognoscibile, sed etiam esse existẽtiæ, inquantum est præsens æternitati. ergo sessio mea nunc existit, & sic idem productum adhuc producetur.

Contra D. Thomam.

Quarto. ista positio Thomæ non iuuat ad illud propter quod ponitur scilicet ad habendam certam notitiam futurorum: quia antichristus præter hoc, quòd est præsens æternitati, secundum quòd est in aliqua parte temporis: ipsa tamen est futura in se, & secundum hoc, quòd est futura, est & à Deo producenda. quæro vtrum habeat certam notitiam eius: igitur hoc non est per hoc, quòd iam est existens, sed secundum quòd est futura, & istam certitudinẽ oportet ponere per aliquid aliud, quàm per æternitatem coexistentem &c.

¶Item isti ponunt quòd æuum Angeli est omnino simplex coexistens toti tempori. ergo Angelus qui est in æuo præsens est toti fluxui temporis, & omnibus eius partibus. ergo videtur secundum illam rationem eorum, quòd Angelus possit naturaliter cognoscere futura contingentia. quod est falsum.

AD argumenta pro secunda opin. Ad primum argumentum pro opi. S. Thomæ concedit Doct. quod immensitas est præsens omni loco, sed non omni loco potentiali, sed tantum actuali, & sic dicit de æternitate. Et per hoc patet ad exemplum de baculo in fluuio: quia enim non habet vnde possit esse præsens omni parti fluuij, ideo non est immensus respectu illarum. Modo æternitas habet ex parte sua, quòd esset præsens omnibus partibus temporis, si essent.

¶Per hoc ad aliud de nunc æternitatis, vt coexisti non coæquatur nunc temporis. Verum est, quia nunc æternitatis est formaliter infinitum: ideo excedit formaliter nunc temporis: non tamen coexistendo alteri nunc.

¶Per idem ad aliud. patet quòd si totum tempus esset simul æternitas complecteretur illud, & ita cõcedo, quòd ęternitas quantum ex se est: habet infinitatem sufficientem ad complectendum totum tempus, si totum simul esset.

¶Ad aliud exemplum de centro, & circunferentia, simpliciter est ad opppositum: quia si imaginemur lineam rectam habentem duo puncta terminantia. a. & b. sit a punctus mobilis & b. circunducatur. sicut est de pede circini vno immobili, alio mobili. b. circunductum causat circunferentiam. hoc posito, si nihil remaneat de circunferentia per fluxum ipsius. b. sed tantum in circunferentia sit punctus iste: ita quòd quandocunque punctus iste desinet esse alicubi: tunc nihil circunferrentiæ erit ibi, tunc nunquam circunferentia esset præsens simul centro: sed tantum aliquis punctus in circunferẽtia si tamen tota circunferrentia esset simul tota, præsens esset centro. Ita hic cum tempus non sit circunferrentia stans, sed fluuens cuius circunferrentiæ nihil est nisi instans actu: nihil etiam eius erit præsens æternitati, quod est quasi centrum, nisi illud instans quod est quasi præsens. Ex his patet solutio ad argumenta opinionis.

Tho. Gaiet. quo vt soluat rationes Sco. contra San. Thom.

AD has tamen obiectiones quas facit Doc. contra Tho. de æternitate respondet quidam nouus expositor San. Thom. in 1. parte. quæst. 14. artic. 13. Et præmittit quòd res temporales esse præsentes æternitati potest dupliciter itelligi. Vno modo sic quòd in quolibet nũc temporis sint pręsentes ęternitati: ita quòd coexistentia cuiuslibet rei ad æternitatem mẽsuratur quolibet instanti temporis: & hunc sensum acceperunt quoniam videtur mihi aduersarij, ex verbis San. Thom. Sed errauere: hoc enim nunquã somniauit Tho. immo manifeste implicat contradictionem: quoniam coexistentia rei ad æternitatẽ æquatur in duratione mensuræ eiusdem existentię: cum non coexistat, nisi secundum suam actualem existentiam: sed existentia instantis, in quo cras sol oritur, non mensuratur instanti aliquo præcedente, aut sequente. ergo nec quolibet. Alio modo potest intelligi, quòd in quolibet nunc æternitatis sint præsentes æternitatis: ita quòd coexistentia cuiuslibet rei ad æternitatem saluetur in quolibet nunc æternitatis. Et hic sensus est verus, & intentus a San. Thom. Verus quidem: quia cum æternitas non habeat nisi vnum nunc, quod æquatur ipsi æternitati, & excedit omne tempus: necesse est quod omne instans nostri temporis, & quicquid in illo est, aut fit: saluetur in nunc æternitatis non vt à mensura adæquata, sed excessiua. Tunc ad obiectiones. Cum dicitur sessio mea crastina vt futura, aut scitur certe, aut non. Respondetur distinguendo, quòd quia ista sessio futura, vt futura nõ habet esse, nisi in suis causis. Ad causas autem suas potest dupliciter comparari. Vno modo vt indeterminatas ad producendam crastinam sessionem meam, vel eius negationem. Alio modo vt determinatas ad illius productionẽ magis, quàm oppositi, vel cum exclusione oppositi. Futura primo modo non sumuntur vt futura, sed vt futura penitus contingentia. Futura autem secundo modo sumuntur quidem, vt futura, sed declinãt à contingentia secundum quòd determinatio causarum ad alteram partem magis, vel minus, vel totaliter exigit. Futura igitur contingentia, vt futura ex causis indeterminatis non sunt scibilia. vt in litera dicitur, nec à Deo, nec à quocunque: quia non sunt entia, nec in actu, nec in potentia magis ipsa, quàm opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia iuxta determinationem causarum. Et cum dicitur. ergo Deus aliter nouit facta, quàm fienda. Simpliciter negatur consequentia: quia, ly, aliter in auctoritate Augustini dicit modum cognoscendi ex parte cognoscentis: quia in Deo non variatur. Ad probationem autem superfluum est respondere adeo puerilis videtur. Dicit enim cognoscit autem sessionẽ certitudinaliter Deus cum illa fuerit actu: quis enim ignorat Deo nullam accedere cognitionem. Vnde debet dicere, & tamen cognoscit illam certitudinaliter secundum eius actualem existentiam. Sed hoc non probat consequentiam. Aliud est enim quòd aliter se habeant res vt factæ, quàm vt fiendæ ad Dei cognitionem, & aliud quòd aliter Deus nouit facta, quàm fienda. Illud enim est verũ in materia contingenti loquendo: hoc autem est falsum. Illud significat quòd res aliam dispositionem habet vt facta, & aliam vt fienda: quia vt facta induit necessitatem quandam, vt fienda non. Et sic facta est scibilis certe vt fienda non. Et rursus vt facta potest certum intuitum Dei terminare, vt fienda non.

¶Ad secundam dicitur, quòd aliud est scientiam Dei capere certitudinem ex sessione sortis, & aliud

est

est sessionem fortis nō esse capacem, vt sit terminus certæ Dei notitiæ, nisi secundum quòd est in se certa. Primum enim inconueniēt. Secundum autem est necessarium. primum non habetur ex litera sed secundum: quare conceditur tota ratio vtpote nihil contra nos dicens: sed supponens falsum scilicet quòd ex hac positione habeatur, quòd scientia Dei capiat certitudinem ab alio obiecto, quàm substantiæ: deberet supponere quòd exigit certitudinem etiam in alio obiecto, seu termino scientiæ suæ non solum in substantia sua: hæc enim hic habetur, & non capit certitudinem ab alio.

¶Ad tertiam dicitur, quòd dupliciter deficit. Primo, quia cognitio Angeli, qua cognoscit temporalia non mensuratur æuo, & ideo ratio nihil infert. Secundo, quia repræsentatio singularium temporalium per principium cognitionis angelicæ scilicet speciei intelligibilis non mensuratur æuo, sed de nouo aduenit. Et ideo impossibile est quòd futura contingentia naturaliter sciant Angeli. Et sic patet responsio ad obiectiones factas contra applicationem &c.

¶Ad alias de coexistentia respondet sic dicens, Ad has obiectiones respondendo præmitto, quòd iste locus ab aduersantibus iudicatur plenus contradictionis, & erroris: à sequentibus autem doctrinam S.Thom. reputatur adeo obscurus, vt neminē hactenus viderim, siue scripto, siue verbo assertiue teneri in hoc dictum, & me iam annis forte.15. fateor latuisse. Sed nudius tertius dum super commētationem huiusmodi articuli meditarer illuxit (vt arbitror) Diui Thom. ope veritas plana, & in manifeste posita, & ideo paucissimis verbis pertransita.

¶Sciendum est igitur primo ad euidentiam terminorum, quòd esse præsens seu existere æternitati formaliter loquendo: abstrahit à præsentia cognitiua ad cognoscentem: quoniam si æternitas esset res nō cognoscitiua, & lapis quandoque esset: esset ibi vera præsentia, siue existentia absque cognitione aliqua. Patet ergo ex litera, quod sermo est de esse rerum quæ fiunt in tempore non obiectiuo, nec potentiali &c. Sed de esse in actu in rerum natura secundum seipsas extra causas suas: ita quòd sermo præsens est de coexistentia reali contingentium in actu ad æternitatem. Sensus est omnia secundum esse in actu, in rerum natura, sunt præsentia idest coexistunt æternitati. Et sic patet responsio ad istas obiectiones Sco.

Opinio D. Thom. quæ imponitur D.Bonauēt.

DEINDE hic nouus expositor respondet ad rationes factas contra primam opi. quæ imponitur Bonauenturæ: & huius opi. etiam est San. Tho. qui vult quòd ideæ repræsentent etiam complexionem contingentem. Et præmittit aliqua, quæ transeo. Et post dicit. Ex his prælibatis dicitur quòd cum apud San. Thom. ideæ sint ipsa existentia Dei, vt est obiectiua rerum ratio: optime dictum est, quòd quia rationes seu ideas rerū præsentes apud se habet Deus ideo nouit omnia futura contingentia certe. Vnde ad primam obiectionem simpliciter negandum est assumptum. Potest tamen pro claritate doctrinæ distingui, quòd idea alicuius quiditatis potest dici dupliciter perfecta. Vno modo vt perfectio dicit modum intrinsecum rei cuius est, & sic verum est assumptum, quia quantumcunque perfectè repręsentetur homo secundum omnem scilicet suæ intrinsecæ entitatis modum: nunquam repræsentatur cō iunctio eius cum sessione, seu fortuita inuentione thesauri. Alio modo vt perfectio dicit totalitatem omnimodam rei: & sic falsum est assumptum; quoniam si homo repræsentatur secundum omne esse suum. Hoc enim est totaliter repræsentari, quia secundum omnia sua esse necesse est, quòd repræsentetur secundum esse, quod habet in tali, & tali coniunctione contingenti. Sic autem perfectè repręsentant ideæ diuinæ res, & ideo assumptum in proposito est falsum. Ad secundum autem & reliqua negatur antecedens, quod est radix omnium scilicet quòd ideæ mere naturaliter repræsentent quicquid repræsentant. Dicimus, quòd aliquid repræsentant mere naturaliter: puta quiditates rerum, & aliquid non mere naturaliter, sed naturaliter ex suppositione libera scilicet existentias rerum, & coniunctiones contingentes. Illa enim repræsentant ante omnem actum voluntatis diuinæ. Ista autem supposita libera determinatione diuinæ voluntatis est ad alteram partem contradictionis. vt ipsemet Sco. acceptat de repræsentatione horum in essentia, vt ratione intelligendi. Et sic patet cætera ruere: quoniam non eodem modo se habent ad futura: & ad hoc tēpus, & aliud. Sed determinatè sunt supposita voluntate diuina.

¶Et per hæc patet responsio ad argumenta Grego. contra idem in 38. dist. primi hæc ille.

Responsio ad Tho. Gaiet.

AD hæc huius expositoris Noui. Dico quòd nec soluit rationes Scoti, nec soluere potest. Et primo, illæ rationes quæ sunt de præsentialitate (quę præsentialitas dicit coexistentiam creaturæ æternitati: & per consequens oportet creaturam existere) nullo modo soluuntur ad intentionem Thomæ. Cum enim dicit quòd sermo San. Thom. est de esse rerum, quæ fiunt in tempore non obiectiuo, nec potentiali, sed de esse in actu in rerum natura secundū ipsas extra causas suas: ita quòd sermo præsens est de coexistentia reali contingentium in actu ad æternitatem. Et sic cum dicitur. omnia sunt præsentia æternitati sensus est: omnia secundum suum esse in actu in rerum natura sunt præsentia idest coexistūt. æternitati. hæc ille. Tunc quæro, aut iste expositor intelligit quòd Thomas loquitur tantum de rebus actu existentibus, & coexistentibus æternitati: aut intelligit de rebus non in se existentibus, sed vt tantum coexistunt æternitati? Si primo modo (vt videtur ipse tenere) tunc sequitur quòd intellectus diuinus tantum habeat cognitionem de existentibus in se, & sic nullam habebit cognitionem antichristi, quia in se non existit, & per consequens non est coexistens æternitati. coexistere enim alicui dicit existentiam vtriusque extremi. Tum quia hæc non est intentio Thomæ scilicet quòd tantum loquitur de rebus actu existentibus. vt patet in litera. Ait enim sic in prima parte. quæst. 14. art. 13. Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout vnumquodque eorum actum est in seipso. Et licet contingentia fiant in actu successiue: non tamen Deus successiue cognoscit contingentia, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut etiam suum esse. Æternitas autem tota simul existens ambit totum tempus. Vnde omnia quæ sunt in tempore: sunt Deo ab ęterno præsentia, non solum ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes (vt quidam dicunt) sed quia eius intuitus fertur ab ęterno supra omnia prout sunt in sua pręsentialitate. Vnde manifestum est, quòd cō tingentia infallibiliter à Deo cognoscuntur inquantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialitatem; & tamen sunt futura contingentia suis causis comparata. hęc San. Tho. Iste textus ita clarus est, quòd non indiget expositione. Et sic patet manifeste quomodo non huic nouo expositori Diui Thomę ope veritas ista plana & in manifesto posita illuxit: quia expositio huius est apertissime contra literam San. Thom. Si vero intelligit secundo

Hæc non est intentio D. Thomæ.

modo,

modo, vt forte est intentio San. Thom. vt patet in litera, qui non tantum loquitur de rebus vt actu præsentibus: sed etiam de rebus futuris, & actu non existentibus, vt patet in litera. Manifeste etiam patet quòd argumenta Sco. contra hoc facta non sunt soluta: nec iudicio peritorum virorum solui possunt: loquendo semper de rigore sermonis, & loquendo vt San. Thom. loquitur quòd æternitas sit ratio quare omnia temporalia sunt præsentia ipsi intellectui diuino, & per consequens oportet huiusmodi temporalia coexistere æternitati, & esse præsentia: quæ præsentia (vt dixi) est relatio realis, & per consequens inter extrema realia, & realiter distincta.

Argumenta Scoti nõ sũt soluta.

¶ Ex his etiam patet quomodo ad intentionem San. Thom. non soluit argumenta Scoti facta contra applicationem de illa sessione futura. Concessis enim omnibus de causis indeterminatis, & de causis determinatis, quæritur quomodo antichristus nunc cognoscitur ab intellectu diuino: qui tamen est vere futurus, & est à causa determinata vt patet. Si per æternitatem cui omnia sunt præsentia. Contra. quia futurum vt futurum, & non existens in se nulli est præsens. ergo æternitas non est ratio præsentialitatis. ergo oportet assignare aliam causam, quare cognoscat futura vt futura. Si enim non nouit certitudinaliter futura, vt futura. ergo producit futura non præcognoscens illa: cognoscet autẽ certitudinaliter cum fuerint producta. ergo nouit aliter facta quàm fienda quod est contra Aug. 5. super Gen. Dicit tamen iste expositor, quòd ista consequẽtia non est vera. ergo nouit aliter facta quàm fienda: quia, ly, aliter tantum dicit modum cognoscẽdi ex parte cognoscentis. Sed hoc nihil est, quia semper quæro quomodo cognoscit ab æterno antichristũ? si per æternitatem per quam antichristus est præsens? stant argumenta Doct. supra insoluta. Tum etiam quia æternitas per ipsum tantum respicit præsentia, & non futura inquantum futura. Si vero cognoscit antichristum, & non per ęternitatem? ergo per alium modum, qui non assignatur.

¶ Si dicatur (vt iste. Nouus expositor dicit.) Sicut inquit ad hoc, vt aliquid sit præsens visioni nostræ corporali nihil aliud exigitur, nisi quod illud visibile sit, & adsit pro mensura durationis, qua mensuratur & est ipsa visio. Ita ad hoc quòd aliquid sit præsens secundum se diuino conspectui, exigitur quòd sit, & adsit secundum illam durationis mensuram, qua mensuratur visio diuina. hæc autem est æternitas. ergo stat quòd sint secundum æternitatem sumpta præsentia: & non præterita, aut futura, quamuis secundum tempus sumpta sint futura. hæc ille.

Ruit responsio Th. Cai.

SED hæc responsio parum valet, & minime soluit argumentum. Tum quia quando dicit quòd sunt, & adsunt æternitati, si ponis quòd sint in se. ergo fuerunt in se ab æterno. Si intelligis quòd sint. quæro secundum quod esse? aut obiectiuum, aut potentiale? hoc est contra te. Et vltra. vt sic non sunt præsentia, vt loquimur aut intelligis quòd ideo sunt, quia æternitas est quę mensurat diuinam visionem? ergo in se nihil erunt. ergo non præsentes æternitati. Item quod dicit de visibili, vt cõparatur visioni. Oportet enim quòd non tantum adsit, sed quòd vera in se sit: & secundum verum esse reale, vt patet. Et cum dicitur, quòd æternitati sunt præsentia. vt vero comparantur tempori sunt futura, & præterita. Hoc nihil est ad propositum: quia posito quòd antichristus vt tempori comparatur sit futurus: quia natus mensurari tempore futuro tamen quãdo antichristus erit præsens in se tempori, idest cum mensurabitur tempore præsenti, & fuerit vera præsens, nonne antichristus erit in se existens? Certe sic. Sic in proposito. Si antichristus est vere præsens æternitati? ergo antichristus erit in se existens. Si ergo nũc est vere præsens. ergo nunc vere existit. Nunquam enim æternitas est præsens nisi existenti. Et cum dicimus, quòd coexistit tempori præsenti, præterito, & futuro, non intelligitur quòd sit præsens tempori, quod nihil est in se: sed dato quocunque tempore existente semper est præsens, ita quòd tempori præterito quando illud fuit in se, perfectè sibi coexistebat. Similiter quamuis nunc non sit præsens tempori, quod erit mensura antichristi: tamen cum primum fuerit tempus illud. & similiter antichristus tunc æternitati perfecte coexistet, & erit sibi præsens. quantum ergo est ex parte æternitatis. quia tota simul & perfecta possessio, & indiuisibilis assistit cuicunque parti temporis, & cuicunque temporali pro quacunque duratione ponitur illud habere esse actuale, & existẽs. Et patet quomodo responsio istius nihil sit ad propositum.

¶ Et cum addit dicens: Ad probationem autem superfluum est respondere, adeo puerilis videtur. Miror quòd vir tanti ingenij vtatur his verbis contra tam solemnem Doctorem, cuius non est dignus nominari discipulus. nec mirum. Si enim male exponit. San. Tho. cuius doctrinam tanto tempore imitatus est: multo minus intelligit Sco. cuius superficiem forte non vidit. Dico ergo quòd probatio Sco. contra Tho. concludit. vt patet ex supradictis. Dicit enim iste quòd, ly, aliter vt se tenet ex parte creaturæ: aliter se habent res vt factæ, & aliter vt fiendæ. Res enim aliam dispositionem habet vt facta, & aliam vt fienda, quia vt facta innuit necessitatem quandam, vt fienda non. Et sic vt facta est scibilis certe, vt vero fienda non. rursus vt facta potest certum intuitum Dei terminare, vt fienda non. hæc ille. Videtur ergo expressè sibi contradicere, quia prius exposuit Augu. quòd, ly, aliter dicit modum cognoscendi ex parte cognoscentis, qui in Deo non variatur, & ex alia parte dicit, quòd rem vt facta cognoscit certe, sed vt fienda non cognoscit. ergo sequitur quòd Deus aliter se habet ad rem, vt factam; & aliter ad rem, vt fiendam. patet quia vt factam cognoscit certe, & vt fienda nõ cognoscit certe. Tum etiam quæritur, quomodo cognoscit futurum vt futurum quomodocunq; compareiur, siue ad causas indeterminatas, siue ad causas determinatas? Si per æternitatem? improbatum est supra. Si per alium modum? ergo non inquantum est præsens æternitati. Nec est dicendum quòd omnia futura non cognouerit ab æterno. Nec valet dicere, quòd omnia fuerunt pręsentia æternitati &c. quia improbatum est supra.

Nota quæso hæc omnia, quomodo Lychetus deliret.

¶ Ad aliam responsionem de Angelo. cum dicit, quòd cognitio Angeli nõ mensuratur æuo: & ideo ratio nulla.

¶ Dico quòd hæc responsio, aut nihil, aut parum valet. Posito enim quòd cognitio Angeli non mensuretur æuo; adhuc stat ratio Sco. quia si existẽtia Angeli mensuratur æuo, & æuum est omnino simplex coexistens toti tempori, & per cõsequens cuicunque temporali. sicut ergo totum tempus est præsens æternitati, & per consequens omne temporale: sic econuerso æternitas est præsens toti tempori, & mensuratum ab æternitate erit similiter præsens toti tempori & omni temporali. ergo similiter patet de æuo. ergo Angelus, vt existens in æuo habebit præsens omne tempus, & omne existens in tempore, & sic poterit cognoscere futurum. Similiter secunda responsio non est ad propositum, & procedit ex eodem medio: quia principium cognitionis &c. non mensuratur æuo. hoc parum refert, quia si per æternitatem habetur præsentia rerum: quia

coexistit

coexistit toti tempori. sic similiter erit de æuo vt coexistēte toti tempori. Ex his patet quomodo rationes non soluuntur.

Ad alia de ideis. Cum primo dicit, quòd ideæ sūt ipsa essentia diuina, vt est obiectiua rerum ratio. Hoc forte non sic intelligit San. Tho. qui in prima parte. quæst. 15. art. 2. vult expresse, quòd sint plures ideæ, & allegat Aug. pro hac opi. & tandem concludendo dicit. Potest inquit cognosci essentia diuina ab intellectu diuino, non solum secundum quòd in se est: sed secundum quòd est participabilis secundū aliquem modum similitudinis à creaturis: vnaquæque autem creatura habet propriam speciem secūdum quòd aliquo modo participat diuinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur inquantum Deus cognoscit suam essentiam vt sic imitabilem à tali creatura: cognoscit eam, vt propriam rationem & ideam huius creaturæ: & similiter de alijs. & sic patet quòd Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ sunt plures ideæ. hæc. San. Tho. Ex ista litera patet quòd non sic absolutè intelligit ideam esse essentiam diuinam, vt iste exponit. Sed quicquid sit an ista opinio Thomæ sit vera, an falsa supra patuit. dist. 35.

Formaliter vnica idea est in mente Dei, obiectiue plures, nā quot sūt obiecta, tot sunt et ideæ

¶Et quòd dicit quòd prima ratio non concludit &c. Quæro cum diuina essentia dicatur idea inquātum cognita, vt immitabilis à creatura: quid tunc repræsentat? certum est quòd non complexionem contingentem: vt patet. Tum etiam quia essentia vt sic cognita est simpliciter necesse esse, & Deus necessario sic cognoscit. Si sic? ergo non repræsentabit complexionem contingentem: quia tunc illā necessario cognosceret: quia ante omnem actum voluntatis: & sic non esset contingens. vt patet ex dictis Doct. subtilis in quoli. quæst. 14 vbi vult quòd essentia diuina, non moueat intellectum diuinum ad distinctam notitiā veritatis alicuius complexionis contingentis. vide ibi. Et quod dicit quòd idea potest dupliciter intelligi perfecta scilicet vt perfectio dicit modum intrinsecum rei: vel perfectio dicit totalitatem omnimodam rei. primo modo idea terminorum non est ratio cognoscendi complexionem contingentem, sed bene secundo modo. Hoc est manifeste falsum scilicet quòd sit idea hominis in mente diuina repræsentans ideatum secundum omnimodam perfectionem, siue intrinsecam, siue extrinsecam. Nec San. Thom. hoc diceret. qui vult quòd essentia diuina dicatur idea hominis inquantum est cognita, vt participabilis ab ipso homine: & sic loquitur de homine participante perfectionem diuinam, vt tantum dicit perfectionem intrinsecā, & entitatiuam ipsius hominis. vt patet intuenti literam San. Tho. Et multa hic possent adduci contra istum: quæ breuitatis causa omitto. Sed vide quæ dixi supra dist 35 de ideis.

¶Ad aliam responsionem, quando negat antecedens scilicet quòd ideæ mere naturaliter repræsentent supra patuit, quòd ex quo repræsentant vt præcedunt omnem actum voluntatis diuinæ &c. Et cū dicit, quòd quædam repræsentant supposita libertate voluntatis diuinæ. Hoc non videtur verum. Tum quia ante omnem actum voluntatis diuinæ: essentia diuina cognoscitur ab intellectu diuino, vt imitabilis à diuersis creaturis, & vt sic dicitur idea. & hoc patet ex litera San. Tho. Tum quia libertas voluntatis diuinæ non respicit terminos, sed complexionem contingentem: ita quòd talis complexio subest imperio voluntatis diuinæ. ergo ideę terminorum non sunt rationes cognoscendi complexionem contingentem, quia si sic? cum ideæ terminorum præcedant omnem actum voluntatis diuinæ: semper erunt rationes cognoscendi complexionem contingentem, & sic talis complexio erit necessario cognita à Deo, quia talis cognitio necessario præcedet actum voluntatis diuinæ. Tum etiam quia secūdum Aug. 83. q. q. 46 ideæ sunt formæ ęternæ, & incommutabiles in mente diuina. Et eo modo quo ponuntur ideæ in mente diuina, eo modo repræsentant, & sic non possunt repręsentare, nisi tantum naturaliter. Et quod adducit de Sco. quòd ipse Sco. ponit essentiam diuinam esse rationem repræsentandi contingentia. Verum dicit. sed modum positionis Sco. non dicit & positio Sco. bene potest dare: quia non ponit essentiam esse ideam vt iste ponit: & non potest sic saluare dicta sua, sicut Sco. saluat. Modus tamen ponendi ipsius Scoti patebit in præsenti distinctione. Et sic patet quid dicendum.

ADVERTE quòd Aureolus dicit, quòd quamuis opi. San. bona. quòd contingētia cognoscuntur per ideas &c. sit falsa: tamen rationes quas Doct. facit contra non sunt efficaces. Vnde dicit quòd ad primam rationem Scoti responderent, quòd complexio terminorum futura est aliquid aliud à terminis: propter quod habet propriam ideam in Deo, vltra ideas simplicium terminorum: & sic per huiusmodi ideam, futura complexio certitudinaliter cognoscitur.

Petrus Aureo in 1 dis 38. q. 1.

¶Ad secundam dicerent quòd quia fienda futura sunt: iccirco est in Deo idea repræsentans complexionem, pro illo tunc, quo fierent. Et similiter dicerent ad tertium.

CONTRA hanc responsionem Aureoli arguit Grego. de Arimino in primo dist. 38. quæst. 2. Dicit enim sic Cum dicitur quòd complexio est aliud à terminis habens propriam ideam: si ad propositum debeat sumi cum non solum ipsorum terminorum vocalium, vel mētalium, aut aliorum quæ sunt signa rerum ponantur ideæ, sed ipsarum rerum per huiusmodi terminos significatarum, secūdum opi. istam oportet, quòd intelligatur quòd ista complexio terminorum sit aliquid in re extra significatum per copulam verbalem distinctum à rebus per terminos simplices propositionis significantis habens propriam ideam in Deo. Sic autem intelligendo, hoc dictum est penitus falsum. quod patet. Tum per philosophum: primo Perhier. vbi ait quòd ipsum est, si purum dixeris nihil est, id est nihil secundum se significat, sed est purum sincathegorema. Item 6. Metha. t. c. 8. dicit quòd ens quod est in affirmatione, & negatione est passio mentis, & nullam naturam extra significat præter ens, quod est quid aut quantum aut quale &cæt. quod tamen falsum esset. cum quodlibet quid aut quantum &cæt. significetur per terminos simplices prædicamentales. Et ibi dicit ex quibus componitur affirmatio vel negatio.

Grego. de Ari. contra Aureo.

¶Item, qua ratione complexio vnius propositionis significat huiusmodi entitatem, eadem ratione, & cuiuslibet, & sic complexio huius Deus est Deus: significabit vnam entitatem, quæ non est Deus.

¶Item complexio huius Deus non est lapis: & huius Chimera non est ens, & cuiuslibet alterius negatiue: habebit suam talem aliquam entitatem. quòd est nimis mirabile.

¶Item, si Deus cognoscat quòd antichristus sedebit in templo pro tempore. a. ex eo habet ideas & terminorum, & complexionis huius enunciabilis: cum sit possibile quòd antichristus currat pro tempore. a. per vnicum instans, & non sedebit tunc in templo, & per consequens hoc sit præcognoscibile à Deo: sequitur quòd si antichristus tunc curreret, vel aliqua idea esset in Deo, quę nūc nō est in Deo: quod est sacrilegium dicere. vel Deus simul habet ideam vtriusque complexionis, & terminorum eo-

eorundem;

eorum demptae per hoc secundum istam viam simul cognoscit, quòd ipse tunc curret, & sedebit. quod est falsum.

¶Et per idem patet, quòd solutio ad secundum non pôt stare, quia quodlibet possibile non futurum pôt esse futurũ. Nam quodlibet tale Deus posset facere, quando sibi placeret: &per cõsequens quodlibet tale potest habere ideam repræsentantem, ipsum pro aliquo tempore futurum: & sic: ergo habet eam: vel noua idea possibilis esset in Deo. & sic patet quòd tales solutiones non sufficiunt cõtra rationes istas. hęc Grego &c.

Positio San. Tho 1. par summa. q. 14. arti. 13. TERTIA positio dicit. Hic recitatur opin: Thom. qui dicit quòd aliqua respectu scientiæ diuinæ sunt necessaria: tamen non sequitur quin, respectu causarum proximarum possit esse contingentia. Et confirmatur per Boe. quinto, consolationum. capitulo vltimo siue prosa 6. vbi dicit sic. Si dicas quòd euenturum, quod Deus videt, illud non euenire non potest, quod autem non potest non euenire illud necessitate contingere: meque ad hoc nomen necessitatis astringas. Respondebo: idem futurum cum ad diuinam notitiam refertur est necessarium: cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus est, & à vinculis necessitatis absolutum.

¶Item arguitur, quia defectus rei potest esse circa proxima, licet non ex parte prima: vt patet de peccato, & sic licet ex parte Dei esset necessitas rerum, tamen ex causis proximis earum potest esse contingentia in eis.

Impugnatio op. S. Tho. CONTRA ISTAM positionem. Dicit Doct. quòd hæc positio est falsa & improbata supra distinct. 2 quæst. 1 & dist. 8. quæst. vlt. Et breuiter hic etiam improbatur.

¶Primo: quia causa mouens inquantum mota, si necessario mouetur necessario mouet: & sic tota coordinatio causarum vsque ad vltimum effectum necessario produceret.

¶Secundo: quia causa prior prius naturaliter simpliciter respicit effectum suum, quàm causa posterior. ergo in illo priori si habet necessariam habitudinem ad ipsum dabit sibi esse necessarium. ergo secunda causa in secundo instanti naturæ, vel nihil causabit, vel idem bis produceretur.

¶Item, quicquid producitur à causis posterioribus pôt immediate produci à prima & hanc hêt cõcedere Theologus, quicquid Philosophi dicant: & tunc ille effectus haberet eandem entitatem quam modo habet: & tunc esset contingens, sicut & modo est contingens: habet ergo contingentiam suam etiam modo à prima & non tantum à causa proxima.

¶Item, Deus immediate multa produxit, & producit: sicut creauit mundum, & nunc creat animas: & tamen omnia contingenter. ergo ista positio est falsa.

Tho. Gaiet. HAS TAMEN rationes nititur soluere quidam Nouus expositor San. Tho. in prima parte. quæst. 14 articulo decimotertio, quas solutiones supra adduxi ostendẽdo nullo modo euacuare rationes istas Sco. vide supra distinct 8. quæst vltima. Et quod hic dicit ad tertiam, & quartam rationes, quòd illi effectus essent contingentes propter efficaciam primæ causæ: & propter supplementum supplens vicem causæ contingentis in tertia obiectione: & ipse Deus est causa proxima in quarta obiectione non contingens formaliter, sed contingens virtualiter.

SED HÆC responsio vt patet ex his quæ ibi dixi nulla est. nec (vt credo) est ad mentem San. Tho. vt patet intuenti literam eius vbi supra. quæstione 14 artic. 13. Pono tamen positionem illius & soluo illam.

¶Ad rationem illam de contingentia primæ causæ. Respondet, Nouus expositor primæ partis San. Thom. quæst. decimaquarta, articul. 13 dicens sic. Respondetur ex duplici capite. distinguitur enim primo, ly, inquantum mota ab alia. aut ostendit causam præcisam? aut concausam? si præcisam? sic illa propositio implicat in adiecto. Si enim causa secunda est causa. ergo non præcise mouet, quia mota: sed etiam ex se aliquid confert. Et si præcise mouet, quia mota: nihil ex se confert: & sic non est causa. Si vero concausam principalem: tunc negatur assumptum: quoniam stat quòd necessario moueatur, & non necessario moueat aliud: quia motio causæ prioris modificatur in causa secunda secundum modum ipsius causæ secundę. Et sic licet prima causa moueatur necessario secunda: recepta tamen motio in secunda. si secunda causa imaginetur contingens modificatur contingentia recipientis. & quoniam prius natura modificatur, quàm impellat ad mouendum: motio illa iam modificata ad causam contingentem, mouebit secundam ad mouendum non necessario, sed contingenter. Et si causa secunda ponatur naturalis: possibilis tamen deficere: motio illa iam modificata ad naturam causæ secundæ mouebit illam secundam ad mouendum non necessario: sed vt in pluribus iuxta modum proprium ipsius causæ secundæ, & non primæ. Et sic patet totius Scotici ędificij responsio ex vno capite. Rursus, ly, mota ab alia altera distinctione, scilicet, aut motione præuia propriæ actioni? sicut aqua calefacta ab igne: aut actione cooperante intrinsece ad propriam actionem? Primo modo dato, quòd esset vera, aut sustentabitur. Secundo tamen modo sustineri non potest prædicta propositio: quoniam causa cooperans intrinsece cooperatur vnicuique secundum modum eius, cui cooperatur. Talis est autem cooperatio primæ causæ de qua scriptum est, quòd attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter iuxta, scilicet modum cuiuslibet cooperans vnicuique.

¶Ad secundam obiectionem, quam specialiter facit Sco. in 2. distinct. 1 quæst. 3. Dicitur quòd illa prioritas non est vniuersaliter sicut dum aliquam quasi durationem naturæ. vt in vno instanti naturæ effectus attingatur a prima causa: & in alio a secunda. vt arguens imaginatur: sed est secus dum independentiam, & immediationem virtutis: quia prior independentius, & immediatius immediatione virtutis attingit effectum, quàm secunda. In eodem tamen instanti naturæ effectus ab vtraque attingitur. Nec propterea sequitur, ergo simul suscipit necessitatem, & contingentiã: quia non attingitur à prima secundum se, & seorsum, sed modificata in secunda. Sed sequitur, ergo suscipit contingentiam à duabus causis simul necessaria, & contingenti. hæc ille.

Ad omnia istius noui expositoris elucidanda pręmitto aliqua. Primum. quod inter causam secundam, & primam est simpliciter ordo essentialis, vt omnes tam Philosophi, quàm Theologi asserunt. Et tunc sequitur quòd secunda causa simpliciter agat in virtute primæ: ita quòd in agendo dependeat à prima, & est impossibile secũdam aliquid agere prima non agente. Secundo suppono, quòd vt causa simpliciter prima & causa secunda comparãtur ad eundem effectum communem eis, q vtraque agat, vt etiam ipsi habent concedere, & concedunt, & tũc quæritur. aut enim comparantur vt duæ causæ totales eiusdem effectus: aut vt partiales? Si primo? tunc prima erit totalis causa effectus, & secunda sim. Et *Respõsiones Tho Gaiet. non valent.*

forte non eſſet inconueniens eundem effectum poſſe ſimul eſſe à duobus cauſis totalibus: maxime quando prima agit contingenter. Secus ſi vtraque ageret de neceſſitate naturæ: quia tunc bene ſequerentur inconuenientia Sco. quòd ſcilicet idem effectus ſimul eſſet, & non eſſet: hoc tamen non aſſero licèt multi aſſerant. Si ſecundo modo? quæro, aut comparantur ad eundem effectum, vt duæ partiales cauſæ eiuſdem ſpeciei, ſicut duo homines trahentes nauem: ita quòd virtus vnius cum ſit diminuta non poteſt, ſed requiritur virtus alterius: ſi tamen virtus vnius poſſet augeri, ſolus poſſet trahere nauem: & hoc modo non comparantur adinuicem cauſa prima, & ſecunda. Tum: quia ſi virtus cauſæ ſecundæ augeretur poſſet ſe ſola cauſare. Tum quia cauſa prima cum ſit infinita virtus: omnem effectum produceret nulla ſecunda cauſa concurrente. Tum: quia vt ſic non eſſent eſſentialiter ordinatæ: quia tunc vna non ageret in virtute alterius. Aut comparantur adinuicem, vt duæ cauſæ partiales? ſic tamen quòd vtraque agat virtute propria, & vna illarum nec in eſſendo, nec in agendo dependeret ab alia: nec econuerſo: ſicut ponimus de intellectu, & obiecto, vt ſupra patet à Doct. diſtinct. 3. quæſt. 7. & 8. & in ſecundo diſtinc. 25 & in tertiu diſtinct. 4. & in quolibet. Et hoc modo cauſa prima & ſecunda adinuicem non comparantur, quia tunc non eſſent eſſentialiter ordinatæ. ponimus enim tam ſecundum Philoſophos, quàm Theologos ſecundam cauſam in agendo dependere à prima, agere in virtute primæ. Aut ſic cumparantur ad effectum vt duæ cauſæ partiales: ſic tamẽ quòd prima ſit principalior, & in eius virtute agat ſecunda: ita quòd ſecunda, & in agendo, & in eſſendo dependeat à prima: & ſit impoſſibile ſecundam agere prima non agente.

¶ Iſtis præmiſſis, patet quòd ſi prima agat ſimpliciter per modum naturæ & neceſſario: & ſecunda agit tantum in virtute primæ eſt ſimpliciter impoſſibile effectus communis non eſſe. erit enim neceſſarius. ergo a cauſa agente neceſſario. Et ſic cum dicit, ſecunda mouet quia mota à prima, vt concauſa: ita quòd prima ſit principalis. ſequitur quòd effectus ille erit ſimpliciter neceſſarius. Et cum dicit quòd ſtat quòd neceſſario moueatur: & tamen non neceſſario moueat aliud, & aliud: quia motio cauſæ primæ modificatur in cauſa ſecunda ſecundum modum ipſius cauſæ ſecundæ. Iſta reſponſio implicat manifeſtam contradictionem. Quæro à te quid eſt ſecundam cauſam moueri neceſſario à prima? aut eſt ſecundam cauſam tantum accipere eſſe à prima, & hoc neceſſario? Et hoc implicat ſcilicet quòd accipiat eſſe de neceſsitate, & quòd ſecunda cauſa non ſit ſimpliciter neceſſe eſſe. Et tunc vltra. ſi accipit ab alio eſſe, ab ipſo habet & operari. ſi ergo ſecunda cauſa habet neceſſe eſſe. ergo ſecunda cauſa neceſſario cauſabit. non enim videtur poſsibile, quòd vna cauſa neceſſario agens, & ſecundum vltimum potentiæ producat effectum potentem libere agere. Aut intelligis quòd ſecunda cauſa neceſſario mouetur à prima in agendo: & quòd tamen ipſa ſecunda agat contingenter? & hoc implicat quòd aliquid in agẽdo neceſſario moueatur ab alio: & quòd talis motio ſit contingens vt patet intuenti. Deinde quæro, quid intelligis per hoc quod dicis, quòd ſecunda cauſa neceſſario mouetur à prima: recepta tamen motio in ſecunda: ſi ſecunda cauſa imaginetur contingens modificatur contingentia recipientis: & quoniam prius natura modificatur, quàm impellat ad mouendum motio illa iam modificata &cæt. Aut illa motio recepta in ſecunda cauſa eſt aliqua forma abſoluta? aut aliqua actio primæ cauſæ: vt aliqua relatio: ſi forma aliqua, & illa modificat cauſam ſecundam, quæro quid ſit ipſam modificari. aut enim eſt ratio formalis agendi, vel mouendi ipſi cauſæ ſecundæ: & tunc ſequuntur multa inconuenientia. Primum. quòd tunc cauſam ſecundam agere, eſt ipſam tantũ moueri à prima: & quia neceſſario mouetur, neceſſario aget. Tum: quia tunc cauſa ſecunda non poterit agere ſecundum formam propriam, ſi talis motio recepta eſt ratio agendi: ſic eo modo quo lignum calidum per accidens calefacit, ſic ſecunda cauſa tantum per accidens cauſabit: & ſic cauſæ æternaliter ordinatæ non eſſent per ſe cauſæ. Tum etiam ſequetur, quòd cauſa ſecunda tantum neceſſario ageret: patet, quia illa motio quæ ponitur forma abſoluta non erit potentia libera. vt patet. ergo erit aliqua qualitas, vel aliquid aliud à voluntate: & illa erit ratio neceſſario agendi: & ſic cauſa ſecunda per illam diceretur agere neceſſario. Si talis motio neceſſario recepta ponatur actio, vel relatio: patet quòd hoc nihil eſt dictu. Deinde cum dicis, quòd prius natura cauſa contingens modificatur, quam impellat ad mouendum. Quid eſt in illo priori motionem illam modificari. aut enim modificatur per nihil receptum? & hoc nihil eſt: quia non diceretur nunc magis modificata, quàm prius? aut modificatur per aliquid receptum à prima cauſa? quæro de illo recepto: certum eſt quòd illud receptum à prima cauſa erit neceſſario productum à prima cauſa: cum illa ponatur neceſſario agere, & tale receptum non poterit poni aliqua ſubſtantia: vt patet. ergo quicquid aliud ponatur ſequuntur inconuenientia contra ipſum. aut modificatur talis motio cauſæ prioris per aliquid receptum à cauſa ſecunda? & hoc eſt impoſsibile: aut modificatur ex hoc, quòd vnitur cauſæ ſecundæ? & ſic cauſa ſecundo quodammodo determinaret primam.

Quid ſit primam cauſã agere.

¶ Deinde, cum dicit quòd motio cauſæ prioris modificata mouet cauſam ſecundam ad mouendũ non neceſſario: ſed contingenter. Certe iudicio meo iſte nouus expoſitor (qui audet dicere quòd hæc reſponſio ſua ſit ruina ædificij Scotici) non intelligit ſeipſum. Vtitur enim verbis quodammodo non intelligibilibus: quia ratio doctoris ſubtilis nõ poteſt ſolui: quicquid ſit non eſt curandum. Tu dicis, quòd motio cauſæ primæ modificata mouet cauſam ſecundam ad cauſandum non neceſſario. Quid intelligis per motionem iſtam? aut enim eſt actio aliqua primæ cauſæ, qua attingit effectum communem primæ & ſecundæ cauſæ? & hoc non: quia talis motio præintelligitur cauſatione illa (vt ipſe dicit) quòd motio iſta prius modificatur, quã impellat ad cauſandum. aut intelligitur iſta motio cauſæ primæ aliquis effectus immediate productus à cauſa prima? & ſit ille a. aut a. mouet ſecundam cauſam, aut non? Si ſecundo? Contra te: quia dicis quòd motio iſta prius modificata mouet ſecundam cauſam. Si primo? ergo prima cauſa mouet ſecundam tantum mediante ſuo effectu, & ſic mediante ſecunda cauſa, & tunc quæro quomodo a. mouet ſi mouet: quia mouetur neceſſario à prima cauſa? ergo per te aliqua alia motio recipitur in a. & ſic proceſſus in infinitum. ſi mouet, & non mouetur à prima? ergo non mouebit in virtute primæ. Et vltra: aut aliqua ſecunda cauſa in agendo non dependebit à prima. Aut talis motio eſt tantum actio Dei immediate ab ipſo Deo? ergo erit neceſſaria. Nec valet dicere, quòd modificatur prius in cauſa ſecunda: quia tunc actio diuina dependeret à cauſa ſecunda, & determinaretur ab ipſa: quod nullus ſane mentis diceret. eſt enim contra naturam cauſæ. primæ poſſe in agendo determinari, ſiue

modificari à causa secunda.

¶Et præterea. Causa prima per se agit de necessitate naturæ, & est causa perfectissima. ergo in quocunque instanti ponatur agit de necessitate naturæ. ergo non potest dari aliquod instans prius in quo modificatur: & aliquod posterius in quo intelligatur mouere secundam causam. Et multa alia inconuenientia sequuntur ex dictis huius expositoris quæ tantæ prolixitatis causa euitandæ prætermitto.

Vbi sit positum ædificium Scoti.

¶Ex his patet solidum ædificium Scoti supra durissimam petram ædificatum.

¶Et quod addit de causa secunda naturali, scilicet quòd si causa secunda ponatur causa naturalis: possibilis tamen deficere: motio illa iam modificata ad naturam causæ secundæ mouebit illam secundã ad mouendum non necessario: sed vt in pluribus iuxta modum proprium ipsius causæ secundæ. Iste certe, nec vt Theologus, nec vt Philosophus loquitur de ista motione. Simili modo vt prius potest improbari. Adduco tamen pro vtraque causa tam naturali, quàm contingenti vnam paruam rationem. Tu dicis, quòd seconda causa necessario recipit motionem primæ causæ: aut secunda causa tantum semel recipit? aut totiens recipit, quotiens causat? Si primo? ergo poterit agere prima causa non concurrente secunda: concurrente effectu primæ causæ prius posito: Si secundo? ergo oportebit primam causam totiens producere nouum effectum in secunda causa, quotiens secunda agit: quæ omnia sunt absurda.

¶ Ad aliud de priori &cæt. Dico quòd (parcat mihi reuerentia sua) quia argumentum Scoti nullo modo potest solui: quia si primum effectiuum ponitur infiniti vigoris, & agere de necessitate naturæ: & secundum totam virtutem suam: & ipsum esse causam simpliciter primam: & omnem causam secundam tantum agere in virtute illius. de necessitate prius natura attingit effectum quàm secunda causa. vt infra exposui. distinct. 44. Probatur: quia entitas primi in agendo non dependet ab aliquo. secunda causa in agendo dependet ab illo: & etiam in essendo: & per consequens præsupponit ipsum primum. Cum ergo in illo priori agat de necessitate naturæ, & est perfectissimum agens. ergo in illo priori producit immediatè effectum perfectissimum, quem potest producere: quia da oppositum. sequitur quòd non erit perfectissimum agẽs: & quod non erit infiniti vigoris, vt supponimus. Si enim oporteret ipsum expectare secundam causam tunc videretur dependere à secunda causa: & sic nõ esset perfectissimum actiuum. Immo ex quo est prius secundum entitatem omni causa secũda: erit etiam prius secundum causalitatem omni causa secunda: præsertim si ponatur ipsum agere de necessitate. Et ideo videtur implicatio contradictionis concedere primum agere independenter, & secundam causam agere tantum dependenter, & ipsum agere de necessitate naturæ: & concedere similiter quòd secunda causa mouetur à prima: & per prius quàm ipsa causet: & quòd intelligatur primum effectiuum non agere prius ad effectum, quàm causa secunda. Sed nullum horum inconuenientium sequitur ponendo ipsum agere contingẽter. vt exposui. d. 24. primi.

CIRCA solutionem istarum quæstionum. Diuiditur hic articulus in duos articulos principales. Primus est de contingentia. Secundus est quomodo cum contingentia stet certitudo, & infallibilitas diuinæ scientiæ.

Passiones entis aliqua

QVANTVM ad primum. Notanda sunt plura dicta quorum.

sunt simplices aliqua disiuncta.

¶Primum est de passionibus disiunctis: passiones disiunctæ circumloquuntur aliquam passionẽ conuertibilem cum ente, vt necessarium, vel possibile: non tamen sic intelligendo quòd totum disiunctum possit esse vnum incomplexum, nec unum totum incomplexum includens: immo necessario plura incomplexa includit: sed dicitur circumloqui, quia habetur loco vnius incomplexi. Et in syllogismo demonstratiuo potest demonstrari: ac si esset vnum incomplexum, sic arguendo. Omne ens est necessariũ, vel possibile: sed lapis est ens. ergo lapis est necessarius, vel possibilis. Sed loquẽdo de passionibus entis incomplexis, illæ secundum se sunt conuertibiles cum ente. vt vnum, verum, bonum, & huiusmodi: passio vero disiuncta tantum conuertitur ratione totius disiuncti & non ratione alicuius partis tantum: vt patet: quia hæc est vera. omne ens est necessarium, vel possibile, & hæc falsa. omne ens est necessarium. & similiter ista. omne ens est possibile. Est etiam forte alia differentia inter passionem incõplexam, & passionem disiunctam: quia passio incõplexa conuertitur cum ente, vt est indifferẽs ad omnia inferiora, non addendo signum distributiuum. vt ens est vnum, verum, bonum: tamen hæc non est vera absolute. ens vt ens est necessarium, vel possibile. Abstrahit enim ab vtroque: licèt enim omne ens sit necessarium, vel possibile: non tamen ens vt ens. sicut etiam hæc est vera. omne animal est rationale, vel irrationale: non tamen hæc est vera. animal, vt animal est rationale, vel irrationale.

Dña inter passiones disiunctas & incõplexas.

¶Secundum dictum est ibi. Passiones autem entis conuertibiles immediate dicuntur de ente, idest quòd vnum quod est passio entis conuertibilis inest enti immediate, & non per aliquod medium quod sit inter ens & vnum: loquendo de medio quiditatiuo quod est diffinitio: quia nec ens vt ens est diffinibile, nec aliqua passio entis: cum sint conceptus simpliciter simplices. Nec obstat, quod supradictum est de subiecto Theologiæ, quòd passio entis est demõstrabilis de seipso per rationem entis: quia accipitur ibi ratio entis pro entitate simpliciter simplici ipsius entis, quæ est causa immediata passionis: & sic ipsa entitas est principium demonstrandi.

Ponentes ordinẽ inter passiones vt facit Anonius Andreas habẽt dicere, quòd nõ est ordo causalitatis, sed est ordo effectuũ, de quo ordine effectuũ mẽtionẽ facit Sco. in 1. d. 27. & 2. d. 1. q. 1. & d. 9. 13 & 25. & in 4. dist. q. 6. & 7. & quolibet. & sic patet ad præsens dubium satis, difficile autem Scotistas.

¶Tertium dictum est ibi. Si etiam sit aliqua passio entis non prima &c. Hic Doc. dubitatiue loquitur: an scilicet sit ordo inter passiones entis ordo. s. prioris, & posterioris: licet aliqui imitatores Scoti velint inter eas ponere ordinẽ: sed difficile esset eis hoc probare. Posito tamen quòd inter eas sit ordo: non est tamen verisimile vnam passionem demonstrari de ente per aliam passionem: quia esset difficile videre quæ esset prima passio, quæ esset medium demonstrandi alias posteriores. Dato etiam quòd sciretur quæ prima, & quæ secunda: adhuc præmissæ non essent multum euidentiores cõclusione. Posito enim quòd vnitas sit prima passio entis, & bonitas secũda, & arguatur sic Omne vnum est bonum. ens est vnum. ergo ens est bonum. Patet quòd præmissæ non sunt euidentiores conclusione.

¶Quartum dictum est: licet totum disiunctum sit conuertibile cum ente, & demonstrabile de ente non tamen aliquod membrum illius disiuncti: sed quando membrum ignobilius demonstratur de aliquo ente, concluditur membrum nobilius de aliquo alio ente. vt si aliquod ens est finitum. ergo aliquod ens est infinitum: quia imperfectius non posset inesse alicui, nisi perfectius inesset alicui à quo imperfectius inest alteri: sed econuerso. perfectius inest alicui. ergo imperfectius inest alicui? non sequitur nisi essent correlatiua. Non credo tamen, quòd absolute teneat hęc consequentia. aliquod ens est finitũ. ergo aliquod ens est infinitũ: quia statim

poſſet demonſtratiue oſtendi infinitas intenſiua: cuius oppoſitum dictum eſt ſupra diſtinct. ſecunda, parte prima, quæſt. prima. Nec Doct. (ut ibi dixi) demonſtrat hoc per rationes vere demonſtratiuas: ſed per quaſdam perſuaſiones: vt ibi patet. Præſupponit ergo hic Doct. quòd infinitas non repugnet enti: & tunc ſequitur aliquod ens eſt finitum. ergo aliquod eſt infinitum.

¶ Si dicatur. quòd ens infinitum neceſſario depẽdet ab infinito. vt videtur innuere in littera.

¶ Dico quòd non ſequitur: ſed bene ſequitur, ꝙ accepto ente finito pro eo ie imperfecto, ꝙ ſi eſt ens imperfectum. ergo erit ens perfectum: & illud perfectum non oportet eſſe formaliter infinitum. (Poſito quòd infinitas intenſiua repugnet enti) ſed ſufficit quòd ens perfectiſſimum ſit inter omnia entia.

¶ Quintum dictum eſt ibi. Nec etiam iſta pars disiuncti, quòd eſt contingens poſſet demonſtrari de aliquo ſuppoſito neceſſario, & ideo videtur iſta aliquod ens eſt contingens eſſe vera primo, & non demonſtrabilis propter quid. Ideo Philoſophus arguens contra neceſſitatem futurorum non deducit ad aliquid impoſſibilius Hypoteſi, ideſt quòd quando Philoſophus in lib. Perhyer. arguit quòd futura nõ de neceſſitate fiunt: arguit ex Hypoteſi, ideſt ſuppoſito quòd futura ſint neceſſaria, ſiue quòd neceſſario eueniant, & infert ex illo ſuppoſito inconueniẽs illud, ſcilicet quòd non oporteret conſiliari &c. ſed illud inconueniens non eſt ex natura rei maius, quã ſuppoſitum, ſcilicet quo ad nos. Deducit ergo ad hoc inconueniens, ſcilicet quòd non oporteret negociari &c. quod ſcilicet eſt impoſſibile nobis manifeſtius. Et ideo negantes talia manifeſta indigent pœna, vel ſenſu. quia ſecundum Aui. primo Metha. cap. primo. Negantes primum principium ſunt vapulãdi, vel exponendi igni, quouſque concedant ꝙ non eſt idem comburi, & non comburi: vapulare & non vapulare: & ita etiam iſti qui negant aliquod ens contingens exponendi ſunt tormentis: quouſq; concedant quòd poſſibile eſt eos non torqueri.

Negãtes primũ principium ſunt vapulandi.

¶ Suppoſito ergo iſto tanquam manifeſto vero, ꝙ aliquod ens eſt contingens: inquirendum eſt quomodo poſſit ſaluari cõtingentia in entibus. Et dico propter rationes factas ſupra diſtinct. 2. & diſtin. 8. quòd prima contingentia eſt quærenda in voluntate diuina.

¶ Sextum dictum. Prima ratio contingentis eſt in diuina voluntate contingenter cauſante: quia niſi illa contingenter cauſaret, nihil contingenter cauſaretur. vt ſupra patuit locis præallegatis. Nec contingentia poteſt eſſe in diuino intellectu: quia ille neceſſario operatur quicquid operatur. vt ſupra patuit diſt. 3 quæſt. 4. Et dicit Doct. quòd ad vidẽdum cõtingentiã in diuina voluntate, primo videndũ eſt de voluntate noſtra. Et declarat tria. Primum ad quæ ſit libertas voluntatis noſtræ. Secundum qualiter iſtam libertatem ſequatur contingentia. Tertiũ de logica diſtinctione propoſitionum quomodo exprimitur contingentia ad oppoſita.

De contingentia volũtatis noſtra

QVANTVM ad primum dicit Doct. ſic. quòd voluntas inquantum eſt actus primus, libera eſt ad oppoſitos actus, ideſt quòd voluntas vt conſideratur vt principium operatiuum, libera eſt ad oppoſitos actus, ſcilicet poſitiuos. videlicet ad velle & nolle: ſiue ad diligere, & odire, quæ important idem. vt patet à Doct. in ſecundo diſtinct 6. quæſt. 2. & in tertio diſtinct. 30. Sequitur. Libera etiam eſt mediantibus illis actibus oppoſitis ad oppoſita obiecta, in quæ tendit. puta diligere vnum obiectum, & aliud odire: ita quòd vnum habeat rationem dilecti, & aliud rationem oditi. Sequitur. Et vlterius ad oppoſitos effectus quos producit: & hoc mediantibus potentijs exterioribus, quibus poteſt imperare: vt facere aliquod corporale, quod diligit, vel vult eſſe in rerum natura. Et deſtruere aliquod corporale, quod odit eſſe in rerum natura. Sequitur. Prima libertas habet neceſſario imperfectionem annexam, ſcilicet potentialitatem paſſiuam voluntatis, & mutabilitatem. patet, quia ſi poteſt in oppoſitos actus, qui recipiuntur in ea, & non ſimul ſed ſucceſſiue: ideo quia recipiuntur propriè notatur ibi potentialitas, quia vero ſucceſſiue recipiuntur notatur mutabilitas: & etiam notatur mutabilitas: quia tranſijt à priuatione vnius actus ad illum recipiendum. Sequitur. Tertia libertas non eſt prima: quia etſi per impoſſibile nihil efficeret extra: adhuc inquantum voluntas poſſet libere tendere in obiecta: & ſic habere velle, & nolle abſque hoc, quòd nihil efficeret extra. Sequitur. Media autem ratio libertatis ipſa eſt ſine imperfectione, immo neceſſaria ad perfectionem: quia omnis potentia perfecta poteſt tendere in omne illud, quod eſt natum eſſe obiectum talis potentiæ. ergo volũtas perfecta poteſt tendere in omne illud quod natum eſt eſſe volibile. Libertas igitur prima ſine imperfectione inquantum libertas eſt ad oppoſita obiecta in quæ tendit: cui vt ſic accidit, vt oppoſitos effectus producat.

DE SECVNDO, ſcilicet qualiter iſtam libertatem ſequatur contingentia. Dicit Doct. quòd loquendo de libertate ſecundo modo in nobis, quæ eſt ad oppoſita obiecta in quæ tendit: concomitatur vna potentia ad oppoſita manifeſta: licèt enim in ea non ſit potentia ad ſimul velle, & non uelle: quia hoc nihil eſt: quum illud quod includit incompoſſibilia, ſiue contradictoria, nihil ſit ſimpliciter. Vnde Sco. in quolib. quæſt. tertia, dicit quòd illud quod implicat contradictionem eſt veriſſime nihil: & non ſolum illud: ſed etiam quia illud excludit omne eſſe extra intellectum, & in intellectu quod enim eſt ſic includens contradictionem, ſicut non poteſt eſſe extra animam: ita non poteſt eſſe aliquid intelligibile, vel ens aliquod in anima: quia nunquam contradictorium cum contradictorio conſtituit unum intelligibile: nec ſicut obiectum cum obiecto: neque ſicut modus cum obiecto. Sic tamen intelligendo, quòd implicans contradictionem non intelligitur certitudinaliter, & cum aſſenſu tanquam obiectum unum. ut dicit Doct. ubi ſupra & ut ſic non eſt unum intelligibile: licèt forte poſſet intelligi indeterminate, & ſine aſſenſu, & ut repugnans in ſe: & per cõſequens ſequitur quòd tale repugnans ſi non poteſt eſſe unum intelligibile cum aſſenſu: quòd multo minus nec erit uolibile: & ſic in uoluntate non eſt potentia ad ſimul uelle, & non uelle. Sequitur. In ea tamen eſt potentia ad uelle, poſt non uelle: ſiue ad ſucceſſionem actuum oppoſitorum: & iſta potentia eſt manifeſta in omnibus mutabilibus ad ſucceſſionem oppoſitorum in eis. Tamen eſt & alia non ita manifeſta abſque omni ſucceſſione. Ponendo enim uoluntatem creatam tantum habere eſſe in uno inſtanti: & quòd ipſa in illo inſtanti habeat hanc uolitionem non neceſſario haberet eam. Probatio. Si enim in illo inſtanti haberet eam neceſſario: cum non ſit cauſa niſi in illo inſtanti, quando cauſaret eam. ergo uoluntas ſimpliciter, quando cauſaret eam neceſſario cauſaret. Nõ enim modo eſt cõtingẽs cauſa quia præexiſtebat ante illud inſtans in quo cauſat. & tunc ut præexiſtens potuit cauſare, uel non cauſare: quia ſicut hoc ens quando eſt: eſt neceſſarium, uel contingens: ita cauſa quando cauſat: cauſat neceſſario, uel contingenter:

Quid ſit illud ꝙ implicat contradictionem.

ex quo in isto instanti causat hoc uelle, & non necessario: ideo cõongenter. Est ergo potentia huius causæ ad oppositum eius quod causat sine successione idest, quòd in eodem instanti quo producit hoc: posset producere oppositum quia antequam determinauit se ad producendum illud potuit se determinare ad producendum oppositum illius. Licet nunc legam Scotum: si tamen noluissem: nunc nõ legerem. Est tamen impossibile, quod ego simul legam vobis Sco. & non legam: quia hoc nihil est: vt dixi parum supra. Sequitur. Et ista potentia realis est potentia prioris naturaliter, vt actus primi ad opposita, quę sunt posteriora naturaliter, vt actus secundi. Actus enim primus consideratus in illo instanti in quo est prior naturaliter actu secundo ita ponit illum inesse tanquam effectum suum contingentem, quòd vt prior naturaliter posset æque ponere aliud oppositum inesse. De hoc tamen vide diffuse in secundo distinct. quinta, in qua quæritur an voluntas potuit peccare in primo instanti, in quo habuit esse. & in distinct. 25. & in quoli. aliqualiter. quæst. 16. Deinde infert Doct. quòd hanc potentiam realem actiuam priorem naturaliter ipso quod producitur: concomitatur potentia logica quæ est non repugnantia terminorum. Voluntati enim vt est actus primus, etiam quando producit hoc velle: nõ repugnat oppositum velle, idest quòd voluntas pro quocunque instano sicut potest producere oppositum: non intelligendo quòd simul possit producere vtrunque: sed quòd in illo instanti: puta a. sicut habet in potestate sua posse producere velle: ita habet in potestate sua posse producere oppositum: sicut enim in instanti a. potuit producere velle. ita potuit producere oppositum illius. Et quando dicit, quòd quando producit hoc velle, quòd tunc non repugnat sibi oppositum velle. Hoc ideo verum est: quia vt producit semper est prior natura producto. vt patet à Doc. in secundo. & ideo sibi in tali priori non repugnat oppositum: Tum etiam quia contingentia voluntatis, nunquàm attenditur ante productionem: sed tantum quando producit. dicitur enim contingenter se habere quando actu producit effectum. vt patet à Doct. in secundo & ideo quando producit velle, tunc potest producere oppositum: non tamen simul producit vtrunque &c. Sequitur. Libertatem igitur voluntatis nostræ inquantum est ad oppositos actus concomitatur potentia tam ad opposita successiue (ita quòd pro instanti a. potest producere velle & pro alio instanti oppositum) quàm ad opposita pro eodem instanti. vt supra patuit. Semper enim voluntas est naturaliter prior actu etiã in eodem tempore quo actus elicitur & inquantum sic prior est sufficienter causa libera, & contingens. & econtra oppositum posset ponere in actu: licet illa duo opposita sint simul incompossibilia.

Volũtas est naturaliter prior actu.

DE TERTIO principali, scilicet de distinctione logica & cæt. Hic ponit duas conclusiones. Prima est de voluntate pro alio & alio instanti, & est ista voluntas volens a. potest non velle a. est vera in sensu diuisionis, vt possibilitas significatur ad opposita successiue: quia voluntas volens pro a. potest non velle pro b. Secunda est de voluntate pro eodem instanti: & est ista voluntas non volens pro a. potest velle pro a. est vera in sensu diuisionis. Et infra declarat Doct. quomodo sint vere in sensu diuiso: non autem in sensu composito. Nam cum dico voluntas volens a. potest non velle a. in sensu diuiso, notatur quòd pro quocunque instanti inest voluntati. velle a. potest sibi inesse non velle a. & tunc non sequitur, quòd possit simul velle a. & non velle a. Cum enim dicimus voluntas volens a. potest non velle a. in sensu diuiso: non intelligitur quòd simul velit a. & non velit a. quia hoc est simpliciter impossibile: sed sic intelligitur, quòd si velle a. non inesset: in eodem instanti posset non velle a. inesse voluntati. In sensu tamen composito esset falsa: quia esset sensus quòd voluntas in instanti b. simul vellet a. & non vellet a. & sic esset vna cathegorica cuius subiectum est voluntas volens a & prædicatum non volens a. & tunc attribuit hoc prædicatum possibiliter. hoc est cum modo possibilitatis subiecto cui omnino hoc prædicatum repugnat, scilicet nolens a. & per consequens impossibiliter sibi conuenit. quod notatur possibiliter conuenire. Hoc enim prædicatum nolens a. notatur posse simul conuenire huic subiecto: voluntas volens a. quod tamen prædicatum omnino sibi repugnat stante tali subiecto. Sicut hic: album potest esse nigrum, in sensu composito: hoc prædicatum esse nigrum denotatur simul posse inesse huic subiecto album: & sic duo contraria simul posse verificari de eodem. Sed in sensu diuiso sunt duæ cathegoricæ enunciantes de voluntate duo prædicata. in vna propositione de inesse enunciatur de voluntate hoc prædicatum velle a. quæ cathegorica intelligitur per compositionem implicitam. & in alia cathegorica de possibili enunciatur possibiliter non velle a. Et est sensus. voluntas vult a. & voluntas potest non velle a præexposito modo. vna enim istarum propositionum non repugnat alteri pro eodem instano. Nam voluntati isti in eodem instanti conuenit velle a. cum possibilitate ad oppositum pro eodem instanti, sicut significat ista de possibili. Exemplum huius distinctionis est in ista. omnis homo qui est albus currit: quæ posito isto casu quòd omnes homines albi currant, & non nigri, nec medij: vera est in sensu compositionis, & falsa in sensu diuisionis. in sensu compositionis est vna propositio habens vnum subiectum determinatum per hoc qui est albus. in sensu diuisionis sunt duæ propositiones enunciantes duo prædicata de eodem subiecto: & sensus est: quòd omnis homo est albus, & omnis homo currit. Similiter patet exemplum sequens. omnis homo qui est albus necessario est animal: quæ in sensu compositionis est falsa: quia prædicatum non necessario conuenit toti subiecto. In sensu vero diuisionis vera &c.

Explanatio de sensu diuiso & composito.

Exemplum.

Exemplum.

¶SED CONTRA istam distinctionem arguitur tripliciter. quòd ipsa non sit logica: nec quòd potentia aliqua sit pro aliquo instanti ad oppositum eius quod inest in illo instanti. Primo arguitur per Philosophum primo Perhyer. cap. vlt. Omne quod est quando est necesse est esse. sed nunquam aliquid est nisi quando est. igitur semper necesse est esse: & sic in rebus nihil est contingenter: & sic voluntas nihil potest contingenter producere.

¶Respondet Doct. dicens quòd illa propositio Philosophi potest esse cathegorica, uel hypotetica, sicut & ista animal currere, si homo currit, est necessarium. hæc quidem secundum quòd conditionalis est: est distinguenda secundum quòd necessariũ potest dicere necessitatem consequentiæ, uel consequentis. primo modo est uera. secundo modo falsa. Primo modo sensus est. quòd si homo currit, necessario sequitur, quòd animal currit: uel sensus est quòd ista consequentia est necessaria. homo currit ergo animal currit. Secundo modo sensus est. si homo currit, hoc consequens est necessarium scilicet animal currit: & hic sensus est falsus: quia animal currere semper est contingens. stat enim aliquam consequentiam esse necessariam: cuius tam antecedens, quàm consequens sunt contingen-

Declaratio singularis philosophi.

tia vt patet. Sequitur. Secundum autem quòd est cathegorica, sensus est. hoc totum currere si homo currit: prædicatur de animali cum modo necessitatis; & est vera, quia prædicatũ sic determinatum necessario inest subiecto licet nõ ꝑdicatũ absolute. Vult dicere Doct. quòd hoc totum scilicet currere, si homo currit, prædicatur de animali cum modo necessitatis. Nam hoc prædicatum scilicet currere absolute sumptum, non necessario inest animali: tamen vt sumptum cum ista determinatione scilicet si homo currit, tunc necessario inest animali, & significat vt est cathegorica, quòd animali necessario inest currere si homo currit, & ista est vera de necessario, non tamen sequitur, ergo animal currere est necessarium? quia arguitur à secundum quid ad simpliciter. vt patet. Sequitur. Ita dico hic, quòd si ista propositio. Nunc Doct. applicat supradicta ad propositum dicens. quòd si ista propositio philosophi accipiatur vt est hypotetica temporalis: tunc necessitas, aut notat necessitatem concomitantiæ vel concomitantis. Primo modo est vera, secundo modo falsa. Et accipitur necessitas concomitantiæ pro necessitate consequentiæ: & concomitantis pro necessitate consequentis. primo modo est sensus. omne quod est quando est: necessario sequitur ipsum esse, & tunc propositio est vera. secundo modo est sensus. omne quod est: quando est, necessario est, & tunc est falsa. Patet quia aliquid quod est contingens est: & tamen non est necessario: immo in quocunque instanti est contingenter est. Deus enim pro quocunque instanti posset annihilare. Sequitur Si autem accipiatur vt est cathegorica: tunc hoc: ꝙ est quando est: non determinat compositionem implicitam in hoc: quod est: sed compositionem principalem significatam per hoc: quod est esse: & tunc prædicatum hoc esse quando est: denotatur dici de subiecto quod est, cum modo necessitatis: & sic est propositio vera. Vult dicere, quòd quando hoc prædicatum esse determinatum per, ly, quando est: dicitur de subiecto, cum modo necessitatis: tunc est sensus. omne quod est quando est, necesse est esse: ita ꝙ hoc totum quando est necesse est esse: dicitur necessario de eo, quod est: & talis necessitas est necessitas secundum quid, & sic non sequitur ex hoc. ergo omne quod est, necesse est esse: sed est fallacia secundũ quid ad simpliciter: quia iste terminus esse simpliciter sumptus prædicatur de subiecto cum modo necessitatis, & sic propositio isto modo est falsa. Sequitur. Nullus igitur sensus verus huius propositionis denotat, quòd esse aliquid in instanti in quo est: sit simpliciter necessarium: sed tantum ꝙ sit necessarium secundum quid. s. quando est, & cum hoc stat quòd in illo instanti in quo est sit simpliciter cõtingens: & per consequens quòd in illo instanti posset oppositum illius inesse.

Proprium Dei solum est anihilare.

¶ Secundo principaliter arguit Doct. per vnam regulam artis obligatoriæ scilicet posito falso contingenti de præsenti, est negandum ipsum esse: sed nullum possibile est negandum. ergo falsum contingẽs pro instanti in quo est necessario est, & probatur illa regula per hoc, quòd illud positum sustinendum est tanquam verum: non autem est verum possibile pro illo instanti pro quo est positum, quia si esset possibile pro illo instanti. ergo posset esse verum: & tunc esset, vel per motum, aut per mutationem: nõ per motum: quia non est in instanti: nec per mutationem, quia mutatio non est in aliquo instanti ad oppositum eius quod tunc inest.

¶ Respondet Doct. dicens quòd illa regula est falsa, & probatio non valet: quia licèt positum debeat sustineri sicut verum: potest sustineri pro illo instanti non negando illud instans esse pro quo est falsum, quia non sequitur: est falsum pro illo instanti: ergo est impossibile. sicut innuit illa ꝓbatio. patuit enim supra quomodo voluntas volens. a. potest non velle. a. ideo non sequitur. voluntas in illo instanti. a. vult. b. ergo simpliciter impossibile velle oppositũ? non sequitur vt patuit. Et cum dicit illa positio de illa regula. Si potest esse verum pro illo instanti &c. Dicit Doct. quòd nec sic nec sic, quia ista possibilitas ad veritatem eius non est possibilitas aliqua cum successione, vt alterum post alterum insit: sed est potentia ad oppositum huius quod inest alicui inquantum est prior naturaliter illo actu. vt supra expositum est.

¶ Tertio principaliter arguit sic. Si pro aliquo instanti sit potentia ad aliquid, cuius oppositum inest: aut ista est potentia cum actu, aut ante actum? Non cum actu patet. Nec ante actum: quia tunc esset ad actum pro alio instanti quam pro quo inest illa potentia.

¶ Respondet Doct quòd est potentia ante actum: accipiendo, ly, ante: tantum ordine naturæ: & hoc satis supra expositum est: quia illud quod præcedit naturaliter istum actum, vt præcedit actum naturaliter posset esse cum opposito illius actus.

Quo potentia sit ante actum.

¶ Ibi. Quarto obijcit contra illud: quia si potest velle. a. pro hoc instanti, & non vult. a. pro hoc instãti. ergo potest non velle. a. pro hoc instanti: quia ad illam de inesse sequitur illa de possibili: & tunc videtur sequi, quòd possit velle. a. & non velle. a. simul pro eodem instanti.

¶ Respondet secundum philosophum. 9. Methatex. Commen. 10. & decimi septimi. ꝙ habens potentiam ad opposita si faciat vt faciendum habet potentiam: non autem vt potentiam habet faciendi idest si aliquid simul habet potentiam faciendi opposita: tunc exeundo in opus, debet exire sicut faciendi habet potentiam idest sicut factibilia patiuntur: quia non simul possunt esse: & non debet in opus exire sicut potentiam habet faciendi idest simul vtrunque facere: sicut simul habet potentiam faciendi vtrunque: quia simul habeo potentiam: sed non ad opposita simul: quia referendo illum modum simul ad potentiam tunc est vera: sed referendo illum modum ad opposita tunc est falsa. Nõ sequitur ergo. potest velle. a. pro hoc instanti & potest nolle. a. pro hoc instanti. ergo potest nolle & velle simul in hoc instanti: habet tamen simul potentiam ad vtrunque diuisim, idest quod illorum voluerit: sed non ambo simul. Et exemplum de permanentibus positum in littera est multum ad propositum: quia hoc corpus potest esse in hoc loco in a. instanti, & aliud corpus potest esse in eodem loco in a. instanti. igitur ista duo corpora possunt simul esse in eodem loco in a. instanti. non sequitur? ita enim hoc corpus potest esse ibi, quòd potest illud corpus non esse ibi, & econuerso. Et ideo non sequitur: si potentia est ad vtrunque pro eodem siue instanti, siue in loco. ergo ad ambo simul? sed fallit quandocunque vtrumlibet illorum duorum excludit alterum: ita etiam non sequitur &c.

IVXTA prædicta de voluntate nostra videnda sunt quædam de voluntate diuina: & ponuntur aliquæ conclusiones.

¶ Prima conclusio. Voluntas diuina non est libera ad diuersos actus: quia voluntas diuina habet tantum vnum actum, & non plures, vt satis patuit supra distinct. 2. quæst. 1. eodem enim modo probatur vnitas numeralis actus voluntatis diuinæ quo probatur vnitas numeralis actus intelligendi intellectus diuini. Si enim esset libera ad actus oppositos: puta ad velle & nolle: tunc esset imperfectio; sicut etiam patuit de voluntate nostra.

Prima conclusio.
Voluntas diuina habet vnũ actum.

Volun-

Voluntas enim nostra non posset esse libera ad diuersa obiecta, nisi esset libera ad diuersos act⁹: quia quilibet actus voluntatis est limitatus respectu sui obiecti. Sed actus uoluntatis diuinæ cum sit formaliter infinitus: est simpliciter illimitatus: & sic idem actus numero poterit esse ad diuersa obiecta: immo eodem actu potest uelle infinita obiecta. Et sic eodẽ actu omnes creat: omnes conseruat: omnes prædestinat, quos vult: omnes reprobat, quos vult: & simpliciter eodem actu numero omnino eodem ex natura rei (licet fortè diuerso propter diuersos respectus) facit quicquid facit. Ipsa etiam voluntas diuina est libera ad diuersos effectus: sed hęc non est prima libertas: sicut nec in nobis. vt supra patuit. Remanet ergo libertas illa, quæ est per se perfectionis, scilicet ad obiecta opposita: ita quòd sicut voluntas nostra potest diuersis volitionibus tendere in diuersa volibilia: ita voluntas diuina potest vnica volitione simplici illimitata tendere in quæcunque volibilia: ita quòd si volitio illa esset tamen vnius volibilis, & non posset esse oppositi: quod tamen est de se uolibile: hoc esset imperfectionis in voluntate: sicut deductum est prius de voluntate nostra.

Secunda conclusio. Voluntas nostra cum sideratur tripliciter. ¶Secunda conclusio. Voluntas nostra consideratur tripliciter. Primo ut productiua, siue elicitiua actuum. Secundo, vt receptiua actuum. Tertio, vt operatiua, idest inquantum per actus attingit obiecta volibilia: & hoc tertio modo dicitur voluntas, vt qua habens formaliter operatur: sicut etiam primo modo dicitur voluntas vt qua habens ipsam producit actus: & secundo modo dicitur voluntas ut qua habens recipit actus. Ipsa enim est ratio formalis supposito habenti eam producendi actus: & recipiendi: & similiter operandi. Tamen hoc tertio modo attenditur magis proprie libertas uoluntatis: quia hoc modo est qua habens operatur formaliter circa obiecta uolibilia. Est enim ipsa quæ suppositum formaliter uult obiecta volibilia. Et hoc modo ponitur libertas in uoluntate diuina per se, & primo supple inquantum est operatiua: licet ipsa non sit productiua operationis suæ: quia tunc realiter distingueretur. Nec similiter sit receptiua, quia hoc est imperfectionis: quia diceret potentialitatẽ. Addit etiam quòd non est necesse, si uoluntas diuina uult res quòd ex hoc res actu existant: quia in æternitate uoluit quicquid uult, ut infra patebit di. 45. & tamen res non fuerunt ab æterno: tamen bene sequitur, quòd si uult aliquid extra se: quòd illud producat saltem secundum quid scilicet in esse uolito: & sic ab ęterno produxit quæcunque uoluit in esse tantum uolito, quæ dicitur productio secundum quid.

Tertia conclusio. Voluntas diuina nihil necessario vult nisi essentiam diuinam. ¶Tertia conclusio. Voluntas diuina nihil necessario uult nisi essentiam diuinam, & omnia intrinseca illi essentiæ: alia autem quæ sunt extra essentiam suam, uult tantum contingenter. Prima pars huius conclusionis scilicet, quod uelit necessario essentiam, &c. supra patuit distinct. 10. quæst. prima. quomodo cum necessitate stet libertas uoluntatis: & magis patebit in quol. quæst. 16. Secunda pars, scilicet quòd omnia alia tantum contingenter uelit: satis ostensum est supra. distinct. secunda. quæst. prima. distinct. 8. q. ult. & aliqualiter distinctio. 10. & patet etiam in secundo distinct. prima. quæst. prima. & distinct. 37. & in quolib. quæst. 16. Et hic simpliciter patet quomodo cõtingenter se habet ad quodlibet aliud à se: ita quòd etiam posset esse oppositi: modo præexposito, ut scilicet considerando ipsam ut est prior naturaliter tendentia in illud obiectum: nec solum ipsa in uolitione prior est naturaliter suo actu: sed etiam inquantum est uolens: quia in eodem instanti quo uult: puta a. posset oppositum uelle potentia logica, quæ est non repugnantia terminorum: & reali potentia: scilicet ex naturali prioritate ad suum actum. Ipsa enim uoluntas diuina existens actu sub uolitione, qua primo uult essentiam diuinam est prior naturaliter tali tendentia: quia ipsa volitio in se est naturaliter prior omni tendentia, quia tendit in alia à se: tendentia enim ipsa est simpliciter posterior, & ideo in eodem instãti quo tendit in obiectum aliquod volendo ipsum posset non tendere, vt patuit.

VISO de contingentia rerum quantum ad existentiam, & hoc considerando respectu voluntatis diuinæ: restat videre secundum principale: qualiter cum hoc stet certitudo scientiæ eius. Hoc potest poni dupliciter. Vno modo per hoc, quòd intellectus diuinus videt determinationem voluntatis diuinæ. videlicet illud fore pro a. quia voluntas diuina determinauit illud fore pro a. scit enim illam voluntatem esse immutabilem, & non impedibilem.

¶Secundo modo potest dici aliter: quia ista via videtur ponere quendam discursum in intellectu diuino, quasi ex intuitione determinationis voluntatis, & immutabilitatis eius concludat hoc fore. Non tamen Doct. improbat hunc modum dicendi: nec reputo inconueniens ponere in Deo huiusmodi discursum. vt satis supra exposui in quæstione illa an Theologia sit scientia. vide in prologo. Ponit tamen alium modum, scilicet quòd intellectus diuinus aut offert simplicia quorum vnio est contingẽs in re: aut si offert complexionem offert eam vt neutram: & voluntas eligens vnam partem, scilicet coniunctionem istorum pro aliquo nunc in re facit illud determinate esse verum: hoc erit pro a. hoc autem existente determinate vero: essentia est ratio intellectui diuino intelligendi istud verum: & hoc naturaliter quantum est ex parte essentiæ: ita quòd sicut naturaliter intelligit omnia principia necessaria, quasi ante actum voluntatis diuinæ: quia eorũ veritas non dependet ab illo actu voluntatis diuinę. vt supra patuit dist. 3. quæst. 4. & dist. 35. Ita essentia diuina est ratio cognoscendi ea in illo priori instanti naturæ, quia tunc sunt vera, non quòd illa vera moueant intellectum diuinum, nec etiam termini eorum: quia tunc vilesceret. Sed sicut essentia diuina est ratio cognoscendi simplicia: ita & complexa talia. tunc autem scilicet in illo priori instanti naturæ non sunt vera contingentia: quia nihil est tunc per quod habeant determinatam veritatem. Posita autem determinatione voluntatis diuinæ iam sunt vera, scilicet pro illo secundo instanti: & hoc idem erit ratio intellectui diuino intelligendi ista: quòd erat in primo: & si ista contingentia fuissent vera in illo primo instanti: tunc fuissent cognita, & essentia diuina fuisset ratio cognoscendi. ergo in illo secundo instanti, in quo sunt vera essentia diuina est ratio cognoscendi ipsi intellectui diuino. Exemplum clarum est in litera.

CONTRA hanc positionem arguit Ocham. Et primo contra hoc, quod dicit quòd secundam libertatem voluntatis consequitur vna potentia ad opposita non manifesta, quæ est ad opposita obiecta sine successione. *Ocham in 1. di. 38. arguit cõtra.* Hoc enim non videtur verum: cuius ratio est: quia illa potentia quæ per nullam potẽtiam etiam infinitam, potest reduci ad actum non est potentia: sed per nullam potentiam potest ista potentia non manifesta reduci ad actum: quia si reducatur. ergo voluntas vult aliquid pro a. & non vult pro a. & ita manifesta contradictoria sunt vera.

¶Si dicatur quòd si reducitur ad actum iam non est hæc vera. voluntas non vult hoc pro a. nec etiam ista voluntas vult hoc pro a. quia eo ipso quòd voluntas non vult hoc pro a. sequitur, quòd hæc nõ est vera voluntas vult hoc pro a.

¶Contra, hoc est communiter concessum à phisicis & Theologis, quòd Deus non potest facere de præterito non præteritum, quin sit postea verum dicere quòd fuit præteritum. ergo cum per positū hæc sit determinatæ vera voluntas vult hoc pro a.& per consequens hæc semper erit postea vera: & nunquam hæc fuit vera. voluntas non vult hoc pro.a. ergo postea hæc semper fuit impossibilis. voluntas nō voluit hoc pro.a. Et vltra. ergo modo postea est verum, quòd hæc nunquam potuit esse vera in illo instanti in quo sua opposita fuit vera: quia propositio vera fuit impossibilis frequenter.

¶Si dicatur, quòd illa potentia potest reduci ad actum: quia potest cessare ad hoc pro. a.

¶Respondeo, ꝙ hoc non valet: quia ista potentia ad opposita est manifesta, & cum successione. Nam in vno instanti hæc est vera voluntas vult hoc pro.a. sed ꝙ in eodem instanti sint ambę veræ per quacunque potentiam est omnino impossibile: sicut impossibile est quòd hæc sit primo vera. voluntas creata vult hoc pro a.& quòd postea sit hæc vera. voluntas nunquam voluit hoc pro.a. & ita in creaturis est vniuersaliter verum, ꝙ nunquam est potentia ad opposita obiecta sine successione non magis quam ad oppositos actus: immo per idem argumentū probari potest potentia ad oppositos actus voluntatis creatæ sine successione, & ad opposita obiecta. Nec ratio sua concludit: quia concedendum, ꝙ volūtas quæ causat contingenter causat. Sed ista potest habere duas causas veritatis, vel quia possibile est, ꝙ in eodem instanti sit verum dicere ꝙ non causet: & hoc est impossibile: quia posito ꝙ in aliquo instanti sit causans impossibile est, ꝙ in eodem instanti sit non causans. Vel dr̄ causare contingenter, quia libere sine omni variatione adueniente sibi vel alteri: & nō per cessationē alterius causæ potest cessare ab actu in alio instanti: ita ꝙ in alio instanti sit non causans: & isto modo voluntas causat contingenter. Non sic autē est causa naturalis: quia causa naturaliter agens semper agit, nisi ipsa mutetur: vel aliqua nouitas fiat circa ipsam: vel quia aliqua causa cessat causare: vel per aliquem alium modum, sine quo omnino potest voluntas sola sua libertate cessare ab actu.

Volūtas quæ causat contingenter causat.

¶Ad formam ergo argumenti dico, ꝙ in illo instanti in quo causat, contingenter causat: nec tunc necessario causat: sed ex hoc non sequitur, ꝙ hęc potentia causæ ad oppositum sit ad non causare, & ad eius oppositum sine successione, quia impossibile est ꝙ per quamcumque potentiam reducatur ad actum sine successione, sed est potentia ad eius oppositum quæ potentia potest reduci ad actum per successionem: non tamen illo modo quo præcisè potētia causæ naturalis ad non causandum potest reduci ad actum. Nam accipio calorem calefacientem lignum: iste calor potest non calefacere: & hęc potentia potest reduci ad actum, vel per destructionē caloris agentis: vel per ammotionem passi: vel per impedimentum interpositum, vel per subtractionem causæ coagentis: puta ꝙ Deus non vult sibi coagere, vel per perfectionem termini producti: quia scilicet ita perfectius calor est productus quòd ab isto calore non potest produci perfectior: præter istos modos adhuc est vnus quo potest voluntas creata cessare ab actu causandi. s. se sola: quamtumcumque nullum prædictorum desit, sed omnia sint posita, & hoc est & non aliud voluntatem contingenter causare. Ex isto patet quòd non est conuenienter dictū, quòd voluntas diuina vt prior naturaliter ita ponit suum effectum in esse in a. quòd potest eum non ponere in esse in eodem instanti: quia non sunt talia instātia naturæ, sicut iste imaginatur: nec est in primo instanti naturæ talis indifferentia ad ponendū, sed si in aliquo instanti ponit effectum suum in esse: impossibile est per quacumque potentiam quòd sit illud instans, & quòd in illo non sit: sicut est impossibile quòd per quamcumque potentiam contradictoria sint simul vera.

¶Ideo dico, quòd vniuersaliter nunquam est potentia illa ꝙ opposita verificentur sine successione: immo impossibile est quòd Deus respiceret obiectum, & non respiceret illud, nisi esset aliqua successio saltem in actu: vel coëxisteret. & tunc foret in alio quocunque mutato.

¶Item, arguit contra illud de determinatione voluntatis diuinæ, & primo arguit ꝙ conclusio principalis non sit vera: quia quando aliquid determinatur contingenter: ita ꝙ possibile est quòd nunquam fuisset determinatum per talem determinationem non potest haberi euidentia certa, & infallibilis. Sed voluntas diuina ita determinatur, quòd adhuc possibile est eam nunquam fuisse determinatam. ergo euidentia certa, & infallibilis non potest haberi per talem determinationem: ex quo simpliciter potest nunquam fuisse, & ita videtur quòd determinatio voluntatis diuinæ si esset parum faceret.

¶Præterea. Quamtumcumque posset saluari certitudo scientiæ per determinationem voluntatis respectu omnium effectuum productorum à voluntate, & etiam respectu omnium effectuum causarū naturalium, quibus voluntas diuina coagit: tñ non videtur quòd certitudo actuum futurorum ipsius voluntatis creatæ possit per prædictam determinationem saluari: quia si respectu omnium est voluntas diuina determinata, quæro aut illam determinationem sequitur necessario determinatio, vel productio voluntatis creatæ, vel non? Si sic? ergo ita naturaliter agit voluntas creata sicut quæcunque causa naturalis: quia sicut voluntas diuina existente determinata ad vnum oppositorum non est in potestate causę naturalis cuiuscunque non coagit: & etiā ipsa non determinata nō coagit causa naturalis: ita voluntate diuina existēte determinata voluntas creata coageret: nec haberet in potestate sua non coagere, & per consequens nullus actus voluntatis creatæ esset sibi imputandus. Si autem determinationem voluntatis diuinæ non necessario sequitur determinatio voluntatis creatæ? ergo ad sciendum verum vtrum effectus poneretur, vel non poneretur non sufficit determinatio voluntatis diuinæ.

¶Præterea. Quamtumcumque voluntas creata sit determinata ad alteram partem, & quamtumcūque intellectus videat illam determinationem: quia tamen uoluntas nostra potest ab illa determinatione cessare, & non determinari: intellectus nō habet certam notitiam de illa parte. ergo visio determinationis voluntatis quæ voluntas potest non determinari ad illam partem: non sufficit ad notitiam certam illius partis.

¶Præterea. Quod dicit ꝙ in primo instanti intellectus diuinus offert simplicia: & post volontas diuina eligit vnam partem, & post hoc intellectus euidēter cognoscit illam partem: non videtur esse verum, qa nō est talis processus nec proprietas talis in Deo, ꝙ intellectus diuinus pro aliquo instanti nō cognoscat futura contingentia euideter, & pro aliquo cognoscat. Hoc enim esset imperfectionis ponere, ꝙ intellectus diuinus quamcumque perfectionem reciperet ab alio.

¶Ideo dico quòd indubitanter est tenendum, quòd Deus certitudinaliter, & euidenter scit omnia futura contingentia. Sed hoc euidenter declarare, & modum quo scit omnia futura contingentia exprimere: est impossibile omni intellectui pro statu isto. hæc Ocham.

Deus indubitāter scit omnia futura contingētia.

NOTA

Gre. de ari. soluit ratio nes Ocham

NOTA quòd Grego. de Ari. in primo di.38 q.1. Respondet ad rationes Ocham quas facit contra cótingentiam. Et primo præmittit quòd aliquid, quod est in aliquo instanti possit non esse in illo instanti: sic quòd propositio enuncians illud non esse possit esse vera in illo instãti potest intelligi tripliciter. Primo quòd hoc sit possibile in sensu composito: sic ꝙ in illo instanti ista res simul cum hoc ꝙ ipsa est non sit in illo instanti: & ꝙ tam propositio enuncians ipsam esse quam propositio enuncians ipsam non esse coniunctim, & simul in illo instanti sint veræ: & iste sensus est vere impossibilis propter implicationem contradictionis. Secundo potest concipi, vel intelligi hoc esse possibile i sensu diuiso: & hoc dupliciter. Vno modo quòd aliqua res quæ est in aliquo instanti dato: possit iam posita in esse desinere esse: & de esse transmutari in non esse, in eodem dato instanti, & quòd propositio enuncians ipsam esse desinat esse vera: & de vera fiat falsa: sic quòd in illo instanti ipsa sit falsa: & econuerso sua opposita desinat esse falsa: & fiat vera: & ille sensus est impossibilis: quoniam talis transmutatio, & successio non est possibilis in instanti. Alio modo quòd absolute, & simpliciter possibile est istam rem non tunc esse, & non poni per suã causam in esse: & propositionem enunciantem istam nõ esse in illo instanti veram: & ille sensus verus est, & nihil inconuenientis includit.

¶ Tunc ad rationem illam de præterito, vt præterito &c. Dicit Greg. ꝙ concessa pro nunc ista suppositione (scilicet quòd per nullam potentiam etiam diuinam: potest fieri de præterito non præterito quin semper sit post verum dicere, quòd fuit præteritum) quamuis oppositum aliqui, & magni Doctores tenuerunt etiam Theolo. Dico quòd si voluntas vult aliquid in instanti. b. postea semper erit hæc vera. voluntas voluit hoc in instanti. b. ita quòd ista consequentia nunc est necessaria. voluntas vult hoc in b. ergo post. b. semper hæc erit vera si formetur. voluntas voluit hoc in. b. Sed dico quòd antecedens est contingens, & potest non esse verum, etiam in instanti. b. & si ponatur ipsum non esse verum in b. sicut est possibile iuxta tertium sensum præmissum: ista voluntas voluit hoc in b. non erit vera post. b. & per cõsequẽs nec necessaria, nec eius opposita impossibilis. Si tamen ponatur antecedens verum in b. quia non est possibile, quòd cum hac suppositione eius oppositũ sit verum in b. nec in primo, nec in secũdo sensu: ideo nec post b. ista erit possibilis voluntas non voluit hoc in b. Et ut dicit arguens per nullam potentiam poterit unquam fieri, quòd ista sit falsa in b. uolũtas vult hoc in b. sic enim sequeretur quòd ipsa fuisset vera in b. & adhuc fuisset falsa in b. & per consequens eius opposita etiam fuisset uera in b. quod est impossibile: & ita patet quòd hæc ratio procedit contra primum sensum, & secundum: non autem cõtra tertiũ. Et reuera si dictus arguens uelit loqui consequenter, hoc ipsum habet tenere. Nam in secundo sent. di. q.6. tenet ꝙ Angelus potuit mereri, & demereri in primo instanti. Et ad hoc probandum in quadam ratione assumit, quòd angelus potuit in primo instanti se libere conformare rectæ rationi, & non conformare. Et infra in soluendo quandam obiectionem quæ est: quòd actus non est imputabilis ad meritum uel demeritum, nisi fiat scienter, & contingenter: & ita quòd possit oppositum elicere, concedit utramque conditionalem esse necessariam ad actum meritorium. Et dicit quòd utraque potest esse in instanti. Ex quibus euidenter patet quòd in illa quæstione uult expresse, ꝙ angelus in illo instanti quo se conformauit rectæ rationi, & habuit actum meritoriũ: potuit se non conformare tunc, & habere tunc actũ demeritorium, & non habere demeritorium.

¶ Item ibi dicit, quòd deliberatio, vel perfecta cognitio: aut syllogismus practicus requisitus ad actũ meritorium potest esse non solum in tempore, & respectus actus futuri: sed etiã in instanti, & respectu actus qui elicitur in illo instanti hæc Greg.

Destruũtur omnes impugnationes Ocham contra Sco.

HÆC enim solutio est ad viam Sco. & ideo admittenda est. Non enim est difficultas soluere si principia Doct. recte intelligantur.

¶ Ad alias rationes. Ad primam concedo illam maiorem, scilicet quòd nulla potentia, quæ per nullam potentiam potest reduci ad actum, est potentia. Sed minor scilicet quòd ista potentia non possit reduci ad actũ potest dupliciter intelligi. Primo, ꝙ potentia sit simul potentia ad opposita: ita quòd possit reduci ad actum respectu vtriusque oppositi, & sic est impossibile, vt supra patuit exponendo philosophum 9 meta. Secundo quòd ipsa potentia in illo instanti, quo vult b. possit non velle b. & sic conceditur: quia talis potentia sicut in illo instanti vult b. ita posset non velle b. reducta tamen ad actum in instanti illo: puta quòd velit b. tunc non potest simul reduci ad actum, vt non velit b. quia tunc contradictoria simul verificarentur. Et ideo non sequitur, sicut ipse infert. ergo voluntas vult aliquid pro b. & non vult illud pro b. sed debet sic inferre. volũtas vult aliquid pro instanti b. & potest non velle pro instanti b. quia ipsa etiam pro illo instanti est prior natura. vt patuit supra. Imaginatur enim iste ꝙ volũtas simul possit pro instãti b. velle, & non velle. Nos. n. ponimus prioritatem naturalem ipsius volũtatis respectu vtriusq; oppositi: ita ꝙ pro instanti b. ipsa est prior ipso velle, & similiter ipso non velle: & ideo sicut pro instãti b. potest velle a. ita pro eodem instanti potest non velle a. non quòd simul possit velle a. & non velle a. sed ꝙ quñ vult a. potest non velle a. & similiter quando nõ vult a. pro instanti b. potest velle a. pro eodem instanti. Et sic patet falsa imaginatio eius.

¶ Et quando dicit, quòd ratio Doct. non concludit: quia quando voluntas causat cõtingenter potest habere duas causas veritatis. Dico, quòd non assignat veram causam causandi contingenter. Causa enim est, quia ipsa vt prior natura, sicut potest in vnum oppositum, ita potest in aliud: quia semper respectu vtriusque oppositi consideratur, vt prior natura: & vt habens ptãtẽ causandi, siue eliciendi, qd voluerit.

¶ Et cum dicit contra formam argumenti. Doct. quòd in illo instanti in quo causat contingenter causat: & quòd ex hoc non sequitur, quòd hæc potentia possit esse ad oppositũ sine successione: quia impossibile est, quòd per quamcunque potentiam reducatur ad actum sine successione.

¶ Dico, quòd iudicio meo non bene percipit, nec mentem, nec verba Scoti. Non enim vult Scotus, ꝙ quando causat pro instanti a. quòd possit tunc reduci ad actum oppositum i puta in instanti a. vult b. & in eodem instanti potest non velle b. reducatur talis potentia ad actum. patet quòd secundum Doc. stante volitione qua vult b. non potest reduci ad actum, quo non vult b. Sed sic Doc. intelligit, & bene, quòd ideo volens a. pro b. potest non velle a. pro eodem instanti: quia sicut pro instanti b. vult a. sic pro eodẽ instanti potuit non velle a. & hoc modo nullum sequitur impossibile. Et quod dicit de calore calefaciente lignum. Patet ex dictis supra quòd non est ad propositum. Et quod addit, quòd in voluntate diuina non sunt talia instantia naturæ. hoc patebit infra d.4 t. vbi respondetur ad Greg. & Ocham. & Alfon. de istis instantibus in diuinis.

¶ Ad aliud de notitia euidenti: negatur illa maior scilicet quando aliquid determinatur contingenter: ita quòd possibile est, quòd nunquam fuisset determinatum: per talem determinationem non potest

habere

haberi notitia certa, & infallibilis: quia aliud est loqui de notitia alicuius certa, & infallibili cum necessitate absoluta: ita quòd pro quocunque instanti naturæ necessario cognoscatur: & aliud de cognitione certa, & infallibili non cum necessitate absoluta pro quocunque instanti naturæ: sed pro aliquo instanti, quæ intelligitur esse tale. Primo modo tantum termini incomplexi, & propositiones simpliciter necessariæ cognoscuntur: quia talis cognitio præcedit omnem determinationem voluntatis diuinæ, vt supra patuit, & sic intellectus diuinus nullam cognitionē, neque certam, neque infallibilem pro illo instanti habuit de contingentibus, quia talia nullum esse: nec simpliciter, nec diminutum: puta nec cognitum, nec volitum, nec repræsentatum habuere: cum in illo instanti fuerint simpliciter nihil. Secundo modo habuit certam, & infallibilem notitiam de eis: quia in illo instanti quo habuerunt esse volitum ex determinatione diuinæ volūtatis, intellectus diuinus cognouit certitudinaliter illam determinationem: & per consequens ipsum determinatum: quia cognoscendo certitudinaliter aliquod antecedens, potest certitudinaliter cognoscere cōsequens: quia bene sequitur. Voluntas diuina determinauit antichristum fore pro a. ergo antichristus erit pro a. & sic cognoscēs voluntatem diuinā sic determinasse, cognoscit & determinatum. Cum dicitur potuit non determinari. Concedo, quòd in illo instanti, quo determinauit voluntas diuina antichristum fore, quòd potuit determinare ipsum non fore, vt supra patuit. ergo euidenter non cognoscit antichristum fore. negatur cōsequentia: quia & si in illo instanti: puta a. potuit determinasse oppositum propter prioritatem naturalem: tamen ex quo determinauit ipsum fore, stante tale determinatione cognoscit illam euidenter, & certitudinaliter: & etiam immutabiliter, siue infallibiliter: quia intellectus diuinus non tantum cognoscit illam determinationem, sed cognoscit immutabilitatē talis determinationis: scit enim esse impossibile voluntatem diuinam posse mutari ab vna determinatione in aliam sibi oppositam: non tantum pro eodem instanti, sed nec pro alio, & alio instanti.

¶ Ad aliud cum dicit. Aut illam determinationem necessario sequitur determinatio voluntatis creatæ, siue productio. Dico, quòd sicut voluntas diuina determinat contingenter: ita voluntas creata vult illud determinatum contingenter. Exemplum. Voluntas diuina ab æterno determinauit me velle operari virtuose pro tempore b. in tali tēpore sicut voluntas diuina concurrit ad opus virtuosum libere, & contingenter: ita voluntas mea libere, & contingenter, & nullo modo necessario: ita enim voluntas creata in suo ordine (licet vt dependens à prima causa in agendo) contingenter agit, sicut & voluntas diuina: & ignis in suo ordine (licet in agendo dependeat essentialiter à prima causa agente libere) agit necessario: quia principium actionis in igne est principium tantum per modum naturæ, & determinatum ex se tantum ad vnum. Ista tamen requirunt prolixiorem tractatum, & alias declaratum est in secundo Doct. distin. 37. vide ibi expositionem quam feci.

Aliter etiā solutur rōnes Ocham.

DICI etiam potest ad primum, & redit in idem, quòd maior est falsa: quia licet determinatio diuinæ voluntatis, & ad alteram partem contradictionis possit non fieri: & sic consequenter Deus posset non scire tale, vel tale futurum. Ex hoc tamen non sequitur, quòd talis notitia de futuro determinato non sit infallibilis: quia non dicitur infallibilis pro eo, quòd non potest esse aliter, quin sic sciat. Sed pro eo, quòd est impossibile talem determinationē esse, & intellectum diuinum non scire talem determinationem. sicut impossibile est aliquod futurum esse, & intellectum diuinum nō cognoscere illud.

¶ Nec valet dicere, quòd æque bene cognosceremus certitudinaliter effectus futuros, qui sunt à voluntate nostra. Dico, quòd non est simile: quia voluntas diuina (vt dixi) determinat infallibiliter, quia licet voluntati diuinæ in eo instanti quo determinat contingens ad alterum oppositorum (considerando ipsam, vt est prior naturaliter actu determinationis, quæ non solum ipsa volitione prior est naturaliter: sed etiam inquantum est volens, vt supra exposui) possit inesse alterum oppositum infallibiliter: tamē determinat futurum contingens: quia est simpliciter inobliquabilis: cum sit simpliciter prima regula omnium. vt patuit supra, & sic non est simile de intellectu diuino, & intellectu creato. Ex duobus enim prouenit infallibilitas scientiæ Dei respectu futurorum. Primo, quia quicquid diuina voluntas determinat, intellectus diuinus determinate apprehendit. Secundo, quia scit intellectus diuinus, voluntatem diuinam esse immutabilem, & omnino non impedibilem. primum cōcurrit in voluntate nostra non secundum.

Ex quibus proueniat infallibilitas scientia.

¶ Ad secundum argumentum ipsius Ocham, quod etiam argumentum facit Grego. de Ari. in primo distinctione 38. quæst. 2. Dico, quòd voluntas diuina est determinata respectu omnium. Et cum dicitur talem determinationem, aut sequitur necessario determinatio diuinæ voluntatis creatæ, aut non? Dico, quòd sequitur necessario necessitate consequentiæ, non autem consequentis: quia ista consequentia est necessaria: Deus vult me producere a pro instanti b. ergo ego producam a. pro instanti b. Et cum dicitur quòd tunc ageret mere naturaliter. Negatur, quia ista determinatio diuinæ voluntatis non est necessaria: & ideo nec determinatio volūtatis creatæ. Quod enim agit ex suppositione alicuius principij simpliciter liberi contingenter agentis, est simpliciter liberum, & contingenter agens. Vnde si per impossibile voluntas diuina non ageret, & voluntas creata ageret libere, & contingenter ageret. ergo sicut in casu voluntas creata esset libera, sic nunc vbi ei cooperatur voluntas diuina, erit libera, & contingenter agens.

¶ Posset etiam instari vnico medio, probando, quòd non cognoscat intellectus diuinus certitudinaliter, & infallibiliter omne contingens futurum: quia non cognoscit infallibiliter antichristum peccaturum: patet ex superius dictis: quia ideo cognoscit aliquod futurum certitudinaliter: quia illud est determinatum infallibiliter à diuina voluntate. Sed antichristum fore peccaturum non est sic determinatum, ergo.

¶ Respondeo primo, vt exposui infra distinctione 41. Dico etiam, quòd diuina voluntas non habet actum volendi respectu alicuius peccati: quia peccatum velle non potest, sed bene habet actum permissionis respectu ipsius: quæ permissio non est aliquis actus positiuus voluntatis diuinæ, vt infra patebit distinctione 47. sed solum negatiuus, scilicet non velle prohibere actum peccati: & tunc Deus habet certitudinem de peccato futuro: quia scit se cooperaturum voluntati creatæ ad substratum peccati, si voluntas creata operabitur ad ipsum: & hoc si fuerit peccatum commissionis. vel Deus scit se non cooperaturum ad tale substratū, si fuerit peccatum omissionis. hæc vide infra à Docto. distinctione 41. & vide quæ ibi dubitaui. Sed de ista materia. An Deus concurrat ad peccatum? vide Doct. in secundo distin. 37. & ea quæ ibi per longum exposui.

¶ Ad

¶ Ad aliud de intellectu creato, & voluntate creata. Dico, quòd non est simile: quia voluntas creata est libera ad oppositos actus, nec determinat sic immutabiliter quin semper quantum est ex se: nõ possit oppositum pro quocunque instanti sequenti determinare. Et ideo licet cognoscat talem determinationem, non tamen infallibiliter, siue immutabiliter cognoscit: quia determinatio voluntatis creatæ non est ex se immutabilis: tamen est simile quo ad hoc: quia facta aliqua determinatione cognoscit illam: & per consequens cognoscit determinatum fore pro a. si talis determinauit pro a. & hoc efficaciter & non possit impediri: & sic certus erit, q tale determinatum erit pro a. non tamẽ est certus simpliciter infallibiliter, & immutabiliter: quia nec volũtas creata est immutabilis simpliciter.

¶ Ad vltimum cum dicit de illis instantibus. Dico, quòd non oportet hic multum immorari: quia ipse negat huiusmodi instantia: & de ista materia diffuse expositum est infra distinctione quadragesimaprima. vide ibi. Et quod dicit, quòd nullus intellectus potest huiusmodi cognoscere, hoc habet probare, &c.

Eliduntur rationes Gre. de Arimi.

Ex his patet responsio ad Greg. de Ari. in 1. d. 38. q. 1. qui videtur improbare hunc modum certitudinis contingentium quem ponit Sco. Dicit enim q talis modus deficit. Primo, quia ponit aliquid esse rationem cognoscendi intellectui diuino. Secundo, quia talia instantia non sunt ponenda, vt ipse probat in primo distinctione nona. Tertio, quia impossibile est, quòd pro aliquo instanti, talis complexio de futuro sit neutra.

¶ Dico ad primam instantiam, quòd est simpliciter necesse aliquid ponere rationem intelligendi ipsi intellectui diuino, vt supra patuit in prolo. in quæstione de subiecto theologiæ. & in quæst. an theologia sit de omnibus. & in q. an theologia sit scientia, & in d. 3. & 39 & alibi patet.

¶ Ad secundum patet di. 41. primi. vbi responsum est ad Ocham: & magis patet supra dist. 6. vbi responsum est ad Greg.

¶ Ad vltimum patet ex dictis, quomodo in illo primo instanti naturæ ante determinationem diuinæ voluntatis futurum contingens: licet tamen pro tũc nullum sit futurum: est tantum propositio neutra, potest enim intellectus offerre voluntati diuinæ Petrum, & gloriam: ita q tunc non est certus, an Petrus habebit gloriam: nec similiter est certus an non habebit, sed est simpliciter neuter.

QVANTVM ad quartam quæstionem in qua quærebatur: an intellectus diuinus necessario sciat omnem conditionem existentiom omnium?

Opin. B. Bo. Car. in 1. d. 38. art. 2. q. 2. & alibi.

¶ Hic ponitur primo opi. S. Bona. in primo, qui distinguit istam. Deus necessario scit a. secundum compositionem, & diuisionem: vt in sensu compositionis notetur necessitas scientiæ, vt transit super istud obiectum. in sensu diuisionis notetur necessitas scientiæ absolutæ, quæ tamen transit super hoc obiectum primo modo est falsa: secundo modo vera: quia primo modo non tantum notatur necessitas scientiæ in se: sed quòd etiam necessario trãsit super hoc obiectum, scilicet antichristus erit pro a. sic, quòd necessario sciat antichristum fore pro a. secundo modo tantum notatur, quòd scientia Dei est in se simpliciter necessaria: patet quia idem quod Deus. non tamen necessario simpliciter transit super hoc, quod est antichristum fore pro a. & sic non est necessario talis obiecti. Tamen talis distinctio non videtur logica: quia quando actus transit super obiectum, non videtur de illo distinguendum absolute, vel vt transeunte supra obiectum. puta, si dico video sortem, quòd distinguatur, vel de visione absoluta (quæ tamen est sortis) vel de visione pro vt trãsit in sortem. Et ita videtur ista simpliciter neganda. Deus necessario scit a. pro eo, quòd hoc prædicatum sic determinatum nõ necessario conuenit subiecto, scilicet hoc quod dico scire creaturam: licet prædicatum non determinatum conueniat, scilicet ipsum scire absolute: ita q hæc est vera. Deus necessario scit, & hæc est falsa Deus necessario scit creaturam.

¶ Contra hoc obijcitur, quia actus rationalis cuiusmodi est scire, intelligere, & huiusmodi. non distrahitur per materiam super quam transit: & sic scire non distrahitur per hoc, quòd additur obiectum cuius est. vt cum dico scit antichristum, & si non sit notitia diuina non necessaria, eo quòd transit super antichristum non necessarium, siue contingenter.

¶ Respondetur à Doc. concedo antecedens, quòd scilicet non distrahitur, vt stet secundum quid. Patet enim quòd scire non dicitur stare secundum quid ex hoc quòd transit super obiectum scibile quodcunq; sit illud. Tamen scientia Dei licet in se sit simpliciter necessaria, non tamen vt transit super creaturã: quia licet Deus necessario intelligat, quòd talis intellectio est ipse Deus realiter: tamen talis intellectio non est necessario cuiuscunque obiecti intelligibilis. Sicut etiam patet de velle diuino, quod quum sit in se necesse esse, quia realiter, & essentialiter Deus: non necessario transit super creaturam: quia tunc creatura necessario esset. Addit Doct. quòd hoc est verum maximè si sit actus potens respicere diuersa obiecta: & hoc contingenter. sicut si haberem actum loquendi eundem realiter virtuti motiuæ: & ille actus posset transire super diuersa obiecta contingenter; licet necessario haberem actum sicut, & potentiam: non tamen necessario haberem actum, vt transeuntem contingenter super tale obiectum: & ideo non sequeretur necessario dico. ergo necessario dico istud; quia posset esse necessitas dictionis in se cum contingẽtia respectu huius obiecti: & tamen dictio huius obiecti esset simpliciter necessaria dictio: ita q nõ dictio secundum quid. Sic in proposito de scientia Dei respectu creaturæ.

Intellectio Dei est ipse Deus.

AD argumenta primæ q. Vbi primo arguitur probando, quòd Deus non habeat notitiam determinatam omnium quantum ad omnes conditiones existentiæ: & sic arguitur. Quia in futuris cõtingentibus non est determinata veritas, vt patet primo Peri hyer. cap. vltimo. ergo nec determinata scibilitas.

¶ Secundo, quia tunc potentia Dei esset imperfecta, si esset determinata ad vnam partẽ: quia si Deus ita posset hoc, quòd non posset eius oppositum, esset potentiæ limitatæ, & non omnipotentiæ. ergo eodem modo, si ita sciat vnam partem, q non aliam esset limitatus secundum scientiam, & sic non esset omnisciens.

¶ Respondet Doct. ad primum. Primo faciẽs differentiam inter veritates præsentes: præteritas: & futuras. quia præteritæ, & præsentes sic sunt determinatæ, quòd amplius non est in potestate agentis, vt ponantur, nisi idem bis poni posset: quod non est intelligibile. modo talis determinatio non est ex parte veritatis futuræ: quia licet alicui intellectui sit vna pars vera determinata: & etiam vna pars sit in se vera determinata (licet eam nullus apprehenderet) non tamen ita quin in potestate causæ sit pro illo instanti ponere oppositum. & ista indeterminatio sufficit ad negociandum, & consiliandum. si autem neutra pars esset futura; non oporteret negociari, vel consiliari. ergo quòd aliqua pars sit futura dum tamen reliqua possit euenire, non prohibet negociationem, nec consiliationem. Et sic vult Doc. quòd

Differentia inter veritates præsentes, præteritas, & futuras.

intellectus

intellectus diuinus ſit certus de veritate, vel falſitate cuiuſcunque propoſitionis de futuro, & quòd quælibet talis eſt in ſe determinata. Nam ab æterno voluntas diuina determinauit alterum oppoſitorum, ſcilicet quòd antichriſtus erit pro inſtanti a. vel ꝙ non erit pro inſtanti a. omne enim futurum ab æterno eſt à voluntate diuina determinatum fore futurū pro tali inſtanti determinato. vt infra patebit à Doc. diſtinctione 45. Poſito ergo per poſſibile, vel impoſſibile, quòd nullus intellectus etiam diuinus cognoſceret antichriſtum fore, vel non fore: adhuc veritas de antichriſto futuro, vel non futuro ab æterno fuit in ſe determinata: quia à voluntate diuina determinante vnam partem. Impoſſibile eſt enim contradictoria ſimul eſſe falſa, vel ſimul eſſe vera Et ideo contradictorijs de futuro poſitis neceſſe eſt vnum illorum eſſe verum, & aliud eſſe falſum: non tamen neceſſario, nec vnum, nec aliud eſt verum, vel falſum: ſed in poteſtate cauſæ eſt vnam partem, vel aliam verificare. certum tamen eſt, quod vnam verificabit: & intellectus diuinus nouit certitudinaliter determinationem diuinæ voluntatis. Et talis indeterminatio cauſæ, ſcilicet quia non eſt neceſſitas ad vnam partem contradictionis, ſufficit ad hoc, quòd ſit conſilium: quia ſæpe oportet conſilium habere: quę pars verificatur.

Primum dictum. ¶ Ad ſecundum. Dicit Doc. multa. Primum, quòd ſcientiam eſſe vnius partis, & non poſſe eſſe alterius eſt imperfectionis. puta quòd intellectus ſic determinate ſciat antichriſtum fore pro a. vt non poſſit ſcire oppoſitum eſſet imperfectionis, ſcilicet ſi per poſſibile oppoſitum euenire poſſet: non poſſet ſcire illud. Non eſt tamen imperfectionis ſi actu cognoſcit antichriſtum fore pro a. quia ſic eſt determinatum: & quòd actu neſciat ipſum non fore pro a. quia ipſum non fore pro a. nihil eſt patet quia reſpectu illius nulla eſt determinatio à voluntate diuina: & ſolum illud dicitur fore, vel non fore, quod eſt determinatum fore, vel non fore. Si enim antichriſtum non fore eſſet aliquod obiectum ſcibile: & intellectus diuinus, ſiue actus intelligendi diuinus non eſſet reſpectu illius: eſſet imperfectio tam ex parte intellectus, quàm ex parte actus intelligendi.

Secundum dictum. ¶ Secundum dictum. ponere voluntatem eſſe vnius oppoſiti, & non poſſe eſſe alterius eſt imperfectionis. Exempli gratia. Ponere voluntatem diuinam velle antichriſtum pro a. & non poſſe non velle pro a. eſt imperfectionis, vt patet, quòd tamen voluntas actu velit antichriſtum pro a. & actu non velit oppoſitū, nulla eſt imperfectio in voluntate. Hoc idem dici de potentia.

Tertium dictum. ¶ Tertium dictum. Diſſimile eſt de potentia voluntate, & ſcientia, & hoc ſecundum aliquos: quia multi dicunt, quòd Deus poteſt velle, vel cognoſcere omnia ſub omni modo: tamen non poteſt cauſare. Si tamen æqualiter accipiatur vtrobique eſt ſimile: tunc enim erit æqualis determinatio ex vtraque parte: quia quodlibet iſtorum eſt actu vnius oppoſiti non amborum quodlibet etiam iſtorum poteſt eſſe vtriuſque. quia actu tam actus intelligendi, quàm actus volendi, & potentia cauſandi ſunt ſolius vnius partis: poſſunt tamen eſſe alterius: patet quia voluntas diuina potuiſſet oppoſitum determinare.

¶ Nota tamen, quòd ſemper Deus vtranque partem actu cognoſcit. ſed non ſemper actu cauſat vtranque partem, nec ſemper efficiter vult vtranque partem. Cognoſcit actu, quòd Petrus eſt glorificandus, & cognoſcit actu oppoſitum eius, quòd eſt non glorificari. non ſic intelligendo, quòd cognoſcat, ꝙ Petrus glorificabitur: & quòd cognoſcat, quòd Petrus non glorificabitur: quia hoc eſt ſimpliciter impoſſibile: ſed cognoſcit actu quid importatur per hoc quod dicitur Petrum glorificari: & quid importatur per hoc, quòd eſt Petrum non glorificari: vel ſic actu cognoſcit poſſibile eſſe Petrum glorificari, & actu cognoſcit oppoſitum, ſcilicet poſſibile eſt Petrum non glorificari, & tamen non ſequitur, quòd voluntas determinate velit Petrum glorificare, vel efficaciter velit non glorificare. Et ſic patet quomodo aliqualiter eſt diſſimile. Nec hoc repugnat ſuperius dicto, quòd intellectus diuinus actu cognoſcit vnum, & actu non cognoſcit oppoſitum: quia ibi patet, quòd ſi actu cognoſcit antichriſtum fore actu non cognoſcit ipſum non fore.

AD argumenta ſecundæ q. quæ talis fuit. Vtrum intellectus diuinus habeat certam, & infallibilem notitiam omnium quantum ad omnes conditiones exiſtentiæ? & arguit, ꝙ non.

¶ Primo Deus nouit me ſeſſurū cras, & nō ſedebo cras. ergo decipitur. ergo à ſimili ſequitur. Deus nouit me ſeſſurum cras, & poſſum non ſedere cras. ergo Deus poteſt decipi. prima illatio eſt manifeſta: quia credens illud, quod non eſt in re decipitur. probo ex hoc, quòd ex ſecunda cōſequentia teneat: quia ſicut ad duas de ineſſe ſequitur cōcluſio de ineſſe: ita ex vna de ineſſe, & altera de poſſibili ſequitur concluſio de poſſibili.

¶ Secundo, ſi Deus ſcit me ſeſſurum cras, & poſſibile eſt me non ſedere cras. ponatur in eſſe: non ſedebo cras. ſequitur quòd Deus decipitur. ſed ex poſitione poſſibilis in eſſe, non ſequitur impoſſibile. igitur Deum decipi non erit impoſſibile.

¶ Reſpondet Doc. ad primum in qua reſponſione plura ponuntur. Primo, ꝙ ad duas de ineſſe, ſequitur concluſio de ineſſe: nō quidem ſyllogiſtice: quia eſt oratio non ſyllogiſtica reducibilis in ſyllogiſmos plurimos.

¶ Hic aduerte, ꝙ non dicit Doct. abſolute, quòd ad duas de ineſſe non ſequatur concluſio ſyllogiſtice de ineſſe, ideſt quòd non ſequatur concluſio immediate ex duabus de ineſſe: quia hoc eſſet contra philoſophum primo priorum: qui docet formare ſyllogiſmos ex ꝓpoſitionibus de ineſſe, vt patet ibi. Sed intelligit ſic, quòd ad iſtas duas de ineſſe (ſcilicet Deus nouit me ſeſſurum cras: & non ſedebo cras: ergo Deus decipitur) non ſequitur ſyllogiſtice, ideſt immediate iſta. ergo Deus decipitur. Iſta enim concluſio non deducitur immediate ex illis: ſed tātum mediate reducendo hunc ſyllogiſmum in multos ſyllogiſmos. Secundo dicit, quòd ex vna de ineſſe, & altera de poſſibili, nec ſyllogiſtice, nec neceſſario ſequitur concluſio de poſſibili. Hic non loquitur abſolute: quia bene ſequitur. Poſſibile eſt omne animal eſſe album. omnis homo eſt animal. ergo poſſibile eſt omnem hominem eſſe album. Sed loquitur in propoſito, ſcilicet ꝙ ex his. Deum nouit me ſeſſurū cras, & poſſum non ſedere cras: non ſequitur ſyllogiſtice, ideſt immediate. ergo Deus poteſt decipi. Rationem aſſignat: quia falli eſt rem opinari aliter eſſe quam ſit pro tunc, pro quando creditur eſſe. *Quid ſit falli.* Iſtud autem includitur in illis duabus præmiſſis de ineſſe quarum altera ſignificat iſtum credere hoc, & reliqua negat hoc eſſe: & hoc pro eodem inſtanti. ideo ſequitur concluſio de falli. Et ideo bene ſequitur. Deus nouit, ſiue credit me ſeſſurum cras, & non ſedebo cras. ergo Deus decipitur: & hoc, quia totū eſt: pro eodem inſtanti, ſcilicet Deus nouit me ſedere pro inſtanti a. & non ſedebo pro inſtanti a. ergo decipitur. Sed non ſequitur. Deus nouit me ſeſſurū pro inſtanti a. & poſſum non ſedere pro inſtanti a. ergo Deus poteſt decipi? quia maior aſſerit me ſedere

pro instanti a. & minor asserit potentiam ad oppositum pro eodem non instanti a. ita quòd simul possit sedere, sed diuisim, idest potest alteram partem eligere quam vult: quia non potest in re coniungi non sedere cum sedere, quod creditur: nec est possibile nõ sedere, cum hoc quòd Deus sciat me sessurum pro instanti a. ideo non sequitur possibilitas deceptionis, quæ includit istam coniunctionem. Addit Docto. quòd similis est ratio in mixtione de contingenti, & inesse: quare illa non teneat nisi sit etiam minor de inesse simpliciter: non autem de inesse, vt nunc. vt patet primo priorum. Nisi forte quando subiectum maioris de contingenti restringatur ad esse, vt nunc: si tamẽ subiectum contingentis maioris stat simpliciter, oportet & minorem de inesse esse de inesse simpliciter. non autem de inesse, vt nunc. Similiter etiam ex maiori de inesse, & minori de contingenti maior debet accipi de inesse simpliciter. vt patet primo priorum. Sequitur. Ista etiam ratio (scilicet arguendo in proposito ex maiori de inesse, & minori de possibili. non sequitur conclusio de possibili) patet quia si ex opposito conclusionis arguatur cum illa de possibili, non infertur oppositum nisi alicuius de necessario: & ita oporteret maiorem esse eandem cum illa de necessario, ad hoc vt inferat cõclusionem. Arguatur sic. Deus scit Petrum sessurum. sed Petrus potest non sedere. ergo Deus potest decipi. oppositum conclusionis est hoc. Deus non potest decipi: & ponatur pro maiori ad inferendum oppositum maioris primi syllogismi. Addatur minor de possibili, scilicet ista. Petrus potest non sedere. ergo Deus non scit Petrum sessurum: patet, quòd hoc non sequitur: sed sequitur tantum cum modo necessitatis, scilicet ergo Deus non scit necessario Petrum sessurum: & hoc est, quod dicit. Et quòd non sciat necessario ostendit dicens: quia si intellectus meus semper sequeretur mutationem in re: ita quòd te sedente opinarer te sedere, & te surgente opinarer te surgere, non posset decipi. Et tamen ex istis tu sedes pro a. & nõ possum decipi: non sequitur nisi non necessario scio te sedere pro a. Ita in proposito. Licet intellectus diuinus non sequatur res sicut effectus causam: tamen concomitantia est ibi, quòd sicut res potest non esse: ita intellectus diuinus põt non scire: & ideo non sequitur, quòd intellectus diuinus cognoscat aliter rem quàm est. Et ideo nunquam possunt simul stare illa, quæ requiruntur ad deceptionem. Sed sicut res scita potest esse, ita Deus potest eam scire: & sicut res scita potest non esse: ita Deus potest eam non scire: & si nõ erit, non sciet.

¶ Ad secundum de illa positione possibilis in esse. dico, quòd ex tali positione in se, nunquam sequitur aliquod impossibile: tamen illa de inesse in qua ponitur illa de possibili potest repugnare alicui, cui non repugnat illa de possibili, posita inesse: quia antecedens potest repugnare alicui, cui non repugnat consequens: & tunc ex antecedente, & suo repugnante potest consequi aliquod impossibile: quod non sequitur ex consequente simpliciter, & eodem: quia non est sibi incompossibile. Vult dicere, quòd quando ponitur possibile inesse: puta possibile est me non sedere: supponatur quòd non sedeam ex hoc solo nullum sequitur impossibile: sed si ponatur cum aliquo alio poterit sequi incompossibile. puta si cum hoc quod est non sedebo cras: ponatur hoc. Deus scit certitudinaliter me sessurum cras: ista enim sunt impossibilia, scilicet quòd possim non sedere cras, & quòd ponatur in esse: & quòd Deus simul sciat, quòd sedebo cras. Ex isto ergo antecedente incompossibili, & totali potest sequi hoc impossibile. ergo Deus decipitur quod tamen consequens non consequeretur ex hoc solo, possum non sedere cras: quia si ponatur inesse, quòd non sedeam cras: sequitur quòd Deus sciet me non sedere cras: & sic nõ deciperetur, sed cum totali antecedente, scilicet possum non sedere cras, & Deus scit me non sessurum cras: statim sequitur hoc impossibile. ergo Deus decipitur. sicut etiam patet secundo priorum: in syllogismo ex oppositis: vbi sequitur conclusio impossibilis: quæ tamen ex vna præmissarum non sequeretur: sed quia vna præmissa est impossibilis alteri: ideo ex illis duabus sequitur conclusio impossibilis: vt ibi patet. Et hoc est, quod dicit Docto. vt patet in littera sequenti cum dicit. Dico tunc, quòd posita ista inesse, idest supposito, quòd non sedeam cras: ex ista sola nihil impossibile sequitur. sed ex ista, & alia scilicet Deus scit me sessurum: sequitur impossibile, scilicet Deum falli, & illud impossibile non sequitur ex impossibilitate aliqua, quæ est absolute in ea: sed ex ipsa, & quodam alio simul, quod est incompossibile. Nec hoc est inconueniens, quòd illud quod est impossibile sequatur ex aliqua de inesse, in qua ponitur alia de possibili, & aliqua de inesse: quia cum ista. ego sedeo. stat ista, possibile est me stare. illa tamen de inesse in qua ponitur illa de possibili repugnat illi alteri de inesse, scilicet huic ego sto: quia possibili posito inesse, cum dicitur possibile est me stare. posito isto inesse. sequitur ego sto. Et ex illis duabus de inesse sequitur istud impossibile, scilicet stans, & sedens, nec tamen sequitur. ergo illa, quæ ponebatur de possibili inesse fuit falsa: sed vel illa fuit falsa: vel alia cum qua de sua de inesse accipitur est incompossibilis suæ de inesse: & sic patet responsio ad rationes secundæ quæst.

AD argumenta tertiæ q. quæ talis fuit. An Deus habeat immutabilem notitiam de omnibus, quantũ ad omnem conditionem existẽtiæ. Et arguit primo quòd non: & probat, quòd possit habere mutabilem notitiam. Et prima ratio stat in hoc, quòd est impossibile transire de cõtradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione: patet ista. quia si a. transit ab albo in non album, vel econtra necessario mutatur: quia si non mutaretur non diceretur a. per talem transitum: aliter se haberet nunc quàm prius, modo mutatio est qua aliquid aliter se habet nũc, quàm prius. vt patet per philosophum quinto physicorum t.c. 32. & 63.

¶ Nota tamen pro intellectione huius propositionis, quæ sæpe est in vsu apud Doc. quòd transire de contradictorio in contradictorium potest multipliciter contingere. Primo, quòd Deus transeat a non creante ad creans: quia ab æterno non creauit aiam: & nunc creat. ergo aliter se habet nunc quàm prius se habuerit: & tamen non conceditur ipsum mutari. Similiter ab æterno non fuit dominus, & ex tempore dicitur dominus. vt dicit August. & Magister in d. 30. primi, nec tamen dicitur mutari. Dico, quòd ideo non dicitur mutari, quia non se habet aliter secundum aliquid receptum, quod prius non habuerit. Si enim dicitur creator nunc, & prius non dicitur creator: ex hoc dicitur creator nunc, & referri ad creaturam, non per nouam relationem receptã in se: sed quia creatura habet nouam relationẽ, quæ terminatur, vt nunc ad ipsum Deum, quæ prius non terminabatur: quia non erat, vt supra exposui. distinctione 30. vbi improbaui Grego. & Ocham. De Domino patet, quòd dicitur dominus ex tempore: non autem per aliquid de nouo in ipso receptum, vt patet vbi supra.

Quo Deus non sit mutabilis.

¶ Si dicatur. potest habere de nouo relationem rationis, quam prius non habuit, vt patet a Doc. vbi supra d. 30. & sic recipit nouum respectum rõnis, quẽ prius non habuit: & sic transit de contradictorio in contradictorium, & tamen non mutatur.

Obiectio bona.

¶Dico

Solutio.

¶ Dico primo, quòd per nullum respectum rationis sibi de nouo aduenientem, & causarum a creatura dicitur mutari: quia aliter se habere nunc, quàm prius secundum tantum respectum rationis nulla ex hoc sequitur mutatio. Mutari enim propriè est aliter se habere nunc realiter, quàm prius se habuerit, sic intelligendo. Vel quod transeat à priuatione alicuius entitatis realis, siue absolute, siue respectiue, ad ipsam recipiendam. Vel quod transeat ab entitate positiua, siue absoluta, siue respectiua ad priuationem eiusdem; & hoc modo propriè contingit aliquid mutari.

Quid sit mutari propriè.

¶ Dico secundo, quòd si transiret à priuatione respectus ad ipsum respectum ex tempore causatum in ipso: & hoc ab actu intellectus diuini de nouo causantis talem respectum: de necessitate mutaretur nō per receptionem illius respectus, qui ex se nullā mutationem facit: sed quia talis respectus non posset causari ab intellectu diuino, nisi per nouum actum intellectus diuini comparantem ipsum Deū ad creaturam: & sic mutaretur: quia haberet nouum actum intelligendi, quem prius non habuerit, vt supra patuit à Doc. d. 30.

Alia obiectio singularis.

¶ Si iterum dicatur, intellectus diuinus in primo instanti naturæ, in quo tantum cognouit necessaria, nunc non cognouit contingentia. Patet per Doct. præsenti distinct. quia cognouit illa in secundo instanti naturæ. ergo transit de contradictorio in contradictorium: & tamen non conceditur secundum hoc mutari.

Solutio notanda.

¶ Dico ad hoc, & ad omnia similia, quòd mutari propriè est aliter se habere nunc, quàm prius, sic intelligendo, quòd oppositum infuerit pro aliqua duratione: sicut cum dicimus, quòd materia ligni nūc est priuata forma ignis: ita quòd talis priuatio duratione præcedit in ipsa materia: & post puta in vltimo instanti illius durationis fit sub forma ignis: tunc propriè mutatur, & similiter quando in aliquo priori secundum durationem est sub aliqua forma, & in vltimo instanti illius durationis fit sub priuatione talis formæ: tunc propriè mutatur, & sic transitus a contradictorio in contradictorium facit mutationem, sic intelligendo, quòd vnum contradictorium prius duratione infuerit. Et patet hoc in multis locis a Docto præcipuè in isto 1. d. 2. parte 2. quæst. 3. vbi dicit, quòd essentia diuina non mutatur puta a non relatione in relationem: licet enim prius natura sit essentia diuina, quàm intelligatur esse actu fundamentū filiationis, tamen non mutatur, quia in aliqua duratione priori non fuit sub opposito: quia nunquam fuit priuata illa. Priuatio enim propriè non respicit huiusmodi instantia puta originis, vel naturæ. Nā quando dicitur aliquid esse priuatum aliquo: talis priuatio inest in aliqua duratione priori. Vnde Docto. in 4. distinct. 43. quæst. 5. sic ait. Nunquam autem est mutatio, nisi quādo susceptiuum termini, ad quem alicuius inductionis, præcedit duratione ipsum terminum ad quem; & tunc est sub priuatione termini. hæc ille.

Instantia.

¶ Si dicatur, quòd Docto. in tertio distinctione tertia quæst. 1. dicit, ꝙ si virgo Maria in aliquo instanti naturæ fuit non sub gratia, quòd tunc diceretur priuata gratia: & quòd si realiter in aliquo priori naturæ fuisset sine gratia, etiā in aliqua duratione fuisset sine gratia.

Responsio valde bona.

¶ Respondeo, vt ibi exposui. Aliud est enim aliquid esse prius natura alio (loquendo de priori natura positiue) in essendo, & existendo: & aliud est esse prius natura ex hoc, ꝙ vnum non includit aliud, & quantum est ex parte sua non repugnat sibi formaliter esse sine alio: licet propter aliquid consequens nō possit esse; sicut homo est prior natura risibilitate, non tamen in essendo, & existendo: cum sit impossibile hominem existere sine risibilitate: immo dicunt eandem existentiam: dicitur tamen prius natura in intelligendo: quia homo potest perfectè intelligi nō intellecta risibilitate. Nec etiam repugnat homini quiditatiue sumpto esse sine risibilitate: licet sibi repugnet concomitanter, videlicet propter realē identitatem cum risibilitate. Sic dico de diuina essentia respectu filiationis: non enim est prior natura positiue ipsa filiatione videlicet quòd in essendo, & existēdo sit in aliquo instanti priori naturæ in quo nō sint omnia intrinseca diuina: quia tunc esset etiam prior vel posset esset prior duratione. Sed dicitur prior natura quiditatiue, videlicet. quia ipsa potest distinctè intelligi non intellecta aliqua proprietate. Modo transire à contradictorio in contradictorium propriè loquendo non verificatur isto modo: quia non sequitur: essentia diuina est prior natura filiatione, & sit in secundo instanti naturæ modo præexposito sub filiatione. ergo transit à contradictorio in contradictorium: non sequitur, quia tunc sequeretur ipsam prius duratione fuisse non sub filiatione. Ex his patet propositio. Docto. ergo per istam propositionem probat mutabilitatem diuinæ notitiæ. quia si Deus scit nunc a fore pro instanti b. & potest nescire a. pro instanti b. ergo potest transire à contradictorio in contradictorium, scilicet à scire ad non scire. ergo talis scientia mutatur, siue intellectus diuinus potest mutari: quia potest transire à scientia a. ad non scientiam ipsius a. & talis mutatio non erit in ipso a. scito: quia ipsum a. habet tantum esse in scientia Dei: & per consequens in ipso nulla mutatio potest fieri. Si ergo est mutatio in tali transitu à contradictorio, &c. erit tantum in scientia Dei.

¶ Secundo arguit. Quicquid non est a. & potest esse a. potest incipere esse a. patet si paries non est albus, & potest esse albus. ergo potest incipere esse albus: quia non videtur esse intelligibile, quòd affirmatio negationis, quæ non inest possit inesse, nisi incipiat esse: affirmare enim albedinē de aliquo prius negatam, non potest esse sine inceptione albedinis in illo. ergo si Deus non scit a. & potest scire a. potest incipere scire a. ergo potest mutari ad scire a.

¶ Tertio arguit sic. Si Deus non sciat a. & potest scire a. quæro quæ est ista potentia? aut est passiua, siue receptiua? & tunc est ad formam, & sequitur mutatio: quia nunc recipit aliquam scientiam, quam prius non habuit, aut est actiua? & patet quòd naturalis: quia intellectus, vt intellectus non est liber, sed naturaliter agens: talis autem potentia nō potest agere postquam non egerit nisi mutetur. igitur, vt prius sequitur mutatio.

¶ Respondet Doct. ad primum concedendo maiorem, scilicet quòd non est transitus, &c. quod debet intelligi modo præexposito. & negat minorem: quia in diuina scientia talis transitus non potest esse sine successione: ita quòd oppositum succedat opposito: sicut enim non possunt simul stare scire, & non scire: ita non potest stare, quòd aliquando sciat, & aliquando nesciat: quia tunc esset in eo successio: & tunc etiam de nouo posset acquirere actum scientię. & per consequens scire Dei non esset idem quod Deus, vt supra patuit d. 2. q. 1. in illis præambulis.

Transitus non pōt esse sine mutatione.

¶ Et si quæras saltem si potest non scire b. quod scit: aliquid aliter se habebit: quæro quid est illud?

¶ Dico, quòd b. in esse cognito non tamen aliter quàm prius se habuit: sed aliter quàm nunc se habet, ita ꝙ illud aliter esset non alicuius succedentis oppositi

siti ad oppositum, sed est alterius oppositorũ, quod in eodem instanti posset inesse, in quo suum oppositum inest: & hoc non sufficit ad mutationem, quia inesse cognito possibile est prædicari a. sedebit pro instanti b. & pro eodem instanti a. potest non sedere similiter a. sedet pro instanti b. & potest non sedere: vt prius expositum est: sed illa non est mutatio: quia semper vna pars est de possibili, quod nihil reale est, vt patet. Sed mutatio semper requirit successionem realem, vt supra exposui: & sic patet responsio ad primum argumentum.

¶ Ad secundum respondetur à Docto. quòd ista consequentia non valet, non sciens a. potest scire a. ergo potest incipere scire a. & hoc quando est potentia præcise alicuius prioris naturaliter ad oppositum posterioris pro eodem instanti, pro quo habet hoc posterius contingenter esse, sicut est in proposito.

¶ Vult dicere, quòd illud posse ad oppositum, (scilicet posse scire a. quod prius nesciuit, quod posse scire est oppositum ei, quòd est nescire) non est posse reale cum suo opposito, quod est non scire a. idest ꝙ non scire a. non præcedit duratione ipsum posse scire a. ita quòd posse scire a. realiter possit succedere ipsi non scire a. Sed talis successio (si tamen potest nominari successio) solum consistit in prioritate naturæ causæ ad suum effectum, siue principij cognitiui ad obiectum secundarium. ideo consequentia non valet. Si enim in primo instanti naturæ Deus non scit a. fore pro instanti b. & potest scire in secundo instanti naturæ adhuc non sequitur. ergo potest incipere scire: quia ly, incipere scire: dicit successionem realem oppositi ad oppositum: ita quòd in aliqua duratione vnum oppositum, scilicet non scire a. præcedat aliud oppositum, scilicet scire a. ponendo posse scire inesse, sicut & quodlibet possibile debet poni inesse. Sic ergo in primo instanti naturæ quo tantum scit necessaria nescit a. quia adhuc a. nihil est: potest tamen scire, & ponatur inesse in secundo instanti naturæ in quo ipsum a. habet esse contingenter: & sic in illo secundo instanti scit a. & vt sic nulla apparet successio realis oppositi ad oppositũ. Addit Docto. quòd gratia materiæ tenet in creaturis, vbi est possibilitas ad opposita successiue: quia bene tenet consequentia. Petrus non cognoscit nunc sortem, & potest cognoscere. ergo potest incipere cognoscere. certum est enim quòd de facto ipsum nescire præcedit duratione ipsum scire: & sic ibi est successio realis oppositi ad oppositum quando ipsum posse scire ponitur inesse: & potest esse successio realis oppositi ad oppositum potest poni inesse. Addit etiam dicẽs. Sed licet illa non esset, scilicet possibilitas ad opposita successiue: adhuc tamen esset possibilitas ad vtrunque illorum pro vno instanti. in cõtingentibus enim etiam respectu creaturæ est possibilitas ad vtrunque illorum oppositorum simul pro eodem instãti temporis, vt supra patuit.

¶ Ad ternum respondet Docto quòd ista potentia ad opposita est potentia actiua, scilicet qua potest scire a. & non scire a. non quòd sit potentia actiua physica, quæ producit aliud inquantum aliud, scilicet realiter, & essentialiter distinctum, vt patet. 5. meta. t. c. 17. & 6. t. c. 2. sed accipit magis potentia actiua metha de qua supra dixi in ꝓlo. q. de subiecto theologiæ: & hæc potentia actiua in diuino intellectu respectu intellectionis, non est ad intellectionem realiter distinctam. licet ergo non sit vere productiuus suæ intellectionis: quia illa realiter distingueretur. vt supra patuit distinctione 2. parte 2. habet tamen eam ac si eam realiter produxisset. Et cum comparatur intellectus diuinus ad obiecta secundaria: potest dici potentia actiua, non tamen physica: quia illa producit tantum ens reale inesse realis existentię. hæc autem producit tantum inesse secundum quid. vt supra patuit distinct. 3. quæst. 4 distinct. 35. 36., & in 2 dis. 1. q. 1. & hoc est, quod dicit. Intellectus diuinus inquantum est actu per essentiam, & per actualem intellectionem infinitam sit potentia actiua respectu quorumcunque obiectorum, quæ producit inesse intellecto. Sequitur. Et cum dicit igitur ipsa, scilicet potẽtia actiua non potest agere circa aliquid circa, quod prius non egit, nisi prius mutetur. Dico, ꝙ consequentia non valet quando agens requirit obiectum circa quod agat, sicut in agentibus creatis: non oportet quòd agens mutetur si de nouo agat, scilicet si de nouo appropinquetur sibi passum in quod agat. Et vult dicere, quòd nouiter agere post non agere potest dupliciter intelligi. Vno modo per nouam actionem in causa: & sic tale agens vere mutatur: qa habet nouam actionem quam prius non habuit. *Agere de nouo cõtingit dupliciter.* Alio modo per nouam approximationem obiecti, vel passi: sicut si igni semper approximentur noua combustibilia, ipse ignis semper calefacit: & tamen nec productio caliditatis, nec alia mutantur in suo esse, vel in suo proprio supposito. Sic in proposito voluntas diuina determinans aliquid fore ostensum ab intellectu, facit complexionem talem esse veram: & ideo intelligibilem, & ex hoc istud scilicet verum est præsens intellectui in ratione obiecti intelligibilis: non quòd tale obiectum posit mouere intellectum diuinum ad sui cognitionem: quia tantum à sola essentia mouetur ad cognitionem cuiuscunque, vt supra patuit, nec etiam quòd sit præsens ex natura rei, vt supra patuit distinctione tertia, quæstione tertia, & in quoli. patet quæst. 14. fit enim pręsens per essentiam diuinam, ipsum verum contingens repræsentantem: & vt sic præsens intelligit ipsum eadem simpliciter intellectione, qua intelligit etiam essentiam suam. Sequitur. Et sicut voluntas potest facere istud volitum, & non facere: ita posset esse verum, & non verum: & ita potest cognosci, & non cognosci ab isto intellectu diuino: quia posito ipso vero intelligit: non posito non intelligit: & hoc quod est intelligere, & non intelligere non est propter aliquã contingentiam in ipso intellectu diuino: quasi intellectus diuinus contingenter posit intelligere, & nõ intelligere: quia intellectus necessario intelligit, quãdo obiectum est sibi præsens in ratione obiecti intelligibilis. Sed quòd posit intelligere a. fore pro instanti b. & posit non intelligere: est ex sola contingentia voluntatis diuinæ ponentis contingenter, siue determinantis a. fore pro instanti b. vel non fore pro instanti b. si determinat ipsum fore pro instanti b. intellectus diuinus necessario intelligit a. fore pro instanti b. si vero determinat a. non fore pro instanti b. intelligit necessario a. non fore pro instanti b.

¶ Deinde obijcit dicens, quòd adhuc non potest esse sine mutatione, saltem in obiecto intellecto: sicut nec illa approximatio passi naturalis ad agens naturale, potest esse sine mutatione passi: & forte ipsius agentis approximantis.

¶ Respondet quòd non mutatur obiectum istud in isto esse: quia non potest esse successiue sub oppositis: contingenter tamen est in isto esse: non enim tale obiectum in intellectu diuino potest esse sub oppositis. puta quòd in aliquo priori duratione fuit nõ cognitum a. fore pro instanti b. & in aliquo instanti immediato post illam durationem sit cognitum ab intellectu diuino ipsum fore pro instanti b. quia talis successio est simpliciter impossibilis, vt obiectum comparatur intellectui diuino, vt supra patuit. Similiter tale obiectum inesse volito non potest esse sub oppositis successiue: sic quòd in aliquo priori du-

ratione

ratione a. non sit volitum à voluntate diuina pro instanti b. & quòd in aliquo instanti posteriori immediate sequente durationem illam sit volitum à voluntate diuina pro instanti b. hoc est enim impossibile: quia voluntas diuina quicquid voluit ab æterno voluit: licet enim in eodem instanti quo vult a. possit non velle a. tamen si vult a. esse ipsum vult ab æterno. Et hoc est, quod Doc. hic intendit in ista littera. Et sic patet ad argumenta q.

AD argumenta q.4 quæ talis fuit An intellectus diuinus necessario sciat omnem conditionem existentium omnium? & arguit quòd sic. Primo. Deus scit immutabiliter antichristum fore dicatur a. ergo necessario scit ipsum a. fore. Probatio consequentiæ. Primo, quia non ponitur in Deo nisi necessitas immutabilitatis. Secundo, quia omne immutabile videtur esse necessarium formaliter, sicut omne possibile, quod repugnat necessario videtur esse mutabile.

¶ Secundo arguit: quia quicquid potest esse in Deo, est necesse esse, patet: sed scire a. potest esse in Deo, ergo scire a. est necesse esse.

¶ Tertio arguit sic. omnis perfectio absoluta simpliciter de necessitate inest Deo scire autē a. est perfectio simpliciter: quia aliter non esset Deus perfectus, si nesciret a. formaliter: quia non est imperfectus nisi propter carentiam perfectionis simpliciter. ergo necessario scit a.

¶ Ad primum argumentum respōdet Doc. negando consequentiam. Ad probationem primam præmittit primo, ꝙ quartus modus necessitatis positus ab Arist. 5. me. t. c. 6. est non contingere aliter se habere. Vnde sic ait Aristo Amplius quod non contingit aliter se habere necessarium dicimus sic se habere. hæc ille. Et hic quartus modus distinguitur à tribus præcedētibus: quia quartus modus est absolutus: sed duo primi sunt ad aliquod bonum intrinsecum, vel extrinsecum acquirendum: vel malum possibile euitandum. vt patet de primo modo, scilicet cibus & respirare, quę sunt necessaria animali: & medicina, quę est necessaria ad euitādum infirmitatem. tertius modus dicitur per operationem ad agens extrinsecum violentās. Vnde ait. Amplius vim faciens, & vis, id est violentia, & vim faciens. i. violentiam faciens. huc autem est, quod præter impetum, & præter voluntatem. i. ꝙ violentia est aliquid impediens, & prohibēs præter impetum, & præter voluntatem. i. contra appetitum naturalem, & rationalem. Sequitur in textu: violētum enim necessarium dicitur. Sed quartus modus accipitur absolute, & in se: & sic alij tres modi requirunt imperfectionem in se: licet ergo in Deo sit ista necessitas immutabilitatis, quæ est quartus modus necessitatis: non tamē est ibi illa sola: sic ꝙ immutabilitas ex se sit necessitas: quia immutabilitas ex se non priuat, nisi possibilem successionem oppositi ad oppositum. Necessitas autem simpliciter absolute priuat possibilitatem huius oppositi, & non successionem huius oppositi, sicut hic: & ideo nō sequitur oppositum non potest succedere opposito. ergo oppositum non potest inesse. Vnde licet voluntas diuina possit velle, & non velle a. non tamen cum successione: vt supra exposui respondendo ad argumenta alterius quæst. Sed quando est necessarium simpliciter, nunquam oppositum potest inesse: sicut dicimus, quòd intellectus necessario simpliciter intelligit essentiam diuinam: & sic necessario intelligit, ꝙ est sibi simpliciter impossibile non intelligere. Et simpliciter voluntas sic necessario vult essentiam diuinam, quòd est ei simpliciter impossibile ipsam nō velle: non sic est cum comparatur ad creaturam: licet enim ipsam diligat necessitate immutabilitatis: non tamen necessitate simpliciter.

Voluntas diuina an possit velle, vel nō velle a. tamen cum successione.

¶ Ad secundam probationem dicit Doc. primo, quòd omne ens possibile in esse existentiæ est mutabile. patet quia tale ens non includit formaliter necessitatem, nec immotabilitatem: est enim mutabile, vel mutabilitate versionis de qua Doct. supra d. 8. & in 4. d. 11. vel aliqua alia mutabilitate: & hoc satis patuit in 1. d. 8. Addit Doct. quòd tale ens possibile est mutabile ponendo etiam tale ens creari secundum mentem Aui. qui voluit aliquid posse causari ab æterno. vt expositum est, supra d. 2 d. 8. q. vlt. & in 2 dist. 1. q. 2. & 3. ita ꝙ non esse tantum præcedat ipsum esse in aliquo priori naturę: non tamen accipiendo prius natura positiue, sed tantum negatiue: quia scilicet nō esse quantum est ex se inesset, nisi ipsum esse præueniretur à causa superiori producēte tale esse in illo instanti naturæ, in quo non esse ex se inesse: vt expositū est supra dist. 8. q. vlt. & in 2. d. 1. q. 2 & in simili in 3. d. 3. q. 1. Si tamen acciperetur ipsum esse creari ab æterno, de necessitate naturæ: sicut secunda intelligentia (forte secundum ipsum, & Arist. vt supra patuit. d. 8. q. vlt) est necesse esse, & de necessitate naturæ ꝓducta ab æterno, tunc talis esset immutabilis: quia ēt secundum philosophum omne sempiternum est necessariū: & tale est immutabile in suo esse. Dico ergo ꝙ si effectus ꝓduceretur ab æterno, & esset vere possibile, & contingens, ꝙ tale esset immutabile etiam in suo esse. Secundo vult Doc. ꝙ nullum ens possibile consideratum tantum in esse cognito, vel in esse volito sit mutabile: quia mutari proprie est realiter aliter se habere. vt exposui supra, sed esse cognitum ab intellectu diuino, siue esse volitum à voluntate diuina habet tm̄ esse secundum quid, & nullum esse reale, vt supra patuit dist. 3. q. 4. d. 35. & 36. & per consequens, vt sic est omnino immutabile: licet dicaт ens possibile pro eo, ꝙ sibi non repugnat pro aliquando realiter existere. Et tale esse cognitum ab intellectu diuino, vt præcedit actum voluntatis diuinæ dicitur necessarium: quia de necessitate naturæ ab actu intellectus diuini productum, vt supra patuit d. 3. q. 4. 35. 36 & 39. dicitur tamen necessarium secūdum quid: quia & esse tale est esse secundum quid. esse īn cognitum respectu contingētis est tantum necessariū necessitate consequentiæ, & non consequentis: quia sequitur determinationem voluntatis diuinæ, q̄ mere contingenter se habet respectu omnis contingentis. sicut ergo esse volitum est tantum necessarium in tali esse necessitate consequentiæ, nullo ēt modo in tali esse est mutabile: quia nullum esse reale dicit, immo ēt vt sic est omnino immutabile: quia ibi non potest esse transitus à contradictorio in ꝯdictorium: ita ꝙ vnum oppositū succedat alteri: quia in aliquo priori duratione non dr̄ non habere esse volitum, & post habere esse volitum, sed si fuit volitū necessario fuit volitum ab æterno. vt supra exposui. Deinde addit Doc. ꝙ istud esse cognitum, vel volitū reducitur ad aliquod esse reale simpliciter necessarium: quia esse cognitum lapidis reducitur ad actū intelligendi intellectus diuini, qui actus est simpliciter necesse esse, vt supra patuit. di. 36. & esse volitū lapidis reducitur ad velle diuinum, quod est verum ens reale, & simpliciter necessarium. Sequitur. Propter cuius alterius necessitatem non potest esse hæc mutabilitas: & tamen illius alterius necessitas ex se non continet huic formaliter: ideo istud non ex se formaliter necessarium: illud enim esse cognitum lapidis non est formaliter intellectio diuina, qua intellectus diuinus intelligit lapidem, nec similiter esse volitum ipsius est formaliter volitio diuina qua voluntas diuina vult ipsum: istud autem esse volitum cum tm̄ sit esse sm̄ quid, & non reale, non ex se formalr̄ necessarium: quia non habet esse extremi, quod respicit realiter. i. ꝙ esse volitum non habet esse formaliter extremi, scilicet

Opinio Auicennæ.

Quid sit mutari.

Esse cognitū ab intellectu diuino habet esse secūdum quid, & nullum esse reale.

Esse cognitum reducitur ad aliquod esse reale.

volitionis diuinæ quam respicit realiter, idest quam respicit, vt extremum vere reale. nec tamen illud esse volitum est mutabile: quia secundum illud esse diminutum respicit extremum immutabile, scilicet volitionem diuinam: ex quo enim habet tantum esse volitum volitione diuina, statim sequitur, quòd si volitio diuina sit omnino immutabilis, quòd etiam obiectum à tali volitione volitum erit immutabile: quia mutatio in aliquo inquantum respicit aliud non potest esse sine mutatione in illo, idest ex quo esse volitum lapidis, vt comparatur ad volitionem diuinam, dicitur tantum sibi competere inquantum sibi comparatur: non potest esse mutatio in tali esse volito, nisi sit mutatio in volitione diuina per cuius comparationem dicitur habere tale esse.

Aliquid potest inesse Deo dupliciter.

¶ Ad secundum argumentum. Respondet Doct. dicens, quod aliquid potest inesse Deo dupliciter. s. formaliter, vel inesse subiectiue: sicut logice prædicatũ quodcunque dicitur inesse subiecto. i. quod aliquid inest Deo realiter, & formaliter, siue intrinsece. vt omnis perfectio diuina, & oĩa intrinseca realiter: & tale est realiter Deus: aliquid etiam inest tm̃ prædicatiue, & nullo modo intrinsece: sicut dicimus, quod paries est visus: visio inest parieti tantum prædicatiue, & denominatione extrinseca: sicut etiam dicitur Deus dominus ex tempore, nõ propter nouam relationem formaliter inexistentem ipsi: sed tantum prædicatiue, & denominatione extrinseca. Sic in proposito. Deum scire a. est idem quòd Deus: verum est accipiendo ipsum scire absolute, quia illud est realiter Deus: sed accipiendo scire pro obiecto scito: non inest Deo realiter, sed tantum obiectiue, vel prædicatiue, & denominatione extrinseca. Scire enim b. inest Deo: quia hoc scitum habet respectum ad scientiam diuinam, & per hoc aliqua appellatio relatiua inest Deo sicut prædicatum subiecto: & hoc magis patuit, supra dist. 35. de ideis, & aliqualiter. d. 36.

Nulla perfectio simpliciter in Deo dependet à creatura.

¶ Ad tertium & vltimum dicit Doc. quod nulla perfectio simpliciter in Deo dependet à creatura, nec etiam simpliciter coexigit creaturam necessario in quocunque esse: & loquitur hic de perfectione simpliciter formaliter, & non præexigitiue: quia aliqua talis coexigit necessario creaturam in aliquo esse, vt patet ab ipso in quodl. q. 1. sed non perfectio formaliter simpliciter, vt intellectus, voluntas, volitio, intellectio, & huiusmodi: & quòd non requirant respectum aliquem ad extra, siue ad creaturam subtiliter probat Doc. in q. 1. quodl. Et ideo Deum scire b. prout intelligitur non tantum pro scire absolute: sed etiam prout transit super ipsum b. non est perfectio simpliciter. patet quia nulla talis (vt dixi) includit respectũ ad extra, põt tamen dici perfectio simpliciter, nõ formaliter, sed cum hoc addito, quòd scilicet scire b. necessario concomitatur perfectionem simpliciter: quia si intellectio diuina sit formaliter infinita, statim concomitatur, quòd sit omnis obiecti intelligibilis. & sic necessario omnis obiecti intelligibilis nõ necessitate consequentis respectu obiecti contingentis, sed tantum necessitate consequẽtiæ. vt supra patuit: Et breuiter posito quocunque obiecto necessario est illius: & sic posito contingenti ex determinatione diuinæ voluntatis necessario talis scientia terminatur ad illud: & sic scire a. concomitatur perfectionem simpliciter, scilicet ipsam scientiam Dei formaliter infinitam. Et sic respondendo formaliter ad argumentũ. dicit, quòd maior argumenti est vera de perfectione illius scientiæ absolute sumptæ: quia talis scientia absolute sumpta inest necessario ipsi Deo. sic autem minor est falsa, scilicet quòd scire a. sit hoc modo perfectio simpliciter absolute sumpta. Et probatio eius non probat, nisi quòd ad perfectionem simpliciter consequitur necessario, quòd sit talis obiecti: quia consequitur necessario, quòd habeat aliquem talem respectum ad talem perfectionem simpliciter: non tamen ex tali respectu alterius ad ipsum, nec ex appellatione relatiua eius est perfectio simpliciter in eo &c.

AD ARGVMENTA. quæst. quintæ, quæ talis fuit. An cum determinatione, & certitudine scientiæ suæ possint stare aliqua contingentia ex parte rerum in existentia? Arguit primo. quòd non: quia sequitur. Deus scit a. ergo necessario erit. Probatur consequentia: quia actus rationalis cuiusmodi est scire non distrahitur propter materiam, super quam transit. idest quòd talis actus non destruitur in sua ratione quiditatiua, nec implicat contradictionem propter obiectum additum dicendo. Deus scit a. fore pro instanti b. ergo si scire sit in se necessarium, propter hoc, quod additur a. fore pro b. scitur: non fit non necessarium. Cum ergo scire Dei sit simpliciter necessarium, non distrahitur ab hac necessitate per hoc, quòd transit super contingens.

¶ Secundo arguit sic. Omne scitum à Deo fore necessario erit a. est scitum à Deo fore. ergo. Maior est vera prout est de necessario: quia prædicatum, scilicet scire de necessitate inest subiecto. scilicet Deo. Et minor est de inesse simpliciter: quia pro æternitate est vera: non enim minor est de inesse, vt nunc. Sed ex maiori de necessario, & minori de inesse simpliciter, sequitur conclusio de necessario. vt patet primo priorum. Sequitur. Necesse est omne animal esse substantiam. Sed omnis homo est substantia. ergo necesse est omnem hominem esse substantiam. sic in proposito.

¶ Respondet Doct. ad primum quòd antecedens est falsum: quia scit a. fore pro b. tantum contingenter: quia talis scientia sequitur contingenter determinationem diuinæ voluntatis. Et cum probatur quod actus non distrahitur &c. Responsum est supra ad illam propositionem in articulo facto contra solutionem huius. q. uide ibi.

¶ Ad secundum. Dicit Doct. quod in mixtione de necessario, & de inesse &c oportet quod illa de inesse, non tantum sit de inesse simpliciter. ita quod sit vera pro omni tempore: sed quod etiam sit necessario vera. Vnde nõ sequitur. Necesse est omne album esse coloratum. Sed omnis homo est albus: posito quod pro omni tempore sit albus. ergo necesse est omnem hominem esse coloratum? non sequitur cum omnis homo sit cõtingẽter albus. Et addit Doct. quod etiam vltra hoc requiritur forte, quod significet sumptum sub per se contineri sub medio. Ad propositum tamen sufficit, quod sit necessario vera. Modo in proposito minor non est necessario vera.

Nec ssitas simplex consequentis, et cõsequẽtiæ.

AD argumenta pro tertia opi. Ad primum dicit Doc. quod Boe. exponit se statim ibidem immediate, post distinguit de necessitate consequentis, & consequentiæ: & per hoc concedit quod contingentia relata ad diuinam scientiam sunt necessaria necessitate consequentiæ. hoc est: ista consequentia est necessaria. Si Deus scit illa esse futura, illa erunt: non tamen sunt necessaria necessitate absoluta, siue consequentis. &c.

¶ Ad aliud pro ista tertia opi. dicit quòd cõtingẽtia non est tantum priuatio, vel defectus entitatis sicut est deformitas in actu secundo, qui est peccatũ: talis enim deformitas est tantum priuatio, siue defectus rectitudinis, quæ deberet inesse actui, quæ tamen nõ inest: & sic talis deformitas nihil est. De hoc vide Doc. in 2. d. 30. 34. 37. in 4. distinct. 14. & alibi sæpè. Sed contingentia est modus positiuus entitatis, & forte gradus intrinsecus secundum aliquos:

stinatus potest damnari. In sensu vero diuiso est vera: quia sunt duæ cathegoricæ: puta Franciscus est prædestinatus, & Franciscus potest damnari. Sicut etiam ista est vera in sensu diuiso. album potest esse nigrum, idest Franciscus est albus: & Franciscus potest esse niger: quia tunc possent verificari duo opposita de eodem, pro eodem instanti: sed pro alio instanti. Sic & ista: prædestinatus potest damnari, idest Ioannes est prædestinatus, & Ioan. potest damnari: posse enim damnari non potest verificari simul pro eodem instanti naturæ: licet pro eodem instanti æternitatis.

¶ Sed dicuntur tamen vera simul inquantum diuina volitio consideratur, vt prior naturaliter transitu ipsius super illud obiectum quod est gloria isti: in illo priori naturaliter non repugnat sibi esse oppositi obiecti: immo posset esse æqualiter oppositi: licet non simul amborum. Et ideo hoc, quod dico posse damnari: non potest succedere huic, quod est esse prædestinatum: ita quòd si Ioannes sit actu prædestinatus in aliqua duratione posteriori, non potest esse damnatus. Et ratio: quia omnis determinatio voluntatis diuinæ semper est ab æterno: & nihil de nouo vult, quin ab æterno præordinatum fuerit, vt patuit supra distinctione trigesimanona. & infra patebit distinctione quadragesimaquinta. & sic patet littera Docto. Si tamen Deus possit nunc aliter ordinare, quàm ab æterno ordinauerit, ipse nouit.

AD primum argumentum dico. Hic Docto. respondet ad argumenta principalia. Quorum primum probat, quòd semel prædestinatus de necessitate saluabitur: quia secundum philosophum 6. ethi. cap. tertio. Hoc solo priuatur Deus ingenita facere, quæ facta sunt. Sed prædestinatio transit in præteritum: quia prædestinatio fuit ab æterno.

Obiectio. ¶ Si dicatur posito, quòd prædestinauerit ab æterno potest tamen nunc ipsum reprobare. Concedo enim quòd si est prædestinatus, quòd non potest esse non prædestinatus: quia præteritum non potest non præteriisse: quia si præteritum posset fieri non præteritum: tunc esset mutatio de non ente in non ens: quod non est intelligibile. de hoc vide Docto. in 4. d. 1. q. 6.

Quare non potest præteritũ non præterisse.

Solutio. ¶ Dico, quòd Doct. in isto argumento supponit, quòd omne volitum à voluntate diuina est simpliciter volitum ab æterno: licet non pro æterno: si enim haberet nouam determinationem posset esse mutatio in voluntate diuina, vt patet supra distinct. 30. in simili de actu intellectus, & expresse distin. 39. præsupponit. ergo quòd si aliquid est prædestinatũ ab æterno pro nulla duratione sequenti oppositum euenire non potest. ergo si est prædestinatum ab æterno non potest non prædestinari. ergo necessario prædestinatur.

¶ Respondet Docto. per quoddam exemplum satis clarum. Et responsio Docto. stat in aliquibus dictis. Primo, quòd in æternitate non est transitus in præteritum, neque in futurum: sed omnia sunt ibi præsentia. Æternitas enim est mensura, siue duratio omnino indiuisibilis. de hoc in secunda distinctione 2. & sic ista propositio, vt comparatur ad æternitatem, scilicet Deus prædestinauit Ioannem est falsa de rigore sermonis. hæc autem est vera. Deus prædestinat, ita quòd quicquid Deus determinat semper vt in præsenti determinat, & omnia sunt sibi simpliciter præsentia. Secundo, quòd instans æternitatis potest coexistere cuicunque differentiæ temporis, scilicet præteritę præsenti, & futuræ: & sic prędestinatio, vt comparatur tempori nostro potest dici præsens, præterita, & futura.

Deus sp prædestinat õs beatos. ¶ Et nota, quòd voluntas diuina semper prædestinat quos prædestinat: & sic omnes beatos semper prædestinat. Sicut dicimus, quòd semper creat: ita quòd pro tota duratione ipsius creaturæ semper est verum dicere, quòd semper ipsam creat: ita quòd vt comparatur ad æternitatem non dicimus, quòd ipsam creauit, vel creabit: sed tantum hoc est verũ, vt coexistit creatio tempori nostro. Et sic, vt prædestinatio comparatur, siue vt coexistit tempori nostro, istæ sunt veræ. Deus prædestinauit Petrũ: nunc prædestinat: & cras prædestinabit, & post cras. Dico ergo ad argumentum, quòd sicut in instanti æternitatis contingenter prædestinat: ita potest oppositum. vt supra patuit di. 39. & sic prædestinatio non est simpliciter necessaria.

¶ Secundo arguit. Si prædestinatus posset damnari, hoc esset tantum per actum suum. ergo per actum voluntatis creatæ posset impediri actus voluntatis diuinæ: quod est impossibile.

¶ Respondet, quòd tunc impediretur si staret propositum voluntatis diuinæ, & oppositum illius propositi eueniret per voluntatem creatam. Sed hoc est impossibile: quia sicut voluntas creata potest mereri damnationem: ita etiam potest cõcomitanter sequi, quòd voluntas diuina nõ præordinauerit ipsam ad gloriam. vt dictum est distinctione præcedente in solutione primi argumenti ad secundam quæstionem, quòd Deus non possit falli: quia non potest stare intellectio eius respectu actus cum opposito illius: ita non potest impediri voluntas eius: quia non potest stare ordinatio sui cum opposito eius, quod ordinauit. de hoc supra d. 39. vide ibi.

Distinctio Quadragesimaprima.

Quæritur. Vtrum sit aliquod meritum prædestinationis, & reprobationis?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. primo sententiarum distin. 41. quæst. 2. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa, quæstione 28. membro 3. Art. 1.
Scotus 1. senten. dist 41. q. 1.
D. Thomas 1. parte summa. q. 23. Artic. 5.
Ricardus 1. senten dist. 41 q. 1.
Durandus 1 senten. dist. 41. q. 2.
Franciscus de Mayronis. 1. sent dist. 41. q. 4.



VÆRITVR circa dist. 41. Vtrũ sit aliquod meritum prædestinationis, vel reprobationis? Titulus quæstionis sic intelligitur. An merita nostra saltem, vt præuisa sint causa prædestinationis? siue an Deus tantum prædestinet propter merita nostra: ita quòd si non essent opera meritoria in præuisione diuina Deus non prædestinaret. Similiter an peccata sint causa reprobationis nostræ? ita quòd si peccata prius nõ præuiderentur: nunquam Deus reprobaret aliquem. Et sic patet titulus q.

Opin. Magistri sententiarum. CIRCA istam q. dicit Doc. quòd fuit opi. Aug. quã post retractauit. s. quòd licet bona opera in pręsentia Dei non sint ratio prædestinationis: fides tamen in præscientia Dei est ratio prædestinandi. Sed hoc retractauit primo retra. 22. innuens contra se rationẽ: quia fides est donum Dei: sicut & alia bona opera: quod probatur per Apo. primæ ad Cor. vbi dicit. Illud non dixissem si fidem inter dona Spiritussancti connumerare sciuissem.

MAGISTER videtur sentire, quòd omnino nullum sit meritum prædestinationis, vel reprobationis: & videtur inniti auctoritati Augu. & Apostoli. vt patet in littera, &c. Et Magister adducit auctoritatem Augustini contra lib. 83. q. quæst. 68. vbi videtur velle, quòd præcedat aliquid in peccatoribus, quo digni efficiantur iustificatione: & aliquid præcedat in alijs peccatoribus, quo digni sint obstinatione.

§ Respondet Magister, quòd istam auctoritatem videtur retractasse in finali retractando illud, quod dicit super epist. ad Ro. Et hoc confirmat per hoc, quòd quędam, quæ subdiderat in eadem quæstione retractat, sicut apparet primo retrac. 25.

§ Sed contra responsionem Magistri de retractatione auctoritatis ad Rom. obijcit Henri. per hoc, quòd August. librum illum super episto. ad Roma. edidit, quando fuit presbyter: illum autem 83. quæstionum, non compilauit, antequam esset episcopus.

§ Sed istud non cogit: quia licet prius scripserit vnum librum, quàm alium: simul tamen fecit librũ retractationum: & tunc habuit illos duos libros editos &c. vide litteram.

§ Sed aliter posset argui contra expositionem Magistri, quòd non inuenitur vbi Aug. illa verba retractet: quia sicut ipsemet confitetur, & verum est: post illa verba, quæ adducit sequuntur alia verba, quæ retractat de illa positione 68. primo Retra. c. 25. & ista verba non retractat. videtur autem, quòd si intelligeret ea esse retractanda, non inciperet à verbis sequentibus ista, omittendo ista.

Opi. S. Tho. 1. par. summa q. 23. artic. 5. ALITER dicitur. Hic ponitur opini. Sancti Th. qui dicit, quòd quicquid Deus operatur circa creaturas: solo beneplacito suæ voluntatis operatur. Et hoc confirmat auctoritatibus Pauli, & Aug. quæ patent in littera.

§ Ibi. Vlterius. addit Tho. quòd licet assignare rationem in generali, scilicet quare aliquos damnet, & quare aliquos saluet. vt quia bonitas eius vna, & simplex multipliciter manifestetur in rebus diuersis: eo quòd in vna re tota bonitas manifestari non potest: & sic manifestatur vno modo reprobos iuste puniendo: & alio modo iustos iuste præmiando: & sic in generali assignatur aliqua ratio prædestinationis, & reprobationis. Sed quare hunc prædestinet, vel hunc reprobet, nulla ratio potest assignari, nisi sola voluntas Dei sic determinantis. Vnde August. super illud Ioan. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. dicit quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle diiudicare, si non vis errare. Et patet in breuitate positio San. Th. Contra quam arguit Henri. quoli. 5. quæst. 5. & quoli. 8. quæst. quinta. Et ista littera in qua Henr. arguit contra San. Tho. satis clara est.

Opin Henr. quol. 5. q. 5. ISTE igitur improbans istam positionem dicit aliter. Hic ponitur opi. Hen. quol. 4. q. 14. quæ stat in aliquibus dictis. Primo, quòd actus diuinus si consideretur, vt est à Deo agente, nulla est ratio actionis diuinæ: neque vt finis, nisi vt bonitas eius manifestetur: neque vt efficientis, nisi vt voluntas sua manifestetur. Secundo, quòd actus, siue actio diuina, si comparetur ad obiecta extra: oportet assignare aliquam rationem per quam illud ens circa quod est talis actio, vt ens ad finem congruit fini. Et hoc probat triplici modo. Tum quia in rebus omnino æqualibus electio esse non potest. Tum: quia in operibus diuinis concurrit iustitia: ergo aliqua congruentia ex parte illius circa quod misericorditer operatur, &c. Tertio dicit, quòd ratio ex parte electi est bonus vsus præuisus liberi arbitrij, & ex parte reprobati est malus vsus liberi arbitrij, Et hoc probat, & probatio clara est.

§ Et si obijciatur contra istud, quòd bonus vsus liberi arbitrij est per gratiam. ergo vsus liberi arbitrij pertinet ad effectum prædestinationis: & sic non est ratio eligendi. Respondet quòd bonus vsus non includitur, nec sub prædestinatione, nec sub effectu eius: licet non sit sine eius effectu. Et sic secundum Henri. in communi circa totum genus humanum potest assignari bonus vsus, & malus vsus: & de quocunque homine potest assignari ratio ex parte ipsius non propter quam, sed sine qua non. Tamen in speciali circa determinatum hominem non est hominis illam rationem inuestigare, quamuis non desit: & vix possit sciri cum in speciali secundum eum magna inopia reddendæ rationis Apost. laborauit cum dixit Ro. 11. O altitudo, &c.

Improbatio opi. Hen. SED contra istud arguitur. Hic Docto. improbat positionem Henr. Tum quia Deus non præuidet istum bene vsurum libero arbitrio: nisi quia præordinat istum bene vsurum: quia cognitio huius sequitur determinationem voluntatis diuinę, vt supra patuit, distinctione 39. & in prolo. quæst. vltima, & alibi. Et sic si offerantur voluntati diuinæ ab intellectu diuino duo æquales in naturalibus: non apparet quare hunc præordinat bene vsurum libero arbitrio, & illum non: nisi voluntas diuina sic, vel sic ordinans. Et de hoc vide in prolo. quęstione vltima, & illa quæ exposui ibi. & vide in quoli. quæst. decimaquarta.

§ Secundo, ista ratio non est communis omnibus prædestinatis, & reprobatis: quia nõ paruulis in quibus non præuidet Deus vsum bonum vel malum. Si dicatur saltem præuidet istum bene vsurum, si vixisset. Sed hoc ipse ita improbat: quia propter bonum vsum præuisum alicuius, si superuixisset non acceptatur, vel damnatur: tunc enim adultus secundum eos moriens in gratia, non præmiaretur secundum merita, quæ nunc habet: sed secundum illa, quæ præuideretur habiturus, si superuixisset. Similiter si loquamur de angelis prædestinatis, quem vsum liberi arbitrij præuidet Deus in isto, si offeratur gratia, quem non prævidet in illo, propter quẽ prędestinat istum, & illum reprobat.

Opin. Sco. POTEST aliter dici. Hæc est opin. Docto. quæ stat in duabus conclusionibus Prima. prædestinationis nulla est ratio aliquo modo prior: nec ex parte prædestinantis, nec ex parte prædestinati. Et probat singulari ratione: quia ordinate volens finem, & ea quæ sunt ad finem, prius vult finem, idest quòd ordinate volens alicui: puta Francisco finem, scilicet sanitatem, & ea quæ sunt ad sanitatem ordinata: prius vult illi sanitatem, idest prius amat efficaciter sanitatem: & post ordinata ad sanitatem: ita quòd vult illi simpliciter sanitatem, idest quòd non amat illi sanitatem propter potionem, & huiusmodi immo econtra ideo amat illi potionem amaram propter sanitatem prius illi amatam: ita quòd in aliquo priori actus voluntatis ordinatæ volẽtis terminatur ad sanitatem, vt bonum Francisco: & in illo priori nullo modo terminatur ad necessaria ad sanitatem: & tamen si ordinata ad sanitatem essent ratio quare vult sanitatem Francisco, prius haberet actum circa ordinata, quàm circa sanitatem: & sic patet ista propositio. Sed voluntas diuina ordinatissime vult beatitudinem, vt finem vltimum: puta Petro, & ordinata ad illam: puta merita, siue opera meritoria, & gratiam, & huiusmodi: & quòd ordinate velit: patet à sanctis, & ab omnibus theo. voluntas enim diuina, est prima regula ordinatissima: immo tantæ rectitudinis, quòd non indiget rectificari etiam ab intellectu diuino: vt patet à Sco. in prolo. quæstione vltima, & alibi sæpe. ergo vult prædestinato

prius

prius beatitudinem: ita q actus diuinæ voluntatis prius terminatur ad beatitudinem volendo illam prædestinato, & post ille idem actus terminatur ad gratiam, & ad opera meritoria volendo illa prædestinato propter beatitudinem acquirendam. Et sic patet, quomodo ex parte prædestinati nõ assignatur aliqua ratio prior.

Ocham instat contra Sco. CONTRA istam rationem arguit Ocham in 1. distinct.41.q.vnica.& probat, quòd eadem ratione sequitur in prædestinatione, sicut & in reprobatione: quia sicut Deus non est prius vltor, quàm aliquis sit peccator: ita Deus non est prius retributor, quàm aliquis sit primo iustificatus per gratiam. ergo sicut peccatum finale præuisum est ex parte obiecti ratio reprobationis: ita aliquando gratia, vel meritũ præcedens, siue præuisum erit ratio prædestinationis.

¶ Secundo. Ratio non videtur concludere: quia non semper aliquis vult prius finem alicuius, quàm illud quod est ad finem: & hoc est quando finis iste non datur nisi propter aliquod præcedens, quod est ad finem: & sic videtur esse in proposito, q beatitudo aliquando non datur alicui nisi propter merita. ergo tunc non oportet Deum prius velle finem, qui est beatitudo istius, quàm velit illud quod est ad finem. Similiter non videtur bene dictum, q Deus velit prius finem, quàm illud quod est ad finem: quia ibi non est talis prioritas actuum: nec sunt ibi talia instantia qualia ponit.

¶ Ad rationem Sco. Respondet, dicens q ordinate volens finem sui ipsius, & ea quæ sunt ad finẽ, prius vult finem quàm ordinata ad finem. Nunc autem beatitudo respectu cuius est prędestinatio non est finis Dei prædestinantis: sed est finis prædestinati. Et ideo oportet, q prædestinatus volẽs finem, & ea quæ sunt ad finem prius velit propriam beatitudinem, quàm aliquod quod est ad illũ finem. hæc Ocham.

Destruũtur rationes Ocham. RESPONDEO primo ad rationes Ocham: ad primam. Et præsuppono aliqua. Primo q voluntas diuina posset absolutè reprobare aliquem nõ demerito præcedente in præuisione diuina: quia libere se habet respectu cuiuscunque ad extra: & non potest determinari ab aliquo creato: quia hoc est contra rationem primæ causæ agentis omnino indepedenter. Si ergo non posset reprobare Petrum absolutè, sed q peccatum in Petro sit ratio necessaria reprobationis: sequeretur, q in reprobando necessario depẽderet à creatura: & posito, q reprobaret nullo peccato præuiso: adhuc iustissime reprobaret: cum omnis determinatio voluntatis diuinæ sit iustissima, & ex se rectitudo formaliter. vt patet ex dictis Doc. sparsim in diuersis locis, vt in prolo.q.vlt.& in 1.d.39.41.44. in 2.d.23.in quoli. De hoc vide specialiter in 4. d.46. q.1. vbi etiam dicit, q si iustum esset Petrum saluari, si eum damnaret, iuste damnaret. Secũdo suppono, q multa operatur Deus, vt in tali operatione appareat bonitas sua, ẽt quo ad nos: licet absolutè appareat vltima bonitas in omni opere suo quocunque fiat. Ideo qñ reprobat aliquem tñ pp peccatum prę uisum, in eo manifestatur præcipua iustitia Dei: & ẽt apud quemcunque euitatur omnis rõ iniustitiæ, vel crudelitatis: licet vt dixi si reprobaret absolutè iustissime reprobaret, & nulla esset crudelitas. tertio suppono, q & si liberalitas Dei appareat in omni opere positiuo cõicando bonum creaturæ: & tanta, q non expectat vnde retribuetur à creatura: tñ videtur maior ratio bonitatis, & liberalitatis ordinando aliquem ad hæreditatem æternam absolutè: & non pp aliquod opus, vt præuisum exhiberi: merito prius prædestinat quos vult, anteq̃ habeat actum aliquem circa media ad illum finem. Et est maxima confidentia bonitatis diuinæ, vt non reprobet, nec malum inferat, nisi pro quãto opera nostra mala hoc demerentur: & q prædestinet ad bonum supremum nõ respiciendo opera nostra: non enim est tanta excellentia liberalitatis diuinæ dicere: q ideo te prędestinet propter opera tua: quasi si talia opera non essent præuisa non prædestinaret, quàm si mere prædestinaret non propter opera. Dico ergo, q licet posset prædestinare.i.determinare eligere Petrum ad gloriam tñ propter opera bona præuisa: quia nulla est ibi implicatio contradictionis: tamen (vt dixi) quia est infinitæ liberalitatis absolutè eligit prius ad gloriam. Et ex his patet responsio ad argumentum Ocham. quam responsionem bene nota propter multa.

¶ Ad secundum ipsius Ocham. Dico, quòd aliud est ordinare aliquem ad gloriam, & aliud est illam actu cõferre: licet ergo aliquis ordinet prius ad præmium: ita quòd in aliquo priori tantum habet actũ circa præmium conferendum, & post circa merita: tamen determinat actu non conferre præmium, nisi actu habeat gratiam, & opera bona. Sicut princeps prius eligeret aliquos ad curiam: ita quòd pro tunc non sit consideratio ad aliqua opera exhibenda: tamen actu non facit illos de familia, nisi prius habuerint tale signum, vel aliquid aliud.

¶ Ad illud quod dicit respondendo ad rationem Scoti. Dico, quòd oportet eum probare, quòd intelligatur de fine ipsius volentis. Nam medicus si ordinat: vult sanitatem ęgroto, vt finem & potionem, vt ordinatam, ad finem, prius habet actum circa sanitatem, idest quòd prius eligit hunc velle sanari, quàm eligat velle potionem amaram: hoc idem dico de voluntate diuina. Et sic patet responsio ad Ocham.

DVBITATVR circa dicta Docto. primo; quia si voluntas diuina, vt ordinate volens finem, & ea quæ sunt ad finem, si prius vult finem, aut vult efficaciter: aut non? si sic? arguo sic. Volens aliquid efficaciter. ergo si potest dare in illo instanti dabit: quia agens efficaciter si non impeditur statim operatur, & sequitur effectus. vt patet in agentibus perfectis. ergo Deus ab æterno beatificat, quem vult esse beatum: immo antequam habeat actum circa media. *Dubitatio prima.*

¶ Dico, quòd hoc nihil est: quia vult efficaciter ordinare ad gloriam, idest quòd efficaciter ipsum ordinat ad gloriam: quam tamen non confert in illo instanti: sed in illo pro quo determinauit conferre: sicut ab æterno determinat creare animam, non tamen creat nisi pro illo instanti pro quo determinauit ipsam creare. Et cum dicis, quòd agens efficaciter statim agit, si non impeditur. Dico, quòd verum est de agenti naturali, & per modum naturæ, quod agit de necessitate naturæ: sed non est verum de agente libero, quod ratione suæ libertatis potest expectare, quantum vult: maxime loquendo de primo agente: vt patet à Doct. supra distinctione secunda. quæst. 1. distinctione octaua, quęst. vlt. distinctione 39. immo potest agere in tempore, & expectare nos. vt patet à Docto. in tertia distinctione tertia. quæst. prima. Et vide expositionem quam feci in distinct. 37. secundi. Doct. *Solutio.*

¶ Secundo dubitatur: quia si non vult reprobare aliquem nisi propter peccata, ne videatur iniustus, & crudelis: & vt appareat perfectio iustitiæ; vt patet à Docto. præsenti distin. ergo quare absolute non confert gloriam, non expectando opera nostra, vt appareat perfectio maioris liberalitatis diuinæ? *Dubitatio secunda.*

¶ Dico primo, quòd liberalitas est præmiare vltra condignum, & vltra quod opera merentur: & hoc quando huiusmodi opera elicita sunt pp vtilitatem præmiantis. Vbi vero præmians non indiget aliquibus operibus: & tamen vult opera exhiberi pp *Solutio.*

vtilitatem, & maiorem dignitatem illius qui præmiatur: tunc in præmiante maxima bonitas ostendi tur. Et hinc est, quòd noluit angelis prius conferre gloriam ante meritum: sed voluit eos prius mereri. Vnde Doct. in 2. distinct. 5. quæst. secunda. Respondendo ad primum argumentum sic ait. Deus inquit potuisset angelis dedisse beatitudinem in instanti creationis, si voluisset: sed gloriosius est eam habere ex merito, & ita disposuit sua sapientia. Et ideo hoc modo conferendo beatitudinem, vt gloriosiores inueniamur in conspectu eius, est signum maximæ bonitatis, & liberalitatis.

¶ Si dicatur, ergo gloriosius est prædestinare propter opera meritoria: & sic merita erunt causa prædestinationis.

¶ Dico, quòd in eligendo nos ad vltimum finem, non habendo respectum ad opera nostra est singularissimæ liberalitatis, & bonitatis. Sed postea conferendo illam, vt gloriosiores inueniamur est signum excellentissimæ liberalitatis: ita q in eligendo non propter merita, & in conferendo eam propter merita, & hoc propter maiorem vtilitatem nostrã, est signum maximæ bonitatis diuinæ.

Alia solutio. ¶ Secundo posset dici, quòd etiam si prædestinaret propter opera, vt gloriosiores essemus in eius conspectu, non esset inconueniens: sic tamen quòd opera nostra non essent causa propter quam præcise prædestinaret: quasi quòd nullo modo prædestinaret, nisi prius haberet actum ad opera nostra: sed attenta maiori gloria nostra, propter opera prædestinet.

¶ Secunda conclusio est: quòd reprobationis assignanda est aliqua causa ex parte nostra, scilicet peccatum finaliter præuisum: & hoc probatur per Augu. super Gene. 41. Non est prius Deus vltor, quam aliquis sit peccator: videtur enim esse crudelitatis punire aliquem nõ præexistente culpa in eo: & sic non vult aliquem priua puniire, quàm videat esse peccatorem.

CONTRA ISTVD. Petrus & Iudas æquales in naturalibus voliti à Deo inesse existentiæ in illo instanti quo offeruntur voluntati diuinæ in existentia naturali, & æquales: Deus per te prius vult Petro beatitudinem, quæro tunc quid vult Iudæ? si damnationem? ergo reprobat sine causa, si beatitudinem? ergo prædestinat Iudam.

¶ Respondet Doct. dicens, quòd in primo signo voluntas diuina prædestinat Petrum & in tali signo nullum actum positiuum habet circa Iudam: & in secundo signo intellectus diuinus præuidet ipsos casuros, &c. vide litteram, quæ clara est, vt patet intuenti.

Guliel. Ocham. in 1. d. 9. q. 3. QVIDAM Doct. Dicit quòd iste modus loquendi de prioritate puta originis, vel naturæ, & huiusmodi in diuinis est simpliciter falsus, & abusiuus. Ideo contra istam opinionem arguit. Primo. Quando dicitur, quòd signa talia originis, & naturæ sunt ibi: ita quòd in primo signo sit vnum, & in alio aliud: quæro quid sunt illa signa, aut sunt entia realia? aut entia rationis? non entia realia? quia nihil est reale in diuinis nisi absolutum, vel relatio, vel persona. ergo dicere, quòd pater in primo signo, vel instanti originis habeat essentialia: est dicere, quòd pater in patre, vel in essentia, vel in relatione, vel in aliquo absoluto habet essentialia: quod nihil est ad propositum. Si autem illa instantia, vel signa sunt entia rationis? Contra, circunscripto omni ente rationis pater est prior origine filio. ergo circunscriptis omnibus talibus instantibus, vel signis pater est prior filio, ergo illa instantia, vel signa frustra ponuntur?

¶ Secundo quando dicitur, quòd essentialia sunt in primo instanti originis: aut ly, signo supponit pro ente reali? aut pro ente rationis? si pro ente reali? aut pro ente creato? aut increato? non pro ente creato certum est: quia illa essentialia erant, quando nullum ens creatum erat. Si pro ente increato? aut pro absoluto, aut respectiuo? Si pro absoluto? & in quolibet absoluto in quo est pater est filius. ergo sicut pater est in primo signo originis: ita filius erit in primo signo originis: quod tamen non concedunt. Si pro respectiuo? hoc esset dicere, quòd essentialia essent in aliquo respectu: & ita magis sequeretur, quòd respectus esset prior essentialibus, quam econuerso.

¶ Tertio. Quandocunque aliqua ordinata quorum vnum est in vno signo, vel instanti, & aliud in alio: quamuis repugnet posteriori esse in primo instanti: tamen non repugnat priori esse simul cum posteriori in secundo instanti: patet de ordinatis in tempore: quamuis enim prius, & posterius, non sint simul in primo instanti durationis: tamen poterunt simul esse in secundo instanti durationis: ergo quamuis pater, & filius non possint esse simul in primo signo originis, tamen poterunt esse simul in secundo instanti originis. ergo pater, & filius erunt simul origine: saltem in aliquo instanti: sed nihil est in secundo instanti originis nisi originatum: quia esse in secundo instanti originis est esse originatum: quia esse ab alio. ergo essentialia vere originarentur.

¶ Quarto. Inter quæcunque est ordo originis aliquod illorum vere originatur. ergo si essentialia sint in primo signo originis, & notionalia in secundo: tunc paternitas esset in secundo signo originis: & per consequens, vel aliquod essentiale vere, vel paternitas: quorum vtrunque est manifeste falsum: quia tunc pater haberet aliquid vere originatum.

¶ Si dicatur, quòd quamuis essentialia sint priora notionalibus: non tamen sunt essentialia in primo signo originis, & notionalia in secundo. Contra iste Doct. alibi dicit sic. In primo signo originis pater intelligit formaliter: & tunc etiam potest habere actum volendi formaliter, in secundo signo originis gignit filium: non tamen vult tunc istam gignitionem volitione sequente illam gignitionem: sed volitione habita in primo signo originis. ergo patet manifeste, quòd in primo signo originis est manifeste intellectio, & volitio secundum istum Doc. & in secundo signo est ipsa gignitio. Ideo dico aliter q in diuinis est prius productiuitate: quia producens est prius producto: & hoc non est aliud dicere, quam quòd à patre est filius: vel quòd pater producit filium: non tamen debet concedi, quòd pater sit in aliquo signo priori, nec naturæ, nec durationis, neque originis in quo non sit filius. Vt dicunt quidam, quòd sicut sunt instantia temporis: ita sunt instantia naturæ, vel originis. Addit etiam, quòd ibi est prioritas communitatis ita quòd illud dicatur prius à quo non conuertitur subsistendi consequentia, vt patet de essentia, & personis: quia bene sequitur a. est pater. ergo a. est essentia non tamen econtra: & sic de alijs.

DICO ad primum q sustinendo, q huiusmodi instantia, siue signa sint aliquid positiuum ex natura rei (vt exposui supra distinct. 6. contra Grego. & Io. Angl.) quod sunt entitates absolutæ sicut & determinate oportet dicere. Si vero teneatur (vt exposui) q huiusmodi instantia in re nihil sint distincta à diuinis. facilis est responsio ad oẽs obiectiones Ocham i. & dic conformiter sicut respondi ad argumenta Greg. in isto 1. d. 6. q. vnica. Nec oportet hic instare: quia ibi prolixe ista exposui. *Ad argumenta Ocham.*

¶ Et

¶ Et sic patet quomodo ista instantia sunt ponenda. Ita quòd in primo instanti voluntas diuina vult gloriam Petro: & in secundo vult gratiam: & in istis duobus nullum actum habet circa Iudam positiuũ. in tertio instanti vult permittere Petrum cadere in peccatum, & similiter Iudam: & in isto instanti vniformiter se habet circa Petrum, & Iudã. Sed ex isto actu est verum dicere. Iudas erit finaliter peccator positis illis negatiuis, quia scilicet non vult sibi dare, nec gloriam, nec gratiam. In quarto instanti offertur Iudas, vt peccator finaliter voluntati diuinæ, & tunc vult iuste punire, & damnare Iudam. Nec mirum, quòd non ponitur similis processus prædestinationis, & reprobationis: quia bona omnia attribuuntur principaliter Deo: mala autem nobis.

SED in ista littera accidunt aliqua dubia: quia videtur, quòd reprobet simpliciter Iudam sine aliqua causa.

Primum dubium. ¶ Primo, q̃a agens habens in potestate sua effectũ, & dispositionem ad illum: volens effectum, quia vult dispositionem ad illum: non vult illum effectum propter hoc tantum, quia vult dispositionem ad illum, quam habet totaliter in sua potestate. Cum ergo voluntas diuina, possit simpliciter nolle Iudam cadere: si eum vult permittere cadere, vt propter hoc eum reprobet quem etiam absolute reprobare posset: nõ videtur quòd casus ille sit simpliciter causa reprobationis.

Secundum dubium. ¶ Secundo. Non videtur quòd aliquis iuste puniat aliquẽ propter illud quod nõ est in potestate puniendi, patet. Sed si voluntas diuina in tertio signo vult efficaciter Iudam permittere cadere: & hoc intellectus diuinus certitudinaliter cognoscit ab æterno. ergo non erit in potestate Iudæ non cadere. si sic? ergo non videtur eum iuste reprobare: si enim Iudas potest peccare. ergo intellectus diuinus poterit decipi, vel voluntas diuina mutari oppositum determinando.

¶ Secundo dubitatur. Posito, ꝙ in primo signo voluntas diuina habeat actum negatiuum circa Iudam respectu gloriæ: & in secundo signo simpliciter habeat actum negatiuum respectu gratiæ: an in tertio signo possit ipsum prædestinare. Si sic? quare (cum sint ex præsupposito æquales in naturalibus: & vt sic præsentes voluntati diuinæ) in primo instanti prædestinat Petrum, non Iudam? cum ipsum postea in tertio signo prædestinare velit? & sic videtur acceptatio personarum. Si non? ergo voluntas diuina, non erit libera circa aliquod obiectum nullo actu positiuo circa ipsum prius elicito: quia in primo & secundo signis nullum actum positiuum habuit circa Iudam, vt dicit Doct.

Tertium dubium. ¶ Tertio dubitatur. An voluntas diuina in quarto signo in quo eum reprobat possit ipsum prædestinare? Si sic? ergo peccatorem prædestinat: quia in quarto signo offertur ei, vt finalis peccator: & sic sequitur ꝙ dignum reprobari prædestinat. Si non? Cum in illo instanti quarto qun ei offertur, vt finaliter peccator nullum actum habeat circa Iudam nisi permissiuum: sequitur quòd ipsum non possit prædestinare.

Quartũ dubium. ¶ Quarto dubitatur Posito ꝙ in primo signo non habeat actum positiuum circa Iudam respectu gloriæ nec in secundo respectu gratiæ: & in tertio vult permittere. Petrum, & Iudam cadere in peccatum. Et in quarto offertur Iudas vt finaliter peccator, & Petrus non vt finaliter peccator: cum tam in Petro, quam in Iuda præuideatur peccatum: quare magis vult Petrum resurgere à peccato, quàm Iudam? cum vterque offeratur vt peccator. Et quare peccatum Petri non est ita causa reprobationis Petri, sicut & peccatum Iudæ? Si dicatur, quòd quia Iudas offertur, vt finaliter peccator Petrus verò non. Hoc non videtur: quia simpliciter est in potestate Dei Iudam esse finaliter peccatorem: posset enim si vellet facere Iudam non fuisse finaliter peccatorem, & ex alia parte potuisset facere Petrum finaliter peccatorem: quare ergo magis vnum, quàm alium, cum hæc omnia sint simpliciter in potestate diuina? Possent adduci multa alia dubia, quæ breuitatis causa omitto.

Respõsio ad primum dubium. RESPONDEO ad dubia. Sed prius præmitto aliqua primo aliquid esse in potestate alicuius potest dupliciter intelligi. primo quòd ita sit in potestate eius, quòd tantum sit ab illo. secundo quòd non tantum sit ab illo primo: licet concomitanter. Exemplum. Vendere Christum iudæis. ista venditio sit tantum à Deo, & nullo modo à Iuda: & per consequens non est in potestate Iudæ dare rectitudinem actui: quia nec actus est in potestate eius: vel sit ista venditio principaliter à Deo, vt à causa prima omnis positiui, & minus principaliter à Iuda. Sed rectitudo etiam sit principaliter à Deo, & minus principaliter à Iuda: defectus tamen dandi rectitudinem non sit primo à Deo: qui ideo nõ dat, quia Iudas non dat: vt patet à Doct. in secunda distinctione 37. Et vide ibi expositionem singularem. Secundo præmitto, quòd voluntas diuina ab æterno determinauit relinquere hominem in potestate sui liberi arbitrij. & ideo licet posset de facto dare semper rectitudinem actibus nostris: & sic coagere voluntati nostræ, vt non posset declinare ab huiusmodi rectitudine: non tamen hoc facit propter multas rationes à Doct. assignatas. in secunda distinctione vigesimatertia.

¶ Ex his dico, quòd voluntas diuina, & si habeat in potestate sua, vt possit non dare rectitudinem actibus nostris: non tamen facit immo voluntate antecedente dat actibus nostris rectitudinem: & consequenter, siue voluntate consequente, siue efficaci semper daret, nisi esset defectus ex parte nostra. vt probat Docto. in 2 vbi supra. Et ab æterno determinauit semper efficaciter dare rectitudinem operibus Iudæ nisi ipse Iudas ponat obicem: quod contingit, quando defectus incipit prius ab ipso Iuda.

¶ Dico vltra, ꝙ si Iudas voluisset à peccato resurgere per pœnitentiam causando in se actum atritionis, semper voluntas diuina concurrisset, vt principalis causa tam actus atritionis, quàm etiam rectitudinis in tali actu: nisi ponatur obex à Iuda. Immo dedisset statim gratiam per actum illum attritionis delaniem omnem culpam, & hoc ab æterno determinauit. Dico ergo quòd peccatum finale est causa reprobationis: quia licet voluntas diuina determinauerit nunquam negare rectitudinem actibus nostris quantum est ex parte sua: tamen ab æterno determinauit nunquam dare rectitudinem, si nos incipimus non dare. Et ex his patet solutio ad rationes pro primo dubio.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum dubium dico. Posito quòd in primo signo, & in secundo nullum actum habuerit circa Iudam, quòd potest ipsum prædestinare. Et cum dicis, quare non in primo, cum sint præsentes, vt æquales. Dico primo, ꝙ ostendit non velle prædestinare propter perfectionem naturæ. vt notat Docto. in 3. d. 7 q. vlt. Dico secundo, ꝙ in his nulla est quærenda causa: cum velle diuinum sit ex se simpliciter perfectissimum, & à nullo regulatum: & sic patet quid dicendum ad secundum dubium.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dubium dico, quòd si Iudas præsentatur voluntati diuinæ, vt finaliter peccator non potest ipsum p̃destinare: & hoc stante determinatione

voluntatis diuinæ qua determinauit non saluare finaliter existente in peccato Et cum dicitur, quòd in illo quarto instanti quo sic præsentatur nullum actum positiuum habet circa ipsum puta velle ipsum reprobare. Dico quòd hoc non refert: sufficit enim quòd præcedat causa reprobationis quæ est peccatum Sed an posset de potentia absoluta ipsum prædestinare. Dico quòd nullam video repugnantiam.

Ad quartū. ¶Ad quartum dubium patet responsio ex supradictis, & dicendis: hic enim non est quærenda aliqua causa quare velit Petrum resurgere & non Iudam. sicut etiam patet per exemplum Docto. positum in litera. Iuditio meo in his omnibus tutius est se committere voluntati diuinæ tanquam rectissimę regulæ omnium actuum humanorum: nec altiora supra nos quærere. quæramus toto corde, & totis viribus seruire maiestati suæ: & forte maiorem curam habebit de salute nostra, quam nos credamus. siue saluet, siue damnet: semper creaturæ suæ computati sumus apud eum. Ipse enim scit qoid vult de nobis facere.

Nota & bene. SED adhuc contra istud instatur &c Hic Doctor arguit probando quòd Deus nesciat certitudinaliter Iudam esse malum: quia si in tertio signo voluntas diuina vult permittere Iudam cadere in peccatum: non videtur quòd ex tali permissione pręuideat certitudinaliter Iudam fore finaliter malum. Nam sola certitudo alicuius actus, & certitudo de permissione non facit certitudinem de illo actu: quia oporteret habere aliquam causam efficientem: igitur ex hoc solo, quod Deus præscit se velle Iudam permittere peccare: non erit certus de Iuda peccaturo. Item quid est illud uelle permittere luciferum peccare? si est aliquis actus positiuus voluntatis respectu peccati? igitur uidetur quòd uult eum peccare: si non est actus positiuus respectu actus peccati, sed respectu actus permissionis? tunc erit actus reflexus, & tunc erit quærere de ista permissione quis actus sit. Si actus positiuus uoluntatis? ergo uidetur adhuc quòd Deus habeat actum positiuum respectu peccati, quod permittit.

¶Primum istorum soluitur per hoc, quòd Deus pręscit se cooperaturum ad substantiam illius actus qui erit peccatum. hoc autem præscit quia uult cooperari illi, si est peccatum commissionis, vel præscit se non cooperaturum ad actum aliquem, si non uult ipsum: & hoc si iste actus primum est peccatum ommissionis: puta non diligere Deum tempore determinato: vel non subuenire proximo, & huiusmodi & sciendo se cooperaturum ad talem substantiam actus cum non circunstantijs debitis, uel non cooperaturum ei ad actum necessarium: & per consequens quem omittet scit illum peccaturum: ita quòd scit hunc peccaturum non solum qoòd scit se permissurum: sed etiā quia scit se cooperaturum huic ad substantiam actus, non circunstantionati: & per consequens iste committet, uel non cooperaturum ei ad actum necessarium: & per consequens iste omittet. hoc Docto. Exemplum. Iudas præsentatur volutate diuinæ, & similiter Petrus. In primo instanti nullum actum habet uoluntas diuina, circa Iudam: nec similiter in secundo instanti. ut supra patuit. In tertio instanti uolūtas diuina uult permittere Iudam cadere primo in peccatum commissionis, puta uēdendi Christum Iudęis. Et in illo instā uolūtas diuina non concurreret ad rectitudinem actus, & hoc intellectus diuinus cognoscit: & per consequens cognoscit, quòd Iudas committet tale peccatum.

Contradictio apparēs. SED hoc uidetur contradicere dictis Doctoris: qui expreßè dicit in secundo dist. 30. & clarius in 37. quòd uoluntas diuina uult antecedenter dare rectitudinem actibus nostris, & semper dat consequēter, si nō sit defectus ex parte nostra. Si ergo determinat ab eterno non dare talem rectitudinem, uidetur q negatio rectitudinis sit primo à uolūtate diuina: & tūc ipsa erit prima rō peccādi. ut patet à doc. in 2. d. 37.

Responsio. ¶Respondeo supponendo. Primo, quòd voluntas diuina potest se determinare efficaciter concurrere cum voluntate Petri, non tantum ad substantiam actus: sed etiam ad omnem circunstantiam actus facientem illud bonum moraliter, & vt sic est simpliciter prima ratio tam respectu substantiæ actus, q respectu circunstantiæ, & tunc ipsa agente, vt prima ratione agendi, siue vt prima causa voluntas Petri coaget: aliter voluntas diuina consequens, siue efficax non semper impleretur: quod est falsum, & contra omnes Doct. Talis ergo actus nunquam posset poni inesse, nisi voluntas diuina efficaciter voluisset illum poni inesse. Secundo suppono, quòd respectu alicuius actus eliciendi puta a Iuda voluntas diuina actu non determinet dare rectitudinem actus, nec determinet non dare, & sic non dicitur prima ratio deficiendi: diceretur enim prima ratio deficiendi à rectitudine, si prius actu determinasset non dare, quod non facit: & sic tantum habet actum neutrum respectu certitudinis, non dandæ. videlicet: quia nō determinat dare: nec determinat non dare. Et stante tali actu neutro voluntatis diuinæ, intellectus diuinus certus est, quòd Iudas non eliciet actum cum rectitudine: siue eliciet illum non dando illi rectitudinem, quæ deberet inesse. Scit enim certitudinaliter nihil posse euenire, nisi sit determinatum à voluntate diuina illud fore venturum. Scit etiam aliquid simpliciter non fore, quod est determinatum a voluntate diuina non fore. Scit etiam esse impossibile rectitudinem aliquam inesse alicui actui stante actu voluntatis diuinæ neutro respectu talis rectitudinis. Tertio præsuppono, quòd voluntas diuina ab æterno potest determinare velle aliquid consequenter, siue efficaciter quod prius voluit antecedenter, siue non efficaciter, si voluntas creata non ponat obicē, siue non sit defectus ex parte voluntatis creatæ. Exemplum. Voluntas diuina antecedenter vult Petrum amare Deum. Et si Petrus vult cooperari voluntati diuinæ ad talem amorem vult consequenter Petrum amare. Si vero Petrus ponat obicem: puta nolendo cooperari voluntati diuinæ ad amorem tunc vult efficaciter Petrum non amare: quia tunc talis amor nunquam eueniet. Primus ergo defectus est simpliciter ex parte Petri. Et licet posset absolute efficaciter nolle Petrum amare Deum: & sic erit impossibile Petrum amare: tamen hoc non facit propter suam libertatem, & contingentiam in operando: sed vult quòd totus defectus imputetur Petro. Determinat ergo ab æterno, quòd pro quocunque instanti Petrus vult cooperari ad amorē statim, vt principalis causa concurrere. Et sic intellectus diuinus sciet certitudinaliter. Petrum pro tali tempore velle amare Deum: quia scit certitudinaliter voluntatem diuinam velle efficaciter Petrum amare: & sic Petrus cooperabitur, aliter non eueniret, quod efficaciter determinatum est euenire. Similiter de certitudine, quòd Iudas non amabit. & per consequens peccabit, patet per exemplum. Voluntas diuina non determinat efficaciter Iudam amare Deum pro tali tempore: quia si determinasset, Iudas amaret Deum. Secundo voluntate antecedente, siue absoluta, idest quantum est ex parte sua vult Iudam amare Deum: & talis voluntas non semper adimpletur. Tertio determinat velle efficiter Iudam amare Deum, si Iudas non ponit obicem,

siue

D. Augustinus Bernardus Hylarius D. Tho. Sco. Franciscus de Mayronis tenent causam nostræ prædestinationis esse diuinam voluntatem, solum & diuinum propositum. D. Hieronymus. Chrisostomus & origenes asserunt causam nostræ prædestinationis esse præscientiā bonorum operum nostrorum, & bonū vsum liberi arbitrij. Possumus hos conciliare dare hac distinctione quod prædestinatio potest considerari duobus modis primo modo pro æterna creatura intellectualis prædestinatione destinationis, & præparationis ad gloriam, & sic prædestinatio nostra habet pro causa diuinam voluntatem, & diuinum beneplacitū, & sic intelligunt primi. Alio modo potest accipi prædestinatio pro possessione finis, scilicet gloriæ, ac cœli, & sic pro causa habet opera nostra & merita, ac vsum bonum liberi Arbitrij, & de ipsa valet secunda

siue si non sit defectus ex parte Iudæ, idest quòd si Iudas in instanti a. vult Deum amare in eodem instanti voluntas diuina vult efficaciter Iudam amare. Sed quia voluntas diuina non vult absolute, & efficaciter Iudam amare; quia tunc amaret: sed vult ipsum amare, nisi sit defectus ex parte Iudæ; Iudas tunc nō amabit: & quia non amabit voluntas diuina, deficiet. Et sic intellectus diuinus scit hoc modo certitudinaliter, Iudam non amare: & per consequens scit certitudinaliter, Iudam peccaturum. De hoc tamen vide singularem expositionem quam feci dist. 37. secundi Doctoris & multa ibi videbis &c.

AD PRIMVM argumentum principale hic Doct. Respondet ad argumenta principalia posita in principio quæstionis quorum primum fuit tale. Si aliquem prædestinaret, & aliquem non prædestinaret; nulla ratione præcedente in prædestinato, non videretur summè bonus, siue summe liberalis; quia si in primo signo vterque præsentatur in puris naturalibus, & non apparet maior ratio, quòd vnus magis prædestinetur, quàm alius. ergo si sola voluntate prædestinat, si vtrunque non prædestinat, non videtur summæ liberalis: quia liberalior est qui pluribus communicat, quam qui tantum vni.

¶Respondet Doct. quòd summe liberalis potest aliquibus duobus apprehensis æqualibus velle bonum non æqualiter communicare, nec in hoc sit iniustitia aliqua. Tum quia nihil est debitum. Tum etiam quia bonitas creata non mouet voluntatem diuinam, vt supra patuit à Doc.

¶Secundo principaliter arguitur: quia tunc in tali primo signo cum vterque ex parte sua sit ordinabilis ad vltimum finem; ergo si voluntas diuina non ordinat vtrumque, videtur quòd sit acceptatrix personarum.

¶Respondet Doct. quòd quando sunt aliqua duo æque volibilia, & ordinabilia ad aliquem finem, & ex parte sui habent rationem illam propter quam sunt volenda ab aliqua voluntate idest quòd bonitas in illis sit ratio propter quam voluntas debet sic vel sic eligere: tunc talis voluntas præacceptans vnum illorum alteri ad illum finem, peccat secundum acceptionem personarum: talis est autē omnis voluntas creata: quia respectu illius bonitas amabilis est ratio rectè amandi. Et ratio quia nullus actus voluntatis creatę est ex se rectus, vt supra patuit a. Doc. distinct. 1. quæst. prima. & distinct. 17. & infra patebit. distinct. 44. & in secunda distinct. 5. 23. 34 & alibi sępe. Oportet enim actum voluntatis esse conformem rationi rectę adhoc ut sit rectus, & quia ratio recta quæ mouetur ab obiectis indicat tale obiectum sic, vel sic esse diligendum: & hoc totum accipit à bonitate obiecti, à qua mouetur, vt supra patuit. quæst. vltim. prolo. Sequitur. Non sic voluntas increata respectu alicuius boni alterius ab essentia sua. nullum enim aliud bonum: quia bonum ideo amatur ab illa voluntate. sed econuerso. Et ideo non potest acceptare personas, quia non est in eis bonitas, quæ sit sibi ratio amandi. Vnde sciendū, est quòd voluntas diuina, non amat aliquod obiectū extra, amore affectus sed tantum amore effectus, quòd notat Doct. in 3. distinct. 32. & ideo tota dilectio voluntatis diuinæ attenditur penes effectum, quem producit: si enim producit effectum perfectiorem, dicimus quòd illud magis amat, quia communicatur maior bonitas. Apparet ergo, quòd in nulla creatura est aliqua bonitas, quæ sit ratio mouendi voluntatem diuinam: cum tota bonitas sit immediate a voluntate diuina: & totum bonum rei creatæ ideo dicitur bonum, quia sic dilectū, siue productū actu volūtatis diuinæ. Et quō voluntas diuina dicatur diligere bonum creaturæ, quia bonum &c. vide Doct. alibi præcipue. infra 42. dist. & 44. & in 2. dist. 37. Respondendo ad argumenta principalia: & in tertia distinct. 18. & distinct. 29. & alibi sæpe.

AD primum in oppositum. Hic Doct. respondet ad argumenta facta ad oppositum in principio. q. quæ videntur concludere quòd nulla sit ratio in creatura etiam nec respectu reprobati. Et arguit sic. Rom. 9. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum maneret, non ex operibus, sed ex voluntate. Præterea ibidem, exemplificat de figulo, de eadem massa potest formare vnum vas in honorem, & aliud in contumeliam. ex quo videtur arguere ex simili de prædestinatione huius, & de reprobatione alterius.

¶Respondet Doct. dicens quòd vult tenere opi. San. Thom. potest respondere, quòd datur ratio in communi licèt nō in particulari. Et in hoc Apostolus redarguit præsumptuosos inquirentes illa quorum non sunt capaces, non autem propter inopiam reddandæ rationis saltem in communi: licèt in particulari nesciatur quod malum præuideat Deus in isto propter quod reprobet eum, & in istis specialibus peccatis præuisis est altitudo diuitiarum: & sunt iudicia incomprehensibilia: cui videtur concordare illud vocabulum iudicij: quia iudicium est de particulari agibili. Et de hoc infra patebit. 44. distinct. & in 2. distinct. 6. quæst. 2. quomodo iudicium differat à lege. & ideo non obstante quòd sit principium practicum statutum per diuinam voluntatem, quòd omnis præuisus finaliter malus damnetur: tamen de particularibus assumendis sub. puta iste præuidetur sic finaliter malus, & ille sic quasi ex hoc iudicatur iste reprobatus propter hoc: & ille propter illud. ista iudicia sunt inscrutabilia: non enim scit homo, nec potest scire in quod peccatum Deus vult permittere istum cadere respectu cuius sit non volitio conferendi gratiam; vt sic offeratur tanquam finaliter peccator in illo peccato: & sic propter illud peccatum præuisum reprobetur. De bonis autem potest poni quòd nulla sit ratio, & hoc sustinendo opi. Doct.

¶Et si contra hoc arguas, quòd saltem circa bonos non erunt iudicia inscrutabilia. facile enim est dicere de eis, quòd quia vult, ideo saluat. Respondet Doct. dicens quòd de eis inquantum prædestinat non est iudicium neque de facto in existentia; neque quasi in præscientia diuina: iudicium enim est de aliquo facto, vel præuiso. Sed de malis licet non sit iudicium de facto, quia non peccauerunt: potest tamen condemnatio dici iudicium de eis in præsentia Dei, vbi dicuntur mali. Et tunc inscrutabilitas iudiciorum potest referri ad malos, ex parte quorum ponitur aliqua ratio; licet illæ rationes ex parte diuersorum, propter quas quasi ex parte eorum feruntur iudicia sint inscrutabiles, & per hoc iudicia inscrutabilia. hæc Sco.

opinio. Vnde dicebat saluator nr̄ Matth 24. Venite bn̄dicti. patris mei possidete regnū paratum &c. quia exuriui & dedistis mihi mā ducare. non quia exurieritis. sed quia præparaui vobis antequā exuriretis. sed quia beneplacitū est mihi. adeo q licet præparatio non sit ex nr̄is bonis operibus, tā. possessio erit ex vr̄is operib. mediātibus meritis Xpi & ex vr̄o recto vsu liberi Arbitrij.

Diistn-

Distinctio Quadragesimasecunda.

In qua magister agit de Omnipotentia Dei.

Quæritur. Vtrum Deum esse omnipotentem possit probare naturali ratione?

Quæstio vnica.

Seraphycus Bona. 1. sent dist. 43. q. 1 art 1.
Alex. Alensis. 1 parte summa. q 21. membro. 1. artic. 1.
Scotus 1 Sent. dist 42. q. 1.
D. Thomas. 1 parte summa. q. 25 Artic 5.
Ricardus 1. sent dist 43 q 2.
Durandus. 1 sent dist. 43. q. 1.

CIRCA Distinctionem quadragesimamsecundam quæritur. Vtrũ Deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione. Hæc quæstio prolixius & clarius exponitur à Doct. in quodli. quæst. 7. vide ibi & cæt.

Hic responderi posset. Hic Doct. distinguit ꝙ ex quo omnipotentia respicit omne possibile. vt supra expositum est. d. 20 hoc patet dupliciter intelligi. s. vel quòd respiciat omne possibile mediate, i. ꝙ possit in omnem effectum cuiuscunque causę secundæ ipsa causa secunda concurrente. Et hoc modo si naturali ratione probari potest esse aliquod primum effectiuum sicut supra probatum est. dis. 2. q. 1. etiam naturali ratione potest probari ipsum esse omnipotens loquendo de omnipotentia mediata. Alio modo potest accipi omnipotentia immediata sic intelligendo ꝙ principium effectiuum potest immediate in omnem effectum, & in omne possibile, etiam nulla secunda causa concurrente: & hoc tantum est creditum. & hoc est quod intendit Doct. in ista littera quam tamen aliqualiter declaro. Cum dicit. Alio modo accipitur omnipotẽs proprie Theologicè, prout omnipotens dicitur qui potest in omnem effectum immediate, & in quodcunque possibile. Hoc est in quodcunque quod non est ex se necessarium, nec includit in se contradictionem: ita inquam immediate, quòd sine omni cooperatione cuiuscunque alterius causæ agentis. & hoc modo omnipotentia videtur esse credita de primo efficiente, & non demonstrata.

Aduerte ne cõtradictio ne incurras

IN ista littera nota quod dicit Doct. ꝙ omnipotentia non respicit aliquod ex se necessarium: quia in hoc videtur sibi contradicere: quia supra dis. 8. q. vlt. sustinendo opi. Philosophorum probat quomodo primum effectiuum sit vere causa alicuius entis ex se necesse esse: & per consequens videtur quòd omnipotentia primi effectiui respicit illud.

¶Respondeo primo quòd Doc. reputat omnino pro impossibili, & pro contradictoria includente, ꝙ aliquod ex se necesse esse, sit ab alio causabile: est enim implicatio contradictionis dicere aliquã causam causare aliquid de necessitate: quia omne causabile: est mere possibile. & de hoc vide supra dis. 8. q. vlt. & in 2 d. 1. q. 3. Et ideo dicit hoc, quòd omnipotentia non respicit aliquod ex se necesse esse: quia illud nullo modo est causabile.

¶ Dico secundo quòd sustinendo viam Philosophi: Doct. haberet dicere ꝙ etiam aliquid necesse esse, quod vere est causabile, esset obiectũ omnipotentiæ, nisi velit dicere ꝙ obiectom omnipotentiæ esset tantum ens possibile: & tunc oporteret dicere, ꝙ non omne ens aliud à primo effectiuo esset obiectum omnipotentiæ primi effectiui: quia secunda intelligentia, & cęlum, quæ sunt ex se necesse esse formaliter: non essent obiecta omnipotẽtiæ. Sed quicquid sit: prima responsio est magis ad mẽtem Doc. quia expresse tenet ꝙ est simpliciter impossibile aliquod necesse esse: esse ab alio causabile. Sequitur. Quia licet primum efficiens habeat in se potentiam effectiuam eminentiorem potentia cuiuscunque alterius causæ effectiuæ &c. Hic intendit probare Doct. ꝙ talis omnipotentia non potest naturali ratione demonstrari, & excludit obiectionem: quia non vr̃ sequi ꝙ posito ꝙ primom effectiuum sit eminentius s̃m causalitatem omni causa secunda: & posito etiam ꝙ habeat in se eminenter potentiam effectiuam cuiuscunque alterius causæ. vt supra deductum est. d. 2. q. 1. d. 8. q. vlt. Adhuc non sequitur, ꝙ vt sic possit immediate in omnem effectum: quia non in effectum imperfectum. & ideo secundæ causæ requiruntur non pp perfectionem addendã primæ causæ: cum causalitas primę causæ sit perfectissima: sed magis requiruntur propter imperfectionem addendam: quia effectus imperfectus non põt esse immediate à causa perfectissima: cum illa agat s̃m vltimum potentiæ suæ s̃m totam virtutem: sustinendo opi. Philosophorum ꝙ tantum agat de necessitate naturæ. Et exemplum positum de sole est satis clarum: si tamen verum sit quòd sol eminenter contineat causalitatem bouis, & asini: quod est dubiũ. vt patet ex dictis à Doct. in 2. dist. 18. Sed hoc non est præsentis speculationis.

Omnipotentia Dei non potest naturali demonstratione demonstrari.

¶Præterea. si Philosophi non potuerunt per rationem naturalem concludere Deum posse contingenter causare: quanto magis nec posse immediate in quemcunque effectum? Sequentia clara sunt.

Ad rationes principales. Ad illud quod dicit Ricar. scilicet ad omnia quæ fide tenemus, non solum habemus rationes naturales, sed necessarias.

¶Respondet Doc. dicens ꝙ etsi sint necessariæ rationes ad omnipotentiam probandam: non tamen sunt euidenter necessariæ & veræ: sicut illa ratio q̃ probat trinitatem propter duplicem productionẽ in diuinis: quia licet sit ex necessarijs, non tamẽ præmissæ sunt necessario euidentes: quia non sunt notæ ex terminis nobis notis, neq; ex immediatis nobis notis, possibile est hoc inferre sicut dictũ est. d. 2. q. 1.

¶Secundo arguitur sic. naturali ratione probatur Deum esse potentiæ infinitæ sicut probatur. 8. Phis. t. c. 78. & 12 Met. t. c 41. Sed potẽtia infinita nota est esse omnipotentia: quia notum est potentia infinita non posse maior cogitari: quacunque autem potentia, quæ non est omnipotentia potest maior cogitari sine contradictione, & illa erit potentia quæ est omnipotentia.

¶Si dicatur quòd non potest naturaliter probari omnipotentiã esse cogitabilẽ sine contradictionẽ.

¶Contra. omnipotẽtiam esse in entibus verũ est. ergo omnis ratio probans impossibilitatem omnipotentię Sophistica est: omnis autem ratio Sophistica potest per intellectum ex puris naturalibus solui ergo intellectus talis ex puris naturalibus potest cognoscere nullum impossibile sequi ex omnipotẽtia & sit ꝙ illud est possibile ad quod nullum sequitur impossibile: cognoscit ergo omnipotentiã esse possibilem. Ex isto etiam potest fieri ratio per se: quia si naturaliter potest probari omnipotentiam esse possibilem, quia non impossibilẽ. ergo naturaliter põt probari eam esse necessariam: quia non põt esse nisi possit esse necessaria: & quod potest esse necessarium est necessarium.

¶Respon-

¶Respondet Doc. primo negando consequentiã. quia non sunt idem infinita potentia, & omnipotẽtia, proprie dicta: quia non valet. infinita potentia continet eminenter causalitatẽ omnis causæ secundæ. ergo immediate potest in omnem effectum, sine secundis causis. vt supra patuit de sole, &c. Secundo dicit, q licet non possit cogitari maior potentia infinita intensiue: non tamen sequitur quin possit cogitari maior extensiue. i. ad plura cogitari quàm infinita potentia. Tertio. dato etiam quòd omnipotentia esset maior infinita potentia: propter hoc tamen non oportet quòd naturali ratione possit hoc sciri à nobis potentiam sic intellectam esse omnipotentiã.

¶Et cum dicitur notam esse omnipotentiam proprie sumptam. hoc negatur. Et cum probatur quia omnis ratio probans impossibile sequi ex ea, est Sophistica.

¶Respondet Egidius quol. 5. q. 7. q est Sophistica, tamen non potest solui per rationem naturalem quia prout dicitur Sophistica, & peccans in materia est, habens aliquam præmissam falsam: & nõ potest solui nisi per interemptionem illius præmissæ, quæ tamen non potest cognosci interimenda per rationem naturalem. sicut non potest cognosci vera per rationem naturalem.

¶Sed contra hoc arguit Sco. sic. Aut illa quæ apparent vera, & non apparent interimenda ex ratione naturali apparent esse vera ex terminis tanquam immediata? aut apparent esse conclusa ex immediatis? Si primo: ergo intellectus noster non potest esse certus de positionibus immediatis, quæ sit vera & quæ non: quia tunc apparerent aliquæ propositiones veræ & immediatæ quæ tamen sunt simpliciter falsæ: & ita non erunt aliqua principia certa, tanquam ianua in domo: cõtra Philosophum & Com. 2. Me. t. c. primi circa quæ non contingit errare. Si secundo? tunc arguo sic. de illo syllogysmo Sophistico sicut de isto; aut peccat in materia? aut in forma? Si in materia, tunc potest solui: quia præmissa falsa peccans in materia potest interimi. Si in forma? adhuc potest solui per artem logicam.

¶Si autem dicatur quòd peccat in forma, & tamẽ nõ potest solui naturaliter. Hoc videtur absurdum: quia sicut intellectus inclusus in naturalibus tradidit omnem artem de syllogismo apparenti informi, & defectuoso: sic posset soluere per illam artem omnem talem syllogismum applicando talem artẽ ad talem paralogismum.

¶Doct. dat propriam responsionem dicens, q & si quicunq; paralogismus deducens apparenter ad impossibile ex præmissa significante Deum esse omnipotentem. (i. in quo vna præmissarum sit ista. Deus est omnipotens: & ex illa apparenter deducit ad impossibile: quia vere deducere ex illa ad impossibile, est simpliciter impossibile) posset solui per intellectum, & rationem naturalem siue peccet in materia, siue in forma: non tamen posset solui ab omni intellectu sed tantum ab illo intellectu qui nouit inferens non esse impossibile: vel illa tum non esse impossibile. Sequitur in littera. Et intellectus posset scire quemcunque talem paralogysmum diuisum factum esse solubilem, idest si opposita syllogizentur ex eadem propositione, siue præmissa opposita inferãtur: intellectus bene nouit, quòd vnus syllogismus est Sophisticus. Sed non sequitur quòd naturaliter sciat quis illorum: quia potest dubitare, quod illud quod pro impossibili infertur, sit oppositum illi propositioni, vel præmissæ ex qua videtur inferri, s. ex illa Deus est omnipotens: quia sæpe Sophistæ in syllogismo Falsigrapho ad impossibile inferunt aliquod impossibile ex vna propositione, ex qua nullo modo sequitur. Similiter potest dubitare, ne aliud manifestius impossibile inferatur ex tali præmissa, s. Deus est omnipotens; quod illatum sit oppositum nunc illati & q in tali casu tale argumentum esset insolubile. Et stat totum in illo. possibile est intellectum soluere naturaliter omnem paralogysmũ peccantem in forma, si materia est intellectui euidenter nota. Si autem intellectui materia non est euidẽter nota: ipse non potest scire vtrum illud sequatur ex illo: cum non intelligat propositiones. Sequitur in littera. Vel aliter potest responderi ad illud argumentum, q potest fieri generaliter ad omne creditũ q illud sit necessarium ad omne possibile, & credibile. i. q argumentum illud secundum potest applicari ad omnem creditum; quia in omni tali potest fieri paralogysmus; qui tamen non potest à nostro intellectu solui propter non intellectum propositionum, licet ab intelligente materiam sit solubilis &c.

CONTRA rationes, quas facit Scotus (probando non posse naturali ratione demonstrari Deum esse omnipotentem proprie loquendo de omnipotentia) instat Ocham. *Ocham in 1 d. 41. nititur soluere rõnes Doct.*

¶Et primo contra primam rationem instat dicẽs, q Philosophi non posuere causam secundam concurrere propter imperfectionem effectus, vt scilicet aliqua imperfectio adderetur effectui à causa secunda, quia sm istum Philosophus ponit Deum esse causam omnium. ergo sit causa immediata, & totalis alicuius effectus: aliter esset processus in infinitum. Sed sm istum effectus iste est imperfectus: & Deus est in infinitũ perfectior effectu illo. ergo sm opi. Philosophorum est causa immediata, & totalis alicuius effectus imperfecti. ergo propter imperfectionem effectus non repugnat Deum esse immediata causa omnium sm opi. Philosophorum. *Prima rõ.*

¶Si dicatur, quòd quamuis effectus sit imperfectus respectu Dei: est tamen perfectus respectu aliorum effectuum, qui propter imperfectionem illam non possunt produci à solo Deo.

¶Hoc non videtur sufficere, quia ex quo imperfectio in eis in effectu non repugnat Deo quin possit producere effectum imperfectum: oportet assignare rationem specialem quare plus repugnat Deo producere istum effectum, quam alium.

¶Confirmatur. Deus potest esse causa totalis, & immediata plurium effectuum ordinatorum, sm perfectius, & imperfectius. ergo nisi aliud obstet nõ videtur ratio, quin possit esse causa immediata omnium effectuum imperfectorum. Antecedens patet secundum illum: quia per eum sola prima causa potest creare omnia creata proprie, quæ à solo Deo fiunt: sed talia sunt multa. ergo talia multa sunt à solo Deo & ita non est verum, quod assumitur q secundum opi. Philosophi causa secunda concurrat cum causa prima, ne causa prima, producat secundum vltimum potentiæ suæ: & ne producat effectum ita perfectum, sicut potest.

¶Confirmatur ratio, quia in causis naturalibus videmus q eadem causa producit plures effectus perfectiores, & imperfectiores sine omni alia causa concausante. sicut sol in eodem passo producit plures effectus ordinatos.

¶Et instat contra secundam rationem quæ talis erat. Si Philosophi non potuere per rationem naturalem concludere Deum posse contingere causare, quanto magis nec posse immediate in quemcunq; effectum. Instat sic dicens. Secunda ratio videtur cõcludere, vel saltem est multum probabilis, quamuis iste alibi videatur dicere oppositum. Nam ab breuide (?) nr velle se demonstrare, quòd nulla contingentia potest esse in rebus; nisi prima causa contingenter causet: sed hoc patet esse notum ratione naturali q *Secunda r. (?)*

con-

contingentia est in rebus: & quòd aliquid contingenter agit. ergo potest esse notum rationem naturali, quòd prima causa contingenter agat sm istum.

Tertia rõ. ¶Contra tertiam instat quæ talis est. Ipsi Philosophi habuerũt pro principio, ꝙ de nihilo nihil fit. ergo saltem in istis generalibus, & corruptibilibus non vr eos posuisse Deum sic esse omnipotentẽ, ꝙ posset omnem effectum producere sine omni causa concausante. Et instat sic. Tertia rõ etiam vr efficax: quia quamuis sm Philosophos de nihilo fiat aliquid ab æterno: tamen videtur fuisse opi. Philosophorum quòd de nihilo nihil fiat de nouo: & ita posuerunt quòd Deus non causat omnia sine omni alia causa concausante.

Quarta rõ. ¶Contra quartam rationem instat quæ talis est. Philosophi posuerunt Deum necessario agentẽ. ergo si cum hoc posuerunt ꝙ esset ops illo modo haberet negare omnem causalitatem cuiuscunq; causæ secundæ: quod est maximum inconueniens eis: consequentia patet. Nam causa necessario causans ĩ quocunq; instanti comparetur effectui necessario in eodem instanti causat, & agit. ergo cum prius cõparetur causa superior ad effectum, quam causa inferior, & tunc est ops illo modo. ergo in illo instãti, in quo comparatur causa secunda nõ potest causare. Contra hanc sic instat. Quarta rõ illo modo deducta non concludit. Nam probatio consequentiæ nõ valet: quia si illa probatio esset bona: sequeretur ꝙ Deus nullo modo posset coagere creaturæ ad aliquem effectum producendũ. probatio consequentiæ: nam si Deus coagit creaturæ (sicut ipse arguit) arguo ego. nam causa agens prima sine qua nõ põt effectus produci in quocunq; instanti comparatur effectui in illo instanti agit. ergo cum causa prima prius comparetur effectui, quam causa secunda: & tunc causatur. ergo in illo instanti totum producit effectum. ergo in secundo instanti in quo comparatur causa secunda ad effectum nihil intelligitur tunc causandum. ergo causa secunda nihil causat.

¶Si dicatur quòd argumentum de causa prima libere causante non valet: quia illa potest causare, quãdo placet sibi sed bene valet de causa necessario causante: quia illa causa in quocunque instanti comparatur ad effectum, necessario causat.

¶Istud non sufficit quia accipiendo cãm primam sine causa secunda non potest talem effectum producere. Et tunc quæro aut causa prima prius cõparatur ad illum effectum? aut non? si sic? ergo tunc causat effectum. ergo nihil remanet causandum. Si non prius, sed in eodem instanti comparatur ad effectum in quo causa secunda comparatur ad effectũ, & ita non plus repugnat duabus causis naturalibus operari in eodem instanti ad effectum, quã duabus causis, quarum vna sit libera, & alia naturalis? ergo non obstante primitate causæ poterit Deus cõcurrere, & causare eundem effectum cum causa secunda, etiam si Deus esset causa naturalis. vnde vr ꝙ eadem ratio concludat, ꝙ nulla causa naturalis prior potest concurrere cum causa secunda ad producendum aliquem effectum. Nam accipio causam priorem quamcunq;, & cãm secundam subordinatã: & quæro aut illa causa prior prius comparatur ad effectum, q̃ causa secunda, aut non? si sic? ergo in primi instanti causat causa prior: & certum est ꝙ non causat partem effectus: quia non est maior ratio, ꝙ causet vnam, q̃ aliã: & similiter frequenter effectus est indiuisibilis non habens partes. ergo in primo instãti causat totum effectum. ergo in secundo instãti nihil remanet causandum, & per consequens nunquã causa secunda agit cum causa prima, & ita illa rõ destruit ordinem essentialẽ causarum. Si autem illa cã prima non prius comparatur ad effectum, quã causa secunda? eadem ratione nec causa prima simpliciter prius comparatur ad effectum, quàm causa secunda, & ita propter talem prioritatem nõ oportet Deum negare esse causam immediatam omnium.

Rñsio ad dicta Ocham. RESPONDEO ad oĩa dicta Ocham ꝫ Sco. Et ꝓmitto aliqua, primo ꝙ imperfectio effectus potest multipliciter intelligi. s. vel quãtum ad suũ esse quiditatiuũ, & essentialem, & sic musca est perfectior cœlo, & hoc sustinendo cęlum non esse formaliter animatum. Vel quantũ ad aliquam conditionẽ consequentẽ esse essentiale vel quiditatiuum vt necessitas, & perpetuitas. & hoc modo cęlũ est perfectius musca. Secundo ꝓmitto ꝙ sm viam Philosophi multa sunt immediate causata à prima causa: ita ꝙ actio ipsius immediate terminatur ad illa, & illa tali actione simpliciter accipiunt esse nullo alio præsupposito, qd dico pp animam intellectiuam quæ licèt sit de foris veniens. vt patet. tñ de aĩalibus non tñ alia actione accipit esse immediate à causa, ita ꝙ actio primæ causæ prius terminetur ad ipsam in se: diceret enim Philosophus non esse aliam productionem animæ intellectiuę, & cõpositi, sicut nec in igne forma ignis sed illam animationem corporis organici ponit esse productionem ꝑ accidens ipsius animæ. Sed quõ agens immutabile potest aliquid nouum producere sm Ari. vide Sco. in 4. d. 43. q. 2. circa finem tertij arti. Nos aũt ponimus duas productiones. vnam de non esse animæ ad esse eius, & illa est creatio, aliam à non animatione corporis ad aĩationem eius: & illa est productio corporis animati per mutationem propriè dictam. De hoc vide Doc. in 2. d. 17. & in 4. d. 43. q. 2.) & talia sunt simpliciter æterna, & necessaria, vt sunt cęlũ, & intelligentiæ, & quõ sint vere causata vide supra d. 8. q. vlt. Tertio præmitto ꝙ sm viã Philosophi prima causa de necessitate naturæ agit etiam sm totam virtutem suam, & per consequens nõ tñ producit effectum perfectum quem potest, sed necessario producit ipsum ab æterno & perpetuat ipsum, & dat illi simpliciter esse necessarium, & per consequens oĩs effectus immediate productus à tali causa erit necesse esse: & ꝑpetuus, & æternus, & nulla nouitas contingit esse in illo in suo esse. *Quõ agens immutabile potest aliquod nouũ producere.*

¶Ex his potest dici ad Ocham, ꝙ secũda causa ponitur pp imperfectionem effectus: quia si causa secunda non concurreret, nullus effectus esset nouus: sed omnis esset sempiternus. nullus etiam effectus esset simpliciter possibilis: sed oĩs necessarius, cuius oppositum experimur. Et sic loquendo de ista imperfectione effectus: patet sm Philosophos quõ requiruntur secundæ causæ. Vnde Cõm. vult. 12. Me. cõ. 41. ꝙ pp primum mouens quod est infinitæ virtutis requiritur mouens coniunctũ potentiæ finitæ: ita ꝙ ex primo mouente sit infinitas motus, & ex secundo sit successio: quasi aliter non posset esse successio, nisi concurreret illud mouens finitum: quia si solum infinitum ageret, ageret in non tpe &c. Ex his ergo apparet ꝙ instantiæ quas facit Ocham contra primam rationam Doc. ꝙ causæ secundę requiruntur pp imperfectionem effectus nõ cõcludunt.

¶Secundo dico, ꝙ ẽt loquendo de perfectione, & imperfectione essentiali, ꝙ secundæ causæ requiruntur pp imperfectionem effectus. Et concedo ꝙ inter effectus immediate productos datur ordo: ita ꝙ vnus est perfectior essentialiter alio: quia intelligẽtia est perfectior cęlo: non tñ sequitur ꝙ causa prima possit in effectum alium imperfectiorem sine secunda causa concurrente. vt etiam patet in alijs causis naturalibus multæ. n. sunt causæ naturales, quę licet possint producere effectum perfectũ vnius speciei: non tamen pñt producere effectum imperfectum alterius speciei. Ista. n. propositio, qñ datur ordo inter perfectum, & minus perfectum si potest

in perfectum, ergo & in imperfectum, vera est qñ sũt eiosdem rõnis, aliter non. Et si prima causa põt immediate producere calorem vt 8. fortiori poterit producere vt 6. Dicerent ergo Philosophi q sunt aliqui effectus, ita perfecti, q nullo modo possunt esse à secunda causa, sed tm à prima, & aliqui effectus ita imperfecti q nullo modo possunt esse immediatè à prima causa, sed tantum à prima concurrente secunda: ita q tota imperfectio attribuatur secundæ? Prima tñ responsio videtur probabilior, q̃ secunda.

¶Ad secundam instantiã vbi primo dicit Ocham q secunda rõ Doc. vř concludere &c. Et cum dicit q vř alibi dicere oppositũ: quia hic dicit Philosophi nõ potuere per rõnem naturalem concludere Deum, posse contingenter causare, & alibi dicit oppositũ. s. d. 2. q. 1. & 8. q. vlt. primi. Dico q Doc. sibi non cõtradicit si ipse Doc. sane intelligatur hic & ibi. Dicit enim ibi q Philosophi non potuere saluare contingentiam in rebus, si prima causa non agit contingenter. & si apud Philosophos sit notum aliquid fieri contingenter à secunda causa: ita q qñ fit illud oppositum tunc posset fieri: esset etiam notum eis primam causam contingenter agere. Sed non erat notum eis aliquid sic contingenter fieri; quia forte Philosophus posuit non pp contingenter Deum velle contingentiam in inferioribus: sed ex motu qui necessario causatur, inquantum vniformis: sed difformitas sequitur in partibus eius, & ita contingentia.

Ari non põt negare primum effectiuum agere contingenter

Et Doc. dicit d. 2. q. 1. primi q Philosophus non põt negare primum effectiuum agere contingenter, saluando aliquid contingenter fieri per motum accipiendo contingenter causatũ quodcunq; non necessarium, vel sempiternum: sed cuius oppositum posset fieri qñ illud fit. ideo dixit aliquod contingenter causatum & non aliquod contingens. Si ergo Philosophi posuere sic aliquid contingenter fieri habuerunt concedere q prima causa cõtingenter agit. Et sic patet quõ sibi non cõtradicit: quia si Philosophi euidenter cognouissent aliquid cõtingenter fieri à causa secunda: euidenter conclusissent primam causam contingenter agere: & hoc sustinendo ordinẽ essentialem causarũ sicut expositũ est supra d. 2. q. 1.

¶Tertiam rationem Doc. concedit ipse Ocham, vt supra patuit.

¶Ad quartam instantiam. Dico q non est simile de causa naturali, & libera: quia libera potest expectare vt exposui. d. 37. secundi Doc. Et cũ dicit, aut prius comparatur ad effectum: aut non? Dico q si loquamur de priori ſm perfectionem, est prior. Si vero loquamur de priori natura. i. q in aliquo priori natura producat effectum. Dico q non vt patet à Doc. in 2. d. 37. sed simul natura causat cum secunda causa. potest. n. pp suam contingentiam in agendo expectare per quodcunq; tps: & sic in eodẽ instanti naturæ incipere actionem cum creatura, & ipsam continuare per aliquod tps. Et cum dicit, q si in eodem instanti comparatur ad effectum, in quo causa secunda comparatur ad effectum: & ita non plus repugnat duabus causis naturalibus operari in eodẽ instanti ad effectum, q̃ duabus causis quarum vna sit libera; & alia naturalis. Dico q hoc non sequitur de duabus naturalibus essentialiter ordinatis, quarũ vna agat in virtute alterius, & in agendo dependeat ab alia: quia tunc superior de necessitate naturæ prius comparatur ad effectum, q̃ secunda. Et cum addit q eadem rõ concluderet q nulla causa naturalis prior potest concurrere cum causa secunda ad producendum aliquem effectum &c. Dico q si sint essentialiter ordinatæ & causæ totales, q prior prius comparatur: & sic concedo q causa secunda nihil producet. Si vero sunt partiales causæ vna non põt agere sine alia, vt patet de intellectu, & obiecto respectu intellectionis; licet non sint propriè causæ essentialiter ordinatæ, nisi forte quantũ ad hoc q vna est perfectior alia. Et dico q omnes causæ secundæ quotcunque sint inter se essentialiter ordinatæ (quia in agendo dependent à prima causa contingenter agente) in agendo vna non agit prius alia ad eundem effectum, quia tantum in illo instanti incipiũt agere in quo primum effectiuum incipit agere. Et sic patet solutio ad omnes obiectiones Gulielmi Ocham &c.

Nota hanc distinctionẽ de causis.

Distinctio Quadragesimatertia.

Quæritur, Vtrum prima ratio impossibilitatis rei fiendæ, fiat ex parte Dei, vel ex parte rei factibilis?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bona. 1 sent. dist. 43. q. 3.
Alexander Alensis 1. parte summæ q. 21 memb. 3 Art. 3.
Scotus 1. sent. dist. 43. q. 1.
D Thomas 1. parte summæ q. 25 art. 3.
Ricardus. 1. sent. dist. 43 q. 3.
Durandus. 1. sent. dist. 43. q. 2.
Franciscus de Mayronis 1. sent. dist. 3. 4. q. 3.

QVÆRITVR circa 43. dist. Vtrum prima ratio impossibilitatis rei fiendæ sit ex parte Dei, vel ex parte rei factibilis? Titulus q. clarus est.

Opi Hen. 6, quoli. q 3.

¶IN præsenti d. ponitur duplex opin. Hen. sibi contradicentis. prima ponitur quoli. 6. q. 3. secunda quoli. 8. q. 3.

Quare in re portat has opiniones.

¶De prima opi. Hen. ponit primo q triplex est prædicatum de Deo. prima prædicata sunt perfectiones simpliciter quæ conueniunt Deo absolute sine respectu ad creaturas. Sed sic distinguit q istæ perfectiones possunt cõsiderari vno modo ſm id cui nomen imponitur, & sic considerantur in se absolute. alio modo ſm rationem a qua imponuntur ſm id cuius occasione nomen est impositum. bonitas primo modo est infinitas in Deo sed secundo modo respicit creaturas: quia ex hoc q Deus cõicat creaturis suam bonitatem, i. ex hoc q sua infinita potentia aliquid circa creaturas operatur dř bonus, & ſm hanc considerationem Deus, vel bonitas consideratur in ordine ad creaturas. Secunda prædicata sunt, quæ dñt dignitatem: non tñ perfectionem simpliciter vt esse Dñs, gubernator. & illa dicunt respectus ad creaturas. Tertia sunt priuatiua, vel negatiua, vt immortalis, & incorruptibilis, & sic impossibile dicitur quod priuat potentiam.

¶Ex his infert Hen. q omnipotentia non põt dici de Deo tertio modo: quia non est priuatio, vel negatio. ergo secundo vel primo modo dicitur de Deo.

Potẽtia actiua põt dupliciter considerari.

¶Item notat, q potentia actiua põt dupliciter cõsiderari. primo comparando ad Deum in quo est. secundo ad creaturam aliquam producendã. primo modo est perfectio simpliciter, & absolute conueniens Deo. secundo modo non, quia ſm Ans. nulla relatio ad creaturam est perfectio simpliciter. cum ergo potentia actiua sit perfectio simpliciter: ideo in creatura potentia passiua est absoluta.

¶Item notat, q potentiam actiuam in Deo. i. omnipotentiam consequitur relatio potentiæ passiuæ in creatura ad potentiam actiuam Dei: & illa relatio est realis & econuerso, est vna relatio rationis in potentia Dei actiua ad potentiam passiuam in creatura. Ex quo sequitur, q ideo Deus refertur ad creaturam, quia creatura refertur ad ipsum, & non econuerso. Ex quo infert principalem conclusionem.

quia,

quia, s. creatura est factibilis, ideo Deus potest eam facere, & non econuerso: quia Deus potest creaturam facere, ideo potest fieri.

¶De tertijs prædicatis. s. negatiois dicit φ illa quę negatiue dñr de Deo in ordine ad creaturã, debent primo quæri in creatura non in Deo: ita φ primo est negatio in creatura. secundo cõsequitur negatio relatiua creaturæ ad Deum. tertio consequitur relatio negatiua Dei ad creaturam. Ex quo sequitur φ primo creatura est impossibilis fieri. secundo est impostibile eam à Deo fieri. tertio impossibile est Deũ ipsam facere: ita φ possibilitas, & ipossibilitas sunt primo ex parte creaturæ, & non ex parte Dei.

¶Secunda opi. Hen. est illa φ qñ aliquid est simpliciter impossibile prima ratio impossibilitatis est, qa non potest Deus facere, ideo non põt creatura fieri, & non econuerso. Similiter prima ratio possibilitatis est in Deo. Res; n. ideo est à Deo factibilis, quia eã Deus põt facere, & non econuerso. Ex quo patet φ prima opi. directe cõtradicit secũdæ, & ecõuerso.

Improbat Hen.

¶Contra hanç opi. Doc. arguit multipliciter. Primo sic. nihil est simpliciter impossibile, nisi qa simpliciter repugnat sibi esse. cui autem repugnat esse repugnat ei ex se primo, & non pp respectum aliquẽ affirmatiuum, vel negatiuum eius ad aliquid aliud & loquitur hic Doc. de repugnantia formali quæ formaliter inest rei: sicut dicimus φ repugnat hominem esse asinum, sic φ repugnantia formaliter p̃dicatur de homine, & sic patet φ talis repugnantia non dr̃ inesse homini per respectum ad aliquid extrinsecum: sed magis p rationem formalem, & intrinsecam ipsius hominis. Et hoc est quod dicit infra. Repugnantia quæcunque extremorum est ex ratione sua formali, & per se essentiali: circumscripto quocunquo alio respectu vtriusque extremi positiui ad quodcunque aliud: sicut album, & nigrum p se ex suis rationibus formalibus contrariantur. vt puta quia albedo est talis entitas in se ideo contrariatur nigro: quia talis entitas est se ipsa nigredo: Nam per impossibile circumscripto quocunque alio à ratione nigredinis, & albedinis: adhuc quia tales entitates in se dñr contrariari & includere formalem repugnantiam essendi simul in eodem subiecto. igitur illud est simpliciter impossibile, cui per se primo repugnat esse, etiam circumscripto quocunque alio respectu ad aliud, & sic dicimus φ chimera est simpliciter impossibilis esse, siue existente: quia ex ratione formali chimeræ repugnat sibi simpliciter posse existere, & non per respectum ad Deũ affirmatiuum, vel negatiuum: quia si per impossibile Deus non esset adhuc existere sibi repugnaret.; Et dr̃ respectus affirmatiuus, qui aliquid ponit, & negatiuus qui nihil ponit: causare. n. est respectus affirmatiuus, similiter posse aliquid: sed non posse, vel impossibile esse: est respectus negatiuus. Addit Doc. φ prima sententia siue prima opi. Hen. sit probabilior secunda sententia siue secunda opi. Hen. contra quam secũdam sententiã ista rõ præcipue cõcludit.

SED contra istam primam sniam. Deinde Doct. arguit contra primã opi. Hen. & intendit probare φ possibilitas lapidis, siue φ lapis sit possibilis non habet ab omnipotentia, & ad hoc probandum plura dicit in ista littera. Primo quòd potentia actiua qua Deus dicitur omnipotens, non est formaliter intellectus, sed quasi præsupponit actionem intellectus: & accipit hic potentiã actiuam fundamẽtaliter, & non pro respectu fundato: quæ distinctio. patuit supra d. 7. q. vnica: & sic potentia actiua qua Deus dicitur omnipotens est aliquod absolutũ, quo vt principio actiuo potest agere. Et talis potentia actiua non intellectus &c. Vult Doct. quòd potentia vere actiua, qua Deus dicitur omnipotens respicit aliquod productum in vero esse realis existentiæ. ut supra patuit. d. 20. & d. 36. & 42. & in quoli. q. 7. & in 2. d. prima. q. prima: & talis potentia tantum est ipsa voluntas diuina qua Deus libere agit, vt patet ab ipso supra d. 2 q. 1. & d 8. q. ulti. & clarius in 2. d. 1. q. 1. & in quoli. q. 7. & 8. Intellectus anim vt præcedit actum voluntatis necessario operatur. ut patet a Doc. supra d. 3. q. 4. & in quoli. q. 14. & alibi. ideo intellectus non est potentia actiua qua Deus dicitur omnipotens, sed sola voluntas, vel actus volũtatis. Et quod dicit quod potentia actiua pręsupponit actionem intellectus, intelligitur de actione tantum secũdum quid, quæ terminatur ad productum habens esse tãtum secundum quid, quod est esse cognitum rei, vt supra patuit. d. 3. q. 4. d. 35. 36. & clarius in 2. d. 1. q. 1. & in quoli. q. 8. & sic lapis prius habet esse secundum quid, siue esse cognitũ, quam omnipotentia Dei respiciat illud. Deinde addit, φ lapis habet esse possibile ex se formaliter, quia per rationem intrinsecam: quia si quæratur quo lapis potest vere existere: respõdetur quia est talis entitas, cui nõ repugnat formaliter existere: & sic diffinitio, siue quiditas lapidis est rõ formalis quare lapidi non repugnat formalis existentia, & per ipsam diffinitionem, vel quidtatẽ posset à priori demonstrari aptitudo existendi: vt patet à Sco. in 2. d. 1. q. 3. Deinde addit φ reducendo quasi ad primum principium extrinsecum, intellectus diuinus erit illud, a quo est prima ratio possibilitatis in lapide. i. φ loquendo de ratione extrinseca, siue originatiua, siue productiua dante esse tale, vel tale: intellectus diuinus, siue actus intellectus diuini est ille qui producit lapidem in tali esse possibili, vt supra patuit. d. 3 q. 4. & d. 35. & 36. & sic illa potentia actiua, à qua dicitur Deus omnipotens non est prima ratio possibilitatis in lapide.

Deus dicitur omnipotens. *Vera potētia actiua.* *Quo lapis possit vere existere.*

¶Confirmatur ista ratio. Hic Doc. confirmat rationem probando, φ creatura non dicitur habere esse possibile per omnipotẽtiam. Et ratio stat in hoc Quia potentia actiua quæ est omnipotentia, si dat alicui esse dat producendo: & hoc productione vere reali idest quæ terminatur ad productum reale: patet quia omnipotẽtia aliquid fit extra suam causam: sed ante istam productionem realem quæ terminatur ad productum in esse reali, est alia productio tãtum secundum quid quæ terminatur ad productũ tantum secundum quid. puta ad esse cognitum, vel ad esse possibile. ergo esse possibile rei non habet esse per omnipotentiam.

¶Item in causis præcisis, si affirmatio est causa affirmationis, & negatio erit causa negationis, vt patet primo poste. t. co. 30. ergo si potentia actiua quę est omnipotentia in Deo est pręcisa ratio possibilitatis in creatura: negatio potentię actiuę in Deo esset causa negationis possibilitatis in creatura: quod ipse negat, & bene quantum ad hoc: quia impossibilitas in creatura est propter formalem repugnantiam terminorum, siue partium. Si enim omnipotentia Dei sit pręcisa causa, quare homo possit esse in rerum natura: ita quòd possibilitas cuiuscunque creaturę sit præcise ab omnipotentia: ita quòd chimera non possit existere erit simpliciter à negatione omnipotentię: quod ipse negat.

¶Item, ille respectus qui consequitur potentiam actiuam in Deo in quarto instanti (ista instantia assignantur. supra d. 3. q. 5. & d. 30. & 36. ita φ in primo instanti est Deus. in secundo instanti est lapis. in tertio instanti resultat respectus lapidis ad Deum.) Aut est realis, & ad extra? Aut est rationis? Si primo modo: improbatum est supra dis. 30. vbi probatum est, quòd Deus nõ potest referri relatione reali ad creaturam. Si secundo modo: ergo in tertio instanti terminatur possibilitas ad Deum sub ratione absoluta.

ta quod non infero, sicut in se inconueniens, sed tanquam à pluribus concedendum, & saltem non habendum pro inconuenienti ab eis, qui tenent opi. illius Doc. ex quo sequitur ad eam.

¶Ibi similiter propter idem. Ista littera clara est.

ALITER dico a prima sententia quantum ad illud quod probant illa duo argumenta.

¶Nunc Doc. declarat opi. propriam, quæ stat in aliquibus dictis. Primum, q potentia Dei accepta pro fundamento de qua supra d. 7. est quid absolutum, & illud absolutum vel est voluntas diuina, vel vel velle, diuinum quæ potentia, siue omnipotentia hoc modo accepta est perfectio simpliciter, & est id quo Deus dr formaliter potens: accipiendo formaliter fundamentaliter, & cōuenit Deo in primo instanti naturæ, i. in illo instanti in quo adhuc non comparatur ad extra. secundum instans naturæ est in quo comparatur ad extra: in illo tamen instanti naturæ primo plura possunt esse. vt patet supra dist. 10 q. vnica. Potest etiam accipi omnipotentia pro respectu fundato in absoluto illo. & dic pariformiter sicut supra dictum est de potentia actiua. dis. 7. s. pro respectu fundato in absoluto; sicut potentia calefaciendi fundatur in calore: accipiendo potentiam calefaciendi pro respectu. Secundum dictum est. q omnipotentia quæ est potentia actiua, non habet obiectum quod sit primo possibile. i. q non producit aliquid in esse possibili; sed tantum producit in vero esse existentiæ quod esse existentiæ præsupponit esse possibile. Et quamuis Doc. supra d. 20. dicat q obiectum omnipotentiæ est ens possibile: & hoc idem in quoli. 7. aliter tamen, & aliter; quia ibi dicit q non potest producere in esse, nisi tantum illa entia, quæ vere sunt possibilia causari; non q producat illa in esse possibili; immo præsupponit esse possibile. Hic vero dr q non habet possibile pro obiecto primo. s. in tali esse producibili. Sed per intellectum diuinum siue per actum intelligendi intellectus diuini omnia producuntur in esse intelligibili, & sic in esse possibili. vt supra patuit. d. 3. q. 4. & dist. 36. & 39. Et talis intellectus non est formaliter potētia actiua, qua Deus dr omnipotens; patet: quia si sic. tunc producerentur ad extra omnes res possibiles, in esse vero reali, & hoc de necessitate naturæ: quia talis productio necessario præcederet determinationem voluntatis. hoc patet supra. d. 3. q. 4. & d. 36. & 39. Tertium dictum est, q res producta ab intellectu diuino. in esse possibili, siue intelligibili in primo instanti naturæ; habet seipsa esse possibile in secundo instanti naturæ. Et hoc sic intelligitur quia lapis in primo instanti naturæ producitur ab actu intellectus diuini in esse cognito: & in secundo instanti naturæ habet seipsa esse possibile: quia illud vt supra exposui fundatur in esse cognito. Sic tamē intelligendo quòd in primo instanti naturæ lapis habet esse cognitum seipso formaliter; sed originatiue ab actu intellectus diuini. Similiter in secundo instanti naturæ lapis habet esse possibile seipso formaliter, originatiue vero ab actu intellectus diuini. Quartum dictum. possibilitas in obiecto nullo modo est prior omnipotentia in Deo: accipiendo omnipotentiam pro absoluto; quia omne absolutum in Deo præcedit omne esse creaturarum quodcunque sit illud esse. vt supra patuit. d. 30 & singulariter patet in secundo. d. 1. q. 1. Addit Doc. q si intelligatur res esse possibilis, antequam Deus per omnipotentiam producat eam: sic est verum supple. q talis res præcedit omnipotentiam; sed in illa possibilitate res talis non est simpliciter prior sed producitur ab intellectu diuino.

Hæc littera debet sane intelligi. ¶Hæc littera debet sane intelligi. Non enim res in esse cognito siue possibili est prior volitione diuina absolute sumpta; cum ipsa vt sic sit prior omni persona: vt supra patuit. d. 1. q. 2. & d. 10 q. vnica. Et personæ de necessitate sunt priores omni creatura in quocunq; esse, siue simpliciter, siue s̄m quid: vt supra exposui. d. 10. & clarius ostenditur a Doc. in 3. d. 1 q. 1. ergo talis res in esse possibili, nullo modo est prior omnipotentia accepta pro absoluto. s. pro volitione diuina. Debet ergo sic intelligi littera. q res in esse existentiæ nullo modo sunt priores omnipotentia, accipiendo omnipotentiam pro velle diuino nedum vt terminato ad essentiam diuinam: sed nec vt terminato ad creaturam; tale enim velle vt sic necessario est prius creatura in esse existentiæ patet quia voluntas diuina velle suo voluit omnia quæcūque voluit ab æterno, licet non pro æterno. vt supra patuit. d. 39. & clarius infra patebit. d. 45. Res vero in esse possibili siue in esse cognito sunt priores omnipotentia; accipiendo omnipotentiam pro velle diuino, qui vult talia possibilia esse pro aliquando in esse existentiæ: quia talis volitio præsupponit esse cognitum rei volitæ. Et sic debet intelligi ista Doc.

¶Ibi. Quantum ad impossibilitatem. Hic Doc. declarat à quo est impossibilitas rerum. puta à quo est hoc impossibile. s. homo est asinus, vel hominem esse asinum erit manifestum impossibile: à quo erit istud impossibile, siue impossibilitas. Et solutio stat in aliquibus dictis. Primo. impossibilitas talis non potest esse primo ex parte Dei, sicut dicit prima sententia Hen. quia ipsa est impossibilis pp repugnantiam eius, vt fiat. Et hoc est q Doc. multotiens vtitur ista sententia. Quæcunq; repugnant suis rationibus repugnant. vt patuit supra. d. 2. q. 1. & in 3. d. 1. q. 2. & in quoli. Dicimus enim q repugnat hominem esse asinum: quia ratio formalis asini est simpliciter incompossibilis rationi formali hominis; irrationale enim repugnat rationali, & sic omnia repugnantia suis rationibus formalibus repugnant, si habent rationes formales: si non habent sufficit q suis conceptibus, siue quiditatibus, siue rationibus qualitercūque sumptis repugnent. Secundo dicit Doc. q talis impossibilitas potest esse originatiue ab intellectu diuino: quia à quo sunt rationes formales repugnātiæ ab eo est originatiue repugnantia: sed termini incompossibiles, & rationes terminorum sunt ab actu intellectus diuini quia omnia obiecta secūdaria simplicia sunt immediate ab actu intellectus diuini. vt supra patuit. Exemplum. dicimus q homo, & asinus adinuicem repugnant; homo in esse cognito est ab actu intellectus diuini, & similiter asinus, & incōpossibilitas fundatur in illis pp rationes eorum formaliter repugnantes, & incompossibiles. Et sic impossibilitas est immediate à terminis qui sunt incompossibiles pp incompossibilitatem rationum formalium. remote tamen est à Deo. quia termini incompossibiles sunt à Deo producti in esse possibili. Sequitur in littera. Et istam impossibilitatem istorum terminorum sequitur impossibilitas totius figmenti includentis ea. Figmentum enim est compositum ex incompossibilibus componi. i. cōponitur ex partibus sibiinuicem incompossibilibus & ideo figmentum non potest proprie diffiniri: quia partes diffinitionis non sunt adinuicem incompossibiles; vt supra patuit. d. 3. q. 5. contra Hen. Sequitur. Et ex ista impossibilitate figmenti in se & ex incompossibilitate partium suarum sequitur incompossibilitas eius respectu cuiuscunque agentis; quia enim figmentum est impossibile ex partium incompossibilitate, ideo est impossibile ipsum posse produci in rerum natura à quocunque agente, quātumcunque perfecto. Sequitur. Et ex hoc habes compleri totus processus impossibilitatis rei: quasi vltimus gradus impossibilitatis sit negatio respectus ad quodcunq; agens.

Figmētum non est compositum ex incompossibilibus.

agens. Nec oportet habere aliquem reſpectum negatiuum ex parte Dei, nec ex parte cuiuſcunq; alterius, vt dicit Hen. nec eſt forte aliquis in natura rei, licet intellectus poſſit comparare Deum, vel aliud agẽs ad iſtud ſub negatione reſpectus. Sic igitur impoſſibilitas prima eſt formaliter ex parte impoſſibilis, & principiatiue à Deo. Et ſi principiatiue reducatur ad aliquid, non tamen reducitur ad negationem poſſibilitatis in Deo: immo reducitur principiatiue ad intellectum diuinum principiantẽ illud in illo eſſe, in quo partes illæ formaliter repugnant, propter quam formalem repugnãtiam totum ex eis ſimpliciter eſt impoſſibile.

¶ Ex hoc apparet Hic Doc. declarat quõ impoſſibilitas non poteſt eſſe in aliquo vno ſimplici: quia illa tñ eſt ex impoſſibilitate, & repugnantia pluriũ adinuicem: homo enim non eſt aliquod impoſſibile. Nec eſt ſimile de impoſſibili & neceſſe eſſe: quia neceſſe eſſe eſt alicuius in ſe primo. ſicut deitas eſt ex ſe formaliter neceſſaria: impoſſibile vero non eſt alicuius in ſe. Dato enim quocunque termino ſimplici, & incomplexo: in illo ſolo nulla inuenitur repugnantia, ſiue impoſſibilitas. Et patet iſta littera.

Ochã in 1. d. 43 q. 2. arguit co. tra Scot.

CONTRA quædam dicta à Doc. in præſenti. q. Arguit Ocham. Et primo contra illud quod intellectus diuinus producit omnia in eſſe intelligibili arguit ſic Primo, quia illud quod per aliquem actum nullum eſſe formaliter recipit, ſed tantum denominatur denominatione extrinſeca non producitur ꝑ talem actum: ſed creatura per hoc ꝙ intelligitur à Deo nihil formaliter recipit, ſed tantum denominatur quadã extrinſeca denominatione. ſicut obiectũ intellectus creati non producitur per hoc quòd intelligitur, ſed tantum denominatur quadam extrinſeca denominatione ergo creatura in tali eſſe intelligibili, non producitur.

¶ Secundo. Aut creatura producitur in eſſe intelligibili pręciſe, quia intelligitur: aut quia nihil prius fuit? aut quia prius non erat intelligibile? Non ꝑꝑ primum? quia tunc eſſentia diuina vere produceretur in eſſe intelligibili, cum vere intelligatur: & tunc quilibet intelligens Deum produceret ipſum in eſſe intelligibili. Nec propter ſecũdum: quia etiam quũ intelligitur creatura: tunc nihil eſt quàmuis ſit intellecta Nec propter tertium? quia eſſentia diuina ante intellectionem ſuam non fuit intelligibilis.

¶ Tertio ſm iſtum nunquam producitur aliquid in eſſe intelligibili, niſi quia producit aliquid in eſſe reale ſed ſm iſtos creatura quando producitur ꝑ intellectum diuinum non producitur niſi in eſſe intelligibili. ergo aliquid aliud producitur in eſſe reale: ſed nihil poteſt dari, ſicut patet inductiue.

¶ Secundo principaliter arguit contra aliud dictum, ſ. quòd creatura in primo inſtanti habet eſſe poſſibile: arguit ſic. Accipio primum inſtans naturæ in quo intellectus præcedit in eſſe intelligibili creaturæ. & quæro aut in illo inſtanti creatura eſt poſſibilis? aut non eſt poſſibilis: ſi eſt poſſibilis ergo eſt poſſibilis antequam producatur in eſſe intelligibili Si non eſt poſſibilis ergo ſibi repugnat eſſe.

¶ Tertio principaliter arguit contra illud dictũ. ſ. quòd ſtatus eſt in illo proceſſu ad impoſſibilitatẽ reſpectu cuiuſlibet agentis, ſine reſpectu correſpondente in Deo: arguit ſic contra. Sicut in omni reſpectu creaturæ in eſſe poſſibili ad Deum correſpõdet aliquis reſpectus in Deo ad creaturam in eſſe poſſibili ita ad negationem reſpectus correſpondebit negatio reſpectus in Deo ad impoſſibile. ergo non eſt ibi ſtatus. Si dicatur quòd reſpectus creaturæ in eſſe poſſibili ad Deum correſpõdet reſpectus in Deo. Contra aut ille reſpectus creaturæ in eſſe poſſibili eſt realis? aut reſpectus rationis? non realis? quia non habet fundamentum reale. ergo eſt reſpectus rationis, qui fit per actum intellectus comparantis creaturam ad Deum ſecundum iſtum: ſed ita poteſt intellectus comparare Deum ad creaturam, ſicut econuerſo. ergo ita poteſt eſſe reſpectus in Deo ad creaturam, ſicut econuerſo. ergo. Hæc Ocham ad litteram.

Reſponſio ad rõnes Ochã.

RESPONDEO ad primum argumentum præmittendo aliqua. Primo, quòd res poteſt comparari aut ad intellectum diuinum: aut ad intellectum creatum. Secundo modo forte nullus intellectus creatus poteſt aliquid producere ſm primum eſſe illius. loquendo de primo eſſe ſimpliciter, quod pręcedit verum eſſe reale, & hoc ſupra patuit. d. 36. non enim aliquis intellectus creatus poteſt producere lapidem ſm ſuum eſſe ſimpliciter, & primum: quia illud fuit ab æterno. Sed poſito quòd lapis nullum eſſe ab æterno habuerit, an intellectus creatus poſſet illum producere in eſſe intelligibili, & per conſequens in eſſe poſſibili? hoc pertractare non eſt præſentis materiæ. Primo modo. ſ. comparando ad intellectum diuinum: intellectus diuinus actu ſuo cũ ſit formaliter infinitus poteſt producere omnes terminos in eſſe ſm quid, ſiue in eſſe intelligibili. Secũdo præmitto, quòd intellectus diuinus, ſiue actus intellectus diuini in primo inſtanti, eſt tantum ens abſolutum, & formaliter infinitum: & in illo inſtanti nihil producit. In ſecundo inſtanti producit lapidem in eſſe intelligibili: ita quòd in illo inſtanti lapis habet eſſe intelligibile non ex natura rei ſed per illum actum: vt ſupra expoſui. d. 35. 36. 43. In tertio Inſtanti intellectus diuinus illo actu quo producit lapidem in tali eſſe, actu intelligit illum, non virtute lapidis intelligibilis, ſed virtute eſſentiæ diuinę: quę in illo inſtanti ſuo modo mouet intellectum ſuum ad intellectionem lapidis vt poteſt patere ex dictis in 2. d. 1 q. 1. Tertio præmitto: quòd aliud eſt dicere aliquid eſſe actu cognitum: & aliud eſt dicere eſſe cognoſcibile, ſiue eſſe obiectum cognoſcibile: quia primo modo eſſe cognitum eſt poſterius, non tantum cognitione in ſe conſiderata: ſed etiam cognitione vt ad obiectum cognitum terminata: prius enim cognitio terminatur ad obiectum: & poſt obiectum dicitur habere eſſe cognitum: & ſic eſſe cognitum, ſiue obiectum denominatur cognitum denominatione extrinſeca: quia cognitione non exiſtente in obiecto cognito, ſed à cognitione exiſtente in potentia cognitiua. & hoc patet à Doc. in 4 d. 1. q. 1. Sed ſecundo modo, ſcilicet eſſe cognoſcibile nõ eſt poſterius cognitione, ſaltem quo ad terminationẽ eius. Aliquando enim eſt prius cognitione in ſe: vt in creaturis quando obiectum eſt partialis cauſa cognitionis. tunc enim præcedit obiectum in ratione intelligibilis. vt ſupra patuit. d. 3. q. 3. & q. 7. & alibi ſæpe à Doc. Aliquando etiam præcedit cognitionẽ in ſe in ratione termini, vt cum cognitio noua cauſatur ab aliquo virtualiter cõtinente tale obiectum terminatiuum. de quo ſupra d. 3. q. 3. & 7. In propoſito tamen dico duo. Primum, quòd eſſe cognitum lapidis eſt ſimpliciter poſterius actu cognoſcendi intellectus diuini, & in ſe conſiderato, & vt terminato ad ipſum lapidem: & ſic lapis denominatione tantum extrinſeca denominatur cognitus. Secundum. eſſe cognoſcibile lapidis, & ſi ſit ſimpliciter poſterius actu intellectus diuini in ſe conſiderati, & vt eſt ratio formalis producendi lapidem in tali eſſe intelligibile: eſt tamen prius actu intelligendi intellectus diuini vt terminato ad ipſum, & vt eſt id quo intellectus diuinus actu intelligit lapidem: & ſic eſſe intelligibile lapidis non dicitur tale denominatione extrinſeca, ſed magis denominatione intrinſeca. ante enim illud eſſe intelligibile lapis nullum

Aliud eſt dicere aliqd eſſe actu cognitum, & aliud eſt dicere eſſe cognoſcibile.

Nota hunc paſſum.

penitus

penitus esse habebat: sed per actum intellectus diuini primo accipit esse intelligibile: ita quòd tale esse competit formaliter lapidi, sed originatiue ab actu intellectus diuini. Ex his patet responsio ad primum argumentum: falsè enim imaginantur, quòd esse intelligibile lapidis sit tantum denominatione extrinseca: & per hoc solum, quia intelligitur. Si etiam volumus tenere quòd lapis producitur in esse intelligibili per hoc quòd actu intelligitur ab intellectu diuino: adhuc sequitur quòd esse intelligibile lapidis non sit tantum denominatione extrinseca: sed denominatione intrinseca: originatiue vero ab actu illo. Nec est simile de actu intelligendi intellectus creati: quia intellectus creatus non producit per actum suum esse intelligibile obiecti. vt supra patuit.

¶ Ad secundum cum dicitur. Aut producitur in esse intelligibili præcise, quia intelligitur? aut quia prius nihil fuit? aut quia prius non erat intelligibile? Dico quòd possunt concedi omnia ista membra. Et cum arguit contra primum de essentia diuina. Dico quòd non est simile de essentia, & creatura: quia essentia est simpliciter prior omni perfectione etiam diuina habens verum esse existentiæ. vt ostendit Doct. in quol. quæst. prima, & supra patuit distinct. 8 quæst. 3. & ideo præcedit omnem intellectionem in ratione obiecti intelligibilis. Est enim obiectum intelligibile ex natura rei: vt supra patuit. Creatura autem quia ante actum intellectus diuini nullum penitus esse habet nec simpliciter nec secundum quid: ideo per actum intellectus diuini producitur in esse intelligibili, & potest concedi, quòd producitur dum intelligitur: quia ille actus est formaliter infinitus: & ideo est ratio formalis producendi in esse intelligibili, dum actu intelligit illud: quod ex natura rei nullo modo potest esse obiectum intellectus diuini, & quòd nullo modo præcedit ipsum actum. Potest etiam concedi quòd illo actu intelligendi prius creatura producitur in esse intelligibili, quàm actus ille terminetur ad ipsam: ita quòd in aliquo signo priori producitur in esse intelligibili, & in alio signo posteriori producitur in esse cognito: & in illo signo actus intelligendi terminatur ad esse intelligibile ve supra exposui. Dicitur etiam secundum membrum scilicet quòd dum intelligitur producitur in esse intelligibili: quia prius nihil fuit. Et potest dici primo quòd actu intellectus diuini prius producitur in esse intelligibili, & post intelligitur. potest dici secundo quòd tunc producitur, quando actu intelligitur, & ante esse cognitum nihil fuit. vt supra expositum est. Et cum dicit quòd tunc intelligens Deum produceret ipsum in esse intelligibili. patet responsio quòd non sequitur: quia Deus vt prior omni actu intelligendi est obiectum ex natura rei vere intelligibile: & tale per nullum actum intelligendi producitur in esse intelligibili. Nam intelligibilitas primi entis conuenit tali enti: etiam per possibile, vel impossibile circumscripto omni actu intelligendi. Et sic patet quomodo non est simile de esse intelligibili creaturę, & ipsius Dei. Tertium etiam membrum potest concedi dupliciter. Primo: quia creatura ante actum intelligendi diuinum nullum esse intelligibile habet: & sic per illum actum producitur primo in tali esse, & post intelligitur. Secundo quòd ante esse cognitum creaturæ esse intelligibile ipsius non fuit, sed dum actu intelligitur actu intellectus diuini producitur in esse intelligibili. Et cum dicit quòd essentia ante intellectionem suam non fuit intelligibilis. Patet hoc esse falsum: quia esse intelligibile cum consequitur entitatem conuenit essentiæ diuinę etiam circumscripto omni actu intelligendi

Creatura ante actum intelligendi diuinum nullum esse intelligibile habet.

vt patet expresse à Doc. in quol. q. 1. & alibi sæpe.

¶ Ad tertium potest concedi quòd nō producitur aliquid in vero esse intelligibili: nisi aliquid producatur in esse reali. hoc potest esse multipliciter verum. Primo: quia productum in vero esse intelligibili cōcomitatur non repugnantia ad verum esse reale. Secundo quia esse intelligibile productum præsupponit actum intelligēdi vere realem: quia nihil potest produci in tali esse, nisi simul producatur, vel quasi producatur actus intelligendi reale.

¶ Ad aliud de esse possibili in secundo instanti. Dico quòd antequam creatura produceretur ab actu intellectus diuini in esse intelligibili non erat possibilis. Et cum infertur ergo impossibilis. Negatur consequentia: quia esse impossibile dicit repugnantiam siue incompossibilitatem terminorum. vt supra patuit. quia incompossibilitas præsupponit esse possibile terminorum simplicium. In illo ergo instanti creatura nullū esse habuit, nec intelligibile, nec possibile. Ad vltimum patet responsio ex supra expositis in Doc. Et sic patet quomodo rationes Ocham nihil contra Doc. concludunt.

AD argumenta principalia. Et primo arguit quòd impossibilitas rei fiendæ sit ex parte Dei, & probat sic. Magister arguit d. 44 primi quòd vniuersum posset fieri melius, quòd si nō: aut hoc esset propter hoc quòd nullum bonum sibi deesset: & tunc esset Deus: aut quia aliquid sibi deesset sed nō esset capax ad illud recipiēdum: & tūc arguit quòd melius fieret si daretur sibi capacitas à Deo ad illud. Ita arguo in proposito. Si aliquid sit infactibile. ergo si daretur sibi capacitas à Deo posse fieri. ergo modo non potest fieri quia nō datur sibi capacitas: ergo ista impossibilitas vel primo ex parte Dei non potentis dare capacitatem.

¶ Respondat Doc. dicens quòd rō Magistri tenet supponendo quòd vniuersum possit esse maioris perfectionis capax: quia tunc melius fieret, si daretur sibi illa capacitas quàm sit sine illa capacitate, vt si esset capax multorum aliorum. Absolute autem nō tenet ratio Magistri negato isto. s. quòd potuit melius fieri: sicut non sequitur quòd ignis manēs ignis possit fieri melior, si fiat capax intellectus vel voluntatis: quia nō potest istorum esse capax. Dico tunc ad formā argumenti quòd Deus non potest dare capacitatem nihilo, vt sit factionis capax, siue passiuum: sed ista non est prima ratio: sed quia tale non potest hēre capacitatē: & ista rō reducitur ad formalem repugnantiam partium, & vlterius ad intellectum diuinū. hoc Sco.

Quo valeat rō Magistri.

Distinctio Quadragesimaquarta.

Quæritur. Vtrum Deus potuerit facere meliores res, quàm fecit?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bona. 1. sent. dist. 44. q. 1 art. 1.
Scotus primo sent. dist. 44. q. 1.
D Thomas. 1 parte summa q. 25. Artic. 6.
Ricardus 1. sent. dist. 44. q. 1.
Durandus. 1. sent. dist. 44. q. 1.


IRCA 44. d. quæritur. Vtrum Deus potuit fecisse melius res quam fecit? Siue an Deus possit facere aliter res quā ab ipso ordinatum est fieri? Titulus. q. clarus est.

RESPONDEO in omni agente per intellectum, & voluntatem potentem conformiter agere legi rectę: & tamen non necessario conformiter agere legi rectę est distinguere potentiam ordinatam à potentia absoluta. Docto. in ista q. multa declarat, quæ satis sunt facilia. In aliquo potest distin-

In Deo potentia ordinata et abso...

soluta non sunt dua potentia.

distingui potentia ordinata & potentia absoluta, & est in omni agente potente recte agere, & non recte agere. Est tamen aduertendum quod potentia absoluta, & ordinata in Deo non sunt duæ potentiæ distinctæ ex natura rei, nec formaliter. immo proprie cum dicitur potentia absoluta, vel ordinata non dicitur aliqua potentia, sed magis quidam modus agendi, scilicet ordinate vel absolute. Absoluta ergo potentia est illa quæ respicit omne non includens contradictionem. Et sic volūtas diuina dicitur posse agere secundum potentiam absolutam, inquantū absolute potest in omne possibile, siue in omne non includens contradictionem. Ordinata vero est illa qua Deus potest conformiter agere ordini, & statuto à se posito. vt Iudas potest saluari absoluta potentia, idest quòd Deus habet naturalem potentiam qua potest Iudam saluare: sed ipse ordinauit quòd nullum vult saluare, qui decesserit in mortali peccato. itaque ergo illo ordine non potest Iudam saluare. Dicit ergo Doct. quod potentia ordinata dicitur inquantum est principium exequendi alia conformiter legi rectæ secundum ordinem præfixum ab illa lege. Dicitur vero potentia absoluta inquantum potest agere præter illam legem, vel contra eā: & tunc potentia absoluta excedit potentiam ordinatam: quia est absoluta, vt est in potestate agentis obseruare illam legem & aliquid agere, de quo nihil disponit illa lex: & similiter oppositum illius, de quo illa lex disponit, excedit. ergo ordinatam inquantum est voluntas in se considerata in ordine ad omne possibile ab ipsa fieri, vel omitti.

Qualis sit potentia absoluta, & ordinata.

Dria inter agere præter legem & cōtra legem.

¶ Nota quòd agere præter legem, & cōtra legem multum differunt. primo modo est agere aliquid de quo illa lex non determinat, vel disponit. ita quòd siue sit agere aliquid, siue eius oppositum, dummodo non sit à tali lege dispositum est præter legem agere. Sed agere contra legem est agere oppositum illius, quod lex disponit. Exemplum primi. Lex disponit non esse furandum. si ago aliquid non dispositum in tali lege, nec oppositum illius legis. Exemplum secundi. Si committo furtum: tunc ago contra legem.

¶ Item nota quòd Doct. non tantum distinguit potentiam absolutam, & ordinatam in Deo: sed etiam in omni libero agente qui potest secundum legem, & præter legem, & contra legem agere tam contra legem præfixam a superiori, quàm secundū dictamen rationis rectæ ex natura sumptum. Exemplum secundi. Vt lex naturalis. De qua Doct. in 2. d. 39 & in 3. d. 37. & in 4. d. 17.

Exer. in sua cent in loco à plenitudine potestatis per totū.

¶ Ibi. Ideo dicunt Iuristæ. Dicit Doc. quòd illud quod dicimus de potentia absoluta. Iuristæ dicunt de facto: & quod dicimus de potentia ordinata: ipsi dicunt de iure. Id enim possumus, quod de iure possumus.

¶ Ibi. Quando autem illa lex recta secundum quā ordinate agendum est, non est in potestate agentis: tunc potentia absoluta eius non potest excedere ordinatam circa obiecta alia, nisi circa illa agat inordinate. non posset ergo ordinate agere alia ab illa lege statuta, & si ageret inordinatè ageret, & potentia absoluta licet inordinatè ageret: & hoc modo absoluta posset excedere ordinatam.

¶ Ibi. Sed quando in potestate agentis est lex, & rectitudo eius: ita quòd non est recta, nisi quia statuta: tunc potest recte agere agendo aliter, quàm lex illa dictet: quia potest statuere aliam legem rectam secundum quàm agat ordinate: nec tunc potentia sua absoluta simpliciter excedit potentiam ordinatam: quia esset ordinata secundum illam legem, sicut & secundum priorem: tamen excedit ordinata præcise secundum priorem propter quam vel contra quam facit, idest quòd si statuat aliam legem à priori lege, & agat secundum illam legem posterius statutam, agit de potentia ordinata accipiendo potentiam ordinatam pro ordinate agere. ita enim ordinate agit secundum secundam legem, sicut secundum primam. potest tamen dici absoluta non quia inordinata: sed quia absoluta à priori lege. Et quomodo omnis actus voluntatis diuinę sit de se rectus immo rectitudo. vide Doct. supra in prolo. quæst. vlt. 1. quæst. 1. distinct. trigesimanona, & distinct. 41. in 2. d. 23. &c.

¶ Ad propositum igitur applicando dico. Doct. nunc applicat ad propositum suum principale ea, quæ dixit. Sed prius declaro differentiam quæ est inter legem, & iudicium. Nam lex est propositio vniuersalis dictans determinationem diuinæ voluntatis circa esse, vel agere creaturæ rationalis. vt omnis finaliter in mortali peccato moriens damnatur, Similiter omnis finaliter hinc exiens in gratia Dei est beatificandus. Iudicium vero est de particularibus, ad quæ applicat lex, vt in syllogismo practico, vt arguendo sic. Omnis finaliter moriēns in mortali peccato est damnandus. Sed Iudas est huiusmodi, ergo Iudas est damnandus. cognitio maioris vniuersalis dicitur lex. sed cognitio conclusionis deductæ ex maiori & minori dicitur iudicium. Vnde iudicat Iudam esse damnandum. Et ista de lege vniuersali, & iudicio satis patent hic, & etiam satis diffuse in 2. distinc. 5. quæst. 2. Nunc expono litteram. Cum dicit quòd leges aliquę generales recte de operabilibus dictantes præfixæ sunt à voluntate diuina. vt dictum est. supra dist. 38.

Dria inter legē & iudicium.

¶ Aduerte, quòd lex statuta proprie non dictat voluntati cum ex se non possit esse præsens: sed dictare congruit cognitioni practicæ. cognitio ergo aliquam intellectu alicuius determinationis diuinæ voluntatis dicetur lex dictans: puta cognosco per reuelationem, quòd Deus determinauit omnem homicidam decapitari talis cognitio potest dici lex regulatiua voluntatis, vt conformiter velit tali dictamine. Sed vide quæ dicta sunt in q. de scientia practica. Sequitur. Sed quando intellectus offert voluntati diuinæ talem legem: puta quòd omnis glorificandus est prius gratificandus si placet voluntati suæ quæ libera est, recta est lex &c.

Dictare congruit cognitioni practica.

¶ Sed pro intelligentia litteræ huius. & sequentis præmitto aliqua. Primo. Si intellectus diuinus offert hoc voluntati diuinæ, quòd quilibet glorificandus est prius gratificandus. si offert vt rectum & iustum: ita quòd rectitudo sit à tali dictamine: tunc voluntas diuina (vt videtur) non posset iuste, & ordinate agere contra illud dictamen: & sic non posset ordinate aliter velle quàm dictatum est. Sicut etiam Doct. in 4 distinct. 46. quæst. 1. dicit expresse quòd accipiendo iustitiam vt est rectitudo voluntatis propter se seruata, & etiam vt est ad quasi alterum: talis iustitia est in Deo præcedens actū voluntatis diuinæ: vt puta cognitio qua intellectus diuinus cognoscit quòd Deus est super omnia diligendus. talis cognitio dictat necessario voluntati diuinæ vt diligat Deum super omnia: tunc voluntas diuina non posset iuste velle oppositum, nec agere contra nec præter illud dictatum. vide ibi. Sicut in proposito. Si ponitur talis lex præcedens in intellectu diuino & rectitudo esse à tali lege: voluntas diuina non posset velle oppositum. & hoc ordinate nec etiam inordinate, quia agere inordinate est simpliciter ei impossibile. Posito hoc non posset in ea distingui potentia ordinata & absoluta: quia tantum posset agere conformiter tali legi. Et sic forte videretur velle de necessitate: quia ei intellectus dictaret de necessitate naturæ. Nisi forte diceretur

quod

quod dicit Sco. in 4. distinc. 46. quæst. prima. qui sic dicit ad litteram. Esto tamen quòd intellectus de aliquo ante apprehenderet illud esse agendũ, quam voluntas illud vellet, sicut apprehendit de hoc. Deus est diligendus. non sequitur naturali necessitate illud apprehendit, & voluntas non potest discordare. ergo voluntas naturali necessitate hoc vult, quia non potest discordare in obiecto: vt scilicet velit aut nolit illud quod ostendit volendum in modo tendẽdi in illud obiectũ discordat, vel magis proprie distinguitur: quia intellectus suo modo tẽdit in illud scilicet naturaliter & voluntas suo modo. s. libere & illę potentiæ concordant quæ semper in idem obiectum tendunt suis proprijs modis tendendi. Sicut fantasia, & intellectus non discordant: licet hæc tendat in obiectum ut singulare & ille in obiectum vt vniuersale. hæc Sco.

¶ Dico ergo duo. Primum. quòd respectu eorum quæ fiunt ad extra nulla lex intellectus siue nulla cognitio regulatiua voluntatis diuinę, siue dictãs quid agendum præcedit in intellectu diuino respectu voluntatis diuinæ: & hoc est magis sm mentem & verba Doc. vt patet expressè. supra in prolo. q. vlt. & in isto primo d. 38. 39. & 41., & præsenti dist. & in 2. di. 1. q. 1. & in 4. d. 46. q. 1. & in quoli. q. 14. & alibi. vide diligenter, & inuenies expressam Doc. intentionem nullo ergo modo regulatur voluntas diuina ab intellectu diuino: respectu creaturæ. Et si aliquando præcedit cognitio respectu operabilium tantum, præcedit vt neutra. non enim intellectus diuinus ante determinationem diuinæ voluntatis scit determinate: puta Christum esse adorandum in sacramento altaris esse iustum: vel parentibus obediendum esse iustum. vt satis patere posset ex his quæ sunt dicta. supra in dis. 39. talia enim sunt recta ex natura rei. sunt enim recta quia à diuina voluntate præcepta. Secus forte esset de his quæ recta sunt ex natura rei. sicut de principijs practicis notis ex terminis: & de conclusionibus ex talibus principijs deductis, q̃ ex natura rei sunt recta. contra quæ etiam voluntas diuina dispensare non posset & forte contra istam legem non posset ordinare aliqua voluntas: & sic non esset distinguenda potentia absoluta & potentia ordinata. De quibus principijs & cõclusionibus. vide Doc. in 2. d. 39 & in 3. d. 37. & in 4. d. 17. & alibi.

Quò nullo modo regulatur voluntas diuina ab intellectu diuino respectu creaturæ.

Secundum. quòd omnis actus voluntatis diuinę maxime circa omnia contingentia de se, est rectus: immo ipsa rectitudo: etiam posito q̀ nulla cognitio directiua præcedat, & si præcederet adhuc non diceretur rectus, quia conformis tali regulæ; sed simpliciter ex hoc q̀ a tali voluntate eliceretur de necessitate diceretur rectus a regula. De hoc vide Doc. in prolo. q. vlt. & in primo. d. 38. 39. 41. in secundo aliqualiter. d. 23. & 34. Omnis ergo determinatio diuinæ voluntatis de aliqua propositione vniuersaliter, dr̃ lex vt cum determinat, omnem in mortali peccato decedentem fore damnandum. omnis etiam determinatio circa aliquod particulare, siue circa aliquam conclusionem sumptam sub illa lege vniuersaliter, dicitur iudicium: vt determinat Iudam in mortali peccato decedentem fore damnandum. Et in istis, siue circa ista contingit distinguere in voluntate diuina potentiam absolutam, & ordinatam. Et ex his patet littera Docto.

Bona dubitatio.

OCCVRRIT tamen dubium in littera Doct. in hoc quod dicit. quòd in voluntate diuina contingit distinguere potentiam absolutam, & ordinatam, & q̀ potentia absoluta potest agere præter & contra legem prius ordinatam. pono q̀ Deus ab æterno ordinauit, vel statuit omnem finaliter in gratia decedẽtem fore glorificandum. quæro si potest statuere legem contrariam: puta q̀ omnis moriens in gratia non glorificetur: aut non? Si non? ergo non erit in eo potentia absoluta. Si sic? ergo voluntas diuina poterit mutari. Patet quia non potest habere aliam determinationem contrariam primę determinationi sine mutatione: quia non sine nouo velle: vt patuit supra d. 39. Licet enim voluntas dicatur libera circa opposita, pro quanto est in potestate sua eligere quod voluerit: tamen postquam se determinauit ad vnum oppositorum non poterit se determinare ad aliud vt supra patuit. d. 39.

¶ Respondeo quòd voluntas diuina non potest statuere oppositum illius, quod prius statuit, vt si statuit omnem homicidam damnari, nõ potest postea contrarium statuere. Hoc enim non posset esse sine noua determinatione voluntatis. Quo ergo in ea est distinguere potẽtiam ordinatam, & absolutam? Dico quòd etiam hoc stante est distinguere in ea potentiam ordinatam & absolutam: hoc. s. modo: quia voluntas diuina est libera ad opposita, siue successiue, siue pro eodem instanti. vt supra patuit dis. 39 & quodcunque statueret ordinate statueret. si enim statueret omnem glorificandum esse prius glorificandum, ista lex esset ordinata. Similiter si statueret omnem glorificandum non esse prius glorificandum: ista lex esset ordinata: tamẽ posset dici absoluta pro quanto ab alia lege esset absoluta. Diceretur ergo posse agere de potentia absoluta inquantum voluntas diuina absolute considerata pro eodem instanti quo statuit omnem glorificandum esse prius gratificandum, potuit oppositum statuere, & si oppositum statuisset illud diceretur de potentia absoluta: quia absoluta ab alia lege quam pro eodem instanti potuit statuere. Et sic forte debet intelligi ista littera cum dicit. Deus igitur agere potens secundum istas rectas leges vt præfixæ sunt ab eo dicitur agere sm potentiam ordinatam. vt autem potest agere multa quæ non sunt secundum istas leges iam præfixas, sed præter illas dicitur eius potentia absoluta: quia multa alia potest agere ordinate: & multa alia posse fieri ordinate ab illis, quæ fiunt conformiter istis legibus non includit contradictionem: quia rectitudo illius legis secundum quam quis dicitur recte & ordinate agere est in potestate ipsius agentis.

Responsio.

Declaratio de potentia Dei absoluta & ordinata.

¶ Posset etiam dici quòd Deus dicitur agere potentia absoluta, & potentia ordinata, & hoc semper ab æterno: quicquid vult ab æterno voluit. vt patet infra d. 45. Et ideo si ab æterno vult omnem glorificandum prius gratificandum esse, hoc vult de potẽtia ordinata. Et quia volens hoc potest in illo instanti velle oppositum & sic potest velle oppositum potentia absoluta. s. à priori lege. Sicut dicit Doct. supra d. 39. quòd voluntas diuina volens actu a. fore pro instanti b. potest non velle a. pro eodem instanti b. vt ibi diffuse expositum est. Sic ergo posito quòd velit a. pro instanti b. & hoc potentia ordinata: potest tamen non velle a. pro instanti b. & hoc potẽtia absoluta: & sic ponatur in esse quòd velit oppositũ: tunc vult de potentia absoluta à priori lege. Et sic de nouo non posset velle oppositum illius, quod ordinatum, & statutum est: quia volũtas diuina quicquid vult immutabiliter vult, sicut & intellectus diuinus quicquid intelligit, immutabiliter intelligit. vt supra ostensum est d. 39.

Quò Deus agat potentia absoluta & ordinata.

¶ Ibi. Aduertendum tamen est &c. In ista littera plura tangit Doct. Primum. quòd aliquid esse ordinatum & ordinate fieri potest esse dupliciter, scilicet ordine vniuersali: & tunc tale ordinatum dicitur lex quæ est de casibus vniuersalibus. & ordine particulari: & tale ordinatum dicitur iudicium, quod est conclusio legis vlis. Secundum. Deus nõ tm̃ põt aliter agere q̃ ordinatum sit ordine particulari: sed

Voluntas diuina quicquid vult immutabiliter vult.

etiam aliter quàm sit ordinatum ordine vniuersali: quia tam illa quæ sunt præter illum ordinem, quã il la quæ sunt contra, possunt ordinate fieri potentia absoluta. Tertium. Potentia ordinata non dicitur, nisi secundum ordinem legis vniuersalis: non autẽ sm ordinem legis rectæ de aliquo particulari, quod apparet ex hoc: quia possibile est Deo saluare aliquem: qui tamẽ morietur finaliter in peccato mortali, & damnabitur: & hoc est ei possibile potentia ordinata: quia adhuc non est iudicatos, nec incidit in lega statuentis quæ ast quòd omnis finaliter moriens in peccato mortali damnetur. potest enim præuenire ne incidat in illam sententiam. Non autem conceditur posse saluare Iudam iam damnatũ & hoc potẽtia ordinata: quia iam iudicatum ast secundum legem vniuersalem, quæ est ꝙ omnis finaliter moriens in mortali peccato damnabitur. potest tamen potentia absoluta ipsum saluare: quia nõ includit contradictionem. Addit Doc. Istum ergo potest saluare de potentia ordinata, & Iudam non: non quidem ordinatione particulari quæ est quasi de isto agibili, & operabili particulari tantum: sed ordine vniuersali &c.

Possibile est Deo potẽtia ordinata saluare moriturũ in peccato mortali.

¶Ista littera stat in duobos dictis. Primũ. Si Deus potest saluare a. qui finaliter morietor in peccato, & damnabitur, hoc erit de potentia ordinata: quia hoc stat cum lege vniuersali, scilicet quòd omnis finaliter malus damnabitur: quia iste adhuc non est finaliter peccator: quia potest Deus cum gratia sua præuenire, & sic potest non esse peccator dum est in via. Secundom. Iudam damnatum posse saluari non stat cum illa lege priori: & ideo non potest saluare de potentia ordinata, idest confirmari priori legi: sed si potest hoc erit de potẽtia absoluta: quia contra legem præfixam. Si tamen statueret Deus illam legem: puta quòd finaliter morientes in peccato mortali non damnabũtur. vel quòd omnis damnatus saluabitur: tunc posset Iudam saluare de potentia ordinata: quia Iudam saluari stat cum illa lege &c.

Distinctio Quadragesimaquinta.

Quæritur. Vtrum Deus ab æterno voluerit alia à se.

Quæstio Prima.

Scotus 1 Sent. dist 45. q. 1.
D. Thomas. 1 parte summæ q. 19 Artic. 2.
Ricardus. 1 sent dist 45. q 4
Durandus. 1 sent dist. 45. q. 1.



IRCA distinctionem. 45. quæritur. Vtrum Deus ab æterno voluit alia à se.

RESPONDEO. Omnis potentia operatiua. Ista littera clara est, & stat in duabus conclosionibus.

Prima conclusio.

¶Prima. ꝙ voluntas diuina est potentia perfecta respectu omnis volibilis, & sic cum ab æterno fuerit perfectissima, ab æterno voluit quicquid voluit. Et Doc. vult, quòd sicut ĩtellectus perfectus est principium omnis intelligibilis. vt supra patuit. d 35 36. & 39. quia si producit omnia in esse intelligibili, & in esse cognito. sic voluntas diuina quæ est formaliter infinita. vt supra ostensom est. d. 2 q. 1. erit principium omnis volibilis differenter tamen, quia intellectus est principium mere necessarium: voluntas vero tm liberum. Est etiam differentia: quia intellectus producit omnia in esse cognito & in esse possibili, vt supra patuit. d. 44. voluntas vero præsupponit de necessitate esse cognitum illorũ, & esse possibile. Nunquam enim voluntas diuina producit aliqua in esse volibili: sed tantum in esse volito, vel in esse simpliciter & reali. prius enim res est volibilis, quàm voluntas habeat aliquem actum circa illa. Antequam enim determinetur antichristũ fore à diuina voluntate, prius habet esse possibile, & esse volibile. Non sic est de intellectu diuino, qui solo suo actu producit omnia in esse cognito, & per consequens in esse possibili quod fundatur in esse cognito: & sic ante illum actum nihil est, nec in esse simpliciter: nec in esse cognito: nec in esse possibili: nec in esse intelligibili.

Esse volibile non est à volũtate diuina.

¶Secunda. Voluntas diuina non potest velle aliquid de nouo, sed quicquid voluit ab æterno voluit, licèt non pro æterno: quia si posset velle aliquid de nouo, tunc mutaretur: quia est impossibile transire à contradictorio in contradictorium sine mutatione vt supra. dis. 39. prolixe exposita est ista propositio. Sed ista motano non posset esse in obiecto: quia tantum habet esse volitum, & nullum esse reale. ergo si esset aliqua mutatio illa esset in voluntate diuina: quia transiret à priuatione alicuius act⁹ ad ipsum actum. Sed an voluntas diuina possit velle aliquid de nouo quod prios tamẽ noluit, & si voluit aliquid ab æterno an oppositum illius possit nunc velle sine sui mutatione. Hoc esset difficile sustinere. Si tamen diceretur, ꝙ sicut eodem actu simplicissimo, & singularissimo potest prædestinare, reprobare, creare, &c. Et si eodem modo simpliciter actu potest nunc creare, & prius non creauit: quare etiam & de nouo non potest aliquid eodem simpliciter actu velle, quod prius noluit, & hoc sine mutatione. In ista tamen materia dic vt exposui in secundo: semper me submittendo pedibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ & peritioribus me. Nec illa dixi assertiue sed tantum sine assertione: & saluo semper meliori iudicio, vide ibi. Deinde addit Doc. ꝙ voluntas diuina, quæ est perfectum principium volẽdi ab æterno: non est ratio volendi simul opposita. licet enim ipsa voluntas sit libera respectu oppositorum: ita quòd sicut potest velle a. pro instanti b. ita potest non velle a. pro eodem instanti b. non tamen potest simul velle a. pro instanti b & nolle a. pro eodem instanti: quia tunc duo opposita simul verificarentur de eodem. Nec est ratio volẽdi neutrum: puta quòd sit ratio volendi a. nec hoc nec illud: quia tunc in creaturis nihil causaretur: quia contingentia non potest esse in Deo, nisi à parte volontatis: vt supra patuit. d. 39. ergo in æternitate est ratio volendi alterum oppositum in quibuscumq; alijs à se &c.

Secunda cõclusio.

Lychetus submittit se pedibus Sãcta Romana Ecclesia.

AD argumenta principalia. Doc. facit vnum argumentum probando, ꝙ si voluntas diuina voluit omnia ab æterno, ꝙ tunc in ea esset relatio ad creaturam: cuius oppositum probatum est. supra dist. 30. Quare ait hoc sequatur patet: quia prius deus vult aliquid, quàm intelligat se velle illud. vt patet supra. q. vlt. prolo. & d. 39. Certitudo. n. intellectus diuini circa contingentia non est sine certitudine voluntatis. ergo relatio illa quæ est in voluntate diuina primo ad a præcedit omnem considerationem intellectus de illa volitione. igitur non est in voluntate siue in volitione, vt cognita est sed vt in se est: & per consequens est ibi ex natura rei, & non in cognito vt cognitum est: modo relatio rõnis semper vř fundari in cognito vt cognitum est. ut supra patuit. d. 8. q. 3. & in vniuersalibus Doct. & omnis relatio quæ oritur ex natura extremorũ siue ex natura rei est realis.

¶Respõdet Doct. Et in ista rñsione pulchra quędam sunt notanda. Primum, ꝙ voluntas diuina eo modo terminat relationẽ esse voliti quo mõ intellectus

Pulchra notanda.

lectus terminat relationem esse cogniti: sed intellectus, siue actus intelligendi terminat sub ratione absoluta vt supra patuit d.36. ergo & volũtas, siue actus volendi sub ratione absolutum terminat relationem politi ab ipsa: & dic conformiter sicut dictum est. d. 36. terminatione actus intellectus diuini respectu relationis cogniti ad ipsum actum.

¶Sed tunc argues. Doct. arguit probando quòd in volito non est talis relatio ad voluntatem diuinam: quia illa relatio aut est realis, aut rationis? Non primo: quia fundamentum non est reale, vt patet: quia tantum esse volitum. Non secundo: quia non est per actum intellectus diuini comparantis ipsum obiectum volitum, ad intellectum suum. ergo in eo non est relatio rõnis licet enim intellectus diuinus prius comparet illud obiectum, vt cognitum ad intellectũ suum, quam sit volitum: & in illo priori causet relationem ipsius obiecti, vt cogniti ad intellectum suum: non tamen videtur causare aliquam relationẽ eius ad voluntatem.

¶Respondet Doct. dando plures responsiones. Primo respondet, q in obiecto volito potest esse relatio rationis terminata ad voluntatem, quia intellectus diuinus potest prius comparare obiectum volitum ad ipsam voluntatem volentem illud, quam ad seipsum: & ex tali comparatione causatur in obiecto volito: vel saltem derelinquitur quæ immediate terminatur ad voluntatem diuinam. potest etiam in ipso obiecto volito causare aliam relationem terminatam ad ipsum intelligentem: quia potest ipsum vt cognitum comparare ad seipsum, vt cognoscentem: & sic in illo derelinquitur quædam relatio rationis, & terminatur ad actum intellectus diuini.

Non omnis relatio rationis fit ex comparatione.

¶Est tamen aduertendum quòd secundum Doct. non omnis relatio rationis fit ex cõparatione vnius ad aliud, sicut sunt secundæ intentiones: quæ super causantur, vel saltem derelinquuntur ex comparatione duorum cognitorum: vt patet à Docto. in suis vniuersalibus: & in 4. d. 1. q. 2. Sunt enim multæ relationes rationis, quæ nullam præsupponunt comparationem, vt omnis relatio quæ fundatur in esse cognito, vel in esse volito, inquantum huiusmodi, vt patet à Doc. supra distin. 35. & expressius. d. 36 ubi vult quòd primo est intellectus diuinus. secundo actus intelligendi. tertio intellectus diuinus illo actu intelligendi producit lapidem in esse cognito: & quarto in ipso lapide vt cognito statim fundatur relatio quę terminatur ad actum intellectus diuini: & hoc nulla præcedente comparatione, qua ipsum lapidem vt cognitum comparatur ad intellectum diuinum, vt cognoscentem. Dico ergo ad mentem Docto. supra: dist. 8 q. 3. dist. 35. 36. quòd omnis relatio quæ fundatur in aliquo esse cognito, vt cognito siue in esse volito: vt volito: siue in esse viso vt viso: & sic de alijs potest dici relatio rationis, & nullo modo realis: quia non habet fundamentum reale. Et sic etiam in proposito in esse volito, vt huiusmodi fundat relatio rationis quæ immediate terminatur ad actum voluntatis diuinę. & hoc nulla adhuc pręcedente comparatione.

In obiecto volito vt volito potest causari aliqua relatio rationis.

¶ Ibi. Tamen respondeo aliter. Hic Doct. intendit ostendere, quòd in obiecto volito; vt volito potest causari aliqua relatio rationis etiam per comparationem alterius potentiæ ab intellectu. Sicut enim intellectus comparare potest vnum cognitũ ad aliud cognitum: & ex tali cõparatione derelinquitur aliqua relatio rationis in obiecto, sic comparato. Sic similiter voluntas põt cõparare aliquod volitũ ad aliud volitum, vel ad seipsum, vt volentem: & ex tali comparatione potest derelinqui relatio rationis. Et addit Doct. quòd hoc non tantum est verum de intellectũ & voluntate: sed etiam de omni potentia collatiua.

Illa tamen relatio rationis, quæ esset causata ab alijs potentijs collatiuis ab intellectu, (quæ solus proprie dicitur ratio, siue rationalis) non diceretur proprie relatio rationis: accipiendo relationem rationis, vt denominatur à ratione proprie sumpta: quia huiusmodi relatio tantum est ab intellectu. posset tamen improprie dici relatio rationis, vel melius relatio quædam distincta à relatione vere reali. Dico ergo, quòd in volito à voluntate diuina per actum voluntatis diuinæ possunt fundari plures relationes rationis, siue nullo modo reales. primo est voluntas. secundo est actus voluntatis. tertio illo actu ab æterno producit lapidem in esse volito. quarto in ipso lapide, vt volito oritur vna relatio rationis, quę terminatur ad actum voluntatis diuinæ: & hoc nulla adhuc præcedente comparatione. quinto ab æterno comparat lapidem volitum ad seipsam volentem: & sic in lapide volito causatur vna relatio rationis. & in ipsa voluntate, vt volente causatur alia. Similiter comparando vnum volitum ad aliud volitum in vtroque volito comparato causatur relatio rationis. Et sic breuiter ad quot comparat lapidem volitum tot relationes rationis causat in eo.

¶Aduerte etiam quòd non potest causare relationem rationis in se, nec in obiecto volito de nouo, siue ex parte, sed tantum ab æterno. & dic conformiter sic de intellectu diuino, qui non potest causare relationem nouam rationis, vt supra patuit dist. 30.

Distinctio Quadragesimasexta.

Quæritur. Vtrum voluntas beneplaciti Dei semper impleatur?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bonauen. primo sententiarum distin. 47. quæst. 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ, quæstione 36. membro 2.
Scotus 1. senten. dist. 46 q. 1.
D. Thomas 1 parte summæ. q. 19. Artic. 6.
Ricardus 1. senten. dist. 47 q. 1.



VÆRITVR circa 46. dist. Vtrum voluntas beneplaciti Dei semper impleatur?

RESPONDEO voluntas Dei, &c.

¶ Pro intelligentia huius præmittenda sunt aliqua. Primo, q voluntas in proposito non accipitur pro voluntate absoluta, siue pro ipsa potentia volitiua: patet quia vt sic nullum actum habet: nec vt sic est ibi aliquid beneplacitum. Sed accipitur hic voluntas pro actu voluntatis secundum quem potest voluntas diuersimode nominari videlicet, vel voluntas beneplaciti, vel voluntas signi. Nam ꝓpter hmôi actum in'uni sibi plura prædicare. Secundo. Idem actus volũtatis est tm̃ vnus, & simplicissimus in se, & ex parte rei nullo modo diuersificatus. potest tamen dici alius & alius secundum alium, & alium respectum, secundum quòd diuersimode transit super diuersa obiecta vt enim transit super essentiam diuinam siue vt respicit illam necessario vult illam vt supra patuit, dist. 10. q. vnica. Vt vero transit super creaturas, tunc contingenter vult illas. Dico ergo q idem actus potest dici actus beneplaciti: & tunc dicitur beneplaciti, quando transit efficaciter super obiectum. Exemplum vt velle transit super Petrum vt glorificandum efficaciter ille actus dicitur actus beneplaciti, siue actus efficax: quia tunc voluntas diui-

na

Voluntas efficax beneplaciti & consequens idem important.

na illo actu vult petrum efficaciter beatificari. Et voluntas efficax: voluntas beneplaciti: voluntas consequens: idem penitus important. istam enim forte solo nomine differũt. Cum vero ille actus transit super obiectum non efficaciter dicetur actus non efficax: actus absolutus: actus antecedens quæ idem importãt. Potest enim voluntas imaginari aliquid velle multipliciter. vt infra patet à Doc di. immediate sequenti. Primo: ꝙ aliquid fiat: & sic est præceptum. Secundo ne aliquid fiat: & sic est prohibitio. Tertio nec fieri nec non fieri absolute: sed si fiat expedit vel bonum est: & sic est consilium. Quarto: nec absolute fieri, nec non fieri: sed nolle prohibere, vel licere fieri: & sic est permissio. Quinto: velle fieri: & sic est impletio, & coincidit cum voluntate efficaci, siue beneplaciti. Et de ista voluntate est præsens quæstio. Et ꝓbat Doct ꝙ volũtas beneplaciti Dei semper adimpletur: quia sicut oĩpotens potest omne possibile: ita quando voluntas diuina determinatur ad volẽdum aliquid esse vltima determinatione illud erit. velle autem illud voluntate beneplaciti est vltima determinatio quæ potest poni ex parte voluntatis omnipotentis volentis ponere effectum inesse: & sic tale volitum de necessitate erit scilicet necessitate consequentiæ: licet enim voluntas in eodem instanti quo vult petrum prædestinari possit non velle: tamen posita volitione in esse qua vult petrum esse de numero saluandorum: tunc petrus necessario saluabitur. Et de hoc prolixe tractatum est. supra. di. 39.

¶Confirmatur: quia si causa vltima determinatione ad aliquid determinata non poneret effectum in esse. hoc non videretur nisi propter impotentiã eius: vt puta quia non sufficeret ex se: vel quia esset impedita ab aliquo alio, vel propter mutabilitatem eius antequam intelligatur effectus poni in esse. Sed omnipotens: nec est impotens: nec impeditus: nec mutabilis. ergo determinatum ab ea efficaciter necessitate consequentiæ eueniet.

AD argumentum principale, quod fundatur in dicto Pauli ad Thi. secundo. Dat duas solutiones. Prima quòd potest dictum Pauli exponi de distributione accommoda scilicet pro omnibus qui salui fient. Secunda & melior quòd potest exponi de voluntate antecedente. & litera est nota. De ista tamen voluntate antecedente & consequente: vide aliqua quæ exposui in secundo dist. 37.

Distinctio Quadragesimaseptima.

Quæritur. Vtrum permissio diuina sit aliquis actus voluntatis diuinæ?

Quæstio Prima.

Seraphicus Bonauentura primo sententiarum distinctione 47 q 3.
Scotus primo sent. dist. 47. q 1.



IRCA dist. 47. quæritur. An permissio diuina sit aliquis actus volũtatis diuinæ? RESPONDEO in nobis. potest distingui dupliciter actus voluntatis positiuus. s. velle & nolle. De quibus vide clarius in 2. d. 6. q. 2 d 7 & in 3. d 30 & alibi. Et velle in nobis potest distingui. s. in velle efficax, & in velle remissum. Velle efficax est quo voluntati non tãtum complacet esse volitu: sed si statim posset ponere volitũ inesse statim poneret. Nolle vero efficax est quo non tantum nolẽs impedit aliquid, sed si posset omnino destrueret illud. Sed velle remissum est quo ita placet volitum: ꝙ tamen voluntas tale volitum non ponit in esse: licet possit ponere illud in esse. Et nolle remissum est, quo ita displicet volitum, quod non prohibet illud esse, licet possit. In nobis ergo permissio proprie dicta est nolitio remissa alicuius mali, quod scio. Nam ad permissionẽ proprie dictam tria requiruntur. Primo, quòd permissum, siue sic volitum volitione remissa sit malum, siue male fiat. Secundo, quòd sciatur quòd sit tale: quia non dicor proprie permittere illud de quo nihil scio: vel illud quod ita fit ab alio, quòd placet mihi: sed illud permitto quòd scio ab alio male fieri & displicet, sed nõ prohibeo: hæc permitto, si possem prohibere. Tertio ergo est quòd nõ velim prohibere: licet possem prohibere. Sequitur in litera Doct. Signum autem efficacis nolitionis si fiat immediate à volũtate est adimpletio. si per alterum est præceptum. Et volitionis remissæ in nobis forte est consilium: signum, vel persuasio, siue monitio: ita signum volitionis remissæ est permissio, vel dissuasio: & signum nolitionis efficacis, est prohibitio.

Tria requiruntur ad permissionẽ propriè.

¶Ibi. Sic ista distinctio posset poni in Deo: ita ꝙ sicut vnus actus eius est velle, & nolle, & hoc sine cõtrarietate. Et sic secundum vnam opi. omnia supradicta de velle & nolle efficaci, vel remissio sunt in Deo respectu obiectorum: ita quòd aliqua velit efficaciter, alia remisse, aliqua nolit efficaciter, vel remisse. Et sic idẽ actus posset dici nolitio Dei remissa respectu illorum obiectorum quę ita nollet, quod tamen non vellet ista prohibere. & hæc nolitio Dei posset dici permissio eius: & ita est actus in Deo inquantum transit super obiectum sic se habens ad voluntatem diuinam.

¶Si autem istud non placet: quia nolitio cuiuscũque positi in esse videtur esse cum aliqua tristitia, & cum aliqua imperfectione voluntatis. Tunc potest dici quòd permissio diuina est pura negatio volitionis scilicet non volendo prohibere illud, quòd fit contra præceptum: tamen voluntas diuina potest velle, quòd non velit prohibere: sed illud velle non est permissio: sed per ipsum dicitur Deus velle sinere illum peccare, vel velle non prohibere eo modo quo dictum est supra de Iuda. d. 41. Et sic permissio potest dici voluntaria. Exemplum. In primo signo offertur Iudas, vt peccaturus: & voluntas diuina non habet primo velle Iudam peccare idest ꝙ voluntas non vult ipsum peccare: quia non potest velle aliquẽ habere peccatum. Secundo potest intelligere voluntatem suam non volentem hoc: & tunc potest velle voluntatem suam non velle hoc: & ita dicitur volẽs sinere, & voluntarie permittere. In primo ergo instanti voluntas diuina habet non velle Iudam peccare. illud non velle non est actus positiuus: immo nõ velle est negatio actus: sicut cum dicimus voluntas diuina. habet non velle gratiam. Iudæ. illud non velle est tantum negatio gratiæ Iudæ: & sic habet non velle Iudam peccare: & non habet nolitionem: quia stante nolitione peccati & positione peccati uidetetur sequi aliqualis tristitia quæ secundum ipsum in 2. & in 3. d. 15. & in 4. di. 14. & 20 & 44. concomitatur nolitionem alicuius positiui habet ergo tantum non uelle peccatum. In secundo signo intellectus diuinus cognoscit uoluntatem diuinam habere tantum actum negatiuum respectu peccati Iudæ qui actus negatiuus est non uolitio peccati: & tunc uoluntas reflectitur supra se non uolẽtem, & post uult ipsam non uolitionem modo uelle non uolitionem illam est uoluntarie sinere Iudam peccare. permittere enim iudam peccare est non uelle ipsum peccare: cum tamen posset prohibere: & sic non prohibere cum possit est permittere, & significatum huius est non uelle Iudam peccare: & sic primo est permissio,

Permissio diuina, pura negatio uolitionis.

missio, secundo est permissio uoluntaria in hoc q voluntas vult tale non velle scilicet iudam peccare. Et ponit Doc. bonum exemplum de prædestinatione quomodo scilicet voluntas diuina volens non prædestinat Iudam: quæ in primo signo non habet circa Iudam oolle dare beatitudinem: quod nolle in nobis est actus positiuus: sed habet non velle dare beatitudinem vbi tantum negatiue actus. Secundo Intellectus diuinus cognoscit voluntatem diuinam nou velle dare beatitudinem: & tunc voluntas reflectitur supra se non volentem: & tunc vult se non velle dare beatitudinem. Ex hoc sequitur quòd voluntarie non prædestinat Iudam: quia voluntarie vult se non velle. Primo ergo non habet nolle absolute: sed tantum non velle: Posset etiam sustineri, quòd primo habeat nolle. Sic in proposito primo habet non velle peccatum: secundo habet actum reflexiuum quo vult se non velle. Ex hoc sequitur quòd voluntarie vult iudam peccare: non tamen voluntarie primo, sed voluntarie tantum actu reflexo modo prædicto.

Pulchrum exemplum de prædestinatione.

¶Aduerte tamen quòd prima opin. non reprobatur à Doct. immo est sustentabilis. Solum enim remouetur, quia videtur sonare aliqualem imperfectionem. Secundum tamen primam opi. etiam potest dici quòd volens permittit sicut & secundum secundam opi. differenter tamen: quia in prima actus affirmatiuus voluntatis qui reflectitur est tantum reflexiuus super nolle remissum. Exemplum. Voluntas diuina habet nolle remissum iudam peccare. secundo. Intellectus diuinus hoc cognoscit, & repræsentat hoc voluntati diuinæ: & tunc ipsa reflectitur super se nolentem: & vult se nolle remisse iudam peccare: & quia talis nolitio remissa respectu peccati quòd posset prohibere si vellet dicitur permissio: ideo cum reflectitur supra se nolentem volendo se nolle voluntarie permittit. In secunda vero opinione voluntarie permittit: quia actu reflexiuo reflectitur supra se non nolentem volendo se ooo velle. vt supra expositi.

DEINDE Docto facit vnum argumentum probando quod permissio diuina sit aliquis actus voluntatis diuinæ: quia aliter non videtur Deus hunc certitudinaliter scire peccaturum: nescit enim Futurum contingens sine determinatione diuinæ voluntatis: sed circa peccatorem non videtur habere aliquem actum nisi permittere eum peccare: neque enim habet respectu illius velle, vel nolle. ergo si permittere non erit aliquis actus. ergo nec Deus erit certus de peccato istius futuro: quia non erit aliqua determinatio voluntatis sue ad istud futurum contingens certitudinaliter cognoscendum.

An permissio diuina sit actus voluntatis.

¶Respondet Doctor remittendo se ad ea quæ supra distinctione 41. dixit, videlicet quomodo non est certitudo Dei de peccato futuro per hoc solum quod scit se permissurom hunc peccare finaliter. sed cum hoc requiritur quòd sciat se cooperaturum isti in actu peccandi, vel non cooperaturum ad actum, silium, cuius omissio erit peccatum omissionis: concomitatur tamen vtranque permissionum illarum Deum prævidere se non velle prohibere hûc peccare. Et sic patet quomodo permissio diuina sit actus voluntatis: & quomodo non. Dic tamen cõfortuiter ad ea quæ supra exposui di. stin. 41.

Distinctio Quadragesimaoctaua.

Quæritur, Vtrum Voluntas creata, sit bona moraliter, quandocunque conformatur voluntati diuinæ?

Quæstio Prima.

Seraphycus Bona. 1 sent. dist 48 q. 1.
Alexander Alensis. 1. parte summæ q. 41. memb. 1 & 3.
Scotus. 1. sent. dist 48 q. 1.
Ricardus 1 sent. dist 48 q 2.
Durandus 1 sent dist 48 q. 1.
Franciscus de Mayronis 1 sent. dist. 48 q. 1.



QVÆRITVR circa 48 dist. vtrum An voluntas creata sit bona moraliter, quandocunque conformatur voluntati increatæ?

RESPONDEO secũdum Dyo. de di. no. c. 4. Bonũ est ex causa integra. Et secundum philosophum. 2. Ethi. c. 5. oportet omnes simul circunstautias concurrere in actu quocunque morali ad hoc vt dicatur moralis: sufficit tamen defectus vnius circunstãtiæ ad hoc vt dicatur malus moraliter. De bonitate actus moralis: Hic Doctor breuiter se expedit quia alibi prolixe determinat vt supra patuit. distinct. 17. & in secundo distinct. 7. dist. 40. 42. & in 3. dist. 34 36. & in 4. aliqualiter. dist. 14 quæst. 2. & diffuse in quoli. quæst. 18. hoc supposito scilicet de actu morali ponit aliquas conclusiones.

¶Prima. Posito quòd voluntas creata eliciat actum: puta amandi proximum cum omnibus circunstantiis: & quantum ad substantiam, & intensionẽ & circunstantias actus quantum sibi possibile est: adhuc non oporteret quòd uoluntas creata esset ita bona, sicut voluntas diuina: quia non eędem circunstantię conueniunt volitioni diuinæ & creatæ: quia diuina infinite vult: creata vero finite: vt patebit in 3. dist. 32. ubi ostenditur quomodo ooluntas diuina æqualiter diligit omnia comparando dilectionem diuinam ad Deum, siue accipiendo uolitionem diuinam in se: differenter tamen quantum ad connotata loquendo de dilectione effectus, oon affectus, quia nemini afficitur.

¶Secunda conclusio. Posito quòd uoluntas creata in actu & in obiecto conformetur, adhuc non sufficit nisi in omnibus circunstantijs conformetur: sed hoc non uidetur: quod uoluntas creata non potest elicere actum aliquem conformem actui recto voluntatis diuinæ quo ad omnes circunstantias requisitas aliqua enim circunstantia est in actu uoluntatis diuinæ circa idem obiectum, quæ non potest esse in actu uoluntatis creatæ. uoluntas enim diuina diligit. a. ut omnino prima regula: & nullo modo priori regulæ determinabilis: quia hoc sonat imperfectionẽ: ut supra patuit in prolo. q. ult. & d 38. Voluntas uero creata non potest moraliter diligere. a. nisi inquãtum regulatur ab aliqua superiori regula: quia actus uoluntatis creatæ non est de se rectus ut elicitur. vt supra patuit. d. 1. q. 1. & d. 44. & in 2 d. 23. & alibi. Voluntas etiam diuina cum diligit aliquod bonum: puta a. nullo modo mouetur ab illo. immo illud est bonum: quia à uoluntate diuina uolitum. ut patuit. supra. dist 41. & in 2. dist. 37. & in 3. dist. 18. & 15. Voluntas uero creata mouetur à bonitate creata. Et innumeræ differentiæ possunt assignari. Et sic patet q alia est bonitas moralis actus uoluntatis diuinæ, & alia actus uoluntatis creatæ. Et sic ad bonitatem actus moralis in uoluntate creata, non requiritur omni-

Actus voluntatis creatæ non est de se rectus.

omnimoda conformitas actui morali voluntatis diuinæ circa idem obiectum.

¶ Deinde Doc. facit vnum argumentum quo probat quòd voluntas creata non sit bona moraliter, nisi conformetur voluntati increatæ: quia veritas intellectus creati est quando conformatur intellectui increato ergo à simili voluntas creata tunc est bona, quando conformatur voluntati increatæ.

¶ Respondet Doct. quòd non est simile: quia veritas intellectus non depēdet nisi à solo obiecto, quòd obiectum si ita se habeat sicut intelligitur verus est intellectus. Bonitas autem voluntatis non dependet à solo obiecto: sed ab omnibus alijs circunstantijs præcipuè à fine. Et quod dicit Docto. quòd veritas intellectus dependet ab obiecto: debet intelligi sicut supra in distinctione tertia. quæst. tertia. expositum est. Multa enim essent hic dicenda, quæ breuitatis causa omitto. *Veritas intellectus non dependet nisi à solo obiecto. Bonitas volūtatis non depēdet à solo obiecto sed à fine.*

F I N I S.

¶ Expliciunt commentaria eximij Doctoris. R. Patris Fratris Francisci Lycheti de Brixia Ordi. Minorum regularis obseruantiæ super primum sententiarum. Ioan. Scoti. Nouiter ab ipso aliquibus difficultatibus earumque solutionibus necnon litteræ. Doct. explanatione ampliata.

R E G I S T R V M.

*A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones, præter *, & Mm, qui est Duernio.



V E N E T I I S, M D L X X X V I I.

Apud Ioannem Zenarium, & fratres.

TABVLA IN PRIMVM SENTENTIARVM LYCHETI,

STVDIO ILLVSTRISSIMI. ET REVERENDISSIMI F. CONSTANTII à Sarnano ita ordinata.

INDEX.

INDEX.

B

C

Causarum

INDEX.

Distingui

INDEX.

Essentia

INDEX.

F

Filius

INDEX.

G

INDEX.

Inclu-

INDEX.

Intel-

L

M

INDEX.

INDEX.

N

Notitia

Operari

INDEX.

P

Pecunia

INDEX.

Productum

Q

Quomodo

INDEX.

Signa

INDEX.

INDEX.

Tres

V

Finis Indicis Primi Sententiarum Lycheti.



TABVLA PROPOSITIONVM FAMOSARVM IN DOCTRINA SCOTI

Ex Primo Sententiarum desumptarum.



Poten-

Omnis

Regula



DICTA

DICTA SANCTORVM PATRVM.



Ex Diuo Augustino.

Dictum

INDEX.



PROPOSI-

PROPOSITIONES FAMOSIORES
A R I S T O T E L I S,
& aliorum Philosophorum,

IN PRIMO SENTENTIARVM
LYCHETI EXPOSITAE.

Ex Libris Metaphysices Aristotelis.



Aristo.

INDEX.

non est

I N D E X.

Positio

Propositiones Auerrois.

Auicennæ Propositiones.

Finis Indicis Primi Sententiarum Lycheti.



